Universidad de Deusto
Biblioteca

TOSTATI
OPERA OMNIA

IN MATTHÆ.
1-2

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 8
Plúteo 4

32,5

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALPHONSI TOSTATI HISPANI,

EPISCOPI ABVLENSIS,

PHILOSOPHI, THEOLOGI,
Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Primam Partem MATTHÆI:
Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.
CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum Hispaniarum, & Indiarum Regem.



Esta espurgado conforme al espurgº nueuo de 1632 con orden de la Sta ingon

J. de Liçon

BIBLIOTECA COLLEGII LOJOLAEI SOCIETATIS JESU

VENETIIS, MDXCVI.
Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS COMMENTARIORVM in Sanctum Iesu Christi Euangelium secundum Matthæum.

COLLEGII SOCIETATIS IESU BIBLIOTHECA 1618

PRAEFATIO.

VETERIBVS magna pro parte explicitis grauissimi laboris, longarumque vigiliarum, noua ipsa aggredimur. Supra vires quidem ne dum nostras, sed & majorum opus est, ad quod charitas incitat, difficultas vero dissuadet. Fuerat autem inconcussa semper nobis ista sententia (licèt plurimornm importunis precibus lacessita) nũquam nisi à summo vertice, vsque ad calcem expletis veteribus, noua delibare. Tandem quotidianis amicorum flagitationibus inclinati: immo ipsa ratione cõuicti, omissis ad tempus veteribus, noua tentare diffiniuimus: vt rursus quodam postliminio reuersis, omissa explendi locus sit. Et quoniam ipsam nouorum sacram seriem intuentibus Euãgelici codicis dignitas prima se obtulit: ei (indignissimam licèt) styli nostram operam primò commodauimus. Ad horum autem quandam generalem prælibationem de quibusdam dubitandum occurrit. Et quoniam hic vtriusque scripturæ articulus se magnus interposuit, de ipsis libris sacræ scripturæ quantum ad numerum, & ordinem, & eorum canonem inquirendum est.

De numero, & diuisione librorum sacræ scripturæ. Quæst. I.

QVAERITVR ergo primò, quot sunt libri sacræ scripturę, & qui sunt ordines ipsorũ librorum in canonibus suis. Ad primũ dicendũ, ꝙ hic q̃rimus de libris vtriusq; testamenti simul noui, & veteris, qui variè computantur. Quidã dicunt quinquaginta libros sacræ scripturæ esse: & dicunt eos significatos p quinquaginta ansulas, q̃ erant in ora cuiuslibet cortinæ tabernaculi Moysi. Exo. 26. Et istã cõputationẽ tenet Petrus in Aurora. Dicẽdum tñ, ꝙ non est conueniens: quia necesse est, ꝙ aliquos libros diuidat, & aliquos vniat. Nã si computetur ſm aliã cõputationẽ, nõ diuidendo libros, nisi ſm qđ cõiter accipitur, nõ poterit pueniri nisi ad 44. libros, & deficiunt sex, vt infra declarabit. Ad hoc ergo, ꝙ supplcat istos sex, necesse est, ꝙ diuidat aliquos libros, qui non consueuerunt diuidi: de quibus est vnus in veteri testõ. s. liber 12. prophetarũ minorũ. Duo aũt sunt in nouo. s. liber Epistolarũ Pauli, & liber canonicarũ Epistolarum. De libro duodecim prophetarũ minorum dicendũ, ꝙ vnjcus est in veteri testõ: & sic ponitur à Iudæis in canone suo, vt ait Hieronymus in prologo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Galeato super libros Regum, qui incipit: Viginti & duas literas: licèt intra istum librum quilibet illorum duodecim prophetarum librum proprium habeat: q propter paruitatem per se nomen voluminis non meretur. Si autem isti diuidant librũ duodecim prophetarum, oportet illum diuidi in duodecim iuxta numerum ipsorum prophetarum, & tunc non solùm erũt. 50. sed. 55. libri. In nouo testõ Epistolę Pauli vnũ uolumen dicuntur. Si tamen diuidantur oportet diuidi in quatuordecim: quia sunt quatuordecim Epistolæ. s. vna ad Romanos, duæ ad Corinth. vna ad Gala. una ad Ephe. vna ad Colossen. vna ad Philip. duæ ad Thes. duę ad Timo. vna ad Titũ: vna ad Philim. vna ad Hæbręos: & tunc non solũ erunt. 50. libri, sed. 57. Secundus liber noui testamenti, qui diuidi potest, est canonicarum Epistolarum, qui si diuidatur, potest dupliciter diuidi. Vno modo, q̃ diuidatur in quatuor: quia fuerunt quatuor scribentes canonicas Epistolas. s. Iacobus, Petrus, Ioannes, Iudas, & hoc modo non complebitur numerus quinquaginta librorum, sed solũ peruenietur ad 47. Secundo modo potest diuidi liber iste per numerum ipsarum canonicarum Epistolarum, & sunt septem, s. vna Iacobi, duæ Petri, tres Ioannis, & vna Iudæ. Et hoc modo poterit peruenire numerus librorum ad quinquagennatium, manentibus Epistolis Pauli indiuisis, sub vno. s. volumine: manentibus ẽt duodecim minoribus prophetis indiuisis. Sed ista diuisio canonicarum Epistolarum esset tunc irrationabilis valde, quia eadem ratione deberet diuidi liber Epistolarum Pauli, in quatuordecim libros cũ sint quatuordecim Epistolæ. immo rõnabilior erat ista diuisio: quia quælibet Epistolarum Pauli, vt cõiter, est maior, quã quælibet canonicarum Epistolarũ, & sic rõnabilius sortiretur nomen libri. Ista ergo cõputatio librorum non est conueniens. Sunt alij duo modi computandi, qui non differunt nisi in libris veteris testamẽti. Nam libri noui testamenti ab omnibus ponuntur esse octo. s. quatuor libri Euangeliorum, & unus Actuũ Apostolicorum, & unus Epistolarum Pauli, & unus Canonicarum Epistolarum, & unus. S. Ioã. Apocalypsis. Circa diuisionẽ librorum veteris testamenti est diuersitas: quia aliter solemus nos cõiter computare, & aliter Iudæi. Rõ diuersitatis est: quia aliqui libri apud nos habentur, qui nunquã apud Hebræos inueniuntur, sicut liber Sap. & Ecclesiasticus, & secundus liber Machab. vt ait Hieron. in prologo Galeato. Secũda diuersitatis rõ est: quia quidam libri, licèt apud Hebræos inueniantur, tamen in suo canone non ponuntur, sicut liber Iudith, & Tobiæ, vt ait Hier. in eodem prologo Galeato. Computatio aũt nostra cõis est, q̃ computentur omnes libri quotquot Ecclesia legit, & suscepit, cuiuscunq; ordinis, uel canonis sint: etiam si apud Iudæos in apocryphorum numero deputẽtur, etiam q̃ isti libri cõputentur secundũ sectiones, quas cõiter apud Latinos, & Græcos hñt. Et hoc mõ inuenientur. 44. libri. s. 30. & sex veteris testamenti, & octo noui testamenti. Et cõputãtur sic. s. quinq; libri Moysi, unus liber Iosue, vnus Iudicũ, unus Ruth, quatuor libri Regũ duo libri Paralipomenon. 3. libri Esdræ apponentes ibi vnũ ualde apocryphũ de quo Ecclesia nunquã curauit, nec legit, nec quisquã doctorũ solẽnium illum unquam allegat: ideo nec nos in numero librorum ponimus: unus liber Dauid. s. Psalmorum, qui licèt apud nos in vsu Ecclesiæ sit in multas partes diuisus, & apud Hebręos quinque incisionibus habeatur distinctus, utrobique tñ unicus liber dicitur: vnus liber Tobiæ, unus Iudith, vnus Esther, duo libri Machabæorum, tres libri Salomonis. s. Parabolæ Ecclesiastes, & Cantica Canticorum, unus liber Iob, vnus Sapientiæ, unus Ecclesiastici, qui vocatur Iesus filius Sirach, quatuor libri Magnorum prophetarum. s. Isa. Iere. Ezec. Daniel. vnus liber Threnorum, siue lamentationum Iere. quasi à libro prophetiæ suæ distinctus est, vnus liber Baruch, qui fuit notarius Iere. vnus liber duodecim prophetarum minorum, qui omnes sub vno clauduntur uolumine. Et sic sunt simul. 36. Deinde octo libri noui testamenti, & complent numerũ. 44. librorum totius sacræ scripturæ. Alij ponunt solũ triginta libros totius scripturæ nouæ, & ueteris. s. viginti, & duos libros veteris testamenti, & octo noui testamenti. Qui quomodo computentur, patet per Hieronymum in prologo Galeato, & declarabitur sequenti quæstione. Alij ponunt triginta, & duos libros noui, & veteris testamenti, scilicet, octo nouos, & viginti quatuor veteris: de quibus Hieronymus in dicto prologo, & patet sequenti quæstione.

Octo sunt libri noui testamenti.

Alia diuisio secundũ Ios.

De ordine librorum veteris testamenti.
Quæst. II.

QVAERITVR de ordine librorũ, & canone veteris testamenti. Nã licèt hic agatur de nouis: quia tamen hic est quædam prælibatio generalis totius sacræ scripturæ, dicetur saltem breuissimè de veteribus. Pro quo sciendũ, q̃ Iudæi libros, quos ponunt in canone numerant, quos autem non ponunt, non numerant. Ad hoc intelligẽdum considerandum quid dicatur canon librorum. Sciendum, q̃ canon nomẽ Græcum est, & significat regulam Latinè. Et secundùm hoc dicuntur illi libri esse in canone, qui ab omnibus regulariter recipiũtur & approbantur, nec audet quisquã auctoritati illorũ resistere. Isti sunt, de quibus Ecclesia mater nostra, tãnũc, quàm in veteri testõ semper Spiritu sancto directa, quæ nec unquam errat, nec errare põt: nunquam dubitauit, nec dubitat, sed credit certissimè nihil falsi in illis contineri, nec scriptores eorũ in aliquo mentiri potuisse, vtpote, quia à Spiritu sancto scribendo regebantur: iuxta illud. 2. Pet. c. 1. d. Non enim voluntate humana allata est aliq̃n prophetia: sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei hoies. De isto canone loquitur Augu. in Epistola contra Vincentiũ Donatistam, & hr̃ in Decr. dist. 9. c. ego aũt. s. Ego aũt illis libris, qui canonici nominantur, hanc fidẽ adhibere didici, vt nullum scriptorẽ eorũ credã potuisse mẽtiri. Cæteros aũt ita lego, vt quantacunque sanctitate, aut doctrina polleant, non credã ita esse: quia sic illi dixerunt. Q. d. Non obligamur credere scripturis aliquorũ doctorũ, quantũcunque sint sancti, vel eruditi: nisi inquantũ firmiter probant. In libris aũt, qui sunt in canone scripturæ necesse est credere illis, qualitercunque dicãt, nec oportet petere aliq̃ probationẽ dictorũ. Immo non solũ necesse est credere illis: sed ẽt necesse est credere, q̃ impossibile est in illis esse mendaciũ. Hanc certitudinẽ hẽt Ecclesia de istis libris, quos ponit in canone: quia certa est, q̃ scriptores eorũ Spiritu sancto inspirati scripserunt. Et ẽt certa est, q̃ postea nihil ab ęmultis aut hęreticis, vel infidelibus illis libris additum, vel subtractum est vel mutatum: sed manent in eadem integritate, & puritate in qua scriptores eorũ illos tradiderunt. Et de hoc est certa Ecclesia: quia originalia eorum incorrupta reseruata fuerũt semper sub magna custodia, & diligentia in ipso sacrario templi apud Iudæos: ita, vt nihil liceret hæreticis, aut malęuolis corrumpere in illis. Ita dicit August. 17. de Ciuit. Dei loquens de libro iusti Henoch, quem allegat Beatus Iudas in Canonica sua. Et sic erat liber ille authenticus, & probatissimus: quia aliàs non allegaretur in sacra scriptura, quæ est certissima. Postea tamen deuenit liber ille in manus hæreticorum, & corruperunt eum, addentes multa falsa: ideo postea Ecclesia

ecclesia reiecit eũ de numero librorum suorũ, & nemo iam ei adhibet aliquam fidem: quia potius uoluit priuari doctrina illius libri, quæ bona erat: quàm q̃ propter illam aliqua falsitas admixta reciperetur. Nã melius erat Ecclesiæ ẽt perdere mediã partẽ librorũ sacrorum, immo ẽt oẽs libros, q̃ permittere in illis vnicum mendacium, ẽt leuissimum. Nã siunicũ mẽdaciũ concedatur ibi esse, de oĩbus partibus scripturæ dubitabitur, an veræ sint. Et cũ illæ non possint probari: quia solũ fide constant, manerent oẽs dubiæ, & sic esset fides de dubiis, quod est õ rationem fidei. Nã de ratione fidei est firmissima adhæsio sine ulla dubitatione: quia qui dubitat non fidelis sed infidelis dr̃: vt patet extra de hęr. c. 1. s. Dubius ĩ fide infidelis est. Nullo ergo modo concedendum est, q̃ in aliquo libro sacrę scripturæ aliquod mendacium ẽt leue possit esse: quia sic fides tota periret, & tota auctoritas scripturæ. sicut ait Aug. in Epistola ad Hieronymũ. & hr̃ in Decr. dist. 9. c. si ad sacras. s. Si ad sacras scripturas mẽdacia etiam officiosa admittimus, quæ illis manebit auctoritas? aut quo pondere hæreticorum confundetur improbitas? Istum autem modũ conseruandi libros sacrę scripturæ, ne possent corrumpi, tãgit Deus Deuteronomij. c. 7. Vbi iubet, q̃ cùm rex fuerit positus in solio regni sui, describet sibi Deuteronomij huius legem accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus. Et sic non solùm voluit, q̃ describeret Deuteronomiũ, sed etiam q̃ illud esset ab exemplari, qđ habebãt Leuitæ. s. quia illud erat incorruptum. Ita de omnibus libris aliis intelligendum est. Nam iusserat Deus istum librum seruari in latere arcæ, Deuteronomij. 31. Ita credendum q̃ Iudæi de aliis facerent. Hoc mõ certa est Ecclesia, q̃ in libris sacris nihil falsitatis admisceri potuit. Hos autem posuit in canone. i. ordinauit recipiendos esse regulariter, & legendos, & à nemine respuendos, aut negandos sub pœna infidelitatis, & rebellionis. Alij sunt libri, qui licèt ab Ecclesia teneantur, in canone tñ non ponuntur: quia non adhibet illis Ecclesia hanc fidem: nec iubet illos regulariter legi, aut recipi, & non recipientes non iudicat inobedientes, aut infideles. Hoc aũt est pp duo. Primò quia Ecclesia non est certa de auctoribus eorũ: iõ nescit, an Spiritu sancto inspirati scriptores eorũ dictauerunt eos. Nam tota auctoritas librorum sacræ scripturæ ex hoc prouenit, quia firmiter tenemus scriptores illorum nihil de proprio ingenio scripsisse, sed solũ, q̃ dictabat illis Spiritus sanctus. 1. Pet. 1. Hoc primũ intelligentes, q̃ omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. i. hoc præsupponendũ est, q̃ pphetia sacræ scripturæ. i. tota ipsa quæ dr̃ prophetaliter scripta, non fit propria interpretatione. i. non fit ex pprio ingenio, vel opinione eius qui scripsit: sed solùm Spiritu sancto. Et sequitur. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia. i. non ex desiderio nostro, nec ex ingenio allata est, pphetia. i. scriptura prophetica: sed Spiritu sancto inspirati loquuti sunt Sancti Dei hoies. s. oẽs scriptores sacræ scripturę, quã B. Petrus vocat ibi prophetiam, inspirati sunt à Deo ad scribendum quidquid scripserunt. Iõ impossibile erat eos errare: quia tunc Deus erraret, qui loquebaẽ per eos. Aliqui errant circa hoc putantes illud dictum B. Petri intelligi de solis scripturis prophetarum, sicut Isa. Ierem. & similium. Sed falsum est, quia non est iste modus in scriptura, nec apud antiquissimos vocandi aliquem librum prophetalem. Quod patet, q̃ libri quatuor Regum. & Iosue, & Iudicum, & Ruth vocantur libri prophetales apud omnes Hebræos, & ita etiam Hieron. vocat, ponens istos in ordine librorum prophetalium in suo prologo Galeato. Et sic prophetia scripturæ dicitur secundùm Beatum Petrũ

Ecclesia recepit, & approbauit certos libros sacræ scriptu. nos posuit in canone.

tota scriptura sacra, quæ propheticè scripta est. s. per reuelationem Spiritus sancti. Et specialem cõcursum eius cum scriptore, ne in aliquo errare posset. Cũ autem dubitatur circa aliquos libros de scriptoribus eorum, an Spiritu sancto moti sint, adimitur auctoritas illorum, & non ponit illos Ecclesia in canone librorum suorum. Secundò, quia Ecclesia nõ est certa circa tales libros, an vltra id, q̃ habuerunt à proprijs auctoribus hæretici aliquid miscuerint, vel subtraxerint. Tales autem libros Ecclesia recipit permittens eos singulis fidelibus legere: ipsa quoque in officijs suis illos legit propter multa deuota, quæ in illis habentur. neminem tñ obligat ad necessariò credendũ id, qđ ibi hr̃: sicut est de libro Sapientiæ Salomonis, & de Ecclesiastico, & de libro Machabæorum, & de Iudith, & de Tobia. Isti enim licèt à Christianis recipiãtur, & probatio ex eis sumpta sit aliqualiter efficax: quia Ecclesia istos libros tenet, contra hæreticos tamen, aut Hebræos ad probandum ea, quæ in dubium veniunt, non sunt efficaces: sicut ait Hieronymus in prologo super Iudith, scilicet, apud Hebræos liber Iudith inter agiographa legitur, cuius auctoritas ad roboranda illa, quæ in contentione veniunt minus idonea iudicatur. His præsuppositis dicendum, quòd in veteri testamento quidam libri ponuntur in canone, quidam non. Illi qui non ponuntur sicut Iudith, & Tobias, & duo libri Machabæorum, Sapientia, & Ecclesiasticus non habent inter se aliquem ordinẽ, vel diuisionem, qui autem ponũtur in canone, habẽt ordinem. Sciendum autem, quòd libri positi in canone habent tres ordines, primus est legaliũ, secundus prophetaliũ, tertius agiographorum. In primo ordine legalium ponuntur soli quinq; libri Moysi, qui apud Iudęos vocãtur thorach. i. lex. Alij vocant eos humas, i. dest, quinarium, quia quinque libri sunt. Et huic nomini correspondet quoddam nomen Græcum apud nos. s. Pentateuchus, qđ interprætaẽ. i. quinq; libri legis. Et isti sunt Genesis, Exodus, Leuiticus, Numerus, & Deuteronomiũ. Qui vocanẽ legales, eo q̃ solã legẽ cõtinent, vel saltẽ principaliter legẽ, cùm in eis interdũ quædã ipsorum historiæ inserentur pertinẽtes interdũ ad eos, quibus dabatur lex. Ordo scdș librorũ vocatur prophetaliũ, siue prophetarũ, & continet libros octo. Primus est liber Iosue, secundus est liber Iudicũ, cũ quo ponunt librũ Ruth, tertius est liber Samuel, quẽ nos vocamus primũ, & s̃m libros Regum: quartus est liber Melachim. i. liber Regũ. Vel secundũ alios liber Malachoth. i. regnorũ. Sed vt ait Hieronymus melius vocatur liber Melachim. i. Regũ, quã Malachoth. i. regnorũ: quintus est Isaias: sextus Ierem, septimus Ezechiel: octauus liber duodecim prophetarum minorum, qui apud Hebræos vnum volumẽ est. Liber aũt Danielis non ponitur inter prophetales, sed inter agiographos in tertio ordine: licèt ille, pphęta fuerit. Cã huius declarata est supra prologũ Galeatũ. Tertius ordo librorũ est agiographorum: & in hoc ordine sunt nouẽ libri, primus est liber Iob: secundus liber Dauid. s. psalterium, qđ apud Hebræos quinque incisionibus diuisum est: vno tñ volumine cõprehenditur: tertius est liber Prouerbiorũ, qui est primus de tribus libris Salomonis, & apud Hebræos vocatur miscle. ideſt, parabolæ: quartus liber est Ecclesiastes ipsius Salomon. qui apud Hebræos vocatur cheelet, apud Græcos Ecclesiastes, apud Latinos concionator. Manet tamen nobis in vsu nomen Græcum: quia greci prius imposuerunt noĩa istis libris, quã peruenirẽt ad Latinos: ideo pleraque eorũ manent semp apud nos: quintus est Cantica Canticorũ, qui Hebraicè vocatur sirhasirim: sextus est Daniel: septimus est liber Paralipom. diuisus apud nos in duos, qui apud Hebræos vocatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

catur Dibreiamim, ideſt, verba dierum, apud Græ- F
cos vocatur Paralipomenon, & eſt genitiuus pluralis numeri participij,& intetpretatur omiſſorum, vel relictorum: quia ibi agitur de ſuppletionibus omiſſorū in aliis libris:ideo Hieronv. vocat eum chronicon totius diuinæ ſcripturæ. Octauus eſt Eſdras, qui in duos libros diuiſus eſt, & ſub eo cōtinetur alius liber Nemiæ. Nonus eſt liber Eſther. Et ita completur tertius ordo agiographorum. Sunt ergo tres ordines librorum veteris teſtamenti: & in primo continentur quinque libri:in ſecundo octo:in tertio nouem,& ita ſunt vigintiduo libri. Alij autem ponunt in tertio ordine. 11. libros, ſcilicet, cum prædictis ponunt librum Ruth diſtinguentes eū ab alio Iudicum, ponunt etiā librum Threnorum, ſiue lamentationum Ierem. qui G
nocatur apud Hebræos Cinoth, diſtinguentes eum à libro prophetiarum Ierem. & ſic ſunt 24. libri in canone veteris teſtamenti. De his omnibus Hieronymus in prologo Galeato. Multa dubia circa hæc reſtabant, ſcilicet, quare ſint tres ordines librorum, & non plures, nec pauciores, & quare quidam legales, alij prophetales, alij agiographi appellantur, & non omnes eodem nomine,& quare iſti ponuntur in iſto ordine,& non in alio,& ſic de multis aliis dubiis, q̄ in præſenti omittuntur, de quibus latiſſimè declarauimus in expoſitione prologi Galeati, qui totus eſt de hac materia, & ponitur in principio primi libri Regum. H

De ordine librorum noui teſtamenti. Quæſt. I I I.

QVAERITVR quis ordo ſit librorum noui teſtamenti, & an ibi ſit canon diuiſus in ordines, ſicut in veteri teſtamento. Dicendū, quòd ſicut declaratum eſt in præcedenti queſtione, quidam de libris veteris teſtamenti ponūtur in canone, qui diſtinguitur in tres ordines, vt dictū eſt. Alij ponuntur extra canonem, & omnes iſti uocā tur apocryphi. Nunc autem dicendum, quòd in nouo teſtamento non poſſunt aſſignari tales diſtinctiones, ſcilicet, quòd quidam libri ſint in canone, & alij extra canonem, qui ſint apocryphi: quia in nouo teſtamento nullus liber apocryphus eſt: ſed omnes canonici, ita quòd neceſſe eſt illis firmiſſime adhiberi fidem: fuerunt tamen aliquando in Eccleſia libri apocryphi, qui tenebantur tanquam libri noui teſtamenti: ſed iam non ſunt. Vnus erat liber Paſtoris. Iſte fuit factus non multo tempore poſt Sanctum Petrum tēpore Pij Papæ, & martyris. Nam tunc apparuit Hermeti angelus in habitu paſtoris, & reuelauit ei, quòd Paſcha Reſurrectionis Dominicæ die dominico celebrandum erat: quia tunc in Eccleſia dubium magnū erat, quo die deberet celebrari, & an nos deberemus celebrare Paſcha cum Iudæis ſicut Chriſtus celebrauit, vel alio tempore. Et quia angelus apparuit in habitu paſtoris, liber de reuelationibus eius conditus tunc ab Hermete uocatus eſt paſtor. De hoc patet in legenda Pij Papæ & martyris in libro primo hiſtoriæ tripartitæ. Iſte liber Paſtoris à principio fuit habitus in magna veneratione in Eccleſia, & uolebant eum ponere in numero librorum ſacræ ſcripturæ, quia erat de angelicis reuelationibus, quia tamen in eo reperta ſunt [illegible]qua dubia, & aliquo modo non concordantia ſacræ ſcripturæ, Eccleſia illum repulit. Et de hoc facit mentionem Hieronymus in prologo Galeato, dicens: Igitur Sapientia, & Ieſu filij Sirach liber, & Tobias, & Paſtor non ſunt in canone, ſcilicet, iſte liber Paſtoris uon ponitur in canone ſacræ ſcripturæ. Alius liber fuit à principio in Eccleſia de conuerſatione Pauli, & Teclæ, & de Baptiſmo Leonis, & habē tur ibi multa de laudibus Pauli, & Teclæ, & dicebatur, quòd Beatus Lucas ædiderat iſtud uolumen: & erat à principio dubium in Eccleſia an deberet poni inter libros ſacræ ſcripturæ, cùm eſſet de rebus pertinentibus ad Paulum. Quia tamen erant ibi multa ſuſpecta de falſitate, non fuit poſitus: licèt apud plurimos in magna reuerentia haberetur. Poſtea vero cōpertum eſt quendam Aphricanum presbyterum illū ædidiſſe, vt ait Tertulianus doctor Aphricanus. De hoc etiam Hieronymus in libro virorum illuſtrium. c. de Beato Luca ſic ait: igitē de laudibus Pauli, & Teclæ, & totam baptizati Leonis fabulam inter ſcripturas apocryphas computemus. Sed & Tertulianus vicinus apoſtolorum refert presbyterum quendam in Aſia ſpecialiter Pauli amore conuictum apud Ioannem, q̄ auctor eſſet libri, & confeſſum ſe Pauli amore hoc feciſſe: ideo de dignitate ſacerdotali fuiſſe deiectum. Plures autem alij fuerunt libri apocryphi in principio Eccleſiæ, quorum nullum Eccleſia in numero librorum ſuorum ſuſcepit. Et ſic non manet nunc liber aliquis apocryphus inter libros noui teſtamenti. Aliquis dicet, quare inter libros noui teſtamē ti non ſunt aliqui apocryphi, vt Tobias, Iudith, & alij de quibus Hieronymus in prologo Galeato. Ad intelligentiam huius conſiderandum, quòd libri dicuntur apocryphi dupliciter. Vno modo, quia non cōſtat de eorum ſcriptoribus, an Spiritu ſancto dictante ſcripſerint, & etiam non conſtat de omnibus, quæ in eis habentur, an vera ſint. Non eſt tamen in eis aliquid, q̄ manifeſte falſum ſit, uel quod valde ſuſpectum ſit de falſitate. Alio modo dicuntur libri apocryphi, de quorum auctoribus non conſtat, an à Deo ſint inſpirati, & inſuper multa, quæ habentur in ipſis libris, vel ſunt manifeſtè falſa: vel de errore ualde ſuſpecta. Accipiendo primo modo libros apocryphos, ſcriptura non ponit illos in canone librorum ſuorum, ita vt debeat illis fides ex neceſſitate adhiberi: permittit tamē volentibus legere, q̄ legant: quia non videtur inde ſequi aliquod inconueniens: ipſa quoque Eccleſia illos legit. Accipiendo ſecundo modo apocryphos libros, non ſolùm Eccleſia non ponit ilos in canone, immo nec aliquo modo ponit eos cum libris ſuis, nec legit, I
nec legentibus fauet: licèt non omnino prohibeat. Annunciat tamen illis libros illos eſſe ſuſpectos valde de falſo, vt caueant quando legerint, & videant quibus fidem adhibeant. Primo modo ſunt apocryphi libri quidam, qui ponuntur extra canonem veteris teſtamenti, computantur tamen inter libros ſacræ ſcripturæ, ſcilicet, liber Sapientiæ, & Eccleſiaſticus, & Iudith, & Tobias, & libri Machabæorum: de auctoribus enim horum non conſtat Eccleſiæ an Spiritu ſancto dictante ſcripſerint: non tamen reperit in eis aliquod falſum, aut ualde ſuſpectum de falſitate, ſed potius in eis eſt doctrina copioſa ſancta & deuota: ideo Eccleſia legit illos, & computat inter libros ſuos. Sic dicit Hieronymus in prologo ſuper Iudith, qui incipit. A- K
pud Hebræos, ſcilicet, q̄ liber Iudith, qui eſt unus de apocriphis ab Eccleſia recipitur: quia Synodus Nicena legitur eum inter libros ſacræ ſcripturæ cōputaſſe. Secundo modo accipiendo libros apocryphos, Eccleſia non ponit illos inter libros ſuos nec legit, ne uideatur fauere manifeſtis erroribus. Sic autem erat liber de laudibus Teclæ & Pauli, & de Leone baptizato, & liber Paſtoris de quibus ſupra diximus, ideo Eccleſia non recipit eos inter libros ſuos. Et ob hoc in nouo teſtamento non reperiuntur libri apocryphi: quia non ponuntur inter libros ſcripturæ apocryphi niſi primo modo, tamē nulli tales reperti ſunt in nouo teſtamento, ſed apocryphi ſecundo modo. Ideo Eccleſia reiecit eos omnino, In veteri etiam teſtamen-

ſtamento non ponuntur apocryphi primo, ſed ſecun A
do modo. Quod patet, quia liber quartus Eſdræ, qui ſic vulgariter appellatur, eo quod continet aliqua ſatis ſuſpecta, reiectus eſt de libris veteris teſtamenti, & rarò reperitur in Bibliis: nec eſt aliquis doctorum, qui vnquam illum curauerit exponere, ne videretur in hoc fauere ſibi. Nunquam etiam allegatur ab illis intelligentibus, & Eccleſia nunquam illum legit, ſicut legit alios apocryphos, de quibus ſupra dictum eſt. Conſiderandum vlterius, vt magis intelligatur quid ſit liber apocryphus, q̄ vulgariter ſolemus vocare apocryphos ſecundo modo ſupra poſito. Et ſic quidā large loquentes uocant libros doctorum interdum apocryphos, ſi in illis aliqua ſint de falſo ſuſpecta. Et iura interdum iſto modo loquuntur, ſicut patet in E- B
piſtola Gelaſij Papæ, in qua ponuntur libri approbati, & reprobati, & dubij, & habetur in Decretis. diſtin. 15. cap. Sācta Romana, & ibi ponitur itinerarium Clementis liber apocryphus, & tamen iſte ad libros doctorum pertinet. Dicendum tamen, quòd propriè accipiendo librum apocryphum ſolùm uocatur ille apocryphus, de quo putatur ab aliquibus, quòd Spiritu ſancto dictante, auctor eius illum ſcripſerit, & tamen hoc non conſtat, & inſuper in illo libro reperiūtur aliqua de falſo ſuſpecta. Talis autem dicitur liber apocryphus ſecundo modo reſpectu librorum ſacræ ſcripturæ. Nam ſi conſtet de aliquo libro, quòd ſcriptus ſit ab aliquo auctore ſolùm per humanam peritiam, & non ex reuelatione diuina, qualiſcunque il- C
le liber ſit, ſiue verus, ſiue falſus, ſiue dubius, nunquā uocabitur propriè apocryphus. Dicendum etiam, q̄ in ſacra ſcriptura nunquam ponitur aliquis liber ſcriptus ab aliquo doctore per ſolam peritiam humanā, etiam ſi de ſingulis ſcriptis in illo libro conſtaret certiſſimè, quòd erant vera, & neceſſaria. Ratio huius eſt, quia certitudo ſacræ ſcripturæ eſt in gradu altiſſimo, ideo debet eſſe tradita per medium certiſſimum, & infallibile, & illud eſt lumen ſupernaturale per reuelationem illuſtrans intellectum ſcriptoris ſacrę ſcripturę. Certitudo autem quæ habetur per humanam peritiam quantumcunque ſit magna, non habetur niſi ex lumine naturali intellectus, & illud poteſt deficere, etiam ſi homo ſit excellens: cùm ipſi uiri eru- D
ditiſſimi interdum errent, ſicut dixit Oratius de Homero maximo poetarum, quòd interdum bonus dormitat Homerus. Et ſic nihil traditum per humanum ingenium poteſt ad tantum certitudinis gradum peruenire, quin aliquo modo poſſit de illo dubitari. Sed de eis, quæ traduntur in ſacra ſcriptura, nullum dubium eſſe poteſt, etiam ſi illa non probentur: ideo libri confecti per ſolam ſapientiam humanam quantumcumque ſint certiſſimi, non poſſunt poni inter libros ſacræ ſcripturæ, & conſequenter libri facti à do
ctoribus, ſiue ueri, ſiue falſi, ſiue dubij, non vocantur propriè apocryphi: quia liber apocryphus propriè dicitur, prout opponitur certitudini ſacræ ſcripturæ, de cuius libris conſtat, quòd per Spiritum ſanctum ſcripti ſint, & quòd non ſit in eis aliquid de falſitate ſuſ- E
pectum. Vocatur ergo propriè apocryphus liber de laudibus Teclæ, & liber Paſtoris, quia de his credebatur à multis, quòd ſcriptores eorum per Spiritum ſanctum ſcripſerint, & tunc debebant poni inter libros ſacræ ſcripturæ. Quia tamen non cōſtat de hoc, & inſuper in eis quædam de errore ſuſpecta ſunt, non adhibetur eis fides, quæ adhibetur libris ſacris, & quantum ad hæc ſunt propriè apocryphi. Ad quæſitum principale dicetur, quòd non poteſt eſſe talis habitudo omnino inter libros noui teſtamenti, ſicut inter libros veteris teſtamenti: quia ibi ſunt quidam in canone, & alij extra canonem, ſcilicet, apocryphi, in

Alph. Toſt. ſuper Matt. Præfat.

nouo autem teſtamento nulli ſunt apocryphi, qui poſſint poni extra canonem, vt declaratum eſt. Dicendum autem, quòd omnes libri noui teſtamenti ſunt in canone, ſcilicet, quia omnes ab Eccleſia recipiuntur regulariter, & leguntur, & omnes illis ex neceſſite ſub pena infidelitatis fidem certiſſimam adhibere tenentur. Non eſt tamen in iſto canone diſtinctio trium ordinum ſicut in libris veteris teſtamenti, vt diximus in præcedenti quæſtione: quia ad hæc oportebat eſſe differentiam magnam in dignitate librorum, ſicut in veteri teſtamento legales valde excedunt in auctoritate ſuper prophetales, & prophetales ſuper agiographos. Item eſt diuerſitas quantum ad auctores, quia quorundam habentur certi auctores, ſcilicet, legalium, & prophetalium, agiographorum autem non ſemper reperiuntur certi auctores. Et aliæ multæ differentiæ ſunt inter eos, de quibus declaratum eſt latè in prologo Galeato. Iſtæ autem differentiæ nou reperiuntur ita planæ in libris noui teſtamenti, vt infra declarabitur, ideo non aſſignantur hic tales ordines. Item in veteri teſtamento ſunt multi libri, & ob hoc conueniens eſt aſſignari differentiam ordinis in canone eorum: in nouo autem teſtamento ſunt pauciſſimi, ideo non potuerunt ibi eſſe ordines tales. Nam ſi in canone noui teſtamenti eſſet aliquis ordo: ſolùm ille eſſet propter dignitatem differentem, & eſſent duo ordines. Vnus, in quo ponerentur quatuor euangelia, quæ alios libros dignitate excedunt: in ſecundo ordine ponerentur omnes alij libri, quia non eſt inter eos differentia dignitatis. De quo magis dicetur infra in quadam quæſtione.

Diſtinctio librorum ſacræ ſcripturæ in quatuor ordines. Quæſt. I I I I.

QVAERITVR, dato quòd libri noui teſtamenti non poſſint diſtingui per tres ordines canonis, ſicut libri veteris teſtamenti, an poſſint diſtingui per legales, & ſapientiales, &c. ſicut illi. Reſpondendum, quòd iſta diſtinctio bene conuenit libris noui teſtamenti. Pro quo ſciendum, quòd omnes libri veteris teſtamenti tam exiſtentes in canone, quàm apocryphi diſtinguuntur in quatuor ordines, licèt iſti ordines non faciant canonem, ſcilicet, legales, prophetales, hiſtorici, & ſapiē tiales. In primo ordine ponuntur ſoli quinque libri Moyſi, quia illi propriè uocantur lex. Licèt enim interdum ibi inſerantur hiſtorię: quia tamen pertinent ad legis lationem aliqualiter, quæ ibi præcipuè traditur, dicuntur totaliter eſſe legales. Verum eſt autem, quòd etiam in alijs libris ſacræ ſcripturæ interdum ponuntur mandata Dei, quæ ſunt leges, quia tamen illi libri non principaliter mandata continent, nō uocantur legales. In ſecundo ordine, ſcilicet, prophetalium ponuntur quatuor prophetæ maiores, ſcilicet, Iſaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel. Ponuntur etiā duodecim prophetæ minores. Ponitur etiā liber Baruch, qui propheta fuit, & notarius Ieremiæ. Ponitur etiā ibi liber Threnorum, non quòd directè cōtineat prophetiam, ſed quia eſt pars quædam deciſa de fine libri Ierem. qui ponitur inter prophetias. Conſiderandum autem, quòd aliter vocamus libros prophetales, quā vocent Iudæi, & etiam Hieronymus in prologo Galeato, vbi ſm ordinē canonis facit mētionē de libris prophetalibus, & inter illos ponuntur Ioſue, Iudicū, & Ruth, & libri Regum: iſti tamen non uocantur hic prophetales, ſed hiſtorici. Diuerſitas eſt, q̄ hic accipit liber prophetalis, qui ab aliquo ꝓpheta ſcriptus eſt, &

Librorum ueteris teſtamenti quatuor ordines.

Universidad de Deusto
Biblioteca

materia illius est tota, vel saltem principaliter de prophetis. Et hoc modo libri Regum, & Iosue, & Iudicum, & Ruth non sunt prophetales: quia licèt à prophetis constet eos esse conscriptos, materia tamē eorum non est prophetalis, sed historica. Alio modo accipitur liber prophetalis, de quo constat, quòd à propheta aliquo conscriptus sit, licèt non contineat materiam prophetalem. Et hoc modo accipitur apud Iudæos liber prophetalis, & in prologo Galeato, & sic liber Iosue, Iudicum, & Ruth, & libri Regum sunt prophetales, quia constat eos à prophetis esse cōscriptos. Qui autem prophetæ illos conscripserint declarauimus in prologo Galeato, & etiam de quolibet eorum patet in principio libri sui, quia ibi tetigimus. Et sic accipimus nunc prophetales strictius, quàm Hieronymus, scilicet, q̄ quicunque liber uocatur hic prophetalis erit etiam apud Hebræos, & Hierony. prophetalis, & ponetur in secundo ordine canonis. Sed non cō uertitur, quia multi vocantur ibi prophetales, quos hic non vocamus prophetales. Hoc autem fallit in solo libro Danielis, quem hic vocamus prophetalem: apud Iudæos tamen & Hierony. in prologo Galeato nō uocatur prophetalis, nec ponitur in secundo ordine, sed ponitur inter agiographos in tertio ordine. Causa est, quia de auctore huius libri non ita constat clarè, sicut de cæteris libris prophetialibus, licèt materia eius sit prophetica, de quo magis declarauimus in prologo Galeato. In tertio ordine ponuntur historici, scilicet Iosue, & liber Iudicum, & Ruth, & quatuor libri Regum, & duo libri Paralipomenon, & vnus liber Neemie, & duo libri Esdre. Nam quartus totaliter est apocriphus, & rarissimè consueuit poni in Biblijs, vt patet præcedenti quæstione. Scilicet. 3. vt Liber Iudith, & liber Tobię, & liber Esther, & duo libri Machabæorum. In quarto ordine ponuntur sapientiales, qui ad sapientiam pertinent, eo quòd sunt morales, & ponuntur in eis documenta ad vitā. Et licèt in istis aliquando tanguntur historiæ quæ pertinent ad historicos, uel præcepta, quæ pertinent ad legales, tamen quia intentio præcipua eorum est de moribus agere, dicuntur totaliter sapientiales, licèt inter eos unus sit qui specialiter sapientia uocatur, qui apud quosdam vocatur sapientia Salomonis, & apud alios dicitur liber Philonis Iudæi. Cur autem istud nomen speciale habuerit, declarabitur in prologo super ipsum librum. Communiter tamen dicitur hoc fuisse, quia quasi specialiter traditur sapientia in libro illo. In hoc ordine est psalterium Dauid, & liber Iob, & tres libri Salomonis, scilicet, Parabolæ Ecclesiastes, & Cantica canticorum, & liber Sapientiæ, & Ecclesiasticus. De ipso tamen psalterio dicendum, quòd potest poni inter libros ptophetales, vel inter sapientiales. Inter prophetales quidem, quia multa in eo propheticè annunciata sunt, & præcipuè de Christo. Nam Dauid dicitur propheta per excellentiam, & tamen omnes prophetiæ suæ sunt in psalmis, quia præter Psalmos nihil ipse ædidit. Dicitur tamen Dauid propheta maxinus de prophetis secundi ordinis, qui erāt prophetæ ad canendum, non de prophetis primi ordinis, per quos, scilicet, recipiebantur reuelationes, & annunciabantur futura populo. De hoc declaratum est primo Regum & secundo, & primo Paralipom. 7. & 16. & 21. & 25. Potest autem poni inter sapientiales: quia multum pertinet liber ille ad doctrinam humanam, eo quòd pro maxima parte continentur in eo laudes diuinæ quę pertinent ad humanam instructionem. Sciendum autem, quòd licèt in isto libro contineantur prophetiæ: Iudæi tamen, & Hieronymus non ponunt in secundo ordine canonis inter prophetales, sed in tertio ordine inter agiographos, vt patet in prologo Galeato. Nunc autem dicendum de libris noui testamenti, quòd ipsi etiam distinguuntur per istos quatuor ordines, licèt non consueuerimus dicere, quòd canon librorum noui testamenti distinguatur per aliquos ordines.

In primo ordine sunt legales, & in hoc ponuntur quatuor libri Euangeliorum. Nam licet quasi in omnibus libris noui testamenti tradantur præcepta quæ possunt vocari leges noui testamenti, unicus tamen fuit legislator noui testamenti, scilicet, Christus: ideo libri illi, qui continent gesta, & dicta Christi inquantum ab illo dicta, & facta sunt, dicuntur libri propriè legales. Dixi autem inquantum ab illo dicta vel facta sunt: quia in omnibus alijs libris noui testamenti continentur plurima dicta, & facta Christi, non tamen ut inquantum ab illo dicta, uel facta erant: sed inquantum recitabantur, & allegabantur ad propositum illorum, qui libros illos scripserunt. Euangelistæ autem fuerunt historiographi Christi describentes gesta, & facta Christi, solùm ut inquantum ab illo dicta, & facta erant. Ideo isti libri Euangeliorum directius pertinent ad Christum legislatorem quàm cæteri libri noui testamenti, licèt in eis dicta, aut facta Christi contineantur. Secundus ordo est prophetalium. Et in toto nouo testamento non est nisi unicus liber prophetalis, scilicet, Apocalypsis Ioannis, quia ibi ponuntur reuelationes factæ Beato Ioanni de statu vniuersalis Ecclesiæ à principio sui vsque ad finem sæculi: quantum ad aliquas res præcipuas, quæ in ea acciderunt, & aliquæ creduntur euenturæ. De isto libro fuit dubium apud antiquos, quia quidam putauerunt eum non esse Beati Ioannis apostoli, sed dixerunt, quòd quidam Presbyter in Asia vir sanctus illum ediderat. Iam tamen tota Ecclesia tenet firmiter illum esse librum Beati Ioannis apostoli. De hoc Hieronymus in libro illustrium virorum, & etiam in libro ecclesiasticæ historiæ, quam scripsit Ruphinus Græcus, & compleuit Hierony. Tertius ordo continet historicos. Est autem unus liber historicus, in toto nouo testamento, scilicet, Actuum Apostolorum, quem Beatus Luc. scripsit incipiens à Christi ascensione vsque biennium postquam Paulus fuit Romæ in carcere tempore Neronis, vt colligitur ex ipso libro, & ex prologo Hieronymi. super eum: & magis in libro illustrium virorum, ubi agit de Beato Luca. Quartus ordo est librorum sapientialium. Et hic ponuntur duo libri, scilicet, Epistolæ Pauli, & Epistolæ canonicæ. Sunt autem Epistolæ Pauli quatuordecim, ut diximus supra quæstione prima. cap. Canonicæ Epistolæ uocatur sic, ideſt, regulares, scilicet, quia regulariter recipiuntur ab omnibus fidelibus, & firmiter illis credunt. Et uocantur sic ad differentiam multarum aliarum Epistolarum, quę apud multas Ecclesias reperiebantur ex nominibus aliquorum apostolorum. Quia tamen erant in eis aliqua suspecta de errore, & nō constabat an essent illorum apostolorum, quorum habebant titulos, non recipiebantur communiter apud omnes Ecclesias, nec nunc recipiuntur. Istæ autem, canonicæ Epistolæ regulariter ab omnibus fidelibus, & Ecclesiis recipiūtur, quia constat illas esse illorum apostolorum, quorum nominantur, & non sunt suspectæ de aliquo errore, ideo vocatæ sunt canonicæ, ideſt regulares. De Epistolis Pauli quare non uocentur canonicæ cùm etiam regulariter recipiantur, Dicendum quòd illæ, quia multæ sunt, collectæ sunt in unum corpus, & faciunt unum uolumen. Et quia de illo nunquam dubitatum est, non fuerunt nominatæ canonicæ: ad differentiam earum, de quibus dubitabatur. Secus autem de istis, quas canonicas uocamus, quia cum sint paucæ erant

Duob⁹ modis dicūtur libri aliqui sac. scriptu. ꝓphetales.

Quartus ordo. 1. librorū sapiētialium, & quare dicantur sapiētiales.

Distinctio lib. noui testamenti in qurtuor ordines.

Secundus ordo.

Tertius ordo.

Quartus ordo.

agis sunt dandi au res anti- quā no-

stolæ ca icæ cur ocatæ.

cæ erant dispersæ, & mixtę cum alijs, de quibus dubitabatur, ideo istas ad differentiam illarum canonicas nominauit Ecclesia. Alia ratio conuenientior est, scilicet, quòd istud nomen datum fuit sibi in defectū alterius nominis proprij. Nam Epistolę Pauli collectæ in unum corpus unum uolumen efficiunt, quod à suo auctore vocatur, scilicet, liber Epistolarum Pauli: istæ autem canonicæ Epistolæ non sunt unius apostoli: ita ut possint nominari ab uno, sed quatuor apostolorum. Si igitur quælibet earum per se nominari deberet, proprium nomen haberet ab auctore suo, & ita allegamus quando inducimus testimonia ex illis. Quia tamen nulla earum per se facit librum, sed omnes simul vnum constituunt, non potuerunt uocari ab aliquo de auctoribus suis, & quia non habebant aliquod nomen proprium, quod toti libro conueniret, uocatæ sunt canonicæ, ideſt regulares, ad differentiam aliarum, quas Ecclesia communiter non recipit. De istis canonicis Epistolis dicendum, quòd habent quatuor auctores, scilicet, Iacobum, Ioannem, Petrum, & Iudam. Ipsæ tamen sunt septem, scilicet una Iacobi, duæ Petri, tres Ioannis, vna Iudæ.

Nunc dicendum, quòd tam Epistolæ Pauli, quam canonicæ sunt libri sapientiales: quia in illis solùm continentur doctrinæ morales. Et licèt ibi sint multa præcepta Saluatoris, quæ sunt leges ipsæ, tamen non tradiderunt illa in epistolis ipsis tanquam leges, sed tanquam doctrinas morales, ideo uocantur libri sapientiales. Verum est tamen, quòd omnes illæ doctrinæ nos obligant, nec possunt mutari, quia non sunt tanquam præcepta positiua, sed magis, vt de iure naturæ, quæ simpliciter obligant. An tamen omnia necessariò obligent, vel aliqua dicta apostolorum sint dispensabilia, fortè tangetur infra in quadam quæstione, licèt sit materia propria. 1. ad Corinth. cap. 15. & in aliis locis Epistolarum Pauli.

De habitudine librorum sacrę scripturæ respectu librorum humanarum scientiarum. Quæst. V.

QVAERITVR de habitudine librorum sacræ scripturæ, tam noui, quàm veteris testamē ti respectu librorum scientiarum humanarū, & quæ sit auctoritas istorum, & illorum. Respondendum, quòd auctoritas propriè ab auctore dicitur, ideo tantum aliquis liber habet de auctoritate, quantus erat gradus, uel excellentia auctoris sui. Et si isto modo quæramus auctoritatem in scientiis, non conuenienter fiet, quia eiusdem scientiæ sunt multi auctores, quorum quidam illam bene tradiderunt, alij autem male, & communiter antiqui non ita bene verè, & completè tradiderunt sicut noui. Ratio est, quia noui potuerunt videre quidquid dixerunt veteres, & insuper multa potuerunt ex se ipsis cogitare, & tempus quotidie nouas tribuit inuentiones, vt patet primo Ethicorum, scilicet, tēpus est bonus cooperator horum, & per tempora artium additamenta facta sunt. Alia ratio est secundùm quosdam asserentes ingenia nouorum esse excellentiora ingeniis antiquorum. Et hoc tenet Priscianus in prologo maioris voluminis. Istam tamē rationem nec approbo, nec improbo: quoniam à fructibus cognoscetis eam, vt Christus dixit de arbore, & homine. Est tamen hoc tenendū, quòd licet noui in aliquo videantur antiquos excellere: semper tamen antiquos magis laudare debemus: quoniam nisi propter eos non excederemus ipsos. Ipsi enim nobis excellendi modum præstiterūt. Et non solùm quantum ad antiquos, qui bene scripserunt, intelligendum est, sed etiam quantum ad illos, qui in multis errauerunt: quia sicut rectè docens in-

Alph. Tost. super Matth. Prefat.

A struit, ita falsa scribens motiuum tribuit posterioribus vera inueniendi. Ideo adhuc laudandi sunt. Sic dicit Arist. 1. Metaph. de quibusdā antiquis musicis, qui imperitè musicā tradiderūt. Dicit tñ, q̄ adhuc isti laudandi sunt, quia nisi illi fuissent, multis melodiis careremus. s. quia error illorū tribuit nouis materiā inueniendi, id in quo ipsi defecerunt. Dicendū ergo, q̄ nō conuenienter consideratur auctoritas alicuius scientiæ ꝑ auctores. i. per illos, qui eā tradiderunt, quia non sunt oēs illi eiusdē gradus auctoritatis: scientia tñ in se sicut vna est, ita vnū gradū, & certum habet auctoritatis, & non aliqñ maiorem, aliqñ minorē. Cōsiderando aūt ipsam scientiam in se ipsa, auctoritas eius prouenit ex duobus. s. ab obiecto, & à modo procedendi.

B Nā scientia illa, quæ est de nobiliori obiecto, est maioris auctoritatis. Ista duo tangit Arist. in procemio primi de Aīa. Quantū ad primū scientia naturalis est excellentior q̄ mathematica, quia est de meliori obiecto. Quantū ad secundū scientia mathematica est excellentior omnibus, eo q̄ ipsa sola est demonstratiua: naturalis aūt non demonstrat, cū potius arguat ex posteriori. s. ex effectibus, qui sunt nobis magis noti quā causæ, vt patet in prologo primi Physic. Ex his patet aliquo mō considerari de auctoritate scientiarum, & sacræ scripturæ. Quidā putauerunt scientias esse maioris auctoritatis, eo q̄ illæ probant, & clarè ostendūt, libri autem sacræ scripturæ referunt, & non probant. Dicendum, q̄ maior est certitudo sacræ scripturę quā

C scientiarū humanarū: quia certitudo illarū est solùm quędam euidentia, inquantū clarè deducitur conclusio ex principiis per se notis, ita vt interius illā videat. Certitudo autem sacræ scripturæ non est euidentia, cum de traditis in ea non sit scientia, sed fides. Ipsa autem fides includit in ratione sui quandam obscuritatem, cùm sit de non apparentibus, scilicet, fides est argumentum non apparentium. Ad Hebræ. 11. Et aliquando Apostolus cognitionem fidei vocat ænigma ticam, vel specularem, quæ dicit diminutionem. 1. Corinth. 13. scilicet. Videmus nunc per speculum, & in ænigmate. Certitudo autem fidei est firmitas adhæsionis, quia licèt ea quę credimus clarè non videamus, magis tamen illis assentimus, quàm quæstionibus de-

D monstratis. Nam potius aliquis fidelis negabit veram esse conclusionem demonstratam quā aliquē articulum fidei, vt infra declarabitur. Ideo non est maior certitudo scientiæ q̄ fidei, & consequenter non est maior auctoritas scientiarum humanarum q̄ sacrę scripturę: sed potius auctoritas excellit valde omnes sciētias cuiuscunque auctoritatis, & de quocūq; obiecto sint, & qualitercunq; demonstrētur. Et excellit in multis. Primò ex parte auctoris, quia auctores scientiarū sunt ipsi homines, cū ipsi eas inuenerint, sicut dicitur primo Metaphysicæ, quòd propter nimium admirari inceperunt philosophari, ideſt, inuenire partes philosophię, quæ sunt diuersæ scientiæ. Ipsi quoque eis per tempus supplementa dederunt, sicut dicitur primo Ethicorum, per tempora partium additamēta facta sunt. Sacrę scripturę auctor solus Deus est. Ipse. n. reuelauit quidquid in ea continetur. Et licèt homines ea descripserint non proprio ingenio nec ex propria opinione, sed solùm dictante Spiritu sancto quid scriberent, vt patet. 2. Pet. 1. homo autem purus non est auctor sacrę scripturę. Quia vt declaratum fuit supra in quęst. 3. si constaret aliquem librum esse certissimum, nec esse ibi quidquam suspectum de errore, sed potius res sacras: dum tamen sciremus illum factum ab aliquo niro perito per solam humanam peritiam nullo mō poneretur inter libros sacrę scripturę. Cā ibi declarata est. Et qa, vt diximus auctoritas libri vel sciētiæ est ab auctore, quāto Deus, q̄ est auctor

Maior est auctoritas sacræ scripturæ quam omniū aliarum sciēuarum.

Quotmodis sac. scr. excellat alias scripturas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacræ scripturæ excellit hominem, tanto scientias humanas excellit sacra scriptura: non quidem quantitate, sed proportionaliter, quia aliàs excederet illas in infinitum, cùm Deus excellat hominem in infinitum. Nulla tamen creatura quantumcunque perfecta excellit alteram in infinitum, quia nulla creatura est infinita. Secundò est excellentia ex parte modi certificandi, vel tradendi. Nam tota certitudo scientiarum humanarum est per lumen intellectus, secundùm quòd cognoscuntur per se nota, & ipsas res dubias resoluimus vsque ad per se nota, & facimus eas uideri ipsi intellectui, sicut res per se notas, & sic conficiuntur conclusiones scientificæ. Istud autem lumen intellectus humani est paruum, & potens deficere, cũ sit quædã creatura: maximè qa anima nostra est infima omnium intelligentiarum: & est in confinio intelligentiæ, & corporis: vt patet in libro de Causis, & sic potest in multis deficere, ideo res ab ea inuentæ non erunt omnino perfectæ, sed adhuc de eis poterit dubitari: medium autem tradendi sacram scripturam est per Lumen increatum, quod illustrat scriptores eius. Et sicut lumen illud non potest deficere, ita nec scriptores inquantum diriguntur ab illo possibile est errare, aut mentiri: cùm tota scriptura sit prophetia quædam, sicut accipit Beatus Petrus 2. Pet. primo, non quidem inquantum tota agat de reuelationibus circa res futuras, quod nos strictè vocamus prophetiam, sed sicut ille, qui prænunciat futura vocatur propheta, quia non potest illa nisi Spiritu Sancto reuelante prædicere: ita cùm tota scriptura sacra fuerit scripta solùm Spiritu Sancto reuelante, & dirigente scriptores, licèt contineat res historicas, vel doctrinales, aut legales, vel cuiuscunque modi, vocabitur tota prophetia. Et istum modum prophetiæ accepit Beatus Petrus in dicto loco, patet ex litera planissimè. Magna ergo, immo maxima omnium auctoritatum, quæ sub cœlo esse potest, est auctoritas sacræ scripturæ. Quomodo autem scriptores, vel annunciatores primi sacræ scripturæ immutati fuerint per illud lumen increatum ad prædicendum hæc, dico quòd fit quinque modis, scilicet, apparente angelo in effigie humana, & loquente: secundò modo per vocem, quæ audiebatur, non visa effigie loquentis: tertiò modo per visionem imaginariam, immutando phantasiam in somno, vel in vigilia: quartò modo per solam immutationem intellectus, nullo exterius facto in corpore, & hoc in vigilia: quintò modo per immutationem intellectus, & eleuationem vsque ad ecstasim, factis exterius immutationibus in corpore sicut in mortuis. De quibus modis latè declaratum est Numeri 12. & 2. Parallpom. 18. In quadam quæstione. Tertiò excedit sacra scriptura scientias in certitudine. Nam licèt certitudo cuiuslibet scientiæ propriè dictæ maxime in mathematicis sit euidentia quædam, & claritas ipsius rei, quæ scitur: maior tamen est certitudo sacræ scripturæ. Quod patet. Incertitudo conclusionum in scientiis, & euidentia earum habetur ex certitudine, & euidentia principiorum: ita quòd principia sunt magis certa, & cognita quàm conclusiones, ideo Aristo. 6. Ethic. vocat principia magis credita, quàm conclusiones, ideſt, magis certa. Cognitio tamen, vel certitudo ipsorum principiorum, quæ sunt quædam propositiones multum vniuersales, licèt non habeatur per aliquam probationem, dependet tamen ex cognitione sensitiua, sicut in ista, quod totum sit maius sua parte, probatio habetur per oculum, & sic omnis certitudo intellectus ad vltimum reducitur, & resoluitur ad certitudinem cognitionis sensitiuæ: quia illa est principium eius, cùm dicamus, quòd nihil sit in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Certitudo tamen sacræ scripturæ est maior, quàm certitudo quæ habetur per sensum: quantum ad adhæsionem, vel firmitatem creditæ rei. Nam magis assentimus rebus creditis, quàm rebus visis, sicut declarabat Beatus Petrus 2. Pet. 1. vbi cùm dixisset de transfiguratione Domini, quam ipse oculis conspexit, & uocem illam de cœlo allatam auribus suis audiuit, magis tamen se dicit credere dictis prophetarum, quàm uisioni suæ, cùm ait: Delapsa voce ad eum à manifesta gloria: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Et hanc uocem nos audiuimus de cœlo allatam, cùm essemus cum ipso in monte sancto. Et sequitur: Et habemus firmiorẽ propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes. Et sic dixit firmiorem esse probationem ex propheticosermone, quàm ex eo quod ipse viderat. Ex quo sequitur, qp si deduceretur fidelis ad hoc, vt oporteret negare aliquam rem, quam videt, & experitur, aut aliquem articulum fidei, potius deberet, negare ea, quæ uidet: cùm dixerit Beatus Petrus, firmiorem esse prophetiam, quàm ea, quæ uidemus. Et ratio est, quia circa ea, quæ videmus, posset homo aliqualiter deludi, sicut fit in præstigiis, vel in patientibus ophthalmiam, qui iudicant omnia quæ vident esse alterius coloris. Circa ea tamen quæ sunt in sacra scriptura non potest esse error, cùm Spiritus Sanctus illa dixerit: ideo magis assentiendum est sacræ scripturæ, quàm visioni. Quartò excellit sacra scriptura scientias, quantum ad necessitatem. Quia quidquid est in sacra scriptura, est simpliciter necessarium, & ineuitabile postquam iam scriptum est: ita vt facilius esset perire totum mũdum quàm deficere aliquid in sacra scriptura, sicut Christus dixit. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transient: ideſt magis facile est cælum & terram transire, ideſt desinere esse, quàm fruſtrari uerba mea. Et sicut dicitur de verbis Christi, ita intelligendum est de omnibus alijs, quæ sunt in sacra scriptura. Quia sicut uerba sua erant uerba Dei, quia ipse erat Deus: ita uerba omnium aliorum, qui dixerunt aliquid in sacra scriptura sunt verba Dei, quia Deus per eos loquebatur, sicut dicitur de apostolis: Non estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis, Matth. 10. & Luc. 21. In scientijs autem humanis non est simpliciter necessitas, & ineuitabilitas: quoniam multa iudicant tales scientiæ esse simpliciter necessaria tanquam deducta ex suis principijs, & tamen possunt fruſtrari, & aliquãdo fruſtrantur: sicut patet de scientia astrologica, quæ est propria scientia, cùm sit una de demonstratiuis, & qp illam indicat astrologus simpliciter necessarium, qp si nunc sol est in circulo meridici, vel in puncto horizontis, qp vsque ad vigintiquatuor horas erit iterum in circulo meridiano, uel puncto horizontis. Et tamẽ hoc potest fruſtrari, & fruſtratum est tempore Iosue, cùm ad preces eius Deus fecit stare solem sine motu, quasi spatio unius diei, & non fuit unquam tam longa dies, Iosue 1. Similiter iudicat astrologus necessariũ esse, qp sol per motum diurnum, qui est motus raptus, moueatur ab oriente in occidente, & simul omnia astra. Et tamen hoc fruſtrari potest, scilicet, qp moueatur motu diurno ab occidente in orientem, sicut factum est tempore Ezechiæ, quando fecit Deus redire solem per decem lineas in horologio Achab, & postea rediit ad cursum suum. 4. Reg. 20. Isa. 38. Ita de cæteris conclusionibus, quæ putantur necessariæ in istis scientiis poterit esse fruſtratio. Nunquam tamen fruſtratum fuit aliquid de sacra scriptura, nec est possibile fruſtrari. Ideo ipsa habet maiorẽ necessitatẽ, & ineuitabilitatem, quã scientiæ humanæ. Et ex hoc etiam probatur quod supra dicebatur. scp sit maior certitudo ia-

do sacræ scripturæ q̃ scientiarum, quia illud qđ est magis necessariũ & ineuitabile, est magis certum. Et sm hoc ponemus tres gradus certitudinis. Primus est sacræ scripturæ, secundus cognitionis sensitiuæ, tertius est scientiarum humanarum: scilicet, quia sacra scriptura est magis certa, quàm cognitio sensitiua, scilicet quàm uisio, ut supra declaratum est: & cognitio sensitiua est magis certa, quàm scientifica, cũ principiũ scitũ sit ex sensu, ut supra declaratum est, ideo nõ solùm Sacra Scriptura est magis certa quàm scientiæ, sed etiam magis certa quàm principia prima omnium scientiarum: quintò excellit Sacra Scriptura omnes scientias ex parte obiecti, quod specificat ipsam scientiam, & tribuit ei dignitatem: obiecta autem omnium scientiarum sunt res creatæ, obiectum autem Sacræ Scripturæ inquantum ipsa tota est vnum corpus est Deus, quia non agitur in ea, nisi de Deo, vel de rebus inquantum habent quandam attributionem ad Deum, scilicet inquantum à Deo creantur, vel gubernantur, vel ab eo diriguntur, aut in ipsum tendunt, & sic de varijs modis attributionum. Nam sic etiam est in scientijs, quia de quibusdam agitur in eis quæ non sunt obiectum ipsarum, nec partes obiecti, sed habent attributionem ad obiectum: Deus autem excellit in immensum omnem rem creatam, ideo Sacra scriptura ex parte obiecti excellit valde omnes scientias humanas. Sextò excellit Sacra scriptura ex parte vtilitatis, quia non solùm ipsa perficit intellectum per hoc, qp cognoscitur sicut faciunt scientiæ speculatiuæ: sed etiam confert nimis ad statum hominis. Et quantum ad hoc scientiæ speculatiuæ, & generaliter omnes humanæ sunt inutiles, ipsa autem Sacra scriptura est vtilissima, quia per eam est salus. Nam nisi quis crediderit, quæ in ea habentur, peribit in æternum, & si crediderit ipsa diriget, eum in vitam æternam: Ideo Sacra scriptura vocatur liber vitæ: sicut dicitur Ecc. 34. scilicet. Hæc omnia liber vitæ: ideſt totum quod habetur in sacra scriptura est liber vitæ: quia ad vitam confert: quæ autem habentur in alijs scientijs sunt potius libri mortis, non quòd mortificent, sed quòd vitam non tribuunt nec cognoscunt illam. Et ob hoc verba Christi, quæ erant verba sacræ scripturæ vocantur verba vitæ, & viuificantia hominem, sicut spiritus viuificat carnem. Io. 6. Verba, quæ loquor vobis, spiritus & vita sunt. Sic etiã dixit Beatus Petrus ibidem: Domine ad quem ibimus? verba enim vitæ æternæ habes. Scientiæ autem humanæ ad istam vitam nihil conferunt: ideo vocantur inutiles, sicut dixit Apostolus de philosophia ad Colossen. 2. vocans eam inutilem, scilicet: Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam secũdùm traditionem hominum, secundùm elementa mundi, & non secundùm Christum. Multæ quoque aliæ excellentiæ sacræ scripturæ super scientias humanas possunt poni, quæ ex his patebunt cuilibet consideranti.

Sacra scrip. vocatur liber vitæ.

De differentia auctoritatis librorum veteris, & noui testamenti. Quæst. VI.

QVAERITVR de differentia auctoritatis librorum noui & veteris testamenti, an sint aliqua maioris, vel sint eiusdem auctoritatis.

Quidam dixerunt, quòd erat differentia auctoritatis ex auctore, vel conditore, scilicet, quòd auctor veteris testamenti fuerit Deus malus, & auctor noui testamenti fuerit Deus bonus. Ista fuit positio Manichæorum hæreticorum. Dixit enim Manichæus esse duo principia in rebus, scilicet vnum principium bonorum, & aliud malorum, ipsum principium malorum dixit esse Deum malum, & ab hoc dixit esse factam tenebram, & creatam fœminam, & datum vetus testamentum, & plurima alia quæ posuit in coordinatione malorum. Principium bonorum dixit esse Deum bonum, & ab hoc factam lucem, & creatum masculum, & datum nouum testamentum, & omnia alia quæ sunt in coordinatione bonorum. Iste autem in tantum fuit insanus, quòd non solùm hæreticus, aut infidelis, sed et dementissimus omnium hominum dici deberet, ita vt responsione non egeat nisi propter simplicissimos, vt eius insaniam cognoscant. De cæteris autem circa quæ tam naturaliter, quam ex sacra scriptura conuinci poterat, quia longissimum esset, & aliqualiter extra propositum nostrum, dicendum non est. Sed cùm dixit masculum esse à Deo bono & fœminam à Deo malo, patet eius insania. Nam idem Deus creauit masculum & fœminam. Gen. 1. scilicet: Creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam: masculum & fœminam creauit illos. Sciendum tamen quòd hoc non probat contra Manichæum, quia ipse negabit illud, eo quòd non recipit vetus testamẽtum, cùm dicat illud esse factum à Deo malo. Patet tamen hoc Matthæ. 16. cùm Christus dixit: Non legistis, quia qui fecit homines ab initio, masculum & fœminam fecit eos? Istud non negabit Manicheus, quia recipit nouum testamentum. Et dicit illud datum à Deo bono. Quòd autem dixit vetus testamentum datum à Deo malo, & nouum testamentum à Deo bono, insania maxima est, cùm sit Deus vnicus, nec est possibile plurificari Deos: vt etiam probant philosophi, & patet. 12. Metaphysicæ. Sed dato quòd essent plures Dij, necesse erat dici, qp ab eodem Deo datum erat nouum & vetus testamentum, sicut patet Iohan. 8. cùm Christus dixit: Est Pater meus, qui glorificat me, quem uos dicitis, quia Deus uester est. Et pater Christi erat Deus Iudæorum, & ille dederat uetus testamentum: Christus autem dedit nouum: sed Christus & pater suus sunt unus & idem Deus, ideo idem Deus dedit utrumq; testamentum. Item patet hoc ad Hebræos primo, cùm dicitur: Multifariè, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè locutus est nobis in filio. Et sic ille idem Deus qui loquebatur per prophetas, erat qui locutus est nobis in filio. Sed ille, ut loquens in prophetis dedit uetus testamentum, quod per prophetas scilicet primo per Moysen, deinde per cæteros in diuersis temporibus completum est: ipse autem ut loquens per Christum filium suum dedit nobis nouum testamentum: ideo idem Deus est, qui dedit utrumque testamentum. Et non poterit negare Manichæus ista testimonia, quia sumuntur de nouo testamento, quod ille bene recipit. Omissa ergo ista insania Manichæi, dicendum quòd idem Deus est, qui dedit utrumque testamentum, ideo non est distinctio auctoritatis noui, & ueteris testamenti per auctorem siue per conditorem. Nec potest esse differentia auctoritatis ex lumine, per quod utrumque traditur, & cognoscitur, quia utrumq; lumine supernaturali per reuelationem diuinam habitum est, sicut dixit Apostolus ad Hebræos primo, scilicet, quòd loquebatur Deus olim patribus per prophetas, scilicet in ueteri testamento. nunc autem, ideſt, in nouo loquitur Deus per filium. Et sic utrobique Deus loquitur, ideo utrũque per lumen supernaturale traditum est. Nec potest assignari differentia quantum ad certitudinem. Nam tanta est certitudo ueteris, sicut noui testamenti, quia aliàs diceremus facilius esse reperiri mendacium in ueteri testamẽto quàm in nouo, & falsum est: quia æqualiter impossibile est utrobique reperiri mendacium, cùm utrobique idem Deus loquatur, qui nõ est magis uerax, nec magis certus in dictis suis uno tempore

Universidad de Deusto Biblioteca

pore quàm alio. Ideo sub tanta necessitate obligamur credere vera esse quæcumque tradita sunt in veteri testamento, sub quanta obligamur credere quæcumque traduntur in nouo. Et ob hoc sicut esset hereticus imò infidelis, qui negaret Christum esse filium virginis, ita æqualiter esset infidelis, qui negaret Samuelem esse filium Elcana, de quo primo Reg. 1. c. Licèt Christum esse filium virginis sit simpliciter articulus pertinens ad salutem: & Samuelem esse filium Elcana secundùm se non pertinet ad salutem: imò secundùm se nullo modo est vtile, quia ēt si hoc non fuisset, nihil minus esset de salute nostra, & de cōplemento sacræ scripturæ. Si tamen Christus nō fuisset homo, & filius virginis, multa deficerent de salute nostra, & de integritate sacræ scripturæ. Postquam tamē scriptum est Samuelem esse filium Elcana, ita necesse est credi sic Christum esse filium virginis, quoniā si detur oppositum tota fides peribit. Quod patet, quia ego non credo dictis in sacra scriptura propter aliquam probationem, quam habeant aut verisimilitudinem, quia nullam habent, cùm potius sint supra lumen intellectus nostri. Sed credo illi propter auctoritatem dicentis: vnus tamen, & idem fuit vtrobique loquens: ideo æqualiter in omnibus partibus dictorum suorum ei credendum est. Ista est etiam positio sancti Thomæ secunda secundæ in tractatu de fide.

Positio Sancti Tho.

Nec etiam potest esse differentia ex parte necessitatis, & ineuitabilitatis: quia sicut sunt ineuitabilia, & necessaria ea, quæ sunt in nouo testamento, ita etiā sunt ineuitabilia, quæ habentur in veteri: nec posset de illis perire aliquid, quin fieret sicut patet. Nam sicut Christus dixit cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt, Matthæ. vigesimoquarto, & Marc. decimotertio, quod intelligitur de nouo testamento: quia illud est, quòd ipse prædicabat: ita etiam ipsemet dixit de veteri testamento, quòd erat necessarium, & ineuitabile: scilicet, quòd non erat possibile aliquid in eo scriptum deficere, vt patet Mat. 6. & Luc. decimooctauo, scilicet: Amen dico vobis, donec transeat cœlum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit de lege, donec omnia fiant. Idest: facilius posset cœlum & terra transire, idest, deficere, quàm ꝙ maneret aliqua pars minima de lege, quę non compleretur; quam partem minimam significauit per iotam, qđ apud Hebręos vocatur Iod, & est litera minima omnium Hebræarum. Apex dr̄ pūctus, positus super literā, qui non est litera licèt dirigat simplices in legendo. Quasi dicat: Si apices, qui nō sunt de integritate scripturæ, nō possunt præterire in vacuum, quia potius periret cęlum, & terra, quanto magis propositiones, vel partes aliæ sacræ scripturæ? Quantū ad ista ergo quatuor supra assignata non potest esse dr̄ia auctoritatis noui & veteris testamenti, sed æqualis auctoritatis, & dignitatis sunt.

Iota & Apex quid sint.

Alia tamen multa sunt in quibus differunt, & excellit nouum testamentū vetus in auctoritate & dignitate. Primū est ex parte auctoris immediati noui & veteris testamenti. Nam licèt auctor mediatus sit Deus, qui vtrobique loquebatur, & in hoc non differunt: fuerunt tamen auctores immediati in testamento veteri prophetę, per quos Deus loquebatur: in nouo autem fuit Christus, qui nō solùm inquantum Deus, sed etiam inquantum homo excellebat omnes homines simul sumptos sine vlla comparatione. Et ad significandum dignitatem noui testamenti super vetus, tetigit Apostolus immediatè istam differentiam ad Hebræos primo, dicens: ꝙ olim Deus locutus est patribus in prophetis, nunc autem, scilicet in nouo testamento locutus est nobis in filio. Et ad significandum magis istam differētiam dignitatis Apostolus probauit ibidem non solùm Christum esse excellētiorem omnibus hominibus, sed etiam maiorem omnibus Angelis, cùm ait: Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum, filius meus es tu: ego hodie genui te? Et multas alias probationes ad hoc ponit Apostolus eodem capitu. Item probat hoc Apostolus comparando Christum hominem ad Moysen. Nam fuit Moyses primus, & acceptissimus Deo inter omnes, qui denunciauerunt aliquid ex parte eius. Vnde per ipsum Moysem tota lex populo publicata est. Apostolus tamen probat Christum excellentiorem valde Moyse dicens: Moyses quidem fidelis erat in tota domo Dei tanquam famulus eius in testimonium illorum, quæ dicenda erant: Christus verò tanquam filius in domo sua, scilicet propria. Ad Hebręos. 3. Et iterum ibi: Amplioris enim glorię iste præ Moyse dignus habitus est, quanto ampliorem honorem in domo habet qui fabricauit illam. Et multa alia inducit ad hoc eodem capitu. Est ergo maior dignitas noui testamenti, quàm veteris quantum ad immediatum conditorem, scilicet Christum hominem filium Dei. Nam Christus inquantum Deus non solùm est conditor noui testamenti, sed etiam veteris. Secundò excellit nouum testamentū ad vetus in auctoritate quantum ad alios ministros delegatos, vel commissarios non in tradendo, sed in publicando, qui fuerunt Apostoli: & isti comparati prophetis maiores illis sunt. Nam isti erant prophetæ sicut & illi, vt probauit Beatus Petrus ex auctoritate Ioelis contra Iudæos dicētes Apostolos esse ebrios, vt habet Actuum secundo. Primò excellebant eos in modo prophetiæ, quia Deus erat promptus ad loquendum per Apostolos, & alios ministros noui testamenti quandocumque vellent, intantum quòd non oportebat eos cogitare quid loquerentur sed Spiritus sanctus immediatè loquebatur per eos, Matthæ. decimo, & Lucę vigesimoprimo, scilicet. Dum steteritis ante Reges, & Presides, nolite cogitare, quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora &c. Non erat autem sic in aliquo propheta veteris testamenti. Nam non habebant Deum promptum quando volebāt aliquid cognoscere, sicut dixit Eliseus quarto Regum de Sunamite. Dimitte illam, quia anima eius in amaritudine est, & Dominus celauit à me, nec indicauit mihi. Et interdum petebant prophetę à Domino instanter responsum de aliqua re, & non respondebat eis vsque post decem dies. Sicut fuit de Ieremi. petente, an Israelitę descenderent in Aegyptum, Ie. quadragesimosecundo. Interdum autem non respondebat vsque ad tres hebdomadas, etiam si propheta se affligeret ieiunijs, & orationibus, vt Deus ei reuelaret. Sicut fuit de Daniele, qui tribus hebdomadis panem desiderabilem nō comedit, & tunc ei responsum est, Danielis decimo. Ad Apostolos autem Spiritus sanctus veniebat etiam non vocatus, ideo erat excellentia valde magna istorum super illos. Secundò excellebant etiam eos ex parte rerum reuelatarum, quia altiora valde reuelata sunt Apostolis, quàm reuelarentur prophetis. Tertiò erant etiam excellentiores ex parte miraculorum, quia faciebant stupenda miracula, non solùm tanta quanta Christus, sed etiam maiora, sicut ipse dixerat eis, maiora horum facietis. Nam de Petro legitur, quòd cùm transiturus esset per vicos in Ierusalem, ponebantur ægri in grabatis in vico, vt transeunte eo vmbra eius tangeret quemquam, & sanaretur: Actuum quinto. Quod tamen nunquam à Christo legimus factum. Petrus etiam suscitauit hominem mortuum à quatuordecim annis, & Beatus Andreas suscitauit simul quadraginta viros: Christus tamen nunquam legitur talia fecisse. Prophetæ autem multi fuerunt, qui nunquam

Petrus [...] tauit [...] tuum à annoru[m]

fece-

fecerunt miracula, alij autem pauca fecerunt, & quasi cum difficultate, vt colligitur ex locis, vbi habentur gesta eorum. Quartò excellunt etiam Apostoli, quia loquebantur omnibus linguis. Actuum secundo. Sed de nullo vnquam legitur hoc in veteri testamēto: multa alia, & magna sunt, in quibus isti excellebant illos, de quibus nunc non est agendum, sed dicetur latè in libro nostro de quinque legibus, scilicet Aeterna, Naturali, Humana, Mosaica, & Euangelica. Et non solùm Apostoli excellebant Prophetas, sed etiam quicumque habens ministrationem aliquam in nouo testamento excellit omnes qui sunt in veteri testamento. Quod Christus innuit cùm dixit non surrexisse inter natos mulierum maiorem Iohanne Baptista, scilicet inter omnes, qui fuerant ante eum. Et postea sequitur. Qui in regno cœlorum minor est maior est illo. Et vocatur regnum cœlorum nouum testamentum Matt. vndecimo. Et est conueniens comparatio, quia Iohannes fuit finis veteri testamenti, & principium noui, vt ait Iohannes Chryso. in sermone decollationis Beati. Io. Tertiò excellit nouum testamentum ad vetus, quia in nouo testamento est Liber Euangeliorum, qui excellit in auctoritate ad omnes libros sacræ scripturę, vt ait Augustin. in lib. de concordia Euangelistarum in principio. scilicet. Inter omnes auctoritates, quæ sanctis literis continentur Euangelium meritò excedit. Quartò excellunt libri noui testamenti libros veteres, sicut finis excellit ea, quæ sunt ad finem. Nam ea, quæ sunt ad finem non habent bonitatem aliquam, nisi inquantum attingunt ipsum finem. Libri autem veteris testamenti sunt propter libros Noui testamenti. Nam cùm nouum testamentum sit aliquid perfectum, ad quod homines imperfecti non poterant immediatè pertingere, oportuit dari aliud minus perfectum, in quo excitarentur homines, vel assuescerent ad posse recipere legem perfectam quando daretur. Sic ponit Apostolus ad Gala. 3. & 4. dicens, ꝙ lex Moysi fuit pedagogus noster in timore, scilicet ꝙ quamdiu fuimus in veteri testamento, fuimus sicut pueri. imperfecti sub pedagogo: in nouo autem testamento dicit nos esse viros perfectos sine pedagogo. Scripta ergo in nouo testamento, per quæ liberamur à seruitute veteris, sunt perfectiora scriptis veteris testamenti. Quintò excellunt libri noui testamenti libros veteris, sicut sol excellit vmbram & veritas excellit figuram. In veteri enim testamento solùm erat figura rerum & vmbra, & non ipsæ res quæ sperabantur. ad Hebræos, 10. scilicet, Vmbram enim habet lex futurorum bonorum, & non ipsam imaginem rerum: in nouo autem testamento ponuntur clarè ipsæ res speratæ, scilicet Christus Saluator &c. quæ in veteri testamēto significabantur, & non dabantur: in nouo autem data fuerunt, & apertè significata. Et ob hoc in veteri testamento erant multæ figuræ: eo quòd res siue veritas ibi non ostendebatur, nec dabatur, sed solùm significabatur, vt longè absens. Sextò excellit scriptura noui testamenti ad veterem, quia illa cessauit, ista autem in æternum manebit, & propter hoc Apostolus vult illud vocari vetus, & istud nouum, quia illud cessauit & perijt, istud autem non peribit ad Hebræos. 8. scilicet, dicendo autem nouum veterauit primus: quod autem antiquatur, & senescit prope interitum est. Septimò excellit in auctoritate ipsum nouum, quia melius est simpliciter nouum testamentum, quàm vetus, quia in isto est perfectio. in illo nō, ad Hebræos. 8. scilicet. Nunc autem melius sortitus est ministeriū, quanto melioris testamēti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est. Multæ quoque aliæ excellentiæ sunt ipsius noui testamenti, sed quia istæ non tantum pertinent ad libros, & scripturam quantum ad ipsum testamentum, & statum eius, nihil de hoc dicā, sed dicetur in libro nostro de quinque legibus.

De differentia auctoritatis librorum noui testamenti ad se inuicem? Quæst. VII.

QVAERITVR, an sit aiiqua differentia auctoritatis inter libros noui testamenti ad se inuicem. Dicendum, quòd saltem est aliqua differentia auctoritatis Euangeliorum ad cęteros libros, sicut dixit Augustinus in libro de concordia Euangelistarum, quòd inter omnes auctoritates, quæ sacris literis traditæ sunt, Euangelium merito excedit. Quidam autem dicunt, quòd excedit Euangelium propter auctorem, scilicet Christum: cæteri autem libri pertinent ad alios. Sed dicendum, quòd non stat, quia Christus non est conditor codicis Euangelij, cùm ipse nihil scripserit: sed Eusngelistæ scripserunt. Et si hoc consideretur, quidam alij libri noui testamēti sunt excellentiores Euangelijs, quia quædam sunt Euangelia scripta à non Apostolis, sicut Euangelium Marci, & Lucæ: Epistolæ autem Pauli, & Apocalypsis Iohannis essent digniores libri quantum ad auctores quàm euangelia Marci, & Lucę, quia isti non fuerunt Apòstoli, & illi fuerunt Apostoli. Alij ergo dicunt, ꝙ euangelia excellunt alios libros, quia in eis continentur dicta. & gesta Christi. Sed obijcietur, quòd non solùm in eis continentur dicta Christi, sed etiam in alijs libris noui testamenti, quia quidquid scripserunt Apostoli doctrinale in Epistolis suis à Christo acceperunt, sicut dixit Beatus Paulus ad Galatas primo, ꝙ euangelium quod ipse prædicauit non accepit illud, nec didicit ab homine, sed per reuelationē Iesu Christi. Ergo ita sunt dicta Christi in alijs libris, sicut in Euangelijs. Dicendum quòd euangelia excedunt omnes libros noui testamenti in duobus. Primò quia principaliter continēt dicta, & facta Christi quàm alij libri. Nam licèt in alijs libris interdum reperiantur aliqua dicta & facta Christi: tamen non principaliter, vel totaliter sicut in Euangelijs, in quibus nihil continetur nisi dictum aut factum à Christo, vel ad eum pertinens: sicut sunt passiones suæ. Sunt tamen aliqui libri noui testamenti, in quibus paucissima dicta aut facta Christi continentur, sicut est liber actuū Apostolicorum, in quo solùm texitur historia de actibus ipsorum Apostolorum à die ascensionis Christi vsque ad tempus, quo Paulus fuit Romæ in carcere. Sic etiam est de Apocalypsi Ioan. Nam nihil ibi continetur de factis, aut dictis Christi, sed solùm reuelationes factæ Beato Ioanni de statu ecclesiæ vniuersalis à principio sui vsque ad finem seculi.

Euangelia excedūt omnes lib. noui testamenti.

Secundò excedit Euangelium alios libros, quia ibi continentur gesta, & dicta Christi, inquantum ab eo dicta, vel facta sunt: cùm euangelistæ solùm fuerint Historiographi Saluatoris. In alijs autem libris noui testamenti, licèt interdum contineantur aliqua dicta aut facta Christi, non ponuntur ibi vt dicta vel facta ab eo, sed inducuntur à scriptoribus librorum ad probandum intentionem suam super aliqua re. In cœteris autem euangelia non sunt maioris auctoritatis, quā cęteri libri noui testamenti, scilicet non sunt maioris certitudinis. Nam sub tanta necessitate obligamur credere ea, quæ sunt in Actibus Apostolorum, vel in Apocalypsi Ioannis, quanta obligamur credere ea, quæ sunt in Euangelijs. Ratio patet ex eis, quæ declarata sunt præcedenti quæstione, scilicet ꝙ æqualiter obligamur credere Samuelem esse filium Elcana sicut Christum esse filium Virginis.

Item non est maior necessitas, aut ineuitabilitas in

dictis

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictis Euangelicis, quàm in dictis aliorum librorum, quia aliàs diceremus, quòd facilius erat concedi eſſe mendacium in dictis alicuius libri noui teſtamenti, quàm in Euangelio: omnia tamen Spiritu Sancto dictante ſcripta ſunt, qui omni tempore eſt æqualiter verax, & omni tempore æqualiter impoſſibile eſt eum mentiri, ideo non eſt facilius concedi poſſe reperiri mendacium in uno libro, quàm in alio, ſed in omnibus eſt æqualiter impoſſibile. Nunc conſiderandum eſt exceptis Euangelijs an inter alios libros noui teſtamenti ſit aliqua differentia auctoritatis, vel ſint æquales. Dicendum ꝙ quantum ad certitudinem, & ineuitabilitatem, & obligationem ad credendum æquales ſunt. Quia ſicut probatum eſt, Euangelium non excellit aliquem librum noui teſtamenti in auctoritate illo modo, ergo à fortiori unus non excellit alium in hoc. Sed dicendum quòd ſe excellunt in auctoritate dupliciter, vno modo ex parte auctoris, alio modo ex parte materię. Primo modo liber Actuum Apoſtolorum eſt minoris auctoritatis, vel dignitatis cæteris libris noui teſtamenti, quia exceptis Euangelijs omnes libri noui teſtamenti ſunt conditi ab Apoſtolis præter Actus Apoſtolorum. Nam Epiſtolæ Pauli ſunt à Paulo condita, licèt quidam putēt Epiſtolam ad Hebręos non eſſe eius, ſed Clementis, vel alicuius alterius: Ęcleſia tamen tenęt illam eſſe Pauli, de quo Hieronymus in prologo eiuſdem Epiſtolæ. Canonicæ Epiſtolæ à quatuor Apoſtolis cōditæ ſunt, ſcilicet Iacobo, Petro, Ioanne, & Iuda: Apocalypſis à Ioanne Apoſtolo deſcriptus eſt. Solus autem liber Actuum Apoſtolicorum ſcriptus eſt à Luca, qui non erat Apoſtolus. Secundò excedit vnus liber alium in materia, & iſto modo Epiſtolæ Pauli, & canonicę Epiſtolæ excedūt actus Apoſtolorum, & Apocalypſim Ioannis. Primò patet, quia tam epiſtolæ Pauli, quā canonicæ continent pręcepta noui teſtamenti, quę ſunt de neceſſitate ſalutis, & per illa erudimur in omnibus agendis, liber autem Actuum Apoſtolorum ſolùm continet hiſtoriam de Actibus Apoſtolorum in principio Eccleſiæ primitiuæ. Et iſta licèt ſint utilia, & erudiant hominē, in multis tamen non ſunt ita ſimpliciter de neceſſitate ſalutis, ſicut præcepta contenta in Epiſtolis Pauli, & canonicis: per quæ tota Eccleſia dirigitur. Secundum patet, quia Apocalypſis Ioannis non continet inſtructionem aliquam præceptorum, ſed ſolam reuelationem. Et licèt non poſſit dici liber inutilis cùm ſit reuelatus per Spiritum Sanctum, & omnis ſcriptura per Spiritum Sanctum reuelata vtilis eſt ad docendum, & arguendum, corripiendum, & erudiendum, ſecundæ ad Timotheum tertio, tamē utilitas eius non ita conſtat, ſicut utilitas epiſtolarum Pauli, & canonicarum: potiſsimè quia ibi continentur reuelationes de futuris contingentibus circa Eccleſiam, illa autem ſunt hiſtorica, & non ſunt ita excellentia ſicut præcepta noui teſtamenti tradita in canonicis epiſtolis, & Pauli, quæ ad omnem actionem neceſſaria ſunt.

Quare liber, vbi ſunt ſcripta Euangelia dicatur liber Euangeliorum, & quid ſit Euangelium. Quæſt. VIII.

Euāg. quid ſignificet.

QVAERITVR cùm iſtæ ſit codex Euangeliorum, quare vocetur ſic, & quid ſit Euangelium. Dicendum ꝙ Euangelium eſt nomen græcum, & ſignificat bonam annunciationem, vel bona noua, vt vulgariter loquimur. Iſtud autem competit valde iſtis quatuor libris, vt infra dicetur, ex hoc quia in eis annunciatur bonum, ſicut Angelus apparēs paſtoribus in natiuitatę Chriſti, de quo totum Euangelium eſt, dixit eis: euangelizo vobis magnum gaudium, quia natus eſt hodię Saluator mun-

F

di. Luc. 2. Sciendum tamen, quòd licèt Euangelium ſecundùm ſe ſignificet bonam annunciationem, aliquando tamen accipitur diuerſimodè. Nam ſæpe accipitur euangelizare ſolùm pro annunciare, vel prædicare. ſicut dicitur in pſalmo 67. Dominus dabit uerbum euangelizantibus, ideſt, prædicantibus. Sic etiam accipitur prima ad Corint. 9. ſcilicet: Si non euangelizauero, væ mihi: ideſt, ſi non prædicauero. Ad Roma. 10. dicitur, Quod ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona, ideſt, prædicantium pacem, & prædicantium bona. Et ſic accipitur Euangelium pro prædicatione. Sicut dicit etiam Matth. 10. Qui reliquerit patrem, & matrem propter me, & propter Euangelium, ideſt, propter prædicationem. Ali-

G

quando accipitur Euangelium propriè pro bona annunciatione, & euangelizare, ideſt, bona annunciare. Sic patet Naum primo, ſcilicet. Ecce ſuper montes pedes Euangelizantis, ideſt bona annunciantis. Aliquando accipitur Euangelium pro mala annunciatione, & euangelizare, ideſt annunciare illa mala. Ad Galatas primo, ſcilicet: Miror quòd ſic tam cito transferimini in aliud Euangelium, quod non eſt aliud niſi ſunt, qui vos conturbant, & uolunt conuertere Euangelium Chriſti. Nullum tamen Euangelium poteſt eſſe bonum, ad quod homo ſe transferat recedendo ab Euangelio Chriſti, ideo illud eſt malum Euangelium. Et eodem cap. dicitur. Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepiſtis, ideſt, contra id, quod accepiſtis, ana-

H

thema ſit, ideſt, ſit maledictus, & excommunicatus. Et ſic malum erat illud Euangelium. Et ſic ſolet accipi largè Euangelium pro quacunque annūciatione, vel prędicatione. Ad ſignificandum autē ſpecialiter iſtud Euangelium Chriſti ponuntur aliquæ adiunctiones. Nam interdum vocatur Euangelium pacis, & aliquando Euangelium æternum, & aliquando Euangelium regni Dei, ſicut patet Matth. 4. & 9. ſcilicet. Circuibat Chriſtus prædicans Euangelium regni Dei. & Marci primo dicitur, quòd circuibat prædicans Euangelium regni Dei. De Euangelio pacis dicitur ad Ephe. 6. State ergo ſuccinti lumbos veſtros in ueritate, & calciati pedes in præparationem Euangelij pacis. Vocatur autem Euangelium pacis, quia ad pacem maximè mo-

I

net, quia Chriſtus ſæpe dicebat, pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. Ioannis 14. Vel Euangeliū pacis, quia illi, qui ſuſcipiunt illud, debent eſſe in pace, & non debent litigare, ſed potius iniuriam tolerare, ſicut dixit Apoſtolus Timotheo; Seruum Dei non oportet litigare. Multa alia nomina habęt Euangeliū ſecundùm multas conditiones eius.

Quare libri quatuor Euangeliſtarum dicantur Euangelici, & an iſtud nomen poſſit conuenire libris veteris teſtamenti. Quæſt. IX.

QVAERITVR, quare iſtud nomen ſpecialiter conuenit iſtis quatuor libris, vt dicantur Euangelici, & an poſſit conuenire aliquibus li-

K

bris veteris teſtamenti. Ad primum dicendum, quòd cùm Euangelium ſignificet annunciationem, vbicunque bona annunciantur poterit Euangelium dici, ſiue ſint Scripturæ Sacræ, ſiue non. Potius tamen conuenit ſacris libris, quàm alijs, cùm in eis meliora annuncientur, & magis pertinentia ad ſalutem noſtram. Et ſic omnes poſſent vocari Euangelia. Ad hoc tamen, quòd iſtud nomen commune ſpecialiter alicui tribuatur, neceſſe eſt quòd conueniat illi per excellentiā, ſicut Magnum ſolent vocare Romani Pompeium. Ita enim Lucanus loquitur quandocunq; abſolutè dicit Magnum: Pompeium intelligit. Sic etiam cùm Prophetam dicimus abſolutè, Dauid ſolemus intel-

intelligere, quia ille fuit excellentior inter omnes prophetas ſecundi ordinis, ſcilicet in canendo per pſalmos, vt declaratum eſt primo Paralipomenon. 15. & primo Regum. 20.

Et cū dicimus Apoſtolum, Paulum intelligimus, quia ipſe plus omnibus laborauit, cùm ipſe ſolus vocetur Apoſtolus, & Doctor, vel Magiſter Gentium. 2. ad Timoth. primo. Ita de Euangelio nunc dicendū eſt, quòd conueniet libro, in quo ſpecialiſſimè bona annunciantur: & hoc nulli ita conuenit ſicut iſtis quatuor libris, qui de Chriſto ſunt, qui eſt totum bonum. Nam vt declaratum eſt ſupra in quadam quæſtione, Euangelia ſpecialiter pertinent ad Chriſtum inquantum ibi ſolùm traduntur facta, & dicta eius, & inquātum ab eo dicta, & facta ſunt. Annunciantur ergo in

B

na in E- g. multis dis nun- tur.

euangelijs bona multipliciter: primò quia in eis annunciatur Chriſtus, qui eſt totum bonum non ſolùm noſtrum, ſed vniuerſaliter eſt bonum, cùm ſit ſubſtantia boni ipſemet, quia Deus eſt.

Secundò annunciatur bonum, quia in eis annūciatur Chriſtus, vt Saluator noſter. Et iſtud eſt maius bonum inquantum pertinet ad nos. Et hoc ſpecialiter nunciauerunt Angeli Chriſto nato Paſtoribus. Luc. 2. ſcilicet. Annuncio vobis magnum gaudium, quia natus eſt hodie Saluator mundi, ſcilicet, per quem totus mundus, qui nunc captiuus tenebatur, liberabitur à morte, & à peccato, & à Diabolo: quia ab his tribus Chriſtus nos liberauit, vt declarat magiſter, & Docto. 3. Sententiarum di. 2. Et ab iſto gaudio quòd Angeli

C

annunciauerunt potuit iuſtè vocari liber iſte, in quo de Chriſto agitur, euangelium. Tertiò annunciantur bona in eo, quia verba eius ſunt vita, & hominem viuificant: ſicut Chriſtus dixit Ioan. 6. Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt, ideſt ſunt ſpiritualia, & viuificant ſpiritum, ſicut ſpiritus viuificat carnem. Quartò annunciantur bona, quia in eo vita æterna, & bonum nobis annunciatur, quod eſt ipſa fęlicitas. Et vocatur regnum cœlorum. Ioan. 6. cùm dixit Petrus, Domine ad quem ibimus? Verba enim vitæ æternæ habes, ideſt quæ perducunt ad vitam æternam, & iſta erant verba euangelica. Et propter hoc vocatur interdum iſtud Euangelium Regnum Cœlorū, vel Regni Dei, quod idem eſt. Matth. 4. & 9. ſcilicet.

D

Et circuibat Ieſus prædicans euangelium Regni, ideſt, Regni cœlorum, & ſanans omnem languorem. Marcus autem addidit, dicens, quòd circuibat prædicans euangelium regni Dei. Quintò annunciatur bonum, quia non ſolùm in eo annunciatur fœlicitas noſtra q̄ vocamus vitam æternam, vel regnum cœlorum: ſed etiam modus perueniendi illuc, cùm dantur præcepta illuc dirigentia. Et hoc Chriſtus dixit in principio prædicationis ſuæ, ſcilicet: Pęnitētiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum. Matth. 4. & Marci primo, quaſi dicat: Non poteſt illuc iri, niſi per pœnitentiam. Et Marci. vlti. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui autem non crediderit condemnabitur. Multis alijs modis bonum annunciatur ſpecialius in

E

iſto libro quàm in alijs, ideo vocatur propriè euangelium. Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut ſupra diximus, accipiendo largè Euangelium, competit etiam libris, qui non ſunt in ſacra ſcriptura: & à fortiori omnibus libris ſacris: cùm non ſit aliquis liber ſacer, qui non ſit aliquo modo ad dirigendum vitam humanā, cùm ſit traditus per Spiritum ſanctum, qui nihil inutiliter facit. 2. ad Timothæum primo, ſcilicet: Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus. Et ſic libri veteris teſtamenti non poſſunt vocari euangelia. Primò quia ipſa præcepta veteris

A

teſtamenti abſolutè non erant bona, quia cùm darentur populo imperfecto, Deus permittebat eis aliqua mala, ſcilicet repudiare vxores, & vſuras ab extraneis accipere. Deuteronomij 23. & 24. Permittebat etiam vindictam inimicorum quantum ad rancorem Numeri. 36. & Deuteronomij. 19. Aliæ quoque leges erāt continentes quandam imperfectionem, & ſic vocantur aliquando iſta præcepta mala, vel non bona. Ezechiel. 2. ſcilicet: Dedi eis præcepta non bona. Secūdò non erat bonum in hac lege, quia eſſent ibi alia præcepta quæ non eſſent mala, ideſt, non permitterent malum. nullum tamen bonum importabant, ſicut præcepta de immolationibus pecorum, & de purificationibus corporalibus, & ſimilia, quæ in ſe nullum bonū

B

importabant, ſed ſolùm erant ad occupādum Iudæos in quadam ſeruitute Dei, ne diuerterēt ad ſeruitutem Dæmonum. Et ſic lex nō faciebat homines perfectos: nec iuſtificabat quemquam, vt patet ad Hebræos 6. & 9. Item licèt in lege noua, & veteri contineatur bonum, dicitur tamen de eis bonum æquiuocè, ſicut ſanum de cibo, & de homine, vel magis ſicut homo de homine vero & picto: ita in nouo teſtamento bonum eſt realiter, in veteri autem non erat realiter bonum, ſed vmbra quædam, vel figura eius. Ad Hebræos decimo, ſcilicet: Vmbram futurorum bonorum lex habet, non ipſam imaginem, ideſt ſubſtantiam, vel ueritatem boni. Et ob hoc dixit Apoſtolus, quòd nouum teſtamentum erat melius ueteri. Ad Hebręos octauo,

C

ſcilicet: Nūc autem melius ſortitus eſt miniſterium, quanto & melioris teſtamenti mediator eſt quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt: Multa alia ſunt pertinentia ad defectum in ueteri teſtamento, propter quæ non dicitur ibi eſſe bonum, & multæ excellentiæ in nouo teſtamēto, propter quas dicatur ibi eſſe bonum ſimpliciter. De quibus nunc non dicetur, ſed in libro noſtro de quinque legibus. Non ergo dicetur proprie aliquis liber veteris teſtamenti euangelium, quia non reperitur ibi perfectum bonum, quod requirit euangelium.

An aliquis liber noui teſtamenti præter iſtos quatuor libros Euangeliſtarum poſſit dici Euangelium. Quæſt. X.

QVAERITVR, an epiſtolæ Pauli, uel aliquis liber noui teſtamenti poſſit dici euangelium, præter iſtos quatuor libros euangeliorum. Quidam dicunt, quòd epiſtolæ Pauli vocantur euangelium, ſicut ipſe dixit ad Romanos 16. ſcilicet. Ei autem, qui potens eſt uos cōfirmare iuxta euangelium meum. Et ibi intelligunt pro epiſtolis Pauli, quia nulla alia ſcripta ipſe reliquit. De alijs quoque libris noui teſtamenti dicunt, quòd poſſunt vocari euangelia, quia in eis bonum ſimpliciter annunciatur, & non eſt de illis, ſicut de libris veteris teſtamenti, qui imperfectam legem continent. Dicendum tam

E

de epiſtolis Pauli quam de omnibus libris noui teſtamenti, quòd poſſent aliqualiter vocari euangelia: nullus tamen eorum ſic uocatur, nec proprijſſimè eis cōuenit iſtud nomen. Patet quia, vt ſupra dictum eſt, cū Euangelium ſit nomen commune, non poteſt dici ſpecialiter, vel per attributionem de aliquo, niſi per excellentiam inueniatur bonum in eo, quod tamen per excellentiam dicitur vni ſoli conuenit. Liber tamē euangeliorum continet bonum excellentius alijs, & auctoritas ſua eſt maior omnium aliorum auctoritate, ideo nullus liber alius iam poſſet ſpecialiter vocari euangelium, ſed eſſet larga appellatio, inquantum ibi quoddam bonum annunciatur. Et tunc conueniret omnibus libris ſacræ ſcripturæ, quod eſt inconueniēs.

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed tunc obijcietur, quòd nõ debeant etiam esse quatuor libri euangeliorum, quia cùm dicatur per excellentiam, vni eorum tantùm conueniet. Dicendum, quòd quatuor sunt libri euangeliorum: quia omnes de eadem materia tractant, scilicet de gestis, & dictis Christi. Et idem omnes dicunt, licèt quidam breuius alij prolixius. Et sic nulla est differentia inter eos in materia siue in bono, de quo tractant, vel quod annũciãt. Cùm ergo sunt æquales: necesse est, vel omnes illos vocari euangelia vel nullum. Sed inconueniens fuit nullum vocari euangelium, cùm ibi excellẽtissimum bonum annuncietur, omnia ergo debuerunt vocari euangelia. Si autem non tractarent omnes euangelistæ de eadem materia, sed de varijs, vnus solus liber vocaretur euangelium, scilicet in quo de dictis, & factis Christi ageretur. Apparet ergo ex hoc, quòd nullus alius liber noui testamenti debeat vocari euangelium, cùm in nullo contineatur bonum per excellentiam præter illos quatuor libros. De epistolis quoque Pauli dicendum, quòd non vocantur euangelia. Et cùm Paul. dixit ad Romanos. 16. Secũdùm euangeliũ meum, non intellexit ibi de epistolis suis. Et cùm obijcitur, quòd nulla alia opera scripsit, concedatur: ipse tamen euangelium suum non dicit esse aliquod euangelium à se, vel ab alio scriptum: sed quidquid ipse prædicabat, vocabat euangelium: sicut omnes alij prædicatores, quos mittebat Christus, dicebãtur euangelizare: & ipse Paulus dixit: Si non euangelizauero væ mihi, Quæ est ergo merces mea? Vt euangelium prædicans sine sumptu ponam euangelium, primæ ad Corinth. 9. Manifestum est tamen, quòd Paulus non prædicabat ea, quæ erant in epistolis suis, quia illę solùm erant propter aliqua emergentia, & dirigebat illos ad ecclesias, in quibus prius prædicauerat: & illud quod ibi prius prædicauerat, vocatur euangelium, & illud dicebat ipse euangelium suum. Item patet hoc clarius ad Gala. primo, scilicet. Notum enim facio vobis fratres euangelium, quod euangelizatum est à me, quia non est secundùm hominem. Et sic dicebat se euangelizasse Galatis aliquod euangelium, & tamen nulla epistõla est ad Galat. nisi ista in cuius principio istud ponitur. Ergo ea, quę prædicauerat prius Paulus Galatis vocauerat euangelium, & non ipsam epistolam. Vocat tamen aliquando illud euangeliũ suũ, non quòd ipse illud ædidit, sed quia ipse illud prædicabat. Et sic quilibet Apostolus poterat vocare euangelium suum, quod ipse prædicabat. Potest autem prædicatio Pauli vocari euangelium, inquantum large omnis prædicatio est euangelium, ideſt annuncia-
tio boni. Alio modo vocatur strictè euangelium, quia ipse prædicabat gesta & facta Christi, quæ vocantur euangelium. Sic dicitur prima Corinth. ideſt: Nos prædicamus Christum crucifixum. Et prima Cor. 2. Ego cùm venissem ad vos fratres, non me iudicaui scire aliquid inter vos nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum: ideſt, nihil prædicabam vobis nisi de passione Christi & similibus, & istud erat euangelium. Sciẽdum tamen, quòd interdum vocatur euangelium in sacra scriptura determinatio concilij generalis. Sic patet ad Galat. secundo, cùm Paulus dixit, quòd Petrus non ambulabat ad veritatem euangelij. Id tamen, de quo Paulus increpabat Petrum, erat quòd ipse subtrahebat se à gentilibus nolens manducare de cibis eorum, sed obseruabat cibos legales propter timorẽ Iudæorum, qui venerant de Ierosolymis à Iacobo: ante tamen quam venirent Petrus comedebat cum Gentilibus de omnibus cibis. Nunc verò per hoc, quòd subtrahebat se à cibis Gentilium, videbatur innuere quòd erat peccatum comedere de illis. Et per hoc videbatur cogere Gentiles cõuersos ad Christum obseruare legalia. Istud autem dicebat Beatus Paulus esse contra veritatem euangelij. Non est tamen sensus, quòd esset contra aliquod de quatuor euangelijs, sed erat contra determinationem Concilij Generalis, quod fuerat celebratum ab Apostolis, & à tota ecclesia. Act. 15. Vbi pronunciauerunt neminem obligari ad obseruanda legalia potissimè conuersos de gentilitate, sed posse manducare quæ vellent. Contra istam determinationem Concilij Generalis videbatur agere Petrus, cùm per suam simulationem videretur adhuc obligare gentiles, & cogere eos ad obseruanda legalia. Et sic vocatur determinatio Concilij Generalis euangelium. Hoc factum est Spiritu sancto dictante, vt cognosceretur per hoc auctoritas, & potestas Concilij Generalis: qua nulla est maior super terram, & non potest errare in pertinentibus ad fidem, nec errat in pertinentibus ad mores. Quilibet autem homo quantumcunque sanctus, & quantæcunque potestatis potest errare in fide, & effici hæreticus, sicut de multis summis Pontificibus legimus, vt de Liberio, & Ioan. 22, & alijs quibusdam. De erroribus autem eorum circa mores cuiuslibet patet. Sola etiam Generalis Synodus loquitur nomine Spiritus sancti: cùm nulli congregationi hominum quantæcunque dignitatis, & nulli homini quantæcunque potestatis: aut meritorum conuenit talis locutio: sicut patet Actuum. 15. Cùm enim ibi diffiniret Concilium Generale ponitur forma diffiniendi, scilicet. Placuit Spiritui sancto, & nobis congregatis in vnum &c. Et istum modum diffiniendi habuerunt omnia Concilia Generalia ab exordio ecclesiæ vsque nunc. Nullus tamẽ Summus Pontifex quantorumcũque meritorum diffiniendo dixit vnquam, placuit Spiritui sancto & mihi. Et nõ solùm quando solus summus Pontifex diffinit, sed etiam si diffiniat cũ toto collegio Cardinaliũ, qui simul dicuntur facere ecclesiam Romanam, non dicunt placuit Spiritui sancto & nobis. Nemo enim quantumcũque sanctus, nec quãtumcũque superbus præsumpsit vsque hodie hanc sibi formam diffiniendi vsurpare: ipsum autem generale Cõcilium tenet eam iure suo: cùm reperiatur ab Apostolis sic fuisse tẽtam. Et sic Synodus generalis ponit Spiritum sanctum tãquam coniudicem suum vel assessorem sibi in iudicãdo, & quòd illa diffinitio ab ambobus simul procedat; & tamen Spiritus sanctus non potest errare, ideo concilium generale errare non potest potissimè in fide. Omne autem quod est inter mortales præter Concilium generale siue sit homo, siue vniuersitas, aut qualiscũque cõgregatio errare potest tam fide quã in moribus. Ad significandum ergo istam excelentissimam auctoritatem & priuilegiũ, quo nullum maius pt esse, vocatur determinatio Concilij generalis euãgeliũ: eo q nihil est inter omnes libros sacræ scripturæ inimo inter oĩa scripta vniuersi tantæ auctoritatis, sicut euãgelium. Et per hoc apparet magna auctoritas & certitudo determinationum Cõciliorum generaliũ, cùm assimiletur auctoritati euangelicę, & vocetur euangelium. De hoc aliquid tetigimus in libro nostro, qui dicitur Defensorium trium conclusionum cõtra æmulos. Dicetur autem latius in libro de origine & distinctione iurisdictionum. Præter dicta autem nullus alius liber aut scriptura inuenitur, quæ euangelium appelletur.

Euangelium vocatur etiã determinatio concilij generalis.

Quid sit Euangelista, & cuius dignitatis sit in Ecclesia.
Quæst. XI.

QVAERITVR, cùm agaĩ hic de euãgelijs, q ab euãgelistis condita sunt, qd sit euãgelista, & cuiꝰ dignitatis, vel ſtatus in Ecclesia. Dicẽdũ q Euangelista ab euangelio dicitur. Et licèt nos consueuerimus solùm dicere euangelistam illum, qui euangelium aliquod scripsit: accipitur tamen euangelista dupliciter, scilicet pro scriptore euangelij, & pro prædicatore euangelij. De primo patet, quia dicimus esse quatuor Euangelistas, ideſt, quatuor qui euangelia cõdicit Apostolus Timothæo. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple. Et non potest accipi ibi euangelista pro scriptore. Nam Timotheus non erat scriptor Euangeliorum: cùm nullum euangelium reperiatur scriptum à Timothæo, nec Ecclesia illud habuerit, nec Doctores de tali faciant mentionem inter recepta, & reprobata euangelia: cùm tamen Hieronymus de multis faciat mentionem, vt dicetur infra in quadam quæstione, maximè quia si Timothæus scripsisset aliquod euangelium, ecclesia suscepisset illud in magno honore, sicut nunc tenet quatuor, eo quòd illud approbatum videretur à Paulo, cùm approbaret personam, & instigaret ad hoc, dicens: opus fac euangelistæ: ergo nullum scripsit. Item patet quia dicitur: Vigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto. In quo innuit, quòd de officio euãgelistæ erat laborare, & vigilare circa omnes, & implere officium suum, & sobrietatem custodire. Ad euangelistam tamen, qui est euangelij scriptor nihil istorum pertinet: sed solùm scribere euangelium, obseruando rerum veritatem, & tenẽdo illum ordinem in scribendo, quem sibi Spiritus sanctus dictauerit. Dicẽdum ergo, quòd Apostolus vocauit Timotheũ Euangelistam, ideſt, prædicatorem. Nam erat Timotheus Episcopus, & ad curam pastoralem pertinebat prædicare euangelium, potissimè in Ecclesia primitiua, in cuius exordio fuerunt Paulus, & Timotheus. Et cùm tunc tota cura esset introducere fidem, & illud non posset fieri sine prædicatione, quoniam fides ex auditu est, ad Roma. 10. & non auditur nisi quis prædicauerit: potissima ergo cura pastorum tũc erat prædicare fidem, quæ in Euangelio continetur. Et sic Paulus vocauit Timotheum euangelistam, ideſt, prædicatorem. Et huic sententiæ consonant quæ habentur ibi, quia dicitur tu vero vigila. Est autem propriè actus pastoris vigilare super gregem suum, ne Diabolus, qui semper circuit quærens quem deuoret, aliquẽ rapiat. Quia non erit bona excusatio pastoris, si lupus ouem rapiat, & pastor dicat se non vidisse. Dicitur etiam ibi: In omnibus labora, ideſt, circa omnes subditos tuos informando eos in fide, & in moribus. Quia ad hoc tenetur Episcopus, cùm ipse sit pastor. Ideo per se tenetur illud facere, vel prouidere, vt per alios diligenter fiat: alioquin totum exigetur ab eo, quia speculatorẽ eum posuit Deus domui Israel. Ezech. 3. & 33. Etiam dicitur: Ministerium tuum imple. ideſt fac omnia quę pertinent ad Episcopum, & pastorem animarum. Dixit etiam: Sobrius esto: quia ista est vna de conditionibus Episcopi. Quia cum Apostolus prima ad Ti. 3. poneret omnes conditiones Episcopi, dixit debere eum esse sobrium & prudẽtem. Loquebatur ergo Apostolus de euangelista, qui est prædicator, inquantum conuenit pastori. Aliquando accipitur euangelista pro vtroque simul, scilicet pro scriptore euangeliorum, & pro prædicatore illorum: sic patet ad Ephe. 4. scilicet: Et ipse dedit quosdam quidẽ Apostolos, alios prophetas, alios verò euangelistas. Et necesse est accipi pro vtroque, quia Apostolus describit ibi partes ecclesiæ. Vtrique tamen sunt necessarij. Nam si nõ fuissent qui euangelia scripsissent nemo prædicaret, quia nesciremus quid prædicandum esset. Et si non esset qui euangelium prædicaret etiam si scriptum esset nihil prodesset, quia esset sicut panis integer, quem non possunt paruuli frangere, & sic fame pereunt, ac si nõ esset panis, sicut dixit Ieremi. Paruuli petierunt panẽ, & non erat qui frangeret eis. Et exponitur à doctoribus de doctrina sacræ scripturæ, quæ est panis: ideſt potest satiare spiritualiter, sicut panis corporaliter. Est panis autem iste integer quando nemo scripturã simplicibus annunciat, nec exponit: & tunc paruuli, ideſt, simplices petunt panem, ideſt doctrinam sacrę scripturæ, & dicitur quòd non erat, qui frangeret eis. Et non dicitur, quòd nõ erat panis, qui frangi posset, sed quòd non erat qui illum frangeret, ideſt qui annunciaret, & exponeret. Et ita equaliter pereunt paruuli sicut si nullus panis, ideſt si nulla doctrina esset quæ eis dari posset. Vterque ergo est necessarius, scilicet scriptor euangelij, & annunciator eius, & ambo sunt partes ecclesiæ, & de ambobus locutus est Apostolus.

Quomodo Euangelista sit pars ecclesiæ, & quid est Ecclesia, & quomodo Christus sit caput Ecclesię.
Quæst. XII.

QVAERITVR amplius de euãgelista, quomodo sit pars ecclesiæ, vel cuius dignitatis sit. Dicendum quòd ecclesia, quæ est congregatio fidelium habet partes multas necessarias, sine quibus manere non potest. Et inter illas ponuntur euangelistæ. Nominauit Apostolus istas partes, & quasdam earum posuit ad Ephe. 4. dicens: Et ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores, & Doctores. Alias etiam partes nominat prima Cor. 12. dicens: Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia, primò Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. Omnes istæ sunt partes ecclesiæ. Et sunt istę partes necessariæ sibi: ita quòd sine illis non manebit, & erunt in ea vsque ad consumationem sęculi: sic patet ad Ephe. 4. scilicet. Et ipse dedit quosdam Apostolos &c. & sequitur: Ad consumationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, & in mensuram ætatis plenitudinis Christi: Scilicet, omnes partes dictæ manebunt in ecclesia, donec omnia ista fiant: ista tamen non consumabuntur vsque ad finem sęculi. Patet hoc ex applicatione literæ. Nam dicitur ad consumationem sanctorum, ideſt donec cõsumetur numerus sanctorum. Vocantur hic sancti illi, quos Deus prælegit ab æterno conformes fieri imagini filij eius: nam hos iustificauit, & sanctificauit: ad Romanos. 8. Isti autem sancti conuertuntur ad Christum per prædicationem euangelij quidam de Gentibus, & quidam de Iudęis, etiam quidam conuertuntur de infidelitate, & alij de prauitate morum, & vtraque conuersio fit per euãgelicam prædicationem, quia euangelium veritatem fidei continet, & in moribus instruit. Isti tamen inceperunt conuerti ad Deum & incorporari sibi à principio sęculi, & durabit conuersio eorum vsque ad finem sęculi. Nam est assertio multorum & satis rationabilis, quòd Deus non permittet sęculum manere in isto statu, nisi vsque dum compleatur numerus prædestinatorum, qui vocantur hic sancti. Et quando venerit vltimus eorum, finietur sęculum, & erit dies iudicij. Patet hoc, quia cũ status huius sęculi sit imperfectus, quia nõ est hic beatitudo, ordinatur ad statum futuri sęculi, vbi est beatitudo tanquam in finem suum, sicut imperfecta naturaliter ordinantur ad perfecta. Rursus autem in hoc sęculo sunt boni, & mali. Certum est autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem quòd sæculum istud propter bonos conseruatur, vt ipsi possint manere in eo tanquam in via sua, quousque per hoc perueniant in suam beatitudinem. Nam sic etiam in naturalibus imperfecta non sunt in vniuerso nisi propter perfecta: sicut dicit Aristote. 2. Physicorum, quòd nos sumus, quodammodo finis omnium, & quòd omnia sunt propter nos, scilicet propter homines, qui sunt perfectiora entia vniuersi inter purè naturalia. Potissimè autem, quia cùm malum in se non dicat aliquam perfectionem, ad rectorem rectissimum, & prudentissimum non pertinet tolerare mala in sua politia: nisi inquantum mala aliqualiter proficiunt in bonum, & conferunt ei quandam pulchritudinem, licèt per accidens: Deus autem est potentissimus rector potens extirpare totum malum de orbe, si vellet, & non vult: ergo cùm rectissimus rector sit, iudicat id pertinere aliquo modo ad bonum. Si autem malum aliquando solum maneret sequestratum à bono, omnino inutile videretur: quia tunc nō faceret directè, nec per accidens ad bonum. Ideo Rector rectissimus alicuius vniuersitatis, vel politiæ nunquam malum sic permitteret, nisi in pœna, vbi prōpriè competit malo esse sine bono. Et sic ad rectissimam Dei gubernationem pertinet nunquam malos sine bonis relinquere, nisi in inferno, vbi est locus solùm deputatus ad pœnam, & ille propriè competit malis, sine bonis. Status tamen istius sæculi non est ad pœnam, sed est via merendi alium statum bonum, &cæt. Mala quæ hic committuntur non hic puniuntur. Ideo quando nulli boni fuerint in hoc sæculo, scilicet completo numero prædestinatorum, non videtur ad quid mali permittantur hic: cùm illi nunquam corrigendi sint, nisi incipiat illico esse hic infernus. Et tamen hic non est locus pœnalis, sed post vitam, ideo completo numero electorum cessabit omnis vita in natura.

Item via non est nisi, vt per eam gradiamur. Quando ergo nemo est, nec esse potest, qui per viam ingredi possit, superflua est via. Sed status huius sæculi est status viæ, quò festinatur ad vitam æternam: cùm ergo nemo fuerit, qui illuc iturus sit secundùm Dei præcognitionem, superfluum videbitur manere statum istum viæ. Item patet hoc efficacius ex sententia Christi in parabola de zizanijs, quę superseminata sunt in agro, & ministri videntes ea exorta inter triticum, voluerunt illa extirpare: sed dixit paterfamilias: Sinite crescere vtraque vsque ad messem, ne fortè simul eradicetis triticum. Et tempore messis colligentur zizania in fasciculos, & comburentur: segetes autem cōgregabuntur in horreum, Matthæ. 13. Ista parabola est de bonis, & malis, sicut Christus declarat ibi: bonum semen sunt filij regni prædestinati, zizania sunt viri nequam: messis est consumatio sæculi. Et tamen manifestum est, quòd tempus messis dicitur, quando segetes veniunt ad totalem suam perfectionem, & maturitatem, ita quòd iam non est opus eis manere in agro: ergo messis quam Christus vocat consummationem sęculi, respectu bonorum erit, quando peruenient boni ad perfectionem, siue complementum: ita q̄ nemo eorum superfit nasciturus, ergo consumatio sęculi erit in consumatione Sanctorum, scilicet, quādo erūt mortui omnes electi; & tamen ecclesia & omnes partes eius, sicut hic dicit Apostolus, durant vsque ad consumationem sanctorum. Ergo durabit ecclesia cum omnibus istis partibus suis vsque ad consumationē sęcl̄. Item dicitur in opus ministerij, s. q̄ istæ partes ecclesię sunt ad opus ministerij, i. ad ministrandum & procurandum istam consummatam conuersionem sanctorum in ædificatione corporis Christi. Hoc dicitur, quia istę partes ecclesiæ sunt necessariè ad edificandum corpus Christi. Pro quo sciendum, q̄ Christus, siue corpus Christi accipitur dupliciter: vno modo pro illo homine Christo, qui in se vnctus est: & corpus eius accipitur tunc pro illa parte naturæ humanæ, quam assumpsit de virgine. Et istud vocamus corpus Christi verum. Alio modo dicimus Christum esse vnum hominem non quidem verè vnicum, sed vnum ex pluribus: nō per modum vniuersalitatis, sed per modum cuiusdam congregationis in vnum. Et tūc dicimus corpus Christi esse corpus mysticum, id est, figuratum. s. figuratiuè corpus appellatur, cùm nō sit vnum corpus naturale. Sed sicut dicimus vniuersitates esse corpora per fictionem iuris, ita totam ecclesiam dicimus esse vnum corpus. Ratio autem huius est ex similitudine istius corporis mystici ad corpus verum naturale. Nam sicut in corpore narurali licèt vnum sit, sunt multæ partes diuersorum officiorum. Ad Romanos 12. & prima ad Corin. 12. Et istæ diriguntur omnes in vtilitatem totius ipsius corporis, & quilibet etiam procurat vtilitatem alterius, & omnes istæ propter continuationem, quam inter se habent, dicuntur vnum corpus: ita in corporibus mysticis, vel figuratis fictione iuris, quę sunt vniuersitates, sunt multi homines, qui sunt partes illius vniuersitatis, & habēt distincta officia, & actus, siue præsidendi, siue exequendi, siue consulendi inquantum sunt partes ipsius vniuersitatis, & diriguntur omnes in vnum finem, scilicet in bonum publicum: & quælibet pars vniuersitatis confert ad illud bonum, licèt diuersimode conferat secundùm actus suos, quælibet etiam confert ad vtilitatem alterius, quia nulla pars illarum habet sufficienter in se bonum suum, sed quælibet accipit ex omnibus. Et ista est causa potissima, quare conueniunt in vnum, ut sint vnum corpus, scilicet quia nulla pars illius vniuersitatis continet in se perfectè bonum, sed omnes simul continent perfectè vnum bonum, quod est bonum publicum, & etiam est bonum singulorum inquantum quęlibet pars potest accipere ex omnibus alijs quidquid sibi deest ad complementum suum. Istam causam tangit Aristo. 3. Politicorum, dicens: Adiacet cuique particula boni alterius, idest, quilibet homo habet in se unam particulam illius boni, quo alius eget. Ideo necesse fuit conuenire multos ad faciendum politiam, vt sic quilibet possit habere ab omnibus alijs, quod sibi deest. Et ob hoc cùm uniuersitates istam habitudinem, & ordinē teneant, qui ordo est in corporibus naturalibus, quæ sunt uerè corpora, uocabuntur iustissimè uniuersitates corpora. Sic autem ecclesia tota dicitur unum corpus, ut magis declarabitur sequenti quęstione, & istud corpus uocatur corpus Christi, quia Christus inquantum homo est caput istius corporis. Ipse enim inquātum homo per passionem suam meruit, ut esset caput omnium hominum, & essent sibi omnes subditi. Et hoc est, quòd ipse dixit post resurrectionem suam Apostolis Mar. 16. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, & tamen non potuit sibi dari nisi inquantum homo. Et istam potestatem non habuit ante passionem suam inquantum homo, eo quòd nondum acquisierat eam, quia non poterat acquirere eam, nisi per sanguinem. Quia sicut ille, qui emit aliquem in seruum, per illam emptionem accipit potestatem in eum: ita cum Christus homo per suam mortem nos redemerit, & non alio modo, non potuit aliter accipere potestatem super nos. Et sic ipse non solùm inquantum Deus, sed inquantum homo iustè, & quasi naturaliter effectus est Dominus noster, ita ut nos omnes simus serui illius benedicti hominis Christi. Hoc signat Apostolus Actuum. 20. scilicet. Attendite uobis, & uniuerso gregi, in quo nos Spiritus sanctus

ctus posuit Episcopos regere ecclesiam Dei, quā acquisiuit sanguine suo. Et sic per sanguinem acquisiuit potestatem, quòd nos simus serui eius liberati de seruitute tenebrarum. Vocatur autem totum istud corpus à parte principali, quæ est caput, scilicet, Christus: & sic dicimus ecclesiam esse corpus Christi mysticū. Licèt autem Christus per passionem acceperit potestatem super omnes homines præsentes & futuros, quia omnes sufficienter redemit sanguine suo, non tamen omnes sunt de corpore eius, sed oportet eos edificari in corpus ipsius, vt sint de corpore, sic dixit Apostolus in ædificatione corporis Christi. Si tamen eo ipso quòd Christus redemisset homines, essent de corpore eius, nō oporteret edificare illos per aliquod ministerium nostrum. Aedificantur ergo dupliciter homines in Christo, scilicet per fidem, & charitatem. Per charitatem quidem inquantum per eam homo vnitur Deo. 2. Corinthi. 6. Qui diligit Deum vnus spiritus est cum eo. Non accipimus tamen hic de tali ędificatione, quia ista est multum strictè dicta: nā loquimur de ædificatione per quam construitur corpus Christi quod est ecclesia, prima Corinthi. 12. non est tamen homo pars ecclesiæ per charitatem, cùm multi sint in ea sine charitate, sed est ædificatio per fidem. Nam nemo est in ecclesia, quæ est corpus Christi, nisi credat Christum, & sic susċipiat omnia, quæ credenda sunt. Et hoc patet, quia cùm per baptismum homo efficiatur Christianus, quia illud est ianua sacramentorum, in illo non petitur nisi fides: ideo minister ecclesiæ nomine totius ecclesiæ dicit baptizando. Quid petis ab ecclesia? Et ille dicit: Fidem, & non dicit charitatem. Licèt etiam charitas non sit nisi intra ecclesiam, cùm sit donum infusum vniens nos Deo. Fides ergo est, per quam homo incorporatur Christo, idest efficitur de corpore eius mystico, quod est ecclesia. Et quamdiu manet aliquis in fide, manet intra ecclesiam, & est de corpore Christi: etiam si prauus homo sit. Quia tamen in ædificationibus non solùm intelliguntur illa, quæ sunt omnino de necessitate ædificij, sine quibus illud stare non potest, sed etiam illa, quæ dicunt bonam habitudinem eius, & ad conseruationem pertinent, & faciunt magnam pulchritudinem, erit sic in ædificatione corporis Christi. Quia licèt de necessitate illius sit fides, ita quòd sine illa non potest effici aliqua pars corporis Christi, qui prius non erat, & postquam fuerit, desinet esse pars si fidem perdiderit, charitas tamen pertinet ad quoddam complementum istius ædificij, & conseruationem eius, & pulchritudinē magnam, ita quòd non solùm homo sit pars corporis Christi, sed etiam sit valde acceptus ei, & efficiatur vnus spiritus cum eo. Ideo ista ædificatio corporis Christi requirit etiam charitatem. Et sicut Apostolus ad Ephe. 4. cùm prius posuisset ædificationem corporis Christi per fidem, & consistentiā eius: subdidit etiam quòd ædificabamur in eo per charitatem, dicens: Veritatem autem facientes in charitate crescamus in illo, qui est caput nostrum Christus, ex quo totum corpus compactum & cōnexum per omnem iuncturam subministrationis secundùm operationem in mensuram vniuscuiusque mēbri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate. Et sic dixit nos ædificari in Christo per charitatem: & istud est secundum ædificium huius corporis Christi, quod est ecclesia: partes sunt illæ quæ supra nominatæ sunt, inter quas ponuntur Euangelistæ: ergo durabunt omnes istæ partes quousque ædificetur totum corpus Christi, idest, ecclesia. sed istud corpus nunquā erit consumatum, quousque incorporentur omnes, quos Deus prælegit, & istud non fiet complete vsq; ad finem sæculi, vt supra declaratum est, ergo vsque ad finem sęculi durabunt istæ partes ecclesiæ. Addit Apostolus in eadem auctoritate declarando præcedētia, scilicet. Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, ideſt, durabunt partes ecclesiæ quousque omnes occurramus in vnitatem fidei, ideſt, omnes illi quos Deus præuidit occursuros in vnitatem fidei. Quia fortè nunquam erit aliquod tempus, in quo omnes homines simul viuentes sint in vnitate fidei, & tamen non possunt occurrere omnes in vnitatem fidei, quousque nascatur vltimus electus, qui postremò nasciturus est, quia etiam ille per ministros ecclesiæ debeat reduci ad vnitatem fidei: ergo vsque ad illud tempus durabit ecclesia cum partibus suis. Dicitur: Et agnitionis filij Dei. Et istud idem est, quod vnitas fidei, quia per fidem cognoscitur Christus esse filius Dei, & omnia alia, quæ necessariò circa ipsum tenenda sunt. Dicitur etiam ibi: In virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ideſt, non solùm debemus occurrere in vnitatem fidei, sed debemus esse sicut vir perfectus & plenæ ætatis. Ad hoc autem quòd aliquis sit vir perfectus naturaliter, tria requiruntur, scilicet, quòd homo sit, quod est per natiuitatem, & quòd habeat corpus sufficientis magnitudinis, ita quòd non debeat peruenire aliquando ad maiorem: & quòd sit in ætate matura, in qua vires hominis maximæ sunt. Ista omnia pertinent ad corpus Christi mysticum, inquantum per ista significatur totalis perfectio, quam ecclesia habere potest, uel habitura sit, & vsque ad illam durabit ecclesia cum partibus suis. Et sic isti non solùm durabunt quousque omnes electi conuertantur ad fidem Christi, quod est nasci in corpore eius, sed etiā vsque quo isti fideles sint perfecti in charitate, & in alijs virtutibus quas Deus præuidit illos habituros, & sic erunt tunc viri perfecti corpore & ætate: & tunc poterit cessare ecclesia, & omnes ministrationes eius. Ista tamen omnia dicta sunt propter Euangelistas, de quibus diximus, quòd erant partes ecclesiæ siue accipiendo euangelistam pro scriptore Euangelij, siue pro prædicatore eius, etiam oportet manere istas partes semper. Quando tamen dicimus, quòd Euangelistæ manebunt vsque ad finem sœculi, sicut cœteræ partes ecclesiæ, non intelligitur de Euangelistis, scilicet, scriptoribus euangeliorum, sed de Euangelistis, qui sunt prędicatores euangelij, quia iam non sunt aliqui scriptores euangeliorum, nec ecclesia istud permitteret, cùm ipsa potius reiecerit multa alia euangelia, quę erant vltra ista quatuor, vt infra dicetur in quadam quęstione, immo maledictus esset ille, qui conaretur scribere euangelium vltra id, quod iam scriptum est, quia non licet quicquam addere super illud quod iam scriptum est, nec de illo quicquam diminuere, sicut dixit Beatus Ioannes Apocalypsis. 22. scilicet. Contestor ego omni audienti verba prophetię libri huius, quòd si quis apposuerit ad hoc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto: & si quis diminuerit de verbis libri prophetię huius, auferet Deus partem eius de libro vitę, & de Ciuitate sancta. Si ergo non licèt addere Apocalypsi, à fortiori non licebit addere euangeliis, nec diminuere, quia magis sunt illa de necessitate salutis, quàm Apocalypsis cū Apocalypsi nihil ponatur nisi reuelatio quorundam accidentium futurorum in ecclesia, sine quibus etiam est perfecta salus, quę non esset sublatis libris euangeliorum. Nulli ergo euangelistę erunt amplius partes ecclesię postquam illi quatuor fuerunt. Potest tamen adhuc dici, quòd euangelistę, ideſt, scriptores euangeliorum sunt partes ecclesię vsque ad finem sœculi, quia licèt illi non maneant in persona, manent tamen euāgelia eorum loco ipsorū,

Prædicatores manebunt vsque in finem sęculi.

& ista manebunt in eccl'ia usque ad finem seculi, quia sunt de necessitate eius, cũm inde sit fides. Et sic censentur manere semper illi euangelistæ personaliter tãquam perhibentes testimonium de eo quod scripserunt. Ad secundum cũ quærebatur de dignitate euangelistarum in ecclesia: dicendum ꝙ sicut in vniuersitatibus sunt partes diuersorum officiorum & dignitatũ, immo sicut in corpore naturali humano sunt membra diuersarum dignitatum & Actuum, & quædam sunt nobiliora alijs, sicut caput est nobilius cęteris mẽbris: ita in ecclesia non sunt membra omnia eiusdem dignitatis, quia tunc non possent efficere vnũ corpus, & sic deberet dici, quòd sicut in corpore humano caput est nobilius cœteris membris, ita in ecclesia esset ipsum caput nobilius. Christus autem est caput ecclesiæ. ad Ephe. 4. ſ. Crescamus in illum, qui est caput nostrum Christus. Dicendum tamen, ꝙ Christus licèt sit caput nostrum, non compàratur ad cœtera membra corporis, cùm excedat illa quasi in immensum etiam inquantum homo: immo in immensum. Secus autẽ est de corpore naturali: quia licèt illud sit excellentius qualibet parte corporis per se, est tamẽ pars ipsius corporis, & non est melius toto corpore, nec etiã est corpus propter caput, sed caput vt sit corpus. De Christo autẽ est aliter, quia non solum ipse est caput ecclesiæ, sed etiam est Dominus, quia redemit ecclesiam, & acquisiuit eam sanguine suo: ideo non solùm Christus homo est melior quocũq; alio hoĩe, sed ẽt est melior ꝯ omnes hoĩes simul sumpti, & melior quàm tota ecclesia: ideo ipse non est pp eccleſiam sicut caput naturale propter corpus, sed magis tota ecclesia est ꝓpter Christum hominem. i. est ad ipsum inquantũ ipse est Dominus eius. Ideo Christus homo non computatur tanquam pars ecclesiæ, vel sicut vnus de ecclesia, sed supra eccl'iam. Sic facit Ari. 11. & 12. Metaph. dicẽs rectorem vniuersi non esse partem vniuersi, nec aliquid de vniuerso, nec ipsum esse pp vniuersum, sed totum vniuersum ordinari in ipsum, sicut exercit⁹ ordinatur in ducem. Et sic Christus non uocatur caput eccl'iæ tanquã pars eius, sed caput. i. princeps, quia sicut caput est super omnia, ita Christus est super totam eccl'iam. Et sicut omnia mẽbra recipiunt à capite naturali sensum, & motum: ita tota eccl'ia recipit à Christo influxum oĩum charismatum, & donorum spiritualiũ, vt possit manere. Et ob hoc Christus etiam inquantũ homo non comparatur ad aliqua membra eccl'iæ in dignitate, vel honore, sed ipsa membra inter se comparantur. Ideo quando Apostolus posuit partes eccl'iæ distinguens dignitatem ipsarum ſm prius & posteri⁹, nõ nominauit ibi Christum, sed solùm ministros eius, & inter istos est ordo. Nam in primo gradu ponuntur Apostoli, in secundo prophetæ, in tertio euangelistæ, in quarto pastores & Doctores, ita ꝙ faciant pastores, & Doctores vnum gradum. Vel secundùm aliam assignationem ponuntur Doctores in quinto gradu, & faciũt distinctum gradum à pastoribus. Nunc autem non est nobis declarandum de omnibus istis gradib⁹, qui sunt partes eccl'iæ, & de alijs partibus. ſ. virtutibus, & gratijs curationum, & opitulationibus, & gubernationibus, & generibus linguarum, quæ omnia ponit Apostolus esse partes eccl'iæ, prima Corin. 12. & 14. Nam dicere de his esset longissimum, potissimè quia pro hoc est proprius locus. 2. Corin. 12. & ad Ephe. 4. & aliqualiter ad Rom. 12. Solùm tamen diximus hoc propter euangelistas, vt sciatur, quòd sunt in tertio gradu honoris: nã primi, & honoratissimi in eccl'ia sunt Apostoli, qui immediatè à Christo acceperunt potestatem in plenitudine. Nam Christus dixit eis Ioa. 20. Sicut misit me pater, ita ego mitto vos, ideſt. In eadem plenitudine potestatis, in qua pater me misit, quantum ad ædificationem eccl'iæ in illa mitto vos. Item Christus habuit præter Apostolos alios multos, scilicet, septuaginta duos discipulos, & misit illos ante faciẽ suã. Luc. 1. Et tamen isti non fuerunt à Christo assumpti in eadem dignitate, in qua Apostoli. Ideo de electione Apostolorum fit per se mentio, & non ponuntur cum eis discipuli. Vnde de eis dixit Christus: Ego elegi vos duodecim, de discipulis autem non dixit ad significandam specialitatem. Item Christus, quando elegit Apostolos imposuit eis nomina mutando nomina quorundam, vt patet Matthæ. 10. & Marc. 3. & Luc. 6. De discipulis autem nihil tale exprimitur, immo nec ponuntur nomina aliquorum ipsorum. Multæ autem aliæ excellentiæ Apostolorum colliguntur super omnes alios de eccl'ia ex text. euangelico, de quibus magis dicitur 1. Corin. 12. & ad Ephe. 4. & fortè tangetur aliquod Matthæ. 19. aut Luc. 6. vel 10. In secundo gradu ponuntur prophetæ, scilicet, post Apostolos, quia istis Deus loquitur, & per hos reuelantur nobis ea, quæ Deus vult reuelare, & exista adhæsione ad Deum, & communicatione sermonis diuini sortiuntur magnam dignitatem. Nam & Moyses ex consortio diuini sermonis habuit cornutam faciem, ideſt, radios emittentem: ita quòd populus non posset intendere in eum nisi prius faciem suam velaret, ideo velabat eam, quando locuturus erat populo. Exod. 34. & 2. Corin. 3. & ideo ponuntur isti immediatè post Apostolos. In tertio gradu ponuntur Euangelistæ, quibus potestas scribendi euangelium tradita est. Est enim ista magna potestas, cùm nulla scriptura in toto orbe tantæ auctoritatis sit, sicut euangelica. Vnde multi alij conati sunt scribere euangelia, sed ecclesia eis istam auctoritatem, & honorem non detulit, sed repulit eorum scripta, & condemnauit, vt infra dicetur in quadam. q. De Euangelistis autem, qui sunt annunciatores euangelij an ponantur in eodem gradu, in quo isti Euangelistæ, vel intelligãtur per Doctores, qui ponuntur in quinto gradu, ad Ephe. 4. siue per Doctores, qui ponuntur in tertio gradu infra ad Corin. 12. declarabitur in ipsis locis, quia nunc nobis non est intentio, nisi de Euangelistis, qui Euangelia scripserunt.

Melior est Christ⁹ omnibus hominibus simul sumptis.

Christ⁹ est caput eccl'iæ. i. princeps.

Quid sit Eccl'esia, & an Eccl'esia tota possit manere in vno. Quæst. XIII.

QVAERITVR occasione præcedentium, q̃ dicta sunt de euangelistis, ꝙ sint partes eccl'iæ, circa errorem quorundam incidentaliter, qui dicunt totã eccl'iam posse manere in vno, & ꝙ aliquando manet, vel potest manere tota eccl'ia in vna vetula. Et dicendum, quòd istud est falsum, & impossibile. Pro quo sciendum breuissimè quid sit eccl'ia. Et ad hoc præsupponendum est, quòd eccl'ia accipitur dupliciter: aliquando pro ecclesia particulari, & aliquando pro vniuersali. Primo modo vocatur eccl'ia cõgregatio fidelium vnius loci, uel unius Diœcesis, & sic dicimus, ecclesia Salamantina facit hoc, uel tenet hoc. Et isto modo loquitur sæpe Apostolus, ut patet secunda ad Corin. 1. ſ. Paulus Apostolus eccl'iæ Dei, quæ est Corint. & etiam 1. Cor. 1. dicitur Paulus Apostolus eccl'iæ Dei, quæ est Corinthi. Simile patet, 1. ad Thessa. 1. & 2. ad Tim. 1. & in plurimis locis, & accipitur ibi eccl'ia pro particulari, scilicet, eccl'ia Corinthi pro ꝯgregatione omnium fidelium manentiũ in vrbe Corinthi, & sic distinguit eccl'ia Corin. ab eccl'ia Thessaloni. & Phili. & cœteris. Secundò modo accipiebat pro ecclesia vniuersali, & sic accipit sæpe Apls sicut patet ad Ephes. 5. scilicet. Viri diligite uxores uestras, sicut Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundãs eam lauacro aquę in verbo vitę, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam. Manifestum est tamen, ꝙ non potest ibi accipi pro aliqua particulari Ecclesia, sed pro tota cõgregatione fidelium: quia aliàs si esset aliqua particularis Ecclesia, quã Christus sanctificasset per passionem suam, aliæ non pertinerent ad eum, cum eas non redemisset. Item eodem cap. dicitur vir caput esse mulieris sicut Christus caput est Eccl'iæ, & nõ potest accipi pro aliqua particulari, quia tunc illi, qui essent in alijs Eccl'esijs nõ pertinerẽt ad Christum, nec essent membra eius. Sic etiam accipitur infra ad Timo. 3. scilicet. Scias qũo oporteat te in domo Dei cõuersari, quæ est Eccl'esia Dei viui, columna & firmamentum veritatis. Quod non potest accipi de aliqua eccl'esia particulari, qa nulla particularis ecclesia est columna, & firmamentũ veritatis: eo ꝙ quęlibet particularis eccl'esia põt errare in fide, & in moribus. Sed hoc cõuenit soli eccl'esiæ vniuersali, quæ nunquam errat, quia nunquam tota errat. Ista eccl'esia vniuersalis accipitur dupliciter, aliquando verè, aliquãdo per representationẽ. Primo modo dr eccl'esia uniuersitas fidelium conuenientium in unitate fidei, & sacramentorum: partes aũt huius sunt oẽs fideles dispersi per totum orbem ubicunque sint. Secundo modo dr eccl'esia uniuersalis per representationẽ. Et ista est concilium generale legitimè cõgregatum, quia nulla alia congregatio est, quæ legitimè, & sufficienter representet totam uniuersitatem fidelium, nisi generale Concilium, & illud est ẽt quod errare non põt in fide, nec ẽt errat in moribus. Isto mõ accipitur eccl'esia Actuũ. 15. cum dr: Placuit Apostolis, & Senioribus, & vniuersæ eccl'esię, siue cum omni eccl'esia. Et uocatur ibi eccl'esia Concilium generale, quia ibi agitur de Cõcilio generali habito per Apostolos super legibus: & non põt accipi pro eccl'esia particulari, nec ẽt pro tota uniuersitate fidelium, cùm nõ essent oẽs ibi, sed potius dr ꝙ eccl'esia misit ibi nũcios ad alios christianos, qui erãt Antiochiæ, denunciando illis determinationem Concilij generalis. Sic ẽt accipitur Matt. 18. ſ. ꝙ si nec illos audierit dic eccl'esię, ideſt, Concilio generali: quia non põt alio modo ibi accipi, quia ibi loquebatur Christus beato Petro, quẽ instituerat summum Pontificem. Et cùm peccator non audierit eũ, remisit illum ad eccl'esiam, vt denunciaret illi. Papa tñ non est subiectus alicui eccl'esiæ particulari ad hoc, ꝙ teneatur coram illa cõparere, sed potius oẽs particulares eccl'esiæ sunt sibi subiectæ. Ideo oportet intelligi de eccl'esia uniuersali, cuius filius est Papa sicut quilibet fidelis, & ab ea recipit sacra, & in fide illius manet. Non põt tñ intelligi de eccl'esia uniuersali prout est uniuersitas omnium fidelium, quia non est possibile corã illa aliquod crimen denunciari, cùm non sit possibile oẽs christianos quotquot sunt in toto orbe viros & fœminas, paruulos & senes cõgregari in locum unũ, vt eis aliquid denuncietur. Ideo necesse est intelligi de aliqua eccl'esia uniuersali, quæ possit esse congregata, & corã qua possit crimen denunciari, & illa possit iudicare. Ista aũt est concilium generale, ideo necesse est pro illo accipi eccl'esiã hic, de quo magis declarauimus in Defensorio trium quæstionum cõtra emulos, & dicetur amplius in libro de origine & distinctione iurisdictionũ. His ꝓsuppositis considerandum, ꝙ eccl'esia est nomen Græcum, & significat congregationẽ, & quelibet cõgregatio põt vocari eccl'esia: sic accipit Ari. 2. Polit. c. de politia Calcedoniorum, dicens, ꝙ Calcedonij non faciunt eccl'esiam, ideſt, non faciunt congregationẽ ad determinationẽ negociorum publicorũ. Ex hoc inductum est, ꝙ congregatio fidelium uocaretur eccl'esia. Et siue accipiatur pro particulari, siue uniuersali, vera vel repręsentante semper est multitudo, & nunquam significat vnum: ideo de rõne eccl'esię est esse multitudinẽ. Ista vocatur aliquando domus Dei, vt patet ad Tim. 3. ſ. Scias qũo te oporteat in domo Dei cõuersari, quæ est eccl'esia Dei viui. Et ista eccl'esia, vel domus Dei sunt ipsius homines. ad Hebr. 3. ſ. Christus verò tanquam filius in domo sua, quę domus sumus nos. Et sic ẽt significatur multitudo. Item quod est efficacius, eccl'esia dicit multitudinem consistentem ex partibus diuersarũ rõnum, sine quibus non est eccl'esia. Et sic necesse est semper esse multos in eccl'esia. Patet hoc, quia Apostolus uocat eccl'esiã corpus ad Rom. 12. dicens: Sicut enim in uno corpore multa mẽbra habemus, oĩa aũt membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo. Et sic Apostolus dicit eccl'esiam esse multos incorporatos Christo. Dicit ẽt ꝙ ista eccl'esia est corpus. Ex primo patet, ꝙ eccl'esiæ repugnat unitas cùm multi sumus in Christo: ex secundo apparet manifestius, cũ dicat, ꝙ sicut in uno corpore. ſ. naturali sunt multa membra, non habentia eundem actũ, ita est in eccl'esia Christi, vel in corpore Christi, qui nos sumus. Si ergo corpus est, non est unicũ membrum, sed multa, vt patet inf. ad Cor. 12. ergo de necessitate corporis Christi est multa membra habere, & sic non poterit manere corpus Christi mysticũ, siue eccl'esia in uno homine. Item patet magis clarè, quia dicit Apostolus, ꝙ illa membra non eundem actum habẽt. Et sic necesse est in corpore Christi esse membra diuersarum rõnum, & istud impossibile est saluari in unico, quia non põt unicus homo esse præsidens, & subditus. Item patet ex exemplis, quę ponit ibi Apostolus, in quibus sunt actus diuersarum rõnum. Nã cùm dixit, ita multi unum corpus sumus in Christo, subdit: singuli aũt alter alterius membra, habẽtes donationes ſm gratiã, quæ data est in nobis differentes. Et sic vult ꝙ in eccl'esia sint diuersę donationes Christi, & gratię, ſm quas constituantur diuersæ partes eccl'esiæ pro administratione illarum gratiarum. Et declarat istas gratias. ſ. Siue prophetiã ſm rõnem fidei, siue ministeriũ in ministrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando. Oẽs istas administrationes gratiarũ Apostolus dicit debere esse in eccl'esia: non possunt tñ cõsistere in uno, ideo non põt eccl'esia manere in unico. Item patet hoc inf. Cor. 12. vbi latius ponitur, qũo oẽs sumus unum corpus, & qũo sunt in eo diuisiones gratiarum, & ministrationum. ſ. Sermo sciẽtiæ, sermo sapientiæ, fides, gratia sanitatum, operatio uirtutũ, prophetia, discretio spirituũ, genera linguarum, interpretatio sermonũ. Omnia ista in eccl'esia sunt, quæ in eodem esse non possunt. Item in eodem capitulo ponit magis apertè partes eccl'esię, quæ sunt membra ipsius, dicens: Vos aũt estis corpus Christi, & mẽbra de membro, & quosdam quidem posuit Deus in eccl'esia, primum Apostolos, secũdò Prophetas, tertiò Doctores, deinde uirtutes, deinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. Omnia aũt ista sunt diuersarum rõnum: sed qñ aliquod corpus, vel totum cõstituitur ex partibus diuersarum rõnum, impossibile est manere substantiam illius in unica parte, vel in paucis. Et patet hoc in uniuersitatibus, quæ constant in partibus diuersarũ rõnum. ſ. in hominibus diuersarum administrationum: nam ablatis illis diuersitatibus, non manet uniuersitas, etiam si maneant multa membra. Vtpote si aliqua politia, vel ciuitas constet ex rectoribus, & iudicibus, & executoribus iustitiæ, & ciuibus, & hominibus plebeis, & ablatis omnibus officijs maneant soli plebei, vel soli ciues, etiam si multi sint non est uniuersitas politica: immo non est unicus populus, qa deficit ibi formale ad hoc, ꝙ sit unitas politica, quia de necessitate politica requiritur aliquod genus

Universidad de Deusto Biblioteca

genus principatus,& vnitas ſiue communitas legis,& diſtributiuum iuſtitiæ.i.Iudex,vt ait Ari.3.Poli.c.1.Iſta autem non manent manentibus ſolis plebeis in vrbe, ideo ſic manentibus non eſt vniuerſitas, nec ciuitas, nec vnus populus, nec aliquid vnum,à fortiori autem ſi maneret vnicus homo. Cùm ergo eccleſia ſit vniuerſitas,ſiue corpus conſtans ex partibus diuerſarũ rationum, impoſſibile eſt illam manere in vnico homine.Item patet hoc,quia ſicut Apoſtolus dixit eſſe multas partes,& diuerſarum rationum in eccleſia, ita etiã dixit illas manſuras in ea vſque ad finem ſœculi,vt patet ad Eph.4.ſ.Et ipſe dedit quoſdã Apoſtolos,quoſdã autem prophetas,alios vero euangeliſtas, alios autem paſtores, & Doctores ad conſumationem ſanctorum in ædificationẽ corporis Chriſti, donec occurramus omnes in virum perfectum.Et ſic iſtæ partes erunt in eccleſia,donec iſta fiant,& tamen iſta non poſſunt cõpleri vſque ad finem ſeculi, vt probatum eſt in præcedenti quæſtione, ergo manebunt iſtæ partes in eccleſia vſque ad conſumationem ſeculi.Et ſic impoſſibile eſt manere eccleſiam aliquando in vno,quia iam non haberet iſtas partes, & conſequenter fides non poteſt manere in vno aliquando,ſed neceſſe eſt ſemper multos eſſe,qui fidem teneant.Nam vt probatum eſt præcedenti quæſtione,non poteſt aliquis effici pars corporis Chriſti myſtici niſi per fidem,& tamen eccleſia vſque ad finem ſeculi habebit ſemper multas partes,ergo neceſſe eſt ꝙ ſemper multi teneãt fidem,quia omnes illi, qui fuerint partes eccleſiæ erunt fideles.

Eccleſia vſque in finẽ ſemper hẽbit multas partes ipsã cõſtituẽtes.

An in triduo mortis Chriſti fides in ſola Virgine Maria remanſerit. Quæſt. XIIII.

QVAERITVR occaſione præcedentiũ circa quandam propoſitionem,quę à multis cõmuniter aſſeritur, & eſt erronea.ſ. ꝙ in triduo mortis Chriſti tota fides manſerit in Virgine,an poſſit ſtare.Dicendum quòd non manſit tota fides in ea, quia multi alij erant tunc fideles. Primò patet,quia eccleſia beatorum, quæ eſt corpus Chriſti per fidem copulata,eadem fuit à principio ſeculi,quæ nunc eſt: & continuabitur vſque ad finem, ſicut dicimus, ꝙ fuit eadem fides antiquorum & noſtra: ergo erant tunc multæ partes eccleſiæ quando Chr̃s mortuus eſt, quia eccleſia non poteſt conſiſtere in vno, vt patet præcedenti quæſtione:quælibet tñ pars eccleſiæ eſt fidelis, cùm per fidem efficiamur mẽbra eccleſiæ: ergo in illo triduo fuerunt multi fideles.& ſic nõ fuit tota fides in Virgine.Secũdò patet,quia in ſinu Abrahæ erant in triduo montis Chriſti multi viri fideles, .ſ.Ioannes Baptiſta,& omnes prophetæ & patriarchæ. Iſti autem dum viuebant, erant fideles,quia aliàs non poterant eſſe iuſti,cùm dicatur iuſtus,qui ex fide viuit: ad Rom. 1.& Abachuc.1.ẽt quia nõ poſſent aliter accepti eſſe Deo, cùm ſine fide impoſſibile ſit placere Deo.Ad Heb.11.Manebat ergo in eis in ſinu Abrahę fides illa, q̃ habuerunt hic, cùm fides non poſſit tolli niſi per hæreſim,vel infidelitatem,aut per clarã viſionem,quæ erit in patria.j.Cor.13.Iſti tñ nondum habebant claram uiſionem, quia non erant in patria: ergo adhuc manebat in eis fides,& ſic non erat tota in Virgine.Tertiò patet,quia ad prædicationẽ Chriſti multi crediderunt in eum,vt Io.7.& 8,& iſti non diſcrediderunt per aliquid,qđ vidiſſent fieri circa Chr̃m,ergo in eis manebat fides. Et patet ſpãliter in Nicodemo, & Ioſeph de ciuitate Arimatia,qui ſepelierũt eũ, & erãt diſcipuli eius,& credebant in eum.Quartò patet,qa ſi manſiſſet tota fides in Virgine in illo triduo,oẽs Iudęi fuiſſent tunc infideles, & conſequenter oẽs eſſent in peccato mortali.Et iſtud eſt falſum,& inconueniens,

In triduo paſſionis Chriſti fides non remanſit in ſola Virgine Maria.

F quia erant multi viri boni inter Iudæos,qui credebant oĩa illa,ad quæ obligabantur, & ſic erant fideles. Non ergo fuit tota in Virgine.Multæ aliæ rõnes ad hoc poſſunt induci.Quidam tamen dicunt in illo triduo fuiſſe fidem totam in ſola Virgine. Et ob hoc aſſerunt ei ſpãlem honorem exhiberi: nam conſueuit eccleſia à die veneris ad veſperum,& per totam diem Sabbathi ſpãliter colere Dominam noſtram,quaſi totum illud tp̃s ſuum ſit, & illud eſt tempus, quo Chr̃s iacuit mortuus.ſ.quaſi ab hora veſperorũ diei Veneris, & p̃ totum Sabbathum vſq; ad primam horam dñicę diei. Dicunt ẽt non eſſe inconueniens manſiſſe totam fidẽ in Virgine,& ẽt totam eccleſiam,quia aliq̃n vniuerſitas ſaluatur in vno, & ius vniuerſitatis ꝯſeruat̃ in vno, G & ſic licèt eccleſia ſit vniuerſitas, poterat manere in ſola Domina noſtra.Dicendum,ꝙ non mãſit tota fides in Domina nr̃a in illo triduo, nec fuit aliqđ tp̃s,in quo non eſſent ſimul multi fideles.Põt tamẽ iſta propoſitio intelligi,ꝙ ſit vera.ſ.ꝙ tota fides manſit in Virgine.i.tota fides de reſurrectionẽ.ſ.ꝙ in illo triduo nõ fuerit aliquis,qui firmiter crediderit Chriſtũ debuiſſe reſurgere poſt triduum,niſi Domina nr̃a.Et licèt eſſet difficilè immo impoſſibile probare iſtam negatiuam niſi per reuelationem certificantem,tñ ſatis põt ꝯcedi veriſimiliter,quia non erat veriſimile,ꝙ aliquis magis dẽret credere reſurrectionẽ Chriſti poſt triduũ, q̃ illi, qui ꝯuerſabantur cum eo,& quibus ipſe p̃dicauerat,ꝙ poſt triduum reſurgeret,& præcedent eos in Galilęã: H Mat. 26. Et tñ de iſtis apparet,ꝙ ferè oẽs dubitauerint de reſurrectione: nam poſtq̃ ſurrexerat Chr̃s,& apparuerat Mariæ Magdalenæ, cùm nunciaſſet hoc Apoſtolis admirati ſunt, & cucurrerunt ad monumentũ, & tamen ſi certiſſimè credidiſſent,nõ mirarentur. Et non ſolùm mirati ſunt, immo multi eorũ territi ſunt, vt patet de diſcipulis eũtibus in Emmaus, quibus Xp̃s apparuit,& illi dixerunt: Sed & mulieres quædam ex noſtris terruerunt nos, quæ iuerunt ad monumentũ, & non inuento corpore eius, venerunt dicentes ſe viſionem Angelorum vidiſſe, qui dicunt eum viuere. Luc.22.Et ſic iſti multum dubitauerũt de reſurrectione,& ita de alijs diſcipulis,& Apoſtolis Chriſti veriſiłe eſt. Iõ cum nullius ipſorum fides manifeſta appareat, I creditum eſt piè in honorem Dominæ nr̃æ, ꝙ in ipſa ſola in illo triduo fides reſurrectionis manſerit,licèt nobis non ꝯſtet, quia non poſſumus probare iſtã negatiuam,quia poterat manere fides in aliquo, de quo fortè nihil ſcriptum eſt: & ita nos ignoramus.Et quia putatũ eſt ſolam Dñam nr̃am tenuiſſe fidẽ in triduo de reſurrectione, inoleuit in eccleſia ꝯſuetudo antiqſſima,ꝙ à die veneris ad veſperum,& per totum diẽ Sabbathi fiat ei ſpãlis honor,eo.ſ.tp̃e,quo in ea ſola fuit fides de reſurrectione. Conſiderandum tamen magis circa hoc,ꝙ fides reſurrectionis poteſt accipi,vel explicitè,vel implicitè,ſicut de omnibus alijs articulis dicimus.Si implicitè,dicendum,ꝙ omnes Iudęi viri boni, qui tunc erant tenuerũt in illo triduo, & toto tp̃e ſuo K fidem reſurrectionis,quia credebant oĩa, quæ lex credi volebat, & prophetæ. Et quia in lege & ꝓphetis de reſurrectione Chriſti poſt triduũ ſcriptum erat,licèt nõ ita manifeſtè oĩbus, credebant oẽs illã inquantum in lege & in prophetis ꝯtinebatur. Si autem explicitè ꝯſideretur fides reſurrectionis,p̃t ſtare dupliciter, vno modo,ꝙ crederetur,ꝙ Meſsias mortu⁹ erat.Alio modo, ꝙ crederetur particulariter.ſ.iſtum, qui mortuus eſt Meſsiam eſſe, & ipſum poſt triduũ reſurrecturũ.Si primo modo,dicendũ ꝙ fides explicita de reſurrectione non manſit in Dña nr̃a ſola,quia multi erant Iudęi uiri boni,& periti:& cùm iſti multum uacarãt legi,& prophetis maximè circa Meſsiam, in quo putabant totũ ſuum bonum futurum,cognoſcebãt explicite ex

ſacra

Op quo eccl tiat fide gine ſern

Fide rect Chr in mar

ſacra ſcriptura quid de Meſſia credendum eſſet.Et ſic iſti crederent Meſſiam futurum eſſe Deum, & hominem & moriturum pro peccatis noſtris, & tertia die reſurrecturum.Hoc etiam cognouiſſent p̃ traditiones prophetarum, quando inter Iudæos conuerſabant̃,qa poterant ab eis tunc quærere quid vellent iſti, tamen adhuc non cognoſcerent Chriſtum eſſe Meſſiã promiſſum in lege, qa erat de hoc magna contẽtio apud Iudæos,quibuſdam dicentibus,ꝙ ille erat Chriſtus,id eſt,Meſſias,aliis verò ꝙ non.Io.7.ideo licèt non haberent determinatè ꝙ ipſe poſt triduum reſurgeret, habebant tamen fidem ꝙ Meſſias mortuus erat,& ſurrecturus poſt triduum. Et ſic iſti in triduo mortis Chr̃i tenerent fidem explicitam de reſurrectione.Si autem conſideretur ſecundo modo.ſ.particulariter, ita ꝙ ille homo Chriſtus mortuus poſt triduum reſurrecturus eſſet,dicendum ꝙ non manſit fides in ſola Virgine,qa licèt non poſſimus probare aliquem de viuẽtibus habuiſſe illam fidem,veriſimile tamen eſt fuiſſe illã apud ſanctos exiſtentes in ſinu Abrahæ. Nam Ioannes Baptiſta mortuus erat,qui cognouerat Chriſtũ eſſe Meſſiam & Deum,cùm dixit de illo: Ecce Agnus Dei,ecce qui tollit peccata. Ioã. 1. & tamen Ioannes Baptiſta erat in limbo,quando Chriſtus mortuus eſt,iõ ille habebat cognitionẽ de eo determinatiſſimam:& qa, vt Doctores noſtri aſſerunt, ſanctis exiſtentibus in ſinu Abrahæ ſæpe apparebant Angeli annunciantes eis de liberatione ſua p̃ mortem Meſſiæ.Et ita veriſiłe eſt,ꝙ eis reuelatum fuiſſet qñ erat illa mors Meſſiæ.Et cùm ipſi tenuiſſent ante hoc ſp̃ fidẽ de reſurrectione Meſſiæ,& nunc ſcirent determinatè,ꝙ poſt illud triduum reſurrecturus erat Xp̃s, habebãt fidẽ reſurrectionis, & non manebat in ſola Virgine. Itẽ patet hoc clarius,qa vt eccleſia aſſerit,aĩa Chriſti ſeparata à corpore p̃ mortẽ mox fuit in ſinu Abrahæ,vbi erant viri ſancti,& fuit ibi vſq; ad horam reſurrectionis cum reaſumpſit corpus. Et ſic in toto triduo fuit ibi,cognouerũt ergo illi iam manifeſtè reſurrectionem Xp̃i futuram poſt triduum, cùm aĩa eius eſſet cũ eis,& gauderẽt,& ſic determinatè haberent fidem reſurrectionis futuræ poſt triduum. Sed tunc vr̃ obſtare,ꝙ iſti non haberẽt fidẽ, quia clara uiſio patriæ tollit fidem, quæ ẜm ſe eſt obſcura cognitio,nec põt vna cum altera ſtare.j.Cor.13. .ſ.Cùm venerit quod perfectum eſt, euacuabit̃ qđ ex parte eſt.Et loqtur ibi de fide,& viſione patriæ. Nã dicit.Videmus nũc.i.in vita iſta per ſpeculum,& in ęnigmate.ſ.per fidem,tunc aũt.i.in patria facie ad faciẽ.i.clariſſimè. Et ſic fides euacuabitur in patria.Iſti tñ ſancti exiſtentes in ſinu Abrahę cęperunt eſſe in patria illico vt aĩa Chriſti fuit cum eis,quia cùm iam p̃cium redẽptionis per mortẽ Chriſti eſſet ſolutum,nihil impediebat,quin iſti clarè viderẽt Deum. Ideo in inferno ſiue in ſinu Abrahę cępit viſio beatorum,maxime qa Xp̃s dixit latroni:Amen dico tibi,hodie mecum eris in Paradiſo. Et tñ Paradiſus nihil eſt,niſi clara Dei viſio,in qua eſt tota merces:ideo die paſſionis cęperunt ſancti eſſe in paradiſo, & conſequenter euacuata eſt fides ipſorum per claram viſionem patriæ. Et ſic ĩ illo triduo non haberent fidem determinatam de reſurrectione, immo nec haberẽt iam fidem de aliquo articulo, ſed potius oĩa iam viderent,quæ prius crediderant. Quidquid autem verum ſit.ſ. an ſola Domina noſtra in illo triduo hanc fidẽ de reſurrectione determinatè,& particulariter habuerit, vel an aliqs alius de viuis,aut mortuis etiam illam habuerit:totum ſine præiudicio Dñę noſtræ dictum ſit, non.n.intendimus aduocatam noſtram offendere:nam cùm eam dignè laudare nõ poſſumus, iniuſtum eſt vt eius laudes ei aliunde collatas minuamus.Cùm tamen dicitur, ꝙ propter iſtam fidẽ quam tenuit ſola in triduo, exhibetur ei honor à ve-

ma Xp̃i ꝛ à corꝛ ſepara uit in ſi- Abrahę.

radiſus ẽ ta Dei vi

A ſpera ſextæ feriæ, & in toto Sabbatho,dicendũ ꝙ non conſtat nobis euidenter an ex iſta cauſa, vel ex aliqua alia iſta laudabilis conſuetudo introducta ſit, qa non deſunt cauſæ innumerabiles, ex quibus Dominæ nr̃æ honorem ſpecialem impendere poſſimus, immo debeamus. Sed adhuc conceſſo, ꝙ ex hac cauſa ſola introductus fuerit ille honor. Dicendum, ꝙ non eſt ꝑꝑ hoc determinatio eccleſiæ, ꝙ in Domina noſtra ſolũ manſerit fides in illo triduo, quia aliàs obligaremur omnes credere ſicut quemlibet alium articulum ſub pęna hæreſis, vel infidelitatis,cùm quælibet determinatio eccleſiæ in pertinentibus ad fidem ſit tantæ neceſſitatis ſicut articulus, immo ipſa neceſſitas credẽdi articulos prouenit ſolùm ex auctoritate, ſine qua etiã B nec crederemus euangelijs. De quo declaratum eſt in defenſorio trium concluſionum contra æmulos. Cùm autẽ vt quidam dixerunt,ꝙ tota fides poterat in triduo manere in Domina nr̃a, & ẽt in tota eccleſia, non eſt concedendum, quia vt probatum eſt ſ̃,nõ eſt poſſibile manere eccleſiam ſine multis partibus. Cũ verò dr̃,ꝙ vniuerſitas poteſt manere in vno,& ius vniuerſitatis conſeruatur in vno: dicendum ꝙ eſt verum de quibuſdam cõitatibus, quæ non præſuponunt̃ partes diuerſarum rationum, & actuum:ſicut eſt in quibuſdam cõgregationibus,vel collegijs, in quibus ſunt omnia membra ſimilia.Si tamen ſit vniuerſitas,de cuius eſſentia ſit habere partes diuerſarum rationum: cùm perierint illæ actu,& habitu, nec manẽt iura vni- C uerſitatis, nec vniuerſitas in uno,immo nec in plurib⁹ dum ſit ablata illa diuerſitas actu,& habitu,ſcilicet, ꝙ ita ſit ablata, quòd non ſperetur redire:quia aliàs licèt ſint partes abſentes,ſi ſperãtur redire fictione iuris habentur tanquam pręſentes, quantũ ad hoc,quòd non deſinat eſſe vniuerſitas,ſecus autem quantum ad validitatem actuum geſtorum ab vno nomine vniuerſitatis: quia iſta alia conſideratio eſt,ſcilicet an dicantur eſſe actus vniuerſitatis, & an teneant de iure, de quo non eſt ad propoſitum. Et tamen adhuc in eccleſia eſt ſpeciale, quia de ipſa certificatum eſt iam, quòd nunquam erit actualiter ſine pluribus partibus, quia Apoſtolus ad Ephe.4. dixit, quòd manerent omnes illæ partes vſque ad conſumationem ſanctorum,quæ D non erit uſque ad finem ſœculi,vt declaratum eſt pręcedenti.q.

Non eſt cõcedendũ totam fidẽ in ſola Domina noſtra manſiſſe in triduo mortis Chriſti.

An euangelia ſint plura quam quatuor, vel an aliquando plura fuerint. Quæſt. XV.

QVAERITVR vlterius, circa euangelia, an ſint plura quam quatuor,uel an aliquando plura fuerint. Ad primum dicendum,quòd non ſunt plura quàm quatuor euangelia, quia nullus alius liber ſacræ ſcripturæ vocatur euangelium præter illos quatuor, vt probatum eſt ſupra in quadam.q.niſi forte quis accipiat quendam libellum valde Apochryphum, quem quidam vocant Euange- E lium Nicodemi: alij aliter, & continetur in eo de paſſione, & reſurrectione, & nihil aliud. Sed de hoc non eſt aduertendum, quia libellus ille non eſt alicuius honoris, nec eſt de ſacra ſcriptura, immo apud pauciſſimos reperitur. Item quòd ille non continet formam libri euangelici, quia oportebat, quòd contineret omnia vel plurima de geſtis Chriſti, ſicut patet de quolibet quatuor euangeliſtarum, ſed ſolùm continet paſſionem, & reſurrectionem, ideo etiam præter auctoritatem, qua omnino caret, nomen ipſum fuit ſibi valde imperitè poſitum. Ad ſecundum dicendum, quòd olim multa fuerunt euangelia in Eccleſia. Nam apud Aegyptios reperiebãtur Euangelia, quæ dicebantur facta à Beato Thoma, & aliud

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euangelium Beati Matthæi, & aliud Beati Bartholomæi, & singula alia Euangelia, quæ nominabantur ex nominibus singulorū de duodecim Apostolis. Aliud Euangelium fecit Basilides, aliud Appelles. Fecit quo que codicem Euangelicum Lucianus: fecit aliud Hesichius. Multi quoque alij quos enumerare longum est, conati sunt in principio Ecclesiæ Euangelia describere. Tetigit hoc Beatus Lucas in proœmio sui Euangelij, dicens: Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum, quæ in nobis completæ sunt, Tangit etiam Hieron. de hoc in libro illustrium virorum, & etiam in quodam prologo suo qui habetur super Matthæum, qui incipit: Plures fuisse, dicit plures fuisse, qui Euangelia scripserunt, Lucas Euangelista testatur dicens: quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerū, quæ in nobis completæ sunt, sicut tradiderunt qui ab initio ipsi viderunt sermonem, & ministrauerunt ei, & perseuerantia usque ad præsens tempus monumenta declarant, quæ à diuersis auctoribus ædita diuersarum hæresum fuere principia, vt est illud iuxta Aegyptios, & Thomam, & Matthæum, & Bartholomeum, duodecim quoque Apostolorum, Basilidis atque Appelles, ac reliquorum, quos enumerare longissimū est. Tangit hoc idem Hieronym. in quadam epistola ad Damasum Papam, quæ ponitur inter prologos super Matthæum. Et incipit, Beatissimo Papæ Damaso, vbi inquit, Prætermitto eos codices, quos à Luciano & Hesichio nūcupatos paucorum hominum asserit peruersa cōtentio, Idem tangit August. lib. 1. de concordia Euangelistarum, dicens: Cæteri autem homines, qui de Domini, vel de Apostolorum actibus aliqua scribere conati, vel ausi sunt, non tales suis temporibus extiterūt, vt eis fidem haberet Ecclesia: atque in auctoritatem canonicam sanctorum librorum eorum scripta reciperet. Dicendum tamen, quòd licèt fuerint multa Euangelia scripta, & longo tempore manserint in Ecclesia, scilicet, vsque ad tempora Beati Hierony. legebantur ab aliquibus, vt sup. dictum est, Ecclesia tamen nunquam recepit in auctoritatem nisi istos quatuor libros, & illos posuit in canone librorum suorum. De cęteris autem dicit Augusti. in libro de Concordia Euangelistarum, quòd ecclesia noluit illos in canone librorum suorum: ideo certus est iam canon librorum Sacræ Scripturæ, & nomina ipsorum librorum, vt hæretici non audeant nec possint aliquem librum nō approbatum tenere tanquam approbatum, quia conuinceretur ex ipso canone librorum. Ponit autem istum canonem quantum ad libros veteris testamenti. Hierony. in prologo Galeato. Ponit autem Beatus Augu. canonem librorum, & nomina tam noui, quam veteris testamenti in secundo lib. de doctrina Christiana. c. 8. Quatuor ergo Euangelia Ecclesia recipit: cætera verò iubet respuenda, vt patet in Decre. distinct. 15. c. Sancta Romana. & in c. sicut Sancti Euangelij, vbi pronuntur libri approbati, & reprobati. Causæ autē, quare non fuerunt recepta illa Euangelia fuerunt multę. Prima causa fuit, quia multi illorum scriptorum nesciebant veritatem rerum gestarum, nec ordinem scribendi, ideo valde imperitè scripserunt. Hoc tangit Beatus Lucas in proœmio suo, dicēs: Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum, quæ in nobis completæ sunt, Quasi dicat: illi conati sunt scribere illas, sed quia non habebant completam notitiam de illis, non bene scripserunt. Et ad supplendum defectum eorum, vel potius, vt nō adhiberetur fides erroribus illorū dicit se inductum ad scribēdum, cum ait: Visum est mihi assequuto à principio omnia diligenter de omnibus ex ordine tibi scribere optimè Theophile, vt cognoscas eorum verborum de quibus eruditus es, veritatem. Secunda causa fuit quia, sicut declaratum fuit supra in quadam quæstione, Ecclesia non suscipit scripturam alicuius hominis, quæ solum peritiam humanam scripta etiā si sit ille peritissimus virorum: immo etiam si cōstet euidentissimè omnia vera esse, quę in scriptis suis tradit, eo quòd Ecclesia requirit in scriptis suis maiorem certitudinem. Nam certitudo scriptorum per humanam peritiam est per lumen naturale intellectus, & illud potest falli & errare, cùm sit creatum: requirit autem Ecclesia in scriptis suis certitudinem infallibilem, quæ nullo modo possit deficere, & quæ à nullo homine possit negari: ista autem est certitudo per verbum Dei, ideo non recipit Ecclesia scripturam aliquam inter libros suos, nisi de qua constet, quòd dictante Spiritu Sancto scripta sit. Et isto modo dicit Beatus Petrus esse omnes libros Sacræ Scripturę, cùm ait, quòd omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit, idest, per ingenium proprium, vel voluntatem scribentis, sed quòd Spiritu Sancto inspirati locuti sunt siue scripserūt Sancti Dei homines. De quatuor autem Euangelistis, quos Ecclesia tenet cōstituit sibi à principio, & nunc ita firmiter tenet, q̄ Spiritu Sancto dictante scripserunt: ideo amplexata est libros eorum, & posuit in honore summo in suo canone. Cæteri autē, qui Euangelia conati sunt scribere, sola humana voluntate sine diuino impulsu aducti sunt, & sine Spiritu Sancto eos dirigēte scripserunt. Et hoc Ecclesiæ constitit, & constare potuit ex multis signis tempore ipsorum scriptorū: ideo eorum libros non recipit. De hoc Hiero. in prologo quodam super Matt. qui incipit: Plures fuisse, ait: Cum hoc tantū in præsentiarū necesse sit dicere extitisse quosdam qui sine Spiritu, & gratia Dei conati sunt magis ordinare narrationem, q̄ Historiæ texere veritatē. Et dicit q̄ istis applicatur illud propheticum: Væ qui prophetant de corde suo, qui ambulant post spiritum suū, & dicunt: hæc dicit Dns, cùm Dns non miserit eos. Et patet, quia si ad annunciandum non potest aliquis legitimè ire, nisi mittatur à Deo: sicut dicit Apostolus ad Ro. 10. quo prædicabunt nisi mittantur? à fortiori nō poterit aliquis Euangelium scribere nisi à Deo inspiretur, & detur sibi potestas ad scribendum. Et sic fuit de istis quatuor, quia Spiritu Sancto moti sunt ad scribendum, & ipse dirigebat eos in scribēdo: sic dicit Beatus Hiero. in prologo super Lucam. s. q̄ Luc. Sancto instigante Spiritu in Achaiæ partibus Euangeliū scripsit. Idem dicit Aug. in lib. de concordia Euangelistarum. De istis quatuor Euangelistis per Spiritum Sanctum procuratum est, vt scriberent, & sequitur. Cæteri autē hoīes, qui de actibus Dñi aliqua scribere conati sunt, nō tales fuis tpibus extiterunt: ideo nō fuerunt ita moti à Spiritu Sancto sicut illi. Ideo dicit, q̄ Ecclesia eorū Euangelia non recipit. Dato ēt q̄ adhuc Ecclesiæ non constaret, q̄ isti sine Spiritu Sancto scripserant adhuc repelleret eos, quia nō oportebat, q̄ Ecclesiæ cōstaret ista negatiua. s. q̄ ipsi non scripserant per Spiritum Sanctū ad hoc, q̄ repelleret eos, sed solū sufficiebat, q̄ non constaret ei de affirmatiua. s. q̄ per Spiritum Sanctum scripserant. Et si non constaret de ista affirmatiua: sufficiebat istud ad hoc, q̄ Ecclesia eos nō reciperet, & ita erat. Nam aliàs si probatio negatiuè incūberet Ecclesiæ, teneretur Ecclesia suscipere libros cuiuscunq; scriptoris quouscq; ipsa probaret, q̄ nō scripserat per Spiritū Sanctū. Tertia causa fuit, quia multi illorū, qui scripserant Euangelia, multa mēdacia scripserāt nescietes veritatē rerū, Ecclesia aūt nō permittit nec minimum mendaciū in libris suis, quia potius permitteret perire oēs libros suos, q̄ q̄ permitteret vnicū mendaciū in ali quo libro. Quia, illo cōcesso, nulla esset auctoritas alio rū librorū; cū similiter de singulis dubitaretur, an aliquod

Ecclesia recipit solum quatuor euangelia, & alia respuit &, de causis.

quod falsum esset in eis. Hoc dicit Aug. in epistola ad Hier. & hī in Dec. di. 9. c. Si ad sacras. Quarta causa fuit, quia quidā illorū scriptorū erāt Hęretici. Et licèt scirēt veritatē rerum. miscuerūt aliqua falsa veris, & noīauerunt illa euangelia ex noībus Apostolorū. s. Mat. Bart. & aliorum duodecim, & illis miscebant errores suos, in quibus ipsi deuiabant à fide catholica: vt sic ex auctoritate eorum quorum noībus euangelia illa intitulabantur, cogeretur ecclesia recipere errores illorum. Quia ergo ista euangelia fauebant hæreticis, ea reputlit ecclesia. Hoc tangit Hier. in quodam prologo euāgeliorum, qui incipit. Plures fuisse. Vbi ait, q̄ monimēta. i. libri ipsorum euangeliorum diuersis auctoribus ædita diuersarum hæresum fuere principia. Quinta causa quia aliqui scriptores euangeliorum, licèt nihil falsi miscerent, addiderunt tamen quædā ex deuotione, vt magis apparerent operationes Christi. De qbus, licèt non constaret esse falsa, tamen etiam non ꝑstabat esse vera testimonio totius Ecclesiæ. Ideo in quantum de illis non constabat reddebātur illa euangelia dubia. Nam quando euangelistæ scripserunt in principio ecclesiæ primitiuæ erant plurimi, qui viderant ipsa facta Christi. Et si euangelistæ in aliquo deuiarēt à veritate, poterat cognosci mendacium. Et ita ecclesia poterat esse certa, an euangelistæ vera scriberent. Illi autē, qui voluerunt aliqua superaddere deuota ad manifestationem gestorum Christi: fecerunt rem esse dubiam. Et ob hoc non merebantur euangelia sua auctoritatem. Nam potius erat tacendum aliq̄d verum, vt res esset oīno certa, q̄ q̄ aliquod dubiū scriberetur, per qđ res esset incerta. Et ita factum est. Nam euangelistæ multa de gestis Christi omiserunt, vt infra dicetur. Ita aūt expediebat, vt cùm isti libri euangelici per totum orbem in maxima certitudine, & auctoritate susciperēdi essent, q̄ nihil esset in eis, de quo à principio dubitari posset. Nam de nobis, qui nunc credimus, non erat difficultas, quia nos non credimus nisi quia ecclesia, quæ est mater nostra credit. Ideo siue plura, siue pauciora scripta essent crederemus sicut ecclesia traderet scriptum. Secus autem erat in ecclesia primitiua, quia illi, qui tunc erant, viderant Christum, & omnia gesta eius, & poterant scriptores mentitos arguere, si in aliquo errarent. Ideo quantum ad illos non potuit aliq̄d euangelium introduci, quod ab omnibus reciperetur nisi illud puram veritatem contineret, & essent res illæ notissimæ. Illi ergo, qui scripserunt aliquas res dubias in auctoritatem non suscepti sunt. Sic sunt apud nos hodie aliqui libelli de factis Christi res deuotas dubias, tamen interdum non verisimiles continentes, qui Apocryphi iudicantur. Sicut est liber de infantia Saluatoris: & liber, qui dicitur itinerarium Clementis, de quibus in epistola Gelasij Papæ, quæ habetur in Dec. di. 15. c. Sancta Romana. dicitur, quòd sunt Apochryphi. Sexta causa fuit, quia ecclesia non poterat abijcere istos quatuor euangelistas, eo quòd erant approbati approbatione necessitante ad credendū illis, vt declarabitur seq. q. cęteri autem nō erant sic approbati, ideo ecclesia non curauit de illis. Septima causa fuit, quia dato quòd alij bene scriberent euangelia, ecclesia non reciperet omnes illos, quia sequebatur inde periculum, eo quòd hæretici in principio ecclesiæ conabantur corrumpere libros sacros, vt periret fides illorum, & sic oportebat ecclesiam valde cauere ab hoc. Quando tamen sunt valde multi, est difficilius cauere, quàm cùm sunt pauci: ideo tanta numerositas euangeliorum erat valde periculosa ecclesiæ, quia poterat faciliter aliquod eorum corrumpi. Et si corrumperetur vnum cęteris adhuc manentibus illæsis, dum tamen illud susceptum fuisset ab ecclesia in Canone librorum sacrorum, peribat tota auctoritas librorū sa-

crorum, ideo periculum fuit multos euangeliorum libros susċipere, & sic ecclesia non susċepit. Octaua causa fuit, quia in omni ordinato regimine superfluitas euitatur, quia q̄ superfluum est nō potest incedere in ordinem, & est peccatum fieri per plura qđ p̄t fieri p pauca, vt ait Ari. 8. Topj. Sed cū ecclesia hręret quatuor euangelia, quidquid ꝰ esset ēt si essent verissima euāgelia, superfluebat, quia quidquid in eis deberet cōtineri, iam cōtinebatur in quatuor, iō ecclesia nō recepit ea.

Quare sunt quatuor euangelia, & non plura neque pauciora.
Quæst. XVI.

QVAERITVR vlterius, quare sunt quatuor tantùm euangelia, & non plura nec pauciora. Dicendum, q̄ Doctores ponūt aliquas causas singulares circa hoc. Prima causa est, quia euangelium debebat prædicari toti mundo. Mar. 16. Ite in vniuersum mūdū, & prædicatè euangeliū omni creaturæ. Et quia quatuor sunt partes mundi, scilicet, Oriens, Occidens, Aquilo, & Auster debuerunt esse quatuor euangelia. Istam rationem tangit Beatus Aug. lib 1. de concordia euangelistarum, dicens: Isti igitur quatuor euāgelistæ vniuersō terrarum orbe notissimi. Et ob hoc fortasse quatuor, quoniā quatuor sunt partes orbis terræ, per cuius vniuersitatē Christi ecclesiam dilatari ipsō facto sui numeri quodāmodo declararunt. Idem tangit Hieronymus, dicens: Euāgelistas quatuor esse rotas quatuor vnius quadrigæ, in qua Christus tot totum orbem veheretur. Hoc patet in quodā prologo sup Mat. qui incipit. Matthęus cùm primo prædicasset, & ait. Cùm autem plures euangelium scripserint, quatuor tantùm auctoritatis habent testimonium, quia per quatuor mundi partes fidem nunciāt Trinitatis. Et sunt quasi quatuor rotæ in quadriga Domini, quæ vehit eum per prędicationē euangelij. Scda causa ponitur à Hiero. s. quia hoīes quadruplici morte perierant. Erant autem sanandi per verbū euangelij, iuxta illud psalmistæ 106. Misit verbū suum, & sanauit eos. Per quatuor ergo euangelia à quadruplici morte liberandi erāt, vt ait Hier. in eodē prologo: & genus humanum quadrifida morte perēptū eorū erat p̄dicatione uiuificandū. Et uult Hiero. ibi q̄ nō solū sit ista cā finalis, quæ applicari possit, sed ēt q̄ in ueritate pp sacrm. i. significationem, uel mysteriū istius numeri quaternarij aliorum euangelia non susċepta sunt cùm ait. Vnde & aliorū euangelia deciderūt, nec recepta sunt, ga nolebant prefinitū numerū cassari uiritutem sacri. Tertia cā fuit pp similitudinē ad quatuor aīalia. s. Hoīem, Leonē, & Aquilā, & Bouē, q̄ uidit Eze. 1. & 10. Et idē uidit Beatus Io. Apoc. 4. & 5. & per ista quatuor dicunt significari euangelistas, ideo debuerūt esse tm̄ quatuor. Istam cām tāgit Hier. in dicto ꝓlogo. s. Designant ēt quatuor euangelistę quatuor figuris, q̄ non sunt deceptoriæ, sed iocundi mysterij sibi cōsciæ. Quarta cā est, quia euangelia sunt de actibus, & uerbis Xpi. Xps tm̄ cōparat predictis quatuor aīalibus, iō quatuor euāgelistæ debuerūt esse. Istā cām tāgit, & declat Hiero. in d. prologo. Quinta cā fuit, quia euangelistæ fiantur fluminibus Paradisi, cū uerba eorū sint uerba vitæ æternæ. Ioā. 6. & ipsum euangeliū dicat euangeliū regni Dei, ut patet Mar. 1. & Mat. 4. & 9. flumina āt Paradisi sunt quatuor. Gen. 2. iō euāgelistæ debuerūt esse quatuor. Istā cām tangit Hie. in quodam ꝓlogo super Mat. q̄ incipit. Plures fuisse. Sexta cā fuit, q̄ euāgeliū vł Xps cōtentus in euangelio cōparat Arce testū, ga ipsa erat res occultissima & maximè uenerationis, ita Xps erat totum bonum nr̄m, & erat res abscondita, quia Deitas latebat in carne, sicut dixit de eo Isa. Tu es Deꝰ absc̄ōdit⁹. Et sicut arca portabat per quatuor circulos,

vel annulos aureos. Exo. 25. & 36. ita Christus p quatuor euangelia vehendus erat per totum orbem. Istã etiam causam tangit Hiero. in eodem prologo. Possemus nos multas similes alias figurales causas adducere per applicationem istius numeri quaternarij, quia tamen istas dictas solùm inuenio tactas à Hierony. & Augusti. non curaui plures appõsitiones, quia similes causæ figurales non habent efficaciam nisi ab Auctore. Similes tamen causas, quia non videntur literales, sed figurales, & quasi ad placitum applicitę, multi cõtemnerent, nisi propter auctoritatem tantorum virorum. s. Hier, & Augu. qui illas posuerunt. Possunt autẽ esse aliæ causæ literales præcipua autem est, quia necesse erat istos quatuor euangelistas recipi, eo quòd omnes erant approbati, & sic saltem non poterat ecclesia pauciora quàm quatuor euangelia habere. De Matthæo, & Ioan, q̃ essent approbati, patet quia erãt Apostoli, & viderant res gestas, & non poterant iam mentiri, nec errare cùm confirmati essent per Spiritũ sanctum, ideo necesse erat auctoritati eorum stare. De Marco & Luca non erat idem, quia isti non erãt Apostoli. Erant tamẽ approbati, ga Beatus Marcus erat discipulus Beati Petri, & scripsit ea quæ p̃dicabat Petr⁹ Et ipse post ea approbauit euangelium eius, vt ait Hiero. in libro illustrium virorum. De hoc etiam in quodã prologo Hier. super euange. qui incipit. Plures fuisse. Cùm aũt approbatus esset Marc⁹ à Beato Petro, nõ poterat reprobari ab ecclesia. De Luca idem dicendũ est .s. ga ipse fuit discipulus Beati Pauli, & socius eius vsq; ad passionẽ, & scripsit euangelium sicut Paulus prædicauerat, qui illud per reuelationem à Christo acceperat ad Gal. 1. Pau. autem approbauit vel laudauit euangeliũ Lucæ, dicens laudem eius esse in euangelio, q̃d scripserat. Sed laus non est nisi de bono, & excellenti, ideo etiam necessarium erat recipi euangelium istius tanquam approbatum à Paulo: de hoc Hier. in li. illustrium virorum, & in prologo allegato, qui incipit. Plures fuisse. Alij autem, qui euangelium scripserant, non erant sic approbati, ideo non sunt recepti. s. quia non obligabatur ecclesia illos recipere. Ista est causa literalis sufficiens quare non potuerunt esse pauciores quã quatuor euangelistæ. Quare autem non fuerunt plures possunt induci omnes octo illę rationes positæ præcedenti quæstione, scilicet, quare ecclesia repulit omnes illos scriptores euangeliorum.

F

I

Quare euangelium non fuit vnicum. Quæst. XVII.

Prima ratio. Secunda rõ. Tert. ratio.

QVAERITVR vlterius, quare euangelium non fuit vnicum. Nã videtur, q̃ suffeciſſet vnicum, cũ materia sit vnica, s. gesta & dicta Xpi, maxime quia omnes euangelistæ eadem scripserunt. Item quia ecclesia debuit euitare superflua. Item quia facilius custodiret vnum euangeliũ ne corrumperetur ab hæreticis, quàm quatuor. Dicendũ q̃ ecclesia debuit habere multa euangelia, & fuit ei hoc expediens propter multa. Primò propter fidẽ magis completam. Nam in euangelijs continentur ea, quæ pertinent ad substantiam fidei nostræ. Et de istis debebat haberi maxima certitudo, ne quisquam dubitaret. Et sic debuit procurari, q̃ scriberetur euangelium eo modo, quo magis fidem faceret de rebus scriptis. Et tamen plenior fides fieret, si scribererur idem à multis, quàm si scriberetur ab vnico, ideo conueniens fuit plures esse euangelistas. Patet hoc in fide testium, tam in sacra scriptura, quam in Iure humano. Nam in sacra scriptura ad testimonium vnius hominis nemo condemnatur. Numeri. 36. Vbi dicitur, quòd testimoniũ duorum, vel trium hominum verum est. Deuteronomij. 19. Sic etiam Christus defendebat se, quando lu-

K

dæi dicebant sibi, q̃ testimonium suum nullum erat, ipse dixit, q̃ testimonium suum verum erat, quia non solùm ipse de se testimonium perhibebat, sed ẽt Pater perhibebat testimonium de illo. Et allegauit legem illorum dicens, q̃ in lege ipsorum testimonium duorũ hoĩum verum est. i. verum reputatur, & sufficiẽs. Io. 8. Idem est in iuribus humanis, quia nunquam vni soli creditur, ẽt si sint multi, & sint in dictis suis singulares nemini credetur. Ratio autem quare iura nõ recipiũt vnicum testem est duplex. Prima quia in vnico teste non habet locum coniectura veritatis, nec est aliquid, propter quod iudex debeat moueri ad credendũ sibi. Nam rõ quare creditur testibus, est: quia verisimiliter arguitur, q̃ dicant verum. Nã quando testes deponũt super eadem re sigillatim & secretè, & vnus nõ videt depositiones alterius, si cõcordat cum eo in depositione, arguitur rõnabiliter, q̃ ambo verum dicant, quia alias non videretur qũo vnus diuinaret, quid alius dicere t, potissimè quando iudices diligenter recipiũt dicta testium, & inquirunt de causis dictorum, & petunt ab eis multa alia: necesse est, q̃ si ambo mẽtiuntur, vel alter eorum, q̃ deuient. Cùm autem oĩno concordant, apparet manifestè, q̃ verum dixerunt ambo, quia oĩa vera inter se consonant, vt ait Arist. 1. Ethi. s. Vero oĩa consonant. Cùm aũt unicus testis est, non est locus vt de arguatur eum verum dicere, quia non est in unico concordia, nec discordia. Secunda rõ est, ut possit ex dictis testium cognosci si mentiuntur. Nam si plures testes sint, & vnus repugnat alteri, necesse est alterum mentiri, quia contraria aut p̃dictoria non possunt esse simul vera. Et hoc faciliter fit in recipiendo dicta testium, nam sigillatim recipiuntur, & examinantur, & nescit unus quid alius dicat. Et tunc si mentiuntur, inuenitur discordia in verbis eorum. Sicut fuit de duobus Senioribus, qui accusabant Susannam, & ipsi testificati sunt q̃ adulterium commiserat in horto. Deinde cùm Daniel sigillatim interrogauit eos, discordauerunt in dictis, & sic conuicti sunt coram tota plebe falsum dixisse, & occisi fuerunt. Daniel. 13. Si aũt est unicus testis, licèt mentiatur, non põt sic colligi discordia in eo. Ideo vnicus nunquam debet recipi in testẽ, quia licèt faciat præsumptionẽ non facit probationẽ. Verũ est aũt, q̃ sunt aliquæ causæ leues, in quibus fama cum vno teste facit plenam probationẽ, eo q̃ fama hr̃ ibi loco vnius testis. Sic aũt in proposito, quia multi euangelistæ scribentes idem faciebant maiorem probationẽ, q̃ vnicus, conueniens fuit multos esse. Sed tunc obijcietur, q̃ si pp maiorem fidem fuit utilius esse plures, q̃ vnicum euangelistam, q̃ non solùm debebant esse quatuor, sed plures, potissimè cùm multi alij scripserint euangelia, quæ poterat ecclesia recipere. Dicẽdũ, q̃ non fuerunt susceptа nisi ista quatuor. Et cùm dr̃, q̃ utilius erat plures esse quàm quatuor solum, quia facerent maiorem fidem, dicendum vno modo q̃ verum est & ecclesia illos suscepisset, nisi aliud obstaret, quia tamen erant multa inconuenientia si reciperentur, vt declaratum est supra in quæstione. 15. & per totam. q. ponendo octo causas, quare non fuerunt recepti, non recipit eos etiam si alias recipiẽdo esset maior fides euangelio. Aliter dicendum, & melius, q̃ etiam si non esset inconueniens aliquod accipiendo illos, ecclesia non recepisset eos, sicut patet de receptione testium in iure. Nam testes recipiuntur ad faciendã plenam probationem, & fidem de re, de qua dubitatur. Postq̃ autẽ plena fides fit per aliquos testes, quæcũq; vlterior receptio testium est superuacua, & reprobata de iure. Nam effrenata multitudo testium etiam iuri est inimica, quia in recipiendo, & examinando dicta omnium est magnus labor, & nihil magis probant mille testes, q̃ quatuor, vel quinq; testes legittimi sup

H

eadem

eadem re conformiter deponentes. Ita hic tanta fides esset per quatuor Euangelistas. circa idem concordantes, quanta per mille. Ideo superuacuum erat ad faciendum plenam probationem plures quã quatuor Euangelistas recipere. Secunda causa fuit, quia si vnicus euangelista esse debuisset, aut esset Matthæus, aut Ioannes. Nam isti scripserunt multum diuersè, scilicet, Matthæus quasi totaliter de his, quæ pertinebãt ad humanitatem Christi, Ioannes verò quasi penitus de his, quæ pertinebant ad probandum Christum esse Deũ. Si ergo reciperemus solùm Ioannem deficerent nobis omnia, quæ pertinebant ad humanitatem Christi, si autem solùm Matthæum deficerent quasi omnia, quæ pertinebant ad eius deitatem, & vtrunq; est incõueniens. Nam non est salus nisi creditur Christus Deus, & homo. Nam si Christus esset solũ Deus, non proficeret nobis: quia non moreretur pro nobis: si autem esset purus homo, non posset proficere, etiã si vellet: quia per eius mortem non redimeretur totũ genus humanum, immo nec satisfaceret plenè pro vno peccato, quia nullus homo purus potest mereri in infinitum. Erant ergo nobis necessarij ambo Euangelistæ. Marcus quoque & Lucas non erant repellendi: quia isti aliquid addiderant super Ioannem & Matthæum, cùm singuli Euangelistæ habeant aliqua propria sibi, vt patet ex canonibus antiquis Euangeliorũ, per quos colligitur in quo concordant, & in quo discordant. Ista tamen quæ singuli addiderunt, erant valde vtilia ad fidem: ideo non fuit conueniens eos abijcere. Item si diceremus, quod Matthæus recipi debebat, quia plura tractauit de Christi humanitate, idem dici deberet de Luca, quia ita plenè sicut Matthæus tractauit. Et sic non esset maior ratio, quare reciperetur vnus, quàm alius. Ergo vel nullus eorum reciperetur, vel ambo, & ob hoc omnes quatuor recipi debuerũt. Tertia causa fuit, quòd omnes isti quatuor Euangelistæ æqualiter vera scripserunt, & æqualiter per Spiritum sanctum moti sunt ad scribendũ, & ipse æqualiter rexit eos in scribendo, vt scriberent id, quòd verum erat, & ei placitum: ideo nulla causa erat, quare aliquis eorum excluderetur, nisi omnes simul excluderentur, & tamen non debuerunt omnes excludi, ergo nullus debuit excludi. Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd licèt esset eadem materia omnium Euangelistarum, scilicet, dicta, & facta Christi, tamen quia vnus non perfectè scripserat, supplebat alius. Et sic fuit de omnibus, quia quilibet addidit aliquid super cæteros, & omisit aliqua quæ posuerunt cæteri. Sic est circa scientias: Nam circa eandem materiam plures Doctores scribunt, eo quòd nemo fuit, qui eam ita penitus exhauriat, qn aliquid maneat, quod possit dici. Et inde assumunt alij occasionem ad scribendum in eadem materia. Itẽ dato, quòd vnus Euangelista completè scripsisset omnia, quæ pertinebant ad Christum, adhuc vtile erat esse alios Euangelistas, vt esset maior fides Euangelio ex concordia multorum in vnam sententiam, vt supra dictum est. Ad secundum, cùm dicitur, quòd Ecclesia debuit superflua euitare: dicẽdum, quòd nõ fuit superfluum: quia cùm quatuor Euangelistæ ad multa proficiant, ad quæ non sufficit unicus, scilicet, ad maiorem fidem, & abundantiorem doctrinam nõ fuit superfluum esse quatuor. Ad tertium cùm dicitur, quòd facilius erat vnum Euangelium custodire incorruptum ab hæreticis, quàm quatuor, dicendum, quòd verum est, tamen propter hoc nõ debebãt reijci cætera Euangelia si ad aliquid proficiebant: quia tunc Ecclesia deberet reijcere omnes libros noui, & veteris testamẽti, & retinere sibi vnum vel duos: quia facilius est vnum, vel duos incorruptos seruare, quàm

F

I

K

quadraginta quatuor libros duorum testamentorũ, & tamen non debuit propter timorem istius corruptionis reijci quemquam, cum omnes sint sibi vtiles.

Quomodo Euangelistæ scripserunt Euãgelia, & quomodo potuit eis constare de veritate eorum, quæ scripserunt. Quæst. XVIII.

QVAERITVR vlterius, quomodo Euangelistæ scripserunt Euangelia, & quomodo potuit eis constare de veritate eorum quæ scripserunt. Dicendum, quòd Euangelistarũ quidam viderunt ea, quæ scripserũt, scilicet, Matthæus & Ioannes, & alij non viderunt, scilicet, Marcus & Lucas. De Matthæo patet, quòd viderit, quia ipse fuit Apostolus Domini ab eo vocatus cùm sederet in Theloneo. Matt. 9. & Mar. 2. Et manst semper cum eo: ga Apostoli semper manserunt cum Christo vsque ad mortem. Sic enim dixit de eis: vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Luc. 22. Et sic potebat Matthæus videre omnia, quæ Christus faciebat, & dicebat, & scribere visa. De Beato Ioanne idem patet, immo & planius, quia ipse fuit vocatus prius ad apostolatum, quam Matthæus. De vocatione Ioannis patet Mat. 4. De vocatione Matthæi patet Mat. 9. Et sic Ioan. vidit aliqua gesta priora Christi, quæ Matthæus non viderat, & interdum Ioannes cùm scribit dicit, q̃ ipse vidit ea, quæ scripsit, ut patet Ioan. 19. Scilicet: Et qui uidit testimonium perhibuit, & testimonium eius uerum est. Et iterum Ioannes. 21. cùm ipse fuerit locutus de se ipso, subiunxit. Hic est discipulus, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Item Ioannes potuit magis scribere de visu, quàm cæteri, quia circa passionem Domini ipse interfuit plus, quã cæteri. Nam cùm Christus captus esset in horto à Iudæis, Discipuli relicto illo fugerunt. Mat. 26. Et tamen Beatus Ioannes sequebatur Christum, & introiuit cum eo in domum Caiphæ: quia ipse erat notus Pontifici. Ioan. 18. Et cùm Christus penderet in cruce, solus Ioannes ibi erat cum Matre Christi. Et tunc dixit ei Christus de cruce: Ecce Mater tua. Ioan. 19. Potuit ergo iste scribere de uisu magis quàm Matthæus. Alia tamen fuerunt, quæ Ioannes & Matthæus non uiderunt, ut de natiuitate Christi, & de principio conuersationis eius, & prædicationis, cùm nondum aliquis eorum uocatus esset. Itẽ postquam uocati sunt, multa fecit Christus, quę ipsi uel aliqui eorum nõ uiderunt, & tamen scripserunt ea, sicut patet de transfiguratione Domini, quæ habetur Matth. 2. Et tamen non uidit eam Matthæus, cùm non fuerint nisi tres Apostoli præsentes, scilicet, Petrus, Ioannes, & Iacobus. Matth. 17. De istis tamen quæ isti nõ uiderunt dicit Augu. quòd potuerunt cognoscere ista quærendo illa à parentibus Christi, uel ab ipso Christo, aut ab aliis, qui conuersabantur cum eo à principio. Vnde ait lib. 1. de Concordia Euangelistarum, scilicet, cuius non solùm ea, quæ ex ore eius audita, uel ab illo sub oculis eorum operata dicta, & facta meminerant, verum etiam, quem illi discipulatum adhæserant in eius natiuitate, uel infantia, uel pueritia diuinitus gesta, & digna memoria, siue ab ipso siue à parentibus eius, siue quibuslibet aliis certissimis indiciis, & fidelissimis testimoniis requirere, & cognoscere potuerunt. De Beato Marco dicendum, quòd ipse nihil uidit de gestis Saluatoris, sed post mortem Christi à Beato Petro baptizatus discipulus eius factus est, & tunc Euangelium, sicut ex ore Petri audiuerat, scripsit, vt ait Hier. in libro de Illustribus uiris, & in prologo quodam Euangeliorum qui incipit. Plures fuisse. De Beato Luca dicendum etiam quod ipse non uidit aliqua de gestis

I

K

Salua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Saluatoris, licèt aliqui velint eum esse vnum de Discipulis Christi, videlicet, quòd fuerit vnus de illis duobus, qui ibant in Castellum Emmaus die resurrectionis Dominicæ. Luc. 24. Et tunc diceretur, quòd ipse vidisset gesta Saluatoris, & scripsisset de visu sicut Matthæus, & Ioannes. Sed falsum est, quia ipse significat, quòd non viderit aliquid de gestis Saluatoris: sed solùm scripsit, quia eruditus est ab illis, qui viderant, & per Christi mandatum prædicauerant, ut patet Luc. 1. in proœmio cùm ait: Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum, quæ in nobis cõpletę sunt, sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis. Ergo ipse non vidit, sed à videntibus accepit. Idem tenet Augu. lib. 1. dé Concordia Euangelistarum, & Hierony. in lib. de Illustribus viris, & prologo prælegato. Cùm autem quæritur, quomodo poterant isti, qui non uiderãt scire veritatem rerum, quas scribebant, dicendum quòd duobus modis. Primò per instructionem sufficientẽ ab illis, qui veritatem cognoscebant, & sic Marcus scripsit Euangelium, sicut audiuit ex ore Petri, qui omnia completè, & sine errore cognouerat. Et Lucas scripsit sicut instructus est à Beato Paulo, qui etiam plenam sciebat veritatem. Et hoc modo certi erant, quòd non errarent in scribendo, cùm acciperent ab ore illorum, quos nihil de veritate latebat. Secundo modo erant certi de scriptis suis, quia Spiritus sanctus impulerat eos ad scribendum, & dirigebat eos in scribendo: & ille non potest errare. Quòd autem ab isto dirigerentur, & impellerentur patet per Augu. in primo lib. de Concordia Euangelistarum dicentẽ, quia per Spiritum sanctum procuratum est, quòd Luc. & Mar. scriberent. Dicit etiam, quòd impositum fuit eis munus scribendi, idest, officium, vel onus. Item patet generaliter, quòd Deus omnes Euangelistas impellat ad scribendum, & dirigat eos: quia ad Ephe. 4. dicitur, quòd Deus dedit in Ecclesia quosdam quidem Apostolos. Alios autem Prophetas, alios vero Euangelistas. Ergo Deus ponit eos in hoc officio, & tribuit eis istam gratiam, & non vsurpant sibi ipsi hoc officium. Et patet, quia sicut non est Apostolus, nisi qui à Christo electus est. Matth. 1. Et ad prædicandum ab eo missus est. Actuum 1. & non est Propheta, nisi qui à Deo recipit occultorum reuelationes: ita non erit Euangelista nisi cui à Deo datur specialiter ista gratia, & imponitur istud onus scribendi, cùm Deus dicatur dare istos gradus in Ecclesia sua. Erant ergo isti certi, quòd non errarent, cùm scirent se dirigi à Spiritu sancto. Sciendum tamen quòd Lucas ad innuẽdũ, quòd ipse verè, & perfectè scribebat Euangelium, non dedit aliam probationem, nisi quòd diligẽter instructus erat, & certificatus ab illis, qui viderant gesta Saluatoris. Luc. 1. Sed obijcietur, quòd Lucas non dedit sufficientem probationem ad hoc, quia fundauit se super humanam eruditionem: quia sicut supra sæpe dictũ est, declaratum est, quòd in sacra scriptura nõ recipitur aliquis liber, qui solùm sit scriptus per humanam peritiam quantumcunque sit vir peritissimus, qui scripsit, & sint certa ea, quæ scribuntur, ideoque non debebat se fundare super humanam eruditionem, sed potius deberet dicere, quòd dirigebatur à Spiritu sancto. Dicendũ quòd Lucas non potuit probare conuenientius intentum suum, quàm probauit. Primò quia Lucas volebat probare se vera scribere: probatio autẽ debet fieri per notiora, dicere tamen quod ipse dirigebatur à Spiritu sancto, non erat aliquid apparens qđ ita promptè cognosci posset, ideo non erat conueniẽs probatio. Dicere autem, quòd erat instructus diligenter ab eis, qui viderant, & perfectè cognouerant, erat aliquid, de quo magis poterat constare, & modus plaF nior. Secundò quia dato, quòd Lucas sciret se dirigi à Spiritu sancto, videbatur tamẽ esse iactantia, & superbia magna, quòd diceret se dirigi à Spiritu sancto, nec istud dicunt viri boni, nisi interdum tantum si ab aliquibus cogantur super aliqua re, quòd ad laudẽ Dei, vel ad defensionem suam, necesse sit eis talia confiteri, sicut patet de Beato Paulo, cum loquetetur Gorinthiis grauiter indignatus propter eorum peccata, scilicet, an experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus. 2. Corinth. 13. Ideo Lucas, vt humilius responderet potius dixit se ab hominibus eruditum, quàm à Spiritu sancto dirigi. Tertiò, & efficacius, quia cùm diceret se instructum ab eis, qui viderant: ita sufG ficiens testimonium dabat de veritate scriptorũ suorum, sicut si diceret se à Spiritu sancto dirigi, & hoc probaret, quia Beatus Lucas eruditus fuerat à Beato Paulo, & scripsit Euangelium, sicut audiuit ab ore eius. Paulus autem audiuit Euangelium à Deo ad Gala. 1. Scilicet: Notum enim facio vobis fratres Euangelium, quòd euãgelizatum est à me, quia non est secundùm hominem: nec enim ego ab homine accepi illud, nec didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Non ergo differebat quòd Lucas scriberet Euangelium ab ore Dei, vel ab ore Pauli. Sic erat de Marco, qui scripsit Euangelium, sicut audiuit ab ore Petri, & Petrus illud postea legens approbauit, vt ait Hieron. in lib. de Illustribus viris. Petrus tamen confirmatus fuerat per Spiritum sanctum, & non poterat iam pecH care, nec errare, maxime in his, quæ pertinebant ad fidem, in quibus error est grauissimus: ergo cùm Marcus scripsisset ab ore Petri, & ille approbasset ipsum, certissimus erat, quòd nihil errauerat. Cùm autẽ obijcitur, quòd liber scriptus per humanam eruditionem non recipitur in sacra scriptura, ideoque non erat sufficiens probatio: dicendum vno modo, quòd illud intelligitur de eruditione quantum ad sapientialia, quia in illis potest errare homo quantumcunque sit magni ingenij, secus autem in eis quæ videntur ad oculum, quia tam certa probatio est illa, quòd non requiritur alia sufficientior. Et quoniã Beatus Lucas dicebat se instructum ab illis, qui viderant, sufficiẽter probabat se vera scribere. Aliter dicendum, quòd hic nõ fundabat se Beatus Lucas ĩ eruditione purè humana: nam illi, à quibus instructus fuerat, erant pleni Spiritu I sancto, & qui non poterant errare, sicut diximus de Paulo, à quo ipse instructus fuerat, qui Euangelium acceperat à Deo: ideo tantum erat dicere se instructum ab istis, sicut quòd dirigebatur à Spiritu sancto, & erat conuenientior modus, inquantum erat humilior.

Deus impulit Euãgelistas ad scribendam Euangelium.

An Euangelistæ, qui nihil viderunt de Christo, conuenienter scripserint. Quæst. XIX.

QVAERITVR vlterius, an Euangelistæ, qui nihil viderunt de gestis Saluatoris, conuenienter scripserint. Et videtur quòd non, quia notarius non potest ferre testimonium K de illis rebus, quibus non interfuit: sed Marcus, & Lucas nihil viderunt, ergo inconuenienter testificantur. Item non solùm ipsi, sed etiam Matthæus, & Ioannes, qui dicuntur uidisse res gestas, videtur quòd non conuenienter scripserint, quia ipsi etiam multa scripserunt, quibus non interfuerunt, scilicet, omnia gesta Christi, quæ fuerunt ante vocationes ipsorum. Respondendum, quòd Lucas, & Marcus, qui nihil viderunt, conuenienter scripserunt, & ad plenam fidem faciendam. Nam si inconuenienter scripsissent, Ecclesia non suscepisset eos in Canone librorum sacrorum, & si fidem non facerent, non legerentur: quia

super-

superuacuum erat tradi legendum id, quòd lectum eadem facilitate potest contemni, qua recipi: ideo dicendum, quòd non solùm conuenienter scripserunt, immo tam conuenienter, sicut illi, qui viderunt, & interfuerunt omnibus rebus. Nec refert ad plenè scribendum, & fidem faciendum inter Euangelistas vidisse, vel non vidisse: sed equalis auctoritatis sunt, & fidei qui viderunt, & qui non viderunt, sicut dicit Augustl. lib. 1. de Cõcordia Euangelistarum, scilicet: Quorum quidam, hoc est, Matthæus, & Ioannes etiã scripta de illo, quæ scribenda visa sunt libris singulis addiderunt, ac ne putaretur, quòd attineret ad præcipiendum, & prædicandum Euangelium interesse aliquid, vtrum illi annuncient, qui eundem Dominum hic in carne apparentem discipulatu familiari viderunt, an B hic ex illis fideliter comparata æ diderunt, diuina prouidentia procuratum est per Spiritum sanctum, vt quibusdam etiam ex illis, qui primum Apostolos sequebantur, nec solùm annunciandi, verum etiam scribendi Euangelium tribueretur auctoritas. Hi sunt Marcus, & Lucas. Considerandũ, quòd Euangelistæ non solùm qui non viderunt, sed etiam qui viderunt, non scripserunt gesta Christi vt notarij, accipiendo notarium eo modo, quo secundùm iura humana fidem facit. Primò, quia notarius non potest scribere quicquam nisi interfuerit illi rei, siue sit de visu, siue de auditu, aliàs esset falsarius: quia necesse est, quòd in scriptura asserat se interfuisse illis rebus, quæ gerebantur, vel quæ dicebantur: si autem non interfuit, dicendo hic falsarius est. Secundò quia notarius in omnibus scriptis, de quibus ipse perhibet testimonium, debet apponere testes, qui interfuerunt rebus illis, siue videndo, siue audiendo secundùm conditionem rei, de qua agitur, alioquin testimonium suum nullum est, & non creditur ei tanquam tabellioni, & facit cõtra formam præscriptam sibi à iure. Tertiò, quia in omnibus, quæ tabellio testificatur, debet annotare tẽpora determinatè, scilicet, annum, mensem, diem: ita vt dubitari nequeat de rebus, quæ gestæ, vel dictæ asseruntur, quo tempore gestæ fuerunt. Quartò oportet eũ annotare loca, in quibus res auditæ, vel factæ sunt, vbi ipse simul cum testibus interfuit. Alia quoque similia requiruntur in notario, quorum si aliquid de- D sit, scripta sua nullam fidem faciunt: & ipse fecit contra formam præscriptam sibi à iure. Euangelistæ autem scriben do non obseruauerunt ista. De primò patet, quia Marcus, & Lucas nullis rebus interfuerunt, Matthæus, & Ioannes, licèt interfuerunt plurimis, non tamen omnibus, cùm ante vocationem suã aliqua Christus fecerit, quæ ipsi non viderunt, & tamen testificantur de eis. Item Matthæus non interfuit trãsfigurationi Christi, cùm solũ fuerint ibi tres, scilicet, Petrus, Iacobus, & Ioannes: sed de ea testificatur Mat. 17. Non. interfuit quoque Matthæus toti passioni Christi: quia omnes Apostoli relicto eo fugerunt, & tamen de tota passione testificatur. Item nullus Euan E gelistarum interfuit resurrectioni Christi, nec cùm apparuit Magdalenæ, nec cùm apparuit Discipulis euntibus in Emmaus. Omnes tamen hæc testificantur, & ita de multis aliis. Item circa hoc Euangelistæ non tenent formam notarij: quia notarius non solùm debet interesse rebus, quæ geruntur, sed etiam debet asserere in scriptis suis, quòd interfuit rebus illis omnibus, & singulis. Euangelistæ tamen licèt aliquando interessent rebus, quæ fiebant, non asserunt se interfuisse. Nam Matthæus nunquam in toto suo libro asserit se interfuisse rebus, quæ gerebantur. Et tamen istud ita est de necessitate notarij: quòd licèt interfit rebus, de quibus testificatur, si non asserit in scriptis se interfuisse, nulla est eis fides. Ioãnes autem solùm bis

quæ notatis debet tuare.

A scripsit, quòd interfuerit. Et est primum de passione, Ioannis 19. Scilicet: Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius. Et iterum Ioannes 21. cùm de se scripsisset multa, subiunxit. Hic est Discipulus, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus, quòd verum est testimoniũ eius. Secundum, scilicet, appositionem testium nunquam obseruauerunt Euangelistæ. Nam siue qui viderunt, siue qui non viderunt, nunquam apposuerunt testes illarum rerum. Et si aliquando dicatur, quòd facta sunt miracula, vel dicta aliqua coram Discipulis, siue coram populo adhuc non est istud apponere testes, quia non nominant certas personas quæ interfuerũt, quibus adhibeatur fides. Ex incerta autem multitudine fides nulla colligitur. Vt si dicat notarius interfuisse illi rei mille viros, & nullum nominet, fides nulla est, quia ex tali assertione notarij nescitur ad quem p fidei firmitate recurratur. Tertium non obseruauerunt Euangelistæ, scilicet, quia non annotauerunt tẽpora: nam quasi nunquam reperitur ab aliquo eorũ facta plena annotatio temporis, & si rarissimè ponãt aliquas imperfectas annotationes, plenam tamen nũquam vllam posuerunt. Patet de Luca, cum dixit: anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris factum est verbum Domini super Ioannem. Luc. 3. Ibi annotauit Lucas annum, quo Ioannes Baptista incepit prædicare, tamen non diem, nec mensem. Aliquando annotatur mensis, & non annus, nec dies: sicut cum dicit Beatus Ioann. erat dies festus Iudæorum, scilicet, Pascha, & ascendit Iesus Hierosolymam. Ioan. 5. Ex eo, quòd nominat festum Paschæ patet, quod erat mense primo quartadecima die mensis ad vesperum. Exo. 12. & Leu. 13. Aliquando nominat Beatus Ioannes alia festa vt Encenia, & festum Tabernaculorum, siue Sce nophegiæ. Ioann. 7. & 10. Et ex hoc patet quis mensis erat. Nam festum Scenophegiæ est in mense 7. incipiens à die quintodecimo mensis eiusdem vsque ad vigesimum secundum Leuit. 23. & Numeri. 29. Festũ autem Enceniorum, siue purificationis erat die 25. mensis Casleu qui est mensis nonus. 2. Machab. primo. Non tamen sunt istæ perfectæ annotationes: qa non ponitur ibi annus, & ita in nullo loco reperitur aliqua perfecta annotatio, quæ contineat annum mẽsem, & diem. Quartum etiam non obseruant Euangelistæ, vt annotent loca, in quibus res factæ sunt. Nã licèt rarò ponatur locus à quibusdam ipsorum, nunquam tamen adhuc plenè determinant, quia tabellio non solùm debet nominare locum, vtpotè, quòd fuit in tali vrbe, vel tali: sed etiam locum specialiter, scilicet, in qua parte, vel domo illius vrbis. Hoc autem Euangelistæ nunquam diffiniunt, ideo nihil obseruauerunt de eo, quod pertinet ad notarium. Euangelistæ quoque non scripserunt tanquam testes, qui attestationes suas literis scriberent: quia testis debet interfuisse omnibus illis, quæ gerebantur, siue videndo, siue audiendo secũdùm naturam rei, de qua agitur, & reddẽdo causam dicti sui debet dicere, quòd illa vera sunt, & scit ea vera esse, quia illis interfuit: Euangelistæ tamen non semper interfuerunt, & etiam quando interfuerunt, non asserunt se interfuisse. Item Euangelistæ tenent quendam locum medium, qui nec pertinet ad notarium, nec ad testem. Nam quædam asserunt, quæ nec per notarium, neque per testem sciri poterãt. cùm isti solùm testificentur de his, quæ possunt modo humano per cognitionem sensitiuam certificari: Euangelistæ tamen quædam ponunt, de quibus nulli homines in toto orbe possent cerrificare: immo, nec scire veritatem indubitatam illorum, sicut Matthæus testificatur progeniem Christi enarrando eam descendendo ab Abraham vsque ad Christum. Sed

Euãgelistæ in Euangelio conscribendo tenẽt locum medium qui nec ad notarium nec ad testem pertinet.

non

Universidad de Deusto Biblioteca

non potest aliquis homo ferre testimonium, quòd talis progenies ita se habeat: quia non est aliquid, per quod possit cognoscere. De hoc Matth.1. Idem facit Lucas progeniem Christi ordine conuerso à Christo reducens vsque ad Abraham. Luc.3. Testatur etiam Matthæus, quòd Domina nostra non cognita fuit à Ioseph antequam Christum pareret. Matth.1. Nemo tamen posset istam negatiuam modo humano sufficienter probare. Sic etiam dixit Marcus. cap.vltimo, ꝙ Christus assumptus est in cœlum, & sedet ad dexterã Dei Patris: quòd tamen Christus patrem habebat in celis, & quòd ad dextram eius sedeat, non potest via humana probari, nec potest quisquam de hoc testificari. Ioannes quoque dixit, quòd Christus sciebat omnia, quæ ventura erant super eum. Ioan.18. Dixit etiã, quòd non erat opus Christo, quòd quisquam ei testimonium perhiberet: quia ipse sciebat quid erat in homine, idest, quid erat in voluntate eius. Ioan.2. Dixit etiam, quòd Christus erat verbum Dei, & ab æterno erat Deus. Ioan.1. Ista tamen & multa similia, quæ Euangelistæ dixerunt, non poterant probari testimonio humano: nec tabelliones poterant de hoc fidem facere. Non ergo fuerunt Euangelistæ notarij Christi, nec testes, nec sic scripserunt. Dicendum ergo, ꝙ Euangelistæ scripserunt sicut historiographi Christi, & non sicut notarij, & testes. Et hoc competit eis, quia ad hoc ꝙ aliquis sit conueniens historiographus, nõ requiritur, ꝙ interfuerit omnibus illis rebus, quas scripsit dum gererentur: quia sic non posset quisquam esse historiographus nisi paucorum temporum, sed solùm requiritur, ꝙ ipse sit certus se vera dicere. Sic autem erat de Euangelistis. Quia licèt non interfuissent omnibus rebus, erant tamen ita certi de illis, ac si omnibus interfuissent, immo magis certi, quia interdum homines intersunt aliquibus rebus dum geruntur, & non possunt bene contemplari omnes circunstantias ipsarum. Sicut patet de illis, qui intersunt ludo agonistico, & gymnastico, quos videmus sibi repugnare, quibusdam dicentibus sic accidisse, aliis verò è conuerso. Et hoc solùm, quia non possunt aduertere ad omnes circũstantias: ideo etiam qui intersunt rebus, errant interdum in narratione earum. Euangelistæ tamen erant certi, quòd non errabant, nec poterant errare: ideo firmius scribebant, quàm etiam si vidissent. Certitudo autem, & auctoritas Euangelistarũ non euenit eis propter seipsos, sed propter Ecclesiam. Nam nos non credimus Euangelistis, quia fuerunt Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes: sed quia Ecclesia asserit eos vera dicere, & iubet illis credi. Vnde ẽt si sciretur, quòd credendum erat Matthæo, & Marco, Lucæ, & Ioanni, nos nesciremus, an isti qui apud nos habentur essent libri eorum, vel aliqui alij: quia poterat quis dicere non esse istos libros quatuor Euãgelistarum, sed alios qui perierunt, vel qui non habentur apud nos, & nos nesciremus, an hoc verum esset, & sic dubitaremus, an credendum esset eis. Ecclesia tamen asserit istos quatuor libros, qui apud nos habẽtur, esse quatuor Euangelistarum, ideo nos credimus. Diceret quoque aliquis, licèt isti sint libri quatuor Euangelistarum, esse tamen corruptos ab hæreticis, & aliter eos à principio scripsisse, ideo non debere sic credi, ut habetur, sed aliter. Et sic nos essemus dubij, an tenendum esset quod scriptum est. Dicendum est autem, quod Ecclesia certificat nos, quòd libri Euangelistarum manent apud nos incorrupti, sicut illi scripserunt, ideo credimus eis indubitanter. Item nos nesciremus quare potius credendum esset Marco, & Matthæo, Lucæ, & Ioanni, quàm libro Tobiæ, & Iudith, qui non ponuntur in Canone, cùm non appareat aliqua ratio maior de hoc, quàm de illo: sed solũ sequitur Ecclesiam, scilicet, quia ipsa posuit libros Euangelistarum in Canone: librum autem Iudith, & Tobiæ extra Canonem. Si autem posuisset Iudith, & Tobiã in Canone, & Euangelistas extra Canonẽ, crederemus Iudith, & Tobiæ ex necessitate, & libros quatuor Euangelistarum iudicaremus apocryphos. Solùm ergo credimus istis ex necessitate, & illis, quia Ecclesia sic credit. Item si proponerẽtur nobis libri isti quatuor Euangelistarum, & cum eis illa Euangelia, quæ scripserunt hæretici, quæ nominantur Thomæ, & Matthiæ, & Bartholomæi, & duodecim Apostolorum, & Basilidis, & Apelles: Luciani, & Esichij, nesciremus quibus potius fides adhibenda esset. Quia cùm nos non vidissemus gesta Christi, nec verba, nesciremus quæ illorum essent veriora. Nunc tamen recipimus ista quatuor Euangelia, & detestamur omnia alia. Hoc ergo non facimus, nisi quia Ecclesia his quatuor credidit, cæteros verò repulit. Et sic nos non credimus Euangeliis, nec aliquibus libris sacræ scripturæ, nisi quia Ecclesia Mater nostra sic credidit. Et hinc est illud famosum dictum Aug. in Epistola fundamenti, scilicet. Ego Euangelium non crederem, nisi Ecclesiæ auctoritas me moueret. Nam nihil aliud est quod ad credendum rationabiliter mouere possit. Est autem hoc iustissimum, quia Ecclesia vniuersalis, quæ est vniuersitas fidelium diffusa per totum orbẽ, hoc concorditer, & vniformiter tenet, & ista est maioris auctoritatis, quàm quicunque Euangelista, aut Propheta, immo quàm mille Euangelistæ, & Prophetæ simul sumpti. Et ista sola est quam Christus dilexit super omnia, & pro qua mortuus est, vt illam faceret sanctam sibi, & mundam. Ad Ephe.5. Et ista uocatur sponsa eius sine macula, & ruga, ibidem. Et ista sola est, cuius Christus caput dicitur, & non alicuius hominis, nec congregationis. Ad Ephe.4. & 5. Ista etiam est, quę sola uocatur corpus Christi. Ad Roma. 12. & 1. Corin.12. & ad Ephe.4. Ista est, quæ est maior Angelis, & Archangelis, & habet iurisdictionem super illos. Nam excommunicat eos, & anathematizat, si cõtra eam aliquid fecerunt, sicut Paulus nomine Ecclesiæ ad Gala.1. excommunicat angelos cœli si prædicauerint aliud Euangelium, quàm quod Ecclesia suscepit, cùm dicit: Sed licèt nos, aut angelus de cœlo euangelizauerit uobis præter id, ꝙ euangelizauimus, anathema sit. Ecclesia quoq; docet angelos de cœlo mysteria abscondita, sicut dicit Apostolus, quòd per Ecclesiam innotescunt mysteria angelis, & archangelis, & toti sæculo. Ipsa sola est, quæ est melior omni re creata, quæ sit pura creatura. Nam nullus sanctus est tantæ perfectionis, & reputationis apud Deum, sicut Ecclesia vniuersalis: licèt Domina nostra possit vocari Mater Ecclesiæ peregrinantis, nec ipsa habuit priuilegia, quæ habet, nisi propter Ecclesiam: quia ipsa nõ fuit ad tantam excellentiam assumpta, nisi ut esset Mater Christi: non fuisset autem Mater Christi, nisi propter nos: quia Christus non assumpsit carnem, nisi ut Ecclesiam redimeret. Ideo propter Ecclesiam Domina nostra est. Solus autem Christus est maior homo Ecclesia vniuersali: quia est caput eius, & Dominus, & Sponsus: cùm eã redemerit sanguine suo, & sibi desponsauerit. Ad Ephe.5. Vnde scriptura, & maximè Apostolus non ostendit amorem Christi ad aliquem fuisse excellentem, nisi ad Ecclesiam. Ideo quando instruit uiros, quòd diligant uxores suas, dicit eis. Viri diligite uxores uestras, sicut Christus dilexit Ecclesiã. Ad Ephe.5. Et tamen amor viri ad vxorem est de maximis, immo maximus, qui debeat esse ad aliquem extra nos, quia dicit Apostolus eodem cap. ꝙ viri diligãt uxores suas, sicut corpora sua. Et sic debuit ponere exemplum maximi amoris. Posuit tamen exemplum

de Chri-

Euangelistę scripserunt sicut historiographi Christi.

de Christi amore ad Ecclesiam. Fuit ergo ille maximus amor Christi incõparabiliter maior, quã amor, quem habuit ad matrem suam. Nam illa fuit quædã pars Ecclesiæ, & redempta est, sicut unus de Ecclesia, quia sine Christi passione Domina nostra non potuisset saluari, & tamen extra Ecclesiam non est salus. Fuit ergo Ecclesia incomparabiliter maioris æstimationis apud Christum, quàm mater sua. Ista sola est mater nostra, intra quam regeneramur, & speramus felicitatem: quia extra illam nullum bonum est; & propter istam credimus, & facimus quidquid iubet: quia ipsa est mater nostra, sicut Christus est pater. Et sic dicit Beatus Cyprianus in quadam Epistola: quod non potest Deum habere patrem, qui Ecclesiam non habuerit matrem. Quod ita est de Papa sicut de omnibus aliis. Nam ipse facilius est Ecclesiæ. Ipsa est, quę approbat, & reprobat libros, & dat auctoritatem, & distinguit gradus auctoritatis inter scripturas, & ipsa sola est, cui obligamur credere in omnibus, quę dixerit, & nulli homini, nec angelis de cœlo obligamur credere, nisi Ecclesiæ. Sed tunc est dubium, si Ecclesia diffinierit res aliter se habere, quàm se habeant, erunt omnia confusa. Dicendum, quòd ista sola est, quæ nõ potest errare in his, quæ ad fidem pertinent. quia Christus promisit ei assistentiam suam, & directionem vsque ad finem sęculi, ita quòd errare non possit. De quo latè diximus in Defensorio trium conclusionum contra æmulos, & dicetur magis in libro de Origine, & distinctione iurisdictionum. Et hoc fuit rationabile ualde, quia si Ecclesia vniuersalis potuisset errare: fides nulla dari poterat, quia nesciremus, quam doctrinam deberemus tenere, vel quos libros sequi, sicut supra diximus, nisi Ecclesia hoc diffiniret. Ideo necesse fuit, vel quòd Deus non obligaret nos ad tenendum aliquam certam fidem, vel quòd daret Ecclesiæ vniuersali, quòd non posset errare. Quia aliàs fluctuaremus omni vento doctrinæ sicut paruuli. Istam quæstionem declarat Apostolus ad Ephe. 4. dicens, quòd Christus dedit in Ecclesia quosdam Apostolos, alios prophetas, alios verò Euangelistas, alios pastores, & doctores ad consummationem sanctorum in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei. Et sequitur. Vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni uento doctrinæ in nequitia, & astutia hominum ad circunuentionem erroris. Quasi dicat, Deus dedit in Ecclesia sua omnes istas partes, scilicet, Apostolos, Euangelistas, Prophetas, Doctores, Pastores, qui sunt omnes præsidentes totius Ecclesiæ, habentes potestatem, uel auctoritatem ad docendum in fide, vt per doctrinã istorum ædificetur corpus Christi, scilicet, Ecclesia, quousque occurramus omnes in vnitatem fidei, scilicet, per doctrinam ipsorum. Et sic non erimus tanquam paruuli fluctuantes omni uento doctrinæ, scilicet, tenebimur stare in doctrina istorum. Et tunc non fluctuabimus, sicut paruuli, nec circunueniemur in errore per nequitiam hominum, idest, non decipiemur ab hæreticis ad hoc, quòd trahamur ad falsam doctrinam. Si tamen non obligaremur totaliter stare doctrinæ istorum, possemus fluctuare omni vento doctrinæ sequẽdo quamcunque doctrinam vellemus. Ideo tenemur simpliciter stare doctrinæ istorum, & ita nõ erimus fluctuantes sicut paruuli, nec decipiemur ab hæreticis. Intelligitur autem non de doctrina cuiuslibet istorum per se: quia ille posset errare: sed de omnibus simul sumptis: quia Apostolus ibi omnes nominauit. Illi enim, quos ibi nominauit, sunt omnes partes Ecclesiæ ministeriales, idest, quibus solis incumbit onus, & tradita est potestas docendi, & diffiniendi in fide, & extra illos, licèt sint aliæ partes Ecclesiæ, nullæ tamen sunt ministeriales, idest, quibus sit commissum ministerium docendi, & præsidendi: sed quibus manet necessitas obediendi, & credendi quidquid isti dixerunt. Est ergo inter omnes articulos fidei primus, & maior, & maioris necessitatis, scilicet, vniuersalem Ecclesiam non posse errare. Et iste tangitur in symbolo Apostolorum, cùm dicitur, Sanctam Ecclesiam Catholicam. Si tamen Ecclesia posset errare circa fidem, esset aliquando Ecclesia non sancta, & sic iste articulus esset falsus, quod est impossibile. Est etiam iste articulus maior quàm cæteri: quia est sicut fundamentum, vel sicut principium respectu conclusionum. Nam si quis erraret circa omnes alios articulos, vtpotè, quia diceret Christum non esse Deũ, nec natum de Virgine, & sic de cæteris, & non erraret in isto articulo de Ecclesia vniuersali, erit error suus reparabilis, quia cùm crederet Ecclesiam non posse errare, cùm illa assereret sibi hoc, sequeretur necessario, quòd deberet credere omnia esse vera. Si tamen quis credat cæteros articulos, & istum neget, tota fides peribit. Quia si ego credam potuisse Ecclesiam vniuersalem errare, dubitabo an Euangelia sint uera, & dicam, quòd quando Ecclesia recepit ista quatuor Euangelia, & repulit omnia alia, quòd fortè errauit, scilicet, quia alia essent vera, & ista falsa. Et sic de omnibus libris scripturæ, & tunc tota fides periit. Non manet ergo fides, nec fidei fundamentum admodũ si non credamus Ecclesiam vniuersalem non posse errare. Dicendum igitur, quòd qui non credit Ecclesiã vniuersalem non posse errare, non credit in Christũ, immo nihil credit de nouo, nec de veteri testamento: nec intelligit quid sit fides, nec vnde veniat certitudo eius. Cùm autem stet Ecclesiam non posse errare, tenebimur sequi eam in omnibus determinationibus suis, & erimus certi, quòd sequendo eam, non errabimus. Istud est valde rationabile. Nam si iuxta Arist. 7. Ethico. cap.vltimo, fama, quam multi populi famant non omnino perditur, idest, non est omnino falsa: quanto magis non poterit esse falsum id, quod tota Ecclesia uniuersalis per totum orbem diffusa vniformiter asserit? Nam si iura humana putant aliquid verum esse, quòd dicitur à duobus vel tribus testibus solùm ex eo, quòd est concordia in dictis: quanto magis cùm Ecclesia per totum orbem diffusa vniformiter confiteatur fidem non addendo, nec minuendo vnicam literam de eo, quòd est in sacris libris, apparebit vera esse omnia quæ confitetur? Sed obijcietur, quòd si ex ista multitudine hominum in Ecclesia vniuersali arguatur verum esse, quòd ipsa dicit, cùm totus mũdus aliquando coluerit idola, dicetur bonum fuisse cultum idolorum. Item cùm Saraceni sint nunc media pars orbis, ex multitudine ipsorum arguetur legẽ Mahometi esse veram. Et tamen ista sunt absurda. Dicendum primò, quòd non est simile de ista multitudine Ecclesiæ, & de illis, quia ista supernaturaliter, & ex priuilegio Dei assistente sibi Spiritu sancto non potest errare, quia Spiritus sanctus non potest errare: ipsa tamen in actionibus suis dirigitur à Spiritu sancto. Quod patet quando Ecclesia, idest, concilium generalẽ diffiniuit dicens: placuit Spiritui sancto, & nobis. Actu.15. & Christus dixit. Matth. vlt. Ego enim vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi, idest, nõ timeatis, quia ego ero semper vobiscum, scilicet, cum Ecclesia dirigendo eam ne erret vsque ad finem sæculi. Et licèt ipsa verba dicerentur tunc Apostolis, & cæteris congregati, non intelligitur de eis, vel de aliquibus personis singularibus: quia nullus est, cum quo Christus possit stare vsque ad finem sæculi, cùm quilibet moriatur, sed conuenit ecclesiæ: quia illa durabit vsque ad consummationem sæculi. Multitudo

autem

Credere vniuersalẽ Ecclesiam est principalis articulus fidei, & maior omnib⁹ alijs articulis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem gentilium Saracenorum non dirigitur à Deo: ideo potest errare, & errat. Quia tamen arguendo cõtra paganum, qui non concedit fundamenta fidei ipse non concederet ecclesiam vniuersalem regi à Spiritu sancto magis quam multitudinem gentilium, aut Saracenorum, & sic non staret, quòd ex multitudine ecclesiæ concordantis colligitur verum esse quod asserit. Dic patere aliter, quòd etiam non præsupposita fide rationabiliter ista tanta multitudo concordans in vnum arguit verum esse quod creditur. Et cùm arguitur de gentilibus, dicendum vno modo, quòd omnes gentiles colebant Idola, sed plurimi erant, qui nulla colebant: sed persistebant in cognitione, quæ naturaliter à Deo haberi potest, sic dicit Apostolus ad Roma. 1. Inuisibilia Dei, &c. Qui autem colebant Idola potius erant viri simplices, qui faciliter errare poterant. Secus est in fide, cui tam simpliees, quàm peritissimi spontè colla subijciunt, immo ipsi, qui peritiores sunt melius credunt, quia abundantius cognoscũt: Secundò, quia illi, qui colebant per errorem tanquã putantes ibi esse veram diuinitatem, sed multi colebant propter consuetudinem, & traditiones paternas. Alij autem propter timorem, quia non colentes puniebantur, sicut patet de Martyribus. Alij autem varijs ex causis, & interdum propter adulationem, vtpotè quando colebantur simulachra Regum: quia vt sibi complacerent subditi statuas eorum adorabant. Sic ait Fulgentius in Mythologiis, & Magister in historiis scholasticis. Secus autem de fide, quia hic nullus tenet eam nisi quia firmiter credit sic esse, & maximè fit hoc per viros peritos in lege, qui intelligunt aliquid de eo, quod credunt, & sciunt quomodo, & cur credunt. Tertiò, quia adhuc semper stat, quòd tãta multitudo, quanta est ecclesiæ non possit errare, quando in vnum concordat. Cùm autem dicitur de gentilibus Idola colentibus, dicendum quòd illi non errabant in eo, in quo concordabant, sed in quo discordabant: nam omnes concordabant, quòd Deus colendus esset, & in hoc non errabant, quis tamẽ esset ille Deus nesciebant, & in hoc discordabant quidã colentes Iouem, alij Mercurium, alij Saturnum, alij Astaroth, alij Bahali, & ita de multis alijs Dijs, quia quasi non erat aliquis populus, qui non haberet proprios Deos. Et sic concordabant omnes homines in eo quod erat naturale, & iustum, scilicet, debere coli Deum: sed discordabant circa ipsum Deum, & dicebant, quòd esse talem, vel talem Deum pertinebat ad legem positiuam, quæ est per voluntatem humanã, sic ait Arist. 5. Ethic. cùm distinguit ius naturale, & legale, ideſt, positiuum, & dicit quòd ad legale pertinet sacrificare Brasidæ, & seminalia, & tamen legale iustum est, quod non differt sic, vel aliter se habere à principio: sed differt, cum positum fuerit, ideſt, ius legale propriè est, quod non habet rationem, quare magis fiat sic, vel sic: ideo ex principio, ideſt, antequam ponatur non differt magis sic facere, quàm è contrario: sed differt cùm positum fuerit, scilicet, quia tunc obligat ad determinatè agendum, & tamen sacrificare isti, vel alij Deo erat per voluntatem populorum, ideo cùm illi diuersimodè statuerent diuersos Deos colebant. Et sic concedendum, quòd magna pars mũdi errabat, non tamen concordabant omnes in eodẽ errore, sed quidam sic errabant, & alij sic: ita vt sicut cuilibet populo erat proprius Deus, esset ei proprius error. Concordare tamen maiorem partem mundi in eodem errore non videbatur possibile, nec vnquã fuit. De lege autem Christi est aliter, quia tota ecclesia vniuersalis diffusa per totum orbem in tanta diuersitate linguarum, & morum, & totius communicationis eãdem tenet fidem, & eosdem libros sacros, nec reperitur vnum iota plus apud istas gentes, quàm apud illas. Non poterat ergo tam amplus error esse, tam concordis; nam nullum simile dabis in toto orbe. Item apparet veritas ecclesiæ vniuersalis. Nam quando durabat cultus idolorum Philosophi discordabant à plebeis, & à poetis: vt patet per Tullium lib. primo, & secundo de natura Deorum: sic & etiam loquitur Daria ad Chrisantum, cùm disputant de Dijs gentium, vt ecclesia legit in vita ipsorum: in ecclesia autem secus est: quia de Deo, quem colimus, & de fide, quam tenemus idem iudicium est magnis & paruis, sapientibus & insipientibus: nec quisquam ab alio discrepat. Item ille error cultus idolorum quantũcunque esset discors, adhuc non tenebat homines sibi alligatos: quia sic crederent verum, & bonum esse, sed magis per timorem, & alias causas. Nam puniebantur qui relicto illo cultu transibat ad alium: secus autem de lege Christi, quam tenet ecclesia uniuersalis: nam ad illam nemo cogebatur, sed potius cogebãtur gentes, vt non susciperent eam. Tantus tamen erat amor ad illam, quòd vt eam susciperent exponebant se omnibus periculis, & tollerabant tormenta grauissima, & inauditas mortes sub: bant, qđ nõ fieret nisi iudicarent illam esse ualde bonam, & verissimã. Item quòd esset ille error apparuit, quia cùm totus orbis erraret in Idolis, licèt vario modo nemine cogẽte, adueniente Christi lege in eam totus orbis credidit vbicunque prędicabatur, cùm à principio nihil fuerit, & per homines rudissimos prædicaretur, qui nullius dignitatis, nullius sapiẽtiæ humanæ erant: omnes Reges terræ, omnes altissimi sapientes se eis spontè subiecerunt. Hoc autem unde nisi, quia in ea sola videbant esse uerum sine errore, & bonum sine imperfectione. Hoc autem non probamus ex aliquo fundamento fidei, sed totus ipse orbis confitetur, nec Iudæi hoc negant, scilicet, quomodo fides Christi aliquando nulla fuit, & quomodo sibi subiecit orbem terræ. Erubescant ergo omnes infideles, quia nihil taliter fieri potuit nisi Deus illud faceret speciali opere suo, qa nihil tale potuerunt ostendere factum fuisse circa aliquam religionem introducendam in toto orbe. Quia ergo rem sine exemplo factam vident, illam à Deo factam fuisse confiteri necesse erit. In gentilibus autem multi transibant ad fidem Christi, & successiuè omnes transierunt. Postquam tamen aliquis susscepit fidem Christi, nunquam ad aliam transit, sed tamen si in ea putaret esse errorem, vt in cultu idolorum, sicut à cultu eorum transierat ad legem Christi, ita à lege Christi transiret in alium statum. Signum ergo est, qꝑ quicunque eam cognouerũt iudicant illam esse optimam, & sine errore. Nec obstat si quis dicat, quòd nemo audet ab ea transire ad alteram timore pœnarũ, Nam in ecclesia primitiua, cùm essent pauci christiani non habebant potestatem puniendi eos, qui recedere vellent à fide: sed potius inuitabantur illi à gentilibus ad transeundum promissis magnis honoribus, & diuitiis: vt patet in legenda sanctorum: nemo tamẽ transibat. Item non tenet timor pœnæ hominem in lege Chrsti, quia si' solus timor pœnæ esset non posset tenere. Quod patet de statu gentilium, quando cœpit prædicari lex Christi. Nam grauiores pœnæ, & cùm maiori atrocitate inferebantur tunc conuersis ad Christum de gentilitate, quàm nunc infliguntur recedentibus à lege Christi. Illæ tamen pœnæ quantumcunque grauissimę non potuerunt tenere gentiles, quin contra mandatum Imperatorum, & leges armatas transirent ad Christum. Ita nec nunc Christiani possent manere in lege Christi, nisi summa honestas, & excellentia eius ipsos alliceret. Nam cùm ipsa sit bonum tam excellens, & cuilibet apparens, quasi quodam

quodam naturæ vinculo omnem hominem rectè intelligentem sibi obligat. De hoc autem plurima sunt, sed quia pertinent ad differentiam legis Christi ab aliis legibus, omittentur hic, & dicetur latius in libro de quinque legibus. Cùm autem obijcitur de Saracenis, quorum est tanta copia, quòd teneant errorem, & concordent, cùm omnes teneant Mahometum: dicẽdum primò, quòd non est omnino concordia inter eos super isto errore, quia Alchoranus, in quo tota lex ipsorum est, & dicitur à Deo traditus Mahometo, tanta mendatia, & tam aperta, & impossibilia niulta, & varia absurda, & inhonestissima, immo bestialia continet, quòd non concorditer recipitur: sed communiter dicitur, quòd Philosophi inter Saracenos non recipiunt Alchoranum. Secus autem in lege Christi: quia nemo est magnus, aut paruus, qui non equaliter recipiat omnia contenta in libris sacris. Secũ dò dicendnm, quòd Saraceni non propriè errant, sed errare volunt: quia ille propriè errare dicitur, qui volens verum & bonum consequi, ex defectu intellectus contrarium eligit, & prosequitur. Saraceni tamẽ non sic: quia qui inter eos aliquid sapiunt, licèt videãt illam legis lationem omnino esse irrationabilem, & bestialem: quia tamen carnalis est, & nullum delectabile vetat, tenent ipsam, cùm ipsi delectabile desiderent, sicut omnis homo illud naturali desiderio prosequitur. Accidit autem à contrario in lege Christi, quæ vetat nobis delectabilia non solùm in opere, sed etiam in desiderio. Iuxta illud Matth. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mæchatus est in corde suo. Præcipit etiam multa grauia, vt diligere inimicos, & orare pro persequentibus nos, & similia, quæ valde repugnant humano desiderio: & tamen cum omnibus his difficultatibus, quales nunquã fuerunt in vlla legislatione diuina, aut humana, totus mũdus se voluit subijcere huic legi. Et non inducebat eos ad hoc admodum bonum quod temporaliter sentirent, sed solùm honestas, & veritas apparens ipsius legis. Nam quantum ad factum temporalẽ nulli pauciora bona sentiũt, quàm christiani. Sic dicit Apostolus. 1. Corint. 15. Scilicet: Si in hac vita tantùm in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus, ideſt, si solùm Christum amamus propter bona, quæ temporaliter speramus, nulla gens est miserabilior, quàm nos. Nã cæteri hoĩes pñt perfrui delectabilibus ad sensum iuxta voluntatem suã, nos autem à Christo prohibemur. Non est simile de errore Saracenorum. quia illa lex immo insania introducta fuit inter uiros simplices, qui nihil nouerant, & faciliter decipi poterant: lex autem Christi omnes sapientes huius sæculi, qui errare non poterant, faciliter sibi subdidit. Tertiò, quia illa impietas Mahometi armata manu introducta est, & dilatata per orbem, & armata manu & non rationibus defenditur: sic enim iussit impius Mahometus, quòd gladio defendatur lex. Dixit etiam, quòd Deus miserat eum ad dandã legem, non ostendendo aliqua miracula, sicut priores prophetæ ostenderant: sed per potentiam gladij subijciendo sibi repugnantes. Lex autem Christi in mansuetudine, & charitate introducta est operationibus miraculorum, qualia sæculum nunquam viderat. Nunc verò rectissimis rationibus defenditur contra quemcunque uolentem arguere, & impugnare ipsam sic dixit Beatus Petrus. 1. Pet. 3. Scilicet: Dominũ autem Christum sanctificate in cordibus uestris: parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quę in vobis est fide & spe. Nulla aũt arma fuerunt in introductione, aut defensione eius. Sic dicit Apostolus. 2. Corinth. 1. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnes intellectum in obsequiũ Christi. Intellectus tamen non captiuatur per arma carnalia, quæ soli corpori nocent: sed spiritualibus, scilicet, rationibus, & operibus miraculorum, quæ ipsum in totum conuincunt, & captiuant in obsequium Christi, ideſt, vt credant in eum, & colant ipsum. Apparet igitur, quòd non fuit sic de erroribus gentilium, & Saracenorum sicut de fide Christi. Et sic manente tãta multirudine, quanta est ecclesia vniuersalis, non poterat decipi, vt propriè erraret sine spe temporalium solùm ex ipsa legis considerarione, maximè quia ita concorditer erraret, & tanto tempore maneret iste error inconcussus, immo quotidie cresceret. Constat ergo ex his, quòd non solùm ex priuilegio Dei conseruantis ecclesiam suam ipsa non possit errare: immo etiam videbatur quasi impossibile existentibus omnibus, quæ dicta sunt, quòd tanta multitudo posset in aliquo concorditer errare, aut decipi. Considerandum vlterius, quòd iste fuit modus conuenientior ad hoc, quòd fides non posset deficere, nec subesse sibi aliquod falsum, scilicet, quòd ecclesia vniuersalis non posset errare, quàm aliquis alius. Nam dato, qꝑ confiteremur omnes libros sacros esse ueros, & scriptores eornm in nullo potuisse errare: non sufficiebat hoc ad hoc quòd fides maneret sine errore, quia per tanta tempora poterant isti libri corrumpi ab aliquibus hereticis. Ideo si ecclesia uniuersalis posset errare, nescirenius, an vera nunc crederemns. Cùm autem dicatur ecclesiam non posse errare, & tamen eadẽ ecclesia numero est nunc, quæ fuit tempore Christi, & per successionem idem semper tenuit, nec vllo tempore desijt esse, si semel à Christo susscepit veram fidem, non erat ullus modus, qno possit fieri error in ea: sicut si Euangelistæ, & Apostoli, qui fidem introduxerunt, manerent semper actualiter inter nos, non posset esse dubium de fide, ita cùm ecclesia vniuersalis, quæ ab illis fidem susscepit maneret nunc eadem numero, quæ tunc erat, non potest fieri variatio in fide, quam ipsi tradiderunt. Item vtilius est ecclesiam non posse errare, quàm libros sacros nõ posse falsum continere. Nam dato, quòd constaret, quòd illi traditi fuissent verissimi, & quòd postea impossibile fuisset eos corrumpi ab hæreticis, adhuc nihil proficeret, si ecclesia vniuersalis posset errare: quia super intellectu scripturarum orirentur diuersitates, & non erat aliquis ad quem rationabilius pertineret diffinirc in illis dubiis, quàm ad ecclesiam. Si autem illa posset errare in intellectu scripturæ, non proficeret vero esse libros sacros, cùm iam nos falsè intelligeremus, & falsa crederemus. Ideo dicendum, quòd non fuit vllo modo possibile fidem Christi manere incorruptam nisi concedatur ecclesiam vniuersalem non posse errare in fide. His præsuppositis, dicendum est quomodo Euangelistæ faciant fidem. Et dicendum, quòd nos non credimus Euangelio propter istos quatuor Euangelistas, qui id asserunt concorditer, sed propter ecclesiam, quæ id asserit tenendum quod ipsi dicunt. Quia non solùm propter quatuor, sed etiam nec propter mille crederemus nisi ecclesiæ crederemus. Ideo non oportet, quòd Euangelistæ nunc nobis fidem faciãt, sed quòd facerent fidem à principio ipsi ecclesiæ, vt semel eos ecclesia susciperet. Nam postquam ipsa susciperet, non propter eos, sed propter ipsam crederemus. Modus autem quo Euangelistæ faciunt fidem ecclesiæ erat duplex. Primus erat per rerum euidentiam, quæ negari non poterat. Nam Euangelistæ scripserunt post mortem Christi pauco tempore, ita qꝑ erant tunc plurimi in ecclesia, qui viderant omnia gesta Christi, & fuerunt semper cum eo: & si Euangelistæ in

Duplex modus, per quẽ Euangelistæ ecclesiæ fidẽ faciunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtæ in aliquo mentirentur, poterant conuinci per totam eccleſiam, cuius magna pars, & excellentior interfuerat omnibus geſtis Chriſti, & ſciebat pleniſſimam veritatem. Et ſic de veritate Euangelica conſtitit eccleſiæ non ſolùm per duos, vel per tres teſtes, q̃ in iudicio plenam fidem faciunt, ſed per notorietatẽ facti, quã nulla poteſt eſſe maior probatio, ſcilicet, q̃ toti eccleſiæ notorium erat iſtos vera dicere, cùm magna pars eccleſiæ, & præcipua, & dignior poſſet teſtificari de his tunc quia interfuerat eis. Et ſic nullum dubium potuit eſſe à principio de Euangeliſtis, quando eccleſia recepit eos. Secundò conſtabat hoc eccleſiæ per approbationem, quam impoſſibile erat deficere. Nam Matthæus, & Ioannes fuerunt Apoſtoli, & ſcripſerunt, & de iſtis conſtabat eccleſiæ, quòd impoſſibile eſſet eos mentiri, maximè in fide, cùm per Spiritum ſanctum confirmati eſſent ad introducendam fidem. De Marco, & Luca non apparet, an eſſent confirmati, eo quòd ipſi non fuerunt de illis, ſuper quos deſcendit Spiritus ſanctus in die Pẽtecoſtes Actuũ 2. Sed poſtea cõuerſi ſunt per Apoſtolos ad Chriſtum: fuerũt tamen Euangelia eorum approbata per Apoſtolos, qui errare non poterant. Nam Euangelium Marci fuit approbatum per Beatum Petrum, qui id eccleſiæ ſua auctoritate legendum tradidit, vt ait Hieronymus in libro de Illuſtribus viris. Euangelium autem Lucę approbauit Paulus, dicens Lucam laudari in Euangelio apud omnes eccleſias, 2. Corint. 8. Suſcęperat enim ipſe Euangelium ab ore Pauli, qui illud per reuelationem habuerat, ad Gala. 1. Eccleſia ſciebat iſtos Apoſtolos non poſſe errare. Cùm ergo illi approbauerint iſta Euangelia, nullum dubium poterat manere eccleſiæ de illis. Poſtquam autem eccleſiæ facta eſt fides ſufficientiſſima de illis, nihil aliud eſt neceſſarium ad hoc, quòd nos firmiter credamus propter illos quatuor homines, quos non cognouimus, ſed propter eccleſiam uniuerſalem, in qua ſunt mille millia, & innumerabiles homines, qui nobis idem teſtificantur concorditer, & iſtamet eccleſia, quæ nunc eſt eadem numero per continuationẽ indeſinentem quæ tunc erat, quando eſt facta ſibi pleniſſima fides de veritate Euangeliſtarum. Ideo nemo eſt, qui dubitare debeat: cùm eccleſia credat, quæ per modum dictum non potuit tunc, nec nunc poteſt circa hoc decipi, aut errare. Conſiderandum vlterius, q̃ Euangeliſtæ ſi conſiderentur ſolùm quantum ad viam iuris humani traditam de faciendo fidem, non facerent nobis fidem plenam, immo nec ſemiplenam. Nã non poſſent facere fidẽ, ſicut notarij: quia nõ tenuerũt in aliquo formã notariorũ, vt ſupra declaratum eſt. Non etiam facerent fidem, ſicut teſtes, quia oportebat ad hoc, quòd eſſent teſtes iurati, quia aliàs nulli creditur in iure, quantæcunque ſit auctoritatis, aut præeminentiæ. Iſti tamen non iurauerunt ſe uera dicere. Secundò requiritur, q̃ atteſtationes recipiantur mandato iudicis: ideo id, quod quiſque aſſeruerit, etiam ſponte iurando, & iudex non coegerit eum deponere in cauſa, teſtimonium eius nullum eſt. Ideo ad hoc, q̃ Euangeliſtę facerent fidem in forma teſtium, oportebat quòd per aliquem iudicem habentem poteſtatem ad hoc interrogarentur ſigillatim de factis Chriſti generaliter, vel particulariter, & illi interrogati cogerentur tradere atteſtationes ſuas in ſcriptis. Requirebatur etiam, quòd in eorum libris ſcriberetur, cuius iudicis auctoritate ad dicendũ hoc compulſi ſunt, & quòd conſtaret, quòd iſti iurati talia depoſuerunt, & hoc deberet cõſtare per publica ſcripta aliquorum tabellionum: nihil tamẽ horum obſeruatum eſt: ideo ſecundùm formam iuris etiam non ualerent tãquam teſtes. Solùm ergo modo humano reciperentur dicta eorum tanquam dicta hiſtoriographorum, in quibus non requiritur aliqua cæremonia, vel forma iuris, fides tamen illis pauca adhibetur, ſcilicet, quia nemo ex neceſſitate cogitur illis credere, ſicut cogitur credere ſcriptis tabellionum, & atteſtationibus teſtiũ receptorum in forma iuris. Et ſic fides Euangeliſtarum de rigore iuris humani eſſet nulla, vel pauca, ſicut fides de Bello Troiano, vel de alijs rebus hiſtoricis. Et ſic nemo cogeretur credere. Fuit ergo fides Euangeliſtis aliter data, & nõ ex forma iuris humani, vt ſupra dictum eſt. Dicendum tamen, quòd quantacumque ſit fides Euangeliſtarum, adhuc magis tenent formam hiſtoriographorũ, quàm notariorũ, vel teſtium, quia à hiſtoriographo requiritur ſolùm, quòd ipſe ſit certus ſe vera dicere, & hoc fuit pleniſſimè in Euangeliſtis, vt infra dicetur. Conſiderandum etiam, quòd nulli notarij, quantumcunque ſeruauiſſent formam iuris humani, poſſent facere fidem nobis de rebus, de quibus fecerunt fidem Euangeliſtæ ad hoc, vt totum ſæculum teneretur ita illis conformiter aſſentire. Primò propter magnitudinem rerum, quæ tantæ ſunt, quòd non poſſunt eſſe maiores: tam ex parte ipſarum cùm excedant naturam plurimæ earum, tam quantum ad nos, quia totum bonum noſtrum arbitramur cõſiſtere in aſſentiendo illis rebus, & totum malum in non credendo illas. Secundò quia fides, quæ fit per tabellionem, licet reputetur in iure neceſſaria, eo quòd non poteſt haberi maior, non tamen creditur, quòd ſit neceſſaria, quia ſcimus tabelliones tam ex uoluntate, quàm ex errore interdum falſa ſcribere, & ſæpe de falſitate eſſe conuictos. Et ſic nõ ſumus ſecuri an verum ſcribant. immo permittitur cuilibet uolenti obijcere contra tabellionem ad probandam falſitatem. Iſtud autem non eſt in fide, quia intellectus noſter debet ita aſſentire omnibus, quæ ſcripta ſunt in libris ſacris, quòd non ſolùm credat nihil eſſe ibi falſum, ſed etiam quòd credat impoſſibile fuiſſe ſcriptores eorum mentiti. Et ſic iſta fides tradita libris ſacris incomparabiliter eſt maior quã fides, quæ de iure traditur notarijs, & quòd nulli permittitur obijcere quicquam contra aliquem librum ſacrum, ſicut permittitur obijcere cõtra tabellionem, etiam ſi ualde uerax ſit. Tertiò quia tabelliones fidem habent inquantum eorum ſigna cognoſcuntur. Per tot autẽ gentes, & tam uarias totius orbis eſſe aliquos notarios, qui à toto orbe cognoſcantur, & totus orbis illis credere uellit, difficillimum eſt. Ratio tamen præcedens efficacior eſt. Requiritur igitur valde maior fides in ſcriptoribus Sacræ Scripturæ, quàm in notarijs. Ideo ſequendo formam iuris, non ſolùm quatuor notarij, immo nec decem mille concordantes in unum, & obſeruantes omnes cęremonias iuris non facerent nobis fidem de Euangelio: eo modo, quo illi credimus. Aliquis quæret, quare non ſcripſerunt Euangeliſtæ, ſicut notarij, cùm potuiſſent tenere formam illorum. Dicendum, quòd propter multa: primò, quia notarij non poterat facere fidem de Euangelio, ſicut nos credimus propter tres rationes ſupra poſitas. Secundò, quia non poterant Euangeliſtæ ſeruare omnes cæremonias notariorum ſecundùm iura, quia multa fuerunt, quibus non interfuerunt, ſicut illa, quæ Chriſtus fecit antequam vocaret eos, & aliquibus nullus poterat intereſſe, nec notarius, nec teſtis: ſicut de reſurrectione Domini, & de quibuſdam apparitionibus. Tertiò quædam res erant, de quibus teſtimonium perhibent Euangeliſtæ, quibus ſecundùm naturam ſuam repugnat poſſe probari via humana, ſicut quòd Chriſtus ſedet ad dexteram patris. Mar. vlt. & quòd Chriſtus erat uerbum diuinum ab æterno exiſtens cum patre. Ioan. 1. & ſic de cæteris. De talibus autem notarij non perhibent fidem, cum nec ipſi poſſent intereſſe,

nec

nec teſtes illis rebus, vt per viſum illas appræhendant. Quartò, quia quod inutile eſt, & impertinens de iure non admittitur, ſicut non admittunt iura quemquam ad probandum id, quod probatum non prodeſt. Sic autem quòd Euangeliſtæ obſeruarent omnes cœremonias notariorum de iure erat laborioſum, & illis obſeruatis non ſequeretur vtilitas, quia non fieret per hoc plena fides. Ideo inconueniens erat, quòd ſe arctarent ad illas. Quintò, quia cùm quis habet aliquam probationem efficacẽ, ſuperuacuo laborat circa probationes debiles: ſed Euangeliſtæ habebant alium modum auctoritatis maiorem, per quem eis crederetur firmiſſimè: vt ſupra dictum eſt, ideo ſuperuacuo vellent ſeruare cœremonias notariorum ſecundùm ius. Simile dicit Chriſtus Ioan. 5. ſcilicet. Vos miſiſtis ad Ioannem, & teſtimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine teſtimonium accipio. Et infra: Ego autem habeo teſtimonium maius Ioanne. Opera enim, quæ ego facio, teſtimonium perhibẽt de me. Et eſt ſenſus, quòd Chriſtus dicebat ſe eſſe Meſſiam: & Iudæi miſerunt ad Ioannem ad ſciendum an Chriſtus eſſet Meſſias. Et ille perhibuit teſtimonium veritati, dicens excellentiam Chriſti, ſcilicet, quòd erat Agnus Dei, qui toliebat peccata mundi. Io. 1. Chriſtus tamen dicit, quòd non accipit teſtimonium ab homine, ideſt, non vult probare Iudæis ſe eſſe Meſſiam per hoc, quòd Ioannes dixit eum eſſe Meſſiam, quia ipſe habet teſtimonium maius Ioanne: ideſt ipſe habet aliquid per quod firmius probet ſe eſſe Meſſiam, quàm per verbum Ioannis, quod poterat negari, vel falſificari. Opera tamen, quæ Chriſtus faciebat, ita clarè demonſtrabant eum eſſe Meſſiam, quòd non poterant negari, ideo dixit: Opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, ſcilicet, magis quàm verbum Ioannis. Et ſic licèt teſtimonium Ioannis apud Iudæos eſſet magnum, noluit Chriſtus illum recipere, quia habebat aliud maius. Et ſic Euangeliſtæ cùm haberent aliunde maiorem fidem, non deberent ſequi cœremonias notariorum, per quas pauca fides eis debebatur. Sextò, quia non ſolùm non proficiebat Euangeliſtis obſeruatio cœremoniarum notariorum, ſed etiã nocebat, quia per hoc minueretur auctoritas eorum. Nam cùm aliqui viderent Euangeliſtas obſeruare cęremonias notariorum de iure, putarent eos velle ex hoc fidem accipere, & tunc non daretur eis maior fides, quàm datur notarijs de iure. Et hoc eſſet minuere auctoritatem ſcripturæ: cùm fides notariorum non ſufficiat ad cogendum intellectum noſtrum, ſed poſſumus de eis dubitare, & obijcere contra eos, quod nequaquam in fide recipitur, vt ſupra dictum eſt: ideo non ſolùm Euangeliſtę non uſi ſunt cœremonijs notariorum, ſed etiam uidetur, quòd non licuit eis uti illis, quia infirmarent certitudinem fidei catholicæ. Et iſta eſt ratio multum efficax. Nunc autem dicendum de ſingulis cęremonijs ipſorum qualiter non conueniebant Euangeliſtis. Prima erat, quòd notarij interſint, & dicant ſe interfuiſſe. Iſta non conueniebat Euangeliſtis, quia interdum non interfuerunt rebus, interdum intereſſe non potuerunt: interdum erant res tales, quibus repugnabat aliquem hominem intereſſe. Secunda non conueniebat, ſcilicet, quòd notarius apponat teſtes, quia hoc fit, ut ab auctoritate teſtium ſortiantur fidem ipſa ſcripta notariorum: ita ut ſi dubitaretur de ueritate ſcriptorum, poſſet probari per teſtes appoſitos in ſcriptis rem eſſe ueram, vel falſam. Euangelia tamen, & omnes libri Sacræ ſcripturæ durare debebant uſque ad finem ſęculi, & ſic non poſſet recurri ad teſtes ſuper ueritate rerum: ideo non erat opportunum teſtes apponere. Item quia ſi teſtes apponerentur tota certitudo

ſcriptorum, videretur eſſe ex teſtibus: ſicut eſt in ſcriptis tabellionum. Nulli tamen teſtes etiam ſi eſſent decem millia, & idem ſimul teſtificantes tantam fidẽ cauſarent quanta eſt fides ſacræ ſcripturę, quia ſemper licet dubitare contra teſtes, & obijcere cõtra eos, & ſcimus, quòd ſæpe teſtes mentiuntur, in ſacra ſcriptura nihil tale poſſumus ſuſpicari. Ideo non poterãt teſtes ſæpe fidem dare, & appoſitio teſtium non ſolùm non proficiebat ad fidem ſacræ ſcripturæ tribuẽdam, ſed potius nocebat, quia illam diminueret. Nam ſi teſtes apponerentur, tanta fides ſolùm ſcriptis adhiberetur, quanta teſtibus de iure datur. Et omnis talis eſt fallibilis, & de qua licet cuilibet dubitare. Et iſta eſt ratio efficax, quare non licuit apponere teſtes, ſicut ſupra diximus de cæremoniis notariorum. Item quia interdum teſtes haberi non poſſent, cùm nec ipſi Euangeliſtæ poſſent intereſſe, vt ſupra dictum eſt. Tertia cęremonia non conueniebat, ſcilicet, annotatio temporum, quia iſta fit de iure propter duo. Primò propter neceſſitatem contractuum, vt in locationibus, & conductionibus, & in aliis, in quibus neceſſe eſt poni tempora, vt ſciatur, quando res incipit, & quando finiri debet, & quando incipiunt obligationes, & quando deſinunt. Secundò fit ad conuincendum veritatem, vel falſitatem ipſorum ſcriptorũ, quia ex eo, q̃ aliquid dicitur geſtum inter tales perſonas tali tempore, po eſt ſciri, an res ſit poſſibilis, & an ſit uera, vel falſa: quod non colligeretur? ſi non annotarentur tempora. In ſacra ſcriptura nihil iſtorum erat utile, quare ibi non continentur aliqui contractus humani, ſed ſolùm leges, quæ indifferenter ſe habent ad omnes perſonas, & ad omnia tempora poſt quàm ſemel cœperit obligare, ſic patet in legibus humanis. Nam in libris tam canonicis, quàm ciuilibus in vtroque iuris corpore non annotantur tempora, quando ſingulæ leges, vel decretales æditæ ſunt, cùm nihil hoc profit, quia quocunque tempore factæ fuerint, poſtquam ſemel conſtat eas eſſe leges, obligant indiſtinctè. Quarta cæremonia annotatio locorum, & non conuenit Euangeliſtis, quia illa fit de iure propter duo. Primò propter memoriam teſtium appoſitorum inſtrumento, ſi aliquando recurratur ad eos ſuper veritate rerum, vt recordentur de re facilius, annotantur loca, & tempora, in quibus res geſta eſt. Secundò fit ad conuincendum ſcripta eſſe vera, vel falſa. Nam per hoc, quòd res aliqua inter certas perſonas dicitur eſſe geſta in tali loco, & tali tempore, poteſt probari rem eſſe veram, vel falſam, vtpotè ſi perſonæ illæ nunquam in loco illo conuenerunt, aut conuenire non potuerunt, vel ſaltem illo tempore annotato cõſtet eas non conueniſſe in eodem loco. In ſacra ſcriptura ſecus eſt: quia iſtæ cæremoniæ de iure ponuntur circa res illas, de quibus iuſtè dubitari poteſt. Et per hoc poteſt probari ſcriptum eſſe verum, vel falſum. De ſacra tamen ſcriptura non poteſt dubitari, nec licet, ideo non debebant talia in ea apponi: quia per iſta ſignificaretur, quòd de ea licebat dubitari, & diminueretur eius auctoritas. Item quia iſta proſunt circa facta recentia, in quibus ex circunſtantia loci, & temporis poteſt colligi rem eſſe veram vel falſam: libri tamen ſcripturæ debebant durare vſque ad finem ſæculi: ideo ſuperfluum erat talia apponere, cùm per hoc non adiuuaremur in aliquo ad cognoſcendum veritatem rerum ſcriptarum. Ad primum argumentum in contrarium, ſcilicet, quòd notarius non poteſt ferre teſtimonium de his, quibus non interfuit. Dicendum, quòd Euangeliſtæ non ſcripſerunt tanquam notarij, nec tanquã teſtes, vt ſupra probatum eſt, ideo non requirebantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

in eis aliquæ ceremoniæ iuris, sed scripserunt tanquã historiographi, in quibus nihil requiritur, nisi quòd sint certi se vera dicere. Euangelistæ autem, qui non viderant gesta Christi, erant certi se vera dicere dupliciter. Primò per sufficientem instructionem. Nam Marcus audierat Euangelium à Petro, & sicut audiuit, ita scripsit. Sed ipse certus erat Petrum nihil mentiri, ideo certus erat de se ipso, quòd verum dicebat. Lucas etiam didicerat Euangelium sufficienter à Beato Paulo, & ab alijs, qui viderant gesta Christi, vt ipse testatur Luc. primo, & multa quæ Apostoli non potuerunt videre, didicit à parentibus Christi, potissimè à Beata Virgine. Nam solus Lucas scripsit eam salutatam ab angelo, & quomodo steterit in domo Helisabeth, & de angelo annunciante gaudium pastoribus die natalis Domini, & multa alia, quæ pertinent ad Christi conceptionem, & natiuitatem, & infantiam: ideo communiter asseritur à doctoribus ecclesiæ, quòd Beatus Lucas didicerat ista à Domina nostra, quæ vixit longo tempore post Christi mortẽ, & concurrebant ad eam christiani, vt consolarentur, videndo eam, & annunciaret eis multa de Christo, s. quomodo se habuerat cum eo in nutritione eius, & in reliqua ætate tenera. Quia in hoc gaudebãt nimiũ, vt scirent totam vitam Dei & Saluatoris sui. Et hoc patet in Ecclesiastica historia, quam scripsit Ruphinus Græcus, & complevit Hieron. ibi Beatus Ignatius martyr patriarcha Antiochenus deuotissimus Dominæ nostræ scripsit multas literas ei, & meruit ab ea recipere responsales. Habentur autem exemplaria ipsarum literarum ibidem, in quibus Beatus Ignatius vocat Dominam nostram Mariam Christiferam, & petit ab ea, vt dignetur venire in Antiochiam, quia multi viri, & maximè fœminæ desiderabant aduentum eius, ut quærerent ab ea multa de eis, quæ cum Christo gesserat. Et sic Lucas per Dominam nostram potuit sufficienter instrui, & illam impossibile erat mentiri, tum quia omnia uiderat, tum quia per Spiritum sanctum confirmata erat super omnem creaturam. Secundò euangelistæ erant certi se dicere vera, quia sciebant se dirigi à Spiritu sancto. Nam sicut ait Aug. libro primo de Concordia Euangelistarum, & Hiero. in prologo super Matthæum, qui incipit. Plures fuisse Euangelistas, impositum est à Spiritu sancto onus scribendi, & eo dirigente scribebant, vt supra magis declaratum est, ideo non poterant dubitare an uera, uel falsa scriberent. Ad secundum cùm dicitur, q̃ etiam Matthæus, & Ioannes, qui viderunt non scripserunt sufficienter, dicendum quòd licèt non viderint omnia, immo licèt nihil vidissent, sufficienter scribere poterant, sicut declaratum est de Marco, & Luca quantum ad ea tantùm, quæ fuerunt ante vocationem ipsorum, potuerunt informari per Christũ à quo de illis quærerent, vel à parentibus Christi, vel ab alijs, qui de hoc nullo modo dubitabant. Et ita dicit Augustinus eos fuisse certificatos, libro primo, de Concordia Euangelistarum.

Lucas multa didicit à B. Virgine de his, quæ scripsit in suo Euangelio.

Christiani cõcurrebãt undique ad Beatam Virginem, vt eam viderẽt & informarentur de uita Christi.

Quibus temporibus Euangelistæ scripserunt. Quæst. XX.

QVAERITVR vlterius, quibus temporibus Euangelistę scripserunt. Dicendum, q̃ omnes Euangelistæ fuerunt contemporanei in uita, licèt non in scriptura. Primum patet, q̃a oẽs fuerunt eodem tpe cum tps fuerit, in quo oẽs simul viuebant, & oẽs ipsi nati erant cũ Christus mortuus est. Nam duo illorũ fuerunt cũ Christo semper, s. Ioannes, & Matthæus. Alij duo post mortẽ Christi pauco tpe ab Apostolis conuersi sunt. s. Marcus à Petro, & Lucas ab aliquo alio apostolorum. Et tunc erãt viri sicut apparet ex gestis eorũ, cũ Lucas semper sequeretur Paulum à principio predicationis suæ. Marcus verò sequeretur Petrũ. Secundum patet. s. q̃ non scripserint eodem tempore, quia Matthæus longe ante omnes, & Ioannes longe post omnes scripsit. Pro quo considerandum, quòd viuente Christo nullum Euangelium scriptum est, sed sicut audiebant apostoli à Christo, ita firmiter retinebant: potissimè cũ illa essent facta admiranda, & famosissima, ideo non poterant leuiter in obliuionẽ venire. Post mortẽ ẽt Christi aliquanto tempore fuit ecclesia sine Euangelijs. Rõ huius fuit duplex. Prima quia illi, qui tunc erant omnes fuerant tempore Christi, & propter identitatem temporis, & propter excellentiam gestorũ non poterant in obliuione uenire, ideo non erant tũc libri necessarij, quia nemo erat, qui omnia illa non sciret. Secunda fuit, quia libri videbantur esse necessarij propter illos, qui prædicaturi erant, illi tamen erant p̃ Spiritum sanctum edocti circa omnia necessaria in fide, ideo non indigebant libro. Causa autẽ, & modus scribendi Euangelia sic fuit, s. q̃ Apostoli post mortem Christi manserunt aliquanto tempore in Iudæa, & ibi prædicabant. Et quia Christus dixerat eis, q̃ irent ad prædicandum per vniuersum mundũ. Matth. 16. Diuiserunt prouincias inter se per sortem, & prouenit B. Matthæo Aethiopia in sortem. Prædicauit autẽ aliquanto tẽpore in Iudæa, & cùm vellet ire in Aethiopiam, Euangeliũ, q̃d prædicauerat voluit relinquere eis, quibus prædicauerat, & scripsit in Hebræo, & reliquit in Iudæa, postea transiuit in Aethiopiã, quæ nũc vocatur Nubia vltra Aegyptum contra meridiẽ, vbi nunc sunt christiani Aethiopes, qui vocantur Nubiani, & dicuntur tenere fidẽ, quam prædicauerat eis Beatus Matthæus. De hoc Hiero. in libro de Illustribus viris, & in prologo super Matthæum qui incipit. Plures fuisse. & in alio prologo eiusdem, qui incipit: Matthæus ex Iudæa. Secundus qui Euangelium scripsit, fuit Marcus. Erat enim Marcus discipulus Petri, qui ab ipso baptizatus est, & secutus est eum. Et postquã Petrus tenuit sedem in Antiochia per septem annos, & translata est sedes Apostolica in vrbem Romam, prædicabat Petrus in Italia, & erat ibi Marcus cum eo, qui Christum non viderat, sed audiuit Euangelium à Beato Petro. Et rogatus Romæ à quibusdam christianis, quòd illud scriberet: scripsit sicut Petrus prædicauerat. Quod postea Petrus cognoscens, legit, & approbauit, & ecclesiæ legendum sua auctoritate tradidit. Et tunc Marcus assumpto Euangelio, quod scripserat abijt in Aegyptum: & fuit primus Patriarcha Alexandrinus, ibique illud prædicauit, & passus est. De hoc Hieronymus in libro Illustrium virorum, & in prologo super Matthæum, qui incipit: Plures fuisse. De hoc etiam Clemens libro sexto Informationum, & in historia Ecclesiastica Ruphini. Tertius qui scripsit fuit Lucas, qui etiam ipse Dominum non vidit, sed post mortem eius ad fidem conuersus ac Paulum secutus est, & totius peregrinationis eius comes indiuiduus extitit. Didicit autem Euangelium à Beato Paulo, qui illud per reuelationem habuerat. ad Gala. primo. Didicit quoque ab aliis Apostolis, qui Dominum præsentem in carne secuti sunt, quod Paulus non fecit. Sic ipse ait primo cap. libri sui, scilicet: Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum, quæ in nobis completæ sunt: sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis. Scripsit autẽ Lucas in Græcia, scilicet, in partibus

tibus Boetiæ, & Achaiæ. Et hoc fuit ad preces Theophili Domini Antiochenæ ciuitatis. Fuerat enim oriundus Lucas de ciuitate ipsa, & Theophilus ad fidẽ per Petrum conuersus vrbis suæ Patriarcha constitutus est Petro transeunte in Italiam, vt quidam volũt. Siue tamen recedẽte Petro ipse fuerit Patriarcha, vel Beatus Ignatius, pro nunc non refert. Sufficit enim, q̃ ad præces Theophili Beatus Lucas scripsit, & Euangelium ei direxit, vt patet in principio libri, cùm ait: Visum est mihi assequuto à principio oĩa diligenter de oĩbus ex ordine tibi scribere optime Theophile, vt cognoscas eorũ uerborum, de quibus eruditus es veritatem. Scripsit quoque Lucas ad preces istius Theophili librum de Actibus Apostolorũ, vt patet in principio eius, cùm ait. Primũ sermonẽ feci de omnibus, ò Theophile, quæ cępit Iesus facere, & docere. Euãgelium istius Lucæ approbauit Paulus, & dixit illud laudari per omnes ecclesias. 2. Corin. 8. s. Misimus cum illo fratrem, cuius laus est Euangelio per omnes ecclesias. i. omnes ecclesiæ particulares laudant eũ de Euangelio quod ipse edidit. Fuit autem iste Lucas cũ Beato Paulo vsque ad mortem suã. Nam & liber de Actibus Apostolorum, quẽ ipse scripsit, maximè continet Actus Pauli, & extenditur vsq; ad bienniũ postquã Paulus Romæ commoratus est. s. vsq; ad quartũ Imperij Neronis annũ, & liber ipse de Actibus Apostolorum in vrbe Romana æditus est. Facit aũt sæpe mentionem Paulus de Luca, quia comitabatur eum indesinenter, vt patet ad Colos. 4. s. Salutat vos Lucas medicus. & secunda ad Thim. 4. dicitur: Lucas solus est mecũ. De his Clemens lib. 6. informationũ, & Hiero. in lib. de Illustribus viris, & in prologo allegato, qui incipit. Plures fuisse. & in prologo super Lucã. Quartus fuit in scribendo Beatus Ioannes, qui longo tempore post cæteros Euangelistas scripsit. Nec videbatur iam necessitas scribendi nisi propter hæreses in ecclesia insurgentes. Nam cùm Beatus Ioannes longo tempore post Christi passionem manserit, cœperunt circa mortem suam hæreses aliquæ nasci. s. Cerinthi, & Ebionis, & aliorum, qui negant Christum venisse in carne. De quibus magis dicetur, exponendo prologum Hieron. qui incipit. Plures fuisse, & negabant isti Christum esse Deum. Tres autem Euangelistæ præcedentes, licèt gesta Saluatoris diligenter narrauerint: videbantur de sola humanitate eius texisse historiã, s. q̃ ex dictis illorum non multum euidenter apparebat Christum Deum esse. Rogatus ergo fuit Beatus Ioannes ab omnibus Episcopis Asiæ de Christi Deitate Euangelium scribere. Ipse autem promisit se factum, si prius omnes ecclesię Asianę ieiunarent orantes ad Dominum, vt ei, quod scriberet, reuelaret. Et tunc incœpit scribere Euangelium in Asia circa vrbẽ Ephesi, in qua ipse solebat morari. Scripsit aũt Euangelium in campo in loco semoto ab omni humana occupatione, & conuersatione. Et dum ibi fuit, nec vẽtus, nec pluuia, nec æstus, nec aliquod elementum eũ turbauit, & vsque ad hanc diem eandem reuerentiã prædicto loco elementa seruare dicuntur, vt innotescat sanctitas illius diuini Euangelij. De hoc Ruphinus in historia Ecclesiastica, & Hieron. in lib. de Illustribus viris, & in prologo allegato, qui incipit: post quæ multa alia scripta sunt, omnia tamen illa ecclesia repulit, vt supra declaratum est.

Quis ordo sit in Euangelijs. Quæst. XXI.

QVAERITVR vlterius, quis sit ordo inter libros quatuor Euangelistarum. Dicendum, quòd inter libros sacrę scripturæ reperitur triplex ordo. Primus secundùm habitudi-

dinem temporis. Secundus quantum ad dignitatem personarum scribentium. Tertius quantum ad dignitatem materię, de qua agitur. De primo patet inter quinque libros Moysi, quia Genesis præcedit Exodũ, & Exodus Leuiticum, & sic de aliis, solùm propter ordinem temporis: quia prius acciderunt ea, quæ habentur in Genesi, q̃ ea, quę in Exodo, & prius illa q̃ quę in Leuitico: sic ẽt in nouo testõ in Epistolis canonicis prius ponitur Iacobus quàm Petrus, & Ioannes, nõ q̃ persona sit excellentior, nec materia quę similis est in omnibus canonicis Epistolis, sed quia Iacobus prius scripsit quàm Petrus, & Petrus quàm Ioannes: licèt de hoc quidam dubitant: de quo magis poterit videri in prologo super ipsas canonicas Epistolas. De secundo ordine patet, vt in veteri testõ inter prophetas maiores & minores: quia libri omnium quatuor prophetarum maiorũ ponuntur ante librũ, siue libros duodecim prophetarũ minorũ, & tñ fuerunt prius prophetę minores excepto Isaia. Q̃d patet, quia Isaias, qui est primus inter prophetas maiores, cœpit scribere in diebus Ozię Regis vsq; ad tpa Regis Ezechiæ: vt patet Isa. 1. Oseę aũt, qui fuit primus de minoribus, fuit omnino contẽporaneus Isaiæ. s. incipiens sub Ozia, & finiens sub Ezechia. Oseæ. 1. Ieremias tñ & Ezechiel & Daniel fuerunt multo tpe post Oseæ, qa Ieremias cępit sub Rege Iosia, & finiuit post captiuitatem Babylonis. Ieremiæ. 1. Ezechiel aũt in Babylone prophetabat. Ezechielis. 1. Daniel etiam in Babylone ꝓphetauit. Daniel. 1. Isti tamẽ tres ponuntur ante Oseæ, & alios prophetas minores, q̃ pcesserunt eos tpe. Et hoc fuit ꝓp dignitatem personarũ. Nã prophetæ maiores reputati sunt digniores, eo q̃ plura q̃ illi dixerunt. De tertio patet. s. de dignitate materiæ in nouo testõ. Nã Beatus Ioannes scripsit Apocalypsim, & canonicas tres Epistolas, & Euangelium. Ponitur tamẽ Apocalypsis post oẽs libros scripturę: non ꝓp auctorẽ, quia idẽ fecit Euangelium, & Apocalypsim, nec ꝓp ordinẽ tpis, quia potius tũc deberet pcedere Apocalypsis, quia prius Apocalypsis scripta est, q̃ Euangelium, vt ait Hier. in ꝓlogo sup Ioannẽ: sed est ordo in materia: quia materia Euangeliorũ est excellentior. Iõ fuit Euangelium Ioannis positũ ante canonicas ipsius. Et quia canonicæ ẽt Epistolæ excedunt in materia Apocalypsim, fuerunt positę ante Apocalypsim. Idẽ patet in Euãgelio Lucæ, & ĩ libro de actibus Apłorũ. Vtrũque. n. ipse scripsit. Quia tamẽ Euangeliũ excellebat in materia fuit positũ ante actus Apłorũ. De ordine Euangelistarũ dicendũ, q̃ ecclesia ordinauit eos s̃m ordinẽ tpis in scribendo, vt qui prius scripsit, prior esset. Non potuit obseruari ibi ordo s̃m dignitatẽ materiæ: qa eadẽ est oĩbus Euãgelistis, s. de factis, & dictis Christi. Poterat aũt fortè obseruari aliquis ordo quantum ad dignitatẽ personarum: quia non erant eiusdẽ gradus, ecclesia tamen nõ obseruauit. Rõ põt esse duplex: prima, quia cũ excellentia Euangelistarũ sit ꝓp materiã potius q̃ ꝓp personas, quia aliàs fortè Epłæ canonicæ Beati Petri pcederent Euangelia, quia ille fuit princeps Apłorum: & ẽt Epistolæ Beati Pauli pcederent Euãgelia, quia Paulus vĩ excessisse cæteros Apostolos: non curauit ecclesia de dignitate psonarũ, in qua minus excedebant: sed de materiæ dignitate, in qua excedebant oẽs. Et quia in hac vnus Euangelista non excedebat alium, non potuit esse ordo inter eos: sed consideratus est ordo tpis qui assignari poterat. Secunda rõ est, quia si cõsideraretur dignitas personarum, non videretur quomodo possent se habere. Nam Matthæus, & Ioannes in dignitatẽ videntur æquales: quia ambo Apostoli, & ambo Euangelistæ; ideo non videretur quis deberet alterum præcedere, Item Marcus, & Lucas eiusdem dignitatis

Cõparatio dignitatum inter personas est odiosa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt: quia ambo Euangelistæ, & non reperiuntur aliquæ aliæ eorum dignitates, in quibus vnus excederet alterum: ideo non videretur quis deberet præcedere, potissimè quia comparatio dignitatum inter personas videtur aliqualiter odiosa, nisi quando excessus est valde magnus, & omnibus manifestus: quia tunc nemo iustè potest vindicare iniuriam sibi factam, si ille sibi præponatur, qui manifestè eum excellit valde. Ideo scriptura rarò considerat ordinem in libris secundùm dignitatem personarum, sed secundùm materiam, vel secundùm tempora. Non ergo potuit inter Euangelistas assignari conuenienter aliquis ordo, nisi ordo temporis. Et pp hoc Matthæus primò ponitur in canone Euangelistarum, qui ante cæteros scripsit in Iudæa, vt patet in historia ecclesiastica, & per Hieron. in libro de Illustribus viris, & in prologo eiusdem super Matthæum, qui incipit. Plures fuisse. Post Matthæum ponitur Marcus, quia ipse post eum ante cæteros in Italia scripsit, cùm adhuc maneret ibi cum Beato Petro, vt declaratum est præcedēti quæstione. Post Marcum Lucas ponitur tertius: quoniam ipse aliquanto tempore post Marcum scripsit, cùm adhuc contaretur Paulum in Græciam in partibus Achaię, & Boetiæ. Vltimus Euangelistarum ponitur Ioannes, quia ipse longo tempore post omnes scripsit, nec scribere intendebat, nisi ad preces omnium Episcoporū Asianorum. De his patet in ecclesiastica historia, & p Hieron. in lib. de Illustribus viris, & in allegato prologo. Si autem consideraretur hic ordo dignitatis personarum, Ioannes præcederet Marcum, & Lucam: qa ipse fuit Apostolus, & illi non. De ordine istorum dicit Aug. lib. 1. de Concord. Euangelistarum, quòd nō fuit idem ordo inter Euangelistas in scribendo, qui qui fuit in cognoscendo. Nam Matthæus, & Ioannes fuerunt priores cognoscendo, cùm ipsi viderint Dominum, & fuerint cum eo vsque ad mortem, & ascēsionem, Marcus autem, & Lucas postea cognouerūt audiendo Apostolos. s. Marcus Petrum, Lucas Paulū, & alios. In scribendo tamen Marcus, & Lucas præcesserunt Ioannem: solus Matthæus sicut præcessit in ordine cognitionis, ita præcessit in ordine scripturæ. Et dicit, quòd voluntate Dei factum est, vt duo Euangelistæ, qui viderant gesta Domini essent in principio, & in fine, & alios duos, qui non viderant gesta eius in medio tenerent, & amplecterentur quasi filios, causa tamen fuit, quia sic ordo temporis in scribendo dictauit. Nam si Ioannes, & Matthæus sicut præcesserunt cognoscendo præcessissent scribendo, fuissent ambo simul in canone, & sequerentur Marcus, & Lucas. Quia tamen accidit Marcum, & Lucā in ordine scribendi fuisse medios inter Matthæum, & Ioannem, fuerunt etiā in canone positi intermedij.

Ordo Euāgeliorum secundū quatuor Euangelistas per ecclesiā ordinatus.

Quare Euangelistæ non tenuerunt eundem ordinem, nec versantur circa idem. Quæst. XXII.

QVAERITVR vlterius, quare Euāgelistæ nō tenuerūt eundē ordinē in scribēdo, nec versantur circa idem. Considerandū circa hoc, q Euangelistæ non habuerunt eadem principia, nec similes prosecutiones scripturæ suę. Nā Lucas, qui visus est tenere conuenientiorem ordinem, quam cæteri inchoauit ab éis, quæ prima erāt scdm tempora s. à conceptione Christi, & qūo uenit angelus ad annūciandum conceptionē eius, & deinde prosequitur totam historiam Christi vsq; ad ascensionē Christi scām ordinem tpis. Matthęus aūt incipit à genealogia Christi, deinde eius conceptionem exp̄sit, & in materia cōcordauit multū cū Luca, licèt in ordine aliquanto discrepent: qa quod vnus preponit, alius posthonit. Marcus autem non concordauit in principijs suis cum aliquo duorum præcedētium. Nam nec incepit à Christi conceptione sicut Lucas: nec ab eius genealogia sicut Matthæus, sed incepit à prædicatione Ioannis Baptistæ, & à baptismo Christi. Continuationem autem postea tenuit, quasi eādem, quam Matthæus. Vnde ab August. vocatur Marcus abreuiator Matthæi. Ioannes autem discordauit ab omnibus tribus tam in exordijs, quam in prosecutione, quia alij cęperunt ab aliquo, quod pertinebat ad Christum secundùm carnem, Ioannes autem cœpit à Christi Deitate ostendēs, quomodo Christus ab æterno erat vnus Deus cum patre, & quomodo carnem assumpserat. Continuatio etiam eius fuit multum discors à prosecutione aliorum: nam videtur nihil quasi tetigisse, nisi quòd alij omiserunt: Causa autem diuersitatis istius secundùm Augu. lib. 1. de concor. Euangelistarum dicitur esse diuina inspiratio tam in ordine, quàm in rebus enarratis, scilicet, quòd quilibet tenebat illum ordinem dicēdi, & illa narrabat, quę Deus ei inspirabat, vt narraret. Hierony. autem tam in libro de Illustribus viris, quàm in prologis videtur velle, quòd fuerit causa istius diuersitatis, vt unus suppleret quod alius omiserat. Et istud satis cōuenit, quia nullus Euangelistarum est, qui non audierit aliqua super cæteros. Maxime autem patet hoc de Ioanne, de quo constat, quòd ipse solùm scripsit ad supplendum, quę alij omiserāt. Nam cæteri Euangelistæ quasi nihil tetigerant de Christi Deitate. Vnde uiuente beato Ioanne insurrexerunt quidam hęretici in ecclesia, scilicet, Cherinthiani, & Ebionithę, qui dicebant Christum non fuisse aliquid ante Mariam, & consequenter quòd non erat Deus, sed purus homo, totum principium suum trahens ex virgine. Et ob hoc episcopi Asiani rogauerūt beatum Ioannem, vt scriberet eis euangelium: in quo de Christi Deitate declararet. Et beatus Ioannes vidit tunc libros aliorum Euangelistarum, & approbauit eorum dicta, quia uera erānt, quia tamen nihil de deitate tetigerant, & etiam quia aliqua pertinentia ad historiam omiserant: voluit ipse scribere, vt suppleret quæ alij nō habebant. Et ista est causa quare in canonibus Euangeliorum Ioannes rarò cum alijs cōcordat, & alij multum consonant inter se. De hoc Hiero. in libro de Illustribus uiris cap. de Ioanne Euangelista, & in prologo super Matthæum, qui incipit: Plures fuisse. De Luca idem patet, quia multa addidit super Matthęum maximè quantum ad principia sua, scilicet, de Christi conceptione, & natiuitate, & usque ad baptismum ponit illā, quę nemo alius posuit. De Marco videtur tunc esse dubium cū de eo non appareat ita manifestè, quod addiderit: sed dicendum, q etiam ipse aliud addidit super Matthæum, quod patet ex canonibus Euangeliorum, quia in decimo canone quilibet Euangelista habet ea, quę sunt sibi propria, & ibi cum nullo concordat: sed super cæteros illa addit, licèt fortè intentio beati Marci fuerit, vt abreuiaret Euangeliū Matthei. Crederem tamen verisimilius Marcum cū in Italia ad preces cōdiscipulorum suorum scripsit, nondum vidisse Euangeliū Matthei, quia pauco tpe ante in Iudea scriptum fuerat. Et sic fuit ita breuis, quia fortè beatus Petrus, à quo Marcus Euangelium didicit, illud ita breue prædicabat. Nec vr̄ satis verisimile, q Marcus videns Matthęum uoluerit eum abreuiare. Primò quia Matthęus non fuit longus in narratione ad hoc, q abreuiari deberet, quia abreuiatio est pro longis operibus. Nā eo modo Lucas etiam mereretur abreuiatorem, quia longus fuit, sicut Matthæus, & in quibusdam longior. Secundo quia abreuiatio non propriè competit beato Marco. Nam ille dr̄ abreuiare alium qui eadem refert quę ille, sed paucioribus sermonibus. Marcus autē in quibusdam nō abreuiauit sed omisit. vt patet in principio eius, vbi multa omisit, quæ Matthæus, & Lucas ponunt. Tertiò, quia ista abreuiatio per omissionem potest fieri in rebus illis, quæ non sunt vtiles, vel parū vtiles: ita vt labor enarrandi sit maior quàm fructus ex narratione consequens. Illa tamen, quæ Matthæus posuit, & omisit Marcus, non erant inutilia, sed ita vtilia, & necessaria, sicut cætera, quæ narrabat, quia nemo videns Matthæum potest iustè dicere aliquid superfluum, vel inutile in eo narrari. Et sic Marcus nō abreuiauit quasi volens Matthæum decurtare: sed quia Euangelium breue a Beato Petro didicit. Cùm autem Beatus August. dicit Marcum abreuiatorem Matthei: est sensus non quòd intenderit Marcus abreuiare Matthæum, sed cùm ita breue Euangelium scripsit, quia breue Euangelium scripsit, quia breue didicerat accidit præter eius intentionem, quòd eius scriptura esset quasi abreuiatio Matthæi. Sed tunc dicetur quare potius Marcus dicatur abreuiator Matthæi quàm Lucæ cùm tam dicta Lucæ, quā Matthæi breuiter scripsit, & de vtrisque omiserit. Dicendum, q uocatur abreuiator Matthæi, & non Lucæ: primò, qa abreuiare quis dicitur scripturam illam, quæ iam est, quod autem nondum est nec abreuiari, nec dilatari potest. Ante Marcum autem solus Matthæus scripserat: Lucas autem post Marcum scripsit: ut supra probatum est. ideo Marcus non potuit dici abreuiator Lucæ, sed solius Matthæi. Secundò, quia Marcus dicitur abreuiare illum, cum quo magis concordat, & dicta eius breuius describit. Magis tamē concordat Marcus cum Matthæo, quā cum Luca: vt patet ex canonibus Euangeliorum, ideo eius abreuiator potius dici debuit, quàm Lucæ. Considerandum vlterius, q in Euangelistis, qui aliorum libros viderunt, licèt præcipua intentio esset supplere ea, quæ alij omiserant, nō posuerunt tamen omnia, quæ priores scripserāt, quia aliàs posteriores essent longiores prioribus, quod falsum est: sed ponebant ea, quæ aliis deerant, & quædā de his, quæ alij sufficienter descripserant, omnino dimittebant, sicut patet de adoratione Christi à Magis, quam solus Matthæus ponit Matth. 2. & de morte innocentium, quam quia ipse sufficienter descripsit nemo aliorum tangere curaoit. Ita est de Beato Ioanne respectu aliorum, quia pauciſſima ponit de eis, quæ alij posuerunt, sed noua semper addidit. Sciendum vlterius, quòd August. lib. j. de Concord. Euang. distinguit Euangelistas per intentiones scribendi, dicens q Beatus Matthæus intendit declarare Christum esse regem, & potentem. Et ob hoc in principio Euangelij sui sufficienter, & diligenter annotauit progeniem Christi quomodo descendat de stirpe Dauid per lineam omnium Regum Iuda. Mat. 1. De Luca dicit, quòd intentio eius fuit ostendere Christum esse summum sacerdotem. Nam ista duo Christo conueniebant. s. esse Regem, & sacerdotem. Et ob hoc Lucas incepit de Zacaria, qui sacerdos erat, & dixit quomodo Helisabeth, quæ erat de filiabus Aaron erat cognata Virginis, ex quo apparebat, q Beata Virgo erat de progenie Aaron, & consequenter ipse Christus erat ex vna parte de progenie Aaron, & sic sacerdos. Dicit etiam quòd propter hoc Lucas non scripsit progeniem Christi per lineam Regum descendendo de Dauid per Salomonem, & eæteros Reges, sicut fecit Matthæus: sed de Dauid fecit eum descendere per Natan filium Dauid, qui non pertinuit ad lineam regiam. Luc 3. De ipso Dauid dicit, quòd potest computari tanquam Rex, vel tanquam sacerdos: cùm de panibus propositionis comederit: de quibus non licebat comedere, nisi solis sacerdotibus. Matt. 12. De Ioāne dicit, quòd fuit intentio sua solùm declarare Christi deitatem. ideo in principio posuit, quomodo Christus erat verbum apud Deum, & postea omnia opera eius deducit ad probandam deitatem suam. De Marco autē dicit solùm, q fuit abreuiator Matthæi: quia videtur eū secutus in omnibus, licèt breuius dixerit. Et ob hoc dic, q Matthæus habuit Marcum abreuiatorem, quia Matthæus descripsit Christum quasi Regem: Reges autem soli non sunt, sed habent cōcomitantes, ideo Matthæus Marcum se comitantem, & sequentem habuit. Lucas autem, quia Christum tanquam sacerdotem descripsit non habuit aliquem comitem, nec abreuiatorem, sed solus est: quia sacerdos sūmus solus intrabat in sancta sanctorum. Istæ sunt rationes figurales. Causa autem literalis videtur esse, qa nullus Euangelista indiget abreuiatore. Matthæus autem non habuit Marcum in abreuiatorem tanquam eo indigeret: nec tanquam Marcus hoc intenderet, sed per accidens præter intentionem Marci factum est, vt supra declaratum est. Lucas autem non habuit abreuiatorem, quia non indigebat illo, sicut nec Matthæus. Vnde Ioannes, qui posterius scripsit videns Lucam, & cæteros, neminē abreuiare curauit: sed quod illis deerat suppleuit. Quæ autem dicta sunt per Augu. de intentionibus, & habitudine Euangelistarum vera sunt, magis tamen literalia sunt, & verisimilia quæ dicta sunt secundùm Hieron. scilicet, q Euangelistæ posteriores qui priores viderunt semper intendebant supplere, quod deerat prioribus.

An Matthæus, & Ioannes possint esse Euangelistæ cum sint Apostoli. Quæst. XXIII.

QVAERITVR vlterius, an Matthęus, & Ioānes possint esse Euangelistæ cū sint Apostoli. Et videretur, q nō, qa istæ sunt partes, & gradus distincti in ecclesia, sicut dr̄ ad Hebr. 4. & infra ad Cor. 12. s. quosdā q dē dedit Ap̄los, alios Prophetas, alios Euāgelistas. Ità qñ sunt in aliquo corpore partes diuersarū rōnum, una nunq̄ pōt coincidere cū altera, sed ecclesia est corpus, & partes eius sunt Apostoli, Prophetæ, Euangelistæ, Pastores, & Doctores, ut patet, vbi supra, ergo non pōt Euangelista esse Apostolus, vel è contrario. Confirmat̄ hoc, quia. 1. Corin. 12. & ad Ro. 12. Ap̄lus loquens de corpore Christi mystico, q̄d est ecclesia, dicit, q sunt in ea multa mēbra, & q sicut pes non est oculus in corpore naturali, nec possunt oīa mēbra esse unū, & p̄ñr unū non pōt esse alterū: quia si unū mēbrū pōt esse alterū, potest eadē rōne unū mēbrum esse oīa. Et tunc nec esset corpus, nec membrū: ergo non pōt Apostolus esse Euangelista, quia ita posset unus esse tota ecclesia, q falsum est. Dicendum q Matthæus, & Ioannes sunt Apostoli, & Euangelistæ, quia esse Apostolū, vel Euāgelistam est quoddā donū Dei, sicut dr̄ ad Ephe. 4. & 1. ad Cor. 12. q Deus in ecclesia dedit quosdā Ap̄los, alios Prophetas, alios Euangelistas. Sicut ergo donauit Marco, & Lucæ, q essent solū Euangelistæ, ita donauit Ioanni, & Matthæo, q essent Euāgelistę, & Apostoli, quia oēs istas gratias Deus donat diuidens unicuique, sicut vult, siue multum, siue paucum, & nemo est, qui possit ei dicere, cur ita facis? sicut non potest vas factum de luto dicere figulo, quid me finxisti? vel quare me sic fecisti? ad Roma. 9. Cùm tamen quæritur, an Matthæus, & Ioannes possint simul esse Apostoli, & Euangelistæ, aut dubitatur, eo quòd ista dona, uel gratiæ inter se repugnant, ita quòd existente una non existat altera: aut quia per accidens se impediunt: aut quia Deus, cùm dederit unam vni homini non vult dare alteram. De primo sicut est in formis qualitatis contrarijs,

Respōsio ad quæstionē.

vt albedine, nigredine, frigore, & calore: quia propter directam contrarietatem, quam habent, existente vna non existit alia in subiecto: ita de gratiis, quæ competunt diuersis partibus ecclesiæ potest esse sic, quòd ali quæ sint, quæ non se compatiuntur cum alijs, sicut esse pastorem in ecclesia, & esse subditum. Vtrumque à Deo est, & tamen ista non possunt competere eidē propter oppositionem. De secundo patet: nam dona, quæ recipiunt diuersæ partes ecclesiæ, habent administrationes singulas, ut patet ad Rom. 12. & 1. Cor. 12. Et licèt non impediret alteram, quia tamen multæ sunt, impedirent se per accidens, scilicet, quia non posset idem homo secundùm omnes illas ministrare: quia dum ad plura homo se extendit, fit minor in singulis. G

Prælatus multa solicitudine occupat⁹ minor fit in singulis.

Vt dicit Greg. 2. dialogor. Nam pastorem esse est vnū de donis ecclesiæ. ad Ephe. 4. Et hoc solum tantæ occupationis est propter multitudinem actionum, vt vix possit quis illud dignè explere: vt ait Grego. 2. dialogorum, ſ. Mirum est, q̄ mentem prælati curarum immensitas deuastat, qui dum ad plura extenditur, minor fit in singulis. Si ergo difficile est vnum hominē hanc solam administrationem digne habere, quanto magis si simul haberet multas, scilicet, q̄ esset Euāgelista, & Apostolus, & Propheta, & sic de cæteris. De tertio patet, quia omnia ista munera secundùm quæ constituuntur diuersæ partes Ecclesiæ, dantur à Deo, & ille destribuit vnicuique prout vult. Secundē Corin. 12. Ideo poterit aliquandō dare multas gratias, H & aliquando vnicam, & si quælibet gratiæ inter se nō repugnarent, nec per accidens se impedirent, ita vt multæ possent esse simul in eodem, Deus non dat omnes illas cuilibet, in quo esse possunt, sed dat sicut vult, scilicet, alicui vnam, alicui plures, alicui nullam. Nam dicendum quòd Ioannes, & Matthæus sunt Apostoli, & Euangelistæ. Et licèt istę sint diuersæ gratiæ, quæ constituunt interdum diuersas partes ecclesiæ, tamen potuerunt esse simul in eis. Nam non impedit primū, scilicet, quia istæ non directè sibi opponūtur, scilicet, quia actus Euangelistæ, & actus Apostoli non sunt oppositi. Nam actus Euangelistæ est Euangelium scribere, actus Apostoli est principaliter in fide docere tanquam caput omnium ministrorū. Hoc significat Paulus, cùm loqueretur Corinthiis, dicens: quia licèt multi docerent eos, non erant omnes magistri eorum, sed pedagogi in Christo. Ipse autem erat tanquam sapiens architectus, qui fundamentum posuit, cæteri autē superædificauerunt. Hoc autem erat, quia ipse erat Apostolus sic dicit: infra Corin. 4. ſ. Nam si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres, ideſt, unicus est pater uester, & præcipuus. Et sequitur: Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Ita autem ad Apostolum pertinet prædicare, & magistrum esse omnium prædicatorum, q̄ non pertinent ad eum officia minora, vt baptizare, & alia quæ pertinēt ad quandam executionem, licèt omnia sint necessaria ad fidem, sicut dicit Apostolus, infra K ad Corin. 1. ſ. Neminem vestrum baptizaui nisi Crispum, & Caium. Et sequitur: Nō enim misit mē Christus baptizare, sed euangelizare. i. Euangelium tanquā princeps, & magister prædicare. Erat tamen Paulus Apostolus: vt impleret omnia, quæ pertinebant ad officium apostolatus, & tamen dicebat se non esse missum nisi ad prædicandum: ergo illud solum erat officium suum. Et sic licèt prædicare, quod est actus Apostoli, & Euangelium scribere, quod est actus Euangelistæ sint diuersi actus, non tamen repugnant inter se, & sic possit esse in eodem. Si autem videatur impediri vnus per alterum. Dicendum, quòd non erat magnum impedimentum, eo quòd actus Euangelistæ durabat ad paucum tempus, cùm non semper scribē-

Deus dat gratias suas sicut vult.

dum esset Euangelium: ideo bene se compatiebatur cum apostolatu. Solùm autem restat, an Deus vellet istas duas gratias eidem concedere. Hoc autem constat, quòd concessit: ideo non est inconueniens Matthæum, & Ioannem simul esse Apostolos, & Euangelistas. Ad primum in contrarium, cùm dicitur, q̄ sunt diuersæ partes ecclesiæ, dicendum quòd isti gradus, vel dona, siue gratiæ sunt, per quas distinguuntur, aut distingui possunt ecclesiæ ministeriales. Nam in ecclesia sunt duplices partes, quædam ministeriales, & aliæ circa quas exercetur ministerium. Primæ sunt, quæ habent aliquod officium, siue administrationem in ecclesia ad ædificationem, & consummationem ipsius corporis Christi mystici, quod est ecclesia, ad Ephe. 4. Et istę partes distinguuntur per dona, uel administrationes, secundùm quas ipsi ecclesiæ seruiunt. Partes autem non ministeriales sunt, non quia non habent aliquam administrationem, sed quia solùm super eas administratur id, quod operantur ministeriales. Et sunt quasi formales partes, quia perficiunt, & dant esse. Id autem, per quod distinguuntur partes ministeriales solùm tangit Apostolus, quia istæ sunt præcipuę. De partibus autem non ministerialibus nunquam curat, nec nominat illas, quia non habent aliquod nomen, per quod nominentur, etiam quia nullius sunt status, uel dignitatis hic in ecclesia militanti. Ea autem, quæ per partes ministeriales ecclesiæ distinguuntur, sunt determinatæ gratiæ, de quibus Apostolus ad Roman. 12. & infra ad Corinth. 12. & ad Ephe. 4. Et dicendum, quòd quælibet illarum gratiarum potest constituere vnam partem ecclesiæ, & constituit interdum. Quia tamen istæ partes non repugnant, poterunt aliquando gratiæ, vel administrationes plures in vnum hominem incidere. Sicut videmus in honoribus, & gradibus humanis: quia aliquando idem homo diuersis honoribus, & administrationibus fungitur, & in diuersis facultatibus gradus habet. Ad secundum cum dicitur, quòd istæ partes ecclesiæ sunt diuersarum rationum. Dicendum quòd ecclesia est corpus non uerum, sed mysticum, ideſt, figurale, & sic corpus mysticum & corpus naturale se habent diuersimodè in esse partis. Nam sicut corpus humanū I. est uerum corpus, ita partes suæ sunt veræ partes, & reperitur in eis propria ratio partis: corpus autem mysticum, vt ecclesia, & uniuersitas, sicut non sunt vera corpora, ita nec partes suæ sunt veræ partes, nec in eis reperitur certa ratio partis. Et sic dicendum, quòd in corpore humano, & in quolibet naturali organico partes sunt ita distinctæ, & diuersarum rationum, quòd vna nullo modo potest esse altera. Nam oculus non potest esse nasus, nec auris. quia sunt multum contrariæ complexionis. Etiam actus istorum sunt ita diuersi, quòd unum membrum non potest habere actum alterius. Nam oculus nunquam potest audire, nec auris videre: ratio est, quia ista sunt pura naturalia, & natura est determinata ad vnum iuxta Aristo. 9. Meta. Scilicet: Potentiæ naturales sunt ad vnum, rationales verò ad opposita, & sic ista determinatio facit, quòd quælibet pars consistat in natura sua, & non possit esset altera, & q̄ unum non possit habere actum alterius. Partes autem corporis mystici non sunt partes naturales, sed magis partes secundū rationem, vel secūdùm artem. Nam ecclesia, & quælibet uniuersitas dicitur esse quoddam corpus cōpositum secundū rōnē ex partibus, quarū quælibet est rationalis, & operatio illius secundū rōnem. At pp hoc una pars potest interdum habere actus diuersarū partium, quia ratio non est determinata ad unum sicut natura, sed potest ad opposita, vt supra dictū est. ſ. potentiæ

tentiæ rationabiles sunt ad opposita, & naturales ad vnum. Item corpus mysticum videtur esse factum corpus secundùm artem. Quia sicut in arte ea, quæ non sunt vnum naturaliter, efficiuntur aliquando vnum: ita in corpore mystico ea, quæ sunt omnino distincta, conueniunt in vnum corpus. Ars tamen facit unum ad multa, licèt natura faciat vnum ad vnum, ars verò facit vnum ad plura. Sicut gladius delphicus pro paupere vocatur delphicus gladius, qui vendebatur in insula delphos in Græcia, & ille ex vno latere erat acutus ad scindendum, & ex alio habebat dentes ad serrandum, & supplebat locum duorum instrumentorum, scilicet gladij, & serræ. Ideo autem gladius dicebatur pro paupere, quia vilius emebat vnum instrumentum quàm duo. Ita autem est in corpore mystico, quod est simile rationi artis, quòd vna pars potest habere actus diuersarum. Ad confirmationem argumenti patet responsio per ea, quæ dicta sunt. A B

An Euangelium Matthæi, & Ioannis sint maioris auctoritatis, quàm Euangelium Marci, & Lucæ.
Quæst. IIII.

QVAERITVR vlterius, an Euangelia Matthæi, & Ioannis sint maioris auctoritatis, vel dignitatis, quam Marci, & Lucæ. Aliquis dicet, quòd sic. Primò, quia isti duo fuerunt Apostoli, & illi non: & apostolatus est maxima dignitas in ecclesia, infra Corinth. 12. & ad Ephe. 4. Secundò, quia Ioannes, & Matthæus per se viderunt facta Christi, & conuersati sunt cum eo vsque ad ascensionem: Marcus autem, & Lucas non viderunt illum. Tertiò, quia Ioannes, & Matthæus ad hoc, quòd scriberent non oportuit, quòd ab aliquo docerentur, sed potius ipsi docebant alios: Marcus autē, & Lucas non potuerunt scribere nisi docerentur, scilicet, Marcus à Petro, & Lucas à Paulo, & aliis Apostolis. Respondendum, quòd poterat considerari dignitas, vel auctoritas inter libros Euangelistarum, sicut consideratur in scientiis. Ponit autem Aristo. primo de Anima duos modos dignitatis. Vnus est ex modo tradendi, siue certificandi, scilicet, illa scientia est excellentior, in qua modus tradendi est certior. Et sic demonstratiuæ excedunt omnes alias, quia sola demonstratio facit scire, vt patet primo Posteriorum. Alius modus dignitatis est ex obiecto, quia inquantum illud est nobilius, scientia est excellentior. Et ita in naturalibus scientia de anima est excellentior, quia anima est nobilius inter omnia naturalia. Primus istorum modorum non potest esse inter Euangelistas, quia idem modus certificandi est in eis. Nam si sumatur certitudo eorum quantum ad nunc, non certificamur per eos, sed per ecclesiam, vt supra probatū est in quadam quæstione. Si autem quantum ad tempus illud, quo ecclesia suscepit eos in auctoritatē. Erat ēt idem modus certificandi. ſ. quia oēs per Spiritum sanctum scripserunt. Et hoc ecclesiæ cōstitit, vt sup. q. 19. declaratū est. Etiā ecclesia sciuit oēs eos vera scribere per euidentiam rei. ſ. quia multi, & magnæ dignitatis erāt in ecclesia, quādo Euangelia suscepta sunt, qui viderant gesta Saluatoris, & sciebant vera esse, quę isti scribebant. Idē ergo fuit modus certificandi: & q̄tum ad hoc sunt oēs æqualis dignitatis, & auctoritatis. Secundus modus non conuenit eis: quia eadem materia tractatur ab omnibus. ſ. de actibus, & dictis Christi. Licèt ergo vnus plura dixerit q̄ alius, non tamen fuit materia diuersa, & sic eadē est dignitas vtrorumque. Dicet tamē aliquis, q̄ Euāgelium B. Ioannis est excellentius cæteris in materia: quia ibi agitur de deitate Christi, & in aliis de humanitate eius, vt sup. dictum est. Dicendum, q̄ eiusdem dignitatis est ex parte obiecti. Nam oīum Euangelistarū obiectū est Christus quantū ad facta sua, & dicta: iō non differunt: q̄ alioquin ēt tres inter se differrent. Quia quidā eorum meliores res de Christo dixerunt, quā alij. Sed nemo dicit eos in materia differre. Quod tamē diceretur Euangelium B. Ioānis excellentius cæteris, non haberē pro inconuenienti, ecclesia tamen non recipit talem nominationem. Sacri tamē doctores solent in verbis suis significare quandā excellentiam Euangelij Ioannis super cætera vocando illud diuinū, & Altissimū, & q̄ Ioannes excesserit cęteros Euangelistas sicut aquila oēs aues. De his Aug. lib. 1. de Cōcordia Euangelistarum, & Hieron. in prologo super Matthęum, qui incipit. Plures fuisse, & in prologo super Ioannē. Tertiò poterat considerari dignitas ex parte certitudinis, vel ineuitabilitatis rerum traditarum in Euangelijs, & ista non conuenit diuersitas: quia æqualiter necessaria, & vera vel ineuitabilia sunt quæ scribit vnus, sicut quæ scribunt omnes. Et non solùm est hoc de Euangelistis inter se: sed etiam respectu omnium librorum, tā noui, quā veteris testamenti positorum in canone. Nam ita esset hæreticus, vel infidelis, qui negaret vnā propositionem de libro Iosue, sicut qui negaret vnū Euangelium, vt supra probauimus in quadam quæstione. Quartus modus auctoritatis potest esse secundùm quandam dignitatem. i. æstimationem. ſ. q̄ vnus liber plus ab ecclesia æstimetur quàm alius. Dicēdum etiam, q̄ hoc non conuenit, quia ecclesia non magis apreciatur vnum Euāgelistam, quā alium, nec tribuit cuiquam dignitatem aliquam super alium nisi quantum ad ordinem temporis. Verū est autē, q̄ si nos inquireremus particulariter singulas excellentias Euangelistarum, bene inueniremus unum librū esse excellentiorem alio, sicut supra dicebamus de Ioāne respectu aliorum. Ecclesia tamen, quæ est mater nostra, & quā tenemur sequi per omnia nō distinxit talē dignitatem, ideo non fecit aliquā differentiam inter Euangelistas, nisi in ordine temporis, quia rarò ecclesia considerat in ordine librorum nisi dignitatem materię, & ordinē tpis. Ratio aūt quare ecclesia non posuit aliquam inæqualitatem dignitatis, vel auctoritatis inter Euangelistas, videtur fuisse, ne dando alicui, quod suū erat, tolleret alteri, q̄d habebat. ſ. Quia cū oēs Euāgelistæ tractent de eadē materia oīno, si ecclesia diceret librum unius excellentiorē altero, putaretur maximè à cōibus maiorem fidem vni, quā alteri dandā. Et per hoc dicta quorundā redderētur aliqualiter dubia, vel non putarentur omnino necessaria. Et istud erat valde inconueniens, & etiam tolleretur aliquibus Euangelistis fides eis debita. Ad primū contrarium dicendū, q̄ personæ Euangelistarum bene sunt inter se æqualis dignitatis, & auctoritatis: quia illi qui sunt Apostoli sunt digniores non Apostolis, libri tamē eorum non sunt pp hoc inæqualis auctoritatis, cū sint de eadē materia, & æqualis certitudins. Dignitatē aūt pśonalē reputauit ecclesia tanquā extrinsecā, & accidēs ad auctoritatē libri, cùm illa non conferat directè: sicut esse regem non cōfert auctoritatē libro à se facto: quia dignitas regnatiua non est de specie dignitatis, quæ pertinet ad librum, ſ. dignitatis sapientialis. Ad secundum, q̄ Euangelistas quosdam uidisse Christum, & alios non uidisse non uidebatur pertinere ad certitudinem scripturæ, quia certius uisus iudicat, quàm alius sensus. Quia tamen ecclesiæ constitit æqualiter vera dicere istos qui non viderunt, sicut eōs qui viderunt, vtrosque in eadem auctoritate posuit: maximè quia id per q̄d principaliter certificant Euāgelistę de ueritate scriptorū suorum, nī est uisus: quia adhuc cir- C D E

Alph. Tost. ſuper Matth. Præf.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea istum poterat esse aliquis error: sed quia à Spiritu sancto dirigebantur, sciebamus eos non posse errare. Et ista est maxima certitudo, quæ esse possit. In hac tamen Euangelistæ non differunt: quia æqualiter à Spiritu sancto dirigebantur ad hoc, quod nullus eorum erraret. Ideo ecclesia non constituit in eis aliquē gradum dignitatis per hoc, quòd quidam viderunt, & alij non. Ad tertium dicēdum Marcum, & Lucam indiguisse doctrina aliorum, & non Ioannem, nec Matthæum non facit aliquam differentiam dignitatis in libro: quia potest esse, quòd aliquis eruditus ab aliquo scribat conuenientius librum in aliqua arte, quàm ille, qui proprio ingenio fultus à nemine doctus est. Et dato, quòd æqualiter scribant, non facit hoc differentiam in dignitate librorum, sed in quadam excellentia personarum: quia excellentior est, qui doctore nō eguit quàm qui ab aliquo doctus est, sicut dicit Hesiodus poeta, & allegat eum Arist. 1. Ethic. Scilicet: Optimus est, qui per se omnia inuenit. Bonus autem est, qui docentem bene intellexit. Qui autem nec per se inuenit, nec à docente intellexit, omnium infelicissimus est. Item cùm dicitur, quòd Matthæus, & Ioan. non docti sunt, & Marcus, & Lucas fuerunt docti, falsum est, quia vtriq; edocti sunt: sed Ioan. & Matthæus à Christo à quo audiuerunt: Marcus, & Lucas ab Apostolis. Non differt tamen doceri à prioribus, vel posterioribus, dum tamen eadem ubique tradantur.

In qua lingua Euangelia scripta sint ab Euangelistis, & an à principio semper fuerint in tali forma.
Quæst. XXV.

QVAERITVR, in qua lingua Euangelia scripta sunt per Euangelistas, & an à principio fuerunt semper in tali forma, in qua apud nos manent. Ad primum dicendum secundùm Aug. lib. 1. de Concordia Euangelistarum, quòd omnes Euangelistæ scripserunt in græco præter Matthæum, qui scripsit in Hebræo. Hieron. autem in prologo super Euāgelia, qui incipit Beatissimo Papæ Damaso, dicit quòd totum nouum testamentum Græcum est, ideſt, scriptum in Græco, præter Matthæi Euāgelium, qui in Hebræo scripsit. De Matthæo planum est, quòd in Hebræo scripsit: quia postquam ipse prædicauerat in Iudæa volens transire in Aethiopiam, quæ ei sorte prædicationis euenerat: voluit relinquere Euangelium, quod prædicauerat scriptū Iudæis, quibus prædicauerat: ideo in Hebræo scripsit. Dicunt tamen quidam, q̄ Beatus Matthæus conuertit postea illud in Græco, & sic fuerunt duo exemplaria Matthæi Hebræum, & Græcum: sed Hierony. dicit in lib. de Illustribus viris. cap. de Matthæo, quòd hoc dubium est. Nam originale Matthæi Hebræum in bibliptheca Cæsarien. quam Pamphilus martyr congregauit, inueniebatur tempore suo: Græcum autem non uidit. De Beato Luca, quòd in Græco scripsit satis conueniens est. Primò, quia dicitur, quòd Beatus Lucas erat Græci sermonis non ignarus, vt ait Hieron. in lib. de illud tribus viris. cap. de Luca. Secundò, quia Lucas scripsit in Græcia, scilicet, in partibus Boetiæ, & Achaiæ: vt ait Hieron. in prologo super Matthæum, qui incipit. Plures fuisse, & in libro de Illustribus viris. De Ioanne, quòd in Græco scripsit satis rationabile videbatur: quia scripsit in Asia minori, in vrbe Ephesi, quę nunc pertinet ad terram Teucrorum, siue Turcorū, & tota illa terra sequebatur idioma Græcum maximè inter peritos, quod etiam hodie fit. Nam non solùm ibi, quæ est terra satis coniuncta Græciæ, sed etiā in tota Syria, & Palestina, & Aegypto, & Alexandria omnes christiani periti in græco scribunt, & in græco omnes sacros libros habent. De solo Marco videtur esse dubium quomodo in greco scripsit: quia ipse scripsit in Italia, cùm esset ibi cùm Beato Petro, vt ait Hieron. in lib. de Illustribus viris. Caput tamen linguæ latinæ erat in Italia, maximè tunc quando adhuc florebat Imperium, & sic videbatur, quòd potius scriberet in Latino, quàm in Græco. Dicendum, quòd sine dubio in græco scripsit, ut Hiero. & Augu. testantur vbi supra. Ratio potuit esse multiplex. Prima quia Marcus fortè ignorabat linguam Latinam, vel non erat satis instructus in ea, & fortè erat instructus in græca propter originem suam, vtpotè si esset de aliqua regione, in qua lingua græca esset communis. Nam nō constat nobis, de qua regione Marcus fuerit oriundus. Sed obijcietur, quòd non stet hoc: quia isti sciebāt loqui omnibus linguis: vt prædicarent omnibus gentibus, ideo in quacunque lingua possent scribere. Dicendum, quòd istud donum fuit concessum omnibus Apostolis, & cæteris, qui cum eis erant die Pentecostes, quando venit super eos Spiritus sanctus: nam apparuit super eos in diuersis linguis, & sedit super singulos, & loquebantur variis linguis: Actuum secundo. Erant autem isti quasi centum & viginti. Marcus autem, & Lucas nō fuerunt ibi, quia postea per Apostolos ad Christum conuersi sunt. Ideo non susceperunt illud donum linguarum. Verum est autem, q̄ gratia linguarum, ideſt, loquendi uariis linguis mansit postea in ecclesia, & computat eam Apostolus inter gratias, secundùm quas distinguuntur partes ecclesiæ, infra ad Corinth. 12. Erat tamen ista quasi minima gratia omnium ecclesiasticarum, ut declarat Apostolus, infra ad Corin. 14. & multi erant in ecclesia habentes istam gratiam tempore Apostoli, vt patet eod. cap. Poterat ergo esse, quòd Beato Marco collata esset ista gratia, non tamē apparet, ideo bene stat, quòd fortè scripsit in græco: quia nesciebat latinum. Secundò factum est ad maiorem utilitatem ecclesiæ. Nam maior pars christianorum, immo quasi tota ecclesia tempore Apostolorum pertinebat ad græcos, scilicet, erat in terra ipsorum. Quod patet ex numero Epistolarū Pauli. Nam quatuordecim scripsit, & præter duas Timothæi, & vnam Titi, & unam Philemonis, qui fuerunt personæ singulares: cæteræ, scilicet, decem fuerunt ad ecclesias: quarum unica fuit latinorū, scilicet, ad Romanos, & vnica Iudæorū, scilicet, ad Hebræos: octo autem reliquæ fuerunt græcorum. Vt ergo magis cōmunicaretur Euangelium Marci scripsit in lingua illa, in qua erat maior pars ecclesiæ. Tertiò factum est: quia Marcus scripsit istud Euāgelium antequam mitteretur in Alexandriam. Et fortè iam sciebat, quòd Beatus Petrus volebat illuc eum mittere, & intendebat Euangelium secum ferre sicut postea fecit: vt ait Hieron. in lib. de Illustribus viris. ca. de Marco. Et quia Alexādria, & tota Aegyptus sequebatur linguam græcam quantū ad viros peritos, sicut postea semper fecit manente ecclesia in partibus illis, voluit scribere in græco, vt proficeret toti illi genti, ad quam ibat. Ad secundum dicendum, quòd non fuerunt semper Euangelia in ista forma, in qua nunc sunt, quia apud nos omnia sunt latina, à principio tamen nullum fuit latinum, sed unum Hebraicum, & tria græca, ut supra dictum est, Postea autē dilatata fide Christi per diuersas partes orbis, oportuit Euangelia, in quibus continebatur ipsa fides esse apud oēs gētes. Ideo singulæ gentes conatæ sunt scribere in lingua sua. Et sic fuerunt Euangelia in Chaldaico, Græco, Latino, Hebraico, & multis aliis linguis. Quis autem prius in Latinum Euangelium verterit non constat nobis. Quidam enim putant fuisse Hieron. sed falsum est, quoniā ante eum longo tpe non solū Euāgelia:

Matthæus scripsit in Hebræo.

Lucas, Ioannes, & Marcus scripserūt in Græco.

lia: sed etiam totum nouum testamentum in Latino habebatur: & erant diuersæ translationes, vt ipse significat in quodam prologo super Matthæum, qui incipit. Beatissimo Papæ Damaso. Secuta fuit autem postea magna discordia & error inter ipsos libros noui testamenti, quod accidebat ex pluribus. Primò, ppter diuersas translationes, quia quasi quælibet ecclesia tenebat suam translationem: immo quòd plus erat tot erant exemplaria, quot codices, ea tamen quæ inter se discordant, non possunt simul esse vera, & sic erāt multi errores in plerisque libris noui testamenti. Secundò erat iste error propter librarios dormitantes, vt ait Hierony. ideſt, propter scriptores librorum, qui non aduertentes diligenter sæpe scribebant alia pro alijs, aliquādo mutando aliquando subtrahendo, & sic non continebant æqualiter omnes codices. Tertiò factum est propter primos transferentes libros euangelistarum nescientes habitudinem ipsorum. Nam cùm aliquis interpres voluit primò transferre librum alicuius euāgelistæ, & vidit differentiam illius ad cæteros, quòd quidam plura alij pauciora continerent, putauit hoc factum esse per errorem non quidem euāgelistarum, sed aliorum, qui eorum libros trāstulissent, ideo quidquid habebatur in omnibus posuerunt in vno, scilicet, omnia quæ Matthæus, & Lucas, & Ioannes dicūt vltra Matthæum posuerunt in Matthæo: & omnia q̄ Matthæus, Lucas, & Ioannes posuerunt super Marcum scripserunt in Marco. Et ita confuderunt omnes euangelistas, vt nesciretur quid vnus dixerit, & quid alius. Quartò accidit alius error propter eosdem trāslatores: nam quando plures euangelistæ dicebant eādem sententiam, non tamē per eadem verba, sed quidam expressius, & alij breuius; cùm vnus de primis translatoribus primò legisset vnum Euangelistam putabat eandem sententiam in omnibus, & secundùm hoc nullus Euangelista manebat, sed in vnum omnes confusi erant, & non erant quatuor libri, sed vnus liber quater scriptus. De his omnibus Hiero. in prologo super euangelia, qui incipit Beatissimo Papæ Damaso. Ad emendandam istam confusionem multi conati sunt, sed non valuerunt. Fecit tamen quidam nomine Ammonius Alexandrinus decem canones Euangeliorum, per quos sciretur quid proprium continebat quilibet euangelista, & in quo conueniebat cum alijs, & cum quibus specialiter conueniat, & per hoc tollebatur confusio, immo via, quòd non poterant confundi euangelia stantibus illis canonibus, & assignatis in libris. Mansērūt autem illi canones apud omnes antiquos, & manent etiam apud nos, sed errore librariorum sæpe etiam ipsi canones confundebantur. Vnde, & iam in rarissimis libris apponuntur, nisi in quibusdam antiquissimis, in quibus ipsa antiquitas nouitate diligentior, & solertior annotauit. Non tamē per hoc tollebatur quin apud diuersas ecclesias essent diuersa exemplaria, & maneret semper error. Nec poterat tolli iste error, nisi per aliquem habentem potestatem, qui recisis omnibus libris nouos & emendatos condi faceret. Hoc autem fecit Damasus Papa vir Deo deuotus, qui fuit tempore Beati Hieron. Iste mādauit Beato Hierony. vt corrigeret libros euangeliorū, immo totum nouum testamentum, & Latinæ ecclesiæ emendatum traderet. Ipse verò ex Græcis exemplaribus, quæ fuerant prima, & erant incorrupta, scripsit: & totum nouum testamētum in hac forma, quæ habetur apud nos Latinę ecclesiæ tradidit. Et sic totum nouum testamentum in forma, in qua habetur à Beato Hierony. scriptum est, sicut ipse scripserat totum nouum testamentum. De hoc in prologo allegato Hier. qui incipit, Beatissimo Papæ Damaso.

An Christus aliquem librum in nouo testamento scripserit, & quare non scripserit. Quæst. XXVI.

QVAERITVR vlterius, an Christus aliquē librum in nouo testamento scripsit, & quare non scripsit. Respondet Aug. lib. 1. de concor. Euangelistarum dicens, istam fuisse quæstionem Gentilium tempore suo, qui cōnabantur aduersari Religioni Christianæ. Et non audentes impugnare Christum arguebant Discipulos eius indirectè, destruendo fidem: dicentes Christum fuisse sapientissimum omnium hominum, non tamen fuisse Deū: ideo ipse de se non scripsisse, quòd erat Deus, sed Discipuli eius volentes eum plus honorare, quàm decebat, dixerunt eum esse Deum. Et ob hoc Porphirius totam culpam Religionis Christianæ introductę imponit Beato Petro. De quo Aug. 19. de ciuitate Dei. Hoc faciebant potissimè Sacerdotes Idolorum videntes templa sua destrui, Idola cōfringi, & totam spem quæstus sui perire, dolebant, & dicebant, quòd Christus nunquam talia vetuerat, sed Discipuli sui ista confinxerant. Et sic, quòd non essent tenenda asserebant. Etiam dicebant ipsi Christum scripsisse quosdam libros, quos in modum Epistolę dirigebat Petro, & Paulo, & discipulis suis. Et dicunt, quòd in libris illis continebatur quid erat illud, per quod Christus talia miracula faciebat, & sic volebant Christū per aliquas artes occultissimas, quę ad magicam pertinerent operatum fuisse omnia miracula, & vocabant eum sapiētissimum omnium hominum, quia nullus prēter eū tam excellentissimas artes inuenisset, per quas tam stupenda miracula toto orbe fecisset. Hos increpat Aug. probans mentitos. Primò quia Christus nullas tales artes exercuit, cùm nulla gens sit, quę magis interdicat artes istas, quàm cultores Christi. Secundò quia dixerunt, quòd scripserat Petro, & Paulo Discipulis suis, & tamen dum Christus fuit inter homines nunquam Paulus fuit Discipulus eius, sed postea conuersus est. Nihil ergo tale Christus scripsit. Dicendum igitur, quòd Christus nullum librum scripsit, nec pro nouo testamento, nec pro aliquo alio, quia si Christus aliquid scripsisset nihil fuisset speciosius in toto orbe, & nihil cum maiori diligentia ecclesia conseruasset, essetque famosius omnibus, quę in tota ecclesia habentur. Nullus tamen talis liber à Christo reperitur scriptus, nec aliquis Doctorum catholicorum asseruit Christum aliquid simile scripsisse, immo nunquam saltem leuis fama fuit de hoc in ecclesia. Solùm autē bis legimus Christum aliquid scripsisse. Primò scripsit breuem scripturam digito suo in terra, quando Mulier de adulterio accusata coram eo adducta est. Ioā. 8. Quid autem illa scriptura contineret, ibi declarabitur. Sed quidquid illud esset non māsit, sed sicut Christus illud scripsit ita deleuit, quia in terra illud scripserat. Secunda scriptura fuit epistola quędam, quam Christus misit ad regem Abagarum. Fuit enim iste, Rex cuiusdam ciuitatis, quę in libro Tobie vocatur Rages: & nunc appellatur Edesa, circa terram Chanaan in Mesopotamia, qui audita fama miraculorum Saluatoris nostri, quę per omnes terras vulgabatur, cùm ipse laboraret quodam morbo secundùm homines insanabili, rogauit Christum per epistolam, vt dignaretur eum sanare, offerens ei ciuitatem suam, in qua regnabat, quę ambobus sufficere poterat. Christus autem rescripsit ei, dicens: quòd prę sentiam suam habere nō poterat: à morbo tamen sanaretur: licèt non illico, ipse namque mitteret ad eum Discipulum suum vnum, qui eum sanaret. Iste discipulus fuit Iudas Apostolus, qui alio nomine vocatur Thadeus, qui literarū Christi

Christus bis scripsisse legitur.

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Abagarum portitor extitit,& ipse post Christi ascē-
sionem illuc rediens Regem conuertit ad Christum,
& à morbo corporis sanauit. Mansit autem in prædi-
cta ciuitate epistola illa saluatoris nostri longo tempo-
re, & quando hostes inuadebant vrbem si puer lege-
ret illam literam in muris vrbis destruebatur obsidio.
De his habetur in historia ecclesiastica Ruphini. De
his etiam Hierony. in lib.de illustribus viris cap.de Iu-
da, nihil aliud legimus Christum vnquam scripsisse.
Causa quare Christus nihil scripsit. Cùm autem quæritur quare Christus non scripsit ali-
quid,respondet August.lib.1. de concor. Euangelista-
rum in fi.quòd Christus scripsit euangelia,scilicet,illa,
quæ scripserunt quatuor Euangelistæ. Nam cùm illi
essent partes corporis eius,quidquid illi faciebant dice
batur Christus facere: sicut id quòd facit manus ho- G
minis facit ipse homo. Erant autem isti manus Chri-
sti, quia erãt partes ministeriales corporis sui quod est
ecclesia. Ista tamen est causa figuralis. Dici potest er-
go,quòd Christus nihil scripsit, quia honestius erat,ꝙ
quidquid scriberetur, per alios scriberetur quàm per
ipsum. Nam omnia,quæ scribenda erant,pertinebant
ad laudem Christi, cùm contineantur miracula in E-
uangelijs,quæ ostendebant Christi excellentiam. Erat
autem honestius, quòd alius scriberet hoc, quàm ꝙ
ipse: & minus suspectum erat, quia nulli laudanti se
creditur,sicut Iudæi dixerũt Christo.Tu testimonium
perhibes de te ipso, & testimonium tuum non est ue-
rum,idest,non probatur esse uerũ, quia dictum tuum
pro te nihil probat. Cùm autem alij dicerent hoc de H
Christo,non esset ita suspectum. Sed obijcietur,quòd
Christus non deberet permittere,quòd alij scriberent
de eo perhibentes testimonium de ipso, sed magis, ꝙ
ipse scriberet,quia ipse dixit Ioan.5. Ego autem ab ho-
mine testimonium non accipio. Si tamen aliqui de ip
so scriberent,testificarentur de eo. Dicendum ꝙ Chri
stus non accipit testimonium ab Euangelistis, licèt ip-
si scribant de eo, quia id, de quo dubitabatur,& super
quo Iudæi volebant testimonium, & petiuerant illud
à Ioanne,erat an Christus esset Messias,& esset Deus:
ipse autem dixit,quòd ad hoc non recipiebat testimo-
nium ab homine, scilicet, ꝙ per hoc crederetur eum
esse Deum,quia aliquis homo illud dicebat,quia leue
testimonium erat illud à quocunque homine esset ad I
probandum aliquem hominem esse Deum, quia erat
res maximè incredibilis. Sed accepit testimonium ir-
refragabile ab operibus,dicens:Opera,quæ ego facio,
testimonium perhibent de me.Nunc autem cũ Euan
gelistæ de Christo scribunt, non accipit testimonium
ab eis,quòd ipse sit Deus:sed ipsi referunt ea,quę Chri
stus fecit,per quæ probauit se esse Deum. Et illud non
est testificari,idest,probare, sed testimonium perhibe-
re,idest,testificata,vel probata scribere.Et tale testimo
nium bene Christus accipit ab hominibus, quia nihil
per hoc ipsi probant. Secus erat de testimonio Ioãnis,
scilicet, quòd Christus vellet probare se esse Deum,
vel Messiam solùm per hoc,quòd Ioannes asserebat il
lud. Tale autem Christus à se accipit,ideſt,ab operibus
suis,& non ab homine. Sed testimonium,quòd est re-
latio gestorum,per quæ probata est res,conuenientius
accipit Christus ab alio, quàm à seipso,vt nõ sit aliqua
suspitio,quòd in fauorem sui aliquid scripserit. Aliter
potest dici, quòd Christus nihil scripsit ad tenendam
dignitatem quandam. Nam cõditio dominorum est,
quòd licèt ipsi possent aliquid facere, non faciant per
seipsos, sed per ministros suos, si per illos commodè
fieri potest. Sed relatio gestorum,& scriptura quæcun
que alia pertinens ad mores,poterat scribi per alios cõ
uenienter: ideo non oportebat, quòd Christus illud
per se faceret. Redimere autem non potuit nos Chri-
stus nisi per seipsum, ideo ipse mortuus est,sed scribe-
re poterat per alterum, ideo per se non scripsit. Ter-
tiò potest dici, quòd nihil proficiebat potius scribere
Christum,quàm quòd alij scriberent: nam si Euange-
listæ alia scriberent,quàm quę Christus prædicabat,&
quæ faciebat ipse,differebat Christum scribere, vel E-
uangelistas scribere. Quia tamẽ nihil Euangelistę scri-
pserunt nisi quòd Christus fecit,& dixit,& si Christus
per se scriberet illa eadem scripturus erat, quia si scri-
beret nihil scriberet nisi pertinẽs ad salutem nostram,
scilicet, de fide, & moribus, quæ Euangelistæ scripse-
runt. Ideo nihil magis proderat eum scribere, quam
Euangelistas; nisi fortè inquantum scriptura illa, quæ
erat de manu Domini, esset maioris honoris. Sed non
poterat ille idem liber esse in toto orbe, sed transfere-
tur,& tunc iam nõ maneret eadem dignitas,quia non
esset ille liber per manum domini, sed manu hominis
scriptus. Nihil ergo melius erat,quòd Christus scribe-
ret, quàm quòd Euangelistæ scriberent. Quartò quia
dici potest, quòd Christus scripsit non eo modo, quo
dixit Augu. quia illud uidebatur esse figurale,sed quia
quando aliquo loquente alius de voluntate eius scri-
bit verba ipsius,illemet dicitur scribere, qui loquitur.
Euangelistę tamen fuerunt à Christo positi ad scribea
dum. Nam ipse dedit in ecclesia Apostolos, Prophe-
tas, & Euangelistas.ad Ephe.4. Et nihil illi scripserunt
nisi quòd Christus eis dixit prædicando, & quòd ipse
fecit, & uoluit ea illos scribere: ergo Christus dicebat
scribere: & sic non fuit opus, ꝙ Christus aliquid
scriberet manu sua. Sed obijcietur, quòd aliquid de-
buerit scribere de lege sua. Nam sicut fuit cùm data
est lex Moysi, quia Deus scripsit decem præcepta in
duabus tabulis, & dicuntur scriptæ digito Dei. Exo.
32.& 34.Ita Christus dans legem debuit aliquid scribe
re.Dicendum ꝙ cùm data est lex Moysi,non proderat
potius, ꝙ scriberetur lex per Moyses, quã per Deum.
Nam aliàs Deus scripsisset totam legem: nihil tamen
scripsit de lege,quia decem præcepta,quę scripsit non
propriè pertinebant ad legem, quam Deus dabat Iu-
dæis, cùm illa præcepta essent de iure naturali: ista ta-
men præcepta adhuc non scripsit nisi in testimoniũ,
scilicet, ne Iudæi possent negare, quòd Deus dederat
eis legem. Et ad hoc fecit seruari illas duas tabulas la-
pideas in Arca,quæ vocata est arca testimonij, quia in
ea seruabantur illæ tabulæ in testimonium legis datæ.
Exod.25.Istud testimonium ponebat Deus contra Iu-
dæos,quia erant durę ceruicis,& faciliter conuertebã-
tur ad Idola, nec colebant Deum nisi propter timorẽ,
cùm essent viri valde imperfecti. Vt ergo posteri eo-
rum non possent negare se legem accepisse,seruaban-
tur illæ tabulæ in arca. Et sic multa alia Deus iubebat
seruari in testimonium contra Iudæos,ne obliuiscerẽ-
tur legis,& beneficiorum susceptorum.Patet Deute-
rono.27.cùm Deus iussit,quòd ingredientibus Iudæis
in terram Chanaan scriberetur Deuterono. in lapidi-
bus inter montem Garizim, & Hebal, & sic factũ est:
Exo.8.Et istud fuit,vt maneret ibi in memoriam,quo-
K modo lex fuisset confirmata post ingressum in terram
Chanaan. Iussit quoque quando Iudæi transierũt per
Iordanem,quòd ponerent duodecim magnos lapides
in alueo Iordanis,vt quandocunque Israelitę viderent
illos,& quererent filij à patribus quid significabant la-
pides illi,dicerent quod per Iordanis alueum arentem
fecerat illos Deus transire. Iosue.4.In nouo autem te-
stamento non erant ista necessaria,quia nunquam ne-
gaturus erat totus mundus Christum dedisse legem.
Quia lex uerus data est, quasi nolẽtibus recipere cum
prius Deus rogauerit eos, & induxerit ꝓmissionibus,
quòd illam reciperent.Exo.29.& illam non tenebant
nisi propter timorem. Secus autem de lege noua, ad
quam totus mundus amans illam confluxit. Et non

oportebat, quòd homines rogarẽtur, vt legem ipsam
acciperent,sed potius ipsi deferebant omnia, & expo-
nebant se mortibus grauissimis, vt illam possent tene-
re. Nunquam ergo Christo negandum erat,quòd le-
gem dedisset,& sic non erat necesse,quòd aliqua scri-
ptura sua maneret quasi in signum legis datæ.Itẽ non
conueniebat tale signum, quia Iudæis,qui erant vnus
populus, & paruus habitans in terra Palestinæ, & ha-
bens vnicum templum ad quod omnes conueniebãt
ter in anno, Exo. 34.vtile erat aliquod signum ibi ma-
nẽs, quod Iudei viderent,& per quod admonerentur
se accepisse legem, vel aliqua beneficia à Deo. Et sic
manebat in templo in sancto sanctorum Virga Aarõ,
quæ fronduit,per quam probabatur,quòd Sacerdotiũ
pertinebat ad solam progeniem Aarom. Numeri 17.
Manebant etiam laminæ æreæ affixæ altari holocau-
storum,vt nemo extraneus, qui nõ esset de stirpe Aa-
ron auderet accedere ad ministrandum in altari ad-
monitus per laminas æreas affixas altari, quæ fuerant
de turribulis illorum virorum, qui contra legem vo-
lentes ministrare,à Domino combusti sunt. Numeri.
16. Erat etiam in Sancta Sanctorum vrna plena man-
na, de qua comederant Iudæi in deserto, vt per hanc
probaretur, quòd Deus illos quadraginta annis cœli-
tus in deserto aluisset. Exod.16.Hæc omnia cum ipsis
tabulis lapideis erant in arca testimonij. ad Hebræ. 9.
Non fuit tamen conueniens aliquod signum relinqui
in lege noua,quia cùm illa sit per totum mundum ex-
tensa inter gentes diuersarum communicationum,
quæ nunquam inter se conueniunt, quales sunt Indi,
& Hispani,vel Alemani,& Aethiopes,si signum illud
relictum à Christo esset in vna terra, gentes aliæ distã-
tissimæ nunquam possent per illud signum ammo-
neri: erat ergo inutile. Item si Christus voluisset relin-
quere aliquem librũ in signum legis datæ, sicut Deus
reliquit Iudæis tabulas:non oportebat illum librũ con
tinere aliquam doctrinam, quia non dabatur, vt per
illum homo eruditetur, sed vt maneret in signum le-
gis datæ:sed debebat esse aliqua res admirãda, de qua
appareret, quòd non poterat fieri nisi supernaturali-
ter, & tunc nõ erat ad propositum quæstionis,scilicet,
quare Christus non scripsit aliquem librum, sed soli
Euangelistæ. Aliter potest dici ad tollendum omnia
hoc, quòd Deus nihil scripsit in veteri testamento, & D
tabulæ illæ lapideæ non fuerunt scriptę à Deo, sed ab
Angelis,& per eos data est lex: vt probatum est Exod.
20. & 32. & 34. Angeli autem erant ministri Dei: ita
nunc Christus per se nihil scripsit de nouo testamen-
to, sed per ministros suos, scilicet, Euangelistas, qui
erãt Angeli sui,omnia scripsit.

An libri Euangeliorum sint necessarij in fide.
Quæst. XXVII.

QVAERITVR vlterius, an libri Euangelio-
rum sint necessarij in fide. Respondendum ꝙ
in proposito necessarium accipitur necessitate
finis, vel conditionis,& non absolutè, siue E
necessitate coactionis. Dicuntur ergo illa necessaria,
sine quibus nõ est salus. Est autem salus nostra solùm
in uoluntate domini. Nam peccare possumus ex no-
bis ipsis: resurgere autem à peccato, & redire in pristi-
nam amicitiam Dei per nos non possumus: sed pen-
det hoc ex uoluntate Dei,scilicet,quia cùm nos offen-
derimus eum, ad remissionem delictorũ nostrorum
nihil requiritur,nisi quòd uelit remittere. Quia tamẽ
Deus iustissimus est, sicut ab æterno præordinauerat,
nõ vult peccata nostra remitti sine satisfactione, quia
aliàs maneret aliquid inordinatum in uniuerso, & iu-
stitiæ non satisfieret; quod inconueniens est. Nam si-

cut necesse est Deum bona agere, quia bonus est, &
impossibile est eum mala agere,ita necesse est eum iu
sta agere,quia iustus est. Nam Deus non potest nega-
re naturam suam,sicut dixit Apostolus,quòd Deus se-
ipsum negare nõ potest.Cùm ergo nos offenderimus
Deum, non potest offensa tolli sine aliqua satisfactio-
ne,quia non est iustum. Et quoniam satisfactio nõ est,
nisi per equalitatem:necesse erat,quòd homo tantum
patiatur quantum peccauerat. Peccatum autem no-
strũ, licèt sit in se actio quædam finita,ex parte tamen
obiecti, scilicet Dei,quem offendimus, efficitur quo-
dammodo infinita, quia offensa accipit quantitatem
ab eo,qui offenditur,vt probat Aristot.5.Ethic.cap.de
contrapasso. Ideo nullus homo pro seipso satisfacere
Satisfactio pro peccato hominis debebat eẽ me riti infiniti. B posse,etiam si solùm semel peccaret. Oportuit ergo,
quòd si peccatum hominis deberet remitti per satisfa
ctionem, quòd pro eo laboraret satisfaciendo aliquis
cuius actus esset meriti infiniti.Et nemo est nisi Deus,
non tamen Deus in seipso. quia Deus mereri non po-
test, cùm non sit aliquis, respectu cuius mereatur, &
etiam non potest aliquem actum pœnalem habere,
qui est propriè satisfactorius: oportebat ergo quòd il-
le esset homo Deus. Homo quidem, vt pati posset,&
mereri: Deus quidem, vt actus eius esset infiniti ualo-
ris, & meriti, sicut ipse realiter est infiniti valoris. Iste
autem fuit mediator noster Christus Iesus, & sic per
istius mortem fit satisfactio pro omnibus peccatis,etiã
si essent in infinitum plura:etiam satisfaceret pro pec-
catis Dœmonum,& damnatorum, si illi essent dispo- C
siti ad suscipiẽdum fructum istius redemptionis,Chri-
stus enim cùm mortuus est, æqualiter pro omnibus
satisfecit pro bonis, & malis, mortuis, viuentibus, &
nondum natis. Quia tamen mors Christi in se est ali-
quid absolutum,scilicet,quòd non magis limitatur ad
istum hominem quàm ad illum, necesse fuit, ꝙ aut
omnes tam boni,quam mali saluarentur per mortem
Christi: aut esse aliquid,per quod fructus istius mortis
applicaretur potius isti homini quàm illi.Et quia Chri
stus per passionem suam etiam in quantum homo
acquisiuit,quòd esset Dominus omnium hominum,
vt probatum est supra,in quadam.q.& effectus est ca-
put,voluit quòd omnes illi,quibus passio deberet ꝓfi-
cere, essent unus corpus,cuius corporis ipse esset ca-
put. Et sicut in corpore naturali dum membra manẽt
vnita capiti per continuationem ipsorum recipiunt
influxum virtutis à capite, ita qui essent intra corpus
istud reciperent influxum à Christo, & participaretur
eis fructus passionis eius. Id autem per quod homi-
nes efficiuntur de isto corpore est fides, ideo cùm per
mortem Christi redimamur, erat conueniens, quòd
nos haberemus fidem de eo,quòd pro nobis mortuus
fuerat.Et quia non poterat Christus moriens satisfaçe
re nisi esset Deus, oportebat etiam credi eum esse
Deum. Et quia passio Christi proficiebat ad remissio-
nem peccatorum, oportebat, quòd nos crederemus
remissionem peccatorum esse posibilem. Et quia
omnia non sunt nisi quo ad hoc, quòd homo solutus E
peccato possit consequi fœlicitatem, quam vocamus
vitam æternam,& quia ista fœlicitas secundùm homi
nem erat impossibilis, nisi sit resurrectio mortuorũ,
quia aliàs sola anima maneret,& non homo,oportuit
credi esse resurrectionem. Et quoniam ista bona non
communicantur hominibus, nisi existentibus intra
ecclesiam,quæ est corpus Christi: oportuit credi esse
sanctam ecclesiam catholicam vnicam. Et quoniam
omnia ista bona Deus,qui est Trinitas Pater, & Filius,
& Spiritus Sanctus nobis largitijs est,oportuit nos cre-
dere Deum esse vnum & trinum. Et isto modo pos-
sumus reducere omnes articulos positos in symbolo
Apostolorum. Isti autem videntur esse de necessitate
salutis.

Universidad de Deusto

salutis. Nam eis non creditis plenè, vel nescimus quid est nostra salus, vel à quo est, vel quo modo, vel an saluandi simus. Dico autem necessitatem salutis rationabiliter, de cæteris autem non videbatur esse tãta necessitas credendi, quia illa non sunt per quæ principaliter, & immediatè salus nostra procurata est, vel in quibus principaliter consistit. Et ista videtur esse causa, quare Apostoli in symbolo suo collegerunt potius istos articulos, siue punctа quàm aliquos alios, & non plures, quia cæteri non ita immediatè pertinebant ad salutem nostram. Ex hoc autem eliceret aliquis, ꝙ libri Euangeliorum nõ sunt necessarij ad integritatem fidei, sed sufficiunt articuli nominati. Dicendum autẽ, quòd libri euangeliorum necessarij sunt tam ad integritatem fidei quàm ad statum noui testamenti. Primò quia licèt videantur isti articuli sufficere, tamẽ isti articuli non colliguntur per se, sed habentur ex aliquibus longis narrationibus, quarum ipsi sunt principale intentum. Vt ergo isti articuli habeantur plenè, necesse est sciri illas narrationes, ex quibus dependent. Et istæ sunt narrationes euangeliorum, ideo sunt euangelia necessaria. Secundò quia non solùm dicuntur necessaria in fide ea, in quibus fides declaratur, sed etiam ea, per quæ defenditur à paganis, & hæreticis: si autem solos articulos haberemus, dicerent fortè pagani, ꝙ ille Christus, quem nos credimus, seu dicimus, non potuit nos redimere, quia non erat Deus, nec fecit aliquid, per quod appareret eum esse Deum. Hoc autem nos non poteramus ostendere, nisi haberemus libros, vnde constaret, & isti sunt codices euangeliorum, in quibus apparet de miraculis Christi, per quæ probabat se esse Deum, & apparent ibi argumenti, quæ Iudei contra ipsum faciebant, & quomodo respondebat, & per ista nos instruimur ad respondendum infidelibus, & hæreticis. Et sic Euangelia fuerunt necessaria. Sic dicit Hieron. quòd necesse fuit euangelium scribi propter hæreticos, vt patet in quodam prologo eius super Matthæum, qui incipit. Matthæus cùm primò. Tertiò fuit necessarium propter nos, quia non solùm oportebat nos credere postquam semel fidem susciperem⁹, sed oportebat etiam nos ad illam induci antequã crederemus. Nemo autem crederet, si solùm audiret articulos, & non audiret aliqua gesta saluatoris, & miracula ipsius. Ista enim sola sunt, quæ inducunt ad credendum. Sic enim Christus dixit: Si non venissem, & non fecissem opera, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Ioan. 15. Hoc autem est totum in euangelijs. Oportebat ergo illa scribi. Quartò si euangelia non scripta fuissent, nos qui Christum non vidimus, nec eos, qui fuerũt cum eo, nesciremus quis fuit Christus, & quid operatus est, & quomodo nobis profuit, & sic fides periret. Vt ergo maneret fides, necesse fuit scribi euangelia, in quibus ista cõtinẽtur. Quintò quia non solùm erat nobis fides necessaria ad vitam æternam, sed etiam recta operatio, ne rursus Deum offenderemus, & periret in nobis fructus passionis Christi, & ob hoc nõ solùm Christus pro nobis mortuus est, sed etiam legem nobis dedit directiuam oĩum actionum nostrarum. Ista autem continetur in euangelio: ideo necessarium fuit euangelium ad integritatẽ fidei vel status nostri. Sextò quia fides facit in nobis duo. Primò vt credamus omnia illa, quæ credenda sunt: secundò vt nihil credamus eorũ, quæ non sunt credenda, sed fugiamus illa. Hoc tamen non potuit fieri nisi haberemus libros euangelij. Nam dato, quòd ad credendum sufficeret habere articulos, hæretici tamen poterant nobis multa dicere de Deo, siue de Christo, ꝙ indignum esset credi de eo. Vt autem nos sciremus quid dignum erat credi de eo, & quid non: oportuit nobis dari satis longam doctrinam, in qua tangeretur de omnibus in quibus dubitari poterat, circa Christum siue Deum, de quibus nos non possemus habere determinationem, nisi per scripturam. Et ad hoc necesse fuit dari euangelia, & scribi, in quibus continerentur omnia gesta Christi, & dicta: & per illa sciremus, quid de Christo debeamus confiteri, & quid negare.

Libri euangeliorũ sũt necessarij ad integritatem fidei.

Fides in nobis duo facit.

An præter euangelia sit aliquis alius liber necessarius in Sacra scriptura. Quæst. XXVIII.

QVAERITVR vlterius, an præter euangelia sit aliquis alius liber necessarius ĩ sacra scriptura. Dicendum sicut supra dicebatur, quòd necessarium non accipitur absolutè, sed necessitate finis. s. ad hoc quòd fides integra maneat, & status noster possit conseruari sine calumnia hæreticorum & infidelium. Et hoc modo non solũ euangelia fuerunt necessaria, sed etiam omnes libri, qui traditi sunt in sacra scriptura, fuerunt nobis necessarii: tam illi, qui sunt in nouo, quam illi, qui sunt in veteri testamento. Primò propter fidem: nam fides nostra, quæ collecta est in symbolo in articulis certis, habetur ex diuersis locis Sacræ scripturæ. Et sic habentur ibi articuli pertinẽtes ad Christum, & ad opera reparationis. Ita etiam sunt articuli pertinentes ad opera creationis. Articuli autem de reparatione colliguntur ex euangelijs: articuli autem de creatione colliguntur ex veteri testamento. Ideo oportuit nos habere libros veteris testamenti. Secundò fuerunt necessarij ad respondendum calumnijs infidelium. Nam Iudæi possent calũniari, quòd ille, quem nos colebamus, non erat Messias promissus à Deo, quia ex libris eorum constabat alterum, esse Messiam. Vt ergo fides posset defendi, oportuit nos habere lib. Prophetarum, in quibus Christus promissus erat, vt ex eis possemus elidere omnes calũnias Iudæorum. Tertiò, quia non solùm necesse erat fidem defendi, sed ꝙ sicut Christus volebat, ad eam cõuenirent omnes gentes: Iudei, Latini, Græci, & Barbari. Iudæi tamen cùm haberent legem à Deo datã, & promissiones certas, quæ falli non poterant: non recederent à statu illius legis venientes ad Christum, nisi ex illa lege constaret debere venire talem Christum. Et sic fuerunt necessarij libri Prophetarum, ex quibus constat de cessatione illius legis, & de altera lege danda, & de Messia qualis esse debebat. Fuerunt ergo nobis libri illi omnino necessarij. Nam Apostolus ex illis probat ea, quæ dicta sunt ad Hebr. 7. & 8, & 9. Quartò quia Christus sæpe probat aliquid contra Iudæos, & arguit contra eos, & respondet etiam argumentis illorum ex libris veteris testamenti: immo & contra Diabolum arguit, & respondet ex illis. Matth. 4. Et de hoc patet ex toto processu euangeliorum. Necessarii ergo fuerunt nobis illi libri, vt videremus ea, quæ Christus allegabat, ne possent nobis Iudæi dicere illa non habere in libris suis, & Christum falsè allegasse. Hoc ergo idem fit in aliis libris noui testamenti, in quibus sæpe Apostoli inducunt auctoritates veteris testamenti. Quintò quia hæretici conantur semper contra ecclesiam, & calumniantur quomodocunque possunt. Si autem nos non haberemus omnes libros veteris testamenti, possent hæretici calumniari nobis, dicentes multa contraria legi Christi reperiri in veteri testamẽto, & tamen constabat illa esse vera, quia data erant à Deo Hebræorum, de quo constabat, quòd erat verus Deus, ideo necesse erat in lege Christi falsa contineri. Ad hoc ergo, quòd nihil possent calumniari infideles, nec hæretici, habere nos oportuit omnes libros veteris testamenti, vt ex illis sciremus veritatem rerum, ne quis nobis calumniari posset. Nulli autem libri contra

contra nos allegari poterãt, quia nulli præter illos sunt libri diuini: cæteris autem fidem non adhibemus ex necessitate: & sic fuerunt necessarii libri omnes veteris testamenti. Considerandum tamen quòd esse nobis libros illos necessarios potest intelligi dupliciter, scilicet, aut antequam fierent. s. quòd necesse esset illos fieri propter nos: aut postquam facti sunt, scilicet, ꝙ necesse sit nobis illos habere. Accipiendo secundo modo omnes libri veteris testamenti qualescunque sint, sunt nobis necessarij, quia si aliquis eorum nobis deficeret, ex illo possent calumniari nobis hæretici, & infideles, sicut supra diximus. Accipiendo primo modo necessarium, dicendum quòd videbantur aliqui libri necessarij de illis pro bono statu fidei nostræ, sicut libri prophetarum, in quibus de Christo agitur, & liber Gen. vbi de creatione dicitur, quam necesse erat credi, & sic de similibus. Alij autem erant qui non videbantur nobis necessarii nisi scripti fuissent: sicut liber Esther, & Machabeorum, & Esdræ, & Neemiæ, & quædam historiæ, quæ directè non videntur pertinere ad statum legis nouæ. Fuerunt tamen istæ historiæ necessariæ Iudæis. Nam sicut nunc ecclesia quæ est corpus Christi est in Christianis, ita ab antiquo fuit ecclesia in Iudæis. Et est eadem ecclesia per continuationem, & eadem fides erat illorum, & istorum, nisi quòd iam nos magis claram eam tenemus, quia non tãtum est fides quantũ historia, vt dicit Aug. & Greg. & cæteri Doctores. Quia ergo illis Iudæis erant isti libri tunc necessarii pro bono statu ipsorum, cùm ibi agatur de rebus multum pertinentibus ad eos, scripti sunt pro vtilitate ecclesiæ, idest, illius ecclesiæ quæ tũc erat, & nunc est: licèt nunc habeat alium statũ. Sunt tamen iam omnes illi libri nobis necessarij postquam scripti sunt propter causam dictam. Aliter adhuc sunt necessarii, idest, valde vtiles, quia sunt scripti per reuelationem diuinam, & omnes huiusmodi sunt vtiles valde, vt ait Apostolus. 2. ad Tim. 3. s. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Ista tamen sunt nobis necessaria, scilicet, vt iusti efficiamur, & perfecti coram Deo, quia ista Deus dixit Abrahæ Gen. 17. s. Ambula coram me, & esto perfectus & ad omnem hominem hoc dicitur Deuteron. 18. scilicet, Perfectus esto cum Domino Deo tuo. Et Chrs ẽt hoc mãdauit Mat. 5. dicẽs: Estote pfecti sicut pater vr̃ cœlestis perfectus est; necesse est ergo nobis habere libros illos, per quos ad istam iustitiam, & perfectionem erudiamur. De libris autem noui testamẽti magis planum est, quàm de ueteribus, quia magis noua pertinent ad nos quàm vetera, & tamen vetera sunt nobis necessaria, ergo magis noua. Et dicendum quòd non solùm libri noui testamenti sunt necessarij postquam scripti sunt, idest, quòd sit necesse illos tenere in canone nostro postquam semel scripti sunt, quia de hoc non est dubium, sed etiam, quòd erat necesse illos scribi. Primò propter hæreticos repellendos, qui calumniabantur contra ecclesiam, & non possent nisi per illos repelli. Sic enim fuit de Euangelio Ioannis. Nam post cæteros Euangelistas longo tempore scripsit: nec scripsisset nisi propter hæreticos Hebionitas, & Cherinthianos insurgentes: qui negabãt Christum esse Deum, vt dicitur in Ecclesiastica historia, & Hieron. idem ait in lib. Illustrium virorum, & in prologo super Matthæum, qui incipit: Plures fuisse. Ita & alij libri, qui scripti sunt post Euangelia in nouo testamento proficiunt etiam contra hæreticos: sicut canonica Ioannis instruit nos contra hæreticos vocans eos Antichristos, & quomodo ab eis cauendum sit patet infra Ioan. 4. & in canonica. 2. Ioan. c. vnico. Sic etiam in alijs libris epistolaribus Apostolorum cõtra hæreticos sæpe aliqua ponuntur. Secundò fuerũt necessarij libri isti ad tollenda dubia. Nam licèt Christus legem perfectam dederit, poterant tamen multa dubia nasci, & errores quotidie, potissimè in ecclesia nouiter nascente, ideo ad tollenda illa dubia, & errores scripsit beatus Paulus ferè omnes epistolas suas. Nam Romanis scripsit propter contentiones Gentilium & Iudæorum, qui contendebant de mutua prælatione. Et erant dubia inter eos de statu legalium, an seruanda essent, vel non, & ad ista Apostolus ibi respondet: ita etiam epistola. inf. Corin. propter dubia, & discordias quasdam ipsorum erat scribendum. Et generaliter de qualibet epistola fuerunt aliqua dubia, vel errores tollendi, propter quos Apostolus scripsit illas. De motiuis autem ad scribendum singulas ipsarũ declarabitur super prologos singularum. Tertiò fuerunt necessarij libri isti propter mores, quia licèt in Euangelio contineantur regulæ Christi, quæ erant absolutè necessariæ: ipse tamen non curauit ponere omnia præcepta, quæ sufficere possent ipsi ecclesiæ, quantum ad omnia, quæ oriri possent dubia, & negocia: seu posuit ea, quæ præcipua erant: ex quibus quasi ex quibusdam principijs generalibus alicuius, scientiæ poterãt elici omnia præcepta, quæ postea essent necessaria ad statum ecclesiæ, ita ut consideratis præceptis Christi clarè videretur de quocunque præcepto, quod daretur circa quamcunque rem: an conueniret doctrinæ Christi, vel non, ita ut nemo posset dubitare de præceptis, quæ postea traderentur, an conuenirent legi Christi, vel non. Sicut cognitis principijs alicuius artis quęcunque conclusio ab aliquo ponatur circa illam artem videbitur, an sit uera, vel falsa, secundùm quòd potest resolui ad illa principia, vel non potest. Talibus præceptis fundamentalibus positis Christus non curauit se ultra extendere, sed reliquit potestatem Apostolis ad disponendum in ecclesia de quibuscũque, quæ uiderentur opportuna ad fidem introducendam, & conseruandam, & ad mores dirigendos, sic patet Ioan. 2. cùm Christus introiuit ad discipulos post resurrectionem dixit: Pax vobis. Sicut me misit pater, & ego mitto vos, idest, in eadem potestate in qua pater me misit ad procurandum salutem humanam, mitto ego uos. Et per hoc acceperunt potestatem diffiniendi, & statuendi in ecclesia circa quæcunque eis uiderentur per Spiritum Sanctum, qui eos in omnibus dirigebat. Et ob hoc cùm ipsi tradiderint præcepta multa ad directionem ecclesiæ, quæ eis pro tempore uisa sunt, ita & nobis illa fuerunt necessaria; ideo debuerunt scribi, & manere in tota ecclesia, maximè quia nisi hoc fieret sequerentur schismata in ecclesia. Nam cùm Apostoli tradiderint quibusdam ecclesijs, apud quas prædicabant precepta quædam, sicut Apostolus illis ecclesijs particularibus, ad quas direxerat epistolas, vellent tenere illę ecclesiæ præcepta illa, aliæ autem quibus illa prædicta non sunt nõ tenerent illa, & sic essent schismata. Vt ergo ecclesia esset una, quia plures ecclesiæ esse non possunt, cùm Christus vnicam redemerit, & sibi sponsauerit. ad Ephe. 5. oportuit, vt ista præcepta Apostolorũ scriberentur, & apud omnes ecclesias tenerentur. Et ita de omnibus libris noui testamenti, in quibus continetur aliquid quantũ ad mores. De actibus Apostolorum, & de Apocalypsi Ioan, non ita videbatur causa necessaria, quare scriberentur, quia isti non principaliter continent documenta fidei, nec morum: sed in actibus Apostolorum continetur historia, in Apocalppsi autem reuelationes. Dicendum quòd licèt isti libri non sint tam necessarij, sicut cæteri, sunt tamen valde vtiles. Patet de actibus Apostolorum, quia cùm ibi contineantur gesta ipsorum in ecclesia primitiua, erudimur per hoc, quid facere

Universidad de Deusto
Biblioteca

cere debeamus. Nam sicut iuxta Gregorium omnis Christi actio est instructio nostra, ita & actiones Apostolorum, cùm sciremus operari illos per Spiritũ Sanctum. Et ita argui potest ex similitudine, vel dissimilitudine ad actiones suas aliquam operationem nostrã esse bonam, vel malã, sicut argueretur ex aliquo præcepto expresso. Item continentur ibi multa pertinentia ad fidem, de quibus ibi narratur historia, & maximè determinatur per totam ecclesiam illius famosi dubij in ecclesia primitiua, scilicet, an legalia cũ euangelio essent seruanda. Continetur etiam aliud valde vtile toti ecclesiæ, scilicet, potestas, & auctoritas ecclesiæ vniuersalis. i. Concilij generalis, scilicet, q̃ nõ possit errare, & quomodo iudicat cum Spiritu sancto tanq̃ cum iudice suo in hac forma. s. placuit Spiritui sancto, & nobis congregatis in vnum: Actu. 15. Et multa alia valde vtilia ibi sunt. Sic. n. dicit Hier. in prologo ipsius lib. q̃ si consideremus Lucam medicum ipsum librũ scripsisse, cognoscemus omnia verba eius languentis animæ esse medicinam. De Apocalypsi adhuc non apparet tanta causa necessitatis, sicut de actibus Apostolorum, quia iste liber manet adhuc nobis vsque hodie in multis obscurus, cùm tamen Spiritu sancto dictante scriptus sit. Manifestum est eum non sine magna ecclesiæ vtilitate fuisse scriptum, cùm ibi contineãtur omnia principalia accidẽtia ecclesiæ vniuersalis à principio eius vsque ad finem sæculi. Et fortè ista quãtum ad multa, licèt nobis obscura sint, essent nota eo tempore, quo Ioannes illum scripsit, quia fortè ista declararet ipse: etiam licèt nunc communiter nesciantur, aliquibus tamen Deus reuelat, vt intelligant, sicut Ioanni reuelauit, vt scriberet. Colligitur etiam magna vtilitas, & misterium huius libri ex contestatione, quã facit Ioannes in fine dicens. Contestor ego omni audiẽti verba prophetiæ huius, si quis apposuerit ad hoc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri eius, auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta. Quid tamen conferat nobis iste liber, magis declarabitur in prologo super Apocalypsim.

An circa euangelium possit fieri aliqua dispensatio per ecclesiam. Quæst. XXIX.

QVAERITVR vlterius, an circa euãgelium possit fieri aliqua dispẽsatio per ecclesiam. Dicendum circa hoc, quòd dispensatio est relaxatio iuris communis à rigore suo, vel tenore in aliquo casu speciali. Et licèt per dispensationẽ non tollatur lex similiter: tollitur tamen quantum ad illum casum, & quantum ad illam personam: cũ aliàs lex illa obligaret generaliter, & illam personam, & in illo casu necesse est dispensationem solùm fieri per iurisditionem, nec per quemlibet habentem iurisdictionem, sed per ipsum, qui legem condidit, vel qui maior eo est. Nam de iure legem condere, & tollere & interpretari, & dispensare in ea eiusdem potestatis sunt: ideo non potest vnum nisi, qui potest cætera. Ex hoc elicitur quòd ecclesia non potest dispensare circa euãgelium, cùm non possit dispensare in lege nisi qui cõdidit eam, vel qui habet maiorem potestatem eo. Ecclesia tamen non habet maiorem potestatem quam Christus, ideo non potest dispensare in lege ab eo data. Secundò patet, quia potestas ecclesiæ solùm est à Christo: ipse tamen non dedit potestatem alicui ad destruendum ea, quæ ipse fecit, sed ad conseruandum illa: sicut ait Apostolus, 2. Corin. 13. s. Ideo absens scribo, vt non presens durius agas secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem. Quod tamen homines, quos Christus obligauit obseruare legem suã in omni casu per dispensationem ecclesiæ absoluentur ab ista generali obseruatione, erat minuere potestatem legis Christi. Ideo ecclesia non potest dispensare. Tertiò patet, quia si circa euangelium deberet esse dispensatio, aut esset in eis, quæ fuisse vel futura asseruntur, aut in eis, quæ fieri præcipiuntur. Circa primum non est dispensatio, cùm dispensatio sit solùm circa legem, assertiò autem rerum præteritarum, aut futurarũ nec est lex, nec pertinet ad legem: ideo in hoc non est dispensatio, nec intelligi potest. Circa s̃m posset intelligi dispẽsatio, cùm ibi sint præcepta ad agendum, vel non agendum. Et tñ circa ista non potest fieri dispensatio. Ratio est, quia Christus non tradidit in euãgelio aliqua præcepta particularia cerimonialia, nec aliqua pertinentia ad negocia foralia, sicut in veteri testamento: quæ sunt propriè præcepta positiua, & virtus eorum non dependet nisi à potestate cõdentis, sicut dixit Ari. 5. Ethic. s. quia lex positiua est, in qua non differt à principio, sic vel aliter fieri, sed differt cùm posita fuerit. i. ex se ipsa non obligat magis ad sic quàm sic faciendum, sed ex potestate cõdentis. s. postquam posita est. Sed fuerunt præcepta Christi omnia generalia, quæ s̃m naturam obligant, idest, s̃m rationem naturalem, nec oportebat propter illa poni aliquam legem, quia etiam sine lege obligarent, & apparent per se iusta. Fuerunt tñ posita ad declarationem pro simplicibus, & vt ẽt non esset locus contendendi circa ea, si non posita fuissent. Sic fuit in veteri testamento cum Deus posuit decalogum ante omnem legem, & tñ manifestũ est, q̃ decalogus præceptorum obligauit à principio sæculi, cùm illa essent præcepta iuris naturalis, & talia iura uel leges sunt scripta in cordibus hominum naturaliter, ad Rom. 2. Ista aũt præcepta iuris naturalis non sunt dispensabilia. Nã dicimus, q̃ Papa non potest dispensare contra ius naturale. Præcepta tamen à Christo tradita sunt de iure naturali, ideo non sunt dispensabilia, etiam si nõ essent in euãgelio, quãto magis cum ibi sunt. Sed obijcietur, q̃ ecclesia possit dispensare circa euangelium. Nam ptãs Christi & ecclesiæ est æqualis quãtum ad ea, quæ pertinent ad salutẽ nostram, sicut Christus dixit Apostolis. Sicut misit me pater, & ego mitto uos. i. in eadẽ ptãte. Ioã. 2. Potestas autem Apostolorum est potestas ecclesiæ. Christus tamen poterat dispensare in euãgelio, quia ipse illam legem dederat: ergo potest ecclesia. Patet hoc quia unus rector politiæ condit legem, cæteri rectores politiæ succedũt in ptãte æquali, & possunt illi tollere leges datas à prædecessoribus, sicut patet in summis Põtificibus, & Regibus, qui tollũt leges priores nouas condendo, & tamen non habent maiorem ptãtem q̃ priores. Ita cũ ecclesia habeat æqualẽ ptãtẽ cum Christo, poterit dispensare in lege Christi. Si aũt obijciatur istis, q̃ par in parem nõ habet imperium de iure, ideo ẽt ecclesia habens ptãtem æqualẽ cũ Chr̃o, q̃ non poterit dispensare in lege eius. Dicendũ, q̃ illud intelligit̃ de paritate in diuersis iurisdictionibus, s. q̃ duo iudices funguntur duabus iurisdictionibus equalibus, q̃ unus non põt imperare alteri. Secus aũt est in iurisdictione, quæ est eadem numero. Nam ibi par habet imperiũ in parem, sicut est de oĩbus summis Pontificibus, qui unicam & eandem iurisdictionẽ habent, s. eandem, q̃ habuit Petrus, habuit Clemens, & eandẽ Gregorius, & sic de cæteris. Ideo ibi succesor potest in prædecessorem, qui erat sibi par non solũ dispẽsando legẽ illius, sed etiam tollendo eam. Idem de regibus eiusdem regni, qui succedunt in unica & eadem iurisdictione, potest successor in antecessorem. Aliter potest dici, quòd par non habet imperium in parem, s. quando ambo sunt pares, & est inter eos paritas: in illis tamẽ, q̃ succedunt in eadẽ iurisdictione, q̃n vnus est non

non est alius. Et licèt prædecessor fuerit æqualis potestate ei, qui nunc imperat, quia tamen obijt iam, non solùm non est par isti, qui nunc imperat, sed etiam nullam habet potestatẽ, & leges, quæ manent ab illo conditæ, non habent nunc vigorem ex eo, qui fuit rector politiæ, & non est: sed ab eo qui nunc est, cùm leges sint aliquid ipsius politiæ. Sicut ergo posset iste reuocare legem, quam ipse fecisset, quia ab eo accepit uigorem, ita potest reuocare leges prædecessorum suorum, quia non habent uigorẽ nunc ab illis, sed ab isto, qui regit. Dicendum tamen, quòd adhuc istis stantibus non sequitur propter illam equalitatem potestatis ecclesiã posse dispensare in lege Christi. Nam si Christus obiisset, sicut aliquis homo de nobis, & nunc non viueret, illi, qui nunc principarẽtur in ecclesia, possent dispensare in lege sua, si lex solùm fuisset eius, sicut est de summis Pontificibus inter se, & de Regibus eiusdem Regni inter se, vt dictum est. Christus licèt mortuus est, viuit tamen, & nunc est in maiori potestate, quàm fuit ante mortem, cùm legem cõdidit, scilicet, secundùm humanitatem. Nam dixit post resurrectionem: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Mat. 28. Ideo principes ecclesiæ non possunt dispensare in lege Christi, etiam si essent ei æquales potestate, cùm ipse viuat: quia tunc verè par haberet imperiũ in parem, quod ius nõ permittit, nec est possibile: quia ab inæqualitate est motus: secundò quia dato, quòd esset æqualis potestas prælatorum ecclesiæ, & Christi: causa data est eis ista potestas in certa forma, scilicet, quòd sit ad cõstructionem, & non ad destructionem. 2. Corint. 13. Et si vtantur principes ecclesiæ ista potestate ad manifestam destructionem ecclesiæ ipso iure nihil est, quod faciũt: quia nullam potestatem ad hoc habent, sed sunt sicut personæ priuatæ. Tertiò quia arguendo ex isto fundamento non solùm ecclesia posset dispensare in lege Christi, sed etiam posset tollere totum Euangelium, & dare aliam legem nouã etiam contrariam illi. Sicut est de summis Pontificibus, qui habent æqualem potestatem, & unus reuocat legem alterius, & ponit contraria: istud tamen est absurdum, ideo etiam data ista æqualitate potestatis prælatorum ecclesiæ ad Christum, non sequitur, quòd ecclesia possit dispensare in Euangelio.

An Christus possit dispensare in Euangelio, Quæst. XXX.

QVAERITVR, an Christus possit dispensare in Euangelio. Dicendum q̃ quantum ad illa, in quibus narrantur res gestæ, non est possibilis dispensatio, quia non sunt leges: ideo nec Christus dispensaret, quia includit contradictionem. Circa præcepta Euangelica dicẽdum, quòd non est dubium Christum posse dispensare de absoluta potestate, quia ipse illam legem condidit, & quilibet potest tollere legem, quam fecit, cùm ab illo accipiat uigorẽ, & omnis res per easdem causas dissoluatur, per quas nata est. Sed obijcietur, quòd Christus non possit dispensare circa Euangelica præcepta licèt illa dederit, eo quòd illa non solùm sunt præcepta Euangelica, sed etiam iuris naturalis, & antequam Christus ea traderet, iam obligabant, vt supra dictum est, ideo inquãtum illa erant præcepta alterius legis, non poterit in eis dispensare. Sicut patet de legislatoribus. Nam si quis statuat, quòd nemo adulterium committat, etiam apponendo pœnam, non potest dispensare in illa lege, scilicet, quòd aliquis licitè adulterium committat, quia istud præceptum non est solùm illius legis positiuæ, quam ipse nunc condidit, sed alterius legis, quæ prius erat, scilicet, legis naturæ. Ideo licèt ipse possit dispensare in ipso, & tollere inquantum est præceptum legis suæ: non tamen poterit inquantum est alterius legis, quæ prius erat, scilicet, legis naturæ. Et sic non simpliciter potest dispensare in eo. Dicendum quòd Christus poterat dispensare in præceptis Euangelicis, non solùm inquantum erant præcepta Euangelica, sed etiã inquantum erant præcepta legis naturæ. Nam sicut Christus inquãtum Deus homo legem Euangelicam dedit, ita inquantum Deus solùm ab exordio creando rationalem creaturam legem naturę cõdidit, scribendo præcepta illius in mentibus hominum. ad Rom. 1. Quia ergo utriusque erat conditor, in utraque poterat dispensare, & utranque tollere. Dicendum tamen, quòd licèt non repugnet Christo ex defectu potestatis dispensare in lege Euangelica, & eam tollere: tamẽ certum est, quòd nunquam tolletur. Et facilius erat perire cœlum, & terra quàm quòd mutaretur aliquid de dictis Christi, quæ in Euangelio continentur: cùm ipse dixerit: Cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non transient, Matt. 24. Maximè quia videtur homo repugnare toti rationi diuinæ, scilicet, quòd illa lex, propter quã statuendam, & confirmandam Deus homo mortuus est, tolleretur. Item quia hoc esset tollere totam naturam: nam cùm Deus illa præcepta scripserit naturaliter in cordibus nostris, & necesse sit nos naturaliter talia esse bona, & recta iudicare: si mutarentur ista præcepta in contraria, necesse esset, quòd Deus destrueret conditionem creaturæ rationalis rectè se habentis, vel quòd creatura rationalis nõ posset concordare diuinis præceptis, quæ sunt absurda. Item quia Deus prædixit per Prophetas legẽ istam semper duraturam, scilicet, quòd non infringeretur istud pactum, sicut illud, quod Deus pepigit cum Iudæis in Oreb: ideo non poterit tolli, vt nõ euacuetur verbum Domini. De hoc Ierem. 31. & tangit Apostolus ad Hebr. 7. & 8. & in Psal. 19. scilicet. Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinẽ Melchisedech, quod de Christo intelligitur, vt ipse probauit Matt. 22. Ideo sacerdotium Christi mansurum erat in æternum, & lex sua; quia nõ manet sacerdotium nisi quamdiu manet lex, sicut dixit Apostolus ad Hebr. 7. scilicet. Translato sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat.

Licet Christus potuisset in lege euangelica dispensare, nũquam tamen fecit.

An ecclesia possit dispensare circa libros alios noui testamenti, Quæst. XXXI.

QVAERITVR autem de alijs libris noui testamenti, an possit ecclesia circa illos dispensare. Quidam dicunt, quòd non propter rationes dictas supra, quia etiam si ecclesia habeat æqualem potestatem cum Apostolis, qui illa scripserunt, nõ potest aliquid mutare in dictis eorum, vel dispensare: quia non accipit potestatem in destructionem, sed in constructionem. 2. Corint. 13. Mutare tamen legem Apostolorum, aut dispensare in ea, esset destruere, quæ illi construxerunt. Ideo nõ potest. Item quia præcepta Apostolorum sunt præcepta Christi, quia ipsi non prædicauerunt nisi quod à Christo audierunt. Nam nouitates non pertinentes ad legem Christi non introducerent. Et sic dispensare in dictis eorum esset dispensare in dictis Christi: quod ecclesia non potest, vt probatum est precedenti quæstione. Item non videntur asserere iura: sic enim expresse dicit Gregor. extra de restit. spol. cap. literas. dicens, quòd Papa non potest dispensare cõtra Euangelia, nec contra Apostolum. Et si non potest contra unum, nec poterit contra ceteros, quia omnes habent æqualem potestatem, cùm Christus omnibus dixerit: Sicut misit me pater, ita ego mitto uos, idest, in eadem potestate qua me misit mitto uos omnes. Ioan. 20. Etiam quo-

niam

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam ibi dicitur omnibus æqualiter, accipite Spiritum Sanctum, & quorũ remiseritis peccata remissa erunt. Et sic cõtra nullum Apostolum poterit Papa dispensare. Item omnia quæ faciebant Apostoli, fiebant per Spiritum Sanctum, & non poterant errare nec peccare. Ideo dispensare contra dicta eorum est dispensare contra Spiritum Sanctum qui loquebatur in eis, sicut Christus dixit eis. Non estis vos qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Matth. 10. & Luc. 21. & Apostolus dixit. 2. Corint. 13. An experimentum quæritis eius, qui loquitur in me Christus. Sed contra Spiritum Sanctum nõ potest Papa dispensare: ergo nec contra Apostolos. Dicendum quòd his non obstantibus, Papa dispensare potest contra Apostolos, non tamen contra omnia dicta eorum. Cur tamen contra quædam, & non contra omnia, & quæ sunt dispensabilia, & quæ non, est materia propria. 1. Cor. 11. & ibi latè declarabitur.

An Euangelium discooperto capite, & stando legendum, & audiendum sit. Quæst. XXXII.

QVAERITVR vlterius, an Euangelium discooperto capite, & stando legendum, & audiendum sit. Dicendum quòd ad hoc non aliqua obligatio determinata, nec præceptum ex iure diuino, vel humano, aut naturali prouenit: tamen ex quadam ecclesiæ consuetudine valde laudabili, & patrum admonitionibus circa hoc, ita ut iustum sit nos illud sic facere, & sit quædam inhonestas, & irreligiositas non obseruare illud. Primò prouenit hoc generaliter ex dicto Apostoli, quia non solùm in audiendo Euangelium, quod est res excellentissima, sed etiam in quacunque oratione viri debent habere capita discooperta. 1. Corin. 11. scilicet. Omnis vir orans, aut prophetans velato capite deturpat caput suum. Et per prophetare possumus etiã colligere lectionem Euangelij. Quia sicut ille, qui prophetat, dicit verba, quæ Deus sibi reuelauit, & propter reuerentiam illorum non debet habere caput velatum: ita qui dicit Euangeliũ dicit verba Dei, quæ Christus ore suo protulit, & sunt maioris reuerentię, quàm verba omnium Prophetarum: & sunt etiam magis necessaria ad salutem, quia sine eis, quæ Deus quotidie reuelat Prophetis, potest haberi vita æterna, & non potest sine verbis Euangelij, sicut patet de verbis Apocal. quæ sunt verba Prophetiæ. Apocal. 22. & tamen non sunt tantæ venerationis, sicut Euangelium. Secundò fit hoc specialiter propter significationem. Nam quòd audientes Euangelium stent, & non sedeant, significatur quòd homo debet esse promptus ad complendum omnia, quæ dicuntur in Euangelio, sicut dicitur ad Ephe. 6. Estote ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti lorica iustitiæ, & calciati pedes in præparationẽ Euangelij pacis, ideſt, Debetis habere istas præparationes ad Euangelium: per quas significatur promptitudo obediendi, & exequendi verba Euangelica. Caput debet esse discoopertum ad significandum, quòd homo habeat promptas aures ad audiendũ Euangelium, vt nõ sit Euangelij surdus auditor, sicut dicitur de beato Martino, quòd Martinus Euangelij non surdus auditor de crastino non cogitabat. Vel discooperitur caput ad significandum, quòd propter Euangelium debemus esse prompti omnia temporalia abijcere à nobis, & abdicare. Et ista est causa quare clerici non solùm habent capita discooperta, sed etiam rasa, ad significandum maiorem abdicationem temporalium rerum, quàm laici, cùm magni Deo adhæreant, quàm Sacerdotes, & Pontifices, qui sunt medij inter Deum, & populum. Ad Hebr. 5. Et ista est causa quare monachi maiores habeant tonsuras, quàm clerici seculares, scilicet, quia illi magis à se omnia abiecerunt, cùm nihil possideant. Apostolus tamen aliam causam ponit, quare caput debeat esse discoopertum. infra Corint. 11. scilicet, quia caput viri est Christus, & velando caput est quasi velare Christum. Et hoc est deturpare caput, ideſt, ostendere illud esse turpe. Nam res quanto sunt turpiores tanto magis velamus illas. ad Rom. 12. & 1. Corint. 12. scilicet. Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis nostri, his abundantiorem honorem circundamus, ideſt, pluribus vestibus ea tegimus. Partes autem pulchræ nõ teguntur à nobis, ideo cùm Christus sit caput viri, non est caput in oratione, nec in Euangelio tegendum. Tertio fit hoc propter similitudinẽ reuerentiæ, quæ exhibetur Dominis temporalibus. Nam cùm quis loquitur Domino temporali, discooperto capite loquitur: cùm etiam Dominus temporalis loquitur alicui, ille audit verba eius discooperto capite: ideo legens Euangelium, vel orans dicitur quasi loqui cum Deo, ideo caput debet habere nudum. Audiens Euangelium est quasi audiens Deum loquentem: ideo debet nudum caput habere, & pedibus stare. Nam nemo auderet loqui magno Domino sedens, vel audire verbum eius sedendo. Vult autem Deus, quòd faciamus sibi, sicut Domino temporali: vnde ipse increpat Sacerdotes veteris testamenti, quia offerebant sibi animalia clauda, & languida, vt patet Malachiæ primo, scilicet. Et si offeratis claudũ, & languidum, nonne malum est? Offer illud duci tuo si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuã: quasi dicat. Non placebit ei nec susceipiet faciem tuam, ideſt, non acceptabit te nec respiciet bono vultu. Et eodem capitulo dicitur. Filius honorat patrem, & seruus Dominum suum timebit. Si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus? & si Dominus ego sum, vbi est timor meus? Et sic Deus vult honorari tanquam Pater, & timeri tanquam Dominus. Reuerentia autem ad timorem pertinet aliquo modo, licèt aliquando ad amorẽ. Ex quocunque autem prouenit: semper Deo reuerentia exhibenda est. Quarto ex quadam ratione generali honoris: nam nihil iustius, aut naturalius est, quàm quòd illum honoremus, qui cùm esset honoratissimus pro nobis maxima vituperia pertulit. Iste est Christus, qui ut ait Apostolus, cùm esset diues, pro nobis pauper factus est. Et cùm esset benedictissimus pro nobis, maledictioni legali se subiecit, quia maledictus est homo, qui pendet in ligno. Debemus ergo Christum inquantum possumus honorare, Christus autem nõ apparet inter nos quantum ad præsentiam corporalem, vt possimus ei exhibere honorem in aliquibus cæremonijs exterioribus: ideo debemus eũ honorare in eo, in quo maximè repræsentatur. Nihil autem est in quo Christus magis repræsentetur, quàm in hostia, quia ibi verè est, licèt nobis non appareat: ideo nunquam debemus exhibere maiorem reuerentiam ei, quàm quando videmus hostiam consecratam: istud autem est cùm eleuatur super altare, alijs temporibus, licèt videatur, non est necesse tantam ei reuerentiam exhibere sicut cùm eleuatur. Ratio est, quia ad hoc ecclesia hostiam eleuat, vt tunc adoretur, & quia magis propriè dicitur homo tunc videre Christum siue Deũ, quàm aliàs cùm videt hostiam, vt declaratũ est in libro nostro de quinque figuratis paradoxis parte secunda, post hoc autem non est aliquid in quo magis Christus nobis repræsentetur, quàm cùm Euangelium audimus, quia tunc ipse videtur nobis loqui: ideo debemus magnam exhibere sibi reuerẽtiam assurgendo sibi, & nudando caput. Similes autem cæremoniæ seruantur iustissimè circa Euangelium, quas ecclesiæ consuetudo tradidit. Aliæ etiam sunt similes circa hoc, vt scilicet, cùm legitur Euan-

Euangelium beati Ioannis, & dicitur: Verbum caro factum est. genua flectantur. Est enim antiquata cæremonia, & laudabilis nimis: quam etiam ipsi dæmones cogunt interdum laudare, & punire cõtemptores circa hoc. Legitur enim apud authẽticos scriptores quẽdam Monachum cùm audiret habere. Semel autem cùm legeretur istud Verbum, eo nõ flectente genua, Dæmon quidam grauem alapam ei intulit, dicens: Flecte nuser, & insensate genua: quia si, sicut dicitur, Verbum caro factum est, diceretur verbum Demon factum est, nos à genu flexione nunquàm cessaremus. Aliàs etiam cærimonias laudabiles ecclesia tenet, vt quando in Symbolo dicitur, quòd Christus descendit de cęlis, & homo factus est: omnes genua flectant. Et hoc rationabiliter, scilicet, vt sicut Christus cùm Deus esset se humiliauit humanitatem assumẽdo, ita & nos commemorato illo beneficio confestim in honorem illius humiliemur vicem pro beneficio reddentes. Similes autẽ ceremoniæ sunt honestæ, & laudabiles valde in homine christiano: qui autem ad ista nõ attẽdit, dicitur, ppriè irreligiosus, nec significat se habere perfectionem religionis christianæ, nec feruorẽ aliquem. Cauendum tamen est, ne per obseruantiam cæremoniarum laudabilium perueniatur ad obseruantiã superstitionum, quales apud quosdam inoleuerunt, scilicet, ꝙ audientes Euangelium beati Ioan. vno pede in terra fixo alterum eleuatum, & pedẽtem habeant. Alij autem cum in missa oratio Dominica recitatur, manu maxillas comprimunt: putantes per hoc se futuros immunes à dolore dentium. Hęc autẽ quantum irrationabilia sint, & quantum minuant de honore verarum ceremoniarũ, & ipsius religionis christianæ, cuilibet planũ est. Nam nulla ratio dictat talia debere fieri ad exhibendum aliquem honorem: immo potius si quis ista propter aliquem hominem faceret, putaret se per talia irrideri. Quod autem credatur comprehensis maxillis, cùm dicitur oratio Dominica, vel Euãgelium debere immunitatem à dolore dentium causari, quantum stultissimum sit, etiam simplices vident. Vnde nec contra talia arguere expedit: sicut nec contra stultos, quorũ insania omnibus patens est. Sunt tamen ista valde cuitanda tanquam inimica religioni christianæ, quæ omnem superstitionẽ detestatur: contra superstitiones autem arguit valde Augustinus in lib. de doctri. christiana.

An debeat seruari genu flexio semper in eleuatione hostiæ, & in lectione Euangelij caput debeat discooperiri. Quæst. XXXIII.

QVAERITVR propter præcedentia, cùm dictum sit, ꝙ ad honorandum Christum eleuata hostia debent genua flecti, & ad honorandum eum cùm Euangeliũ legitur, debemus stare, cur non vtrobique seruatur eadem cæremonia honoris. Dicendum, ꝙ verus honor quem homo Deo exhibet est in anima, sicut dixit Christus. Ioan. 4. quòd Deus spiritus est, & qui adorant eum, oportet in spiritu adorare. Ista adoratio, vel honor est per fidẽ, spem, & charitatem: quas Apostolus iubet semper in nobis manere, vt Deo simus accepti. infra Corin. 13. scilicet. Manent autẽ in nobis spes, fides, & charitas. Istę enim tres sunt, per quas propriè Deus honoratur; sic dicit Augustinus in Enchi. scilicet, spe, fide, & charitate colitur Deus. Honor autẽ, qui est in corpore, directè ad Deũ non pertinet. Quia tamen Deus non solùm condidit animam nostram, sed etiã corpus: dignum est, vt etiã eum corporaliter honoremus. Non sunt autem naturaliter determinatæ aliquæ cæremoniæ, per quas honor videatur impendi. Quod patet, quia quædam gentes utuntur quibusdam cæremonijs, & aliæ alijs. Et aliquando id, ꝙ apud unam gentem reputatur exhibitiuum honoris, apud aliam iudicatur irrogatiuum contumeliæ. Cùm igitur istę ceremoniæ sint constitutę ad placitum, ideo ad hoc, ꝙ aliquis videatur alteri honorem impendere, oportet ut tali ceremonia vtatur, qualis in terra illa ad honorem impendendum frequentatur. Sic ergo Deus uoluit, vt cùm nos vellemus ei impendere honorem, per illas cæremonias impẽdamus, quæ in regionibus nostris vsitatæ sunt. Et quia dominis temporalibus maior honor impenditur, & per cæremonias magis significatiuas honoris, vult Deus, vt taliter eum honoremus, qualiter dominos tẽporales honoramus, & illud quod non reputaretur ad honorem à dominis temporalibus, non impendamus Deo. Patet Mala. 1. cùm increpat sacerdotes offerentes animalia clauda, & languida: qualia non acceptarent domini temporales. Nunc autem dicendum, quòd sicut apud dominos temporales ad exhibendum reuerentiam non semper facimus easdem ceremonias, sed aliquando eis assurgimus, & aliquando genua flectimus, & aliquãdo capita inclinamus, & nudamus: ita & Deo fieri debet impendendo aliquando unã cæremoniam aliquando aliam. Accedendo autem magis particulariter, dicendum ꝙ quando ꝙprpus Christi eleuatur, debemus flectere genua, quia ista est ceremonia maximi honoris, & uocatur adoratio, & debetur Christo tanquam præsenti. Cùm autem Euangelium legitur, licèt Christo debeat dari honor, non tamen tantus, ideo assurgimus, & capita nudamus, quia iste est honor, sed est minor, & communis. Nam omnibus senibus debetur iste honor, sicut dicitur Leui. 19. scilicet. Coram capite cano consurge, & honora personam senis. Secundò fit hoc, quia flectere genua est honor, qui debetur tanquam præsenti, & multum appropinquanti: sicut cùm aliquis appropinquat Regi, genua flectit, ita cùm Christus videatur nobis valde præsens per illum modum specialem, scilicet, quando uidemus eum in hostia, tenemur genua flectere. Cùm autem Euãgelium audimus, non flectimus genua, sed stamus capite nudato. Primò propter similitudinem ad honorem dominorum temporalium. Quia si quis sedeat, & dominus ei loqui incipiat continuo assurgit, & stat, & caput nudat. Cùm tamẽ Euangelium legitur, Christus videtur nobis loqui, quia illa sunt verba eius, ideo assurgendum est, & stando nudo capite. Secundò, & præcipuè propter significationem. Nam stare capite nudato cum legitur Euangeliũ, significat promptitudinem ad audiendum, & exequendum verba illius: sicut dicitur ad Eph. 6. scilicet. Estote ergo succincti lumbos vestros, & induti loricam iustitiæ, & calciati pedes in præparationem Euangelij pacis. Sed tunc est dubiũ quare cùm legitur Euangeliũ beati Ioan. & dicitur, Verbum caro factum est, flectuntur genua. Dicendum, ꝙ fit illud specialiter exhibendo vicem pro beneficio ibi cõmemorato, quia Christus, cùm esset Deus, exinaniuit se ipsum formam serui accipiens: ad Phil. 2. ideſt. Humiliauit se accipiendo carnem humanam. Ista autem humiliatio significatur in Euãgelio Ioan. cùm dicitur, Verbum caro factum est. Ideo humiliamur tunc in reuerentiam eius, qui se pro nobis humiliauit. Eadem ratio est, quare humiliamur in symbolo, cùm dicitur: Et homo factus est: quia illa fuit prima humiliatio Verbi Dei. Ex hoc patet determinatio dubij illorũ, qui quęrunt, in qua parte Symboli genua flectenda sint. Nam aliqui flectunt, cùm dicitur passus est: alij alia verba. Sed propriè flectenda sunt genua, cùm dicitur: & homo factus est: quia illa est prima humiliatio Christi. Similis humiliatio fit etiam, quando legitur Euãgelium Matthæi. Matth. 2. die Epiphaniæ de tribus regibus, de

Prima ratio quare flectere debeam genua corpori Christi.

Quare debemus stare capite nudato quãdo leg. euan.

Quãdo debeant flecti genua ī Cre do.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus dicitur, ꝙ procidentes adorauerunt eum, Nam tũc nos ſimiliter procidimus, & adoramus Chriſtum. Alia ſimilia fiunt ceremonialia ad honorem Chriſti, cùm leguntur verba eius, de quibus per prædicta faciliter poteſt colligi cauſa.

An Euangelium poſitum ſuper languentes aliquando ſanet eos, & vnde eſt iſta virtus ei.
Quæſt. XXXIIII.

QVAERITVR vlterius, an Euangelium poſitum ſuper languentes aliquando ſanet eos, & vnde ei iſta virtus eſt. Reſpondendum quòd aliquando poſito Euangelio ſuper languentes, & deſtitutos officio membrorum uiſum eſt, ꝙ ſanati ſunt. Ad ſciendum autem vnde, & quomodo hoc proueniat, conſiderandum eſt, ꝙ uirtus ſanatiua eſt duplex. Quædam naturalis, quædam ſupernaturalis. Prima eſt quædam qualitas abſoluta exiſtens in corpore naturali, ſecundùm quam illud corpus per applicationem, & contactum (ſine quo nõ fit actio naturalis, ſecundo de generatione, & corruptione) proficit illi, cui appliçatur. Sicut res calida per applicationẽ calefacit. Nam ut communiter virtus ſanatiua, vel nocitiua prouenit rei naturali ex diuerſa habitudine quatuor qualitatum primarum, quæ ſunt inſtrumenta totius naturę elementalis, & ex iſta habitudine varia qualitatũ proueniũt quaſi omnes diuerſitates, quas cernimus in corporibus elementatis. Verum eſt, quòd aliquando prouenit virtus ſanatiua ex conditione ſpeciei nõ propter habitudinem aliquam quatuor qualitatũ, ſicut de quibuſdam alijs proprietatibus interdũ videmus: vt quòd magnes attrahat ferrum non poteſt euenire ab aliqua de quatuor qualitatibus, ſed à virtute ſpecifica: ſic etiã de fonte Epiri in Græcia, in quo ſi ponatur lucerna extincta accenditur, & ſi ponatur accenſa extinguitur, & de alijs mirabilibus fontium, & aquarum, & aliarum rerum, quæ ponit Iſidorus 13. Etymo. Sic eſt ſepe in lapidibus præcioſis habentibus ſpeciales virtutes, quæ ſolum conſequuntur ſpeciem, & non proueniunt ex aliqua de quatuor qualitatibus. Virtus ſanatiua diuina non eſt aliqua qualitas Dei, ſed ipſa ſubſtantia eius: cũ in Deo nihil ſit, ꝙ non ſit Deus. Prima virtus ſanatiua, ſcilicet, naturalis non poteſt eſſe in Euangelijs, quia papirus, vel membranæ, & literæ nullam virtutẽ habent ad aliquid efficiendum. Item quia ſi eſſet virtus naturalis, eſſet qualitas abſoluta, & ſemper maneret, & ſic quandocunque ponerentur Euangelia ſuper ægros ſanarẽtur, ſed falſum eſt. Non poteſt etiam eſſe in Euangelijs virtus ſupernaturalis, quia illa nõ eſt niſi ipſa ſubſtantia diuina, quę nulli communicatur. Et hoc modo dicendum etiam de Apoſtolis, & alijs viris ſanctis, qui faciebant miracula, quod nõ erat in illis illa virtus: per quam faciebant miracula, quia illa eſt infinita, & non poteſt communicari alicui creaturę. Et ſic dicendum, ꝙ propriè ſancti non faciebant miracula: ſed Deus ad preces eorũ faciebat miracula: & aliquando ſine precibus, vt daret eis maiorem auctoritatem, ad oſtenſionem gloriæ eius. Poterat tamen Deus dare alicui libro Euangeliorũ, vel omnibus virtutem quandam ſecundùm quam ſanarẽtur ægri, & illa eſſet vere in libro Euangeliorum, & maneret ibi ſemper cũ ſemper eſſet abſoluta etiam liber eſſet ſubiectum eius, & illa nõ eſſet omnino ſupernaturalis: quia non erat ipſa virtus diuina, ſed virtus in corpore realiter exiſtens, licèt eſſet ſupernaturaliter cauſata: nec etiam eſſet omnino naturalis: quia non inſurgebat ex principijs naturæ, ſcilicet, non ex aliqua de quatuor qualitatibus, nec etiam eſſet virtus ſpecifica, quia liber Euangeliorum non eſt alicuius ſpeciei, nec in aliquo prædicamẽto, cùm ſit ens per accidens aggregans in ſe res diuerſorum prædicamentorum. Magis tamen diceretur ſupernaturalis, quàm naturalis. Iſta tamen virtus omni tẽpore ſanaret: quandocunque liber ſuperponeretur ægro. Et non eſt differentia, an ille eſſet bonus, vel malus: deuotus, vel indeuotus: quia cùm illa virtus iam cõſiſteret in illo libro, & non eſſet res rationalis, operaretur ſemper vniformiter: quia natura ſemper eſt determinata ad vnum. Solæ enim rationales potentiæ ſunt ad oppoſita. 9. Meta. & poſſunt uariare actum. Dicendum tamen ꝙ iſta virtus non poſſet ſanare à quolibet morbo, ſicut non poſſet cęcos illuminare, nec mutilatis membra abſciſa reſtituere: quia illa virtus communicata libro non poterat eſſe infinita, quia non eſt communicabilis naturæ creatæ. Iſta tamen, quæ dicta ſunt, & ſimilia, ſicut mutos facere loqui, & ſuſcitare mortuos, ſine infinita potentia non poſſunt fieri. Dicendum autem, ꝙ cùm per impoſitionem Euãgeliorum aliquis ſanatur, non fit hoc per aliquam uirtutem, quam Deus communicet Euangelijs: quia nullã in membranis nec in literis, ſed fit per virtutem infinitã Dei. Facit tamen illud impoſitis Euangelijs ſuper ægros propter fidem eorum, qui imponũt, velut oſtendat veritatem, & dignitatem ipſius Euãgelij, vt ſic magis prompti ſimus ad credendum ei, & ad obediendũ præceptis eius. Sic enim Apoſtolis datum eſt, quòd cum imponerẽt manum ſuper ægrotos ſanarentur. Matt. 6. Impoſitio autem iſtarum rerum irrationabilium ad ſanãdum ægros ab antiquo fuit. Nam Eliſæus miſit baculum ſuum ad ponendum ſuper filium mulieris Sunamitis mortuũ, vt ſuſcitaretur. 4. Reg. 4. licèt nõ fuerit ſuſcitatus, quod fortè fuit propter demerita Giezi, qui portabat baculũ, vel propter aliam cauſam, vt declaratum eſt eodem capitulo: ſi tamen hoc non conſueuiſſet fieri, vel non putaſſet Eliſæus, quòd per hoc poterat puer ſuſcitari, non miſiſſet baculum. Sic etiam beatus Ioannes fecit poni veſtem ſuam ſuper mortuos, & ſic ſuſcitati ſunt, vt patet in eius legenda. De Euangelijs autem, quare iuramus tangendo illa. & an liceat iurare ſuper quædam Euangelia periculoſa, in quibus falſæ iurans in breui moritur, declarabitur inf. 5. cap. Tangit autem hic Nicolaus in proœmio differentiam legis Euangelicæ ab alijs, aſſignans quatuor differentias. Circa hoc tamen ſunt valde multa dubia, quæ preſentem prologum excederẽt: De illis autem determinabitur in libro noſtro de quinque legibus.

Sancti propriè non faciũt miracula ſed Deus ad preçes eorum.



ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS

IN PRIMVM PROLOGVM D. Hieronymi in Matthæum Enarratio,

PROLOGVS PRIMVS BEATI HIERONYMI præsbyteri in libros quatuor Euangeliſtarum.

MATTHAEVS, cùm primò prædicaſſet Euangelium in Iudæa, volens tranſire ad gentes, primus Euangelium ſcripſit Hebraicè, quod fratribus, à quibus ibat ad memoriam reliquit. Sicut enim neceſſe fuit ad confirmationem fidei Euangelium prædicare, ſic & contra hæreticos ſcribere.

CIRCA iſtos prologos Matthæi eſt diuerſitas in Biblijs, quia quædam habent plures, quædam pauciores. Nos autem exponemus hic quatuor, quia nõ ſolent plus reperiri, de quorum ordine dicetur infra, q. 1: Iſte ponitur hic primus, quia vt communiter in omnibus Biblijs, in quibus habetur primus ponitur, ſed in hoc non multum refert. Et diuiditur in duas partes. Quia primò agitur de neceſſitate ſcribendi Euangelium. Secundò de numero Euangeliſtarũ, ibi: Cùm autem plures. Iſta in duas: quia primò ponitur quare ſint quatuor Euangeliſtæ, aſſignando diuerſas cauſas, & præcipuè comparando quatuor Euangeliſtis quatuor animalia. Secundò illa eadem ad Chriſtum comparat, ibi: Chriſtus verò.

An omnes iſti prologi hic poſiti ſint Beati Hieronymi, & quare ponuntur tot, & quis eſt eorum ordo.
Quæſt. I.

QVAERITVR circa primum, an omnes iſti prologi, qui ponuntur hic, ſint Beati Hiero-

nymi, & quare ponũtur tot, & quis eſt ordo ipſorum. Ad primum dicendum, quòd non ponitur communiter certus numerus prologorũ, ſed ſunt quædã Bibliæ in quibus ponitur vnicus. ſ. ille, qui habetur hic vltimus, & incipit, Matthæus ex Iudæa: alij libri habent duos. ſ. illum, & iſtum primum, qui incipit: Matthæus cum primo. Aliæ habent quatuor. ſ. prædictos duos, & alium, qui incipit Beatiſſimo Papæ Damaſo, & alium, qui incipit: Plures fuiſſe. Dicendum de omnibus ex his, quòd ſunt Beati Hieronymi. Primò quia communiter nullus prologus ponitur in Biblia niſi Beati Hieronymi, quia cùm ipſe tranſtulerit eam tam nouum quam vetus teſtamentum in ea forma, in qua habemus, non debuit poni aliquid alterius in ea, quia non concordaret. Prologi autem Hieronymi concordant, quia per eos ipſe declarat intentionem tranſlationis ſuæ, vt infra dicetur. Secundò patet hoc ex ſtylo & genere ſcribendi. Quia ſi quis cognoſcat aliquid de genere ſcribendi, Doctores Sacræ ſcripturæ inter ſe valde differunt; & cuiuſlibet ſtylus apparet differens eſſe à reliquo. Et ſic omnes iſtos prologos conſtat eſſe Hieronymi, cùm ſint eiuſdem ſtyli, & generis

Universidad de Deusto
Biblioteca

scribendi usitati ab eo. Tertiò patet, quia isti ꝓlogi reperiuntur inter opera Hieron. Nam si quis legat librū epistolarum suarum, & librum de Illustribus Viris: reperiet quosdam in epistolis, & alios in alijs eius libris. Nam communiter omnes prologi Beati Hie. sunt epistolæ eius, vt patet ex eis. s. quia dirigebantur ad personas illas, quarū precibus libros in Latinum vertebat. Et sic duo prologi istorum sunt Epistolæ ipsius Hier. ad Damasum Papam. s. ille qui incipit Beatissimo Papæ, & alius qui incipit. Plures fuisse. Dicendum ergo, ꝙ prologi Hier. licèt cōiter sunt epistolæ eius: tamen aliquando ponuntur vt argumenta ad declarandū aliquid eorum, quæ in ipsis libris habentur quibus præponuntur. Et cùm Hier. translaturus esset libros diuersos sacrę scripturę, rogabatur à diuersis super hoc, quibus ipse interdum scribebat: aliqñ se excusabat pp difficultatem, aliquando propter æmulos. Qđ cōiter facit in quolibet prologo: aliqñ tangit aliquid eorum, quæ in ipsis libris habentur. Istæ epistolæ non pertinebant ad sacram scripturam, quia non sunt pars eius: quia tñ Hier. eam transtulerat, & istæ epistolæ declarabāt causam translationis, & interdum tangebant aliqua pertinentia ad intellectum ipsorum librorū, visum est Hieronymo apponere libris à se trāslatis quasdā istarum epistolarum in principio: vt per hoc saltem cognoscāt quis librum transtulerit, cùm multæ aliæ ęditiones solerent esse in ecclesia, quibus cassatis, ista, quæ est Beati Hier. recepta est. Et maximè apposuit Hier. istas epistolas, quoniam faciebāt multum ad intellectum scripturæ. Sicut patet de prologo Galeato, qui incipit, viginti duas literas, & præponitur libris Regū. Ille nāq; est epistola ad Paulum, & Eustochium: vt patet ex ipso cùm diriguntur verba ad Paulū, & Eustochiū, vt orent pro Beato Hier. ꝯ æmulos. Et istum ꝓlogum pręposuit ipse oībus libris sacræ scripturæ: cùm ait, Hic ꝓlogus scripturarum quasi Galeatū, principium oīb⁹ libris, quos de Hebræo vertimus in Latinū conuenire pōt. Vt scire valeamus quidquid extra hos est, inter Apocrypha esse ponendum. Isti ꝓlogi inquantum dirigunt ad certas personas dicuntur epistolæ: inquantū verò præponuntur libris sacræ scripturę vocantur ꝓlogi, vel proœmia. Interdum aūt Hier. apposuit aliquos prologos, q̄ non sunt epistolæ, sed possunt vocari argumēta ad habendum intentionem in generali eorū, quæ in libro traduntur, vel saltem, vt leuius intelligant. Et isti ꝓlogi epistolares, siue argumenta, quæ Hier. apposuit libris, habentur communiter in oībus Biblijs, quasi sint de essentia ipsorum librorum, cùm ipse translator apposuerit: postea tñ aliqui curiosi legentes libros Hier. & reperientes aliqua, siue epistolas, siue alia scripta, quæ facerent generaliter ad intellectum alicuius libri: ꝓposuerunt ea libris. Et ista est causa quare in quibusdā libris plures prologi quàm in alijs habentur. Cùm autē quæritur, quare tot sunt, dicendum ꝙ ex eo qđ nō habentur cōiter in omnibus libris, non videbantur esse oīno necessarij: sunt tamē vtiles, & colligit vtilitas sic, quia hic est principium Euāgelistarum generaliter, & principium Beati Matthæi specialiter, ideo potuerunt poni ꝓlogi specialiter pro Beato Matthæo, vel generaliter pro oībus Euangelistis. Pro Beato Matthæo solo est hic vnus ꝓlogus, qui incipit, Matthæus ex Iudæa, in quo ponitur declaratio quorundam pertinentium ad Matthæum solū. Et iste ꝓlogus habetur in omnibus libris. Et erat totaliter necessarius, quia nullus liber est, cui non debeat præponi aliquis prologus, vt cognoscatur aliquid de eo in generali. Tres aūt sunt quantū ad omnes Euangelistas. Et isti non erant tam necessarij: sunt tamen vtiles. Vnus eorum ponitur ad declarandum correctionem factam librorum noui testamēti, & translationem per Hiero. de quo est ille, qui incipit Beatissimo Papæ Damaso. Alius ponitur, qui fuerunt illi, qui post quatuor Euangelistas conati sunt scribere Euangelium, & quare nō sunt recepta eorum scripta, & est ille, qui incipit. Plures fuisse. Ad tertium, cùm quæritur quis sit ordo istorum prologorum. Dicendū est, ꝙ illi tres prologi, qui pertinent ad omnes Euangelistas ꝓponantur, & qui pertinet ad solùm Matthæū subsequatur, & sit coniunctus Matthæo. Istorum triū est ordo non totaliter necessarius: præponitur tñ iste, in quo demonstratur quot sunt Euangelistæ, & subsequitur ille, in quo de correctione librorum agitur, scilicet, Beatissimo Papæ Damaso, quia prius fuerunt libri quatuor Euangelistarum, ꝙ corrumperentur, & corrigerentur. Postea sequitur ille, in quo agitur de Euāgeliis reiectis, quæ scripta sunt à præsumptoribus. Et illud minus pertinet ad vtilitatem, & intentionem euangeliorum, ideo subsequitur: prologus tamen ille concordat in aliquo cum isto primo. Circa literam dicitur. *Matthęus cum primo.* Intentio Hier. in isto ꝓlogo est solùm declarare quare sunt quatuor Euangelistæ, & non plures, cùm multi alij euangelia scripserunt. Et dicitur. *Matthæus cum primò prędicasset euangelium in Iudęa.* Prædicauit Matthæus Euangelium in Iudæa, & inter Gentiles, scilicet, in Aethiopia, prius tamen in Iudæa: ideo dicitur, cum primò prædicasset in Iudæa. *Volens transire ad Gentes.* Gentiles uocantur Gentes respectu Iudæorum: quia gens propriè dicit congregationem multorum hominum. Et hoc pertinebat ad totum mundum. Iudæi autem licèt essent vna gens, erāt tamen paruus populus, & unicus, ideo nunquam uocantur gentes, sed reliquus orbis respectu Iudæorum, uocatur gentes. Sic dicitur Malachiæ. 1. Magnum est nomen meum in gentibus ab ortu solis usque ad occasum, ideſt, inter omnes Gentiles ab ortu solis usque ad occasum. Istę Gētes, ad quas trāsiuit Matthęus sunt Aethiopes, qui uocantur Nubiani. *Primus euangelium scripsit.* Ante ipsum nemo scribere cogitauerat, nec de ueris Euangelistis, nec de præsumptoribus: quia præsumptores scripserunt post omnes quatuor Euangelistas ueros. Ipsi autem quatuor hoc ordine scripserunt, scilicet, 1. Mat. 2. Marcus. 3. Luc. 4. Ioannes, ut ait Hier. infra in prologo, qui incipit. Plures fuisse, & Aug. lib. 1, de cōeor. Euangelistarum. *Hebraicè.* Erat Matthæus Iudæus; & scribebat Iudæis, & in terra Iudæorum: ideo Hebraicè scripsit, Quidam tamen dicunt, quòd postea ipsemet euangelium suum uertit in Græcum. Et sic manserunt duo exemplaria de manu Matthæi Hebræum, & Græcum. Sed istud dicit Hier. in lib. de Illustribus Viris, c. de Matthæo dubium esse. Nam ipse uidit exemplar: Matthæi siue ipsum scriptum in famosa Bibliotheca Cęsariensi, quam fecit Pamphilus martyr: Græcum autem nō uidit. Ideo rarò Doctores tangunt, ꝙ Matthæus scripsit Græcè, sed omnes asserūt, ꝙ scripsit Hebraicè. *Quod fratribus, à quibus ibat, ad memoriam reliquit.* Scilicet, euangelium suum, qđ scripsit in Iudæa reliquit ibi fratribus. i. Iudæis illis, quibus ꝓdicauerat, qui uocantur fratres. Et hoc fuit ad memoriam, scilicet, ut non obliuiscerentur ea, quæ illis prædicauerat, cùm manerent in scriptis. Vel dicitur ad memoriam sui, ut recordarētur eius. Nam Matthæus recedebat de Iudæa, in qua habebat cognatos, & amicos, quibus nunc prædicauerat, & ibat ad prædicandum gentibus, de quibus nesciebat, an reuersurus esset unquam in Iudæam, ideo ad perpetuam memoriam sui, voluit relinquere itlis quoddam præciosum donum per quod nō obliuiscerentur eius. Et istud fuit Euangelium, quod erat satis præciosum, quia nullum ante hoc scriptum fuerat. Et erat ibi tota doctrina salutis. Sic solent amici recedētes ab inuicem ad longum tēpus tradere sibi mutuo dona memorabilia, vel qui recedunt

recedunt dona dimittunt manentibus. Vocantur fratres isti, quibus Matthæus dimisit Euangelium dupliciter: vno modo, quia erant Hebræi, & omnes Hebræi vocantur inter se fratres Deuteronomij. 15. scilicet. Si venditus fuerit fratres tuus Hebræus, aut Hebræa. Et intelligitur de quocunque Hebræo. Sic etiam Deuter. 23. scilicet, non fenerabis fratri tuo ad usuram, sed alieno. Et per fratrem intelliguntur omnes Iudæi, per alienos intelliguntur Gentiles. Nam Hebrei non dant sibi mutuo ad usuram: sed Christianis, & Saracenis, quos reputant alienos. Aliter uocātur fratres, & melius, quia erant Christiani, & omnes Christiani inter se debent uocari fratres, vt patet Matt. 23. scilicet. Omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite uocare vobis super terram. Et ita Apostoli loquuntur, vt patet Iaco. 2. scilicet. Si autem frater aut soror nudi sunt, ideſt, si aliquis Christianus, vel Christiana uestibus caret. Venit autē eis hoc nomen ex conditione uiuendi: quia in principio ecclesię primitiuę omnes Christiani habebāt omnia communia, & diuidebantur inter eos secundùm necessitatem uariam ipsorum, & nemo dicebat quidquam esse suum. Actu. 4. Et quia ista est vitā fratrū ex eodem patre, rectissimè uocabātur Christiani fratres. *Sicut enim necesse fuit ad confirmationem fidei Euangelium prædicare.* Probat hic, ꝙ necesse fuit, ꝙ Matthæus, vel aliquis alius scriberet Euangelium, dicens: ꝙ sicut fuit necesse ad fundationem fidei, ꝙ Euangelium prædicaretur per orbem: ita fuit necesse illud scribere propter hereticos, ne possent calumniari. Accipitur hic confirmatio pro fundatione, vel formatione. Nam per prędicationem fides fundatur, & formatur, ideſt, gignitur in hominibus, sic Apostolus dicit eis, quibus prædicat ad Gal. 4. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus, ideſt, formetur fides Christi in cordibus uestris. Fuit necessaria prędicatio ad formationem, vel fundationem fidei, quia fides ex auditu est ad Rom. 11. & nemo credat explicitè nisi ab aliquo audierit, quia aliàs nesciet quid crederet. Sed in Euāgelio cōtinetur quid credendum est: ideo necesse fuit istud prædicari ad fundationē fidei, vt per totum orbem fides fundaretur, & plantaretur, sicut dixit Paulus. Ego plantaui, Apollo rigauit. i. ego plantaui fidem prædicādo illam primo vobis. 1. Cor. 3. *Sic & contra hęreticos scribere.* Propter hæreticos non solū fuit necessariū prædicari Euangelium, sed ēt scribi, quia antequā aliquis sit hæreticus est fidelis, & hoc est per auditū fidei. Postea aūt uolendo aliquid malè intelligere, & prauè intellecta pertinaciter defendere, efficitur hęreticus. Et cōtra istos est necessārium scriptum fuisse Euāgelium: quia aliàs ad defensionem errorum suorum dicerēt, ꝙ non sic Christus prædicauerat, sicut ecclesia tenet. Cùm autem Euangelium maneret scriptum, non poterant negare, & sic non calumniarentur.

Quare Matthæus scripsit Euangelium. *Quæst. II.*

QVAERITVR quare Matthęus scripsit Euāgelium, & an esset necessarium. Aliqui dicunt, ꝙ non, quia aliquod tps fuit, in quo nullū erat Euangelium scriptum, & tñ erat fides plena. s. tpe Christi. Item post Christi mortē mansit ecclesia sine aliquo Euangelio scripto usque ad tps, quo receſſerūt Apostoli dē Iudæa. Et maximè inter Græcos, & Latinos fuit ecclesia maiori tpe sine Euāgelio quousque Mar. & Luc. ibi scripserunt, vel quousque Euangelium scriptum à Matt. in Iudęa extēderetur ad eos, & tñ erat tunc fides perfecta, & nō uidebatur necessarium Euangeliū scribi: quia aliàs Christus uiuens prouidisset de hoc, vel Apostoli immediatè post mortem eius. Quod non factum est, ergo nō erat necesarium.

Alph. Tost. super Matt. Præfat.

Responsio auctoris ad quæsitum quæstionis.

Dicendum, ꝙ necesarium fuit scribi Euangeliū, vt sciremus quod credendum esset, & non elaberentur de memoria nostra ea, quæ prædicata fuerant, & ut hæretici nō haberent locum calumniandi nos, de quo magis. inf. dicet. Iō cū nemo adhuc scripsisset. Matthęus ante oēs scripsit. Et fortè nō ita cito scripsisset, nisi trā siturus esset ad gentes: de quorū regionibus nesciebat, an aliquando rediturus esset. Ideo antequā recederet, voluit Euangeliū, quod prædicauerat, relinquere scriptum in Iudæa. Ad primum cum dr de tpe Christi, dicendum ꝙ tunc non erat scriptum Euangeliū, primò quia nondum erat tps. Nam ea quæ Christus faciebat, & dicebat scribenda erant in Euāgelio, & quia nondū Christus compleuerat actiones suas, nec apparebat ad huc, ad quem finem res suę peruenturę essent, nō erat necesse adhuc scribi. Secundò quia Euangeliū principaliter scriptum est ad tollendum dubium de eis, quæ credenda sunt, & facienda, ne hæretici contraria assererent: tpe tñ Christi, non habebat locum hoc, qa ipse, ꝙ introducebat legē, poterat certificare de omnibus, nullo scripto existente. Tertiò quia Euangeliū debuit scribi ad memoriā eorū, quæ crederentur: ideo uidebatur prius debere fidem introduci, q̄ scriberetur liber, per quem haberetur memoria de credendis: ideo uiuente Christo nō scriptū est quicquā. Quartò quia Christus noluit sibi assumere aliquē honorē ante mortem: nisi eū, qui necessarius erat ad introducendū legē, & ad salutem nostrā. s. quia aliqñ faciebat miracula, in quibus valde honorabant eū turbæ, & tñ illa non erant, vt aliquē honorē inde Christus consequeretur, sed ut crederetur dictis suis. Sic enim dixit Io. 5. Opera, quæ ego facio testimoniū perhibent de me. Rō est, quia Deus voluit, ꝙ totū honorē, qui exhiberetur Christo homini, ipse mereretur p actus suos. Et licèt Christus inquātum erat Deus p quemlibet actū posset mereri in infinitum: tñ meritum suū ptopriè sm diuinā ordinationem fuit per mortē, & tunc meruit oēm honorem humanitatis suæ. s. ꝙ esset sm ꝙ erat homo dñs omnium hominū. Nam solū post resurrectionē dixit, Data est mihi potestas in cęlo, & in terra. Matt. 28. Quod nunq̄ dixerat ante mortē. Scriptū tñ esse librū nomine Christi, in quo ipse ostenderetur legislator, & teneretur lex sua in veneratione, erat magnus honor eius & sm humanitatem, in qua apparuerat legislator. Ideo non decuit scribi librum Euāgeliorū Christo uiuente. Quintò quia Christus qñ uixit, seruauit ad vnguem legem Mosaycam. Non uidebatur aūt, ꝙ eo uiuente esset scripturus librum legis suæ, cùm ipse obseruaret aliā, quæ in multis repugnabat legi suæ, quia per hoc uideretur aliqualiter diminui auctoritas eius. Sextò qa tunc fuit conueniēs scribi librum legis, qñ lex confirmata erat, & obligabat. Lex tñ Christi non cępit obligare eo uiuente, sed post mortem suam: ideo conuenientius fuit scribi librum legis. s. Euangelium post mortem eius. Septimò quia nullus Euangelistarum Christo uiuēte auderet scribere quicquā nisi ex mandato Christi: ipse tñ nihil scribi mandabat, ideo nihil scriptum est. Octauò quia ēt si relinqueretur cuilibet de Apostolis, vel discipulis Christi facultas scribendi Euangelium: nō auderet, nec talia scripta nobis profecissent: qa ante mortem Christi Apostoli fuerūt uiri imperfecti, & simplices: non intelligentes ea, quę Christus eis dicebat, sicut quando dixit illis de fermento Pharisæorum, putauerunt ꝙ loqueretur de panibus. Mat. 16. Et quādo Christus proponebat populo aliquas parabolas, ipsi non intelligebāt: sed petebāt postea à Christo, q̄ is declararet. Matt. 13. aliqua etiam ante passionem Christi, scilicet, ipsa nocte passionis dixit eis Christus, quæ nō intelligebant, sicut quando dixit eis Christus: Modicum videbitis me, & iterum modicū, & non uidebitis me:

Universidad de Deusto
Biblioteca

neſciebant quid eſſet illud modicum quousque Chriſtus declarauit, Ioan. 16. Multa etiam Chriſtus dixit diſcipulis, quæ nunquam eo uiuente intellexerunt: ſed poſt reſurrectionem ſuam. Sic cùm dixit: Soluite templum hoc, & in triduo reædificabo illud. Et dicitur, q̃ diſcipuli poſt reſurrectionem intellexerunt, q̃ dixiſſet iſtud de templo corporis ſui. Io. 2. quaſi dicat ante reſurrectionem nunquam intellexerunt de quo locutus fuiſſet. Cùm ergo Apoſtoli tunc non intelligerent verba Chriſti, à fortiori nec poſſent conuenienter illa ſcribere, & per ſeipſos facta, & dicta illius ordinare, quia hoc pertinet ad eum, qui plenè intelligit ea, de quibus ſcribit. Ideo non debuit Euangelium ſcribi ante Chriſti mortẽ. Et iſta eſt cauſa multum efficax. Nam Chriſtus de ſe nihil ſcripturus erat, vt declaratum eſt præce G denti prologo in. q. 26. Quod autem Apoſtoli eſſent tam ſimplices tempore toto, quo fuerunt cum Chriſto: cauſa fuit, quia perfectio eorum non fuit per uerba, quæ Chriſtus eis dicebat, quia illa erant ſicut verba vnius prædicatoris, ſed per Spiritum Sanctum operantem in corde, qui ſubito hominẽ perficit. Et hoc nunquam habuerunt Apoſtoli uſque poſt Chriſti aſcenſionem in die Pentecoſtes cùm Spiritus Sanctus venit ſuper eos: Actu. 1. ille enim abſtulit omnem imperfectionem. Quæ autem fuerint imperfectiones Apoſtolorum ante Pentecoſten, & quomodo ablatę ſint, declaratum eſt Numeri. 28. vbi agitur de Pentecoſte Iudæorum: non ergo debuit aliquis Apoſtolorum, vel aliorum ſcribere Euangeliũ vſque poſt Pentecoſten, H vt ſciret quid ſcriberet, & non poſſet errare dirigente Spiritu Sancto. Ad ſecundum cùm dicitur, q̃ eccleſia poſt Chriſti mortem manſit aliquanto tempore ſine Euangelio, dicendum, q̃ tunc non erat neceſſarium, & tamen eo tempore, quo cepit eſſe neceſſarium, coœperunt illud ſcribere Euangeliſtæ. Ratio autem quare non eſſet immediatè neceſſariũ poſt Chriſti mortem, fuit triplex. Prima quia omnes Apoſtoli erant tunc in Iudæa, & ibi ſolùm erant Chriſtiani. Vnde ſi aliquod dubium ſuper fide naſceretur, per Apoſtolos poterat ſatisfieri nullo exiſtente libro. Cùm autẽ Apoſtoli debuerunt diuidi per totũ orbem relicta Iudæa, poterant oriri dubia ſuper fide, & non poterat tunc recurri ad eos, ideo antequã ipſi recederent conueniens fuit ſcribi Euangelium. Et iſtam cauſam tangit hic Hieron. dicens, q̃ cùm Matthæus tranſiturus eſſet de Iudæa ad Gentes, ſcripſit Euangelium, & reliquit illud in Iudea. Secunda cauſa fuit, quia Euangeliũ principaliter ſcribitur ad memoriã, vt non obliuiſcantur ea, quæ Chriſtus prædicauit. Sic dixit hic Hiero. q̃ Matthæus Euangelium ad memoriam fratribus reliquit. Tempore tamen quo Apoſtoli erant in Iudæa, omnes Chriſtiani erant de Iudæis, & illi uiderant Chriſtum, & audierãt eum prædicantem, vel ſaltem plurimi eorũ: vnde non poterant obliuiſci geſta, & dicta tam famoſa, quæ ipſi Chriſtum facientem, & dicentem viderant. Ideo non erat tũc neceſſe ſcribi Euangelium. Cùm autem fides per alias orbis partes diuulganda fuit in illis gentibus, quæ Chriſtum nõ viderant nec audierant, conueniens fuit q̃ ſcriberetur Euangeliũ, vt maneret gentibus ad cognitionem fidei, & ad memoriam eorum, quæ prædicabantur. Tertia cauſa fuit, quia Euãgelium licèt ſit omnibus neceſſariũ, maximè tamen erat neceſſarium eis, qui prædicaturi erant illud. Et tamẽ tempore, quo erant Apoſtoli Hieroſolymis, erant ipſi Apoſtoli prædicatores, & nõ indigebant Euangelio ſcripto ad hoc, vt prædicarent. Nam ipſi omnia mente ſciebant: tum quia uiderãt illa Chriſtum dicentem, & facientem, tum quia per Spiritum Sanctum fuerant docti de omnibus, quæ neceſſaria erant ad fidei fundationem, ita vt nullo libro opus eſſet illis.

Non fuit neceſſariũ ſcribi euangel. immediatè poſt Chriſti mortem.

F Quare beatus Matthæus tranſiuit ad gentes, & quæ ſunt illę gentes ad quas tranſiuit. Quæſt. III.

QVAERITVR, quare beatus Matthęus tranſiuit ad gentes, & quæ ſunt illę gentes, ad quas tranſiuit. Ad primum dicendum, q̃ Matthæus prædicauit Euangelium in Iudæa cum cæteris Apoſtolis. Et cùm eſſet diuulganda fides per totum orbem mandato Chriſti, Apoſtoli diuiſerũt inter ſe prouincias, & euenit vna prouincia beato Matthęo: ideo debuit ire ad prædicandũ in illam. Ad ſecundum dicendum, q̃ gentes iſtæ fuerũt Aethiopes, inter quos prædicauit Matthæus, vt Hiero. ait in libro Illuſtrium virorum. c. Matth. & patet in legenda eius, quam tenet eccleſia. Sunt autem iſti Aethiopes auſtrales vltra Aegyptum verſus Meridiem. Nam cùm quis procedendo de terra Iudeę in Aegyptum, ſcilicet, ex parte Aquilonis in Auſtrum, tranſibit totam Aegyptum ſecundùm latitudinem procedit vltra verſus Meridiem per quædam deſerta arenoſa nullius habitationis, in quibus eſt via viginti dierũ, & tunc peruenitur ad Aethiopiam. Et vocatur illa pars Aethiopiæ Nubia. Nam Aethiopia eſt nomen multarum gentium: quarum quædam ſunt in Nubia, quædã in Africa. Iſti Nubiani recęperunt fidem à beato Matthæo, in qua manent uſque hodie: licèt parua communicatio ſit eis cum eccleſia Romana, ideo in cæremonijs multum differunt ab eccleſia Latina. Pertinuit quondam illa regio ad Patriar I cham Alexandrinũ. Sed cũ Alexandria cepit eſſe Saracenorum, & terra Paleſtinę, & Antiochię, ceſſauerunt illi tres Patriarchatus ſaltem quantũ ad rem, licèt maneant nuda nomina, ſcilicet, Alexandrinus, Hieroſolymitanus, & Antiochenus. Manent ergo nunc per ſe Nubiani cum prælatis ſuis, & in cæremonijs illis, quas ab antiquo habuerunt cũ adhuc maneret Patriarchatus Alexandrinus, & floreret eccleſia in Aegypto. De iſta Aethiopia Nubianorum fuit ille Eunuchus Candacis Reginæ Aethiopum, qui uenit in Ieruſalem ad orare in templum Salomonis. Et cùm reuerteretur in curru ſuo, Philippus prędicauit ei, & baptizauit ipſum. Actuum. 8. Et hoc conſonat dictis, quia ille, vt reuerteretur in terram ſuam reuertebatur per uiam Azoti, & Gazæ, &c. & illa eſt uia uſque hodie à Iudęa in Aegyptum, & inde verſus terram Nubianorum. Hoc idem teſtati ſunt ipſi Nubiani in quadam epiſtola, quam ſedi Apoſtolicę direxerunt temporibus noſtris: dicentes de terra illa fuiſſe Eunuchum Reginæ Candacis.

Quare Apoſtoli receſſerunt à Iudæa. Quæſt. IIII.

QVAERITVR vlterius occaſione huius, quare alij Apoſtoli receſſerũt de Iudęa. Dicendum q̃ poſt mortem Chriſti Apoſtoli maſerunt magno tẽpore in Iudęa, & ſic opus erat. Primò quia eccleſia debebat principaliter fundari ibi, vbi Chriſſe fuit tus paſſus fuerat, & prędicauerat, vt videretur eccleſia ſuper ipſum fundata, & ab operibus, & verbis eius ſumolos pſiſſe initium. Secundò quia facilius erat ibi fundari eccmundũ leſiam, q̃ alibi, eo quod iam Iudæi viderant omnia gergi. ſta Chriſti, & facilè erat fidem in eis formari: ſicut factum eſt. Quod nõ eſſet ita facilè in alijs gentibus, quæ Chriſtũ non vidiſſent aliquid dicentẽ, aut facientẽ, q̃ oportebat ibi noua poni fundamẽta. Tertiò quia Chriſtus principaliter venerat pp Iudæos cũ ex ipſis natus fuiſſet, & cõſequẽter pp alias gentes. Nã ipſe dixit: Nõ ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. Matt. 15. ſ. principaliter pp Iſraelitas. Ideo iuſtum erat, vt primò prædicaretur eis, vt fundaretur eccleſia in ipſis, & inde deriuaretur ſalus ad totum orbem, quia ſic Chriſtus dixerat. ſ. Salus ex Iudeis eſt. Io. 4. Quarto q̃ Chriſtus

Chriſtus poſt aſcenſionem ſuã ita inſtituerat. ſ. vt Apoſtoli primo prædicarẽt in Iudęa, & in Samaria, & dein de in toto orbe. Actuũ. 1. ſ. Eritis mihi teſtes in Ieruſalẽ, & Iudæa, & Samaria, & vſque ad extremũ terræ. Ita fecerũt Apoſtoli: nã prius predicauerũt in Ieruſalem. Et prædicabant omnes Apoſtoli, vt patet Actuum. 6. quando conſtituerunt Diaconos ad miniſteriũ menſarum. Et dixit Petrus nomine omnium Apoſtolorũ. Non eſt æquum nos, ſcilicet, Apoſtolos relinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis: ideo ſequitur, q̃ præpoſuerunt illi officio ſeptem Diaconos, & ipſi ſcilicet, Apoſtoli inſiſtebant verbo prædicationis. Hoc durauit aliquanto tempore quousque congregata eſt magna multitudo Chriſtianorum in Ieruſalem, & manebant in oratione: & inſiſtebant prædicationi, & habebant omnia communia. Actuum. 2. & 4. Poſtea incęperunt Apoſtoli mittere aliquos de diſcipulis, qui prædicarent per totam Iudæam, & conuertebantur multi ad Chriſtum. Poſt hoc miſerunt alios in ciuitates Samaritanorum, & conuerſi ſunt plurimi de Samaritanis. Et interim manebant omnes Apoſtoli in Ieruſalem tanquam in capite, & fundamento eccleſiæ, & ſoli diſcipuli de mandato eorum ibant per Iudæam, & Samariam, vt patet Actuum. 8. ſcilicet. Cùm audiſſent Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quia recepit Samaria verbum Dei: miſerunt ad eos Petrum, & Ioannem, vt imponerẽt eis manus, & acciperẽt Spiritum ſanctum. Ex quo apparet, quòd Apoſtoli nõdum C iuerant in Samariam, & ob hoc licèt baptizati eſſent Samaritani, non acceperant Spiritum ſanctum in aliquo ſigno viſibili, qui dabatur per impoſitionem manuum Apoſtolorum, & non aliorum ſaltem à principio. Et hoc dicitur in eodem. c. ſ. nondum in quemquã eorum venerat Spiritus ſanctus, ſed baptizati tantùm erant in nomine Ieſu, & ob hoc omnes Apoſtoli miſerunt Petrum & Ioannem, qui erant Apoſtoli. Et tũc dicitur, quòd per impoſitionem manuum ipſorum venit Spiritus ſanctus ſuper Samaritanos. Quintò quia in principio eccleſię oportebat naſci aliqua dubia, quę non poterant diffiniri niſi per Generale Concilium, conuenientibus Apoſtolis in vnum, oportuit manere ſimul eos aliquanto tempore. Patet hoc de dubio illo famoſiſſimo, ſcilicet, an obſeruanda eſſent legalia D cum euangelio, quod per omnes Apoſtolos in Concilio Generali diffinitum eſt. Actuum. 15. Alias ſimiles dubitationes diffinirent, quæ non conſequenter tollerentur, niſi per omnes ſimul: vt magis ipſi eccleſiæ ſatisfactum eſſet, & vt non eſſent ſchiſmata, ſcilicet, ſi quædam eccleſia particularis obſeruaret vnum & alia aliud. Et ob hoc diffinito per Concilium ſuper legalibus, placuit Apoſtolis, & toti eccleſiæ mittere diffinitionem illam Chriſtianis, qui manebant Antiochiæ. Actuum. 15. Nam illa erat terra, quæ pro tunc longius ſtabat à Ieruſalem de omnibus illis, qui fidem ſuſceperant, cùm nondum fidem ſuſcepiſſet niſi Iu- E daea, & Samaria. Conſumatis his decuit, immo neceſſe fuit Apoſtolos diſpergi per totum orbem. Primò quia Chriſtus eis mandauerat, quòd eſſent teſtes eius vſque ad vltimum terræ. Actuum primo, & Marci. 16. dicitur. Ite per vniuerſum orbem, & prædicate Euangelium omni creaturæ, ideſt, omnibus hominibus. Et vt conuenientius fieret, diuiſerunt inter ſe totum orbem per duodecim partes, ſiue prouincias, iuxta numerum ipſorum Apoſtolorum, & illas prouincias inter ſe ſorte diuiſerunt. Prouenit autem tunc beato Matthæo Aethiopia quantum ad partem Nubianorum, & Beato Iacobo Hiſpania, & Beato Thomæ terra Iudæorum, & Beato Simoni terra Aegypti, & Beato Andreæ terra Græcorum cum quibuſdam adiacentibus: nam in Achaia prædicauit. Et

Alph. Toſt. ſuper Matth. Præf.

A ſic de omnibus alijs Apoſtolis. Nam venerunt illis in ſortem prouinciæ illæ, in quibus prædicauerunt, de quibus patet ex hiſtorijs ſingulorum. Beato Paulo non fuit aſſignata tunc aliqua prouincia: aliqui volunt quòd hoc fuerit, quia quando Paulus conuerſus eſt ad Chriſtum fuerat iam facta diuiſio prouinciarum per ſortes, & Apoſtoli ſinguli iuerunt in ſortes ſuas. Sed falſum eſt, quia quando Paulus conuerſus eſt, & factus eſt Apoſtolus, adhuc manebant Apoſtoli in Ieruſalẽ, & manſerunt poſtea multo tempore, vt colligitur ex Actibus Apoſtolorum: licèt contra hoc videatur eſſe, quod habetur ad Gala. primo, ſcilicet. Alium autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum fratrem Domini. De quo quomodo poſſit ſtare declarabitur B eodem. c. Cauſa autem, quare Paulus non habuit aliquam determinatam prouinciam fuit, quia Spiritus ſanctus prohibuit, dicens: quòd deberet Paulus ſegregari à ceteris: vt patet Actuum. 13. ſcilicet. Dixit Spiritus ſanctus: Separate mihi Barnabam, & Paulum in opus, ad quod aſſumpſi eos. Ideo cùm Paulus non acceperit aliquam prouinciam ſpecialiter, accepit totum mundum ad prædicandum: ideo vocatur ipſe, Doctor Gentium, infra ad Tim. 2. ſcilicet. Ego poſitus ſum Prædicator, & Apoſtolus, veritatẽ dico in Chriſto & non mentior, Doctor Gentium in fide & veritate. Et aliquando vocatur, Magiſter Gentium, infra ad Tim. 1. ſcilicet, Per Euangelium, in quo poſitus ſum ego Prædicator, & Apoſtolus, & Magiſter Gentium. Et ob hoc Paulus prædicabat in ſortibus aliorũ Apoſtolorum. Nam Iacobo maiori data eſt Hiſpania, Paulus tamen dixit ſe illuc iturum ad prædicandum, ad Rom. 15. ſcilicet. Cùm in Hiſpaniam proficiſci cępero, ſpero quòd pretereins videam vos. Et ſic ſaltem propoſuit illuc ire. An verò illuc iuerit, vel impeditus fuerit, eo. c. dicetur. Conſtat tamen ad propoſitum noſtrum, quòd non putabat ſibi illicitum eſſe prædicare in ſortibus aliorum Apoſtolorum. Sic etiam terra Iudeæ prouenerat ſorte Iacobo Minori, qui frater Domini uocatur, ad Gala. 1, & illum ſtatuerunt Apoſtoli Epiſcopum Ieruſalem: prædicabat tamen Paulus in tota Iudæa. Sic dicitur ad Rom. 15. Ita ut à Ieruſalem per circuitum vſq; ad Illyricum repleuerim euangelium Chriſti, Etiam Andreæ Achaia, in qua p̃dicauit, & mortuus eſt: & tamen ibi prædicauit Paulus. Patet ad Ro. 15. ſ. Probauerunt enim Macedonia, & Achaia collationem facere in pauperes ſanctorum. Sic etiam Corinthij in Achaia erant, ut ait Hieronymus in argumento ſuper Epiſtolam primam ad Corin. & tamen Paulus prędicauit longo tempore Corinthi, & ſcripſit eis duas epiſtolas, Italia quoque pertinebat ad Petrum cùm tranſtulerit ſedem ſuam in vrbem Romæ: & tamen ibi prædicabat Paulus, & erant ambo ſimul tpe Neronis. Et ſic Paulus laborauit plus quàm alij Apoſtoli, quia in pluribus prouincijs prædicauit, & plures ad Chriſtum conuertit, ſicut ipſe dixit. Plus ego oĩbus laboraui non ego, ſed gratia Dei mecum. prima Cor. 15. Secunda cauſa recedendi de Iudæa fuit incredulitas Iudeorum. Nam poſtquam conuerſi fuerunt multi de Iudæis, ceteri obſtinati ſunt effecti. Et licèt prædicaretur eis, nolebant credere, ſed potius perſequebantur prædicantes. Et tunc Deus reuelauit Apoſtolis, q̃ recederent de Iudæa. Sic enim dicitur Actuum. 13. q̃ dixit Paulus Iudæis, Vobis oportebat primum loqui Verbum Dei: Sed quoniam repuliſtis illud, & indignos uos iudicaſtis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim præcepit nobis Deus. Et tunc poſitæ fuerunt ſortes, ut ſupra dictum eſt: nec manſit aliquis Apoſtolus in Iudæa, niſi Iacobus Minor, qui longè ante hoc fuerat conſtitutus epiſcopus Ieroſolymitanus.

Segregate mihi Saulũ & Bar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

An necessarium fuerit, quòd Euangelium scriberetur propter hæreticos. Quæst. V.

QVAERITVR vlterius, an euangelium fuerit necessarium, quòd scriberetur propter hæreticos, vt hic dicitur. Ad intelligentiam huius considerandum, quòd hæresis circa fidem est duplex. Quædam vocatur infidelitas, quædam hæresis. Infidelitas est in eis, qui fidem non recipiunt: sed negant esse verum id, quod in libris sacris asseritur. Et hoc accidit dupliciter. Vno modo in illis, qui extra fidem nati sunt: vt Iudæi: Saraceni: Pagani. Alio modo quantum ad eos, qui aliquando crediderunt, sed postea à fide recedunt per Apostasiam: sumendo ritum Iudaicum, vel Mahometanum: vel si nullum eorum accipiendo velint negare aliquod eorum, quæ in sacris libris traduntur, dicentes scriptorem mentitum, vel potuisse mentiri. Et ista Apostasia est grauissimum peccatorum. Hæretici sunt qui nihil negant de libris Sacræ scripturæ, sed ipsos libros peruerse intelligendo causant conclusiones erroneas contra doctrinam vniuersalis ecclesiæ, & dicunt illas conuenire magis sacræ scripturæ, & veritati quàm id quod tenet Ecclesia. Et sic est in eis error, quia malè intelligunt. Et est pertinacia, quia prauè intellecta obstinatè contra totam ecclesiam defendunt. Et istud secundum est propriè de ratione hæretici. Nam si quis erret etiam in multis, dum tamen non pertinaciter defendat, hæreticus non est. Hic autem cùm dicitur, quòd Euangelium fuit necessarium propter hæreticos, potest largè accipi hæresis tam pro infidelitate, & Apostasia, quam pro hæresi strictè sumpta. Nam contra omnes istos fuit necessarium scribi euangelium. De infidelibus patet, quia illi videntes fidem Christi valde crescere, & templa sua destrui, calumniabantur multa contra fidem. Pro quibus fuit necessarium euangelium. Sicut patet de Porphyrio, & alijs, qui dicebant quòd Christus non erat Deus, nec volebat prædicare se esse Deum: Discipuli tamen eius, vt eum honorarent, dixerunt hoc. Et dixerunt, quòd Christus non iusserat Idola destrui, & vnicum Deum coli. Quia cùm esset vir sapiens, nullum Deorum coli vetaret, sed quòd finxerunt hoc Discipuli sui, & maximè Petrus. Etiam dixerunt ꝙ Christus scripsit quendam librum Petro, & Paulo Discipulis suis, in quo continebantur artes illę, per quas ipse fecerat miracula. De his August. lib. 1, de concor. Euangelistarum. Ista nos nesciremus repellere, nisi constaret nobis de gestis Christi per euangelium. Primum patet esse falsum, quia Christus dixit se esse filium Dei, & voluit ostendere ex operibus, quòd erat Deus Io. 5. & voluit quòd prædicaretur esse Deum, cùm dixit, ꝙ baptizarentur omnes homines in n. p. & f. & s. s. Mat. 18. Secundum patet esse falsum, quia Christus vetuit coli Idola & omnę aliud præter Deum vnicum, Matthæ. 4. Quando dixit ei Diabolus, quòd adoraret eum, ideſt, ille ait. Scriptum est Dominum Deum tuũ adorabis, & illi soli seruies. Tertium patet esse falsum: nã Paulus nunquam fuit discipulus Christi viuentis, quia post mortem Christi Paulus conuersus est. Actuum. 9. Propter istas, & similes calumnias infidelium necesse fuit scriptum esse euangelii. Quartò propter calumniam quam faciebãt de moribus Christianorum dicẽtes eos pessimos viros, & inhumana flagitia committere comedendo homines. Ad hoc sicut calumniati sunt infideles contra Christianos apud Lugdunum in Francia, & occisi sunt multi de Christianis, vt patet lib. 5. Ecclesiasticæ historiæ. Et ob hoc dicebant legem Christianorum esse immundam, & pessimam, & non esse tolerandam in orbe. Istas calumnias sæpe faciebant infidęles contra Christianos, vt innuit Beatus Petrus infra Petr. scilicet, Conuersationem vestram inter gentes habẽtes bonam, vt in eo, quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum, & infra Pet. 3. f. Cum modestia, & timore conscientiam habentes bonam, vt in eo, quod detrahunt de vobis, confundantur, qui calumniantur vestram bonam in Christo conuersationem. Vt ergo non haberent locũ istæ calumniæ, oportebat ostendi legem Christianorũ esse mundam, rationabilem, & honestissimam, & hoc non poterat fieri nisi per Euangelium in quo est lex nostra. Tertiò fuit necessarium propter infideles, vt conuerterentur ad Christum. Quod fieri non poterat nisi prædicando eis facta Christi, scilicet, quid credendum esset, & quare credendum esset, scilicet, quia Christus, qui illa dixit erat Deus, & hoc probabatur ex operibus eius. Ista autem omnia sunt in euãgelio, ideo oportebat illud haberi propter infideles. Quartò conueniebat hoc propter apostatas à fide: nam per euangelium apparet, quæ est fides illa, à qua recesserunt. Si autem non esset euangelium, dicerent Christianos tenere errorem in fide, & iniquitatem in moribus, & ob hoc recessisse à ritu eorum. Et cùm Christiani dicerent illud esse falsum, calumniarentur Apostatæ, & non appareret an iustè deseruissent cultum. Nunc autem cùm euangelio sit credendum, & quid agendum sit Christiano constabitur, & de apostata quid est, quod reliquerit. Quintò erat necessarium propter hæreticos propriè sumptos, quia illi conantur omni tempore contra Catholicam ecclesiam, & si euangelium non esset scriptum ad defensionem errorũ suorum, dicerent Christum aliter prædicasse quàm ecclesia nunc teneret. Cùm verò euangelium nunc scriptũ est, non est locus calumniæ: cùm constet illud euãgelium mansisse à principio ecclesiæ, & illud prædicasse Apostolos, & totã ecclesiam suscepisse. Quod autem calumniarentur hoc hæretici, si non esset euãgelium scriptum, patet: quia alias maiores calumnias faciunt. Nam ad defensionem errorum suorum etiam aliqua falsa euangelia nomine Apostolorum scripserunt, in quibus errores suos inseruerunt, vt tangit Hiero. infra in prologo, qui incipit, Plures fuisse, & fuit necessitas propter duo. Primò ad conuincendos hæreticos falsa tenere ex ipso textu euangelij. Secundò ad defendendum fidem catholicam, quando uellent illam impugnare asserendo dogma sua vera esse, & nos falsa sentire.

Hæreticus quis sit.

An non existentibus hæreticis fuit necessarium Euangelium propter credentes. Quæst. VI.

QVAERITVR vlterius, an non existentibus hæreticis fuit necesarium euãgelium propter credentes. Dicendum quòd sic: primò propter memoriam, quia per longa tempora, quibus durabit ecclesia, si non fuisset euangelium scriptũ iam obliuioni traditum esset. Sic dixit hic Hier. quòd Matth. Euangelium fratribus ad memoriam reliquit. Secundò ad deuotionem nostram mouendam. Nam si nos nesciremus facta Christi, dato quòd crederem⁹ in eum, non toto affectu incitaremur: sicut nũc, cùm gesta eius legimus, quæ magnifica sunt. Tertiò propter doctrinam morum, quia Christus non solùm ostendit nobis quid credendum esset, sed etiam quid agendum. Et ista in euangelio traduntur. Quartò propter tollenda dubia, quia etiam inter credentes dubia multa oriri possunt tam de fide quam de operationibus, nisi esset euangelium, in quo certificamur de his, quæ sunt maximè necesaria.

Cum

Cum autem plures Euangelium scripserint, quatuor tantùm habent auctoritatis testimonium: quia per quatuor mundi partes fidem nunciant Trinitatis, & sunt quasi quatuor Rotæ in quadriga Domini, quæ vehit cum per prędicationem Euangelij, & genus humanum quadrifida morte peremptum eorum erat prædicatione viuificandum: vnde & aliorum Euangelia deciderunt, nec recepta sunt: quia nolebant præfinitum numerum cassari propter virtutem sacramẽti.

Cum autem plures. Hic ponitur secundum, ideſt, de numero Euangeliorum, quare sint quatuor, & non plures, & dicitur. *Cum autem plures Euangelium scripserint.* Scilicet: Multi prẽter istos quatuor. Nam fuit vnũ Euangelium quod vocabatur Aegyptiorum, & alia facta ab hæreticis sub nominibus Apostolorum, scilicet, Matthiæ, Thomæ, & Bartholomæi, & singulorũ aliorum, & Euangelium Basilidis, & Appelles, & Eschij, & Luciani, & aliorum multorum, vt ait Hieron. infra in prologo, qui incipit. Plures fuisse. *Quatuor tantùm auctoritatis habent testimonium.* Ideſt, licèt multi scripserint Euangelia, non datur omnibus auctoritas, sed solis quatuor, scilicet, quatuor tantùm habet testimonium auctoritatis, ideſt, ecclesia de solis quatuor testificatur, quòd habeant auctoritatem ad hoc, quòd eis credatur. Vel quatuor habẽt auctoritatis testimoniũ, ideſt, habent auctoritatem testificandi de omnibus. Et vtrumque est verum. *Quia per quatuor mundi partes.* Hic ponuntur causæ, quare solùm recipiuntur quatuor, & sunt quatuor causæ. Prima est, quia Euangeliũ prædicandum erat per quatuor partes mundi, ideo quatuor Euangelia esse deberent. Non est tamen intelligendum, quòd pto qualibet parte mundi esset vnum Euangelium, qnia omnia quatuor Euangelia recipiuntur in quacunque parte mundi, vbi ecclesia est. Secunda ratio figurabilis. Ex quadã similitudine sunt istæ partes, oriens, occidens, septentrio, & meridies, quæ sunt quatuor puncta cęli oppositа. *Fidem nunquam trinitatis.* Non solùm annunciatur in Euangeliis fides Ttinitatis, sed etiam fides omnium articulorum pertinentium ad humanitatem Christi, & omnia, quæ in ipsis Euangeliis habentur per totum orbem nunciãtur. Sed Hieron. dixit hoc alludens dicto Mar. 16. & Matth. 28. ubi fit mentio de Euangelio diuulgando per orbem, ponitur immediatè articulus de Trinitate personarum, cùm dicitur, ite in vniuersum mundum, & prædicate Euangeliũ omni creaturæ. & Matthæus magis addidit dicens: euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. *Et sunt quasi quatuor Rotæ in quadriga Domini.* Ista est secunda causa figuralis, vt intelligamus Christum per prædicationem portari per totum orbem in vna quadriga quatuor Rotarum. Et sunt istæ quatuor Rotæ quatuor Euangelistæ, quia per prædicationem quatuor Euangeliorum Christus per totum orbem vehitur ad hoc, quòd secundùm fidem ab omnibus gentibus suscipiatur, & omnes, qui credere incipiunt in cordibus suis. Et dicitur in eis tunc formari sicut fętus formatur in vtero, iuxta illud: Filioli mei, quos ego iterum parturio, donec formetur in uobis Christus, ideſt, formetur fides eius in cordibus uestris. Et uocatur ista quadriga Domini, quia Dominum portat per orbem. Et ea quadriga intelligunt quidam, ꝙ habetur Abach. 3. Scilicet: Qui ascendes super equos tuos, & quadrigæ tnæ saluatio, ideſt, salus est in quadriga tua, quia non potest aliquis saluari sine fide quatuor Euangeliorum, quę uocantur hic quadriga. Sed iste sensus est mysticus, quia secundùm literam intelligitur de ueris quadrigis, ut ibi dicetur. *Quæ vehit eum per prædicationem Euangelij.* Ideſt, ista quadriga uehit Christum per omnia loca, in quibus prædicatur Euãgelium, quia intantum Christus cognoscitur, inquantum Euangelium enunciatur. *Et genus humanum perierat.* Quadruplici morte, ideo erat per quatuor Euangelia uiuificandum. *Quadrifida morte peremptum.* Ideſt, quatuor generibus mortis. Quæ autem sint istæ dicetur, infra in quadam quæstione. *Eorum erat prædicatione viuificandum.* Quia genus humanũ, quod prius erat mortuum, nunc susceptо Euangelio viuit liberatũ ab isto quadruplici genere mortis. Quomodo hoc sit, dicetur infra in quadã quæstione. *Vnde & aliorum Euangelia deciderunt.* Ideſt, propter istas causas dictas Euangelia omnium aliorum, quæ fuerũt scripta post ista quatuor deciderunt, scilicet, ab auctoritate, & honore, qui nullus eis exhibetur, immo anathematizata sunt, & omnia hęc ecclesia abijcit, vt patet in Decr. distin. 15. cap. Sancta Romana. *Nec recepta sunt.* Ideſt, non sunt recepta ab ecclesia, ad hoc, quòd ponerentur in canone librorum noui testamenti, sicut ponuntur ista quatuor. Nec vlla eis adhibetur fides, licèt essẽt in eis multa vera. *Quia nolebant præfinitum numerum cassari.* Ideſt, quia nolebat ecclesia destrui istum numerum quaternarium præcisum: quod fieret si plura Euangelia reciperentur. *Propter virtutem sacramenti.* Ideſt, propter virtutem significationis, scilicet, quia quaternarius signabat quatuor partes mundi, & quatuor Rotas quadrigæ, & quatuor genera mortis secũdum applicationes positas in litera. Si autem essent quinque, vel sex, aut plura Euangelia, non conuenirẽt illi numero ad significandum ea quæ significata sunt per quaternarium. Dicitur sacramentum sacræ rei signum. Et quia per quaternarium significabatur quadriga Domini, & aliæ res sanctæ, ista significatio numeri vocatur sacramentum.

An isti, qui scripserunt Euangelia post quatuor Euangelistas peccauerunt scribendo. Quæst. VII.

QVAERITVR circa prædicta, an isti, qui scripserunt Euangelia post quatuor Euangelistas peccauerunt scribendo. Aliquis dicit, quòd non, sed quòd potius merebantur, quia Eccle. 24. dicitur: Sapientes, qui elucidant me, vitam æternam habebunt, & intelligitur de elucidatione sacræ scripturæ. Multitudo tamen librorum facit ad magis intelligendum scripturam, cùm quilibet addat super alios, ergo scribere multa Euangelia vtile erat. Secundò, quia sicut ait Salomon: Multitudo sapientium sanitas est orbis terræ, sed qui libros scribit, potissimè in sacra scriptura addit sapientiam, ergo salus est vniuersi. Dicendum, quòd isti peccabant grauiter scribendo Euangelia, licèt non omnes æqualiter, qa non eadem intentione, nec obseruabant eadem: omnes tamen peccabant. Primò, quia multi eorum apponebãt falsa in Euangelijs. Secundò, quia conabantur vsurpare sibi auctoritatem, assumpto falso nomine. Nam ex nominibus singulorum Apostolorum Euangelia scripserunt. Tertiò, quia faciebant hoc intẽtione fallendi ecclesiam, scilicet, ut putaret ecclesia vera esse Euangelia, & susciperet illa, & sic cogeretur susscipere errores hæreticorum. Ista autem est pessima deceptio, quando quis alium sub specie religionis fallit, quia simulata sanctitas duplex est iniquitas, vt ait Hierony. Quartò, quia dabant occasionem faciendi

schis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

schismata, & procreandi hæreses in ecclesia, vt ait Hie F
ron. infra in prologo, qui incipit: Plures fuisse, scilicet,
& perseuerantia vsque ad presens tempus monimen-
ta declarant, quæ diuersis auctoribus edita diuersarū
hæresum fuere principia. Quintò, quia isti ausi sunt
addere aliquid in sacra scriptura. Nam apposuerunt
plerique eorum in Euangeliis suis multa, quæ non ha
bebantur in quatuor Euangelistis. Et iste est grauissi-
mus error, quia soli Spiritui sancto licet aliquid adde
re in libris sacris, cùm eo dictante omnes illi scripti
sint secundùm Pet. 1. Et ob hoc Deus valde vetuit ap
poni quidquam in libris sacris, vel minui ex eis. Deu-
teron. 4. Scilicet: Non addetis ad verbum, quod ego
vobis loquor, nec auferetis ex eo. Et ponit Deus mul-
tas maledictiones super addentes aliquid, aut detrahē
tes sacræ scripturæ, Apocalypsis 22. Scilicet: Cōtestor
ego omni audienti verba libri Prophetię huius, si qs
apposuerit ad hoc, apponet Deus super illum plagas
scriptas in libro isto; & si diminuerit de verbis libri hu
ius, auferet Deus partem eius de libro vitæ, & ciuitate
sancta. A fortiori ergo magis peccaret addēs aliquid,
vel subtrahens Euangelio, quia maius præiudicium
est tolli aliquid de Euangelio, quàm de Apocalypsi,
cùm tota fides sit in Euangelio, & tota regula viuen-
di. In Apocalypsi autem non est aliquid de fide, nec
de præceptis viuendi, sed solę reuelationes de statu ec
clesiæ. Vnde non est aliquis liber minus necessarius
inter libros noui testamenti. Sextò peccabant, quia su
mebant sibi officium, & honorem magnum, quem
nullus per se accipere deberet, cùm Deus illum det,
& non possit aliter haberi. Patet ad Hebr. 5. Scilicet:
Nemo indifferenter sibi assumat honorem, nisi qui H
vocatus est à Deo tanquam Aaron. Sic autem est de
officio Euangelistæ: quia est quidam honor magnus,
& dignitas, scilicet, quòd libro suo fides indubitata
adhibeatur. Ideo à solo Deo datur homini iste honor.
Quia sicut nemo potest esse propheta, nisi Deus illū
fecerit: nec quisquam est apostolus nisi Christus illū
miserit, ita nemo est Euangelista nisi Deus illum fe-
cerit. Vnde Deus dicitur ponere, vel dare Euangeli-
stas in ecclesia, ad Ephe. 4. Scilicet: Et ipse dedit quos-
dam apostolos, & quosdam prophetas, alios verò eua
gelistas. Peccabant ergo isti facientes se euangeli- I
stas cùm non essent, sicut peccat, qui dicit se esse pro-
phetam à Deo missum, cùm non missus fuerit. Istam
rationem ponit Hieronymus infra in prologo, qui in-
cipit. Plures fuisse. Ad primum in contrarium dicen-
dum, quòd illud intelligitur de illis, qui declarant scri
pturam, cùm dicatur, qui elucidant me secus de illis,
qui apponunt aliquid scripturæ tāquam illud sit pars,
& sic à Spiritu sancto sicut reliqua scriptura, quia isti
sunt maledicti à Deo facientes quantum in se est mē-
tiri Spiritum sanctum: ideo veniunt super eos plagæ
Apocalyp. 22. Item isti non elucidabant, quia scribe-
bant Euangelia sicut quatuor Euangelistæ. Vnde nō
declarabant Euangelia, sed ea superfluè multiplica-
bant, quia nihil ipsi dicebant vltra quatuor Euange-
listas, nisi cùm interponebant aliqua falsa, vel omni-
no dubia. Et illud non erat declarare, sed peruerte- K
re. Ad secundum dicendum, quòd multitudo li-
brorum istorum non addebat sapientiam, sed po-
tius confundebat eam, quia tollebat certitudinem
sacræ scripturæ, & auctoritatem. Nam cùm ipsi scri-
pssissent aliqua falsa, si ponerentur in canone sua Euan
gelia, cùm inueniretur illa falsitas, essent omnes libri
sacræ scripturæ suspecti de falsitate, & non daretur eis
fides, nec vlla auctoritas.

Quomodo quatuor partes orbis, per quas diuulgandum erat Euangelium accipiantur. Quæst. VIII.

QVAERITVR vlterius de istis quatuor par-
tibus orbis, per quas Euangelium diuulgandū
erat, quomodo accipiantur. Nam si diuidatur
terra in quatuor partes, non est verum, q
per omnes illas fuit Euangelium prædicatum, quia
maxima pars illarum non habitabatur. Si accipiātur
quatuor partes pro quatuor punctis cœli, non est etiā
verum, quia licèt Euangelium fuerit prædicatum ad
Orientem, Occidentem, & Aquilonem, non potuit
prædicari ad Meridiem, cùm nulla pars Meridiei hą-
bitetur, quia pars meridiana est vltra æquinoctialem G
longo tractu terrarum, quare ex parte Aquilonis dest.
nit habitatio humana propter calorem. Dicendum, Q
quòd quidam diuidunt orbem, idest, terram in qua- ori
tuor partes per duos articulos de maioribus intersę- tia.
cantes super eam ad angulos rectos, vt si æquinoctia-
lis, & orizon rectus se intersecent super terram ma-
net ex eorum intersectione terra diuisa in quatuor
quartas, quarum duæ sunt super orizontem, & duæ,
infra orizontem, & est longitudo cuiuslibet istarum
ab Oriente vsque in Occidentem. Et isto modo non
potest hic accipi, quia vnica de istis quatuor quartis
habitatur, scilicet, aquilonaris, quæ est super orizon-
tem, & adhuc non tota. Et sic Euangelium per vnicā
mundi partem esset prædicandum. Aliter diuiditur
terra in quatuor partes per tres articulos de maiori-
bus, scilicet, æquinoctialem orizontem, & meridianū H
intersecantes se. Et tunc manent quatuor quartæ su-
per orizontem, & quatuor infra orizontem. Et voca-
rentur sic quatuor partes mundi quatuor quartę quæ
sunt supra orizontem. Nam de inferioribus nihil ad
nos pertinet, & tunc longitudo cuiuslibet quartæ nō
esset ab Oriente in Occidentem, quia illa longitudo
diuideretur per medium circulum meridianum, ita
vt inciperet vna quarta ab occidente ex parte aquilo-
nari, & peruenire vsque ad locum ubi Europa distin-
guitur ab Asia, & alia inciperet inde, & tenderet usq;
ad orientem. Et ita effet de aliis duabus quartis ex par
te meridiei. Sed dicendum, quòd adhuc non stat sic: igno
quia hoc modo solùm habitantur duæ quartæ, quæ aquæ.
sunt ex parte aquilonis, & in eis sunt istæ tres partes
mundi, scilicet, Europa, Aphrica, Asia, ideo non exten
deretur Euangelium per quatuor partes mundi. Dicē
dum, quòd accipiūtur hic quatuor partes orbis, idest,
terræ habitatæ, scilicet, quòd vna quarta terræ habita-
tæ diuidatur in quatuor partes mundi. Sic accipit Pto
lemæus in quadripartito, & omnes astrologi iudicia-
rij, quando dicunt quædam signa orientalia, alia occi-
dentalia, alia aquilonaria, alia meridiana. Et per hoc di
stribuunt ea diuersis gentibus in terra habitabili. Et
sic vulgariter in terra habitabili dicimus terram orien
talem, quæ magis propinquat orienti, & occidenta- rs ciui-
lem quę magis appropinquat occidenti, & ita de aqui
lonari, & meridiana.

Quæ sunt quatuor genera mortis, quibus humanum genus erat quadrifaria morte peremptum. Quæst. IX.

QVAERITVR vlterius, cùm dicitur, quòd
genus humanum erat quadrifida morte per-
emptum, quæ sunt ista quatuor genera mor-
tis. Dicendum, quòd omnes doctores cō
cordant in tribus generibus mortis: quartum autem
rarò ponitur, & nō idem apud omnes. Prima est mors
naturæ, secunda est mors culpæ, tertia est mors gehē-
næ. Et in his concordant, quia omnes has videtur no-
minare scriptura. De prima notum est, vt cùm dicitur
de aliquo, quòd mortuus est, intelligitur de naturali,
quia est communis omnibus, secundo Regum 14. sci
licet: Omnes morimur, & quasi aqua labimur. De ter
tia patet Sapientiæ primo. Scilicet: Deus mortem nō
fecit. Et intelligunt hic plurimi de morte culpæ: quia
illā non facit Deus: cùm Deus non cooperetur ad cul
pam, cùm non dicatur auctor mali, scilicet, mali cul-
pæ, secus est de malo pœnæ. De tertia patet ad Ro-
man. 6. scilicet: Stipendia peccati mors, idest, mors ę-
terna est, quæ datur pro peccato. Sed etiam Oseæ 13.
Ero mors tua, o mors: morsus tuus ero inferne. Et in-
telligunt illam mortem esse æternam, quia coincidit
cum inferno. De quarta est diuersitas. Quidam dicūt B
esse mortem gratiæ, qua aliquis cessans à peccatis per
gratiam videtur manere mortuus, scilicet, non ope-
rans illa, quæ prius operabatur. Sic accipitur ad Colos.
secundo. scilicet: Si mortui estis cum Christo ab ele-
mentis huius mundi. Dicitur homo mortuus cum
Christo, quia propter Christum moritur, scilicet, ab-
stinens se ab operibus huius mundi, in quibus delecta
batur. Et ista potest uocari mors peccati, vel gratiæ.
Mors quidem peccati propriè, quia peccatum, idest,
desiderium peccandi moritur in nobis. Sic accipitur
ad Rom. 6. scilicet: ita, & vos existimate vos mortuos
esse peccato, viuentes autem Deo. Et sequitur. Non
igitur regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt
obediatis concupiscentiis eius, idest, postquam pecca-
tum semel in vobis mortuum est, non debet regna-
re. Non potest accipi hic mors sic: quia dicitur, quòd
à morte quadruplici liberamur per Euangelium, &
tamen ab ista quarta morte non oportet nos liberari:
quia bona est, immo semper debemus esse mortui
peccato per gratiam, vt admonet Apostolus ad Ro. 6.
Item quia dicitur hic, quòd genus humanum nō erat
peremptum quadruplici morte, & tamen ista quarta
mors non erat in hominibus, quando Christus ve-
nit: quia non erant mortui peccato: sed potius viue-
bat peccatum in eis, vt declarat Apostolus ad Ro. 6.
& 7. Et Christus non venit ad liberandum nos ab ista
morte: sed potius, vt cùm eo moriamur peccato. Alij
accipiunt mortem quartam, scilicet, mortem ignorā- D
tiæ. quia ignorantes velut mortui sunt. Et licèt iste mo
dus non sit in scriptura vsitatus, poterat conuenire in
præsenti, scilicet, quòd genus humanum erat mortuū
per ignorantiam ante Christi aduentum: quia nemo
illis prędicauerat præcepta vitæ. Vnde ipsi dicebant se
fuisse ociosos vsque ad horam vndecimam, idest, vs-
que ad Christi aduentum: quia nemo eos conduxit,
idest, nullus per doctrinam spiritualem eos ad bona
opera incitauit. Matth. 20. Christus autem liberauit
eos ab ista morte per Euangelium, scilicet, quia prę-
dicato Euangelio per totum orbem. Mar. 16. & Mat.
24. Totus orbis cognouit præcepta vitæ, & liberati
sunt ab ignorantia, qua tenebantur. Aliter potest acci
pi mors pro morte ciuili. Vocant autem iura mortē E
ciuilem, vt seruitutem, exilium, priuationem, honoris,
separationem à communicatione hominum, & simi
lia, quæ interdum vocantur capitis diminutio. Et ve-
rè ista mors erat in genere humano, quia propter pec
catum erant serui diaboli, & habebat diabolus ma-
gnam potestatem super eos. Et ista fuit ablata per
Christi mortem, quia ligatus est Satanas. Apocal. 20.
Erat etiam in hominibus exilium, quia propter pec-
catum exulauerunt à paradiso terrestri. Gen. 3. Erat
etiam priuatio communionis, quia licèt angeli boni,
& homines debeant esse conciues regni cœlestis: fue
rāt priuati homines communicatione angelorum: sci
licet, angeli non respiciebant homines tanquā equa-
A les sibi, & conciues, sed tanquam minores, & seruos,
& permittebant se ab eis adorari, exhibendo eis ma-
gnam reuerentiam. Et tamen post mortem Christi
non fuit sic, quia angeli non permittunt se adorari ab
hominibus: iam iudicantes se eis esse æquales, vt patet
de Beato Ioanne Apoca. 19. & 22. cùm Beatus Ioan.
cecidit ad pedes angeli, vt adoraret eum, & dixit. Vide
ne feceris conseruus enim tuus sum, & fratrum tuo-
rum habentium testimonium Iesu. Iste modus con-
uenit hic, & accipitur sic aliquando in scriptura, sicut
dicitur Isa. 6. scilicet: In anno, in quo mortuus est rex
Ozias. & tamen non accipitur ibi mors nisi pro per-
cussione lepræ, vt ibi ab omnibus probatur, & tene-
tur. Vocabatur tamen mortuus ciuiliter, scilicet, quia
propter lepram exclusus fuit à communicatione ho
minum, & cessauit gubernare regnum, sed filius eius
Iohatan gubernabat regnum. 4. Regum 16. & Parali
pom. 26. & istud concordat hic intentioni Hieron.

Quomodo genus humanum fuit liberatum a quadruplici morte per Euangelium. Quæst. X.

QVAERITVR, quomodo genus humanū
fuit liberatum à quadruplici morte per Euan
gelium. Et videtur, quòd non fuerit liberatū.
Primò patet, quia à morte nō liberamur
nisi per mortem Christi: quia si per Euangelium, vel
aliàs potuissemus conuenienter liberari, vel liberare-
mur, superfluè Christus moreretur. Secundò patet, C
quia mors naturæ, est prima mors, & ab ista nec per
mortem Christi. nec aliàs liberamur, cùm semper
maneat nobis necessitas moriendi. Tertiò, quia à mor
te secunda, scilicet, culpę non liberamur per Euange-
lium, sed solùm per gratiam, quæ opponitur culpæ:
vel per contritionē effectiuè: quia facit nos liberari à
reatu manente post culpam. Et nihil facit in hoc Euā
gelium. Nam etiam antequam esset Euangelium libe
rabantur homines à morte culpæ per gratiam, & cō-
tritionem. Quartò, quia à morte tertia, quæ est æter-
na Euangelium non liberat: quia qui semel æternali-
ter moritur, nunquam inde liberatur, cùm in inferno
non fit redemptio. Si autem accipias liberati à morte
ęterna, idest, facere, quòd nō incurrat homo in illam,
non fit hoc per Euangelium, sed per charitatem, &
etiam fiebat ante prædicationem Euāgelij, quia aliàs
omnes perirent æternaliter. Quintò, quia à morte ci-
uili, idest, exilio non liberat nos Euangelium, quia, p-
pter peccatum exulauimus à paradiso terrestri, & nū-
quam illuc redituri sumus. Dicendum, quòd per euā-
gelium liberamur à morte quadruplici nominata, vt
ait Hiero. quia Euangelium annunciat nobis istam li-
berationem indicando mortem Christi, & significan
do, quod per illam fuimus redempti. Et nulla scriptu-
ra potuit hoc indicare ante Euangeliū, quia licèt pro-
phetæ prædixissent Christū venturū ad redimendū sę-
culū, non tū ostenditur in eis, q venerit, & sic nō de-
monstrat solutum pretium, & dant nobis spem, sed
non rē Euangelium aūt annunciat nobis Christū ve-
nisse, & pro nobis passum, & nos redemisse ab oī deli-
cto, quo tenebamur. Ideo Euangeliū est per qđ genus
humanum viuificatur, i. viuificatum ostēditur. Ad pri
mum patet ex dictis, scilicet, quòd verū est, quòd per
Christi mortem solùm redempti sumus ab omni de-
bito, & non per euangelium, nec per aliquid aliud,
Euangelium tamen nos viuificat non effectiuè, sed in-
dicatiuè, scilicet, indicādo quomodo per Christi mor-
tem fuimus liberati. Aliter dici potest, quòd per Euan
gelium viuificamur, quia licèt mors Christi sit, p quā
verè viuificamur, illa tamen indifferēter se habet tam
ad bonos, quam ad malos, quia omnes possunt per il-

lam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iam saluari. Ad hoc ergo, quòd mors Christi proficeret quibusdam: & non aliis, oportuit esse aliquid, per quod fructus illius mortis applicetur quibusdam, & non alijs. Et istud est fides de ipsa morte, & charitas, secundùm quam manemus copulati Christo, fidem tamen non possimus habere, nisi per prædicationem euangelij. ad Rom. 10. quia ibi continetur tota fides. Charitatem autem non possumus habere, nisi fecerimus omnia, quæ Christus nobis mandauit. Ioan. 15. scilicet. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Sed ista præcepta continentur in euangelio: ergo sine euangelio non est vita, quia sine illo non potest haberi fides, & charitas, per quæ viuimus. Et sic euangelium viuificat. Ad secũdum dicendum, quòd à morte naturali, non liberamur per mortem Christi, nec per euangelium: ita quòd per susceptionẽ euangelij mortuo Christo soluamur à debito moriendi, quia tunc lex Christi non esset ad merendum per illam, sed esset terminus fœlicitatis, quia immortalitas quædam pars æternæ fœlicitatis est, & hoc est contra naturam legis, quia nulla lex est finis, sed dirigit actiones hominum in finem. Ideo quãdiu durat lex Christi, nõ debet homo esse immortalis, sed dicitur homo per euangelium viuificari, quia in eo declaratur quomodo ista mors temporalis aliquando cessabit, cùm dicitur quòd boni ibunt in vitam æternam. Matth. 25. Et tamen vita æterna excludit omnem mortem, cùm dicat duo, scilicet, vitam indeficientem, & continuam delectationem. Et destruetur tunc mors naturalis, id-est, obligatio ad moriendum, scilicet, quia in nullo homine, immo in nulla re manebit necessitas moriendi: sic dicit Apostolus, infra Corint. 15. quòd nouissimè inimica destruetur mors, ideſt, non erit vltra mors. Et iterum ibi, scilicet. Cùm mortale hoc induerit immortalitatem, fiet sermo, qui scriptus est, scilicet, absorta est mors in victoria. Ad tertium, cùm dicitur, quòd nõ tollitur mors culpæ per euangelium, dicendum, quòd tollitur culpa, ideſt, reatus manens ex culpa per cõtritionem, & grãtiam, & tamen hoc pertinet ad euangelium. Modus autem est, quia vt remittatur peccatum, oportet hominem agere quod in se est per contritionem dolendo de commisso. Et tunc Deus infundit gratiam, & formatur ille motus attritionis, & vocatur contritio, & tunc peccatum remittitur. Deus tamen non infunderet nobis gratiam, nec acceptaret nos nisi pro illo peccato sibi satisfieret. Satisfactio autem fieri non potest per aliquem hominem, nisi per Christum: ideo Deus nunquam remitteret homini peccatũ, nec infunderet gratiam, per quam hominem acceptat in amicum, nisi satisfieret maiestati suæ de offensa commissa, quòd sufficienter fit per mortem Christi. Sed ista mors non annunciatur nobis aliunde quàm ex Euangelio, ideo per euangelium viuificamur à morte culpę indicatiuè, scilicet, quia hoc indicat nobis. Cùm vero dicitur, quòd ante Christi mortem, & euangeliũ fiebat remissio peccatorum: dicendum quòd siue tũc, siue nunc remissio nunquam facta est, nisi per mortẽ Christi, vt ait Augu. in epistola ad Optatum. Quia licèt tunc nondum Christus esset mortuus, quia tamẽ Deus præordinauerat illum mori pro nobis, acceptabat ex tunc precium passionis suæ: vt per illam nobis infunderet gratiam remittendo peccata, & faciendo nos amicos sibi. Quia tamen realiter non erat solutũ illud precium, nunquam acceptauit nos ad fœlicitatem paradisi. Et sic sancti viri licèt essent amici Dei, manebant post mortem in sinu Abrahæ: quousque Christus mortuus est. Et tunc Deus cœpit non solũ reconciliare sibi viuentes: sed etiam morientes suscipere ad æternam vitam. Ad quartum dicendum, q̃ liberatur homo à morte æterna postquam æternaliter mortuus est, scilicet, postquam est in inferno, sed liberatur à morte æterna, ideſt, à debito mortis æternæ. Et istud est per Christi passionem, de qua per Euãgelium constat. Et sic illud nos viuificat, vel per illũ liberatur homo à morte æterna, ideſt, sit quòd non incidat in mortem æternam, quam non potest euadere nisi per fidem, & charitatem, quæ non possunt haberi sine Euangelio, vt supra dictum est. Ad quintum dicendum, quòd homo liberatur à morte ciuili, quæ erat separatio à communione angelorum, quia post mortem Christi acceptant nos angeli tanquam conciues, & conseruos suos. Apoc. 19. & 22. Etiam tollitur seruitus nostra, & potestas diaboli super nos. Et hoc indicatur per Euangelium Ioan. 14. Scilicet: Nũc iudicium est mundi, & princeps mundi huius eijcietur foras. sine extra mundum, siue extra potestatem, quam habebat in mundo. Est autem princeps mundi dęmõ. Nam ipse est rex super omnes filios superbię, Iob 41. Etiam dicitur de eo, quod ligatus est, & hoc post Christi passionem, Apocalyp. 2. Cùm autem obijcitur, quòd non tollitur exilium, dicendum quòd exulauimus à paradiso terrestri per peccatum, & iam nõ redimus illuc: sed in meliorem paradisum, scilicet, cœlestem, quia terrestris paradisus nõ conditus est, vt homo ibi maneret perpetuo, sed per aliquod tempus, & postea transferretur in cœlum, vt tota ecclesia asserit. Item sufficiẽter reuocamur ab exilio per Christi mortem, quam nobis indicat Euangelium. Et sic per illud à morte ciuili etiam viuificamur.

Designãtur etiam Euangelistæ quatuor figuris quę non sunt deceptorię, sed iucundi mysterij sibi conscię. Matthęus in homine intelligitur, quia circa humanitatẽ Christi principaliter immoratur. Marcus in leone, quia de resurrectione. Lucas in vitulo: agens de sacerdotio. Ioannes in aquila scribẽs sacramenta diuinitatis.

Designantur etiam Euangelistæ quatuor figuris. Ista est quarta causa quare sunt quatuor Euangelistę, scilicet, propter quatuor figuras animalium, hominis, & leonis, & bouis, & aquilæ. *Quæ non sunt deceptoriæ.* Ideſt, istę figuræ non decipiunt, sed verum est, quod signant. Vel non sunt deceptoriæ, ideſt, non sunt inutiles, quia ad significandum mysterium ponuntur. *Sed iucundi mysterij sibi conscię.* Ideſt, significant iucundum mysterium, scilicet, quatuor Euangelistas. Quæ significatio iucũda est, quia est vtilis. Et dicitur, quòd sunt sibi cõsciæ, ideſt, intra se occultæ tenent istam significationẽ sicut aliquis homo dicitur sibi conscius, quando in se aliquid secretè scit, quod alij non possunt probare, an sciat, vel non. *Matthæus in homine intelligitur.* Applicat illas figuras ad Euangelistas, & subdit causas applicationis. *Quia circa humanitatem Christi principaliter immoratur.* Licèt tractet de deitate, magis tamen tractat de humanitate, ideſt, de his q̃ possunt pertinere ad Christum inquantum homo. Sed an hoc verum sit, dicetur infra in quadam quæst. *Marcus in leone, quia ait de resurrectione.* Omnes Euangelistæ Christi describũt resurrectionem. Attribuitur tamen Marco. Sed an ipsi specialius conueniat. infra dicetur. *Lucas in vitulo agens de sacerdotio.* Vitulus est animal ad sacrificia: quia de quadrupedibus solùm offerebãtur in lege tres species, scilicet, vitulus, aries, & capra, accipiendo masculum, & fœminam semper pro una specie. Nam in toto veteri testamento non reperietur aliud quadrupes aliquando immolatũ. Et quia Lucas agebat de Christi sacerdotio, conuenienter per vitulum signatus est. Quia inter ista quatuor animalia nullum est ad sacrificium nisi uitulus. Nã aquila, & leo nõ solũ non erãt ad sacrificia, sed etiam ad cibum immunda iudicabantur secundùm legem Leui. 11. & Deuteron. 14. Christus autem fuit rex, & sacerdos. Nam de eo dicitur, q̃ est rex regum, & princeps omnium regũ terræ, Apocalyp. 1. licèt ipse dixerit Pilato, quòd regnum suum non erat de hoc mundo. Ioan. 18. Erat etiam Christus sacerdos: quia ex una parte descendebat de progenie sacerdotum: nam mater sua erat cognata Elisabeth vxoris Zachariæ, & illa erat de filiabus Aaron. Luc. 1. Lucas autem tractauit de hoc sacerdotio: ideo ipse solus introduxit Zachariam sacerdotem, & vxorem suam, quam ostendit esse cognatam Dominæ nostræ. Christus tamen uocatur sacerdos in sacra scriptura sub alia intentione. Psal. 109. Scilicet: Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech. Et sic non vocatur Christus ibi sacerdos, inquantum erat de progenie sacerdotum, quia tunc uocaretur sacerdos secũdùm ordinem Aaron, quia de progenie eius erat. Sed uocatur sacerdos: quia instituit nouũ sacerdotium. Et istud est sacerdotium noui testamenti, q̃d non est in obligatione animalium, sicut erat sacerdotium Aaron: sed in pane, & vino sicut obtulit Melchisedech, de quo dicitur, quòd erat sacerdos Dei altissimi. Gen. 18. Vocatur etiam sacerdos ab immolatione, quia sicut in veteri testamento occidebantur animalia pro peccato, & cremabantur, & effundebatur de sanguine eorum super altare. Leui. 4. & 5. Ira Christus seipsum obtulit immolandum in ara crucis, & in ea sanguis eius fusus est, sicut dicit Apostolus ad Hebræ. 23. Quòd Christus fuit hostia pro peccato. Et qa hostia pro peccato cremabatur extra Sanctuarium, immo extra castra, Christus passus est extra portam vrbis in campo. Et istud est uerum sacerdotium Christi, per quod semel immolatus pro nobis satisfecit p omnibus peccatis. Ideo Apostolus dicit, quòd melius fuit sacerdotium Christi, quàm veteris testamenti: qa illi offerebant hostias pro peccato, quæ non poterant conscientiam liberare à peccato. Et ob hoc sacerdos magnus quolibet anno introibat in sancta sanctorum cum sanguine. Christus autem per sanguinem suum semel introiuit in sancta sanctorum æterna redemptione inuenta. ad Hebræ. 9. Et quia de isto sacerdotio videtur Lucas magis egisse, dicitur vitulus. *Ioannes in aquila scribens sacramenta deitatis.* Aquila est excellentissima inter oẽs aues: ẽt nulla est quæ clarius videat, & intrepidè intuetur solẽ: sic inter Euangelistas cùm Ioannes dixerit altiora tractando de verbo Dei, iõ uocatur aquila. Dicuntur sacramenta deitatis, i. secreta: quia Deus non intelligitur à nobis clarè: quia excedit facultatem naturalem nostri intellectus: Ioannes autem declarauit aliqua de secretis deitatis, ostendens q̃ Christus est uerbum diuinũ ab æterno manens apud patrem, ideo dicitur declarasse mysteria. Circa istas figuras quatuor animalium est dubium an intelligantur de Euangelistis, & an possint Christo applicari, & an uisio quatuor animalium, quæ habentur Ezec. 1. & 14. sit talis sicut visio quatuor animalium, quæ habentur Apocalyp. 4. Et alia similia dubia, de quibus declarabitur infra in prologo, qui incipit: Plures fuisse. quia ibi Hieronymus latius tangit ista, quàm hic.

An sit conueniens applicatio figurarum quatuor animalium quatuor Euangelistis in speciali. Quæst. XI.

QVAERITVR presuppositio, quòd ista quatuor animalia signent quatuor Euangelistas, an sit conueniens applicatio, quòd Matthæus sit homo, Marcus leo, vitulus Lucas, aquila Ioannes. Videtur quòd non: primò, quia dicitur, q̃ Matthæus significatur in homine, quia principaliter circa humanitatem uersatur, & tamen videtur, quòd magis uersetur circa deitatem: quia præcipuus tractatus suus est ostendere facta Christi miraculosa, & tamen illa facere non pertinet ad humanitatem, sed ad deitatem. Secundò patet, quia Marcus uocatur leo, quia tractat de resurrectione: nemo tamen euangelistarum est, qui non scribat de illa, sicut Marcus: ideo non magis ipse leo, quàm alij dici debet. Dicendum, quòd ista assignatio conueniens videtur. Nam istam magis sequitur ecclesia. Sciendum tamẽ, quòd in hoc Beatus Augustus. repugnat Beato Hieron. Aug. tamẽ lib. 1. de Cõcordia Euangelistarum ponit duas opiniones de hoc ultra istam, quæ est Beati Hierony. Vna est, quòd per hominem significetur Matthæus, per aquilam Marcus, per leonem Ioannes, per uitulum Lucas. Et istã improbat ibi Augu. Alia est opinio sua, scilicet, quòd Matthæus sit leo, homo Marcus, vitulus Lucas, aquila Ioannes. Et dicit, quòd illi, qui tenent alias opiniones, non bene applicant: quia solùm considerant principia librorum Euangelistarum, & ex illis accipiunt coniecturam, & non considerant totam intentionem ipsorum, quæ magis cõsideranda est. Vnde dicit Matthæum esse leonem, quia Christum introducit vt regem ponendo in principio Christi progeniem per lineam omnium regum Iuda. Leo tamen significat regnum, cùm dicatur de ipso Christo: uicit leo de tribu Iuda: Item, quia Matthæus solus introducit, q̃ Magi reges uenerunt ab oriente ad adorandum Christum, & quòd Herodes rex Christum timuit. & introducitur ibi Christus sub nomine regis. scilicet: Vbi est, qui natus est rex Iudæorum. De Marco dicit, q̃ significatur per hominem, quia ipse non descripsit regiam Christi stirpem, uel sacerdotalem cognationẽ, sed in eis solùm uersatus est, quæ Christus est operatus sicut homo. De Luca, & Ioanne non est discordia inter Hiero. & Aug. quia uterque Ioannem aquilam uocat, & vitulum Lucam. De his, quæ sit melior applicatio, ad nos dicere non attinebat: quia cùm isti sint doctores maximi in ecclesia, paruuli & simplices non possunt iudicare de maximis: quia tamẽ in his directè discordant, possumus sequi quem uoluerimus, cũ ipsi concordari non possint: immo nõ obligamur aliquẽ eorum sequi. Quod patet, quia aut applicatio ista est in sensu literali, aut in allegorico. Si in allegorico, nemo errat, quia quilibet potest circa eãdem literam facere quamcunque allegoriam uoluerit, & nulla est erronea: quia veritas, vel falsitas non consideratur, nisi in sensu literali. Alij autem tres, nec sunt veri, nec falsi: quia litera non intendit eos, sed solùm literalem. Et sic licèt nullus eorum erret, nullum tenemur sequi: sed magis curare de sensu, qui est proprius literę. Si autem fit in sensu literali ista applicatio, necesse est alterum eorum, aut ambos errare, cùm directè repugnant. Et tunc neutri tenebuntur stare, cùm non constet magis de ueritate unius, quàm alterius. Ecclesia tamen, ideſt, omnes doctores sequuntur communiter applicationem Hieron. Sed in hoc non multum differt: maxime quia prima facie apparet potius istum sensum esse allegoricum quàm literalem, & tunc nõ dicit verum magis unus, quàm alius: quia pro qualibet parte potest applicari, licèt vna applicatio videatur magis consonare quàm altera. Ad primum dicendum, quòd Matthæus uersatur magis circa humanitatem, scilicet, quia non expresse declarat de Christi deitate, sicut Ioannes. Versari autem principaliter circa humanitatem potest intelligi dupliciter. Vno modo uersari circa humanitatem, ideſt, circa ea, quæ pertinent

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinent ad Christum ſolùm ex parte humanitatis. Alio modo verſari circa humanitatem, ideſt, circa ea, quæ pertinent ad Christum inquantum homo, & Deus. Primò modo dicitur verſari circa humanitatem, qui de Christo tractat, q̃ natus eſt, & de qua ſtirpe erat, & quod comedit, & dormiuit, & paſſus eſt. Iſta & ſimilia ſolùm competunt Chriſto ex ea parte, qua homo eſt. Et iſto modo nullus Euangeliſtarum tractat principaliter de Chriſto, ſed magis circa alia opera excellentia, vt erant opera miraculorum, licèt iſta, quæ pertinebant ad humanitatem non omiſerunt, vt non relinquerent locum hæreticis, ſcilicet, Manichæis, qui dixerunt Chriſtum habuiſſe corpus phantaſticum, & non fuiſſe hominem. Et tamen ad redemptionem noſtram vtrumque requirebatur: quia ſicut non poterat nos ſaluare merendo infinitum, niſi Deus eſſet, ita non poterat pro nobis pati ad nos redimendum, niſi Deus eſſet, & homo. Quia tamen præcipuum erat eſſe Deum, potius immorati ſunt omnes euangeliſtæ circa ea, quæ pertinebant ad deitatem, quàm circa ea, quæ ad humanitatem, maximè quia ad oſtendẽdum Chriſtum eſſe verum hominem, pauca erant neceſſaria, ad oſtendendum autem eum eſſe Deum, oportebat multa dici: etiam quia vltra hoc ipſe fecit plura inquantum Deus, quàm inquantum homo. Et ſic Matthæus non immoratur magis circa humanitatem, quàm deitatem. Accipiendo ſecundo modo immorari circa humanitatem, ideſt, circa ea, quæ pertinent ad Deum humanatum, ſunt multa, ſcilicet, omnia miracula, quæ Chriſtus videbatur facere. Nam ex eo quod ibi fiebant res requirentes potentiam infinitam, apparebat deitas, inquantum Chriſtus illa faciebat iubendo, & aliquando per quaſdam cæremonias, ſicut quando liniuit oculos cæci nati, Ioann. 9. & linguam tetigit alterius, cui dixit, effeta, q̃d eſt aperire, & locutus eſt, cùm fuiſſet mutus, apparebat humanitas. Et iſto modo non ſolùm Matthæus, ſed etiam Marcus, & Lucas immorantur magis circa humanitatẽ, quàm circa deitatem. Nam tunc immorari circa deitatem nihil eſt niſi dicere de illis quæ pertinent ad ſolam deitatem, non vt eſt perſona diuina cum natura aſſumpta, & ſic tractat ſolus Beatus Ioannes primo c. oſtendens Chriſtum eſſe Dei uerbum manens ab æterno apud patrem, per quem omnia facta ſunt, & q̃ id verbum diuinum carnem ſumpſit. Etiam alio modo Beatus Ioannes dicitur magis dicere de deitate inquantum intẽtio ſua eſt probare Chriſtum eſſe Deũ. Nam licèt cæteri euangeliſtæ ponant miracula, per quæ ſufficienter poteſt probari Chriſtum eſſe Deum, non apparet, quòd ipſi deducant ſaltem expreſse ad iſtam concluſionem probandam, & tamen in Beato Ioanne manifeſte apparet, quomodo formantur rationes ad manifeſte probandum, Chriſtum eſſe Deũ. Ioann. 5. & 7. & 8. & ſæpe alibi. Etiam Beatus Ioannes interdum alia interponit quæ ad ſolam deitatem pertinent, ſicut illud. Ego & pater vnum ſumus. Et iterũ: ego in patre, & pater in me eſt, & qui videt me, videt & patrem. Ioan. 14. Nam iſta ſolùm competunt ſecundùm humanitatem. Et iſtum modum tenet ſolus Ioãnes, quia ad iſtam intentionem ſcripſit Euangelium, ſcilicet, vt iudicaret Chriſti deitatem, quam non indicauerãt alij Euangeliſtæ ſaltem ex verbis, vt ait Hiero. infra in prologo, qui incipit. Plures fuiſſe. Ad ſecundũ de Marco, dicendum quòd in hoc Auguſtinus, & Hieronymus diſcordant, quia Hieronymus attribuit ei leonem, & Auguſtinus hominem. Et verum eſt, q̃ nulla earũ in eſt multum ſolida. Quia ſi vocemus eũ hominem cum Auguſtino, non videtur habere aliquid ſpeciale à Matthæo, & Luca propter quod vocetur homo magis, quàm quilibet illorum, & maxime cum Matthæo, cum quo tamen facit eum concordare Auguſtinus, vt dicat eum abbreuiatorem Matthæi, & comitem eius, libro primo de Concordia Euangeliſtarum. Si dicamus eum leonem cum Hieronymo propter reſurrectionem, etiam non videtur aliquid ſpeciale in Marco quantum ad reſurrectionem, quã omnes poſuerunt. Si verò dicas, quòd Marcus circa illam principalius immoratus eſt, falſum eſt: quia magis immoratus eſt Ioannes, quàm aliquis Euãgeliſtarum in ea, vt patet ex libro ſuo, & magis Lucas, quàm Marcus, immo quaſi ipſe pauciora de reſurrectione poſuit, quàm cæteri. Sed dicendum, quòd iſtud fit ex neceſſitate, quia omnes doctores voluerunt applicare iſtas quatuor figuras quatuor Euangeliſtis, ſiue in ſenſu literali, ſiue myſtico. Et de Ioanne, & de Luca apparebat aliqua ratio, vt dicerentur aquila, & vitulus. Oportebat igitur leonẽ, & hominem applicari Marco, & Matthæo. Et quia nõ apparebat aliqua ſatis manifeſta ratio, quare potius hominem, vel leonem attribuerent Marco, quàm Matthæo, Auguſtinus attribuit leonem Matthæo, & Marco hominem. Hieronymus vero econtrario, & vtriuſque eſt ſatis leuis applicatio. Sed cùm iſte ſenſus aliqualiter videatur myſticus non eſt neceſſe eſſe magnam applicationem.

Chriſtus verò, quem deſcribunt, homo fuit de Virgine natus, vitulus in immolatione, leo in reſurrectione, aquila in aſcẽſione. Vel in homine humanitas, in vitulo ſacerdotium, in leone regnum, in aquila exprimitur diuinitatis ſacramentum.

Chriſtus verò, quem deſcribunt. Supra oſtenſum eſt quomodo quatuor figuræ animalium conueniebant quatuor Euangeliſtis. Hic oſtenditur quomodo conueniant Chriſto. Et dicitur, quòd ſicut conueniunt iſtæ figuræ quatuor Euangeliſtis, ita etiam conueniunt Chriſto, quem deſcribunt, ideſt, de quo eſt tota materia ipſorum, quoniam de nullo agitur in toto proceſſu Euangelij niſi de Chriſto quantum ad facta, & dicta ſua. *Homo fuit de Virgine natus.* Ideſt, Chriſto conuenit prima figura hominis non ſolùm per applicationem, ſed etiam verè, quia verus homo fuit, cũ natus fuerit de Virgine, quæ erat vera mulier. Non poteſt tamen ex vera muliere naſci corpus phantaſticum: ſed verum corpus humanum. Et hoc eſt contra Manichæos: qui, vt negarent Chriſtum eſſe uerũ hominem: dixerunt eum non fuiſſe natum de Virgine, ſed quòd Virgo inuenerat eum à caſu, & ſuſcepit eum tanquam filium, vt ait Auguſtinus in quodam ſermone. Et ſic natum eum fuiſſe de Virgine tollit errorem de phantaſtico corpore. *Vitulus in immolatione.* Conuenit ei figura vituli: quia vitulus eſt animal immolatiuum ſecundùm legem, ita etiam Chriſtus pro nobis immolatus eſt, ſicut dixit Apoſtolus. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, infra Corin. 5. *Leo in reſurrectione.* Conuenit ei figura leonis propter reſurrectionem, quia reſurrexit in fortitudine ſua ſicut leo. Iſta ſimilitudo ponitur Gen. 49. ſcilicet: Catulus leonis Iuda. & intelligitur de Chriſto: quia ipſe eſt leo de tribu Iuda. Apoca. 5. ſcilicet: Vicit leo de tribu Iuda. Et pertinet iſta applicatio ad reſurrectionem: quia Gen. 49. dicitur: Ad prædam fili mi aſcendiſti: requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi leœna. Quis ſuſcitabit eum? *Aquila in aſcenſione.* Conuenit quarta figura Chriſto propter aſcenſionem: quia ſicut aquila ſuper omnes aues volat, ita Chriſtus aſcendit ſuper omnia, ſcilicet, ſuper omnes cœlos, ut ſederet in maieſtate ſua. *Vel in homine humanitas.* Hic ponit alia applicatio iſtarũ quatuor figurarũ Chriſto ſub alia rõne, & competit eis figura quantũ ad humanitatẽ. *In vitulo ſacerdotium.* Supra dicebat Chriſtus vitulus, q̃a fuit ĩmolatus, hic vocat vitulus, q̃a fuit Sacerdos, & vitulus eſt aĩal immolatiuum, quod per Sacerdotem ſolum immolabatur. Quomodo Chriſtus fuit Sacerdos ſupra declaratum eſt. *In Leone Regnum.* Iſta eſt propria applicatio, quia Leo eſt Rex quadrupedum: ideo conuenienter per eum ſignificatur poteſtas regnatiua, ſicut patet Gen. 49 Vbi Iudas vocatur catulus Leonis propter principatum regnatiuum. Nam dicitur immediatè. Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec Dux de femore eius. *In aquila exprimitur diuinitatis ſacramentum.* Ideſt, ſecretum deitatis, ſcilicet, quòd ſicut aquila tam alte volat, quòd ſe ſubtrahit humano aſpectui, ita Chriſti deitas effugiebat cognitionem humanam: niſi inquantum ipſe per opera ſe Deum oſtendebat.

An iſtę figuræ proprius applicentur Chriſto, quàm Euangeliſtis, vel è conuerſo. Quæſt. XII.

QVAERITVR, cũ Hieronymus applicet hic iſtas quatuor figuras quatuor Euangeliſtis, & deinde eaſdem omnes Chriſto: an proprius applicentur Euangeliſtis, quàm Chriſto, vel è conuerſo. Dicendum, quòd pro nunc non conſtat an aliqua iſtarum applicationum ſit in ſenſu literali, quia de hoc aliquid tangetur infra in prologo Hie. qui incipit. Plures fuiſſe. Sed præſuppoſito, quòd eſſent ambæ literales, vel ambæ allegoricæ, eſt dicendum, q̃ magis conueniunt iſtæ figuræ Chriſto quàm Euangeliſtis, primò quia propter vnum quodque tale, & id magis: ſed iſtæ figuræ conueniunt Euangeliſtis propter Chriſtum: vt patet in applicationibus ſuis, ergo magis Chriſto conueniunt. Secundò quia iſta Animalia vt deſcribit illa Ezechiel primo dicitur, quatuor facies vni, ideſt, quilibet eorum habebat iſtas quatuor figuras animalium, & ſic Chriſto, qui vnus eſt, conueniunt omnes quatuor. Hic tamen applicantur omnes quatuor non cuilibet Euangeliſtæ, ſed cuilibet vnica figura. Tertiò quia Matthæus vocatur homo inquantum ſcribit de humanitate Chriſti: Chriſtus autem vocatur homo, quia erat verus homo, & ſic Chriſto cõuenit proprie: Matthæo autem per attributionem. Quartò, quia Lucas uocatur, vitulus, quia agit de Sacerdotio Chriſti: Chriſto autem magis conuenit eſſe vitulum in quantum immolatus eſt: Sacerdoti autem non conuenit niſi in quantum immolat illum: Vitulo tamen non cõuenit immolare, ſed immolari. Eadem ratio eſſe poteſt in Ioanne, & Marco: quia Ioannes vocatur aquila, quia de diuinitate ſcripſit: Chriſtus autem eſt aquila quia ipſe Deus eſt. Vel Ioã. dicitur aquila, quia ſuper alios Euangeliſtas altius locutus eſt: Chriſtus autem vocatur aquila, quia altius aſcendit. Nam etiam magis volauit, quam veræ aquilæ, quia illæ non peruenĩũt ad regionem ignis: Chriſtus autem non ſolum ſuper ſphæras elementales, ſed etiam ſuper omnes cœlos aſcendit. De aſcenſu Chriſti ad cœlos, an poſſit dici volatus, & an deſcenſus eius ad inferos dicatur volatus, declaratum eſt in libro de quinque figuratis Paradoxis parte. 5. Marcus vocatur Leo, quia ſcripſit de reſurrectione, quod magis Chriſto conuenit, qui verè ſurrexit.

Quæ ſit melior applicatio iſtarum duarum figurarum Chriſto prima, an ſecunda. Quæſt. XIII.

QVAERITVR vlterius, cùm Hieron. applicuerit hic Chriſto iſtas figuras duobus modis, quæ ſic conuenientior applicatio. Dicendum, q̃ non eſt aliqua totaliter melior, quàm alia. Ambæ enim ſatis conueniunt: vna tamen conuenit magis quantum ad aliquas particulas, alia vero quantum ad alias. Prima conuenit magis quãtum ad vitulum, ſcilicet, quòd Chriſtus ſit vitulus: quia immolatus eſt ſicut vitulus immolabatur in lege. Alia dixit Chriſtum vitulum propter ſacerdotium: ſed expreſſius vitulus ſignificat paſſiuam Chriſti immolationem, quàm eius ſacerdotium. Conueuit etiam magis quantum ad aquilam: quia prius dicitur aquila, p̃pter aſcenſionem, quàm propter deitatem, quia prima eſt comparatio quaſi vniuoca, vel non multum diſtans, & alia eſt multum æquiuoca. Secunda applicatio conuenit magis quantum ad leonem, ſcilicet, propter regnum, quàm prima, quæ dicit leonem propter reſurrectionem, cùm leo ſit rex beſtiarum, & etiam iſtud nomen leo in Græca regem ſignificat. Item quia hoc conuenit magis ſacræ ſcripturæ, quæ vocat Chriſtum leonem propter regnum. Apocal. 5. ſcilicet: Vicit leo de tribu Iuda radix Dauid. Et ponitur Dauid, quia rex erat. Et ſic ſignificatur Chriſtum eſſe regem, & Iudas vocatur leo: quia competebat ei principatus regnatiuus. Gen. 24. Non tamen negatur quin ſatis proprie competat ei eſſe leonem propter reſurrectionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS

IN SECVNDVM PROLOGVM D. Hieronymi in Matthæum Enarratio.

BEATISSIMO PAPAE Damaſo Hieronymus.

NOuum opus me facere cogis ex veteri: vt poſt exemplaria ſcripturarum toto orbe diſperſa, quaſi quidam arbiter ſedeam; & quia inter ſe variant, quę ſint illa, quę eum Græca conſentiant veritate, decernam.

IVXTA ordinem aſſignatum in expoſitione præcedentis prologi, iſte eſt ſecundus prologus Hieronymi ſuper Matthęū: vel ut magis propriè dicatur, ſuper omnes quatuor Euangeliſtas: quia nihil tangitur hic quòd ſpecialius pertineat ad Matthæum, quàm ad aliquem alium: cùm agatur de emendatione Euangeliorum corruptorum, & de canonibus ipſorum. Eſt autem iſte prologus longus, ideo diuidetur in partes generales, deinde in proſecutione diuidentur partes in ſpeciali. Et diuiditur in duo. Quia primò ponitur Damaſi Papæ præceptio, ſecundò Hieronymi executio ibi, *Igitur præſens præfaciuncula*. Prima in duas, quia primò ponitur præceptio. In ſecunda excuſatio, ibi. *Pius labor*. Iſta in duas, quia primò excuſat ſe propter operis difficultatem. Secundò inducit rationes alleuiantes iſtam difficultatem ibi, *Aduerſum quam inuidiam*. Circa primum intentio totius prologi eſt, quòd quatuor Euangelia, & totum nouum teſtamentum corrupta erant tempore Damaſi Papæ inter Latinos ex cauſis, quæ in litera narrantur. Qui iuſſit Beato Hieronymo

Papa quid ſignificat.

corrigere Latinos codices concordando cum veritatem Græcorum librorum. Et hoc licèt eſſet difficile fecit Hieronymus. Et poſtquam correxit Euāgelia, poſuit in eis annotationes decem canonum euāgeliſtarum, vt nō poſſint faciliter corrumpi. Et ibi multa de iſtis canonibus. Et dicitur. *Beatiſſimo Papæ Damaſo*. Iſta eſt propriè ſuprāſcriptio Papæ quam tota eccleſia ſeruat. Antiqui tamen aliter ſeruabant, quia nō ſolū ſummo Pontifici, ſed etiam omnibus epiſcopis ſic ſcribebant. Patet de ipſomet Hieronymo, qui ſæpe ſcribens B. Auguſtino, ſic incipit in multis epiſtolis. ſ. Beatiſſ. Papæ Auguſtino. Nō erat tñ Auguſtinus ſummus Pōtifex, ſed ſolū Eps. Ita ēt ſcribebatur aliis Epis. Eccleſia tamen modernorū obſeruat hoc ſolū in sūmo Pontifice, quē ſolū pp ſtatum vocat beatiſſimū. Et ēt cū ſolum uocat Papā. Græci tamen vſque hodie aliter ututur iſto nomine, ſacerdotes ēt minores epis vocantes Papā. Et ex hoc vī veniſſe apud antiquos Latinos, q Epos vocarēt Papas: quia Papa apud eos erat nomen honoris, ſed non talis honoris, q vni ſoli cōpeteret. Nunc vero vni ſoli attribuimus. Proprium autē nomen eius eſt ſummus Pontifex: quia eſt maior omnibus Pontificibus, cùm ipſe vnus de eis ſit; vel ſummus ſacerdos. Et iſtud nomen venit ex veteri teſtamē to: vbi Aaron vocabatur ſummus ſacerdos, vel ſacerdos magnus, qui erat maior omnibus ſacerdotibus, & ſic Hieronymus vocat Damaſum ſummum ſacerdotem. Iſtud nomen Papa apud Latinos videtur traductum à quadam interiectione, ſ. Papæ, & eſt interiectio admirantis. Et quia ſummus Pontifex cū ſit ſup oēs chriſtianos habet latiſſimam ptātem, de qua admirandum eſt. Nec ſufficienter admiramur, qūo tanta ptās collata ſit vni homini. immo qūo collata ſit alicui homini. Et pp hanc admirationē vocamus eū Papā ab interiectione admirantis deriuatum. Sic accipit Gaufre. in principio poetriæ ſuæ ad Papā Innocētiū, dicens:

dicens: Papa ſtupor mundi. i. vocatur Papa pp ſtuporem, quia totus mundus de eius magnitudine admiratur. *Damaſo Hieronymus*. Iſte Damaſus fuit vir ſanctiſſimus, & Hiſpanus, qui valde dilexit Beatum Hieronymum, quia erat ſanctus, & peritiſſimus in vtroque teſtamento, & propter hoc impoſuit ei iſtam correctionem Euangeliorum. Fuit autem Damaſus electus in ſummum ſacerdotem in diſcordia: quia quædā pars elegit quendam nomine Vrſinum. Facto tamen poſtea concilio amotus eſt Vrſinus de papatu, & de vrbe Roma, & conſtitutus eſt Eps Neapolitanorū. Ipſe verò Damaſus de conſenſu plurimorū ſedit in papatu, & manſit annis 18. & menſibus duobus, contra quē inſurrexerunt quidam maligni iuſamantes eum de adulterio, ſed congregato concilio purgauit ſe, & eiecti ſunt de eccleſia accuſatores ſui. De hoc in hiſtoria tripartita, & in legenda Beati Damaſi. Fuit valde familiaris ei Hieronymus, & ſepe ei ſcribebat, vt patet de illa Epiſtola Hieronymi ad Damaſum de filio, pdigo, & multa alia, de quibus etiam ipſe Hieronymus facit mentionem. *Nouum opus me facere cogis ex veteri*. Loquit Hieronymus ad Damaſum. Et iſtud opus eſt correctio Euangeliſtarum, & totius noui teſtamenti, q Damaſus Hieronymo corrigere iuſſerat. Vocat nouum opus, quia iſta correctio, q Hieronymus faceret, nunq fuerat facta, & reſultaret ex ea quoddā opus nouum, qđ non cōcordaret cum antiquis codicibus Latinorum, qui erant corrupti, & varij inter ſe. Et dr ex veteri. i. ex libris Latinis, qui ab antiquo hñr, licèt eēnt corrupti. *Vt poſt exēplaria ſcripturarū, toto orbe diſperſa, quaſi quidā arbiter ſedeā*. Declarat qđ dixerat. ſ. Iſtud eſt opus nouum, qđ me iubes facere ex veteri. ſvt ego ſedeam quaſi quidā arbiter, ſiue iudex, inter oīa exēplaria librorum, ad dicendum, iſta ſunt uera, & iſta corrupta. Et notat difficultatē operis huius, cùm dicit, poſt exemplaria toto orbe diſperſa. q. d. Si iſta exemplaria corrupta eſſent, & manerent adhuc in vno loco: nec eſſent diuulgata per orbem, facile erat illa corrigi. ſ. qa eſſet parum damnum. Nā pauci libri damnarentur, & etiam nemo contra me inſurgeret dicens, q ego damno ea, quæ tenet totus mundus: cùm ad neminē adhuc pertinerent. Nunc tamen cùm exemplaria iſta ſint diſperſa per totum orbem ab antiquis temporibus, oportebat multos libros perire, & multos de nouo condi, quod eſt magna difficùltas. Etiam multi p me inſurgerent calumniantes. *Et quia inter ſe variant*. Iſta eſt vera de cauſis, quare erat neceſſaria correctio, .ſ. quia libri Latini inter ſe diſcordabant, & tñ quæ diſcordant non pñt ſimul eſſe vera, ut ait infra Hieronymo. *Quæ ſint illa, quæ cum Græca conſentiant veritate decernam*. Ideſt iubes, q ego videam omnia exemplaria, & iudicem, quæ ſunt illa, quæ concordant cum veritate Græca, & iſta teneantur. Dicitur hoc, q præſuppone batur libros Græcorum eſſe veraciores, quā Latinorum. Ratio huius eſt, quia Latini tranſtulerant ex libris Græcorum. Nam ut infra ait Hieronymus totū nouum teſtamentum ſcriptum fuit ab ipſis auctoribus in Græco præter Matthæum, qui in Hebræo ſcripſit, licèt adhuc dicatur, q poſtea in Græcum vertit. vt ait Hieron. in lib. de Illuſtribus viris. c. de Matthæo: licèt iſtud ſit dubium. Et ob hoc neceſſe erat pro veritate recurri ad exēplaria. ſ. Græcorum, & nō quidē ad oēs libros, ſed ad antiqſſimos ſolū. vt ait Hier. infra in lra. Iſtū ordinē ponit Hier. in plogo ſup Geneſim, qui incipit. Deſiderij mei. ſ. q libri Hebræorū hñt primam certitudinē: deinde libri Græcorū, vltimo libri Latinorum. Et hoc eſt quantum ad vetus teſtm, quod tranſlatum eſt de libris Hebræorum. Secus de nouo teſtō, qđ totū in Græco ſcriptū eſt ab auctoribus pter Matthæi. Iō ibi ad ſolos Græcos codices recurrendum eſt.

An ad exemplar Matthæi Hebræum recurrendum ſit pro veritate eius Euangelij. Quæſt. I.

QVAERITVR de Matthæi cū ille ſcripſerit in Hebræo: quia vī q non debeat recurri pro veritate eius ad libros Græcos. Dicendū q poterat Hieronymus recurrere ad Hebraū. Nam illa Euangelia quæ ipſemet Matthæus ſcripſerat in Hebræo habebantur tpe Hieronymi in bibliotheca famoſa Cęſarienſi, quā fecerat Pamphilus martyr, vt ait Hieron. in lib. de Illuſtribus viris. c. de Matthæo, & inde haberet veritatē. Cùm autē dixit Damaſus Papa, q videret, quæ erant illa exemplaria, quæ cū Græca veritate conſentirent, intellexit de omnibus aliis præter Matthæū. Aliter pōt dici, q tam de aliis, q de Matthæo intellexit. Nam ēt ſi Matthæus non fuerit ſcriptus in Græco, tamen verius habebitur in exēplaribus Græcorum, quàm Latinorum: quia etiam in libris illis, quæ de Hebræo in Græcum uerſa ſunt, ponunt Græca emendatiora eſſe, q Latina, vt ſ dictū eſt.

An Beatus Hieronymus rectè vocet Beatum Damaſum Papam beatiſſimum. Quæſt. II.

QVAERITVR, an Hierony. fecit ſcribendo Damaſo Papæ vocare eum beatiſſimum. Aliquis dicit, q non. Primò, quia non erat verū, quia alij erāt meliores eo, & feliciores ſaltē in regno celorū, & tñ ſ. beatiſſimū nihil manet. Opponitur primò.

Scdò, ga non ſolū Damaſus nō erat beatiſſimus. immo nondū erat beatus, ga erat viator. Et ſi dicas q Damaſus fuit vir ſanctus, & canonizatus ab eccleſia, dicetur hoc eſſe poſt mortē, & tñ Hieronymus ſcribebat ei uiuenti, qñ nōdū erat beatus. Secundò.

Tertiò, quia uerba vīr ſonare in quandā adulationē, cū importent honorem maiorem q cōpetat mortali. Adulatio tñ ſemp eſt illicita. Dđm q Hieronymus rectè ſcripſit, ga erat vir ſanctus, & niſi conuenienter hoc fieret, non feciſſet. Item Damaſus erat uir ſanctus, ſicut patuit ex euētu, cū ſit canonizatus, & ſi hoc nō fieret rectè nō pmitteret, & tñ pmittebat, ergo erat licita ſuprāſcriptio. Patet hoc de B. Gregorio, ga qñ aliq ſcribebāt ſibi quaſdam ſupbas ſuprāſcriptiones nō recipiebat, ſed potius īcrepabat ſcribētes, ſicut cū vocatus eſt Papa vbis: nā non pmiſit ſe ſic vocari. Itē patet hoc ex conſuetudine totius eccleſiæ, q ſummū Pontificē vocat beatiſſimū. Dđm ergo, q non ſolū iſta ſuprāſcriptio erat licita, ſed ēt debita de iure, vel honeſtate, immo de quodam rigore. Pro quo ſciendū, q ſicut homines tenentur inter ſe inuicē ad multa, ita ēt tenentur quidā aliis ad honorē, ſicut patet ad Rom. 13. ſ. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorē timorem, cui honorē honorem. Et ſic honor cadit ſub debito. Verum eſt aūt, q ſcriptura interdum iubet alicui impendere honorem, cui non tenemur ex debito, nec ipſa nos obligat, ſed tenemur ex quadā honeſtate, vel benigna cōicatione. Sic accipitur. infra Pet. 2. ſ. Oēs honorate, fraternitatē diligite. Et tñ non tenemur honorare oēs hoīes ex debito. Sic ēt ad Roma. 12. ſ. Honore vos inuicem prævenientes. i. q quilibet conet honorare aliū antequā honoret ab eo. Sed hoc nō pōt cadere ſub debito, ga præuentio honoris eſt ex vrbanitate. Vbi autē eſt debitum: unus tenetur honorare alterū, & alius non tenetur honorare eum. Sciendū aūt, q cùm honor ſit exhibitio reuerentiæ in teſtimonium virtutis, vt colligitur 1. Eth. eſt honor naturaliter debitus oī virtuoſo pp virtutem. Et qñ licèt ſtatus, & dignitates, & pēminentiæ non faciat hoīem virtuoſum, ſignāt tñ hoīem debere eē uirtuoſum, cū iſta pp uirtutē dari debeant, ſenes qūoq; & hoīes maturæ ætatis ex conditione illius ætatis ſignificanť eſſe prudentes, & virtuoſi. Sap. 4. ſ. Senectus veneranda. Et

Sūmus Pō tifex laudabitur beatiſſimus appellatur.

Honor debetur in teſtimonium virtutis: iō virtuoſi debet honorari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

infra eo. Cani sunt sensus hoīs, & ætas senectutis vita immaculata. Ex hoc igitur honor quidā sibi debetur.

Senibus debet honor.

Dominis quoque, & parentibus, quia hñt quendam modum prælationis ex rōne suprapositā debet honor. De hoībus his honorandis loquitur Arist. 9. Eth. Non est tñ idē honor debitus oībus, sed principibus, & regibus, & generaliter oībus hñtibus prælationem debetur quidam honor, quasi excellentiæ in subiectionem. Sic dr. 1. Pet. 2. Deum timete, regē aūt honorificate. Et iterum ibi: Subiecti estote oī creaturæ, siue regi tanquā præexcellenti, siue ducibus tanquā à Deo missis. Senibus aūt honor debetur in quadā veneratione assurgendo eis, Leu. 19. ſ. Coram capite cano consurge, & honora personam senis. Dñis debetur honor obedientiæ, sicut dixit Apostolus, Serui obedite Dñis, non tanquā ad oculum seruientes. Ad Ephe. 6. Parentibus verò debetur honor non solū in verbo, & cæremoniis honoris, sed ēt in subsidiis, & adiutorio ad vitam, præstando eis ea, quibus indigent quantum ad nutrimentum. Sic. n. Christus increpuit pharisæos, Matth. 15. Qui dicebant sufficere honorare parentes verbo, nihil aliud faciendo. Christus autē dixit, ꝙ oportebat eos honorare reale necessaria tradendo. Et istud dicit Arist. 9. Eth. ſ. ꝙ filij tenentur honorare parētes, & prouidere eis in nutrimento magis, q̄ sibi ipsis. Et declarat ibi diuersos esse honores, qui exhibentur diuersis personis cùm ait. Nec enim eundem honorē patri, & matri: nec rursus eum qui sapientis, vel eum qui ducis exercitus: sed paternum similiter autem & maternum, sed & omni seni honorem eum, qui ſm ætatē à surrectione, & inclinatione, & similibus. Ad exhibendū istum honorem sunt duo necessaria saltē gñaliter. Vnum est in cæremoniis exterioribus ex habitudine diuersa corporis: vt assurgendo, inclinando, caput nudando, genua flectendo, & sic de varijs cæremoniis ſm ꝺdōnem eorum, quibus exhibetur honor vt regibus. Scd̄m est in verbo, per qd̄ ēt honor impenditur. Et sicut cæremoniæ impensiuæ honoris sunt ex parte corporis, & ad placitū nr̄m, cū nulla earum naturaliter magis cōueniat q̄ altera: ita & oportet ad exhibendum honorē in verbo esse cōstituta diuersa verba ad placitū nr̄m, ꝓ q̄ honor singulis statibus exhibeatur. Et sic solemus vocare Papā beatissimum vel sanctissimum: qa ꝓ istud nomē volumus significare honorem, qui ei debetur ex ꝺdōne status. Cardinales vocamus reuerendissimos, & sic de cæteris statibus, seu honoribus, quibus ꝓpria reddimus adiectiua, solū intendentes significare honorē debitum illi statui, vel gradui, & nihil aliud. Iō licèt iste termin⁹ beatissimus ex origine sua signet maximā felicitatē, q̄ soli Deo cōpetit, & beatus importet felicitatē in quocūq; gradu, & solis Deū clarè videntibus competit, nos tñ vtimur isto noīe non ad significādū aliquid horum, sed solùm ad importandum, uel significandum honorē quendā debitū papali statui. Et ex hoc patet, ꝙ quantūcunque sit criminosus, & virorū pessimus, nō peccat, qui eū vocat beatissimū, vel sanctissimū scribēdo, aut loquendo ei: immo potius peccat, qui ista nō vult ei dicere, quasi ei non cōpetant, qa ista solū importāt honorē debitū statui papali, & ille, verè est Papa q̄diu ecclesia tolerat. Iō semp debebit ei ille honor, ꝙ beatissimus, vel sanctissimus appelletur. Patet, qa similibus modis inuenimus antiquos loquutos, sicut Hieronymus scribit sæpe Augustino vocando eū beatissimū Papā, & non ei soli, sed oībus Epīs. Itē qd̄ maius est, apostōli, & euangelistæ vtebant talibus modis loquendi, ēt q̄tū ad viros sæculares constitutos in aliqua dignitate, vt patet de B. Paulo. Act. 26. cui dixit Festus iudex: insanis Paule, multæ lr̄æ te ad insaniam conuertunt. & Paulus ait, non insanio optime Feste, sed veri

Duo generaliter requiruntur ad exhibendū honorē alicui.

F tatis, & sobrietatis verba loquor. Sic vocauit eū optimum. Sed non erat ille optimus, immo nec bonus, cū Christus vetuerit se vocari bonū dicens, cur me vocas bonū? quia bonus est solus Deus. Paulus tñ vocauit Festum optimum non intendens per hoc significare illā excellentē bonitatē, quā importat optimus: sed intendens solū significare honorē debitū statui illius, inquantū erat præses prouinciæ. Sed ēt B. Lucas scribēs Theophilo, qui erat princeps in ciuitate Antiochena dixit. Visum est mihi scribere optime Theophile: uocans eum optimū, & rōne dicta. Iustius tñ pōt quilibet Papa quantūcunque malus vocari beatissimus, vel sanctissimus, q̄ Festus Genilis iudex Iudæorū vocari optimus, sicut Paulus eū vocauit: quia optimus, &
G beatissimus æqualia sunt, immo cōuertuntur: qa simpliciter loquendo nullus est optimus nisi qui est beatissimus, & è ꝺrio, & vtrumque soli Deo competit.

Ad primum dicendum, ꝙ non accipitur beatissimus, vt importat felicitatē: sed vt per hoc nomē importet honor debitus statui papali. Et per idē patet rñsio ad secundum. Ad tertium, cùm dr̄, ꝙ ista ꝓinent ad adulationē, dicendū ꝙ si per istud nomen beatissimus, uel sanctissimus intenderemus significare id, qd̄ importatur ex sua origine non competeret omni mortali, & tunc esset adulatio periculosa, quia peccaret grauiter qui talia diceret, & qui permitteret illa sibi dici. Sicut patet de Herode Agrippa, qui cùm sederet in amplissima maiestate sua, populus acclamauit ei voces Dei, & non hominis, ideſt laudauit eum non sicut hominem, sed sicut Deum. Et quia ipse permisit, confestim angelus Domini percussit eū, eo ꝙ nō dedisset honorē Deo, & consumptus à uermibus expirauit. Act. 12. Nunc aūt non intendimus per istos terminos significare aliquid maius, quā ꝙ cōpetat statui papali, & possumus illud: cùm termini imponantur ad significandum ad placitum, & possit mutari significatio, vel diminui sicut uolet usus.

Pius labor, sed periculosa prēsumptio, iudicare de cæteris, ipsum ab omnibus iudicādum: senis mutare linguam, & canescentem mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter, vel indoctus; cū in manus volumen assumpserit, & à saliua quā semel imbibit, viderit discrepare quod lectitat, non statim erumpat in vocem, me falsarium, me clamans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere.

Pius labor. Istud est ſm, in quo se excusat Hieronymus pp difficultatē operis. Et ponit multas difficultates, q̄ apparēt in lr̄a. Et qa si solū poneret difficultates, videret ex hoc innuere opus nō esse bonū, nec mādatū iustū, in quo accusaret Damasum: iō anteq̄ poneret difficultates, dicit mandatū eē iustū, immo sanctū, sed esse difficile, cū ait: Pius labor. i. iste labor, quē mihi imponis de corrigēdo libros Euāgelistarū pius est. i. sanctus. Pius propriè significat cultum diuinum siue amorem ad Deum, vt ait Magister. 3. Senten. distin. 9. dicens pietatem esse cultum diuinum: qui à Græcis uocatur theosebia. i. diuinus cultus, uel eusebia. i. bonus cultus. Et hoc mō uocamus pios hoīes religiosos erga Deum, & impios uocamus infideles, & hæreticos, qui de Deo male sentiunt, & qui cæremonias cultus eius contemnunt. Apud antiquos scriptores pietas tria significat. ſamorem ad Deum, quē uocant religio-

religionem, & amorem ad parentes, & ad patriam. Sic accipit sæpe Valerius, & Tullius. *Sed periculosa præsumptio.* scilicet. Licèt opus sit bonum, periculosa præsumptio est mihi conari ad illud. Vocatur præsumptio, quia rem magnam videbatur aggredi. ſ. damnare exempla dispersa per totum orbem. Dicitur periculosa, quia periculum incurreret talia faciendo, quia omnes accusarent eum, & clamarent esse sacrilegum, vt dr̄ infra in litera. *Iudicare de cęteris ipsum ab omnibus iudicandum.* Ideſt, præsumptio periculosa est ipsum iudicādum ab omnibus, ideſt, qui ab omnibus iudicabitur tanquam falsarius, & sacrilegus iudicare de cæteris. ſ. de libris omnium Latinorum, qui cōtineant verum, & qui nō. Et hoc erat periculū, quia iudicia plurimorum obtinerentur magis de fauore quàm iudicium
A vnius. Et sic videretur potius ipse irrisus à tota multitudine, q̄ iudicare totā multitudinem. *Senis mutare linguam.* Ideſt, periculosa præsumptio est mutare linguā senis. ſ. isti libri, quos iubebat Damasus corrigi, erant corrupti ab antiqs tpibus: & ita hoīes, q̄ iā erāt senes fuerāt instructi in illis errorib⁹ a pueritia sua. Et si nūc corrigerent libri, oportebat mutare linguam senis. ſ. ꝙ senes iā nō sic legerent sicut a pueritia sua semp legerāt. Et ista mutatio erat valde difficilis. *Et canescentē iam mundum ad initia retrahere paruulorum.* Eadem sentētia, sed ista copia loquēdi pertinet ad stylum rhetoricū. ſ. Periculosa ꝑsumptio est retrahere mundū canescētē ad initia paruulorū. i. ꝙ mundus, qui incanuit, & antiquatus fuit in istis erroribus, retrahatur nūc ad initia paruulorum. i. ꝙ incipiat totus mūdus postq̄ est canus de nouo addiscere, qd̄ paruulo cōpetit. Si tñ fieret ista correctio, necesse erat oēs homines retrahi ad initia paruulorum: quia inciperēt de nouo addiscere: eo ꝙ istud opus correctum, qd̄ nunc Hieronymus faceret, multum distaret ab erroribus antiquorum, in quibus mundus incanuerat. Et istæ sunt difficultates ad opus. *Quis enim doctus pariter uel indoctus.* Ponitur hic alia difficultas, & est sententia longa vsque ad locum illum. *Aduersum quam inuidiam.* Et est sensus, quòd si Hieronymus faceret hanc correctionem, quandocūque aliquis vir doctus, vel indoctus acciperet illam in manus, & videret, quòd discordabat ab illa doctrina in qua ipse imbutus fuerat à parua ętate, clamaret Hie
D ronymū esse sacrilegum, qui corrupisset veritatem sacræ scripturæ. Hoc autem non solùm clamarent docti, sed etiam indocti, immo maius periculum instabat ex indoctis, qui non aduerterent qūo Hieronymus bene fecisset emendando. *Cum in manus volumen assumpserit.* Ideſt, acceperit istud volumen, quod ego fecero correctum ad legendum in eo. *Et à saliua, quam semel imbibit, viderit discrepare, quod lectitat.* Ideſt, viderit, ꝙ istud volumen, ꝙ lectitat. i. legit. ſ. qd̄ ego feci correctum discrepat à saliua, quā ille semel imbibit. i. à doctrina, quam semel accepit in parua ætate. ſ. ꝙ clamabit contra me. Est modus loquendi figuratus: quia homines imbibunt saliuā, vt non deficiant. Sic dicitur
E Iob 7. Nec dimittis me, vt glutiam saliuam meam. i. vt imbibam illam. Quasi dicat: ista est quædam refrigeratio, & Deus non permittebat Iob spacium quietis affligendo eum valde: ideo dicebatur, ꝙ non dimittebat eum glutire saliuam suam. Et accipitur hic glutire saliuam. i. imbibere doctrinam. *Non statim erumpat in vocem.* Ideſt, nullus est tam doctus, q̄ indoctus, qui videns istā discrepantiam codicis mei à suis codicibus, non erumpat in vocem, ideſt, non clamet contra me. *Me falsarium, me clamans esse sacrilegum.* Ideſt, dicet me esse falsarium, & sacrilegum. Falsarius est, qui scripturam falsat: vel qui rē corā eo gestā falsè scribit, sicut notarij. Hieronymus aūt vocaretur falsarius, quia quilibet putabat librū suū vera continere, & cū videret

Alph. Tost. super Prol. in Matt. Enarr.

A Hieronymū scripsisse ꝺria, putaret eū esse falsarium. Sacrilegus est sacrorū violator: ficut, qui incendit ecclesiam: vel infert ei vim, aut rapit aliquid de ea, vel qūocunque offendit res sacras. Nulla aūt pōt esse maior offensa rerum sacrarū, q̄ corrumpere veritatē sacrarum scripturarum, in quibus tota fides nostra consistit. Et sic videbatur Hieronym⁹ maximū sacrilegiū committere corrumpendo sacras scripturas, vt illi putabant. *Qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere.* Ideſt, dicent me falsarium, qui audeo corrigere aliquid in veteribus libris. Erāt aūt veteres, qm̄ ab antiquo erant in eis isti errores, vt supra dictū est. Dr̄ ēt veteribus ad significandū auctoritatē: quia magis præsumitur libros veteres continere veritatem q̄
B eos, qui de nouo conficiuntur. Intelligendū est de libris, qui continent res gestas, secus aūt de illis, qui cōtinent speculationes, vel rem scientificam. Nā magis præsumitur pro nouis, q̄ pro veteribus. Rō diuersitatis est, quia veritas gestarum rerum non pōt cognosci per altitudinem ingenij, cū talia non dependeant ab aliqua rōne naturali, sed solùm per visum, vel auditū. Antiquiores tamen magis potuerant esse pñtes rebus ab antiquis gestis q̄ nos, vel potuerunt illa audire à certioribus, qui interfuerunt, vel interesse potuerūt, qd̄ nobis non conuenit. Iō si quis conetur nunc scribere historiā rerum gestarum ab antiquo: non hēt veritatē nisi ex scriptis veterum, & sic necesse est uetera esse maioris auctoritatis q̄ noua, inquātum continet
C res gestas Quantum verò ad speculatiuas secus est: qa ille pendent ex solo ingenij acumine, & à plurimis assęritur ingenia nouorum maiora ingenijs veterum. Patet etiam, ꝙ hoc verum sit. Nā noui posſunt antiquorum scriptura videre, & insuper hr̄e nouas considerationes, & sic facerent opus magis ꝑfectum, sicut Arist. 1. Eth. ꝙ p tpa artium additamenta facta sunt: immo vult in 2. Elenchorum, ꝙ quasi oēs scīæ ab antiquis imperfectæ traditæ sint, & postea noui illas pfecerunt. Magis ergo ꝓ nouis q̄ ꝓ veteribus præsumendum est in speculatiuis, licèt nō in historicis, maximè quia libros speculatiuos nō oportet hr̄e opinionem: qa cùm pendeat certitudo veritatis eorum ex iudicio naturali, poterit manifestè cognosci, an noui, vel vete
D res melius dicāt. In historicis aūt oportet iudicare ex ꝑsumptione: qa nō pōt aliàs ꝺstare de veritate, & ibi ꝓ veteribus iudicat. Libri aūt sacræ scripturæ maximè Euāgelia nō ꝺtinēt aliqd speculatiuum, sed magis historiā, iō nō pōt fieri nisi ꝓ visum, vel auditū, & ꝺnr̄ maior sup hoc fides adhibebit veteribus libris, q̄ nouis. Et sic isti clamabāt. Sed tunc dicēt qūo Hieronymus volebat suū nouū librū ꝑponere veteribus? Dicendū, ꝙ licèt esset nouus quātū ad substantiā, qa nūc de nouo factus fuerat, erat tñ antiquissimus quātum ad virtutem, quia erat translatus de ipsis primis exemplaribus Græcis, ut patet infra in litera. Et ita iubebat Damasus, ꝙ uideret Hieronymus, quę exemplaria Latinorū cum Græca veritate consentirent, vt patet supra in litera: Græca tamen exemplaria erant antiquiora Latinis, quia totum nouum testamentum prætet Matthęum scriptum fuit in Greco ab auctoribus suis: vt patet infra in litera. Et sic liber Hieronymi erat antiquior omnibus istis libris corruptis. Dicitur hic: Addere, mutare, corrigere: quia ista tria faciebat Hieronymus in libro suo, quia in quibusdam exemplarijs quædam deficiebant, quæ addebat Hieronymus in aliis erant mutata. Et hoc tripliciter: uno modo quantum ad ordinem. ſ. vt præponerentur quæ pōstponenda erant, & è conuerso, & illa mutauit Hieronymus reducendo in ordinem, quē acceperāt à suis auctoribus. Alio mō erant quædā mutata quantū ad uerba: quia quidā trāslatores cū legebant unā sñam in vno

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euangelista,qui prior venisset in manus eorum,& po F
stea eandem sub alijs verbis legerent in alijs Euange-
listis,putabant venisse ex errore, & corrigebant om-
nes ad exemplum primi, vt patet infra in litera: ista
etiam mutauit Hieronymus reddens cuicunq; Euan
gelistæ propria locutiones. Nam non eodem modo
locuti sunt omnes. Similiter corrigere accipitur hic
strictè pro detrahere. Nam corrigere largè significat
emendare,quod fit addendo,subtrahendo,& mutan-
do. Quòd tamen corrigere hic distinguitur contra
addere, & mutare, oportet quòd solùm accipiatur
pro subtrahere,& hoc faciebat Hieronymus maxi-
mè. Nam maxima corruptio erat: quia qui illos li-
bros transtulerant de Græco, posuerunt in quolibet
Euangelista id, quòd apud cæteros inueniebatur, ita G
vt Ioannes haberet totum Matthæum, & Matthæus
totum Ioannem, & sic de aliis. Ideo oportebat de
quolibet eorum multa subtrahere, quæ non pertine-
bant ad eum.

An Hieronymus teneretur facere istam correctionem, quam imponebat sibi Damasus Papa. Quæst. II.

Prima rō. QVAERITVR, an Hieronymus tenebatur facere istam correctionem,quam iubebat Da masus. Aliquis dicet,quòd non. Primò, quia ista erat magna difficultas,scilicet, corrū-
pere tot libros,& mutare veteres ad initia paruulorū.
Secūda rō. Secundò, quia nemo tenetur abijcere famam suam, H
nec contemnere eam, sed potius seruare illam, &
procurare, cùm dicat scriptura: Curā habe de bono
nomine,idest, de bona fama, Hieronymus tamen in-
curretet grauissimam infamiam per istud opus:quia
vocaretur falsarius, & sacrilegus, vt patet in litera,er-
go non tenebatur ad hoc. Dicendum, quòd ad hoc,
q̄ quis teneatur exequi aliquod mandatum, sunt duo
necessaria; primum est potestas iubentis, secundum
Duo sunt necessaria ad executiō mādati. est iustitia ipsius operis. De primo patet, quia Dama-
sus erat summus Pontifex, qui generalem, & pleniſ-
simam potestatem habet super omnes christianos in
foro ecclesiastico saltem: nam de sæculari nunc nihil
loquimur, scilicet, an Papa habeat executionē vtriusque gladij,immo habet vtrumque, de quo dicetur in I
libro de Origine, & distinctione iurisdictionum. Se-
cundum est iustitia operis,& istud includit duo, scili-
cet,rectitudinem ipsius operis, ita vt iustum sit illud
fieri,vel saltem possit fieri sine peccato, & potentiam
ex parte eius,cui iubetur: quia aliàs licèt opus in se sit
iustum, est iniustum illi mandati. Ista concurrebant
in præsenti. Nam iustum erat, immo iustissimum,
quòd fieret ista correctio, sicut dixit Hieronymus su-
pra, scilicet,Pius labor: etiam erat potestas iubentis.
Et tangit ista duo Hieronymus infra in litera,cùm ait.
Aduersum quam inuidiam duplex causa me conso-
latur, scilicet, quòd tu, qui summus sacerdos es, fieri
iubes,& hoc quantum ad primum. Sequitur: Et ve-
rum non esset, quòd variat. Etiam maledicorum te-
stimonio comprobatur quantum ad secundum, sci- K
licet, quòd discordabant libri Latini inter se,iustum
erat eos corrigi: quia etiam iuxta testimoninm ipso-
rum maledicorum, ea quæ inter se discrepant, non
possunt simul esse vera. De potestate autem siue fa-
cultate ad faciendum,scilicet, an Hieronymus posset
facere id,quod iubebat Damasus, nihil tangit hic Hie
ronymus. Per quod tacendo concedit, quòd ad hoc
sufficiens erat. Et patet, quia hic non requirebatur
ad istud nisi copia sermonis Græci, & Latini, cùm
de antiquissimis Græcorum exemplaribus nunc trā-
ferendum esset in Latinum. Hieronymus tamen non
solùm Latini, & Græci,sed etiam Hebraici sermonis
copiam habebat, & aliqualiter Chaldaici, & Syri,
vel Arabici, vt patet in prologo eius super Iob,qui in-
cipit: Cogor per singulos. Item,quia si Hieronymus
diceret se ad hoc insufficientem,accusaret seipsum,&
confiteretur id, quod dicebant æmuli sui. Nam ipse
ante hoc transtulerat omnes libros veteris testamen-
ti de Hebræo in Latinum. De quo conquerebantur
æmuli quidam dicentes eum falsa scripsisse, quia
discordabat à septuaginta interpretibus. Alij verò di-
cebant eum fecisse ex inuidia. Ipse autem ostendit in
prologo super Genesim, qui incipit: Desiderij mei.
& in prologo Galeato super libros Regum, & in pro-
logo: Si septuaginta super Paralipom. & quasi in om-
nibus prologis, quòd ipse nihil falsi dixisset: sed veris-
mam.& ualde necessariam scripsisset translationem,
& quòd non motus fuerat liuore ad hoc. Ideo non
debebat confiteri se insufficiētem esse ad istam trans-
lationem faciendum de Græco in Latinum, corrigē-
do libros Latinos. Sed dicetur, quid si Hieronymus
diceret se esse insufficientem ad hoc, quod iubebat
Damasus, an teneretur. Dicendum, quòd aut Hie-
ronymus excusaret se cauillosè, vt laborem effuge-
ret:aut ex quadam humilitate, scilicet, vt non asse-
ret se esse sufficientem ad res tam arduas. Si primo
modo peccaret, quia præceptum erat legitimum, &
ex eius malitia uellet subterfugere. Si secundo mo-
do, etiam malè faceret: quia licèt quis debeat se hu-
miliare ad non acceptandum honorem, qui est in fa-
uorem suum, non tamen licèt cuiquam se humilia-
re in subterfugiendo laborem sicut hic. Maximè au-
tem, quia ista correctio erat valde necessaria fidei ca-
tholicæ. Et cùm Deus posuerit nos omnes partes
ecclesiæ suæ,& distribuerit nobis munera, & gratias
non propter nos solùm, sed magis propter alia mem
bra ecclesiæ, quia sollicita sunt adinuicem membra
de seipsis. ad Rom. 12. & infra ad Corinth. 12. pec-
cat, qui ex humil.tate, vel ex quacunque alia causa re-
nuit seruire ecclesiæ in illo munere,quod Deus ei lar-
gitus est: quia facit contra intentionem Dei conce-
dentis illud munus. Si autem se excusaret Hieron-
mus ex hoc ipso, quia verè crederet se ad hoc non
sufficere, tunc aut Damasus acceptaret illam excusa-
tionem, aut non. Si acceptaret, liberabatur Hiero-
nymo à mandato, & non peccauerat se excusando:
quia iuxta conscientiam suam locutus fuerat. Si
autem non acceptaret excusationem Damasus, te-
nebatur Hieronymus facere, quod poterat, siue com
modè, siue insufficienter. Etiam incumbebat onus
rei factæ Damaso: an correctio bona, vel mala esset,
quia Hieronymus simpliciter obligatus erat,cùm Da
masus hoc vellet. Nec debebat se insufficientem re-
putare ad exequendum mandatum, cùm Damasus
ei firmiter iubendo illum ad hoc sufficientem repu-
taret. Ad primum dicendum, quòd istæ sunt diffi-
cultates operis, quæ ipsum ad exequendum difficul-
tant,non tamen executionem excludunt, vt infra de-
clarabitur. Ad secundum dicendum, quòd Hieron-
mus non incurrebat per hoc infamiam aliquam ve-
ram, & manentem: sed & si incurreret teneretur ad
mandatum, vt declarabitur infra in quadam qōne.

Quomodo poterat stare, quòd cùm libri Latini essent corrupti, deberent corrigi ex Græco, & an sequeretur ex hoc ecclesia posse errare. Q. IIII.

QVAERITVR, quomodo poterat stare, q̄ codices Euangeliorum, & totius noui testa-
menti apud Latinos essent corrupti, ita
quòd oporteret illos corrigi ex Græco,
& an ex hoc sequebatur ecclesiam errare in fide.

Ad pri-

Ad primum dicendum,q̄ libri Latini faciliter potue- A
runt corrumpi,& corrupti erant tpe Hieron. Q̄ par-
tim factum erat ab interpretibus, & partim à p̄sump-
tuosis correctoribus, & partim à vitiosis librariis, &
negligentibus. Isti modi tanguntur magis in litera, vt
ibi declarabitur. Ad secundum aliqui dicunt, q̄ vide-
batur ex hoc ecclesiam errare in fide. Nam fides est
de eo,q̄ h̄r in sacra scriptura, cui obligantur stare, &
assentire sine aliquo dubio. Si aūt libri sacræ scripturę
corrūpantur,& credamus ea,q̄ in eis h̄nr,iā falsa credi
mus,& sic in fide erramus. Dicendū, q̄ non sequitur
ecclesiam errare. Nam nō p̄t ecclesia errare in fide,
eo q̄ est unus de articulis fidei esse sanctam ecclesiam
catholicam,si tamen erraret in fide,iam non esset san-
cta. Item,quia si in fide erraret,periret tota fides,sicut B
patet de hæretico, qui etiam si erret in uno articulo,
perdit totam fidem, quia non manet ei habitus fidei
infusæ,vt est conclusio doctorum,& maxime S.Tho.
3.Sentent.dist.33.ita si ecclesia erraret in aliquo circa
fidē, tota fides periret:qa in nullo maneret,cū illa nō
sit nisi in ecclesia. Fides tamen nunquā peribit,quia
Christus rogauit pro ea, ne periret. Luc. 22. & ipse
exauditus est in orationibus suis propter sui reueren-
tiam.ad Heb.5. Itē si fides periret, ecclesia non esset:
quia ecclesia nihil est nisi corpus Christi mysticū, cu
ius caput est Christus,ad Eph.4.& 5. Non possunt ta-
men membra capitiadhærere, nisi per quandā conti-
nuationem,& istam facit sola fides,quia aliàs oēs pa-
gani,& saraceni pertinerent ad ecclesiam. Ecclesia ta- C
men semper est, ergo fides nunquā deficit in eccle-
sia,nec potest ipsa errare in aliquo articulo. Cùm au-
tem dicitur, quòd corruptis libris sacris errat eccle-
sia in fide, dicendum, quòd hoc non stat. Primò,quia
id, de quo dicitur, quòd non errat in fide, est ecclesia
vniuersalis: nam quælibet particularis potest errā-
re, sicut olim vidimus esse multas ecclesias Arianorū,
& aliorum hæreticorum cum Episcopis suis, & tota
plebe, & omnes errabant ibi in fide. Sic etiam nunc
est apud quasdam ecclesias orientis,quarum quędam
sunt Nestorianorum,& aliæ Iacobinorum Hæretico-
rum. Vidimus etiam diebus nostris circa Boemos,vbi
tota regio Boemorum, in qua erant multæ ecclesiæ,
scilicet, Sedes Episcopales,errabat in fide, sed postea D
redijt ad concordiam, & vnitatem totius latinæ eccle-
siæ. De istis non est inconueniens, quòd errent: quia
nulla istarum est specialiter sponsa Christi,nec corpus
eius: sed solùm intelligitur de ecclesia vniuersali, pro
qua ipse mortuus est, & lauit illam in sanguine suo: vt
exhiberet eam sibi immaculatam non habentem ma-
culam,nec rugam: ad Ephe. 5. Et ista est,quam Apo-
stolus vocat ecclesiam Dei viui, quæ est columna, &
firmamentum veritatis, prima ad Thi.3. Et de ista est
inconueniens, quòd erret, quia tunc euacuaretur to-
tum corpus Christi, scilicet,non haberet aliquod cor- E
pus mysticum, cùm totum esset ab eo alienatum per
hæresim,vel infidelitatem. Item si ista erraret, non es-
set aliquid, per quod emendaretur, quia in nullo ma-
neret fides. Quando tamen errat aliqua ecclesia parti-
cularis, potest corrigi per ecclesiam vniuersalem ma-
trem suam:& non sequitur incōueniens. Nunc autē
non erant corrupti libri in tota ecclesia, quia sic non
haberetur aliquid per quod corrigerentur: sed solùm
erant corrupti libri apud ecclesiam latinam, & mane-
bant vera exemplaria apud græcos, per quæ facta est
emendatio. Ecclesia autem latinorum non est eccle-
sia vniuersalis,sed quędam pars eius:ideo etiam si tota
ipsa errasset,non errabat ecclesia uniuersalis, quia ma-
net ecclesia uniuersalis in partibus illis, quæ non er-
rant,siue illæ sint plures numero quam errantes, siue
non. Secundò dicendum, quòd etiam tota ecclesia

Alph. Tost. super Prol. in Matt. Enarr.

latina non errabat tunc, quia Damasus Papa non er-
rabat: cùm sciret corruptos libros, & ob hoc vellet il-
los emendare. Non etiam errabat Hieronym. qui il-
los emendaturus erat, & plurimi alij periti. Tertiò di-
cendum, quòd etiam si libri circa aliquam Ecclesiam
particularem sint corrupti, non sequitur illam parti-
cularem ecclesiam errare circa fidem, quia fides non
est alligata specialiter illis libris, qui scripti sunt in illa
ecclesia, sed libris sacris ubicunque illi sint, & qui illi
sint pertinet determinatio ad vniuersalem ecclesiam.
Ideo cùm ista fides habitualiter non sit alligata isti uel
illi libro, dato quòd credam uerum esse, quòd inue-
nio in libris ecclesiæ meę,non erro in fide:cùm assen-
tiam illis, putans sic haberi per totam ecclesiam uni-
uersalem. Et est homo ex habitu promptus ad aliter
sentiendum, si ecclesia uniuersalis iudicauerit libros
suos esse corruptos. Sed dubitabitur, quid si libri toti⁹
ecclesiæ corrumperentur, & uniformiter essent cor-
rupti:an ex hoc sequeretur error in fide. Et uidetur q̄
sic,quia cùm necesse sit quemlibet sic sentire de fide,
sicut uniuersalis ecclesia definit, & illam tenet fidem
ex libris sacris, qui omnes sunt corrupti ex casu, ergo
necesse est falsum iudicium in fide proferre. Dicendū
q̄ iste casus non est admittendus: primò quia eccle-
seruat exemplaria librorum cautissimè, ne possint ab
hæreticis uitiari. Et sic factum est ab antiquo in ueteri
testamento, ut uult Aug. 17. de ciuitate Dei. In nouo
etiam sic fit, ideo hæretici non possunt corrumpere.
Secundò quia dato, quòd aliqui libri corrumperētur,
non erat possibile omnes corrumpi, & maximè quòd
corruptio esset uniformis. Nam etiam si omnes hoīes
simul aliquo tempore dormirent, & duraret somnus
longo tempore,nō poterat istud fieri. Tertiò q̄ Deus
conseruat ecclesiam suam supernaturaliter, ne possit
succumbere alicui errori, sic dicitur Matth. 16.[Su-
per hanc petram ædificabo ecclesiam meam:& portę
inferi non prævalebunt aduersus eam. Vocantur por-
tæ inferi hæretici, uel infideles, qui conantur eccle-
siam subuertere suis fraudibus, & per potentiam op-
primere, Christus autem certificauit nos, quòd nun-
quam portæ inferi prævalerent aduersus ecclesiam,
ita quòd vincerent eam. Si tamen fraudibus hæreti-
corum posset fieri, quòd omnes libri ecclesiæ vni-
uersalis vniformiter corrumperentur, periclitaretur
ex hoc fides, & portæ inferi absorberent ecclesiam.
Ideo certi sumus, quòd hoc nunquam poterit fieri:
quia licèt ex parte humana nō repugnet hoc posse fie
ri: sumus tñ certi, q̄ nunquā fiet, quia Christus nō
permittet: qui ecclesiam suam specialiter conseruat.

Libri sacræ script. vniuersaliter nō possunt corrumpi.

An fuerit conueniens ista librorum correctio. Quæst. V.

QVAERITVR, an conueniens fuit fieri istam correctionem librorum. Aliquis dicet, quòd non. Primò, quia sequebatur ex hoc, quòd omnes antiqui libri perirent, & reciperentur noui. Hoc tamen ecclesia omnis e-
quitat. Sicut cùm Bonifacius Papa ad suppletionem
corū,quæ deerant quinq; libris Decretaliū uoluit ap-
ponere aliquas extrauagantes decretales p̄decessorū
suorū, & aliquas nouas cōdere, q̄ in titulis suis deber-
rent poni in volumine decretaliū, & nō poterat hoc
fieri in libris iā scriptis,sed oportebat fieri libros de no
uo,in quibus tā antiquæ decretales, q̄ ille q̄ de nouo
addebantur ponerentur,ex quo sequebatur q̄ perirēt
oēs libri antiqui:noluit hoc facere Papa,sed recit librū
sextum, vt patet in proœmio libro 6. Ita ergo nunc
non faceret istam correctionem, ne perirent omnes
libri antiqui. Secūdò, quia ex hoc sequebatur magna
infamia Hieronymi, scilicet, quia vocaretur falsarius,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rñsio ad quæsitũ q̃stionis.

& sacrilegus, & non tamen deberet Papa tantum virum infamię exponere. Dicendum, quòd non solùm licitum fuit fieri istam correctionem, sed etiam Damasus obligabatur illam procurare iuxta omnes vires suas, etiam si multos labores ad hoc impendere deberet. Nam summus Põtifex cùm sit maximus princeps in ecclesia, & ab ea maximum honorem recipiat, tenetur ampliorem curam gerere de ea, quàm quisquã alius, & in omnibus, in quibus ecclesia patitur, tenetur ipse subuenire. Alioquin de manu eius requiretur, quia ipse positus est princeps speculatorum domus Israel. Ezech. 3. & 33. Nullum tamen maius periculum est ecclesię, quàm vbi fides periclitatur, cùm propriè ecclesia per fidem consistat, & ista est, per q̃ efficitur homo pars corporis Christi, & per hanc intra ecclesiam constituimur, & ab omnibus gentibus distinguimur. Nihil tamen est, per quod magis fides periclitetur, quàm si libri sacri, ex quibus fides habetur, permittantur corrumpi. Cùm ergo constiterit aliquos eorum esse corruptos, ipse princeps maximus ecclesiæ tenetur totis viribus conari, vt corrigantur. Et si per hoc oporteret mortem subire, potius teneretur subire mortem, quàm permittere libros sacros corruptos. Quòd sicut tenetur quis potius mortem subire quàm Christum negare: ita etiam ad hoc, quia permittendo libros corrumpi, vel corruptos manere, negatur Spiritus sanctus, per quem veritas sacræ scripturę reuelata est. Negatur etiam Christus: quia poterunt falsa scribi de eo, per quæ negetur in totum, vel iu partem. Ideo postposito omni damno, & quocunque incommodo tenebatur Damasus conari ad correctionem sacrorum librorum. Ad primum dicendum, quòd cùm ecclesia potest euitare perditionem librorum, & quęcumque damna, tenetur euitare. Hic tamen non poterat euitare perditionem illorum librorum, si ne prędudicio fidei, quę omnibus rebus prę ferenda est, ideo non erat curandum, q̃ perderentur libri. Ad secũdum dicendum, q̃ Beatus Hieronymus non incurrebat infamiam veram, nec manentem: qa licèt à principio clamaretur contra eum, constito tamen de veritate, scilicet, q̃ ipse reducebat veritatẽ ad ecclesiam Latinam, quę perierat, potius laudaretur: sicut nos nunc eum valde laudamus. Secundò, quia licèt aliqui calumniarentur, non poterant manere calumniæ, cùm Hieronymus faceret mandatum summi Pontificis. Et ista duo ponit hic Hieronymus, quæ consolantur eum contra clamores æmulorum, vt patet in litera. Sed adhuc dicendum, quòd etiam si Hieronymus deberet incurrere infamiam perpetuam, ac simul cum eo Damasus, nõ debebant cessare ab hoc opere, quia istud erat de necessitate salutis, & nihil debebat eos retrahere, etiam si esset mors: quia omnia pro salute animę exponenda sunt. Iob 2. s. Pellẽ p̃ pelle, & cuncta, quæ habet, dabit homo pro anima sua.

Rñsio ad primum.

Rñsio ad secundum.

Aduersus quã inuidiam duplex causa me cõsolabatur, quod & tu qui sũmus sacerdos es, fieri iubes, & verum nõ esse, quod variat, etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides est adhibenda, respondeant, quibus: tot enim sunt exemplaria penè, quot codices. Sin autem veritas est quærenda de pluribus: cur non ad Græcam originem reuertentes ea, quæ vel à vitiosis interprætibus malè reddita, vel à præsumptoribus imperitis emendata peruersius, vel à librarijs dormitantibus, aut addita sunt, aut mutata, corrigimus. Neque verò ego de veteri disputo testamento, quod à septuaginta senioribus in Græcam linguam versum tertiò gradu ad nos vsque peruenit. Non quæro quid Aquila, quid Symmachus sapiant, quare Theodotiõ inter nouos, & veteres medius incedat. Sit illa vera interprætatio quam apostoli probauerunt. De nouo nunc loquor testõ, qd Græcũ esse nõ dubiũ est, excepto apostolo Matthæo, qui primus in Iudęa Euangeliũ Christi Hebraicis literis ædidit. Hoc certè cũ in nostro sermone discordat, & diuersos riuulorũ tramites ducit, vno de fonte quærẽdus est. Prętermitto eos codices, quos à Luciano, & Hesychio nuncupatores paucorũ hominũ asserit peruersa contentio: quibus vtiq;, nec in veteri instrumento post septuaginta interprætes emendare quid licuit, nec in nouo profuit emendasse, cùm multarum gentium linguis scriptura ante translata doceat falsa esse, quæ addita sunt.

Aduersum quã inuidiã. Hic ponuntur rõnes alleuiantes difficultatẽ huius operis, & agit duo, quia primò ponit qd dictũ est. Secundò rñdet cuidã tacitæ q̃ni', ibi. *Nec verò ego nunc de veteri.* Circa primũ ponit Hieronymus duas causas alleuiantes laborẽ operis. Prima est auctoritas iubentis: secunda est rei necessitas, & honestas. *Duplex cã me consolatur.* Idest, licèt isti ex inuidia clament q̃ me: duæ causæ consolantur me, q̃ & tu q̃ summus sacerdos es fieri iubes. Ista est prima. s. Damasus erat sũmus sacerdos, & iubebat hoc, cui ex necessitate obediendũ erat. Et sic q̃ ipsum deberet esse querela, & non q̃ Hieronymũ. *Et verum non esse quod variat.* Ista est secunda cã. s. rei necessitas, quam ẽt ipsi æmuli non poterant negare. Nam ea, quæ inter se discordãt non possunt simul esse vera. Sed libri Latinorum discordabant, ergo non erant oẽs veri, sed necesse erat, aut oẽs esse falsos, aut quosdã: quia ea, quæ opponuntur, possunt simul esse falsa, sicut contraria, nunquam tamen possunt simul esse vera: quia nec q̃ria, nec q̃dictoria possunt simul esse vera. Et tunc aut æmuli consiterentur omnes libros Latinorũ simul esse falsos, quia discordabant, aut quosdã. Si aũt oẽs, necessaria erat correctio. Si aũt quosdam, cùm non constaret ex eis, an potius isti, quàm illi essent corrupti, oportebat recurri ad alios libros, qui non essent Latini, ex quibus constaret veritas. s. an aliqui Latini essent veri, & qui essent illi. Ideo debuit fieri correctio de Græco. *Etiã maledicorum testimonio comprobatur.* Idest, non solũ istud est verum. s. q̃ ea, quæ discordant, non possunt simul esse vera, sed etiam ipsi maledici. i. æmuli, qui dicent me falsarium, & sacrilegum, confitentur istud. Ponit ẽt hoc Hier. in prologo in Genesim, qui incipit: Desiderij mei. *Si enim Latinis exẽplaribus fides est adhibenda.* Continuat argumentum, cuius vis erat, q̃ ea, quæ discordant non possunt simul esse vera. Hoc quoque cõcedebant æmuli: quia quidã dicebãt libros aliorũ esse corruptos, cùm q̃rium libris suis continerent,

rent: & inter se pugnabant propter discordiam librorum. Et hoc adiuuabat Hieronymum, quo supposito arguit, cùm non possint omnes isti veri esse, quęritur ex quibus habebitur veritas. Si autem dicant æmuli, quòd aliqui libri Latini sunt veri, quærit Hieronymus qui sunt illi? Et cùm tot sint exemplaria quot codices, & quilibet discordat ab alio, non videtur magis huic, quàm illi fides adhibenda, & consequenter debet recurri ad Græcos pro veritate. Respondeant quibus, ideſt, quibus Latinis libris debeat fides adhiberi. Et in hoc nunquam concordarent: quia quilibet asserebat libros ecclesiæ suæ esse veros. Potius ergo consentirent veritatem esse in Græcis, quàm quòd vna ecclesia Latinorum diceret se corruptos habere libros, & quòd alia illos veros habebat. Etiam quia dato, quòd velint concordare, quibus libris potius fides adhiberetur, non stabat: quia nõ erat sufficienter probatum, an isti potius, quã illi veri essent. Vnde necesse erat recurri ad Græcos, de quorũ veritate non dubitabatur. *Tot enim sunt penè exemplaria, quot codices.* Ista erat causa quare Latinis codicibus non erat adhibenda fides: quia quilibet liber discordabat ab altero. Nam quando sunt multi libri, & omnes concordant, sunt multi codices, & vnicũ exemplar: sicut nunc est in Biblijs nostris, quia omnes concordant. Quando autem quilibet liber discordat ab alio, tot sunt exemplaria, quot codices, quia exemplar est liber, per quem alij transcribunt. Cùm autem libri inter se discordant, vnus non est tractus ab alio: ideo non est vnus liber exemplar alterius, sed quilibet per se est exemplar. *Sin autem veritas est quærenda de pluribus.* Est ratio longa vsque ad illum locum: neque ego verò. & continuatur arg. scilicet. Si non est quærenda veritas de pluribus, cùm non concordent, necesse est, quòd recurratur ad eum locum, vbi est totaliter concordia, scilicet, ad Græcam originem, & exinde corrigantur omnes errores Latinorum librorũ. *Cur non ad Græcam originem reuertentes.* Ideſt, cur non reuertemur ad libros Græcos, cùm in Latinis non sit cõcordia? Quasi dicat. Nihil est, q̃ hoc prohibeat. Et dicitur ad Græcam originem, quia libri Græci fuerunt origo Latinorum. Nam etiam isti, qui nunc corrupti erant, de Græco originem traxerant, eo q̃ totum nouum testamentum ab ipsis suis auctoribus in Græco scriptum est, præter Matthæũ, qui scripsit in Hebręo, vt patet infra in litera. Ideo necesse fuit, quòd cùm primò nouum testamentum scriptum est in Latino, haberetur in Græco. *Eaque, vel à vitiosis interprætibus male ædita.* Hic ponuntur tres modi corruptionum, qui fuerunt in libris Latinis, & omnes illos dicebat Hieronymus ex Græco corrigendos. Primus est per interprætes vitiosos. Vocãtur interprætes illi, qui primò de Græco in Latinum verterunt nouum testamentum. Et aliqui istorum non bene intelligentes linguã Græcã transferendo errauerunt, vel fortè quia nõ erat eis copia linguæ Latinæ, & quòd in Græco intellexerunt non valuerunt in Latino competenter exprimere: vt significaretur idem, quòd erat in Græco. Et isti vocantur vitiosi interprætes. *Vel à præsumptoribus imperitis emendata peruersius.* Iste est secundus modus erroris, scilicet, per emendatores imperitos. Et vocantur isti præsumptores, quia supra vires suas facere ausi sunt, & male fecerunt, quod facere nesciebant. Et dicitur emendata peruersius: quia plus corruperunt isti præsumptores emendando: quàm corruperant interprætes transferendo. Isti præsumptores errauerunt tripliciter: vno modo, quòd aliqua scripta à primis interprætibus visa sunt eis non conuenire, & mutauerunt ea, vt voluerunt. Secundò, quia isti legebant libros Euangelistarum, & cùm eorum primum legis-

Alph. Tost. super Prol. in Matt. Enarr.

sent, & venirent cæteri in manus eorum, videntes eos discrepare, putantes fuisse hoc ex errore scriptoris emendauerunt omnes ad similitudinem illius, quem primò legerant, ita ut omnia, quæ habentur in Matthæo ponerentur in Marco, & quæ habentur in Luca ponerentur in Ioanne, & è contrario. Et iste fuit grauissimus error. Tertiò modo errauerunt, quia cùm inuenirent multos Euangelistas dicentes eandẽ sententiam per diuersa verba, & alij breuius, & alij lõgius, emendauerunt omnes ad exemplar vnius, vt eadem verba contineret. Duos modos vltimos corruptionis ponit infra Hieronymus de his tribus. *A libra rijs dormitantibus, aut addita sunt, aut mutata, corrigimus.* Et iste est tertius modus errandi, scilicet, per librarios dormitantes, ideſt, alij quando scribũt, dormiunt, siue non aduertunt ad exemplaria, & corrumpunt libros addendo, aut mutando, aut subtrahendo. Et dicit Hieronymus. Cur non corrigimus addita mutata à vitiosis interprætibus, & cętera reuertentes ad Græcam originem, ideſt, ad libros Græcos. *Nec verò ego nunc de veteri disputo testõ.* Hic respondet Hieronymus tacitæ quæstioni: quia dixerat, quòd libri Latini deberent corrigi ex Græcis, aliquis diceret. Tu dixisti contrarium nolens adhibere fidem septuaginta interprætibus, qui in Græco scripserant: sed dixisti necessariam esse aliam translationem ex Hebræo, vt patet in prologo super Genesim, qui incipit. Desiderij mei. & in prologo super Paralipom. qui incipit. Si septuaginta: ita nec nunc fides Græcis exemplaribus danda est.

Respondet Hieronymus, quòd illud fuit verum quantum ad vetus testamentum, quod interprætes de Hebræo in Græcum transtulerunt. Et nunc non loquimur de veteri, sed de nouo testamento, in quo fides Græcis exemplaribus danda est. Ratio patet immediatè. Quod à septuaginta senioribus in Græcã linguam versum, scilicet, vetus testamentum in Hebræo habebatur ab origine sua, quia in Hebræo scripserunt auctores primi: septuaginta seniores, qui vocantur septuaginta interprætes ad preces Ptolomæi Philadelphi Regis Aegypti de Hebræo In Græcum transtulerunt. De ista translatione, & de eis, quæ circa eam acciderunt, declaratum est in prologo Hieronymi super Genesim, qui incipit. Desiderij mei. Et in prologo super Paralipom. qui incipit. Si septuaginta. Tertiò gradu ad nos vsque peruenit, ideſt, vetus testamentum peruenit tertio gradu vsque ad nos, scilicet, tres æditiones factæ sunt, prima ab ipsis auctoribus veteris testamẽti, & ista fuit in Hebræo. Secũda à septuaginta interprætibus, & ista fuit de Hebræo in Græcũ. Tertia fuit de Græco in Latinum facta de translatione septuaginta interprætum. Et ista non habuit à principio vnicum translatorem, quia multi de Græco in Latinum transtulerunt, & in diuersis ecclesijs varia exemplaria habebantur, vt ait Hieronymus in prologo super Paralipom. qui incipit. Si septuaginta. & sic venit ad nos. Tertiò gradu vetus testamentum. In hoc fundatur ratio Hieronymi, scilicet. Non est eadem ratio de fide Græcorum exemplariũ quãtum ad nouum, & quantum ad vetus testamentum: quia semper pro veritate librorum recurrendum est ad prima exemplaria, quæ primò ædita sunt. Vetus autem testamentum non fuit prius æditum in Græco, sed in Hebræo, & de Hebræo in Græcũ, & de Græco in Latinum: ideo quando dubitatur de veritate alicuius libri in veteri testamento, non est recurrendum ad Græca exemplaria, sed ad Hebræa: quia ibi est origo. Si autem est dubium de veritate alicuius libri in nouo testamento, non potest recurri nisi ad Græca exemplaria, quia in Græco ab ipsis auctoribus totum nouum testamentum præter Matthæum scriptũ est. Et sic nõ

De interpũtibus sacrę scripturę.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet locum calumnia æmulorum, ꝙ prius diceret F
Hieronymus Græca exẽplaria esse corrupta, & nũc dicat ad illa recurrendũ. *Non quæro quid Aquila quid Symmachus sapiant.* Ad eandem rationem pertinet. Quasi dicat: quando ego loquebar de veritate librorum veteris testamenti, quærebam an interprætatio septuaginta seniorum esset conueniens. & quomodo cum illa cõcordaret, vel discordaret ẽditio Aquilæ, & quomodo concordaret æditio Symmachi, & Theodotionis, qui omnes fecerunt varias translationes de Hebræo in græcum, & translationes istorum à multis recipiebãtur: & Origenes in translatione Bibliæ, quã fecit, posuit veritatem hebraicam in vna columna, & in alia translationem septuaginta, & in alia æditionem Aquilæ, in alia Theodotionis, in alia Symmachi, G
& in alia translationem aliam, & sic In eodem libro erant sex translationes, ideo vocabatur liber ille exaplarum, ideſt, sex columnarum. De quo satis declaratum est in prologo Hieronymi super Iosue, qui incipit: Tandem finito. Cõtra æditiones Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis, & contra vulgatam æditionẽ, & omnes alias sæpe Hieronymus arguit, quando agit dẽ libris veteris testamenti, ostẽdens ꝙ omnibus illis existentibus, adhuc erat necessaria aliqua translatio ex Hebræo: quia nulla earum concordabat oĩno literæ hebraicæ. Aquila, de quo hic dĩ, fuit quidã Iudæus de insula Hellesponto, iõ vocatur Aquila Põticus. Iste fecit secundã translationẽ Bibliæ, quia prima fuerat facta à septuaginta interprætibus. Floruit autẽ Aquila H
quasi anno centesimo quintodecimo à Christi natiuitate, de quo Isidorus lib. Etymologiarum sub Helio Adriano Imperatore. Symmachus fuit quartus Biblię translator. Nam ante eum Theodotiõ transtulerat, & fuit sub Seuero Pertinace Imperatore, quasi anno à Christi natiuitate centesimo nonagesimo. De hoc Eusebius in libro historiæ Ecclesiasticæ. *Quare Theodotion inter nouos, & veteres medius incedat.* Quasi dicat: etiam nunc non disputatur quare Theodotion se habeat medius inter nouos interprætes, & veteres, scilicet, istud pertinet ad vetus testamentum. Et de istis translationibus solennius habemus disputare, quando agemus de veritate translationum veteris testamẽti, nunc autem de nouo agitur, ideo non aduertimus I
ad istos, nec exemplaria Græca damnamus, sicut quãdo loquebamur de istis, quia agebamus tunc de veteri testamento. Iste Theodotion fuit Ephesinus tertius Bibliæ translator, cuius translatio à septuaginta interprætibus modicum discordat, licèt multa interdum iste addat, quæ non habentur apud Hebræos. Sicut patet in Daniele. Ideo Hieronymus signat ibi quæ sunt illa, quæ habentur in Theodotione. De hoc August. 18. de ciuitate Dei, Et dicitur esse iste medius inter nouos & veteres, quia magis concordabat cum æditionibus nouis Latinorum, quæ habebantur tpe Gregorij, & cum veteri translatione septuaginta interprætum, quàm alij interprætes, & ꝙ alij translatores. Et sic medius inter vtrosque incedebat. *Sit illa vera interpretatio, quam apostoli probauerunt.* Ideſt, approbauerunt, K
quasi dicat: non curemus nunc de veteris testamenti, nec de comparatione trãslationis septuaginta ad Aquilam, Symmachũ, & Theodotionem, & alias translationes: sed sit vera, ideſt, habeatur pro vera illa interpretatio, quam apostoli approbauerunt: quia magis credendum erat apostolis, quam cuicunque hominũ. Ideo illa translatio, quæ magis concordauerit dictis eorum est verior. Istam rationem ponit Hieronymus in ꝓlogo sup Genesim. f. Desiderij mei, & in ꝓlogo: Si septuaginta. super Paralip. ad probandũ, ꝙ sua translatio erat verior, ꝙ oẽs aliæ, & potissimè, qa translatio septuaginta interprætum, quæ maximæ auctoritatis habebatur, scilicet, Christus, & apostoli in libris noui testamenti allegauerunt multa dicta veteris testamenti. Et ostẽdit Hieronymus, ꝙ multa eorum non habẽtur in Biblia septuaginta interprætum, ex quo apparet, ꝙ septuaginta non plenè interprætati sunt, vel eorum æditio per successionẽ erat corrupta, ideo ꝙ esset necessaria alia de Hebræo. Et ita fuit sua, in qua habentur omnia illa testimonia, quæ Christus, & apostoli de veteri testamento allegauerunt. *De nouo nunc loquor testamento.* Quasi dicat: non habet locum calumnia æmulorum: quia nunc non loquor de veteri testamento, in quo dicebam non sufficere exemplaria grẽcorum: sed loquor de nouo, in quo sufficiunt. *Quod Græcum esse non dubium est.* Ideſt, totum nouum testamentum est græcum, ideſt, scriptum primò in Græco ab ipsis suis auctoribus. Et dicit non esse dubium ad differentiam Matthæi, de quo etiam asserebatur, quia in Græco scripserat, scilicet, quòd primò scripserat in Hebræo, deinde in Græco! Et sic totum nouum testamentum habebatur in Græco. Hoc tamen dicit Hieronymus dubium esse in libro de Illustribus viris. cap. de Matthæo, quia ipse vidit exemplar Matthæi in Hebræo in famosa bibliotheca Cæsarienſis quam fecit Pamphilus martyr, & in Græco videre nunquã potuit. *Excepto apostolo Matthęo.* scilicet, iste solus scripsit in Hebræo. *Qui primus in Iudæa.* Euangelium Christi hebraicis literis ædidit. Matthæus fuit primus inter omnes scriptores Euangeliorum, & scripsit in Iudea in Hebræo, cùm vellet transire ad gentes. De quo declaratum est in præcedenti prologo. De aliis tribus Euangelistis quomodo uerisimile fuerit eos scripsisse in Græco, declaratum fuit, supra in prologo nostro in quadam quæstione. *Hoc certè cùm in nostro sermone discordat.* Reddit ad conclusionem suam postquam interposuerant responsionem ad tacitam calumniam æmulorum, dicens: quòd cùm in sermone nostro, scilicet, Latino libri discordent, necesse est veritatem inquiri in fonte, scilicet, in Græcis exemplaribus, unde Latina transcripta sunt. & in diuersos riuulorum tramites ducti. i. libri nostri discordant, & uadunt diuersis uiis: quia unus non redit ad alium. Est metaphora de fonte, & fluminibus: quia interdũ ex vno fonte nascuntur plura flumina, uel torrentes paruuli, qui habent diuersos tramites. i. alueos, & nunquã concurrunt. Ideo si quis uellit uidere, ubi coniunguntur, non oportet, ꝙ sequatur descensum aquarũ, qa sic nunquam inueniet eos conuenire: sed redeat ad fontem, & ibi inueniet omnes istos alueos concurrere, & continuari capiti fontis. Ita de libris Latinis, quia eorum origo non est in Latino, sed à Græco quantũ ad nouum testamentum, & ipsi inter se discordant, quasi euntes per diuersos tramites. Non oportet sequi illos, quia nunquam sic reperietur concordia, sed recurratur ad originem, scilicet, ad Græcum, & ibi poterunt conuenire in fonte, scilicet, reformando quemlibet ad similitudinem suæ fontis. *Vno de fonte Quærendum est.* Hoc dicebat superius, scilicet, de libris Latinis non potest ueritas queri, quia non apparet, cur potius istis, quàm illis credendum sit, cùm tot sint exemplaria, quot codices: sed veritas ibi quærenda est ubi est unitas, ideſt, concordia: ideo uno de fonte, ideſt, non de pluribus fontibus, & iste fons est in Græcis exemplaribus, qnæ inter se concordabant, & erant omnia unum exemplar, licèt essent multi codices. *Prętermitto eos codices.* Respondet tacitę quęstioni, quia dixerat, quòd ueritas non erat quęrenda de Latinis, ubi erat tanta diuersitas: sed de Græcis. Diceret eis aliquis, ꝙ inter Græcos codices erat discordia, quia exẽplaria Luciani, & Hesychij discordabãt in Græco à cęteris libris. Dicit Hierony. ꝙ ipse pẽ-

termit-

termittit istos libros, ideſt non curauit de eis, nec curãdum est: quia pauci, & peruersi homines curabant de illis. Cæteri autem Græci codices inter se consonant, & ad illos recurrendum est. *Quos à Luciano, & Hesychio nuncupatos* Ideſt isti codices, qui à cęteris discrepabãt, nominabantur Luciani, & Hesychij. Vterque enim modum nouum trãslationis fecit tam in nouo, quam in veteri testamento, vt patet in litera. Lucianus fuit quidam præsbyter vrbis Antiochiæ in Græco satis peritus: cuius aliqua opera in sacra scriptura manebant etiam tempore Hieron. & iste fecit æditionem in nouo, & in veteri testamento addendo in vtroque, vt dicitur hic. Non tamen iam recipiebantur exemplaria sua, nisi à paucis. De hoc Hierony. in libro de Illustribus viris Capi. de Luciano. Hesychius fecit alia exemplaria, sicut Lucianus: sed iste non fuit ita vir famosus: ideo de eo non habetur apud auctores, sicut de Luciano. *Paucorum hominum asserit peruersa contentio.* Probat quomodo de istis non sit curandum: quia paruę auctoritatis erant apud Græcos: cùm nulli, nisi pauci homines, & peruersi, & pertinaces illos codices susciperent. Omnes autem ecclesiæ alia exemplaria tenebãt, quæ inter se concordabant. Et ab illis dicit Hiero. ueritatem accipiendam. *Quibus vtique nec in veteri instrumento.* Est ratio longa vsque ad illum locum. *Igitur hoc præsens.* In qua declarat, quomodo non habuerunt Lucianus, & Hesychius auctoritatem scribendi, nec potuerunt recipi scripta sua, dicens quòd in veteri testamẽto, ideſt, in libris eius non potuerunt aliquid emendare post septuaginta interprætes, & in nouo testamẽto nihil profuit eis id, quod addiderũt, scilicet, quia nõ receptum est: eo quòd ecclesia sciebat iam id non esse de veritate sacræ scripturæ. Et dicitur in veteri instrumento, ideſt, in veteri testamento: sic vocat illud Hier. sæpe, vt patet in Epistola ad Paulinum. Et vocatur instrumentum ab instruendo, quia instruit nos, ideſt, informat de veritate. Ita in iudicio vocantur instrumenta illa scripta, quæ in forma publica producuntur in iudicio, & faciunt fidem: & per ista iudex instruitur de veritate rerum, de quibus agitur. *Post septuaginta interpretes emendare quid licuit.* Ideſt, quantum ad libros veteris testamenti non licuit istis emendare aliud post translationem septuaginta interprætum, scilicet, quia D
illa recepta erat per omnes ecclesias, & erat magnæ auctoritatis, vt ait Hiero. in prologo. Si septuaginta. super Paralipom. Ideo istis non daretur fides emendantibus trãslationem septuaginta interprætum, sed obijcietur contra Hierony. quia ipse post translationem septuaginta interpretum fecit nouam translationem ostendens illam esse defectuosam. Et hoc conquerebantur æmuli contra eum: vt patet quasi in omnibus prologis, ideo licuit Luciano, & Hesychio emendare vetera, sicut ei licuit, vel non licuit Hieron. post septuaginta interpretes facere aliam translationem. Dicendum, quòd non est verisimile, quòd Hiero. non emendauit translationem septuaginta interpretum, sed fecit aliam nouam de Hebræo, non emendando interpretes, nec aduertendo ad eos. Et illud licuit: sic nec ipse accusat Aquilam, Symmachũ, & Theodotionẽ, quia fecerunt æditiones distinctas ab interprætatione septuaginta, quia non corrigebant eos. Lucianus autem, & Hesychius voluerunt emendare translationes septuaginta, non faciendo nouam translationem de Hebræo, ideo non licuit eis, ideſt, non profuit, quia nõ reciperentur in auctoritatem contra septuaginta interprætes. *Nec in nouo profuit emendasse.* Ideſt, etiam non profuit eis emendare nouum testamentum, ideſt, libros noui testamenti. Nam isti addiderunt aliquid in libris, quos fecerunt, & non profuit eis, quia ipsi fecerant, vt ecclesia reciperet libros suos tanquam vera

ra scri. di ar instru mentum ab truendo.

A exemplaria noui testamenti: & ecclesia non recepit cognoscens ea, quæ ipsi addiderant non esse de textu scripturæ. *Cum multarum gentium linguis scriptura ante translata doceat falsa esse quæ addita sunt.* Ideſt, voluerant isti fallere ecclesiam innuẽtes, quòd sui libri continebant puram veritatem sacræ scripturæ, non recepit tamen ecclesia libros suos, quia cùm ante hoc totum nouum testamẽtum scriptum esset per totum orbem in varijs linguis, cùm legerunt exemplaria Luciani, & Hesychi, inuenientes in eis plura esse quàm fuerant in antiquis codicibus, quos ecclesia à principio susceperat, viderunt clarè falsa esse, & ab istis conficta, quæ addida fuerant.

B *An Lucianus, & Hesychius peccauerint faciendo ista exemplaria. Quæst. VI.*

QVAERITVR, an Lucianus, & Hesychius peccauerunt faciendo ista exemplaria noui, & veteris testamenti, de quibus dicitur hic. Aliqs dicet, ꝙ hoc expeditum est, cùm in præcedenti prologo in quadam quæstione dictum est gratuiter peccasse illos, qui vltra quatuor Euãgelistas euangelium scripserant. Sed videtur, quòd non sequatur ex hoc istos peccasse, quia non est simile. Primò quia illi scripserunt textum euangelij, isti autem non solùm textum, sed multa alia addiderunt, quæ aliquo modo declararent scripturam: & sic bene fecerunt, quia qui C
lucidant eam, vitam æternam possidebunt Eccl. 24. Secundò, quia illi, qui scripserunt euangelia sub nominibus Apostolorum, vt sic auctoritatem consequerẽtur, & erant falsarij, & intendentes nocere ecclesiæ, cũ plerique eorum essent hæretici & intenderent hæreses suas ex hoc confirmare miscendo eas euangelijs: isti autem sub nominibus proprijs scripserunt: vnde & exemplaria eorum vocabantur codices Luciani, & Hesychij, vt patet supra in litera, ergo non peccabant. Tertiò quia licuit Hieron. facere translationem in veteri, & emendationem septuaginta interpretum, vt patet in Prologo. Si septuaginta. super Paralipom. & in nouo testamento emendationem, vt patet hoc, ergo licuit istis. Dicendum, quòd isti uidentur peccasse condendo istos codices. Nam dicit hic, quòd non licuit eis post septuaginta interprætes emendare quidquam in veteri, nec in nouo profuit emendasse. Item quia si isti bene fecissent, ecclesia susscepisset eos, uel saltẽ non reiecisset: & tamen repulerat eorum codices cùm dicatur hic, quòd codices illorum paucorum hominũ asserit peruersa contentio. Item quia si isti codices fuissent boni, dato quòd ecclesia non poneret eos in canone suo dando illis tantam auctoritatem, saltem non esset illicitum legi apud quoscunque homines: sicut est nunc de libris Doctorum, qui non sunt in canone, leguntur tamen. Sed etiam illi, qui eos legunt iudicantur peruersi: ergo mali libri sunt. Dici potest, ꝙ Lucianus, & Hesychius, aut scripserunt istos libros tãquam historiam, sacræ scripturæ ponendo textũ eius, & addendo aliqua uerba ad declarationem, aut scripserunt eos tanquam ipsum textum sacræ scripturæ, & exemplaria Euangelistarum. Si primo modo licebat eis, quia sic facit Historia Scholastica, quæ ut plurimũ textum ponit interponendo pauca ad declarationem. Si secundo modo illicitum erat, quia nulli licet in sacra scriptura addere, aut minuere, quia præiudicat spiritui sancto, quia ea quæ homo addiderit possunt esse falsa, & admiscebitur falsitas ueritati spiritus sancti. Ideo comminatur Spiritus sanctus malagis, qui quicquam addiderint aut subtraxerint sacræ scripturæ Apoca. 22. Isti uidentur tenuisse secundum modum, scilicet, quia uoluerunt quòd libri sui haberentur ut ue-

ra

Arguitur 1. pro parte affirmatiua.

Responsio principalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra originalia Euangelistarum: non quòd se Euangelistas assereret, sed quòd innuebant Euangelistas sic scripsisse, sicut ipsi in suis codicibus scripserant. Ideo volebāt codices suos esse textum sacræ scripturæ. Hoc innuit Hieron. cùm ait, quòd nihil profuit eis in nouo testamento aliquid emendasse, quia ecclesia vidit falsā esse, quæ addita fuerant: Si tamen ipsi non scripsissent codices suos tanquam textum, ecclesia non iudicasset falsā esse, quæ addita fuerant, quia quando quis scribit per modum glossæ, etiam si multa ponat, quæ non sunt in sacra scriptura, dum tamen non sint manifestę hæreses, ecclesia non curat de hoc. Item quia cùm dicat Hieron. quòd non profuit eis emendasse: innuit ꝙ volebant codices suos recipi ab ecclesia tanquam textus. Et in hoc non profuit, quia ecclesia videns falsā esse, quæ addita fuerant, non suscepit illa. Et sic peccabāt volēdo de proprijs addere in sacra scriptura, quod nulli licet nisi Spiritui sancto. Ad primum in contrarium: dicendum quòd simile est inter istos & illos: quia ita isti scripserunt textum sicut illi, quia nolebant codices suos esse textum euangeliorum. Et cùm dicitur, quia addiderunt, & erat istud ad declarationem: dicēdum, quòd istud magis nocuit, quia si solum textum scripsissent, non sequeretur error, sed addiderūt: & additum non fuit per modum glossæ, sed per modum textus: & non declarat præcedentia, sed addit noua super illa: & quanto sic plura adduntur, tanto maior error est. Ad secundum dicendum, quòd licèt non vsurpauerunt sibi isti nomina Apostolorum, scripserunt tamen tanquam codices sui verè continerent ea, quæ Euangelistæ scripserant. Et tunc idem error sequebatur, sicut si vsurparent nomina Apostolorum, quia nihil differt, quòd quis scribat historiā euangelicam, cui misceat aliqua falsā, & dicat illam scriptā à Bartholomæo, vel Andrea, qui nullum euangelium scripserunt, quàm quòd dicat scriptam à Marco, vel Matthęo, qui euangelia scripserunt: immo deterius est dicere scriptam illam à Marco, vel Matthæo, quia si dicat scriptam illam à Bartholomęo, vel Andrea, cum non constet istos scripsisse euangelia, dubitabitur de illa scriptura, & non poterit multum nocere, quia nō recipietur communiter. Si verò dicat scriptam illam à Marco, vel Luca, cùm constet istos scripsisse euāgelia, erit istud verisimilius, & magis poterit nocere. Ad tertium dicendum, quòd Hier. licuit translationem facere veteris testamenti, quia fideliter agit, nihil addens, aut subtrahens, aut mutans de sententia: isti autem multa addiderunt tam in nouo, quam in veteri testamento, quod non licebat: vt patet in litera. Cùm autem dicitur, quòd Hieronymus fecit emendationē, septuaginta interpretum: dicendum quòd non emendauit eorum translationem addendo, aut subtrahendo: sed quia vitio librariorum erat illa translatio iam corrupta, emendauit illam Hieron. siue correxit, non quidem ipsam translationem, sed libros qui eam non bene cōtinebant, vt colligitur eodem prologo, & prologo Eusæbi. Hier. super Paralipom. Cùm autem dicitur, quòd fecit correctionem in nouo testamento, dicendum quòd fecit eam auctoritate Damasi Papæ: & licuit eam facere. Etiam quia Hieronymus nihil addidit corrigēdo, sed solùm libros latinos corruptos redegit ad formam Græcorum exemplariorum, in quibus pura veritas continebatur, isti autem multa addiderunt, ideo non fuit simile de Hieronymo.

Responsio ad primum.

Responsio ad secundū.

Responsio ad tertium.

Igitur hæc præsens præfatiuncula pollicetur quatuor tantum Euangelia, quorum ordo est iste, Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes, Codicum Græcorum emendata collatione, sed veterum, quæ ne multum à lectionis latinæ consuetudine discreparent, ita calamo imperauimus: vt bis tantum, quæ sensum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur, vt fuerant.

Igitur hęc pręsens, hic ponitur secūdum principale. ſ. operis executio, & diuiditur in duo, primo ponuntur correcta euangelia, deinde canones apponuntur, ibi. *Canones quoque.* Circa primum dicitur. *Igitur hęc prę-sens præfatiuncula pollicetur tantum quatuor euangelia.* i. iste prologus nihil promittit nisi emēdationem quatuor euangeliorum. Verum est, ꝙ totum nouum testamentum erat corruptum in latinis exemplaribus, licèt non tantum sicut euangelia, & totum illud Hieron. correxit. Sed pro nunc non petebatur nisi correctio euangeliorum, & illa facta est. Causa autem quare euangelia magis corrupta erant quàm alij libri noui testamenti fuit, quia euangelia sunt quatuor, & imperiti correctores, vel potius præsumptores miscuerunt cuilibet Euāgelistæ ea, quæ in alijs inueniebant, & sic oīa erant cōfusa, vt patet. ſ. in litera. Cęteri aūt libri noui testamenti sunt simplices. ſ. quia vnus nō cōcordat cū alio: ideo non potuit vnus cum alio cōfundi. Et sic solùm erant ibi errores interptum eorum, qui primo de Græco in latinum transtulerunt, & errores librariorū: in euangelijs aūt erāt tres modi errorum, quos s̄ declarauimus. *Quorum ordo iste est. Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes.* ſ. ordo Euangelistarum est iste in duobus. ſ. Primò fuit iste ordo in scribendo, quia prior scripsit Matth. deinde Marcus, postea Lucas, vltimo Ioā. vt patet in sequēti prologo, qui incipit. Plures fuisse, Scdò fuit iste ordo in canone, quia taliter ordinantur qualiter hic noīati sunt. Nā nō potuit in eis assignari alius ordo nisi ordo tpis in scribendo, vt declaratum fuit supra in prologo nostro in quadam quęstione. *Codicum grę corum emendata collatione.* i. ista præfaciuncula pollicetur. i. promittit quatuor euangelia emendata collatione codicū Græcorum. i. per cōparationem, vel collationē cū Græcis codicibus, quia emēdatio nō fuit alia nisi ꝙ latina exē plaria cōferrentur cū Græcis, & ubi latina discordarēt à Græcis corrigerent̄ per græca, ga in illis erat veritas. *Sed veterum.* i. licèt corrigamus latina exēplaria p greca, non corrigemus p quælibet greca, sed solū per vetera. Hoc dr̄ vno modo ad dr̄iam codicū Luciani, & Hesychij, qui erant noui codices inter græcos, & multa addiderant, q̄ falsā erant. Et de his dixit. s̄. Hier. p̄termitto eos codices, quos à Luciano, & Hesychio nūcupatos paucorum hoīum asserit peruersa cōtentio, & quia p istos nō intendebat emendare dixit, ꝙ nō emendaret nisi per ueteres codices. Aliter dr̄ hoc, quia ēt inter illos codices qui ab oībus grecis recipiebantur, veraciores erāt ueteres q̄ noui, quia librarij, vel correctores nō possunt ueteres libros corrigere, quia nō hñt per quid, nouos aūt p̄nt corrumpere, quia hoc facile est, Iō non est possibile in libris historicis, quales sunt libri Sacræ scripturæ ueraciores esse cōiter nouos, quā ueteres. Et istud est apud oēs gentes. Nam ēt apud Hebræos, qui hñt exemplaria ualde ueracia, libri ueteres ueraciores sunt, q̄ noui. Vnde Iosue. 21. deficit nunc in oībus Biblijs Hebręorū vnus versus, qui habet̄ in Biblijs latinis, & Rab. Dauid Kimhi, dicit se vidisse in antiquis Biblijs illū uersum. Ita ergo apud græcos ueteres codices ueraciores esse quàm noui: ideo per ueteres solū uoluit Hieron. emendare latinos. *Quæ ne multum à lectionis latinę consuetudine discreparent.* Est sententia longa usq; illum locum. *Canones quoque.* Est sensus, ꝙ Hier. uoluit dare istā quatuor euāgelia emēdata, ne tñ oīno discreparent

parent ista ab illis, quæ prius fuerant noluit omnino conformare Græcis exemplaribus in verbis, & in modo loquendi: sed solùm seruata veritate quantum potuit, permisit, quòd libri Latini manerent, sicut prius fuerant. Et sic illa solùm, quæ nec in uerbis, nec in sententia. poterant concordare Græcis codicibus emendauit. Alia autem, licèt in verbis, & in modo loquendi à Grecis discreparent codicibus: cùm tamen sententia eadem esset, permisit manere, vt prius fuerant. Et dicitur quæ, ideſt, illa Euangelia, quę ego dabo emendata, ne multum discreparent à consuetudine lectionis latinæ, ideſt, à consuetudine istorum librorum, qui nunc habentur apud Latinos. *Ita calamo temperauimus*, ideſt, temperauimus modum nostrum loquendi. Et figurata locutio. Temperantia enim est uirtus, qua desideria illicita secundùm tactum, & gustum refrænantur, ne sequamur illa, quantum ad ea inclinamur. Ita Hieronymus cū nunc emendaret Latinos codices per Græcos, inclinabatur ad sequendum omnino sentētias, & verba, & genus scribendi Græcorum, tenuit tamen se, vt non sequeretur omnino illos, sed solùm quantum ad sententias. De verbis autem, vel scribendi genere ſæpe non curabat, ne multum discreparet à consuetudine Latina. Et hic est temperare calamum, ideſt, non permittere eum omnino ire post Græcos. *Vt his tantum, quæ sensum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur, vt fuerant*, ideſt. Solùm correximus in libris Latinis ea, quæ videbantur mutare sensum à ueritate Græcorum: reliqua autem licèt in verbis, & stylo discordarent, permisimus manere in Latino, sicut prius fuerant.

Quomodo poterat facere Hieronymus, quòd in libris Latinis aliquid remaneret sicut prius. Quæſt. VII.

QVAERITVR, quomodo potuit Hieronymus facere, ꝙ in libris Latinis aliquid maneret, sicut prius fuerat: quia videtur ꝙ necesse erat omnia mutari, ita ut nihil maneret sicut prius: quia taliter erant corrupti libri Latini, quòd salua ueritate nihil poterat in eis manere sicut prius. Nā præsumptores imperiti cùm legissent primùm unum Euangelistam, & postea cæteros, quidquid habebatur in uno ponebant in cæteris, & quidquid in omnibus habebatur, ponebant in uno: etiam quādo eadem sententia reperiebatur apud plures Euangelistas, & non per eadem verba, emendabant omnes ad formam verborum illius, quem primò legissent. Et sic omnia erāt confusa in verbis, & sententijs. Ergo non poterat tanta corruptio tolli manentibus aliquibus partibus, sicut prius: potiſſimè quia ex verbis Hieronymi innuitur, quòd non erant multa, quæ corrigenda erant, cùm dicat, quòd fecit ne Euangelia sua emendata multum discreparent à libris prioribus. Quidam dicunt, ꝙ non manebat in libris Latinis aliquid sicut prius fuerat. Et cùm dicitur hic, quòd uoluit facere, quòd ista Euangelia, quæ corrigebat, non discreparent multum à consuetudine Latinæ lectionis, ideſt, quòd licèt emendarentur per Grecum, quòd non secutus est stylum Grecum, sed magis tenuit Latinum, vt non discreparet à consuetudine Latinæ lectionis, ideſt, Latini styli: iste sensus non stat, cùm dicat Hieronymus, quòd illa solùm, quæ mutabant sensum correcta sunt, & reliqua manserunt sicut prius. Ergo necesse est, quòd intelligatur de aliquibus libris corruptis, in quibus corrigerentur ea, quæ mutabant sententiam, & reliqua manerent sicut prius. Nam quantum ad stylum nihil istud pertinebat: quia Hieronymus totaliter sequeretur stylum Latinum, etiam si scriberet de Græco. Aliter dicendum, ꝙ Hieronymus corrigendo istos libros potuisset facere magnam mutationē si omnino secutus fuisset verba Grecorum codicū: & sic Euangelia, quæ ipse daret, emendata discreparent omnino, aut valde multum à libris Latinis, qui tunc habebantur. Vt autem non omnia discreparent, solùm mutauit ea, quæ non poterant manere salua veritate. Ad difficultatem dicendum, ꝙ si omnes Latini codices fuissent uno, & eodem modo corrupti, nō potuissent Euangelia, quæ Hieronymus daret correcta cōcordare libris Latinis. Sed codices Latini erant variè corrupti: nam quidam multum alij parum: quidam sic, alij aliter. Nam ut supra dicitur, tot erant exemplaria, quot codices, scilicet, quia nullus liber cum alio cōcordabat. Vnde quidam erant solùm corrupti vitio interpretum: alij solùm errore librariorum: alij præsumptione imperitorum correctorum, & quidam duobus modis istorum, & alij, tribus. Qui enim solùm corrupti erant vitio librariorum aut vitio interpretum faciliter corrigi poterant, ita ut codex emendatus modicū distaret à priori codice corrupto. In illis, qui erāt corrupti à præsumptoribus, vbi erant omnes Euangelistæ confusi in vnum, non poterat hoc fieri: nisi vbi illa cōfusio erat facta in paucis locis. Alioquin necesse erat librum emendatum omnino discrepare à priori corrupto.

Ad quid voluit Hieronymus, quòd libri suæ translationis modicum discreparent à prioribus libris. Quæſt. VIII.

QVAERITVR, ad quid Hieronymus voluit quòd libri isti, quos ipse traderet emēdatos, modicum discreparēt à prioribus libris: cùm hoc non videretur proficere. Dicendum ꝙ hoc fuit propter multa. Primò ut isti calumniatores facilius reciperent libros emendatos ab eo. Nam cùm minus discreparent à prioribus, facilius illos acciperent. Secundò vt minus clamarēt cōtra Hieronymū. Nam à principio isti clamarent cū fallarium, & sacrilegum, vt patet supra in litera. Et hoc quando viderent, quòd liber suus discrepabat à libris eorum. Ideo quanto magis discreparent tanto magis clamarent. Voluit autem Hieronymus tollere occasionem scandali quantū potuit. Tertiò vt verisimilior videretur correctio Hieronymi, quia si illa multum discreparet à libris Latinis, innueretur illos esse valde corruptos: si autem parum discreparet, innueretur paruum fuisse errorē. De grauissimo autem errore non erat ita uerisimile, quomodo introduci potuisset in omnes libros Latinos, sicut de paruo. Ideo verisimilior esset correctio Hieronymi si parum discreparet à Latinis libris, quàm si multum. Et ad hoc nimis debuit attendere Hieronymus, vt opus suum verisimilius esset, & facilius reciperetur. Quartò quia una de difficultatibus impedientibus istā correctionem erat mutare linguam senis, & canescentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum: si tamen multum discordaret emendatio Hieronymi à libris Latinis, omnes senes inciperent quasi de nouo addiscere. Si autē modicum discreparet, esset paruus labor reformare noua cum ueteribus, & non esset quasi de nouo addiscere. Ideo debuit Hieronymus quantum potuit sālua veritate tenere similitudinem priorum librorum. Quintò, & præcipuè, quia si emendatio Hieronymi multum discreparet à Latinis codicibus, oporteret omnes codices veteres perire, & de nouo omnia scribi. Si autem modicū discreparet à prioribus, poterant manere idem libri, & corrigi, & non oporteret de nouo scribi, & perire veteres, quod indu cebat magnos sumptus. Ideo erat valde vtile, ꝙ modicum discreparet ista translatio à prioribus libris. Sextò quia de iure est, quòd res semper debet interpretari potius,

Universidad de Deusto
Biblioteca

potius, vt valeat, quàm vt pereat. Ideo inquātum libri Latini potuerunt tolerari, debuerunt potius manere, quā mutari. Septimò propter honorem Ecclesiarum immo totius Latinæ ecclesiæ, quia quanto haberet codices magis corruptos, videretur magis errasse prioribus temporibus. Si autem translatio esset nunc multum discrepans appareret multum errasse ecclesiam. Et sic debuit seruari honor eius quātum potuit faciendo emendationem parum discrepantem à prioribus libris.

Canones quoque, quos Eusebius Cesarien sis Episcopus Alexandrinum secutus Ammonium in decem numeros ordinauit, sicut in Græco habentur, expressimus. Quia siquis de curiosis voluerit nosse quæ in Euangelijs, vel eadem, vel vicina, vel sola sint, eorum distinctione cognoscet. Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inoleuit, dum quod in eadem re alius Euangelista plus dixit, in alio, quia minus putauerint, addiderunt.

Canones quoque. Hic ponitur de ipsis canonibus Euangeliorum quos Hieronymus nunc apposuit correctioni, quam fecerat, & dicitur, Canones quoque quos Eusebius Cesarienſis Episcopus, scilicet, expressimus in libris Euangeliorum canones, quos ordinauerat Eusebius Cesarienſis Episcopus. Iste Eusebius fuit vir clarissimus ante tempora Hieronymi sapientiæ magnæ, & scripsit librum de gestis Ecclesiasticis, & ordinauit tempora. De hoc Hieronymus in lib. de Illustribus viris. Iste ordinauit canones Euangeliorum. Vocatur Cesarienſis Episcopus ad differentiam aliorum, qui hoc nomine appellantur. Vocatur quoque Eusebius Pamphili. De quo etiam Hieronymus facit mentionem. De hoc dicetur infra in quadam quæstione. Erat autem Episcopus Cesareæ Palestinæ. Nam una est Cæsarea Cappadociæ, & alia est Cæsarea in terra Iudeæ. Et ista est duplex. Quædam, quæ vocatur Cesarea Philippi, quam vocauit sic Philippus frater Herodis, de qua infra 16. Alia est Cæsarea, quæ vocatur communiter Cesarea Palestinæ, & est versus meridiem terræ Iudeorum iuxta mare mediterraneum in parte occidentali. Et istam vocauit sic Herodes, & reædificauit eam. De hoc habetur in actibus Apostolorum. Et in hac erat Philippus, & filiæ eius Prophetissæ. Actu. 21. *Alexandrinum secutus Ammonium.* Iste Ammonius Alexandrinus fecit canones Euangeliorū, quos ante eum nemo inuenerat, & Eusebius secutus est ipsum ordinando ipsos in libris Euangeliorum. *In decem numeros ordinauit*, ideſt, distinxit in decem partes, vel ordines, & totidem canones sunt, quot ordines. Nam decem dicimus canones Euangeliorum, sicut dicimus decem ordines, vel numeros, *sicut in Græco habentur expressimus*, ideſt. Posuimus expresse, & apertè istos canones, & numeros ipsorum sicut habebātur in libris Græcis. Nam canones, qui sunt isti decem ordines, habentur in principijs Euangeliorū distincti, & ordinati per lineas suas. Numeri autem ipsorum habentur in marginibus ipsorum Euangeliorum in quolibet folio, & per ipsos numeros scimus intrare in canonem cuius est numerus, & inde cognoscimus quæ sunt, in quibus Euangelistæ concordant, & quæ sunt singulis propria. Isti canones habebantur in omnibus libris Græcis, & Hieronymus transtulit eos tanquam viles valde. Nunc autem errore librariorum sæpe corrumpebantur, & mo-

Canones euangeliorū.

dernorum negligentia omissi sunt, ita ut in Biblijs nostris iam non habeantur nisi in antiquissimis: cùm tamen sint valde viles. *Quod si quis de curiosis voluerit nosse*, ideſt, ad curiosos pertinet scire ea, in quibus Euangelistæ cōcordant, vel differunt, & quæ sunt singulis propria. Accipitur curiositas aliquādo in malum, scilicet, pro desiderio sciendi res inutiles, cum per studium illarum omittantur res viles, hic autem accipitur curiositas in bonum pro desiderio sciendi res subtiles, viles tamen. Et ita erat hic. Quæ autē sit vtilitas canonum, infra declarabitur. *Quę in Euangelijs, vel eadem, vel vicina, vel sola sint.* Istud cognoscitur per canones Euangeliorum, scilicet, quæ sunt eadem in eis, ideſt, in quibus Euangelistæ pauci, vel multi concordant, & quæ sunt vicina, ideſt, aliquo modo similia. Istud est quando Euangelistæ multi ponunt eandem sententiam: vnus tamen de ea plus, quàm alius expressit. Et ibi sunt dicta vicina quantum ad id, in quo similantur: non sunt eadem, quia non concordant totaliter in eadem sententia: vel quæ sola sint, ideſt, in quibus Euangelistæ inter se non concordent, nec in toto, nec in parte, sed quilibet addat super omnes aliquam sentētiam. Sciendum q̄ ad inueniendum ea, quę sola sunt, ideſt, in quibus non concordant, est unus canon, scilicet, decimus, in quo singuli dicunt propriè. Ad inueniendum autem, quæ sunt eadem, sunt nouem canones. Ad inueniendum quæ sunt vicina, nullus canon est: quia non fit differentia quæ sint eadem, vel uicina. Nam sicut per nouem canones inueniūtur quæ sunt eadem: ita per eosdem inueniuntur quæ sunt vicina: *Eorum distinctione cognoscat*, ideſt, istud cognoscetur per distinctionem canonum. Quod si particula illa, quæ quæritur pertineat ad decimum canonem, apparet quòd illa propria est illius Euangelistæ, in quo inuenta est, & non concordat in ea cum aliquo. Si autem sit in aliqua de nouem canonibus concordat illę Euangelista cum alio, vel cum alijs. An tamen concordet cum uno, vel cum pluribus, & qui sint illi cum quibus concordat scietur ex numero canonis: q̄a in quolibet expressum est qui Euangelistæ inter se concordent. *Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inoleuit.* Hic ponitur in quo proficiunt canones, scilicet, ad tollendum confusionem, quæ erat miscendo dicta Euangelistarum, & ut de cętero confundi nō possent: sed sciremus, quæ sint propria cuilibet, & quæ sunt in quibus cum alio, vel aliis concordat. Quo suppositio stante canone in marginibus Euangeliorum cognoscetur an in aliquo Euangelista sint aliqua, quę ad eum nō pertinent, & quę sunt illa, & cuius sunt. Istę autem error confusionis inoleuerat, ideſt, consuetus erat in libris Latinis. Et ad tollendum eum fuit vtilis annotatio canonum, *dum quod in eadem re alius Euangelista plus dixit, in alio, quia minus putauerunt, addiderunt*, ideſt, aliqui imperiti correctores, vel potius præsumptores inuenientes in eadem re, ideſt, circa unam rem, quòd unus Euangelista plura dicebat, quàm alius, sicut sæpe fit, & putabant, quòd ea, quę minus habebantur in uno deerant ei: ideo supplebant de alio.

Quomodo illi, qui addiderunt Euangelistis hoc facere ausi sint, cùm ex hoc essent manifestè falsarij.
Quæst. IX.

QVAERITVR, quomodo isti poterant addere quod in uno non erat de alio, cum erant manifestè falsarij apponentes aliquid in Sacra Scriptura. Dicendum quòd isti non putauerunt Euangelistas sic scripsisse; sed quòd omnes concordauerant tam in sententijs, quàm in uerbis. Sicut cùm sunt quatuor notarij, vel plures eiusdem causæ, vel

vel contractus, omnes scribunt omnino idem tam in sententijs, quam in verbis. Maximè cùm isti regerentur Spiritu sancto, credebant isti imperiti correctores, quòd magis concordarent, quia Dominus est Deus pacis, & concordiæ & non dissensionis, nec contētionis, infra Corin. 14. putauerunt ergo, quòd hoc euenerat errore librariorum latinorum, vel græcorum, qui ex negligentia multa omittunt. Vel quòd euenerit vitio interpretum, ideſt, eorum qui primò de græco trā stulerunt. Nam si crederent, quòd Euangelistę sic scripserant, non ausi fuissent manum apponere, & non dicerent deesse libris eorum aliquid. Quia cùm auctor libri plura non vult apponere libro suo, etiam si plura conuenienter posset apponere, nihil illi libro deesse dicitur, quia totam mensuram habet, quam dedit ei suus auctor. Erant autem isti imperiti, qui non aduertebāt, quòd non fuit eadem intentio omnium Euang. scribentium. Nam Beatus Ioan. solum scripsit, vt supplere ea, quæ de Deitate in alijs Euangelistis non habebantur, vt patet sequenti prologo, qui incipit: Plures fuisse. Ideo necesse erat quòd ille in multis adderet super alios Euang. quantum ad ea, quæ pertinebant ad Deitatem. Et sic de singulis eorum, quia quilibet habuit suam propriam intentionem scribendi, vt declaratum est præcedenti prologo in quæstionibus. Et quantum ad illa, quę principaliter quilibet intendebat necesse erat, quòd aliquid adderet super cœteros. Similiter isti errauerunt putantes omnes Euangelistas, concordare debere in verbis. Sed non oportebat, quia si in sententijs, non concordabant, quanto magis in verbis.

Vel dum eundem sensum alius aliter expressit, ille, qui vnum è quatuor primùm legebat, ad eius exemplum cœteros quoque æstimauerit emendandos. Vnde accidit, vt apud nos mixta sint omnia, & in Marco plura Lucæ, atque Matthęi. Rursum in Matthæo plura Ioannis, & Marci, & in cœteris reliquorum, quæ in alijs propria sunt, inueniantur. Cùm itaque canones legeris, qui subiecti sunt confusionis errore sublato, & similia omnium scies, & singulis sua quæque restitues. In canone primo concordant quatuor Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes. In secundo tres, Matthæus, Marcus, Lucas. In tertio tres, Matthæus, Lucas, Ioannes. In quarto tres, Matthæus, Marcus, Ioannes. In quinto duo. Matthæus, Lucas. In sexto duo. Matthæus, Marcus. In septimo duo, Matthæus, Ioannes. In octauo duo. Lucas, Marcus. In nono duo. Lucas, Ioannes. In decimo, propria vnusquisque, quæ non habentur in alijs, ædiderunt. Singulis verò Euangelijs ab vno incipiens vsq; ad finem librorum dispar numerus accrescit. Hic nigro colore præscriptus sub se habet alium ex minio discolorem numerum, qui ad decem vsque procedens indicat: prior numerus, in quo sit canone requirendus. Cùm ergo aperto codice, verbi gratia, illud, siue illud capitulum scire volueris cuius canonis sit, statim ex subiecto numero doceberis, & recurrens ad principia, in quibus canonum est distincta congeries, eodemque statim canone ex titulo frontis inuento: illum, quem quærebas numerum eiusdem Euangelij, qui & ipse exinscriptione signatur inuenies: atque è vicinio cœterorum tramitibus inspectis, quos numeros è regione habeant adnotabis, & cum scieris, recurres ad volumina singulorum & sine mora repertis numeris quos ante signaueras reperies, & loca, in quibus, vel eadem, vel vicina dixerunt. Opto vt in Christo valeas, & memineris mei Papa Beatissimè.

Iste erat alius error, scilicet, quando nihil addebat in sententia vnus Euangelista super alium, sed eandem sententiam expressit vnus per quædam verba, & alius per alia: vel vnus breuius, & alius prolixius. *Ille qui vnū ex quatuor primum legerat, ad eius exemplum cęteros quoque extimauerit emendandos.* Scilicet, isti præsumptores, quādo primò legebant vnum Euangelium quodcunque illud esset, putabant illud bene se habere, & ad similitudinem verborum illius emendabant omnes alios Euangelistas. Istud etiam putauerunt errore librariorum euenisse. Nam credebant, quòd Euangelistæ etiam in verbis nequaquam discordarent. Istud quoque dicitur, quòd emēdabant cœteros ad exemplum primi, quem legissent, intelligitur solùm quantum ad similitudinem verborum, quod pertinet ad istum secundum errorem. Nam si in illo aliquid minus esset, quàm in illis, quos postea legerent, emēdabant quem primò legissent ad exemplum eorum, quos postea legerent, vtpotè si primum Marcum, qui minor est legerent: emendabant eum supplendo quæ plus habebantur in Matthæo, Luca, & Ioanne. *Unde accidit, vt apud nos mixta sint omnia.* Ideſt. Ex istis duobus erroribus euenit, quòd apud nos, ideſt, apud latinos codices mixta sint omnia, ideſt, illa, quæ pertinent ad vnum Euangelistam sint in alijs, & è contrario. *Et in Marco plura Lucæ, atque Matthæi.* Quia Marcus erat minor omnibus, nullus erat, cui plura apponi possent. Et sic multa de Luca, & Matthæo apposita sunt. Et non solùm de istis, sed etiam multa de Ioanne, qui plurima ponit, quæ Matthæus, & cœteri non habent. Sciendum tamen, quòd ista corruptio non habebatur apud omnes libros latinos, sed in quibusdam, & non æqualiter in omnibus, quia in quibusdam erāt plura mixta, in alijs autē multa fm q̄ illa imperiti correctores plura audebant facere, & imperitiores erant. *Rursus in Matthęo Ioannis, & Marci.* i. etiam in Matthæo plura erant multa posita, quæ pertinebant ad Marcum, & Ioannem. De Marco pauca poterant apponi Matthæo: quia quasi omnia, quæ scripsit Marcus, scripserat prius Matthęus, vnde Augu. lib. 1. de concordia Euangelistarū vocat Marcum abbreuiatorem Matthei. Aliquid tamen Marcus addidit super Matthæum, & singulos, licèt plurima, quæ Matthæus scripserat, omisit, quia non est aliquis Euangelista, qui non scripserit aliqua super cæteros, quia aliàs esset aliquis Euangelista,

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui non poneretur in decimo canone, cùm ibi sola po
nantur, quę quisque habet propria, in quibus non con
cordat cum alijs, & tamen omnes Euangelistę ponun
tur in decimo canone. Habet tamen Marcus nimimũ
locum in illo, quia ipse pauciora propria habet, quàm
cæteri, vt ait August. in lib. de concordia Euangelista-
rum, & apparet ex ipsa canonũ inscriptione. De Ioan-
ne autem multa poterant poni in Matthæo, quia nul-
lus est, qui plura habeat propria: ideo Ioan. in decimo
canone maximum locũ habet, vt apparet ex ipso. De
Luca etiam intelligendum est, ꝙ aliqua apposita fue-
rant, vel apponi poterant Matthæo, quia etiam Lucas
propria habet sicut cæteri. *Et in cæteris reliquorum, quæ
alijs propria sunt inueniant.* Posuit exemplum de duobus
Euangelistis, & omisit de alijs duobus, de quibus dicit
idem esse, scilicet, quòd in Luca inueniuntur multa de
Matthæo, Marco, & Ioanne: & in Ioanne inueniuntur
multa de Matthæo, Marco, & Luca: & quæ sunt pro-
pria singulis inueniuntur mixta in cæteris: quod per
errorem factum est, sicut dictum est. *Cùm itaque cano-
nes legeris, qui subiecti sunt.* Ponit quomodo ista confu-
sio tolleretur per canones, scilicet, quia per illos resti-
tuerentur singulis propria. Et dicitur qui subiecti sunt,
idest, qui positi sunt in principijs Euangeliorum: Nam
in Biblijs antiquis ibi solent omnes decem canones or
dinatè poni. Vel dicitur, qui subiecti sunt, idest, suppo-
siti marginibus per singula loca Euangeliorum ad co-
gnoscendum ad quos canones pertinent illa loca. Et
iste est sensus literæ, *Confusionis errore sublato*, idest, aufe-
retur per hoc confusio, quia scienter aliquid additum
est cuilibet. *Et similia omnium scies, & singulis sua quęque
restitues*, idest, scietur per istos canones quid est, in quo
omnes cõueniunt, & quę sunt propria cuilibet, in qui-
bus cum nullo conuenit. Et non solùm quę sunt com
munia omnibus: sed etiam, quæ sunt cõmunia tribus,
& quæ duobus, & quibus de ipsis duobus, vel de ipsis
tribus. Nam pro quatuor ponitur vnus canon: pro tri
bus inter se concordantibus ponuntur tres canones:
pro duobus ponuntur quinque, & pro proprijs singu-
lorum ponitur vnus canon. *In canone primo concordant
quatuor.* Quatuor Euangelistæ habent inter se multa
communia, & illa ponuntur in primo canone. De sin-
gulis autem alijs canonibus, qui, & quot concordant
litera dicit, quæ plena est usque ibi, *in decimo propria
vnusquisque, quæ non habentur in alijs ædiderunt.* In primis
nouem canonibus est concordia ipsorum Euangeli-
starum plurimum, vel paucorum: in decimo autẽ sunt
ea, quæ sola sunt, idest, in quibus nullus conuenit cum
alio, & quilibet ipsorum habet aliquid proprium. Et
ob hoc canon decimus est diuisus in quatuor ordines:
quia pro quolibet Euangelista canon ponitur. Quili-
bet autem de nouem prioribus simplex est, idest, vni-
cum habent ordinem. In singulis verò Euangelijs hic
ponitur modus, quo quilibet sciat inuenire ad quæ ca-
nones sunt instituti, & est modus, quo quilibet Euan-
gelista diuisus est per partes minimas, siue sententias
breues. Nam nos habemus diuisa Euangelia, & quos-
libet libros Scripturæ per capitula, & sunt partes ma-
gnæ nam in quolibet Euangelistarum pauca capitula
sunt. Ad inueniendum autem, in quibus concordant,
& quæ sunt propria, oportuit diuidi ipsos per breues
sententias in plurimas partes, ita quòd Matthæus diui-
ditur in trecentas, & plures partes, & sic de quolibet
alio secundùm magnitudinem, vel paruitatem libri, &
secundùm pluralitatem, vel paucitatem sentẽtiarum.
Et istę partes signantur numeris continuatis ab uno,
vsque ad finem. Et ponitur numerus in principio cu-
iuslibet particulę incipiendo ab vno, crescit semper nu
merus secundùm numerum ipsarum particularum.
Et est ista annotatio de nigro. Apud quamlibet autem

Declaratur qũo canones euangeliorum intelligantur.

istarum annotationum est alius numerus de rubeo, &
iste non est continuus, sed aliquando ponitur sex, &
immediatè ponitur tria, vel unum, vel decem: sicut ac
cidit. Et iste numerus non crescit nisi usque ad decem,
& est numerus canonum. Numerus niger est particu-
laris. Ponitur autem rubeus apud nigrum, vt sciatur
de qualibet parte, vel sententia Euangelistæ ad quem
canonem pertineat, & tunc intramus illum canonem,
& quærimus illum numerum nigrum, qui inuentus
fuerat iuxta particulam, quam quærebamus, & ibi vi-
detur an cum alio Eueanligsta concordet, vel non, &
cum quot, & in quibus particulis librorum suorum.
Vt pote siquis vellet quærere in Matthęo in particula.
30. quę est signata de nigro apud illam inueniet nume
rum rubeum. Et si sit septem, est signum, ꝙ illa parti-
cula. 30. Matthæi pertinet ad canonem septimum, in
quo concordant Matthæus, & Ioannes. Et ex oppo-
sito istius numeri nigri, scilicet, triginta erit alius nume-
rus in linea beati Ioannis fortè similis, vel dissimilis. Et
secundùm illum numerum est locus particulæ in qua
conuenit Ioannes cum Matthæo. Et iste est modus in-
ueniendi quantum ad omnes Euangelistas. Et secun-
dùm hoc potest intelligi tota litera, *ab vno incipiens vs-
que ad finem librorum dispar numerus increscit.* Iste est pri-
mus numerus, scilicet, niger qui in quolibet Euangeli-
sta ponitur, & incipit à principio usque in finem, idest,
in principio cuiuslibet Euangelistæ ponitur unitas, &
postea duo, & continuantur numeri usque ad finem:
ita ꝙ ultimus numerus libri est maximus, & per hoc
potest cognosci an nigri numeri sint corrupti, scilicet,
si non sint continuati. Dicitur etiam hoc ad differen-
tiam numeri rubei: quia ille non continuatur à princi-
pio, vsque ad finem: cùm solùm perueniat usque ad
decem, & etiam in istis decem non est continuatio,
quia aliquãdo ponitur numerus decem, & iterum de-
cem: & iterum decem: & sic de alijs numeris qui sæpe
similes sunt in rubeo, & etiam aliquando ponetur de-
cem de rubeo, & post illum ponetur immediatè quin-
que, vel duo, vel septem sicut acciderit: ita quòd in istis
rubeis numeris nullus est ordo, nec continuatio. Et di
citur dispar, quia numerus increscit, idest, iste nume-
rus niger semper est dispar, quia sequens semper est
maior, quàm præcedens, cum crescat continuè. *Hoc
nigro colore prescriptus sub se habet alium ex minio numerum
discolorem*, idest, iste numerus scriptus de nigro, de quo
dictum est, habet sub se alium numerum discolorem,
idest, diuersi coloris, quia ipse est de nigro, & alius est
de minio, idest, de rubeo. Et habet illum sub se, quia
est coniunctus sibi. Et iste numerus rubeus indicat nu
merum canonis. Oportuit istos numeros esse discolo-
res, vt sciremus quis signaret numerum particularum,
& quis numerum canonum. Poterãt etiam ambo esse
de eodem colore, & quòd unus poneretur semper ante
alium, & sciretur, quòd prior significabat semper ca
nonem, & posterior numerum particularum, vel è cõ-
trario, sicut fit in numeris tabularum astrologicarum,
quia quidam numeri sunt pro signis: alij pro gradibus,
alij pro minutis, & consequenter de alijs factionibus,
& solùm cognoscuntur ex ordine: quia prius ponun-
tur signa, deinde gradus, deinde minuta. Sic etiam fit
in tabulis temporum, quas facimus ad coniunctiones,
vel oppositiones, vel aspectus planetarum, quia ponimus annos, menses, dies, horas, & fractiones horarum,
& correspondent eis diuersi numeri in eadem linea,
& solùm cognoscuntur ex ordine. Fuit tamẽ facilius,
quòd ponerentur isti numeri discolores, vt unus non
confunderetur in alio. Nam quando librarij uiderent
eos discolores, scirent manifestè non pertinere ad ean
dem rem, & non coniungerent unum alteri, sed distin
ctos scriberent. Si uerò essent eiusdẽ coloris, interdum

face-

facerent eos vnum numerum, & confunderentur om
nia. *qui ad decem vsque progrediens*, idest. Iste numerus
de rubeo solũ extenditur vsque ad decem, quia signat
canones, qui sunt solùm decem, non tamen progredi-
tur continuatè sicut numerus niger, vt supra dictum
est. *Indicat prior numerus in quo sit canone requirendus*, id-
est. Iste numerus rubeus indicat in quo canone sit re-
quirendus prior numerus, idest, numerus niger, qui
ponitur ante rubrum. Et est ille numerus particularis
Euangelistæ: qui numerus inquirendus est in canone;
quem designat numerus rubeus, & inde uidebitur an
cum aliquo concordet, & quis sit ille, an cum nullo
concordet. *Cum igitur aperto codice: verbi gratia, illud, siue
illud capitulum scire volueris cuius canonis sit.* Posuit Hie-
ronymus supra regulam inquirendi in canonibus: hic
ponit quandam practicam, scilicet, quòd aperiat, qui
voluerit librum cuiuslibet Euangelistæ, & in quocun-
que loco uoluerit, & accipiat quamcũque particulam
voluerit, vel quæ ei cito occurrerit, & de illa poterit sci
re, in quo canone sit per istos duos numeros, nigrum,
& rubeum. Et nihil aliud hic desideratur. Quia post-
quam scitur de qualibet particula, in quo canone est,
inde colligitur, cum quo, vel cum quibus concordat,
& in quibus locis. Et dicitur verbi gratia, quia est mo-
dus ad ponendum exemplum. Dixit Hieronymus.
Istud, vel illud capitulum; accipiendo strictè capitu-
lum, quia nos vocamus capitula distinctiones magnas
ipsius Scripturæ, sicut in Biblijs distinguũtur, & sic pau
ca capitula sunt cuiuslibet Euãgelistæ: nam qui maior
est, scilicet, Matthęus ad 29. solum peruenit. Et illa di-
stinctio capitulorum nõ proficit nobis ad canones, sed
accipitur capitulum pro qualibet particula signata per
numerum nigrum, qui continet paruam sententiam,
& de qualibet illarum prosequitur, in quo canone sit.
De uno autem capitulo secundùm distinctionem no-
stram non posset inueniri, in quo canone sit, quia non
est in uno, sed in multis, & fortè erit aliquod capitu-
lum, quod sit in quatuor, vel quinque canonibus.
Statim numero ex subiecto doceberis. idest scies per nume
rum subiectum. Iste est numerus rubeus, qui subijci-
tur numero nigro, & indicat in quo canone sit nume-
rus niger. *Et recurrens ad principia singulorum.* Idest, sin-
gulorum Euangelistarum. *In quibus canonum est distin-
cta conjeries.* Idest congregatio, vel ordo canonum est
distincta in principio cuiuslibet. Sciẽdum, quòd aliud
est canon, aliud numerus canonis. Canon dicitur ip-
sa coordinatio numerorum secundùm lineas, in qui-
bus Euangelistę conueniunt, vel soli sunt. Et istę coor-
dinationes per se ponuntur extra euangelia: numeri
autem canonum ponuntur in marginibus Euãgelio-
rum secundùm correspondentiam particularum. Et
continuãtur isti numeri nigri, qui sunt in marginibus,
& tamen numeri nigri, qui sunt in canonibus in nullo
canone continuantur, sed aliquando ponitur. 30. ante
quinque, vel quatuor, & sic de alijs numeris. Et signifi-
cat hic Hiero. quòd in principio cuiuslibet Euangeli-
stæ sunt omnes canones distinctè positi. Nunc tamen
non sunt sic: sed solùm ponuntur in principio Mat-
thæi. Diuersitatis ratio est, quia tempore Hiero. non
erant omnes libri Sacræ scripturæ redacti in vnum
volumen, quod Bibliam vocamus, sicut nunc: sed sin-
guli libri per se erant, & ita quatuor Euangelistæ erãt
in quatuor libris, qui non semper erant simul. Et ob
hoc, vt aperto libro cuiuslibet Euangelistæ inuenire-
tur quidquid vellemus in quo canone esset: necesse
erat, quòd in cuiuslibet Euangelistæ principio omnes
canones simul ponerentur. Nũc autem, quòd omnes
Euangelistæ sunt in eodem volumine sufficit in prin-
cipio Matthæi poni istos canones. *Eodemque statim ca-
none ex titulo frontis inuento.* Idest inuenies canonem
immediatè ex titulo frontis, idest, super frontem cu-
iuslibet canonis ponitur nomen eius, scilicet, an sit pri-
mus, vel secundus, vel quotus est. Et dicitur in fronte,
idest, in principio, vel capite. *Illum, quem quærebas nume-
rum eiusdem Euangelistæ.* Idest, inuenies illũ numerum
nigrum, quem quærebas. Et ille vocatur numerus
Euangelistæ: quia inuentus fuit in margine Euangeli-
stæ designans numerum particularum ipsius, siue ca-
pitulorum, vt Hieron. loquitur. *Qui & ipse ex inscriptio-
ne signatur inuenies.* Idest, inuenies numerum Euange-
listæ, qui numerus signatur, scilicet in canone ex in-
scriptione, idest, per literas suas, quia quilibet numerus
ibi inuenietur cuiuscunque canonis secundùm quòd
annotauerunt numeri rubei. *Atque è vicino cæterorum
tramitibus inspectis.* Idest, ex opposito considerabis tra-
mites aliorum Euangelistarum. Vtpotè, si quærimus
in primo canone in quo concordant quatuor: cùm
quæsiuerimus, de numero vnius debemus respicere
tres lineas aliorum, quę vocantur tramites, & respicie-
mus numeros, qui sunt ex directo oppositi illi nume-
ro, de quo quærebamus. *Quos numeros è regione habeant
annotabis.* Idest signabis, vel considerabis, qui numeri
sint illi, qui sunt ex opposito illius numeri. Vt si quis
quęrat in Matthæo in parte septuagesima, quæret qs
numerus rubeus est sub illa parte, & inueniet vnitatẽ
de rubeo, quæ significat primum canonem, & intra-
bit in illum, & inquiret ibi istum numerum septuagin
ta. Et quia primus canon habet quatuor Euãgelistas,
ponuntur quatuor lineæ pro illis, & intrabit primam
lineam, quæ est Matthæi, & inquiret numerũ septua-
ginta: & tunc considerabis aliàs tres lineas trium Euã-
gelistarum, & inuenies in linea Marci. 30. & in linea
Lucæ. 37. & in linea Io. 29. Ex quo apparet, quòd illa
sententia quam posuit Matth. in particula septuages-
ima, est in Marco in vigesima, & in Luca in 37. & in
Ioanne in 29. Et ita de omnibus alijs inquiri potest in
quacunque parte voluerimus. *Et cum scieris recurres ad
volumina singulorum.* idest, postquam scieris in quibus
illud dictum Euangelistæ reperitur in alijs Euang. re-
curremus ad ipsos Euang. & in locis, quos inuenimus
in canone reperiemus sententiam illam, quam inue-
neramus in illo Euangelista, cuius librum aperuera-
mus. *Et sine mora repertis numeris, quos ante signaueras.* Id-
est, nulla erit mora ad inueniẽdum, in marginibus sin-
gulorum, Euangelistarum illos numeros quos inue-
neramus in canone, & signaueramus, scilicet, ponen-
do aliquem punctum eorum eis, vt non obliuiscamur
eos, vel scribendo eos in aliqua charta extra canonem.
Reperies & loca in quibus, vel eadem, vel vicina dixerunt.
idest, per illos numeros inuenies in prædictis Euange-
listis loca illa, in quibus illi dixerunt eadem, vel vicina,
idest, aliqualiter similia. Nam quando Euangelistæ di-
cunt aliquid omnino simile in sententia, licèt nõ sint
verba eadem, dicuntur dicere eadem. Cùm autem di-
cunt eandem sententiã, sed vnus magis exprimit eam
quàm alius, vel quia vnus breuius, & alius latius. dicun-
tur dicere vicina sibi. Et non est ad hoc distinctio ca-
nonum, sed in illo, in quo ponuntur eadem, ponũtur
vicina vel similia. Posuimus autem supra exemplum
inquirendi in primo canone: similis modus est inqui-
rendi in omnibus alijs canonibus, nisi quòd in alijs nõ
cõcordant tot Euangelistæ quot in primo. In decimo
canone est facilior modus, inquirendi, quia ibi quili-
bet est solus, ideo quando quis sub numero nigro in-
uenerit numerum rubeum decem, qui designat deci-
mum canonem, non oportet, quòd recurrat ad cano-
nem, sed sciat, quòd illud dictum in nullo alio Euan-
gelista est: & sic cum nullo conuenit. Nisi forte acci-
deret eundem Euangelistam bis, vel pluries eadem
dicere in libro suo. Quod rarissimè accidit. Sed ad hoc

ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

canones non proficiunt,quia tunc oporteret poni pro quolibet Euangelista plures Euangelistas in decimo canone: vt illa, quæ multiplicata erant possent ex numero,& collatione linearum inueniri, sed nō factum est:quia rarissimum est, & parum prodest.

Sciendum tamen, ne quis ignarum ex similitudine numerorum error inuoluat: ꝙ sicubi in subnotatione canonum distinctorum canone quolibet tres Euangelistæ bis, ter, vel quater, aut etiam amplius eundem numerum per ordinem habuerint annotatum, & quartus è contrario diserepanter, ꝙ id tres illi, in eo loco semel dixerint, quartus totiēs in corpore voluminis sui ponat, quotiens diuersi numeri in eius canone positi sint, contra prędictorum numerorum continuatas similitudines. Item si in vno quolibet eorum, aut etiam duobus idem in canone numerus,bis, ter, quater: aut eo amplius reperiatur in ordine, & dispares inueniantur: in cęteris, dubium nō erit quin id, quod illius, illorumvę canonis numerus bis, terq; repetitum ab his in volumine semel dictum esse ostendit alter,alterive eorum toties vno, atque eodem sensu loquantur,quoties prętulerint in numerorum annotatione distantiam. Et hoc in omnium nouem canonum collationem seruabitur.Cęterum in decimo quoniam propria singulorum tantummodo continent: non potest contra id comparatio esse,quod solum est.

Ideſt,sciendum est tamen, ne quis error, qui potest I accidere ex similitudine numerorum inuoluat ignarum, ideſt, homines simplices, & faciat eos dubitare circa canones, an veraciter scripti sint. Et ponuntur hic duæ considerationes, vel cautelæ ad tollendum errorem. Prima durat vsque ad illum locum. *Item si in vno*. Secunda incipit ibi: perueniens vsque ad finem prologi. Prima cautela est, quòd aliquando in canonibus reperiuntur aliqui Euangelistæ ponere pluries eundem numerum: & alius, qui est eis coniunctus in eodem canone ponit diuersos numeros oppositos illis: dicit, quòd per hoc signatur, quòd quilibet illorū Euangelistarum in libro suo totiens ponit eandem sententiam,quoties numerus ille repetitur. Hoc quidam putant, sed falsum est. Quia etiam si quinquies ponatur idem numerus, vnica sententia est in ipso loco: de quo infra dicetur. Et alius, qui ponit numeros discrepantes posuit toties illam sententiam in diuersis locis libri sui, secundum numerum illarum partium,& alij posuerunt pluries in eodem loco eādem sententiam: vtpotè,si quis inquirat in principio primi canonis in linea Matthæi.Secūdus numerus canonis est vndecim: & ponitur quater iste numerus,vnus post alium, & in linea Lucæ in quatuor locis oppositis numeris prædictis Matthæi, & Marci ponitur iste numerus decem, quater: in linea verò Ioannis in quatuor locis oppositis ponuntur numeri dispares: scilicet, in primo ponitur sex: in secūdo duodecim: in tertio quatuordecim: F in quarto. 28. Ex quo colligitur, quòd Matthæus in particula vndecima sui Euangelij posuit quater eandem sententiam quam totiens Marcus posuit in quarta particula sua, & totiens Lucas in decima particula, vt putauerunt quidam,& tamen quilibet ponit semel eandem sententiam.Ioan.verò totiens posuit eandem sententiam,sed in diuersis locis,scilicet,primò in sexta particula,secundò in duodecima, tertiò in quartadecima, quartò in 28. Et hoc sæpe fit tam in eodem primo canone, quam in alijs, præter quā in decimo vbi soli sunt,quia ibi nemo alter concordat. Si quis autem quærat in tertio canone in principio,in quo sunt, scilicet,Matthæus,Lucas,& Ioannes,in linea Matthæi ponitur vnitas ter in principio: & in linea Lucæ ponitur G ter quatuordecim in partibus oppositis: in linea Ioannis ponuntur tres numeri discordantes in eisdem locis,scilicet,vnus,tria,quinque.Et iudicandum est,sicut in exemplo supra posito.Si quis in nono canone quęrat in quo sunt Lucas, & Ioannes, in principio lineæ Lucæ inueniet. 30. bis,in linea Ioannis in partibus oppositis sunt numeri discrepantes, scilicet, 219.& 222. Et idem iudicandum est quod supra: secundùm hoc applicatur litera,quòd sicubi,ideſt,si alicubi,in subnotatione canonum distinctorum. Hic accipit Hierony. aliter canones,quàm supra,scilicet,pro ipsis lineis,quę sunt in canone. Cùm ergo primus canon habeat quatuor lineas distinctas pro quatuor Euangelistis, sunt in eo quatuor canones, in quolibet canone, ideſt, in H canone aliquo,scilicet,in primo, quia iste casus,quem ponit hic Hierony. solùm habet locum in primo canone, quia ponit quòd tres Euangelistæ ponant bis, vel ter eundem numerum, & quartus illis oppositus in eodem canone ponat numeros discrepantes, & tamen in nullo canone sunt quatuor nisi in primo. De alijs autem, scilicet, de. 2.3. & 4. canonibus potest poni exemplum in duobus concordantibus, & uno discordante ab eis, quia in istis soli tres sunt in. 5.6. & 7. 8.& 9. potest poni exemplum de uno habente similes numeros,& de alio discrepante in numeris: quia ibi soli duo sunt. Ad decimum canonem non pertinet ista cautela, quia ibi quilibet solus est. *Tres Euangelistæ bis, ter,vel quater.* Contingit quòd tres Euangelistæ ter,vel I quater eundem numerū habeant,sicut patet in exemplo primo,in quo quilibet trium Euangelistarum *quater habet eundem numerum*,aut etiam amplius:quia contingit ꝙ interdum sit idem numerus quinquies. Sic in primo canone in linea Matthæi ponitur. 98. quinquies.Et in directo illius in Marco ponitur nonaginta & sex quinquies,& in linea Lucæ ponitur centum decem & sex quinquies, & in linea Ioannis ponuntur quinque numeri discrepantes In primo centum & uiginti, in secundo centum undecim, in tertio quadraginta,in quarto centum quadraginta quatuor,in quinto centum uiginti nouem, & ita in alijs locis. *eundem numerum*. Non intelligas, quòd omnes tres Euangelistæ habeant eundem numerum, quia istud nunquam K reperitur. Et sic idem non dicit identitatem respectu omnium, sed solùm respectu cuiuslibet ad seipsum, ita quòd numeri cuiuslibet inter se non discrepent. Et istud apparet in omnibus exemplis supra positis. *Per ordinem habuerint adnotatum*. ideſt,per continuationem in eadem linea adnotatur idem numerus ter, vel quater, vel pluries. *Et quartus è contrario discrepanter*. ideſt, quartus Euangelista, qui est eis coniunctus in eodem canone habeat se discrepanter, ideſt, numeri sui inter se discrepēt, quia quòd discrepent à numeris aliorum non est cura nisi numeri eiusdem inter se discreparēt. *Quòd id,quod tres illi in eo loco semel dixerint* ideſt,illi tres in eodem loco siue sub vna particula ponunt eādem sententiam, ter,vel quater,& illa est,quæ signatur per

illum

illum numerum: sicut patet in exemplo primo supra posito in ista cautela. *Quartò totiens in corpore sui voluminis ponat*.ideſt,iste quartus ponat etiam eandem sententiam, quam alij toties, sicut alij in libro suo: sed solum differt, quia alij ponunt eam in eodem loco, ipse verò in diuersis. *Quoties diuersi numeri in eius canone positi sunt*. ideſt, ponit in diuersis locis. Et tot sunt ista diuersa loca: quot sunt numeri sui discrepantes positi ꝯ numeros similes aliorum. Accipitur hic canon pro qualibet linea canonis,cùm dicatur iste quartus Euangelista habere canonē suum distinctum à canonibus aliorum,& tamen in primo canone ponūtur quatuor lineæ, quatuor Euangelistarum,quæ simul faciūt vnū canonem. *Contra prædictorum numerorum continuatas simi litudines*.i.isti numeri discrepantes inter se vnius Euan- B gelistæ ponuntur ꝯ similitudines continuatas numerorum prædictorum.i.ꝯ numeros similes aliorū Euangelistarum. *Item si in vno quolibet eorum*.Ista est secunda cautela ad euitādum errorem. Et est casus,ꝙ in aliquo canone.si in primo reperiamus aliquem vnū Euangelistam,qui ponat eundem numerum bis,vel ter,aut plures, & alij oēs Euangelistæ ponunt numeros discrepantes:quia tunc est signum,ꝙ illud,qđ primus Euangelista dixit ter,vel quater,in eodem loco,vt aliqui putauerunt,sed solùm semel dixit,vt infra dicetur. Alij dixerunt toties.si in diuersis locis suorū voluminū. Aliter pōt poni, ꝙ duo istorum Euangelistarum inter se habeant numeros eosdem bis,vel ter,& alij duo habeant numeros dispares. Et erit sensus,qđ id ꝙ dixerunt duo illorum bis,vel ter,in eodem loco: dixerunt alij bis, vel C ter,sed in diuersis locis. De primo patet in primo canone, quia in linea Matthæi ponitur numerus ducenti viginti bis, & in linea Marci, & Lucæ, & Ioannis sunt numeri discrepantes, quia Marcus habet in primo ipsorum locorum centum viginti duo, in secundo centum viginti nouem: Lucas habet in primo loco ipsorum ducentos triginta nouem, & in secundo ducentos quadraginta duos: Ioannes habet in primo loco ipsorum octoginta quinque, & in secundo octoginta octo. De secundo, scilicet, quòd duo concordent, & duo discordent: patet in primo canone. Nam in linea Matthæi habetur bis iste numerus,trecenti vigintisex, & in linea Marci, in duobus locis oppositis habetur D bis ducenti & quinque:in linea Lucæ habetur in locis oppositis in primo trecenti vndecim: in secundò trecenti terdecim:in linea Ioannis in locis oppositis sunt in primo loco centum octoginta octo, in secundo centum nonaginta quatuor, & secundùm hoc applicatur litera. *Item si vno quolibet eorum*. Ideſt, in vno de istis quatuor Euangelistis. Iste est primus casus, scilicet, quòd in vno solo sint numeri concordantes, & in tribus numeri discrepantes. *Aut etiam in duobus*. Iste est secundus casus, scilicet,quòd duo Euangelistę habeant numeros concordantes, & alii duo habeant numeros discordantes, & vterque casus positus est. *Idem in canone numerus bis, ter, quater*. Dicitur idem numerus respectu eiusdem Euangelistæ,quia si duo sunt E non oportet, quòd eundem numerum habeant ambo, sed numeri cuiuslibet ipsorum sint inter se concordantes. Quod autem ponantur bis,aut ter,aut quater, vel amplius,nihil refert quantum ad sensum, sed quanto fuerint numeri plures concordantes, tanto pluries eadem sententia in eodem loco ipsius Euangelistæ inuenietur. Et accipitur hic canon pro linea cuiuslibet Euangelistæ: cùm dicatur,quòd vnus Euāgelista in canone suo habeat eundem numerum bis, vel ter, & alij Euangelistæ in canonibus suis habeant numeros discrepantes. Quatuor tamen Euangelistæ primum canonem constituunt, sed rursus quælibet linea cuiuslibet eorum vocatur canon ipsius. Et sic

Alph.Tost.super Prol.in Matt.Enarr.

A variatur istud nomen canon,scilicet,aliquando pro linea, & aliquando pro coordinatione. *Aut eo amplius*. Scilicet, plusquam quater. *Repertatur in ordine collocatus*. Quia isti numeri licèt sint similes, sunt in ordine, quia vnus est post alium in linea eadem. *Et dispares inueniantur in cęteris*.i.in aliis tribus Euangelistis inuenīatur numeri discrepantes in eisdem locis. *Dubium non erit quin id,quod vnus illorum in canone numerus bis terque repetitur,ab bis in volumine semel dictum sit*. ideſt. Non est dubium quòd id,quod in canone vnius istorum,quādo vnus est,qui habet numeros similes, vel in canone illorum, ideſt, duorum,quando duo sunt,qui habent numeros similes, vt in secundo casu,scilicet,quòd toties quotiens iste numerus repetitur:totiens eadē sententia in eodem loco habetur, licèt alii, qui habēt numeros discrepantes non habeant ipsam sententiam in eo loco,nisi semel. Aliter potest intelligi,ꝙ isti numeri similes ponuntur,non quòd totiens in eodē loco quilibet istorum dicat istam sententiam,quia nullus eorū in eodem loco ponit sæpius eandem sententiam, sed ponit hic canon,ne maneat vacuus. Et sic licèt in uno Euangelista,uel pluribus ponatur quinquies idem numerus, nō est sensus,ꝙ ipse Euangelista quinquies dixit eandem sniam in ipso loco, sed solùm semel. Sed ponuntur isti numeri ꝓꝓ numeros discrepantes alterius,uel aliorum Euangelistarum,qui in eodem canone numeros discrepantes habent oppositos istis, ut significetur,ꝙ illa sententia, quā habent illi,qui hnt numeros similes in uno loco, habeant aliqui numeros discrepantes in tot locis, quot sunt numeri discrepantes positi contra numeros similes. Aliqui uoluerunt, quòd Euangelistæ, qui habebant numeros similes toties habebant eandem sentētiam in eodem loco,quoties numerus similis erat. Sed falsum est,ut dictū fuit: cùm hic dicatur, quòd semel in toto uolumine dictū est id super quo numeri similes sunt. *Alter alterive eorum toties vno, atque eodem sensu loquantur, quoties prętulerint numerorum annotatione distantiam*. ideſt, alii Euangelistæ qui habent numeros discrepantes totiens continent eandem sententiam in diuersis locis suorum librorum, quot sunt numeri discrepantes positi contra numeros similes aliorum. Et dicitur alter, scilicet, in D primo casu,i quo unus habet numeros similes,& tres habent numeros discrepantes. Dicitur alteri pro secūdo casu, in quo duo Euangelistæ habent numeros similes,& duos numeros discrepantes. Et dicitur prętulerint distantiam, ideſt, habuerint,uel ostenderint differentiam in annotatione numerorum. *Hoc, & in omnium nouem canonum collatione seruabitur*, scilicet, exempla supra posita pertinebant omnia ad primum canonem, in quo sunt quatuor Euangelistæ, & idem dicit seruandum in collationei.i.in comparatione ipsorum Euangelistarum in omnibus nouem canonibus. Nam in decimo nulla cōparatio est, quia ibi quilibet propria habet. Intelligendum tñ,ꝙ in aliis nō pñt poni tot Euangelistæ concordantes,uel discordantes,qa in secđo,tertio,& quarto sunt tres Euangelistæ. Et pñt poni duo concordantes,& unus discordans,uel è ꝯrio in 5. aut.6.& 7.8. & 9. sunt duo Euangelistæ solùm: ideo ibi solùm potest poni unus habens numeros similes, & illius discrepantes. *Cæterum in decimo quoniam ibi propria singulorum tantummodo continentur*. Scilicet, in isto canone non est similitudo, nec dissimilitudo, quia ibi quilibet solus est: & ponuntur ea, quæ sunt propria singulorum. Et ob hoc decimus canon est diuisus in quatuor,scilicet, unus pro quolibet Euangelista:cęteri autem sunt simplices, licèt plures lineas habeant. *Non potest contra id comparatio esse quod solum est*.i.quia in decimo canone quilibet habet propria, & si sunt soli nō ꝑt esse ꝓparatio aliqua,ga ꝓparatio ponit extrema,

F quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ non sunt in vno solo, *Opto vt in Christo valeas.* Iste est finis Epistolæ, & Hieronym. desiderat salutem Damasi, & profectum eius in virtutibus, quæ sunt secundùm Christum. *Et mei memineris Papa Beatissime.* idest. Rogo quòd semper memineris mei. Istud desiderant omnes illi, qui pro temporali lucro magnatibus seruiunt, quòd non obliuiscantur ipsorum, quia non potest bene facere, qui obliuiscitur eius, cui bene factum est: Hieron. tamen non desiderabat aliqua temporalia bona, vel ecclesiasticas dignitates assequi à Papa Damaso, quia ipse omnia contemserat, cùm fugiens de Vrbe Roma, iuit in Bethleheem, & manebat ibi in paupertate, & vita monastica cũ Paula, & Eustochio Sanctissimis fœminis, laborans assiduè in translatione, & expositione sacrorum librorum. Et ecclesia tempore Hieron. non erat plena temporalibus bonis, sicut nunc: vt magnæ dignitates, vel redditus concedi possent alicui; sed petebat Hieron. vt Damasus recordaretur eius, scilicet, vt oraret Deum pro ipso, quia erat Damasus vir sanctissimus. Quod patuit ex euentu: nam Ecclesia eum canonizauit.

Quare Hieronymus apposuit canones libris Euangeliorum.
Quæst. X.

QVAERITVR, quare Hieron. apposuit canones libris Euangeliorum. Dicendum, quòd propter plura. Primò, quia ipse correxit nunc latinos codices ex Græcis, sed in illis erant adnotati canones iuxta Eusebium, ideo illos etiam libris latinis apposuit. Ex quo apparet, q̃ libri latini ante hoc non habuerant illos, de quo infrà dicetur. Secundò, quòd istud erat valde ad propositum istius correctionis, quam nunc faciebat Hieron. Nam per hoc, quòd ipse correxit tollebatur error præteritus. Poterat tamen successu temporis rursus confundi ista correctio, & oporteret iterum corrigi. Vt ergo non esset opus sæpe corrigi, dedit Hieron. regulam, per quam nunquam possent corrumpi, & si aliquando corrumperentur, quòd posset quilibet faciliter emendare, & cognoscere omnia loca, in quibus esset corruptio. Nam illæ corruptiones, quæ erant in codicibus latinis tempore Hieron. licèt essent ex multis, potissimè tamen à præsumptoribus, siue imperitis correctoribus factæ erant dupliciter. Vno modo, quia quando inueniebant vnum Euangelistam continere plusquam cæteros, quidquid plus, ille habebat, ponebant in cæteris, & quidquid omnes habebant ponebant in vno. Secũdo modo, quia quando eadem sententia reperiebatur in diuersis Euangelistis, emendabant omnes ad exemplum vnius. Canones autem tollunt istam primam corruptionem, quæ erat maxima. Nam per eos scitur, quid est in quo concordant omnes, & in quo tres, & in quo duo, & quæ sunt propria singulorum. Et per hoc quando alicui fuerint aliena apposita, scietur per hoc, & tollentur illa, & manebunt propria. Ideo conueniens fuit, quòd ponerentur hic canones. Tertiò factum est propter curiosos, qui non solùm volunt scire quid Euangelistæ dicant, sed etiam cum quibus concordent, & à quibus differant. Et hoc est vtile, quia sciendo vnum Euangelistam adiunctis canonibus, quasi sciemus omnes. Item quod plus est, quia licèt Euangelistæ ponant sæpe easdem sententias, addit vnus super alios, vel quilibet super alterum aliqua verba, vel variat illa, ex quibus colligitur solutio multorum dubiorum. Ideo vtile fuit, quòd apponerentur canones Euangelijs.

An apud latinos ante istam correctionem Beati Hieronymi fuerint canones Euangeliorum.
Quæst. XI.

QVAERITVR, an apud latinos fuerint canones euangeliorum ante istam correctionẽ Hierony. Dicendum, quòd non fuerunt. Primò patet, quia Hieron. scribit hic Damaso, quòd apposuit canones euangeliis, sicut inuenit in Græco. Si tamen canones fuissent ante hoc in libris latinis, non oporteret illos poni de Græco. Et si dicas fortè, quòd erant corrupti sicut libri: dicendum, quòd tunc non apponeret eos Hieron. de Græco, sed diceret q̃ correxit etiam canones sicut correxit libros. Secundò patet, quia canones ponuntur hic à Hierony. ad hoc, quòd non possent amplius libri corrumpi per cõfusionem. Si ergo fuissent prius in libris latinis, non fuissent corrupti, quia per canones prouideretur, ne fieret. Et dato quòd imperiti facerent cõfusionem, qui scirent canones tollerent illam. Tertiò quia cùm Hieron. arguebat contra æmulos, quòd non poterat dari fides libris latinis, videtur, quòd non erat aliquid, per quod potius appareret istos esse veros, quàm illos, ideo recurrendum esse ad græcos: si tamen fuissent canones in libris latinis, per illos poterat sciri in quibus libris esset cõfusio, & in quibus non, & sic constaret quibus esset fides adhibenda. Sed non constabat, ergo non erant canones in latino, sed eos de nouo nunc posuit Hieronymus. Sed dicetur, cùm isti canones essent tam vtiles, cur nõ fuerunt positi in libris latinis à principio. Aliquis dicet, quòd fuit negligentia, vel vitio interpretum, qui primò de græco in latinum transtulerunt. Nam etiam errore ipsorum inceperũt latini codices à suo primordio quantum ad aliquid esse corrupti, vt dixit Hieronymus supra in litera. Sed dicendum, quòd non stat, quia cùm in omnibus libris Græcis haberentur isti canones, & iudicarentur tam vtiles, habebantur quasi essent de substantia librorum, & sic scriptores non omitterent illos. Quod autem interpretes essent vitiosi, faciebat ad hoc, quòd fortè canones corruptè scriberent, sicut ipsos libros corruperant. Quod tamen omnino omitterent illos, non posset prouenire errore eorum, sed voluntate, vel alia causa. Aliquis dicet, quòd fortè isti canones scripti fuerunt à principio in libris latinis, negligentia tamen sequentis ætatis cessatum est ab eis, ita vt iam non scriberentur, nec de eis curaretur, sicut & nostra ætas, & aliqui ante nos omiserunt illos omnino, & iam non sunt in Biblijs nisi in antiquissimis, quas nobis priscorum dedit ætas, & nos inde transcribere omittimus. Dicendum quòd non stat, quia non fuerunt eo tempore homines ita negligentes harum rerum, sicut nunc. Quod patet, quia cùm Hieronymus scripsit eos de Græco in latinum, scripti fuerunt in omnibus Bibliis, & manserunt ab eo tempore, vsque nunc; in quo sunt quasi anni mille, & centum: licèt nunc cessemus ab eis: ideo non omitterent illos scribere, qui fuerunt ante Hieronymum, si semel scriptos inuenissent in libris latinis. Dicendum, quòd interpretes, qui de græco in latinum euangelia primò verterunt, non scripserunt canones, quia non erant tunc in Græco, nec erant facti: immo quasi ad ducentos annos post illas translationes non fuerunt facti canones. Hoc patet, quia Euangelia scripta sunt in Græco ab ipsis Euangelistis præter Matthæi Euangelium. Et quia illa erat summè necessaria toti Ecclesiæ, immediatè translata sunt in omnes linguas, in quibus erant Christiani. Et tunc versa sunt in latinum, cùm non esset hoc 40. annis post Christi mortem. Canones

nes tamen Euangeliorum facti sunt post Christi natiuitatem plusquam trecentis, & quinquaginta annis, quia excogitati fuerunt ab Ammonio Alexandrino, & completi sunt ab Eusebio Cæsariensi, vt dicetur sequenti quæstione. Isti duo tamen fuerunt sub Constantino, & Constantio Imperatoribus, vt ait Hieronymus in libro de Illustribus uiris, cap. de Eusebio, & cap. de Ammonio. Constantinus tamen, & Constantius fuerunt plusquam trecentis annis post Christi natiuitatẽ, vt patet ex Paulo Orosio. 7. de Ormesta mundi, & ex communibus historijs tam ecclesiasticis, quã Romanis. Et sic non potuerunt interpretes transferre, quod in Græco non erat. Cùm autem Hieronymus fecit istam correctionem, erant iam scripti canones in libris Græcorũ, ideo potuit illos apponere libris Latinis.

Quis fuerit Ammonius Alexandrinus, & quis Eusebius Cæsariensis, & quis eorum canones fecit.
Quæst. XII.

QVAERITVR, quis fuit Ammonius Alexandrinus, & Eusebius Cæsariensis, & quis eorum fecit canones. Ad primum dicendum, q̃ vt ait Hieronymus in libro de Illustribus uiris, cap. de Ammonio. fuit Ammonius Alexandrinus tẽpore Origenis, & fuit in philosophia sapientissimus, & inter alia opera ingenij sui fecit librũ unũ de concordia Christi, & Moysi. Excogitauit quoque modum canonum Euangeliorum. De eo dicit Porphyrius, q̃ ante mortem ethnicus factus est, idest gentilis: cùm tamen Hieronymus asserat eum in eodem libro usque ad extremam mortem in christiana religione mansisse. Fuit autem temporibus Constantini Imperatoris. De Eusebio dicendum, q̃ tres fuerunt Eusebij, quos Hieronym⁹ ponit inter viros illustres. Prim⁹ fuit Eusebius Cæsariensis, idest, episcopus Cæsareæ Palestinæ in terra Iudeæ. De isto dicit Hieronymus, q̃ fuit uir excellentissimus, & quòd infinita volumina ædidit. Ponit autem nomina, & numerum plurimorum ibi. Et iste est de quo hoc dicitur, & ipse canones ordinauit. Qui aliquando vocatur Eusebius Pamphili accepto cognomine à quodam Pamphilo Martyre, qui fuit cõsocius eius, & laborauerũt ambo in complenda Bibliotheca famosa Cæsariensi, & ob amorẽ illius sic uocatus est. Ita vocat eũ Hieronymus in prologo super Iosue, qui incipit. Tandem finito, scilicet: Cur Origenem, & Eusebium Pamphili imitantur. Aliqui putant Eusebium Pamphili esse alium ab Eusebio Cæsariensi. Sed Hieronymus in lib. de Illustribus viris, dicit esse eundem, & vult sic vocari illum amore Pamphili. Alius fuit Eusebius episcopus Emisenus excellentissimus in oratoria, qui multos libros ad eloquentiam, & historiã pertinentes scripsit, & maximè contra Iudæos, & contra Gentiles: legunt autem illum valde, qui uolunt declamare: scripsit etiam homilias super epistolas Pauli. De hoc Hieronymus in libro de Illustribus viris. Tertius Eusebius fuit natione Sardus, q̃ prius lector vrbis Romanæ extitit: inde episcopus Vercellẽsis ordinatus est, & tandem martyrio vitã finiuit. Iste fuit posterior alijs. De hoc Hieronymus in libro de Illustribus viris. Quandocunque tamen in prologo Hieronymi, vel in alijs libris fit communiter mẽtio de Eusebio, intelligitur de Eusebio Cæsariensi, quia fuit vir excellentissimus faciẽs multos libros, propter quos adhuc memoria eius hodie illustris est. Ad secundum cùm quæritur quis fecerit canones: solet dici communiter, quòd fecit illos Ammonius Alexandrinus. Hieronymus tamen supra in litera dicit, quòd canones ordinauit Eusebius Cæsariensis Alexandrinum Ammonium secutus. Et sic Eusebius illos ordinauit, & distinxit in decem numeros, sicut ibi dicitur. Sed tunc est dubium, quomodo Eusebius dicatur secutus Ammonium. Aliqui uolũt, quòd Ammonius istos canones prius ordinauit, sed non apposuit Euangelijs. Sed hoc non stat, quia Hieronymus dicit hic, quòd Eusebius distinxit illos, & ordinauit in decem numeros. Dicendum, quòd Eusebius totaliter fecit canones ordinando illos in decem ordinationes sicut sunt, & ipse apposuit numeros de nigro, & rubeo euãgelijs, & Ammonius nihil fecit de canonibus. Sed dicitur Eusebius secutus Ammonium, quia ex quodã opere eius habuit motiuum, & quasi artem ad ædendum istos canones. Et sic nos quandocunque dicimus Ammonium Alexandrinum fecisse canones, intelligimus ipsum præstitisse originem, & uiam ad illos faciendum, licèt tamen ipse non fecerit. Modus autẽ, quem tenuit Ammonius fuit, quia ipse in euangelio Matthei posuit omnia quatuor euangelia, licèt non confusè, sci licet, quòd vbi Matthæus concordabat cum omnibus tribus ponebat ibi literam illorũ secundùm ordinem, scilicet, primò Marci, deinde Lucæ, postea Ioãnis: quãdo cõcordabant duo cũ eo similiter faciebat, & quando vnus similiter. Et hoc completo redibat ad literam Matthæi cõtinuando historiam eius usque ad locum, in quo cum aliquo, vel aliquibus cõcordaret. Et faciebat sicut prius. Istud declarat Eusebius Cæsariensis in quodam prologo, quem ipse fecit super canones euangeliorũ, & incipit. Eusebius Carpiano fratri: cuius expositio infra ponetur. Et sic apparebat quando cõcordabant omnes, & quando tres, & quando duo, & qui erant illi tres, vel illi duo, & quando Matthæus solus erat. Et ex hoc colligebatur modus manifestè inueniẽdi canones decem Euangeliorum secundùm concordiam multorum, aut paucorum. Et quantum ad hoc dicitur Eusebius Cæsariensis secutus Ammonium faciendo canones ex doctrina illius: licèt Ammonius canones non fecerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS

IN PRAEFATIONEM EVSEBII Cæsarienſis de Euangeliorum canonibus Enarratio,

EVSEBIVS CARPIANO FRATRI IN Domino ſalutem.

AMMONIVS, quidam Alexandrinus magno ſtudio, atque induſtria vnum nobis pro quatuor Euangelijs dereliquit. Namque trium Euangeliorum ſenſus exceptos omnes ſimiles, contentuſque Matthæi Euangelio quaſi ad vnum congeſtos annexuit: ita vt eorundem, quantum ad tenorem pertinet, lectionis ſequens iam ſtylus interruptus eſſe videatur. Verùm vt ſaluo corpore ſiue textu cæterorum hic Euangeliorum propria, & familiaria loca, in quibus eadem, ſimiliterque dixerunt ſcire poſſis, ac vere diſcernere: accepta occaſione ex prædicti viri ſtudio, alia ratione decem numerorum tibi titulos deſignaui. Quorum primus quatuor in ſe continet numeros, in quibus ſimilia ab vniuerſis dicta ſunt Matthæo, Marco, Luca, & Ioanne. Secundus in quibus tres, Matthæus, Marcus, & Lucas. Tertius in quibus tres, Matthæus, Lucas, & Ioannes. Quartus in quibus tres, Matthæus, Marcus, & Ioannes. Quintus, in quibus duo, Matthæus, Lucas. Sextus, in quibus duo, Matthæus, & Marcus. Septimus, in quibus duo, Matthæus, & Ioannes. Octauus, in quibus duo, Marcus, & Lucas. Nonus, in quibus duo, Lucas, & Ioannes. Decimus, in quibus ſinguli de quibuſdam propriè ſcripſerunt. Et quidem ſubiectorum titulorum, id eſt argumentum: clara verò eorum narratio hæc eſt. Etenim per ſingula loca Euangeliorum, quidam numerus videtur appoſitus paulatim incipiens à primo, deinde ſecundo, poſtremo tertio, & per ordinem librorum ad finem vſque progrediens. Itaque per ſingulos numeros ſupputatio, per

per minij diſtinctionem inuenitur inſerta: A ſignificans, cui de decem titulis appoſitus numerus aſſignetur. Veluti ſiquidem primum certum, eſt in primo. Si verò in ſecundo, & eodem modo vſq; ad decem. Si igitur euoluto vno qualicunq; cum quatuor euangelijs cuilibet capitulo velis inſiſtere, & reſcire qui ſimilia dixerint, & loca propria agnoſcere ſingulorum, in quibus eadem ſunt prolocuti: eiuſdem ſenſus, quem tenes relegens propoſitum numerum quæſitumque eum in titulo, quem demonſtrat tituli ſubnotatio, continuò ſcire potes ex ſuperſcriptionibus, quas in fronte notatas inuenies, qui, aut quod de his, quæ inquiris ſimilia dixerint. Venies etiam ad reliqua Euangelia per eundem numerum, quem contines, videbis appoſitos per ſingulos numeros: atq; eos in ſuis proprijſque locis ſimilia dixiſſe reperies.

LVSEBIVS, iſte non eſt prologus beati Hieronymi, ſed Euſebij Cæſarienſis, qui fuit multo tempore ante Hieronymũ, & canones euangeliorum condidit. Inſtitueramus autem nullum niſi quatuor prologos Beati Hieromi exponere, quia non ſolent plures haberi, ſed quia iſte caſu venit in manus: & ad materiam iſtam canonum pertinet, breuiter exponendus eſt, quia intentio eius per ea, quæ dicta ſunt in præcedenti prologo, habetur. Huius prologi intentio eſt, quòd Euſebius auctor canonum ſcribit amico ſuo Carpiano de canonibus euangeliorum: ad quid vtiles ſint, & quomodo per eos aliquid poſſit inquiri. Et diuiditur in duo, quia primò ponitur, quid circa canones fecerit Ammonius: ſecundò quid egerit Euſebius ibi. *Verum vt ſaluo*. Illa diuiditur in duas: quia primò ponuntur ipſi canones ibi. *Et quidem ſubiectorum*. Circa primum dicitur. *Euſebius Carpiano Fratri.* Iſte eſt Euſebius Cæſarienſis, qui canones ordinauit in decem numeros, vt ait Hieronymus in præcedenti prologo. Fuerunt autem tres Euſebij viri illuſtres, ſcilicet Cæſarienſis, & Emiſenus, & Sardus. De geſtis eorum habetur per Hieronym. in libro de Illuſtri. 7. & declaratum eſt in vltima. q. præcedentis prologi. Iſte quia de ſe ipſo ſcribebat, non vocauit ſe Cæſarienſem, ad differentiam aliorum: quia ante eum nondum fuerat quiſquam Euſebius vir Illuſtris. Hieronymus tamen, & alij quando de eo ſcribunt, vocant eum Euſebium Cæſarienſem, Epiſcopum: vt patet in præcedẽti prologo: vel Euſebium Pamphili, quod idem eſt: vt patet in prologo ſuper Ioſue, qui incipit. Tandem finito. Iſte Carpianus erat amicus Euſebij, cui ipſe primò dirigebat opus canonum euangeliorum. Et ad hoc ſcripſit ei declarando hic modum, quo intelligeret illos. *In Domino ſalutem*. Iſte ablatiuus in Domino poteſt determinare illud nomen Fratri. Et eſt ſenſus, quòd Carpianus erat Frater in Domino ipſius Euſebij, ſcilicet, quòd non erat Frater carnalis. Vel

poteſt determinare illud nomen ſalutem. Et eſt ſenſus: Euſebius ſalutem in Domino Carpiano Fratri: & ſubintelligitur mittit, vel optat, ſicut ſit in omnibus epiſtolis: & dicitur ſalutem in Domino, ideſt, quòd non optat ei ſalutem, quæ eſt ex hominibus: quoniam vana eſt ſalus hominis, ideſt ſalus, quæ ab homine procuratur, vel dari poteſt. Pſalmus. 69. & 17. *Ammonius quidam Alexandrinus*: Hic incipit narratio epiſtolæ. Et ponit de Ammonio quid fecerit: quia ille fuit, à quo ipſe ſumpſit occaſionem condendi canones. De iſto Ammonio quis fuerit declaratum eſt in vltima quæſtione præcedentis prologi. *Magno ſtudio atque induſtria*. Laudat Ammonium, quia illa congregatio, quam ipſe fecit omnium Euangeliſtarum B in vnum, non potuit fieri ſine magno ſtudio, vt per ſingula loca videret omnes quatuor euangeliſtas, in quibus locis concordabant cum Matthæo: & qui illorum concordabant: & qui diſcordabant. Fuit magna induſtria excogitando iſtud, ſcilicet, quòd coniungeret ea, in quibus concordabant, vt ſic ſciremus habitudinem Euangeliſtarum omnium per vnum euãgelium. Et aliæ vtilitates ſequi poterant. *Vnum nobis pro quatuor Euangelijs dereliquit ideſt*. Loco quatuor euangeliorum dedit nobis vnum euangelium, ſcilicet quòd in euangelio Matthæi poſuit quidquid alij dicebant ſimile ei in loco ipſo. Et ſic per illud euangelium ſciebamus plurima, vel quaſi omnia, quæ erant in omnibus Euangeliſtis. *Namque trium euangeliorum* C *ſenſus exceptos omnes ſimiles adnexuit*. Hic ponitur quomodo fecit vnum euangelium de quatuor, ſcilicet accepit euangelium Matthæi, qui primus erat: & vbi Matthæus non concordabat cum aliquo, ſcribebat ſimpliciter literam illius, nihil addens, aut minuens, vel mutans. Cùm autem veniſſet ad locum, in quo Matthæus concordabat cum aliquo Euangeliſtarum, ſiue vno modo, ſiue pluribus, ſcribebat primò literam Matthæi, deinde ſcribebat literam illius, vel illorum, qui cum eo concordabant, nihil mutans, aut addens eis, & quando omnes quatuor concordabant, quater ſcribebat eundem ſenſum, primò ſcribens literam Beati Matthæi, deinde cuiuſlibet aliorum ſecundùm ordinem ipſorum, & tunc redibat ad continuatio- D nem literæ Matthæi: quouſque iterum occurrerent aliqua, in quibus concordaret Matthæus cum aliquo, vel aliquibus: & tunc faciebat ſicut prius. Et dicitur, quòd adnexuit, ideſt coniunxit ſenſus trium euangeliorum, ideſt, trium Euangeliſtarum, ſcilicet, Marci, Lucæ, Ioannis. Nam iſtos coniungebat Matthæo, & incorporabat illos euangelio eius. Et dicitur omnes ſimiles, ideſt ſolùm ſcribebat illos ſenſus, in quibus cæteri concordabant Matthæo. Nam propria ſingulorum non ſcribebat, niſi ipſius Matthæi: cuius totum euangelium ſcribebat. *Contentuſque Matthæi Euangelio*. ideſt, contentus fuit Ammonius habere euangelium Matthæi, non curans de aliquo aliorum, quia in illo quaſi habebat quatuor euangelia, ſicut E ſupra dicitur, quòd vnum nobis pro quatuor euangelijs dereliquit. *Quaſi ad vnum congeſtos adnexuit*. ideſt, Ammonius ſententias iſtorum quatuor Euangeliſtarum quaſi congeſtas ad vnum, ideſt quaſi eſſent congregatæ, vel ad propoſitum alicuius vnius rei, quia ſicut in eodem libri corpore non coniunguntur, niſi quæ inter ſe aliquo modo conueniunt: ita, cùm iſti ſenſus quatuor Euangeliſtarum congregarentur in vnum, ponebantur quaſi pertinerent ad vnam rem, & dependeret vnus ſenſus ex altero. *Ita vt eorundem quantum ad tenorem pertinet lectionis ſequens iam ſtylus interruptus eſſe videatur, ideſt*. Iſti ſenſus erant coniuncti, & tenor lectionis erat interruptus, & ſtylus, ſcilicet, quia verba Beati Ioannis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel aliorum non pertinebant ad Matthæum. Ideo quando sensus, & uerba trium Euangelistarum, vel duorum, vel unius incorporarentur libro beati Matthæi, fiebat stylus interruptus: quia uerba beati Matthæi habent inter se ipsa stylum, & sententiam continuatam. Cùm autem aliquid alienũ interponitur, necesse est stylum interrumpi, & sic stylus sequens, ideſt, stilus beati Matthæi, scilicet, quãtum ad illa uerba, quę sequuntur positis verbis aliorum Euangelistarum videtur esse interruptus quãtum pertinet ad lectionem eorundem, ideſt quantum pertinet ad ipsa verba aliorum Euangelistarum, quæ ei coniunguntur, quæ alia non possunt cõiungi in stilo verbis beati Matthei: nec aliquibus uerbis: nisi quando sunt in libris suis, vbi ab auctoribus posita sunt. *Verum, vt saluo corpore* hic ponitur secundum, scilicet, quid fecit Eusebius quãtum ad ipsos canones Euangeliorum. Et est sensus, quòd ipse uidens motiuum Ammonij scripsit canones Euangeliorum, qui melius se habebãt, quàm illa congestio aliorum cum Matthæo, quia illa corrumpebat corpus scilicet Matthæi, quia corpus consistit in quadam continuatione partiũ. Per hoc enim corpus est, quia membra habet, ad Rom. 12. & 1. Corin. 12. Membra autem non possunt esse nisi continuatione vnius cum altero: quia aliàs non faciunt aliquod unum. Si autem tollatur continuatio ipsorum, non manet corpus: sic fiebat nunc in Matthæo, quia interrumpebantur sensus, & verba aliorum Euangelistarum, qui concordabant cũ Matthæo, & sic non erat saluum corpus Matthæi, sed laceratum. Nisi quis dicat, quòd diuiso corpore humano in particulas, & postea illis aggregatis in cumulũ, maneat idem corpus humanum, quod falsum est: ita nunc dicendum, q̃ istud quod Ammonius fecit, non erat Euangelium Matthæi nec alicuius aliorum, cùm non scripsisset Matthæus omnia illa, nec aliquis aliorum. Voluit ergo Eusebius facere id, quod intendebat Ammonius, scilicet dare uiã, vt sciretur in quibus concordabant Euangelistę saluis corporibus eorum, ideſt, manente Euangelio cuiuslibet ipsorum integro, nihil interponendo in uno de eo, quod habet alius. Et hoc fuit inueniendo canones. *Siue textu cæterorum, hic Euangeliorum*, scilicet non manebat corpus aliorum Euangelistarum saluum, quia de Euãgelijs suis tollebantur aliqua, & ponebantur in Matthæo. Et non manebat corpus Matthæi saluum, quia tollebatur continuitas, & interrumpebatur, vt partes aliæ partibus eius inserentur. Ista tamen nõ sibi copulantur, sicut dicitur Daniel. 2. de pedibus statuæ: quorum pars erat ferrea, & pars fictilis siue testea, & ista non conueniunt, sed faciliter discontinuantur. *propria & familiaria loca, in quibus eadem similiterque dixerit scire possis, ac verè discernere.*

Duo sunt q̃ per canones euãgeliorũ requirũtur.

Duo sunt quæ per canones inquiruntur, scilicet, quæ sunt loca, in quibus omnes Euangelistæ, vel aliqui ipsorum conueniunt, & quæ sunt loca, vbi singula propria habent, & soli sunt. Et ista uocantur propria, & familiaria, quia familiaria domini ad familiam pertinentia, ideſt, quòd sunt de familia alicuius, & non sunt cõmunia ei cum aliquo alio. Hic non possunt accipi sic, quia est tota una sententia, & istud quod sequitur, scilicet in quibus eadem similiterque dixerunt determinat propria loca, & familiaria. Et tũc solùm est sensus, quòd per istos canones inuenitur, quæ sunt loca propria in quocũque ipsorum Euangelistarum, in quibus ipsi adinuicem concordant. De locis autem, vbi propria habẽt, & soli sunt nihil tangitur. Et fortè fecit hoc Eusebius, quia comparabat opus suum operi Ammonij, per quod solùm habebatur quæ erant loca illa, in quibus concordabant Euangelistę. Alio modo potest intelligi, quòd subintelligatur hic una coniunctio copulatiua loco illius puncti interpositi. Et tunc intelligentur ambo, scilicet propria, & familiaria loca scire possis, scilicet illa, in quibus singuli soli sunt, in quibus eadem, ideſt, & in quibus eadem dixerint. Et tunc sunt duæ sententiæ, scilicet, quia sciemus etiam loca in quibus Euangelistæ dixerunt similia, vel eadem. Dicuntur dicere eadem, quando ponunt eandem sentẽtiam, & quasi per eadem verba: dicũtur dicere similia, quando eandem sententiam ponunt, sed unus breuius alius prolixius. *accepta occasione ex prædicti viri studio*, ideſt, ego accepi occasionẽ faciendi canones ex studio Ammonij, scilicet, quia canones ad idem sunt, quod intendebat per canones, quàm per modum ipsius, & tamẽ fortè si Eusebius non uidisset studium, intentionem Ammonij, nesciuisset excogitare canones. Ideo licèt Ammonius non venerit ad complementũ eius, quod intendebat: multum laudandus est, quia sine ipso nihil de canonibus fieri potuisset. sic Aristotel. dicit secundo Metaphy. de quibusdam antiquis musicis, qui multum errauerunt in musica, & tamen tradiderunt viam sequentibus ad cogitandam veritatem in eo, in quo ipsi errauerant. Ideo dicit quòd laudandi sunt, quia si illi non fuissent, multis melodijs careremus. *Alia ratione*, ideſt, alio modo, vel alio motiuo, scilicet, quia Ammonius fecit hoc coniungendo in unum verba Euangelistarum. Eusebius autem per numeros canonum designauit nobis hoc, & plenius. *Decem numerorum tibi titulos designaui*, ideſt, assignaui tibi decem titulos numerorum, quia istud adiectiuum decem potest hic cum utroque ordinari, & Eusebius solùm loquitur hic de canonibus, prout sunt decem coordinationes numerorum, & non loquitur de numeris positis in marginibus Euangeliorum singulorum, de quibus infra habetur, *quorum primus quatuor in se continet numeros*, ideſt, primus canon continet quatuor numeros, ideſt, quatuor lineas numerorum pro singulis quatuor Euangelistis, *in quibus similia ab vniuersis dicta sunt*, ideſt, in quibus lineis signantur ea, quæ dicta sunt similia ab uniuersis quatuor. *Secundus in quibus tres.* Hic & in omnibus canonibus loquitur Eusebius decurtatè. Et est sensus, secundus in quibus tres, ideſt, secundus canon continet tres lineas, in quibus assignantur loca, in quibus tres Euangelistæ concordant. Et ita exponitur de omnibus alijs, licèt quibusdam videbatur litera corrupta, scilicet, quòd deberet esse sic scriptum: secundus, in quo tres Matthæus, Marcus, Lucas, ideſt, secundus canon est, in quo concordant tres Euangelistæ, scilicet, Matthæus, Marcus, & Lucas, & ita habet Hieronymus præcedenti prologo. Sed non est litera corrupta, cùm decies repetatur eadem litera, scilicet, in quolibet canone: ideo intelligendum est, sicut exposuimus: est autem tota litera plana usque ad illum locum. *Decimus in quibus singuli de quibusdam propriè dixerunt*, ideſt, decimus canon continet quatuor lineas numerorum pro quatuor Euangelistis, in quibus scilicet lineis designantur per numeros loca illa, in quibus singuli de quibusdam dixerunt propriè, ideſt, singulariter, vel soli, non concordantes cum alio. Et non accipitur hic propriè, vt distinguitur contra impropriè, quia in omnibus locis Euangelistæ propriè dixerunt, sed accipitur propriè, vt distinguitur contra communiter, & sic non dixerunt, sed accipitur propriè vbique, scilicet, in quibusdam locis, & ita assignantur in canone decimo. *Et id subiectorum titulorum, ideſt, argumentum.* Hic ponitur secundum huius partis, in quo docet Eusebius ad quid proficiant canones, & qualiter per eos inquiramus, & dicitur, & id, ideſt, istud quod dictum est argumentum, ideſt, quædam cognitio breuis subiectorum titulorum, ideſt, canonum infra positorum. Ex quo innuitur, q̃ Eusebius misit Carpiano fratri, vel amico suo istos canones Euãgelistarũ cum

cum ista epistola declaratiua ipsorũ. Misit & quatuor euãgelia designata in marginibus suis per numeros nigros, & rubeos, & ista epistola ponebatur in principio libri; & post illam ponebantur canones, & post canones ipsa quatuor euangelia designata per numeros. Et iste ordo est nunc etiam in Biblijs nostris antiquissimis, & sic canones erant subiecti huic Epistolæ, ideſt positi sub ea. Vocauit ipsos canones titulos, quia titulus est ad innotescendum, vel declarandum in breui, vel saltem iudicandum quid in opere longius continetur, & ita per istos canones iudicantur omnia, quæ sunt in quatuor Euangelistis, scilicet quæ conueniant, & quæ sint propria singulorum. *Clara verò eorum narratio hæc est.* Ideſt, id quod dictum est argumentum, ideſt, breuis declaratio titulorum, ideſt canonum: sed narratio eorum clara, ideſt magis aperta, est ista, quæ sequitur. Per hoc considerandum, quòd in isto opere Eusebij erant duo: primò erant ipsi canones, qui erant quædam coordinationes numerorum per se positæ extra euangelia: secundum erat ipsa assignatio numerorum nigrorum, & rubeorum in marginibus euangeliorum, & vnum non proderat sine altero: quia per illas assignationes numerorum rubeorum intrabamus in canonem cum nigris numeris. Et sic inueniendum erat, quòd volebamus: pro vtroque istorum ponit declarationem hic Eusebius. Nam pro ipsis canonibus, vt intelligerentur quantum ad se ipsos posuit Eusebius, quæ supra habentur, scilicet, quòd sunt decem canones, ideſt, decem coordinationes numerorum: & quot & qui Euangelistæ concordent in primo canone, & quot, & qui in secundo: & sic vsque ad decimum. Et istud est, quòd breuiter sufficit quantum ad declarationem ipsorum canonum in se. Et de hoc intelligitur illa litera, scilicet, & quidam sublectorum titulorum, ideſt argumentum ideſt, id quod supra positum est, est argumentum, ideſt breuis declaratio titulorum, ideſt canonum, scilicet quantum ad seipsos: pro secundo, scilicet, pro numeris positis in marginibus euangeliorum ponit Eusebius declarationem, scilicet, ad quid sint illi numeri duo: niger & rubeus, & quomodo illis vtamur. Et ista declaratio est, quæ incipit hic vsque ad finem prologi, & de hac intelligitur illa litera, scilicet. Clara vero narratio eorum hæc est, scilicet hæc, quæ infra ponitur, est narratio clara eorum, scilicet istorum numerorum nigrorum, & rubeorum, qui sunt in marginibus euangeliorum, vel posset accipi eorum ideſt canonum: quia declaratio illorum numerorum est declaratio canonum, in quantum cum nigris numeris intramus in canones. Argumentum accipitur multipliciter, vt ponit Sanctus Thomas in 3. distinct. 23. In proposito tamen accipitur argumentum, vt est quædam breuis prælibatio eorum, quæ diffusius in opere continentur, ideſt in breui narratur in argumento id, quòd diffusè, & prolixè continetur postea in opere. Et iste est modus communis accipiendi argumentum apud oratores, & historicos, & in sacra scriptura. Sic enim præponuntur singulis Epistolis Pauli, & multis alijs libris Sacræ scripturæ quidam prologi breuissimi, qui vocantur argumenta, quia in eis in breui continetur intentio Epistolæ, vel aliquid quod generaliter facit ad intellectum ipsarum Epistolarum, vel librorum. Sic in tragœdijs singulis Senecæ præponimus argumenta: sic & in comedijs Terentij, & aliorum: & in multis libris hoc fit. Dialectici autem non accipiunt sic argumentum, sed prout est ratio, ideſt, rationis discursus, vel processus rei dubiæ faciens fidem: vt ait Boetius in Topicis. Et non accipimus hic sic, sed primo modo. *Etenim per singula loca euangeliorum quidam numerus videtur appositus.* Incipit dicere de numero nigro, & rubeo. Et dicit primò de nigro, scilicet, quòd in singula loca euangeliorum, ideſt in omnibus marginibus quatuor Euangelistarum, est quidam numerus appositus, & iste est in principijs particularum singularum, in quibus Euangelistæ, vel concordant, vel propria dicunt. *Paulatim incipiens.* Ideſt, incipiens successiuè, vel continuè, & incipit à pauco. Et istud dicitur ad differentiam canonum, quia lineæ canonum non incipiunt à numeris primis continuando, sed aliquando incipiunt à numeris maximis, sicut in secundo canone in linea Matthæi primus numerus est ducenti quadraginta octo, & primus numerus Lucæ ducenti quinquagintatres, & sic de singulis canonibus: quia nec incipiunt ibi numeri à primis, nec ipsi incepti continuantur, sed coniunguntur aliquando numeri multum distantes. *A primo, & deinde secundo, & postremò tertio, & per ordinem.* Ideſt, numeri incipiunt à primo, & deinde secundo, postea tertio, & sic per ordinem numerorum, scilicet continuando, nec interrumpitur continuatio. Et si aliquando reperiatur interrupta, apparet erratum esse in assignatione numerorum nigrorum librorum ad finem vsque progrediens, ideſt iste numerus progreditur continue à principio librorum vsque ad finem, & sic in fine cuiuslibet euangelistæ est maximus numerus eius. Aliqui coniungunt istum genitiuum librorum, cum illo accusatiuo per ordinem. Et est sensus, quòd iste numerus progreditur per ordinem librorum. Sed istud nihil est, sed debet ille accusatiuus per ordinem ordinari cum præcedenti, vt dicimus primo, deinde secundo, postremo tertio, & per ordinem, scilicet, per ordinem numerorum: quia in numeris est hic ordo, in ipso autem libro non attenditur ordo aliquis in præsenti cùm de solis numeris agatur. *Itaque per singulos numeros supputatio per numeri distinctionem inuenitur inserta.* Hic agitur de secundo numero, scilicet rubeo, qui etiam ponitur in marginibus semper cum numero nigro, ita quòd vbicunque ponitur in marginibus aliquis numerus niger, sub illo ponitur numerus rubeus. Iste tamen non continuatur, sicut niger, sed fortè ponetur nunc decem de rubeo, & immediatè ponentur quinque, vel septem, vt patet in principio Matthæi in secunda particula, quia numerus eius est decem de rubeo, & in tertia particula, quæ est immediatè ponitur quinque de rubeo, & in quarta immediatè ponitur decem de rubeo; nigri autem numeri continuantur: etiam isti rubei numeri, non perueniunt nisi vsque ad decem: nigri autem continuantur vsque trecentos, & vltra secundùm quantitatem singulorum euangeliorum: sunt autem numeri nigri ad significandum particulas, scilicet, quota est quælibet particula in ipso euangelista: rubei numeri sunt ad designandum quis est canon, in quo ille numerus niger suppositus sibi requirendus sit. Et dicitur, quòd per singulos numeros, ideſt, per singulos numeros nigros inuenitur inserta supputatio, ideſt, insertus numerus per minij distinctionem, ideſt, distinctus ab alio numero per minium, ideſt, rubeum colorem, quia minium est id, de quo literæ rubeæ fiunt. Quasi dicat. Isti duo numeri sunt distincti per hoc, quòd vnus est niger, alius rubeus. Et hoc factum est, vt diximus in præcedenti prologo: vt non possent confundi faciliter cùm essent colores distincti. Et appareret per hoc, quòd non pertinebant ambo ad eandem rem. *Significans, cui de decem titulis appositus numerus dignoscitur.* Ideſt, iste numerus rubeus significat, cui de decem titulis: ideſt, de decem canonibus dignoscitur appositus, ideſt,

debet sciri esse appositus numer⁹ niger, scilicet, in quo canone requirendus sit niger numerus, *Veluti si quidem primum certum est in primo*, Ponit exemplum eorum, quæ dixit, scilicet. Siquidem primum, ideſt si iuuenerimus de rubeo vnitatem, quæ est primus numerus certum est in primo, ideſt certum est, quòd inuenietur numerus niger sibi coniunctus in primo canone: & ibi debet quæri, *Si verò secundum in secundo*. Ideſt, si inueneris de rubeo duo, qui est secūdus numerus, erit quærendus numerus niger in secundo canone: & eodem modo vsque ad decem, scilicet si inuenimus de rubeo tria, vel quatuor, vel quinque, & sic vsq; ad decem significatur, ille est numerus canonis quotū designat numerus rubeus. *Si igitur euoluto vno qualicunque de quatuor Euangelijs*. Ponitur hic practica applicandi numeros ad Euangelistas, scilicet, quòd si nos voluerimus voluere volumen cuiuscunque Euangelistæ, inueniemus per istum modum canones, quia in quolibet Euangelista sunt numeri nigri, & rubei in marginibus, *Cuilibet capitulo velis insistere*, ideſt, voluerisstare super quodlibet capitulum ad sciendū an solus Euangelista illud dixerit, vel concordauerit cum alijs. Et accipitur pro particula quadam breui, in qua vnus Euangelista, vel concordat cum aliquo alio, vel solus ipse illud dixit. Nos autem accipimus capitula pro quibusdā distinctionibus grossioribus. Quod patet, quia nos habemus in Matthæo solùm viginti octo capitula, & tamen distinguitur pro canone in trecenta quinquaginta quinq; capitula. Marcus habet apud nos sexdecim, & in canone habet ducenta triginta quatuor. Lucas habet apud nos vigintiquatuor, & in canone habet trecenta quadraginta duo. Ioannes habet apud nos viginti vnum: in canone habet ducenta trigintaunum. Et isto modo accipit etiam capitula Hierony. præcedenti prologo. *Et rescire, qui similia dixerint*. ideſt, si viso quocunque capitulo alicuius Euangelistę voluerimus scire in illo qui concordauerunt cum eo, sciemus per hos numeros. *Et loca propria agnoscere singulorum in quibus eadem sunt prolocuti*. Hic non vocantur loca propria illa, in quibus Euangelistæ soli sunt, sicut accipit semper Hierony. sed dicuntur loca propria, ideſt loca ipsorum Euangelistarum, in quibus locuti sunt eadem. Et licèt sententia sit eadem, loca tamen propria sunt singulorum: quia id quod dixit Matthæus in vna parte Euangelij sui, dixit Ioannes in alia, vel Marcus, vel Lucas, *Eiusdem sensus, quem tenes releges propositum numerum*, ideſt, releges numerum propositum, ideſt numerum nigrum, qui est propositus in margine eiusdem sensus, quem tenes, ideſt, illius capituli, de quo voluisti scire, an concordet cum aliquo Euangelista vel non, *Quæsitum q; eum in titulo, quem demonstrat tituli subnotatio*. ideſt, quæres eum, scilicet, numerum nigrum in titulo, ideſt, in canone, quem demonstrat subnotatio tituli, ideſt numerus rubeus, qui est subnotatio tituli, ideſt denotans canones, siue titulum. Et vocatur subnotatio, quia ista nota ideſt signum de rubeo est sub numero nigro. *Continuo scire poteris ex superscriptionibus, quas in fronte notatas inuenies*. Scilicet, postquam scieris per numerum rubeum, qui ponitur pro canone quis est canon, in quo sit requirendus numerus niger: poteris scire continuo sine aliqua mora, qui sunt Euangelistæ qui concordant in illo dicto. Et hoc per subscriptiones, quas inuenies notatas in fronte, ideſt, in capite canonis, quia in capite cuiuslibet ponuntur nomina illorum Euangelistarum qui sunt in illo canone. Et per illa sola nomina etiam non inquirendo aliquid in lineis canonis sciemus quot, & qui sunt Euangelistæ, qui concordant in illo dicto; loca tamen singulorum in quibus concordant adhuc nesciemus, quousque intremus in lineas cum illo numero nigro, & per illum videbimus ex locis oppositis in lineis aliorum Euangelistarum, in quibus partibus suorum euangeliorum sit illud dictum. Sed hoc non curat explicare hic Eusebius tantum sicut Hierony. explicuit in præcedenti prologo. Ponatur exemplum, quòd quis velit in Matthæo illam particulam. Ego quidem uos baptizo in aqua in pœnitentiam considerare an solus Matthæus illam dixerit, uel cum quibus concordet, & illa habetur Matth. 3. secundùm nostram assignationem capitulorum, & tamen quantum ad signationē canonis in ipsa incipit. 11. cap. Et apud illam est in margine numerus undecim de nigro, & sub illo est unitas de rubeo, per quod apparet quòd ille numerus undecim in primo canone querendus est, & intramus in illum cum isto numero in lineam Matthæi, & in directo illius inuenimus in Marco quatuor, & in Luca decem, & in Ioanne duodecim: ex quo apparet, q̄ idem dixit Marcus in 4. cap. suo, & Lucas in decimo, & Ioānes in duodecimo. *Qui aut quot de his, quę inquiris similia dixerint*. ideſt, inuenies per superscriptiones positas in fronte canonum, qui & quot Euāgelistæ sunt, qui dixerunt similia de his, quæ inquiris, ideſt, quantū ad illum textum, de quo inquirebamus, uenies etiam ad reliqua euangelia, ideſt sicut fecisti in uno euangelio ita poteris facere ī omnibus, quia in omnibus sunt numeri descripti in marginibus. *Per eundem numerum, quem contines videbis oppositos per singulos numeros*, ideſt, per numerum illum, quem tu inuenies apud textum, de quo quæris, inuenies canones, & in canonibus inuenies lineas pro singulis Euangelistis, qui sunt in illo canone, & in directo illius numero cum quo intrasti uidebis numeros appositos per singulos, ideſt, per singulos Euangelistas, quia pro quolibet est una linea: & debemus accipere illos numeros singulorū, qui sunt in directo eius, cum quo nos intraumus. *Atque eos in suis proprijs locis similia dixisse reperies*, ideſt, reperies tunc, quòd omnes illi Euangelistæ, qui ponuntur in illo canone, in quem intrasti, dicunt similia in locis proprijs, ideſt in locis illis, qui designantur per numeros positos in suis lineis. Et dicuntur loca propria, quia non dicunt idem in eodem loco, sed id quod unus dicit in decimo capitulo, uel particula, alius dicit in ducentesima, uel trecentesima.

Quid voluit facere Ammonius, & an aliter potuisset facere. Quęstio. I.

QVAERITVR, circa prædicta quid uoluit facere Ammonius, & an aliter potuisset facere. Ad primum dicit, quòd Ammonius uidit quatuor Euangelistas, qui in plurimis concordabant, & erant in quatuor libris, uoluit autem ipse ponere omnra illa in uno uolumine, ut sic loco quatuor euangeliorum haberet unum, sic dixit Eusebius supra in litera, q̄ Ammonius nobis unū pro quatuor euangelijs dereliquit. Vtilitas autem erat in hoc. Prima, quia erat leuius, ut uidebatur habere unū euangelium, quàm quatuor, & uerè sic esset si habendo unum uerè quatuor haberemus per sufficientem æquipollētiam. Sed de hoc, quæstione sequenti dicetur. Secunda, & erat valde magna, scilicet, quòd sciremus in quibus locis concordant Euangelistæ. Et istud est vtile, & non potest aliquis illud scire legendo quodcunque Euangelium, nisi omnia quatuor legat. Et etiam tūc est difficultas, quia cùm legerit unum, non recordabitur de partibus singulis, quas legit in alio: cū per partes valde paruas sint Euangelia, distincta: in quibus concordant, vel discordant. Hic autem Ammonius posuerat omnia loca, in quibus concordabāt Euangelistæ, & per hoc etiā sciebatur quid erat quod habebat

habebat Matthæus proprium vltra alios. Tertia erat, quòd non solùm sciebātur loca concordiæ, sed etiam ponebantur verba ipsorum, quæ in eadem sententia interdum vnus addit super alterum. Et illa faciunt ad tollendum sæpe magna dubia. Ad hoc elegit Ammonius Euangelium Matthæi, & sequens literam illius, vbi cum alijs concordabat, ponebat literam aliorum, sicut ipsi ponebant in libris suis, & non nominabat ibi aliquam particulam nec ponebātur in margine aliqui numeri rubei, vel nigri: quia isti sunt ad intrandum in canones. Et tamē Ammonius non fecit canones, nec ab alio erant facti, immo etiam si essent facti non esset necesse vti illis, quia Ammonius ponebat in litera ipsa loca, in quibus concordabant Euangelistæ, & non est opus, quòd inquiratur quod habetur. Ponebat tamen homina ipsorum Euangelistarum super loca ipsa, quæ competebant eis, vt uideretur cuius esset illa litera, & non fieret confusio. Ad secundum dicendum, quòd poterat Ammonius facere hoc quod intendebat alio modo. Nam quòd ipse fecit in Matthæo ponendo loca, in quibus concordabant cum eo alij Euangelistæ, poterat facere in Marco, Luca, & Ioanne sequendo literam cuiuscunque illorum, & ponendo loca, in quibus alij, vel aliquis de ipsis concordabat cum eo: conuenientius tamen factum est in Matthæo, quàm in ali quo aliorum, vt putauit Ammonius. Primò quia Matthæus erat primus Euangelistarū, & rationabilius fuit alios incorporari sibi, quā ipsum incorporari alijs, Secundò quia non poterat fieri cōuenienter in quolibet saltem in Marco. Nam Marcus est minimus omniū: ideo ipse habet pauciora loca, in quibus possint cum eo concordare alij, quàm quilibet aliorum. Et sic pauca loca ponerentur vbi cōcordarent Euangelistæ: quia adhuc manerent multa loca, in quibus concordarent aliqui de Euangelistis, qui non haberentur ibi propter paucitatem dictorum Marci. Item quia Marcus est, qui pauciora dixit de proprijs, quā alij, vt patet ex decimo canone vbi ponuntur propria singulorum, & Marcus est ibi valde minor quolibet aliorum. Ammonius tamen intendebat compilare per istum modum plurima, quæ haberi possent de Euāgelistis omnibus: sed nullus erat, in quo ista compilatio fieret incomplerior, quàm in Marco: ideo non potuit conuenire proposito suo. Nullus autem erat quem ad hoc rationabiliter assumere posset nisi Matthæum, aut Lucam: quia isti duo completissimè tractant gesta Christi in comparatione ad alios, & multum inter se similantur. Elegit tamē potius Matthæum, quàm Lucam, primò quia cæteris paribus iustius erat Lucam incorporari Matthæo, quā è contrario, cùm Matthæus esset prior. Secundò quia Euangeliū Matthæi videtur sequi magis ordinem rerum gestarum, quàm Euangelium Lucæ. 3. quia videtur aliqualiter esse completius: nam licèt multa ponat Lucas, quæ non habet Matthæus, & è contrario, videntur tamen ea, quæ ponit solus Matthæus digniora, & magis necessaria, quàm ea, quæ ponit Lucas tāquam propria: ita quòd si unicum de istis quatuor Euangelijs deberet manere, videretur potius debere manere Euangelium Matthæi, quàm quodlibet de cæteri. Ideo potius Matthæum, quàm Lucam secutus est. Quartò quia si incorporaret Matthæum Lucæ, opportebat omittere propria Matthæi. Voluit autem potius omittere propria Lucæ, quàm Matthæi, quia non videbantur tantę necessitatis. Sed obijcietur, quòd potius debuisset sumere Ioannem, & concordare ei cæteros. Ratio est quia Ioannes habet plura propria, quàm cæteri, quasi in triplo, & sic poneret hoc Ammonius ea, in quibus concordabant Euangelistæ, & poneret propria Ioannis, quæ erant valde multa, & vtilia potiusquam propria Matthæi, & Lucæ. Dicendum, quòd incorporando cæteros Ioanni colligerentur multa propria, in quibus Ioannes excedebāt cæteros, & tamen haberentur pauca communia in quibus concordaret cum alijs: quia nullus est magis concordans cum cæteris, quàm Matthæus, & Lucas. Intendebat autem Ammonius potius habere concordiam Euangelistarum, vt relinqueret vnum Euangeliū pro quatuor: ideo non debuit accipere Ioannem sed Matthæum, & Lucam, & accepit Matthæum propter causas dictas.

An opus Ammonij erat aliquid completum. Quæst. II.

QVAERITVR vlterius, an istud opus erat aliquid completum. Respondendum quòd non: quia licèt utile esset, & laude dignum, tamen non erat completum ad id, ad quòd tendebat. Primum patet, quia erat vtile istud opus ad illa, quæ dicta sunt præcedenti quæstione: fuit autem laude dignum in quantum per illud Eusebius inuenit canones Euangelicos. Nam ipse tradidit quasi regulam licèt imperfectā: Eusebius tamen non inueniſſet uiam ad istos canones faciendos, nisi ex eis, quæ fecit Ammonius: quia illud quòd ipse faciebat, scilicet ponere locum, in quibus concordabant Euangelistæ erat id, quod inuenitur per canones Eusebij: licèt aliter, & subtilius. Et sic fuit quasi maior pars innenij in Ammonio; quia excogitatio siue inuentio in oratoria, & in omnibus alijs artibus maxima est. Secundū patet, quia multæ imperfectiones erant in opere Ammonij. Prima quia nullum Euangelium manebat integrū: nam Euangelia Marci, Lucæ, & Ioannis non manebant integra, quia tollebantur de eis loca illa in quibus concordabant cum Matthæo: ipse autem Matthæus non manebat integer: quia interrumpebatur, vt insererentur sibi partes aliorum Euangelistarum. Et hoc tetigit Eusebius supra in litera, scilicet, verum vt saluo corpore &c. Secunda imperfectio, quia istud Euāgeliū, quod faciebat Ammonius, nullius Euangelistæ erat: nam nullus scripsit illud sic, sed erat quædam congeries facta de dictis multorum Euangelistarum: ideo nō erat codex conueniens ad exhibendum in testimoniū alicuius dicti Euāgelici. Tertia quia uidebatur istud opus aliqualiter superuacuum, inquantum continebat ter, vel quater eandem sentētiam in diuersis locis, scilicet vbi concordabant quatuor Euangelistæ, ponebatur quater sententia eadem secundùm verba singulorum semel, & quando ter, ponebatur ter eadem sententia. Et licèt esset utile scire, in quibus locis concordabant Euangelistæ: erat tamen tædiosum ponere quater eandem sententiam integram: ad hoc quòd solùm sciretur, q̄ concordabant in loco illo Euangelistæ. Quarta, & valde magna imperfectio, quia omnes libri scribuntur, vt ex eis colligatur aliqua sententia: istud autem impediebatur maximè in codice Ammonij: quia cū ipse prosequeretur literam Matthæi, & ueniret locus, in quo concordabat cum cæteris, ponebantur sententiæ ipse secundùm verba singulorū, & tunc interrumpebatur sententia Matthæi; quia interponebantur illę, & sententiæ illę non continebantur cū sententia Matthæi: etiam illę erant omnino discontinuæ, quia non erat isti principium illarū, nec finis, sed interponebantur ibi. Et hoc tetigit Eusebius in litera. Quinta quia non consequebatur per hoc Ammonius id, quòd intendebat, scilicet, quia non poterat ponere ea, in quibus concordabant omnes Euangelistæ, sed solùm ea, in quibus concordabat Matthæus cum alijs Euangelistis. Manebant autem ea, in quibus concordabant Marcus & Lucas, & Marcus & Ioannes, & Lucas & Ioan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioannes, qui ponuntur in tribus canonibus. Sexta, q F
deficiebat id, quòd erat maxime neceſſarium. Nam
ad hoc, quòd de quatuor Euangelijs vnum faceremus, oportebat, quòd omnes ſententiæ, quæ habentur in omnibus quatuor Euangelijs, colligerentur in vnum, licèt verba omnium non ponerentur in vno. Et ad hoc debebat fieri totaliter è contrario, quàm faciebat Ammonius: quia ipſe ponebat omnia illa, in quibus concordabant Euangeliſtæ, & quæ erant propria Matthæi quem proſequebatur. Fuiſſet autem magis conueniens, quòd ipſe proſequeretur Matthæum, & in quocunque loco ipſe concordaret cum omnibus, vel cum aliquo ſolùm poneretur littera ſua, quia illa ſufficiebat. Vbi autem alij, vel aliquis aliorum addebat aliquid, interponeretur illud dictis Matthæi, & G
notaretur ſuper illud nomen Euangeliſtæ. Vt ſciretur cuius hoc eſſet. Et ſic haberentur omnia Euangelia in vno. Ammonius autem omiſit omnia propria Euangeliſtarum, ponens ſolùm propria Matthæi. Et erat magnus defectus, potiſſimè quia in Ioanne erant multa propria valde neceſſaria in ſcriptura. Septima quia dato, quòd Ammonius nulla de prædictis imperfectionibus habuiſſet, ſed poneret tam propria quam communia Euangeliſtarum, poſuit illa modo groſſo. Nam poterant facilius haberi omnia hæc. Ideo Euſebius ad ſupplendum iſtos defectus excogitauit canones Euangeliorum, per quos inueniantur omnia hæc facilius, & ſine aliqua imperfectione. Nam non oportet rumpi corpora ipſorum, ita vt fiat vnum Euange- H
lium ex omnibus: ſed manente quolibet libro per ſe, & non interrupto aliquo ſtylo per canones, & per numeros appoſitos in marginibus ſingulorum Euangeliſtarum inueniuntur in quibus concordant Euangeliſtæ ſiue multi, ſiue pauci: quod non inueniebatur p compilationem Ammonij, vt dictum eſt ſupra, ſcilicet, quia deficiebant ei tres canones. Etiam inueniuntur ſingula propria Euãgeliſtarum diſtinctè: ideo fuit iſte modus conueniens potius, quàm modus Ammonij.

Quid ſint canones, & ad quid ſint vtiles. Quæſt. III.

I

QVAERITVR vlterius, quid ſint canones iſti, & ad quid ſint vtiles. Ad primum dicendum, quòd canon in Græco idem eſt, quòd regula: ita accipit quòd iſti canones ſint coordinationes numerorum per quas habetur regula ad inueniendum communia, & propria Euangeliſtarum. Accipitur tamen canon dupliciter. Aliquando pro quadam coordinatione linearum, & numerorum in quibus Euangeliſtæ aliqui conueniunt, vel non conueniunt, ſicut primus canon eſt coordinatio quatuor linearum poſitarum pro quatuor Euangeliſtis, in quibus ſignificantur concordare omnes quatuor, ita de cæteris canonibus: quia in quolibet ſunt ſaltem duæ lineæ, & concordant duo Euangeliſtæ. In decimo autem licèt quilibet habeat ſolùm propria in K
quibus, cùm nullo concordat, ponuntur tamen quatuor lineæ, & quatuor Euangeliſtæ, & in qualibet earum ſignatur quid ille, cuius eſt illa linea ſuper cæteros dixerit, vel è cæteris proprium habeat. Et illæ quatuor lineæ ſimul conſtituunt decimum canonem.
Alio modo accipitur canon pro qualibet linea illius coordinationis. Et ita in primo canone ſunt quatuor canones: quia ſunt ibi quatuor lineæ. Et ſic dicitur interdum, quòd quilibet Euangeliſta habeat ſuum canonem in primo canone, & in ipſo eſt requirendus, ſcilicet, in ipſa linea ſua, quã habet in primo canone. Et ita accepit Euſebius bis, vel ter ſupra in litera, vt ibi declaratum eſt: ita etiam accipit Hieronymus ſæpe præcedenti prologo. Quandocunque tamen communiter loquimur de canonibus Euangeliorum, accipimus canones primo modo, ſcilicet, pro ipſis coordinationibus. Ad ſecundum dicendum, quòd canones fuerunt multum vtiles. Primò ad tollendam quamcunque confuſionem, quæ in Euangeliis fieret: ſicut fuerat facta apud latinos, ſcilicet, quòd ea quæ erant vnius Euangeliſtæ ponebantur in alijs, & ea quæ erant propria omnium ponebantur in quolibet: iſta autem confuſio tollitur per canones: quia cùm ex eis conſtet, quæ ſunt propria, & quæ ſunt communia, tollent ea, quæ ſunt propria aliorum, & manebunt cuique, quæ propria ſunt ſibi. Secundò ſunt vtiles ad cauendam confuſionem, ne iterum accidat: quia cùm non habentur iſti canones poterat faciliter quis errando apponere vni Euangeliſtæ, quod alterius eſt. Nunc verò cum ex his conſtet, quæ ſunt propria ſingulorum non apponentur vni, quæ pertinent ad alios. Tertiò ſunt vtiles, vt ſciamus in quibus Euangeliſtæ inter ſe conſonant, & in quibus propria habent, quia per hoc tollitur difficultas inquirendi totos codices eorum. Nam ſi quis ſine iſtis canonibus vellet ſcire ſuper aliquo dicto alicuius Euangeliſtæ, an alij concordent, vel quomodo dicant, oporteret vt legeret tota ſingulorum volumina, quæ erat magna difficultas. Nunc verò nihil legendo ſciet per iſtos canones de quocunque dicto, quòd Euangeliſtæ concordent. Quartò eſt vtile ad tollendum multa dubia: quia quando ipſi Euangeliſtæ concordant in ſententia non ſemper dicunt eadem verba: ſed interdum vnus ſic, & alius ſic. Per quòd tollitur dubium, & vnus declarat alterum: ideo eſt valde utile, immo neceſſarium pro intellectu ſacræ ſcripturæ ſcire loca, in quibus cõſonant, & quãdo conſonant: quia non poteſt veritas haberi niſi ex concordia ipſorum, quando multi circa idem dicunt. Quintò eſt utile habere canones propter propria ſingulorum, quia quando quis legit vnum Euangeliſtã, neſciet quid alij addiderunt ſuper ipſum, & in quibus locis, niſi valde diligenter, & aſſiduo labore quæreantur. Nunc autem etiam non aperto libro alicuius ipſorum ſciemus, quæ, & quot ſunt propria ſingulorũ, & in quibus locis ſuorum Euãgeliorum ſunt. Et hoc per ſolum decimum canonem. Et ob hoc antiquitas ualde curauit de iſtis canonibus, moderni autem ſicut in multis alijs, ita & in hoc ſunt negligentes, & iã quaſi omnino omiſſi ſunt. Cauſa autem fuit prima, quia non curauit de quibuſdam curioſis ſic, & hoc vi debatur ſibi curioſum eſſe, & ſufficere ſibi ſimpliciter aliquid ſcire de ipſis Euangeliſtis. Nam ita Hieronymus dicit præcedenti capit. quòd ſi aliquis de curioſis uelit ſcire propria, & communia Euangeliſtarum per hos canones ſciet. Secunda quia ſicut ſtudium ſacræ ſcripturæ à pluribus modernorum propter quædam alia omiſſum eſt, ita & ea quæ erant ſibi adhærentia, & principaliter pertinebant ad ualde ſtudioſos. Nam canones Euangeliorum pro ualde ſtudioſis circa ipſa Euangelia ſunt: ut poſſint circa ſingulas particulas ipſorum ſcire, quæ ſunt communia, & quæ ſunt propria. Tertia & præcipua fuit propter errorem librariorum, ſiue ſcriptorum: qui apud nos non ſunt periti, nec diligentes, ſicut fuerunt apud ipſam antiquitatem. Et propter multitudinem numerorum, & uarietatem ipſorum ſæpe confundebant eos, & aliquando ponebant extra loca propria, & ſic erat difficile, & tædioſum iſta emendari. Ideo omiſſi ſunt.

A

De numero canonum Euangeliorum. Quæſt. IIII.

QVAERITVR vlterius, de numero canonum. Dicendum, quòd ſunt decem: cauſa autem quare non ſunt plures eſt, quia canones ponuntur ad inueniendum, quæ ſunt cõ B
munia. Si autem quæratur de propriis ſic eſt vnus canon, ſcilicet, decimus: in quo ponuntur quatuor lineæ pro quatuor Euangeliſtis, & in qualibet earum ſignantur loca ipſius Euangeliſtæ cuius eſt, in quibus ipſe locutus eſt propria, quæ non habentur ab aliquo aliorum. Si autem ſunt communia, aut conueniunt in eis omnes quatuor, aut non. Si omnes, ſic eſt primus canon. Si non omnes, aut tres, aut duo. Si tres, aut ſunt Matthæus, Marcus, & Lucas, & ſic eſt ſecundus canon. Aut ſunt Matthæus, Lucas, & Ioannes, & ſic eſt tertius canon. Aut ſunt Matthæus, Marcus, & Ioannes: & ſic eſt quartus canon. Non enim inueniuntur tres ipſorum pluribus modis inter ſe concordare. Si duo ſoli, aut ſunt Matthæus, & Lucas, & ſic eſt quintus canon. Aut Marcus, & Matthæus, & eſt ſextus: aut Matthæus, & Ioannes, & eſt ſeptimus. Aut Marcus, & Lucas, & eſt octauus. Aut Lucas, & Ioannes, & eſt nonus. Non poſſunt autem Euangeliſtæ pluribus mo D
dis inter ſe combinari, vt ſint: ideo non ſunt niſi quinque canones in quibus duo conueniant. Et ſi poſſint cõbinationes fieri ad ſufficientem diuiſionem, tamen pro illis non eſt canon, quia non inueniuntur cõcordare, vt canonem faciant: ſicut patet in Marco, & Ioãne, qui hullum canonem faciunt, quia inter ſe concordant, in quo cum alijs, vel aliquo aliorum non concordent. Vnus autem non poteſt ad ſe ipſum conuenire: quia ad id, quod ſolum eſt comparatio non eſt, vt dixit Hieronymus præcedenti prologo: ideo non manet poſtea niſi canon de proprijs, & eſt vnus. Et ita ſunt decem canones, ſcilicet, vnus in quo nullus cum alio concordat, & vnus eſt, quo omnes quatuor concordant, & tres, in quibus concordant tres Euangeliſtæ, & quinque in quibus concordant duo. Et ſic non potuerunt eſſe niſi decem canones. E

An alij libri ſacræ ſcripturæ habeant inter ſe canones. Q.V.

QVAERITVR de alijs libris ſacræ ſcripturæ, an habeant aliquos canones, & cur non. Ad primum dicendum, quòd nulli libri veteris teſtamenti, aut noui habent aliquem B
canonem: nam nullus inuenitur in ipſo corpore Bibliæ, ſiue in nouis, ſiue in antiquis libris, ſicut reperiũtur canones Euangeliorum. Etiam nullus doctorum inuenitur facere mentionem de aliquibus canonibus præter canones Euangelij. Ad ſecundum dicendum, quòd non fuerunt facti canones pro alijs libris, quia fieri non poterant. Nam canones, vt ſupra dictum eſt, ſunt ad inueniendũ propria, & communia Euangeliſtarum: habere autem proprium, aut commune C
non eſt niſi reſpectu multorum, qui comparantur ad eandem rem: ideo non poteſt propriè fieri canon niſi pro aliquibus libris, qui de eadem materia ſunt: vt videatur in quo conſonant, & in quo differunt. Quilibet autem aliorum librorum veteris, aut noui teſtamenti ſolus eſt: quia non agitur in vno, de quo agitur in alio. Et ſic non ſunt ibi propria, neque communia niſi large loquendo quælibet inuenta in quocunque libro propria ſibi ſunt, & dicãtur: ſed non eſt propriè dictũ: cũ tales libri non cõparentur inuicẽ. Euangeliſtæ aũt quatuor tractauerunt de eadem re, ideo in multis poterant conuenire, & in alijs diſconuenire, & ſic eis propriè cõpetebat canon. Si aũt obijciatur de libris Regũ, & Paralipomenon, qui de eadem materia agunt, & poterat ſciri in quibus conueniebant, & in quibus differebant. Dicendũ, q̃ non fuit neceſſe hic fieri canon, tũ quia ibi facilius poterant cognoſci propria, & cõia, q̃ in Euangeliſtis, vbi ſunt multæ particulæ, & paruæ in quibus poteſt eſſe concordia, vel diſcordia. In libris autem Regum, & Paralipomenon, quia eſt quaſi continuata hiſtoria, non ſunt ita paruæ particulæ, in quibus poſſent conuenire vel differre: tũ quia libri Regum, & Paralipomenon, non ſunt de principaliſſimis, nec maxime neceſſarijs ſacræ ſcripturæ ſicut ſunt Euangelia, quæ oportet ſciri vſque ad minimas particulas: ideo pro alijs nõ oportuit fieri canon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RVBRICA EVANGELICORVM CANONVM.

AD declarationem ſequentium canonum Euangeliorum nota, quòd in primis ſunt quędam clauſulæ Euangeliorum cum duplici numero, ſcilicet, rubeo,& nigro in margine poſito: quæ quidem clauſulæ ſignificant diuiſionem particularium capitulorum,in quibus omnes,vel aliqui Euangeliſtæ in vnum conueniunt, vel aliquis eorum particulariter aliquid dixit. Et tales numeri ſunt aſſignandi in Biblijs in margine Euangeliorum cum eiſdem coloribus, & ante eaſdem clauſulas, ante quas in ſequenti tabula poſiti ſunt: capitula autem, quæ intermedia ponuntut,ſignificant capitula ſecundùm diuiſionem modernam Bibliarum. Vt autem facilius prædictæ concordantiæ poſſint inueniri, & clarius diſcerni, ordinatæ ſunt columnæ in figuris, quæ ſequuntur cum ſuis ſpatijs intermedijs,in quibus in eadem linea per tranſuerſum inuenitur in qua clauſula concordant omnes,vt in primo canone:vel tres, vt in II. III. & IIII. vel duo,vt in V.VI.VII.VIII. &IX. Vel in quo quilibet aliquid proprium ponit, vt in X. Et iſto modo habetur breuiter tota notitia canonum Euangeliorum.Notandum eſt tamẽ, quòd numeri nigri,qui ponuntur ante clauſulas prædictas, ſignificant numerum clauſularum ſecundùm Euangelij ordinem, & incipiunt ab vno vſque ad numerum,in quo finitur Euangelium ſemper ordinatè procedendo. Numeri autem rubei ſignificant, in quo canone inueniatur talis ſentẽtia, ſeu clauſula. Et iſti non excedunt numerum denarium. Et iſti numeri rubei colore ſuo in Bibliarum marginibus poni debent: quia aliter non poſſent bene diſcerni,& etiam Beatus Hieronymus,& Beatus Euſebius ita declarant.

RAINERIVS BOVOSIVS PIO LECTORI.

EVSEBIVS Cæſarienſis Euangelicos canones ita digeſſit, vt eorum numeri in priori ſerie poſiti canonem ipſum indicantes rubeo colore, reliqui verò in ſecunda collocati, oſtendentes, quæ ſententiæ in Euangeljs eadem ſint, aut ſimiles, vel adeo propriæ, vt ab alio Euangeliſtarum nemine editæ fuerint, nigro præſcriberentur. Quod ea ratione factum eſt, vt, quoniam vterque numerus in margine contextus Euangeliſtarum ſingulis ſententiis appingi oportebat, ſtatim noſceremus ex ea colorum varietate, qui canonem, & qui ſententiam indicaret. Verùm cùm iam Euangelia, numeris omnibus huiuſmodi ſublatis, imprimantur,neceſſitas quoque variandi numerorum colores ſublata eſſe videtur. Ne mireris igitur ſtudioſe lector ſi numeros eoſdem ita coloribus notatos, vt & Euſebius, & Hieronymus,& Abulenſis conſcribendos eſſe tradiderunt, non inueneris: ſatis enim eſt, vt, qui numeri ſint canonum,& qui clauſularum Euangelii, cognoſcas.

CLAV-

CLAVSVLAE EVANGELII Beati Matthęi ſecundùm diuiſionem canonum Beati Euſebij Epiſcopi Cęſarienſis.

		Capitulum I.
10	j	Liber generationis.
10	ij	Omnes generationes.
5	iij	Cùm eſſet deſponſata.
10	iiij	Ioſeph autem vir eius.
		Capitulum II.
6	v	In Bethlehem Iudæ.
10	vi	Tunc Herodes.
		Capitulum III.
3	vij	In diebus autem illis.
1	viij	Hic eſt enim.
6	ix	Ipſe autem Ioannes.
5	x	Videns autem multos.
1	xi	Ego quidem baptizo.
5	xii	Cuius ventilabrum.
10	xiij	Tunc venit Ieſus.
1	xiiij	Baptizatus autem Ieſus.
		Capitulum IIII.
2	xv	Tunc ductus eſt Ieſus.
5	xvi	Et cum ieiunaſſet.
6	xvii	Tunc reliquit eum diabolus.
4	xviij	Cum autem audiſſet Ieſus, ꝙ Ioannes traditus.
7	xix	Et relicta ciuitate Nazareth.
6	xx	Exinde cępit Ieſus prædicare.
2	xxi	Et ait illis, venite poſt me.
6	xxij	Et procedens inde vidit alios duos.
1	xxiij	Et circuibat Ieſus totã Galilæã.
		Capitulum V.
10	xxiiij	Videns autem turbas.
5	xxv	Et aperiens os ſuum.
5	xxvi	Beati pauperes.
10	xxvii	Beati mites.
5	xxviii	Beati,qui eſuriunt.
5	xxix	Beati,qui lugent.
10	xxx	Beati miſericordes.
5	xxxi	Beati eſtis,cum maledixerint.
2	xxxii	Vos eſtis ſal terræ.
2	xxxiii	Vos eſtis lux mundi.
10	xxxiiij	Nolite putare, quoniam veni ſoluere.
5	xxxv	Amen quippe dico vobis.
10	xxxvi	Qui ergo ſoluerit.
5	xxxvii	Audiſtis, quia dictum, & non occides.
10	xxxviii	Eſto conſentiens.
5	xxxix	Sed ſi quis te percuſſerit.
10	xl	Et quicunque te angariauerit.
5	xli	Audiſtis quia dictum, diliges proximum.
5	xlii	Si enim diligatis.
		Capitulum VI.
10	xliii	Attendite, ne iuſtitiam.
5	xliiij	Orantes autem.
5	xlv	Si enim dimiſeritis hominibus.
10	xlvi	Cum autem ieiunatis.
5	xlvii	Theſaurizate autem uobis.
5	xlviii	Lucerna corporis tui.
5	xlix	Nemo põt duobus Dominis.
5	l	Ideo dico vobis ne ſolliciti.
2	li	Nolite iudicare, & non iudicabimini.
5	lij	Quid autem vides feſtucam.
10	liii	Nolite ſanctum dare canibus.
		Capitulum VII.
5	liiij	Petite, & dabitur uobis.
5	lv	Omnia ergo quæcunq; vultis.
5	lvi	Intrate per anguſtam portam.
10	lvii	Attendite à falſis prophetis.
5	lviii	Nũquid colligũt de ſpinis vuas.
5	lix	Sic omnis arbor bona.
3	lx	Non omnis, qui dicit mihi Domine.
5	lxi	Multi dicent mihi.
5	lxii	Omnis ergo, qui audit verba mea.
2	lxiii	Et factum eſt, cum cõſumaſſet.
		Capitulum VIII.
2	lxiiii	Cum autem deſcendiſſet.
2	lxv	Cum autem introiſſet Capharnaum.
5	lxvi	Dico autem vobis,quòd multi.
5	lxvii	Et dixit Ieſus Centurioni.
2	lxviii	Et cùm veniſſet Ieſus in domũ Petri.
5	lxix	Et accedens unus ſcriba.
2	lxx	Et aſcendente eo in nauiculã.
		Capitulum IX.
1	lxxi	Et aſcendens Ieſus in nauiculã.
2	lxxii	Et cum tranſiret inde.
2	lxxiii	Et factum eſt diſcumbente eo.
2	lxxiiii	Et Ieſus audiens ait.
2	lxxv	Hæc eo loquente ad eos.
10	lxxvi	Et tranſeunte inde Ieſu.
2	lxxvii	Et circuibat Ieſus.
5	lxxviii	Videns autem turbas.
5	lxxix	Tunc dicit diſcipulis.
		Capitulum X.
2	lxxx	Et conuocatis duodecim.
2	lxxxi	Duodecim autem apoſtolorũ.
10	lxxxii	Hos duodecim miſit Ieſus.
2	lxxxiii	Euntes autem prædicate.
2	lxxxiiii	In quamcunque ciuitatem.
5	lxxxv	Intrantes autem in domum.
2	lxxxvi	Et quicũque nõ receperint uos,
5	lxxxvii	Ecce ego mitto uos,
2	lxxxviii	Cauete autem ab hominibus.
2	lxxxix	Cùm autem tradent uos.
10	xc	Cùm autem perſequentur uos.
3	xci	Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.
10	xcii	Si patrem familias.
2	xciii	Nihil enim opertum.
10	xciiii	Quod dico uobis in tenebris.
2	xcv	Qui autem negauerit me.
5	xcvi	Nolite arbitrari.
5	xcvii	Qui amat patrem,aut matrem.
3	xcviii	Qui inuenit animam ſuam.
1	xcix	Qui recipit uos,me recipit.
10	c	Qui recipit prophetã in noĩe.
6	ci	Et quicunque dederit potum.
		Capitulum XI.
10	cii	Et factum eſt.
5	ciii	Ioannes autem cum audiſſet.
2	ciiii	Hic eſt enim de quo ſcriptũ eſt.
5	cv	Amen dico vobis non ſur. inter na.
5	cvi	A diebus autem Ioannis Bapt.
10	cvii	Omnes enim prophetæ.
5	cviii	Cui autem ſimilem æſtimabo.
5	cix	Tunc cepit exprobrare.
10	cx	Quia ſi in Sodomis.

In illo

Universidad de Deusto
Biblioteca

5	cxi	In illo tempore reſpõdẽs Ieſus.
3	cxii	Omnia mihi tradita ſunt.
3	cxiii	Et nemo nouit filium.
2	cxiiii	Venite ad me omnes,qui labo.
2	cxv	In illo tempore abijt Ieſus,
		Capitulum XII.
2	cxvi	Et cum inde tranſiſſet.
4	cxvii	Exeuntes autem phariſæi,
10	cxviij	Ieſus autem ſciens.
5	cxix	Tunc oblatus eſt ei.
7	cxx	Et ſtupebant omnes.
2	cxxi	Phariſæi autem audientes,
2	cxxii	Ieſus autem ſciens.
2	cxxiii	Qui non eſt mecum,
10	cxxiiii	Aut facite arborem,
10	cxxv	Bonus homo.
10	cxxvi	Dico autem vobis.
5	cxxvii	Tunc reſponderunt ei.
5	cxxviii	Qui reſpondens ait illis.
5	cxxix	Cùm autem immundus,
2	cxxx	Adhuc eo loquente,
		Capitulum XIII.
2	cxxxi	In die illo exiens.
5	cxxxii	Qui enim habet dabitur ei,
1	cxxxiii	Ideo in parabolis,
5	cxxxiiij	Veſtri autem oculi.
2	cxxxv	Vos ergo audite parabolam.
10	cxxxvi	Aliam parabolam propoſuit homini qui ſeminauit.
2	cxxxvii	Aliam parabolã grano ſinapis.
5	cxxxviii	Aliam parabolam fermento.
6	cxxxix	Hæc omnia locutus eſt.
10	cxl	Tunc dimiſſis turbis.
1	cxli	Et veniens in patriam.
1	cxlii	Ieſus autem dixit eis non eſt propheta ſine honore.
		Capitulum XIIII.
2	cxliii	In illo tempore audiuit.
2	cxliiii	Herodes. n. tenuit Ioannem.
6	cxlv	Die autem natalis.
3	cxlvi	Quod cũ audiſſet Ieſus ſeceſſit.
1	clxvii	Veſpere autem facto venerunt,
6	cxlviij	Et ſtatim iuſſit.
2	cxlix	Et dimiſſa turba.
4	cl	Veſpere autem.
10	cli	Reſpondens autem Petrus.
6	clii	Et cum aſcendiſſet.
2	cliii	Et cùm transfretaſſent.
		Capitulum XV.
6	cliiii	Tunc acceſſerunt ad eum ab Hieroſol.
10	clv	Tunc accedentes.
5	clvi	Sinite illos.
6	clvii	Reſpondens autem Petrus.
5	clviii	Ipſe autem reſpondens ait nõ ſum miſſus.
6	clix	At illa venit,& adorauit eum.
5	clx	Et cum tranſiſſet inde.
		Capitulum XVI.
4	clxi	Et acceſſerunt ad eum.
5	clxii	At ille rñdens ait facto veſpere.
6	clxiii	Generatio mala,& adultera.
2	clxiiii	Et cum veniſſent diſcipuli eius trans fretum.
6	clxv	Qui dixit illis intuemini.
1	clxvi	Venit autem Ieſus in partes Cę ſareæ.
10	clxvii	Reſpondens autem Ieſus Beatus es Simon.
2	clxviii	Tunc præcepit diſcipulis vt nemini dicerent.
6	clxix	Et aſſumens eum Petrus.
2	clxx	Tunc Ieſus dixit.
2	clxxi	Filius enim hominis venturus eſt.
2	clxxii	Amen dico vobis, ſunt quidã, qui non guſtabunt.
		Capitulum XVII.
6	clxxiii	Et interrogauerunt eum.
2	clxxiiii	Et cum veniſſet.
5	clxxv	Tunc acceſſerunt.
2	clxxvi	Conuerſantibus autem eis.
10	clxxvii	Et cum veniſſent.
		Capitulum XVIII.
2	clxxviii	In illa hora acceſſerunt quis putas maior.
2	clxxix	Qui autem ſcandalizauerit.
6	clxxx	Si autem manus tua.
10	clxxxi	Videte ne contemnatis.
5	clxxxii	Quid vobis videtur.
5	clxxxiii	Si autem peccauerit.
10	clxxxiiii	Si autem non te audierit.
6	clxxxv	Amen dico vobis quęcumque aligaueritis.
10	clxxxvi	Iterum dico vobis.
5	clxxxvii	Tunc accedens ad eum Petrus.
10	clxxxviii	Ideo aſſimilatum eſt regnum cœlorum.
		Capitulum XIX.
6	clxxxix	Et factum eſt migrauit.
2	cxc	Dico autem vobis: vxorem.
10	cxci	Dicunt ei diſcipuli.
2	cxcii	Tunc oblati ſunt ei paruuli.
2	cxciii	Et ecce vnus: Magiſter bone.
2	cxciiii	Ait illi Ieſus: Si vis perfectus.
2	cxcv	Cum audiſſet autem adoleſcens.
10	cxcvi	Ieſus autem dixit: quia diues difficilè.
5	cxcvii	Sedebitis,& vos.
2	cxcviii	Et omnis qui reliquerit.
2	cxcix	Multi autem erunt.
		Capitulum XX.
10	cc	Simile eſt regnum cęlorum cõducere opera.
2	cci	Et aſcendens Ieſus Hieroſol.
6	ccii	Tũc acceſſit ad eum Mater filiorum Zebedæi.
2	cciii	Et audientes decem.
4	cciiii	Sicut filius hominis non venit miniſtrari.
2	ccv	Et egredientibus illis.
		Capitulum XXI.
2	ccvi	Et cum appropinquaſſent.
7	ccvii	Hoc autem totum.
2	ccviii	Euntes autem diſcipuli.
1	ccix	Turbę autem quæ præcedebãt.
10	ccx	Et cum intraſſet commota.
1	ccxi	Et intrauit Ieſus in templum.
10	ccxii	Et acceſſerunt ad eum cœci.
5	ccxiii	Videntes autem pueros.
6	ccxiiii	Et relictis illis abiit.
6	ccxv	Reſpondens autem Ieſus.
4	ccxvi	Et omnia quæcunq; petieritis.
2	ccxvii	Et cum veniſſet.
10	ccxviii	Quid autem vobis videtur.
2	ccxix	Aliam parabolam audite homo plantauit.
1	ccxx	Et cum audiſſent principes.
5	ccxxi	Et reſpondens Ieſu.

Capiiu-

		Capitulum XXII.
10	ccxxii	Intrauit autem Rex.
2	ccxxiii	Tunc abeuntes Phariſæi.
6	ccxxiiii	Phariſæi autem audientes.
2	ccxxv	Congregatis autem Phariſæis.
2	ccxxvi	Si ergo Dauid.
		Capitulum XXIII.
10	ccxxvii	Tunc Ieſus locutus: ſuper cathedram.
5	ccxxviii	Alligant autem.
2	ccxxix	Omnia vero opera.
10	ccxxx	Vos autem nolite vocari.
5	ccxxxi	Qui maior eſt veſtrum.
5	ccxxxii	Væ autem vobis qui clauditis.
10	ccxxxiii	Væ vobis qui comeditis
5	ccxxxiiii	Væ autem vobis qui decimatis
10	ccxxxv	Duces cęci.
5	ccxxxvi	Væ vobis qui mundatis.
5	ccxxxvii	Væ vobis quia ſimilis eſt ſepulchris.
5	ccxxxviii	Væ vobis qui ædificatis.
10	ccxxxix	Et vos implete menſuram.
5	ccxl	Ideo ecce mitto ad vos.
5	ccxli	Hieruſalem Hieruſalem.
		Capitulum XXIIII.
2	ccxlii	Et egreſſus Ieſus.
2	ccxliii	Sedente autem eo.
1	ccxliiii	Tunc tradent vos.
10	ccxlv	Et tunc ſcandalizabuntur.
6	ccxlvi	Et prædicabitur hoc Enange.
6	ccxlvii	Cum ergo videritis.
2	ccxlviii	Tunc qui in Iudæa.
2	ccxlix	Væ autem prægnantibus.
6	ccl	Orate autem.
2	ccli	Erit enim.
6	cclii	Et niſi breuiati.
2	ccliii	Tunc ſi quis vobis dixerit.
6	ccliiii	Surgent enim pſeudo Chriſti.
5	cclv	Si ergo dixerint.
5	cclvi	Sicut enim fulgur.
5	cclvii	Vbicunque fuerit corpus.
2	cclviii	Statim autem.
2	cclix	Et tunc plangent.
6	cclx	Die autem illa.
5	cclxi	Sicut autem in diebus Noe.
5	cclxii	Tunc duo erunt in agro.
6	cclxiii	Vigilate ergo.
2	cclxiiii	Illud autem ſcitote.
6	cclxv	Qui putas eſt fidelis.
5	cclxvi	Beatus ille ſeruus.
5	cclxvii	Si autem dixerit malus.
		Capitulum XXV.
10	cclxviii	Tunc ſimile eſt regnum cœlorum decem virginibus.
2	cclxix	Sicut enim homo peregre proficiſcens.
5	cclxx	Et vni dedit quinque talenta.
2	cclxxi	Omni enim habenti.
5	cclxxii	Et inutilem ſeruum.
10	cclxxiii	Cum autem venerit.
		Capitulum XXVI.
1	cclxxiiii	Scitis quia poſt biduum.
6	cclxxv	Tunc congregati ſunt.
1	cclxxvi	Cum autem eſſet Ieſus.
4	cclxxvii	Mittens enim hæc
2	cclxxviii	Tunc abijt Iudas.
4	cclxxix	Veſpere autem facto.
1	cclxxx	Et contriſtati ſunt valde.
2	cclxxxi	At ipſe reſpondens:
6	cclxxxii	Væ autem homini.
10	cclxxxiii	Reſpondens autem Iudas.
1	cclxxxiiii	Cenantibus autem.
2	cclxxxv	Et accipiens calicem.
6	cclxxxvi	Et hymno dicto.
4	cclxxxvii	Tunc dicit illis.
6	cclxxxviii	Scriptum eſt enim.
1	cclxxxix	Reſpondens autem Petrus.
6	ccxc	Ait illi Petrus.
1	ccxci	Tunc venit Ieſus.
6	ccxcii	Sedete hic.
4	ccxciii	Tunc ait illis.
2	ccxciiii	Et progreſſus puſillum
1	ccxcv	Verumtamen non ſicut ego.
2	ccxcvi	Et uenit ad diſcipulos.
4	ccxcvii	Spiritus quidem promptus.
6	ccxcviii	Iterum ſecundo.
4	ccxcix	Tunc uenit ad diſcipulos.
1	ccc	Adhuc ipſo loquente.
2	ccci	Qui autem tradidit illum.
1	cccii	Et ecce vnus ex his.
10	ccciii	Tunc ait illi conuerti.
1	ccciiii	In illa hora.
6	cccv	Hoc autem totum.
1	cccvi	At illi tenentes.
4	cccvii	Petrus autem ſequebatur.
2	cccviii	Principes autem ſacerdotum.
6	cccix	Nouiſſime autem.
1	cccx	Verumtamen dico uobis.
6	ccexi	Tunc princeps ſacerdotum.
2	ccexii	Ecce nunc audiſtis.
1	ccexiii	Tunc expuerunt.
1	ccexiiii	Petrus uero ſedebat.
1	ccexv	Exeunte autem illo.
2	ccexvi	Et recordatus eſt Petrus.
		Capitulum XXVII.
2	ccexvii	Mane autem facto.
1	ccexviii	Et vinctum.
10	ccexix	Tunc uidens Iudas.
1	ccexx	Ieſus autem ſtetit ante præſidẽ.
4	ccexxi	Dicit ei Ieſus.
2	ccexxii	Per diem autem ſolennem.
4	ccexxiii	Congregatis ergo illis.
10	ccexxiiii	Sedente autem illo.
1	ccexxv	Principes autem ſacerdotum.
1	ccexxvi	Dicit illis Pilatus.
10	ccexxvii	Videns autem Pilatus.
1	ccexxviii	Tunc dimiſit illis Barabam.
4	ccexxix	Tunc milites præſidis.
6	ccexxx	Et expuentes in eum.
1	ccexxxi	Exeuntes autem inuenerunt.
1	ccexxxii	Et uenerunt in locum.
4	ccexxxiii	Et dederunt ei uinum.
1	ccexxxiiii	Poſtquam autem crucifixerunt.
1	ccexxxv	Et impoſuerunt ſuper caput eius.
1	ccexxxvi	Tunc crucifixi ſunt.
6	ccexxxvii	Prætereuntes autem.
2	ccexxxviii	Similiter & principes.
2	ccexxxix	Idipſum autem,& latrones.
2	ccexl	A ſexta autem hora.
6	ccexli	Et circa horam nonam.
2	ccexlii	Et continuo currens unus.
1	ccexliii	Cæteri uerò dicebant.
2	ccexliiii	Et ecce uelum templi.
10	ccexlv	Et terra mota eſt.
2	ccexlvi	Centurio autem.
6	ccexlvii	Erant autem ibi mulieres.
1	ccexlviii	Cum ſerò autem factum eſſet.
1	ccexlix	Et accepto corpore.
6	cccl	Erant autem ibi Maria.

Altera

Universidad de Deusto
Biblioteca

10	ccli	Altera autem die.
		Capitulum XXVIII.
1	cclii	Veſpere autem Sabbathi,
2	ccliii	Præ timore autem eius,
2	ccliiii	Et exierunt cito.
10	cclv	Et ecce Ieſus occurrit.

CLAVSVLAE EVANGELII

Beati Marci Euangeliſtæ ſecundùm diuiſionem canonum Beati Euſebij.

		Capitulum I.
10	i	Initium Euangelij Ieſu Chriſti.
1	ii	Vox clamantis.
6	iii	Fuit Ioannes in deſerto.
1	iiii	Et erat Ioannes.
1	v	Et factum eſt in diebus illis.
2	vi	Et ſtatim ſpiritus expulit.
6	vii	Eratque cum beſtijs.
4	viii	Poſtquam autem traditus eſt.
6	ix	Prædicans Euangelium.
2	x	Et dixit eis Ieſus : Venite poſt me.
6	xi	Et progreſſus inde.
8	xii	Et ingrediuntur Capharnaum.
2	xiii	Et ſtupebant ſuper doctrina.
8	xiiii	Et erat in ſynagoga eorum.
2	xv	Et protinus egredientes.
8	xvi	Et diluculo valde.
8	xvii	Et perſecutus eſt eum Simon.
2	xviii	Et venit ad eum leproſus.
10	xix	At ille egreſſus.
		Capitulum II.
1	xx	Et iterum intrauit Capharnaum.
2	xxi	Et egreſſus eſt rurſus.
2	xxii	Et factum eſt eum accumberet.
2	xxiii	Hoc audito Ieſus : non neceſſe ha. ſani medico.
2	xxiiii	Et factum eſt iterum.
		Capitulum III.
2	xxv	Et introiuit iterum. arida.
4	xxvi	Exeuntes autem ſtatim.
1	xxvii	Et multa turba à Galilea.
8	xxviii	Et clamabant dicẽtes tu es filius Dei.
2	xxix	Et aſcendens in montem.
2	xxx	Et impoſuit Simoni.
10	xxxi	Et venerunt ad domum.
2	xxxii	Et ſcribæ qui ab Hieroſolymis.
2	xxxiii	Et conuocatis eis: Sathanas.
2	xxxiiii	Amen dico vobis.
2	xxxv	Et veniunt mater eius.
		Capitulum IIII.
2	xxxvi	Et iterum cepit docere.
1	xxxvii	Illis autem qui foris ſunt.
2	xxxviii	Qui ſeminat verbum.
2	xxxix	Et dicebat illis modio.
2	xl	Non enim eſt aliquid.
2	xli	Et dicebat illis menſura.
2	xlii	Qui non habet dabitur.
10	xliii	Et dicebat ſic eſt.
2	xliiii	Et dicebat cui aſſimilabimus.
6	xlv	Et talibus multis parabolis.
2	xlvi	Seorſum autem.
2	xlvii	Et ait illis.
		Capitulum V.
8	xlviii	Cumque aſcenderet nauem.
2	xlix	Et cum aſcendiſſet Ieſus in nauim Archiſi.
		Capitulum VI.
1	l	Et egreſſus inde abiit in patriam.
2	li	Et dicebat illis Ieſus, quia non.
2	lii	Et circuibat caſtella.
2	liii	Et conuocauit duodecim binos.
2	liiii	Et dicebat eis. quocunque.
2	lv	Et quicunque non receperint.
8	lvi	Et exeuntes prædicabant.
2	lvii	Et audiuit Herodes rex.
10	lxviii	Quo audito Herodes ait.
2	lix	Ipſe enim Herodes miſit.
6	lx	Dicebat enim Ioannes.
8	lxi	Et conuenientes apoſtoli.
10	lxii	Et ait illis venite ſeorſum.
6	lxiii	Et aſcendentes in nauim.
1	lxiiii	Et cum iam hora multa.
6	lxv	Et ſtatim coegit diſcipulos.
2	lxvi	Et cum dimiſiſſet eos.
4	lxvii	Et cum ſecundo eſſet erat nauis.
6	lxviii	Et aſcendit ad illos in nauim.
2	lxix	Cumque egreſſi eſſent de naui.
		Capitulum VII.
10	lxx	Et conuenerunt ad eum Phariſæi.
6	lxxi	Et interrogabant eum Phariſæi, & ſcribæ.
6	lxxii	Et cum introiſſent in domum, à turba.
6	lxxiii	Et rogabant eum, vt dæmonium.
10	lxxiiii	Et iterum exiens.
8	lxxv	Quanto autem eis præcipiebat.
6	lxxvi	Bene omnia fecit.
		Capitulum VIII.
4	lxxvii	Et exierunt Phariſæi. ſignum.
6	lxxviii	Et ingemiſcens ſpiritu.
2	lxxix	Et præcipiebat eis à fermẽto.
6	lxxx	Et cogitabant ad alterutrum.
10	lxxxi	Et veniunt Bethſaidam.
1	lxxxii	Et egreſſus Ieſus in caſtella Cæſareæ.
2	lxxxiii	Tunc dixit illis. Vos verò.
6	lxxxiiii	Et apprehẽdens eum increpare.
2	lxxxv	Et conuocata turba.
2	lxxxvi	Qui me confeſſus.
2	lxxxvii	Et dicebat illis non guſtabunt.
		Capitulum IX.
2	lxxxviii	Et verbum continuerunt.
6	lxxxix	Et interrogabant eum.
10	xc	Et veniens ad diſcipulos ſuos.
2	xci	Et reſpondens vnus de turba.
2	xcii	Et cum introiſſet domum.
2	xciii	Et inde profecti.
10	xciiii	Et venerunt Capharnaum.
2	xcv	At illi tacebant.
1	xcvi	Et quicunque me ſuſceperit.
8	xcvii	Reſpondit illi Ioannes.
6	xcviii	Quiſquis enim potum.
2	xcix	Et quiſquis ſcandalizauerit.
6	c	Et ſi ſcandalizauerit te manus.
10	ci	Vbi vermis eorum.
2	cii	Bonum eſt ſal.

Capi-

		Capitulum X.
7	ciii	Et inde exurgens.
10	ciiii	Et in domo iterum diſcipuli eius.
2	cv	Et dixit illis quicunque vxorem.
2	cvi	Et offerebant illi paruulos.
2	cvii	Et cum egreſſus eſſet in via:
2	cviii	Ieſus autem intuitus eum.
2	cix	Qui contriſtatus in uerbo.
2	cx	Reſpondens Ieſus ait domum.
2	cxi	Multi autem erunt primi.
2	cxii	Erant autem in vi.
6	cxiii	Et acceſſerunt ad eum Iacobus.
2	cxiiii	Et audientes decem.
4	cxv	Nam,& filius hominis.
2	cxvi	Et veniunt Ierico.
		Capitulum XI.
2	cxvii	Et cum appropinquarent Ieruſalem.
2	cxviii	Et qui præibant.
1	cxix	Et introiuit.
6	cxx	Et audientes veniunt Ieroſolymam.
1	cxxi	Et audientes venerunt Ieroſolymam.
1	cxxii	Quo audito prius ſacer.
10	cxxiii	Et cum veſpera facta eſſet.
6	cxxiiii	Et reſpondens Ieſus habete fidem.
7	cxxv	Propterea dico vobis.
6	cxxvi	Et cum ſtabitis ad orandum.
2	cxxvii	Et ueniunt rurſus Ieroſoly.
		Capitulum XII.
2	cxxviii	Et cepit illis in parabolis. Vinea.
1	cxxix	Et quærebant eum tenere.
2	cxxx	Et mittunt ad eum Herodia.
6	cxxxi	Et acceſſit vnus de ſcribis.
10	cxxxii	Et ait illis ſcriba.
2	cxxxiii	Et nemo iam audebat.
2	cxxxiiii	Et reſpondens Ieſus dicebat.
2	cxxxv	Et dicebat eis in doctrina ſua.
8	cxxxvi	Qui deuorant domos viduarum.
		Capitulum XIII.
2	cxxxvii	Et cum egrederetur de tẽplo.
2	cxxxviii	Et cum ſederet in monte.
1	cxxxix	Videte autem vosmetipſos.
6	cxl	Et in omnes gentes.
2	cxli	Et cum duxerint vos.
6	cxlii	Cum autem videritis abomination em.
2	cxliii	Tunc qui in Iudea ſunt.
2	cxliiii	Væ autem prægnantibus.
6	clxv	Orare verò vt hyeme.
2	cxlvi	Erunt enim dies.
6	cxlvii	Et niſi breuiaſſet.
2	cxlviii	Et tunc ſi quis uobis dixerit.
6	cxlix	Exurgent enim pſeudo.
2	cl	Sed in illis diebus.
2	cli	Et tunc videbunt filium hom.
6	clii	De die autem illo.
6	cliii	Videte uigilate.
2	cliiii	Sicut homo peregre.
2	clv	Vigilate ergo,quia neſcitis.
		Capitulum XIIII.
1	clvi	Erat autem Paſcha,& azyma.
6	clvii	Et quærebant ſummi ſacerdo.
2	clviii	Et cum eſſent Bethaniæ.
4	clix	Quod habuit hæc fecit.
2	clx	Et Iudas Iſcariothis.
4	clxi	Veſpere autem facto.
1	clxii	At illi cœperunt.
2	clxiii	Quæ ait illis.
6	clxiiii	Bonum erat ei.
1	clxv	Et manducantibus illis.
2	clxvi	Et accepto calice.
6	clxvii	Et hymno dicto.
4	clxviii	Et ait illis. Omnes ſcandal.
6	clxix	Quia ſcriptum eſt percutiam pa.
1	clxx	Petrus autem ait ei.
6	clxxi	At ille amplius.
1	clxxii	Similiter autem.
6	clxxiii	Et ait diſcipulis.
4	clxxiiii	Et ait illis. Triſtis eſt.
1	clxxv	Et cum proceſſiſſet.
1	clxxvi	Sed non quod ego uolo.
2	clxxvii	Et venit,& inuenit.
4	clxxviii	Spiritus quidem promptus eſt.
6	clxxix	Et iterum abiens.
4	clxxx	Et uenit tertio.
1	clxxxi	Et adhuc eo loquente.
2	clxxxii	Dederat autem traditor.
1	clxxxiii	Vnus autem quidam.
1	clxxxiiii	Et reſpondens Ieſus.
6	clxxxv	Tunc diſcipuli eius.
10	clxxxvi	Adoleſcens autem quidam.
1	clxxxvii	Et adduxerunt Ieſum.
4	clxxxviii	Petrus autem a longe.
2	clxxxix	Summi verò ſacerdotes.
6	cxc	Et quidam ſurgentes.
1	cxci	Ieſus autem dixit. Ego ſum.
6	cxcii	Summus autem ſacerdos.
2	cxcii	Quid adhuc deſideramus.
1	cxciiii	Et cœperunt quidam conſpuere.
1	cxcv	Et cum eſſet Petrus.
1	cxcvi	Et exiit foras.
2	cxcvii	Et recordatus eſt Petrus.
		Capitulum XV.
2	cxcviii	Et confeſtim mane.
1	cxcix	Vincientes Ieſum.
1	cc	Et interrogauit eum Pilatus.
4	cci	Et accuſabant eum ſummi ſac.
2	ccii	Per diem autem feſtum.
1	cciii	Erat autem qui dicebatur.
1	cciiii	Pontifices autem.
1	ccv	Pilatus autem iterum.
1	ccvi	Pilatus autem volens.
4	ccvii	Milites autem duxerunt.
6	ceviii	Et poſtquam illuſerunt.
1	ccix	Et angariauerunt.
1	ccx	Et perducunt illum.
4	ccxi	Et dabant ei bibere.
1	ccxii	Et crucifigentes eum.
10	ccxiii	Erat autem hora tertia.
1	ccxiiii	Et erat titulus.
1	ccxv	Et cum eo crucifigunt.
5	ccxvi	Et adimpleta eſt ſcript.
6	ccxvii	Et prætereuntes blaſphema.
2	ccxviii	Similiter & ſummi ſacer.
2	ccxix	Et qui cum eo crucifixi.
2	ccxx	Et facta hora ſexta.
6	ccxxi	Et hora nona exclamauit.
2	ccxxii	Currens autem unus.
1	ccxxiii	Ieſus autem emiſſa.
2	ccxxiiii	Et uelum templi ſciſſum eſt.
2	ccxxv	Videns autem Centurio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

6	ccxvi	Erant autem & mulieres.
1	ccxvii	Et cum item ſero eſſet.
1	ccxviii	Ioſeph autem mercatus.
6	ccxix	Maria autem Magdal.
		Capitulum XVI.
5	ccxx	Et cum tranſiſſet ſabbatum.
1	ccxxi	Et valde mane vna ſabb.
2	ccxxii	Qui dicit eis: nolite.
2	ccxxiii	At illę exeuntes.
5	ccxxiiii	Poſt hæc autem duobus.
10	ccxxv	Nouiſſime recumbentibus.

CLAVSVLAE EVANGELII Beati Lucæ Euangeliſtæ ſecundùm diuiſionem canonum B. Euſebij Epiſcopi.

		Capitulum I.
10	i	Quoniam quidem multi.
5	ii	Menſe autem.vj. miſſus eſt.
10	iii	Et ingreſſus angelus ad eam.
		Capitulum II.
2	iiii	Stupebant autem omnes ſuper pruden.
10	v	Et dixit mater eius.
		Capitulum III.
3	vi	Anno xv. Tyberij.
2	vii	Et venit in omnem regionem.
5	viii	Dicebat ergo ad turbas.
10	ix	Et interrogauerunt eum turbę.
1	x	Ego quidem aqua.
5	xi	Cuius ventilabrum.
2	xii	Herodes autem Tetrarcha.
1	xiii	Factum eſt autem cum baptizaretur.
3	xiiii	Et ipſe Ieſus erat incipiens.
		Capitulum IIII.
2	xv	Ieſus aũt plenus Spiritu ſancto.
5	xvi	Et nihil manducauit.
1	xvii	Et regreſſus eſt Ieſus in virtute.
10	xviii	Et uenit Nazareth.
1	xix	Et omnes teſtimonium illi dabant.
10	xx	Et ait illis vtique.
1	xxi	Ait autem amen: quia nemo propheta.
10	xxii	In veritate dico uobis.
8	xxiii	Et deſcendit in Capharnaum.
5	xxiiii	Stupebant in doctrina.
8	xxv	In ſynagoga homo.
2	xxvi	Surgens autem de ſynagoga.
8	xxvii	Exibant autem demonia.
8	xxviii	Facta autem die egreſſus.
		Capitulum V.
10	xxix	Factum eſt autem cum turbę.
9	xxx	Vt ceſſauit autem loqui.
10	xxxi	Quod cum videret Simon.
2	xxxii	Ait ad Simonem Ieſus.
2	xxxiii	Et factum eſt cum eſſet.
1	xxxiiii	Perambulabat autem magis.
2	xxxv	Ipſe autem ſecedebat.
2	xxxvi	Et factum eſt in una dierum.
1	xxxvii	Et ecce uiri portantes.
2	xxxviii	Et poſt hæc exiit.
2	xxxix	Et fecit ei conuiuium.
2	xl	Et reſpondens Ieſus. Sani.
		Factũ eſt autem in Sabbatho.

		Capitulum VI.
2	xli	Factũ eſt aũt in alio Sabbatho
2	xlii	Factum eſt autem in illis.
2	xliii	Factum eſt autem in illis.
2	xliiii	Et cùm dies factus eſſet.
1	xlv	Et deſcendens cum illis ſtetit.
5	xlvi	Et ipſe eleuatis.
5	xlvii	Beati pauperes.
5	xlviii	Beati qui nunc eſuritis.
5	xlix	Beati qui nunc fletis.
5	l	Beati eritis cum vos.
10	li	Væ uobis qui ſaturati.
10	lii	Væ cum benedixerint vobis.
5	liii	Secundum hæc faciebant.
5	liiii	Et qui te percutit.
5	lv	Et prout vultis.
5	lvi	Et ſi diligitis eos.
2	lvii	Nolite iudicare.
5	lviii	Dicebant autem illis.
3	lix	Non eſt diſcipulus.
5	lx	Quid autem vides.
5	lxi	Non eſt enim arbor bona.
5	lxii	Neque enim de ſpinis.
5	lxiii	Bonus homo de bono.
4	lxiiii	Quid autem uocatis me.
5	lxv	Omnis qui uenit ad me.
		Capitulum VII.
3	lxvi	Cum autem impleſſet.
5	lxvii	Et reuerſi qui miſſi fuerant.
10	lxviii	Et factum eſt deinceps.
5	lxix	Et exiit hic ſermo.
2	lxx	Hic eſt de quo ſcriptum eſt.
5	lxxi	Dico enim vobis.
10	lxxii	Et omnis populus audiens.
5	lxxiii	Cui ergo ſimiles dicam.
1	lxxiiii	Rogauit autem illum.
		Capitulum VIII.
10	lxxv	Et factum eſt deinceps.
2	lxxvi	Cum autem turba plurima.
1	lxxvii	Cæteris autem in parabolis.
2	lxxviii	Eſt autem hæc parabola.
2	lxxix	Nemo autem lucernam.
2	lxxx	Non eſt enim occultum.
5	lxxxi	Videte ergo quomodo
2	lxxxii	Venerunt autem ad illum.
2	lxxxiii	Factum eſt autem in una.
8	lxxxiiii	Ipſe autem aſcendens.
2	lxxxv	Factum eſt autẽ cum rediſſet.
		Capitulum IX.
2	lxxxvi	Conuocatis autem duodecim.
2	lxxxvii	Et ait ad illos.
2	lxxxviii	Et quicumque non receperint.
8	lxxxix	Egreſſi autem circuibant
2	xc	Audiuit autem Herodes.
8	xci	Et reuerſi apoſtoli.
4	xcii	Et aſſumptis illis.
1	xciii	Dies autem cœperat.
1	xciiii	Et factum eſt cum ſolus.
2	xcv	Reſpondens Simon Petrus.
2	xcvi	Dicebat autem ad omnes.
2	xcvii	Nam qui me erubuerunt.
2	xcviii	Dico autem vobis.
2	xcix	Factum eſt autem in ſequenti.
8	c	Stupebant autem omnes.
2	ci	Omnibuſque mirantibus.
2	cii	Intrauit autem cogitatio.
8	ciii	Reſpondens autem Ioannes.
10	ciiii	Factum eſt autẽ dum cõplere.
5	cv	Factum eſt aũt ambulantibus.
10	cvi	Et ait alter, ſequar tę.

Capi-

		Capitulum X.
10	cvii	Poſt hæc autem deſignauit.
5	cviii	Meſſis quidem multa.
5	cix	Ite ecce ego mitto.
2	cx	Nolite portare ſacculum.
5	cxi	In quamcunque domum.
2	cxii	In eadem autem domo.
10	cxiii	Nolite tranſire de domo.
2	cxiiii	In quamcunque ciuitatem.
5	cxv	Væ tibi Corozain.
1	cxvi	Qui vos audit me audit.
10	cxvii	Reuerſi ſunt autem.
5	cxviii	In ipſa hora exultauit.
3	cxix	Omnia mihi tradita ſunt.
5	cxx	Et conuerſus ad diſcipulos.
2	cxxi	Et ecce quidam legis peritus.
10	cxxii	Ille autem volens.
		Capitulum XI.
5	cxxiii	Et factum eſt, dum eſſet.
10	cxxiiii	Quis veſtrum habebit.
5	cxxv	Et ego dico vobis.
5	cxxvi	Et erat eijciens dæmonium.
2	cxxvii	Quidam aut ex eis. in belze.
5	cxxviii	Et alij tentantes.
2	ccxxix	Ipſe autem vt vidit.
5	cxxx	Cum immundus ſpiritus.
10	cxxxi	Factum eſt aũt cũ hæc diceret.
5	cxxxii	Turbis autem concurrentibus.
2	cxxxiii	Nemo accendit lucernam.
5	cxxxiiii	Lucerna corporis tui.
5	cxxxv	Et cum loqueretur. rogauit.
5	cxxxvi	Sed væ uobis phariſæis.
2	cxxxvii	Væ vobis phariſæis cathedras.
5	cxxxviii	Væ uobis qui eſtis.
5	cxxxix	Reſpondens autem quidam.
5	cxl	Væ uobis qui ædificatis.
5	cxli	Propterea, & ſapientia.
5	cxlii	Væ uobis legis peritis.
10	cxliii	Cum hæc ad illos diceret.
		Capitulum XII.
2	clxiiii	Attendite à fermento.
5	cxlv	Nihil autem opertum.
2	cxlvi	Qui autem negauerit me.
2	cxlvii	Et omnis, qui dicit uerbum.
2	cxlviii	Cum autem inducent uos.
10	cxlix	Ait autem ei quidam.
5	cl	Dixitque ad diſcipulos.
10	cli	Nolite timere puſillus.
2	clii	Vendite quæ poſſidetis.
5	cliii	Facite uobis ſacculos.
10	cliiii	Sint lumbi veſtri.
5	clv	Beati ſerui illi.
2	clvi	Hoc autem ſcitote.
5	clvii	Ait autem ei Petrus.
5	clviii	Quod ſi dixerit ſeruus.
10	clix	Ille autem ſeruus qui cognouit.
10	clx	Ignem veni mittere.
5	clxi	Dicebat autem, & ad turbas.
5	clxii	Cum autem vadis.
		Capitulum XIII.
10	clxiii	Aderant autem quidam.
10	clxiiii	Dicebat autem ſimilitudinem.
2	clxv	Reſpondens autem archiſ.
10	clxvi	Et cum hæc diceret erubeſce.
2	clxvii	Dicebat ergo cui ſimile.
5	clxviii	Et iterum dixit, cui ſimile.
2	clxix	Et ibat per ciuitates.
5	clxx	Ait autem illi pauci.
5	clxxi	Cum autem intrauerit.
5	clxxii	Cum videritis Abraham.

Alph. Toſt. in Prol. ſuper Matt. Enarr.

2	clxxiii	Et ecce ſunt nouiſſimi.
10	clxxiiii	In ipſa die acceſſerunt.
5	clxxv	Ieruſalem Ieruſalem.
		Capitulum XIIII.
10	cclxxvi	Et factum eſt cum intraſſet.
5	clxxvii	Et reſpondens Ieſus dixit.
10	clxxviii	Dicebat autem & ad in.
5	cclxxix	Quia omnis qui ſe exaltat humil.
10	clxxx	Dicebat autem & ei qui ſe.
5	clxxxi	Et ipſe dixit ei.
5	clxxxii	Ibant autem turbæ.
10	clxxxiii	Quis enim ex uobis.
5	clxxxiiii	Sic ergo omnis ex vobis.
2	clxxxv	Bonum eſt ſal.
		Capitulum XV.
2	clxxxvi	Erant autem appropinquantes.
5	clxxxvii	Et ait ad illos parabol.
10	clxxxviii	Aut quæ mulier habens drag.
5	clxxxix	Ita dico vobis.
10	cxc	Ait autem, homo quidam.
5	cxci	Nemo poteſt duobus dominis.
10	cxcii	Non poteſtis Deo ſeruire.
5	cxciii	Lex & prophetæ vſque ad Ioannem.
5	cxciiii	Facilius eſt autem cœlum.
2	cxcv	Omnis qui dimittit uxorem.
		Capitulum XVI.
10	cxcvi	Homo quidam erat diues: vilicum.
2	cxcvii	Et ad diſcipulos ſuos ait.
5	cxcviii	Attendite uobis, ſi peccauerit.
5	cxcix	Et ſi ſepties in die pecca.
5	cc	Et dixerunt apoſtoli.
10	cci	Quis autem veſtrum habet.
5	ccii	Interrogatus autem à phariſęis.
		Capitulum XVII.
10	cciii	Et ait ad diſcipulos ſuos.
2	cciiii	Et dicent uobis, ecce hic.
5	ccv	Nam ſicut fulgur.
2	ccvi	Primum autem oportet.
5	ccvii	Et ſicut factum eſt in diebus.
10	ccviii	Similiter factum eſt in diebus.
2	ccix	In illa die qui fuerint in tecto.
10	ccx	Memores eſtote uxoris Loth.
3	ccxi	Quicunque quæſierit animam.
5	ccxii	Dico uobis in illa nocte.
5	ccxiii	Reſpondentes dicunt ei.
		Capitulum XVIII.
10	ccxiiii	Dicebat autem, & parabolam orare.
5	ccxv	Quia omnis qui ſe exaltat.
2	ccxvi	Afferebant autem ad illum.
2	ccxvii	Amen amen dico uobis quicunque.
2	ccxviii	Et interrogauerunt eum quidã.
2	ccxix	Quo audito Ieſus.
2	ccxx	His ille auditis.
2	ccxxi	Qui dixit eis. Amen.
2	ccxxii	Aſſumpſit autem Ieſus.
10	ccxxiii	Et ipſi nihil horum.
2	ccxxiiii	Factum eſt autem cum appro.
		Capitulum XIX.
10	ccxxv	Et ingreſſus perambulabat.
5	ccxxvi	Venit enim filius hominis.
10	ccxxvii	Hæc illis audientibus.
2	ccxxviii	Dixit ergo homo quidam.
5	ccxxix	Vocatis autem decem ſeruis.
2	ccxxx	Dico autem uobis, quia habẽti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

5	ccxxxi	Verumtamen inimicos meos.
2	ccxxxii	Et his dictis præcedebat.
2	ccxxxiii	Abierunt autem qui miſſi.
1	ccxxxiiii	Et cum appropinquaret.
5	ccxxxv	Et quidam Phariſæi.
10	ccxxxvi	Et ut appropinquauit.
2	ccxxxvii	Et non relinquent in te.
1	ccxxxviii	Et ingreſſus in templum.
1	ccxxxix	Et erat docens.
		Capitulum XX.
2	ccxl	Et factum eſt in vna dierum.
2	ccxli	Cœpit autem dicere. Vineam.
1	ccxlii	Et quærebant principes ſacerd.
2	ccxliii	Et obſeruantes miſerunt cenſum.
5	ccxliiii	Et amplius non audebant.
5	ccxlv	Dixit autem ad illos.
5	ccxlvi	Audiente autem omni populo.
8	ccxlvii	Qui deuorant domos viduarum.
		Capitulum XXI.
2	ccxlviii	Et quibuſdam dicentibus de templo.
2	ccxlix	Interrogauerunt autem illum.
1	ccl	Sed ante hæc omnia.
2	ccli	Ponite ergo in cordibus.
10	cclii	Cum autem videritis circunda.
2	ccliii	Tunc qui in Iudæa ſunt.
2	ccliiii	Væ autem prægnantibus.
2	cclv	Erit enim preſſura magna.
10	cclvi	Et cadent in ore gladij.
2	cclvii	Et erunt ſigna in ſole.
2	cclviii	Et tunc uidebunt filium hoīs.
10	cclix	Attendite autem vobis.
		Capitulum XXII.
1	cclx	Appropinquabat autem dies azymorum.
1	cclxi	Et quærebant principes.
9	cclxii	Intrauit autem Satanas.
2	cclxiii	Et abiit,& locutus eſt.
10	cclxiiii	Et ait illis. Deſiderio.
2	cclxv	Dico enim vobis.
1	cclxvi	Et accepto pane.
2	cclxvii	Similiter,& calicem.
2	cclxviii	Verumtamen ecce manus.
1	cclxix	Et ipſi cęperunt.
2	cclxx	Facta eſt autem,& contentio.
10	cclxxi	Nam quis maior eſt.
4	cclxxii	Et ſedeatis ſuper.
10	cclxxiii	Ait autem Dominus Simoni.
9	cclxxiiii	Et tu aliquando conuerſus.
1	cclxxv	Qui dixit ei. Domine.
10	cclxxvi	Et dixit eis. Quando.
7	cclxxvii	Dico enim vobis.
10	cclxxviii	At illi dixerunt. Ecce duo gla.
1	cclxxix	Et egreſſus ibat.
2	cclxxx	Et cum peruenisſet ad eos.
1	cclxxxi	Et ipſe auulſus eſt.
1	cclxxxii	Pater ſi uis.
10	cclxxxiii	Apparuit autem illi.
2	cclxxxiiii	Et cum ſurrexiſſet.
1	cclxxxv	Adhuc eo loquente.
2	cclxxxvi	Ieſus autem dixit illi.
1	cclxxxvii	Videntes autem hi.
10	cclxxxviii	Et cum tetigiſſet auriculam.
1	cclxxxix	Dixit autem Ieſus.
1	ccxc	Comprehendentes autem eū.
1	ccxci	Petrus vero ſequebatur.
1	ccxcii	Et poſt puſillum.
2	ccxciii	Et conuerſus Dominus.
1	ccxciiii	Et viri qui tenebant.
2	ccxcv	Et vt factus eſt dies.
10	ccxcvi	Et ait illis ſi vobis.
1	ccxcvii	Ex hoc autem erit.
10	ccxcviii	Dixerunt autem omnes.
2	ccxcix	At illi dixerunt quid ad nos.
		Capitulum XXIII.
1	ccc	Et ſurgens omnis.
10	ccci.	Cœperūt autem eum accuſare.
1	cccii	Pilatus autem interrogauit.
9	ccciii	Ait autem Pilatus.
10	ccciiii	At illi inualeſcebant.
2	cccv	Stabant etiam principes.
10	cccvi	Spreuit autem illum Herodes.
9	cccvii	Pilatus autem conuocatis.
9	cccviii	Sed neque Herodes.
2	cccix	Emendatum ergo illum.
1	cccx	Exclamauit autem ſimul.
1	cccxi	Iterum autem Pilatus.
9	cccxii	Ille autem tertio.
1	cccxiii	At illi inſtabant.
1	cccxiiii	Et Pilatus adiudicauit.
1	cccxv	Et cùm ducerent eum.
10	cccxvi	Sequebatur autem illum.
1	cccxvii	Ducebantur autem,& alij.
1	cccxviii	Et poſtquam venerunt.
1	cccxix	Et latronem unum.
10	cccxx	Ieſus autem dicebat.
1	cccxxi	Diuidentes vero.
2	cccxxii	Et deridebant illum.
2	cccxxiii	Illudebant autem ei.
1	cccxxiiii	Erat autem & ſuperſcriptio.
2	cccxxv	Vnus autē de his qui pēdebat.
10	cccxxvi	Reſpondens autem alter.
2	cccxxvii	Et tenebræ factæ ſunt.
2	cccxxviii	Et velum templi ſciſſum.
1	cccxxix	Et clamans voce magna.
2	cccxxx	Videns autem Centurio.
10	cccxxxi	Et omnis turba eorum.
1	cccxxxii	Et ecce vir Ioſeph.
1	cccxxxiii	Et depoſitum inuoluit.
10	cccxxxiiii	Et dies erat paraſceues.
8	cccxxxv	Et reuertentes parauerunt.
		Capitulum XXIIII.
1	cccxxxvi	Vna autem Sabbathi.
2	cccxxxvii	Cum timerent autem.
2	cccxxxviii	Et regreſſę à monumento.
10	cccxxxxix	Erat autem Maria Magda.
9	cccxl	Cum autem hæc loquerentur.
9	cccxli	Adhuc autem illis non credentibus.
10	cccxlii	Et dixit ad eos hæc ſunt.

CLAVSVLAE EVANGELII Beati Ioanni ſecundùm diuiſionem canonum B.Euſebij Epiſcopi.

Capitulum I.

10	i	In principio erat uerbum.
3	ii	Fuit homo miſſus à Deo.
3	iii	Erat lux uera.
10	iiii	In propria venit.
3	v	Et uerbum caro factum eſt.
1	vi	Ioannes teſtimonium.
10	vii	Et de plenitudiue eius.
3	viii	Deum nemo uidit vnquam.
10	ix.	Et hoc eſt teſtimonium.

Ego

1	x	Ego vox clamantis in deſerto.
01	xi	Et qui miſſi fuerant erant.
1	xii	Reſpondit eis Ioannes.
01	xiii	Hæc in Bethania.
1	xiiii	Hic eſt de quo dixi.
1	xv	Et teſtimonium perhibuit.
10	xxvi	Et ego uidi, & teſtimoniū phi.
1	xvii	Inuenit hic primum.
		Capitulum II.
10	xviii	In craſtinum uoluit.
7	xix	Poſt hæc deſcendit.
10	xx	Et prope erat.
1	xxi	Et inuenit in templo.
10	xxii	Recordati uero ſunt.
3	xxiii	Reſponderunt ergo Iudæi.
10	xxiiii	Reſpondit Ieſus & dixit.
		Capitulum III.
3	xxv	Erat autem & Ioannes.
4	xxvi	Nondum enim miſſus.
10	xxvii	Facta eſt ergo quæſtio.
1	xxviii	Ipſi vos mihi teſtimonium.
10	xxix	Qui habet ſponſam.
3	xxx	Pater diligit filium.
10	xxxi	Qui credit in filium.
		Capitulum IIII.
7	xxxii	Vt ergo cognouit.
10	xxxiii	Oportebat autem eum tranſi.
7	xxxiiii	Poſt duos autem dies.
1	xxxv	Ipſe enim Ieſus.
10	xxxvi	Cum ergo veniſſet in Galilæā.
3	xxxvii	Et erat quidam regulus.
1	xxxviii	Hoc iterum ſignum.
		Capitulum V.
10	xxxix	Poſt hæc erat dies feſtus.
1	xl	Reſpondit eis, qui me ſanum.
10	xli	Qui non honorificat filium.
10	xlii	Amen amen dico uobis.
10	xliii	Quia non quæro voluntatem meam.
4	xliiii	Si ego teſtimonium perhibeo.
10	xlv	Neque uocem eius vnquam.
1	xlvi	Et uerbum eius non habetis.
		Capitulum VI.
3	xlvii	Poſt hæc abiit Ieſus.
1	xlviii	Subiit ergo in montem Ieſus.
1	xlix	Erat autem proximum paſcha.
10	l	Cū ſubleuaſſet ergo oculos Ieſ.
4	li	Illi ergo homines cū uidiſſent.
10	lii	Fugit iterum in montem.
4	liii	Altera die turba.
10	liiii	Dixerunt ergo ei, quid ergo.
1	lv	Patres noſtri manna.
10	lvi	Dixit autem eis Ieſus. Panis.
1	lvii	Omne quod dat mihi pater.
10	lviii	Quia deſcendi de cęlo.
1	lix	Hæc eſt autem uoluntas.
10	lx	Murmurabant ergo Iudæi.
3	lxi	Reſpondit ergo Ieſus: murmu.
10	lxii	Non quia patrem uidit.
1	lxiii	Amen amen dico uobis.
10	lxiiii	Ego ſum panis uitæ.
1	lxv	Patres veſtri manducauerunt.
10	lxvi	Ego ſum panis uiuus.
1	lxvii	Litigabant ergo Iudæi.
10	lxviii	Caro mea vere eſt cibus.
1	lxix	Qui manducat meam.
4	lxx	Si ergo videritis.
10	lxxi	Spiritus eſt qui viuificat.
4	lxxii	Verba quæ ego locutus.
10	lxxiii	Sciebat enim ab initio.
1	lxxiiii	Et dicebat propterea.
10	lxxv	Reſpondit ergo ei Simon.
3	lxxvi	Reſpondit eis Ieſus.
		Capitulum VII.
1	lxxvii	Clamabat ergo dicens.
10	lxxviii	Quærebant ergo eum appræhendere.
1	lxxix	De turba autem multi.
10	lxxx	Et miſerūt principes & phariſęi
10	lxxxi	Dixit ergo eis Ieſus. Adhuc.
7	lxxxii	Quæritis me & non inuenietis.
7	lxxxiii	Ex illa ergo turba.
10	lxxxiiii	Quidam autem dicebant.
1	lxxxv	Diſcenſio itaque facta eſt.
10	lxxxvi	Venerunt ergo miniſtri.
		Capitulum VIII.
3	lxxxvii	Reſpondit Ieſus: neque me.
4	lxxxviii	Hæc uerba locutus eſt eis in Gazophy.
10	lxxxix	Dixit ergo eis iterum Ieſus. Ego vado.
3	xc	Sicut nouit me pater.
		Capitulum IX. & X.
4	xci	Et animam meam pono.
10	xcii	Et alias oues habeo.
4	xciii	Quærebant ergo eum appræhē dere.
10	xciiii	Et multi uenerunt ad eum.
		Capitulum XI.
4	xcv	Ab illo ergo die cogitauerunt.
1	xcvi	Proximum autem erat paſcha.
10	xcvii	Et aſcenderunt multi Ieroſolymam.
		Capitulum XII.
1	xcviii	Fecerunt autem ei cęnam.
10	xcix	Cognouit autem turba multa.
1	c	In craſtinum cum turba multa.
7	ci	Inuenit Ieſus aſellum.
10	cii	Hoc non cognouerunt diſcipu.
4	ciii	Ieſus aūt reſpōdit. Clarificetur.
10	ciiii	Amen amen dico vobis niſi.
3	cv	Qui amat animam ſuam.
10	cvi	Si quis mihi miniſtrat.
4	cvii	Nunc anima mea turbata eſt.
10	cviij	Sed ppea ueni in hanc horam.
1	cix	Propterea non poterāt credere.
10	cx	Hæc dixit Iſaias quando uidit.
1	cxi	Ieſus autem clamauit & dixit.
10	cxii	Ego lux in mundum ueni.
		Capitulum XIII.
9	cxiii	Et cœna facta.
3	cxiiii	Sciens quia omnia.
10	cxv	Surgit à cena.
3	cxvi	Scitis quid fecerim.
10	cxvii	Si ergo ego laui.
3	cxviii	Amen amen dico uobis.
10	cxix	Non de omnibus uobis dico.
1	cxx	Amen amen dico uobis qui accipit.
4	cxxi	Cum hæc dixiſſet Ieſus.
1	cxxii	Aſpiciebant ergo ad inuicem.
10	cxxiii	Erat ergo recumbens.
9	cxxiiii	Et cum infixiſſet.
10	cxxv	Et dicit ei Ieſus quid facis.
1	cxxvi	Dixit ei Simon Petrus.
		Capitulum XIIII.
10	cxxvii	Non turbetur cor ueſtrum.
4	cxxviii	Et quodcunque petieritis.

Qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

1	cxxix	Qui autem diligit me.
10	cxxx	Dicit ei Iudas non ille.
1	cxxxi	Et ſermonem quem audiſtis.
10	cxxxii	Paraclitus aũt Spiritus ſanctus,
		Capitulum XV.
4	cxxxiii	Si manſeritis in me.
10	cxxxiiii	In hoc clarificatus.
4	cxxxv	Maiorem hac dilectionem.
10	cxxxvi	Vos amici mei eſtis.
4	cxxxvii	Vt quodcunque petieritis.
10	cxxxviii	Hæc mando uobis.
3	cxxxix	Mementote ſermonis.
10	cxl	Si me perſecuti ſunt.
1	cxli	Hæc omnia facient.
1	cxlii	Quia neſciunt eum.
1	cxliii	Si non veniſſem.
10	cxliiii	Me odit,& patrem.
1	cxlv	Si opera non feciſſem.
		Capitulum XVI.
10	cxlvi	Venit hora vt omnis.
3	cxlvii	Hoc autem vobis ab initio non dixi.
10	cxlviii	Omnia quæcumque habet pater mea ſunt.
4	cxlix	Propterea dixit quia.
10	cl	Amen amen dico vobis ſi qd.
4	cli	Hæc in prouerbijs.
10	clii	Reſpondit eis Ieſus.
		Capitulum XVII.
3	cliii	Hæc loquutus ſum vobis.
10	cliiii	Pater iuſte.
1	clv	Et hi cognouerunt.
		Capitulum XVIII.
10	clvi	Hoc cum dixiſſet.
1	clvii	Sciebat autem & Iudas.
10	clviii	Iudas ergo.
1	clix	Ieſus itaque ſciens.
1	clx	Simon ergo Petrus.
1	clxi	Dixit ergo Ieſus Petro.
10	clxii	Cohors ergo & tribunus.
4	clxiii	Et adduxerunt eũ ad Annam.
10	clxiiii	Sequebatur autem Ieſum.
1	clxv	Diſcipulus autem ille.
10	clxvi	Petrus aũt ſtabat ad hoſtium.
1	clxvii	Exiuit ergo diſcipulus.
10	clxviii	Dixit ergo Petro ancilla.
1	clxix	Stabãt autem ſerui & miniſtri.
10	clxx	Reſpondit ei Ieſus, ego palam.
1	clxxi	Quid me interrogas?
10	clxxii	Hæc autem cum dixiſſet vnus.
1	clxxiii	Reſpondit ei Ieſus. Si male.
1	clxxiiii	Et miſit eum Annas.
1	clxxv	Erat autem Simon Petrus.
10	clxxvi	Adducunt ergo Ieſũ à Caypha.
1	clxxvii	Exiuit ergo Pilatus.
10	clxxviii	Introiuit ergo iterum Pilatus.
4	clxxix	Reſpondit Pilatus.
10	clxxx	Dixit itaque ei Pilatus.
9	clxxxi	Ego in hoc natus ſum.
4	clxxxii	Ego nullam in eo inuenio.
1	clxxxiii	Eſt autem conſuetudo.
4	clxxxiiii	Clamauerunt ergo rurſum.
		Capitulum XIX.
9	lxxxv	Tunc ergo appræhẽdit Pilatus.
4	clxxxvi	Exiit iterum Pilatus.
1	clxxxvii	Exiit ergo Ieſus portans.
10	clxxxviii	Cum ergo vidiſſent eum.
9	clxxxix	Dixit eis Pilatus.
10	cxc	Ego enim non inuenio.
4	cxci	Reſponderunt ei Iudæi.
10	cxcii	Cum ergo audiſſet Pilatus.
1	cxciii	Dicit ergo ei Pilatus.
10	cxciiii	Et dicit Iudæis ecce rex.
1	cxcv	Dixit eis Pilatus.
1	cxcvi	Tunc ergo tradidit eis.
1	cxcvii	Suſceperunt autem Ieſum.
1	cxcviii	Et cum eo alios duos.
10	cxcix	Scripſit autem & titulum.
1	cc	Hunc ergo titulum.
10	cci	Milites ergo cum crucifixiſſent.
3	ccii	Stabant autem iuxta.
1	cciii	Poſtea ſciens Ieſus.
10	cciiii	Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum.
1	ccv	Iudæi ergo quoniam paraſceue erat.
10	ccvi	Poſt hæc autem rogauit.
1	ccvii	Venit autem & Nicodemus.
1	ccviii	Acceperunt ergo corpus Ieſu.
		Capitulum XX.
10	ccix	Vna autem ſabbathi Maria.
1	ccx	Cucurrit ergo & venit.
10	ccxi	Maria autem ſtabat.
10	ccxii	Dicunt ei illi. Mulier.
9	ccxiii	Cum eſſet ergo ſero die illo.
10	ccxiiii	Gauiſi ſunt ergo diſcipuli.
8	ccxv	Quorum remiſeritis peccata.
10	ccxvi	Thomas autem vnus.
9	ccxvii	Et poſt dies octo.
10	ccxviii	Reſpondit Thomas.
		Capitulum XXI.
9	ccxix	Poſtea manifeſtauit.
9	ccxx	Dixit ergo diſcipulus.
9	ccxxi	Vt ergo deſcenderunt.
9	ccxxii	Aſcendit Simon Petrus.
9	ccxxiii	Dicit ei Ieſus.
01	ccxxiiii	Et nemo audebat.
9	ccxxv	Et uenit Ieſus,& accepit.
10	ccxxvi	Hoc iam tertio.
9	ccxxvii	Cum ergo prandiſſent.
9	ccxxviii	Dixit ei paſce agnos.
10	ccxxix	Dicit ei iterum.
10	ccxxx	Dici t ei tertio.
9	ccxxxi	Dicit ei paſce oues.
10	ccxxxii	Amen amen dico tibi.

Ca-

CANON PRIMVS Euangeliorum.

Matthæus.	Marcus.	Lucas.	Ioannes.
viii	i	vii	x
xi	iiii	x	vi
xi	iiii	x	xii
xi	iiii	x	xiii
xi	iiii	x	xxviii
xiiii	v	xiii	xv
xxiii	xxvii	xvii	xlvi
xxiii	xxvii	xxxiiii	xlvi
xxiii	xxvii	xlv	xlvi
lxx	xxx	xxxvii	xxxviii
xcviii	xcvi	cxvi	cxx
xcviii	xcvi	cxvi	cxi
xcviii	xcvi	cxvi	xl
xcviii	xcvi	cxvi	cxliiii
xcviii	xcvi	cxvi	cxxix
xcviii	xcvi	cxvi	cxxxi
cxxxiii	xxxvii	lxxvi	cix
cxli	l	xix	lix
cxlii	li	xxi	xxxv
cxlvii	lxiiii	xciii	xlix
clxvi	lxxii	xciiii	lxiiii
clxvi	lxxii	xciiii	xvii
ccix	cxix	ccxxiiii	c
ccxi	cxxi	ccxxxviii	xxi
ccxx	cxxii	ccxxxix	lxxxv
ccxx	cxxix	cclii	lxxxix
cc x	cxxi	cclxi	lxxvii
ccxliiii	cxxxix	ccl	cxlvi
ccxliiii	cxxxix	ccl	cxli
cclxxiiii	clvi	cclx	xx
cclxxiiii	clvi	cclx	xlviii
cclxxiiii	clvi	cclx	xcvi
cclxxvi	clviii	cclxxiiii	xcviii
cclxxx	clxii	cclxix	cxxii
cclxxxiiii	clxv	cclxvi	lv
cclxxxiiii	clxv	cclxvi	lxiii

CANON PRIMVS Euangeliorum.

Matthæus.	Marcus.	Lucas.	Ioannes.
cclxxxiiii	clxv	cclxvi	lxv
cclxxxiiii	clxv	cclxvi	lxvii
cclxxxix	clxx	cclxxv	cxxvi
ccxci	clxxii	cclxxix	clxvi
ccxciiii	clxxv	cclxxxi	clxi
ccxcv	clxxvi	cclxxxii	lvii
ccxcv	clxxvi	cclxxxii	xlii
ccc	clxxxi	cclxxxv	clviii
ccc	clxxxi	cclxxxv	lxxxix
cccii	clxxxiii	cclxxxvii	clx
ccciii	clxxxiiii	cclxxxix	clxx
cccvi	clxxxvii	ccxc	clxii
cccvi	clxxxvii	ccxc	clxxiiii
cccx	cxci	ccxcvii	lxix
cccxiii	cxciiii	ccxciiii	clxxii
cccxiiii	cxcv	ccxci	clxviii
cccxiiii	cxcv	ccxci	clxvi
cccxv	cxcvi	cxcii	clxxv
cccxviii	cxcix	ccc	clxxvi
cccxx	cc	cccii	clxxviii
cccxxv	cciiii	cccx	clxxxiiii
cccxxvi	ccv	cccxi	clxxxviii
cccxxvi	ccv	cccxiii	cxciiii
cccxxviii	ccvi	cccxiiii	cxcvi
cccxxxi	ccix	cccxv	cxcvii
cccxxxii	ccx	cccxviii	cxcvii
cccxxxiiii	ccxii	cccxxi	cci
cccxxxv	ccxiiii	cccxxiiii	cxcix
cccxxxvi	ccxv	cccxvii	ccxcviii
cccxxxvi	ccxv	cccxix	ccxcviii
cccxliii	ccxxiii	cccxxix	cciiii
cccxlviii	ccvii	cccxxxii	ccvi
cccxlix	ccxxviii	cccxxxiii	ccviii
ccclii	ccxxxi	cccxxxvi	ccix
ccclii	ccxxxi	cccxxxvi	ccix

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matthæus.	Marcus.	Lucas.
xv	vi	xv
xxi	x	xxxii
xxxi	cii	clxxxv
xxxii	xxxix	lxxxiii
xxxii	xxxix	lxxxix
l	xli	lvi
lxii	xiii	iiii
lxii	xiii	xxiiii
lxiii	xviii	xxxiii
lxvii	xv	xxvi
lxix	xlvi	lxxxiii
lxxi	xxi	xxxviii
lxxii	xxii	xxxix
lxxii	xxii	clxxxvi
lxxiii	xxiii	xl
lxxiiii	xlix	lxxxv
lxxvi	lii	clxix
lxxviii	xxix	lxxxvi
lxxx	xxx	xliiii
lxxxii	liii	lxxxv
lxxxii	liii	cx
lxxxiii	liiii	lxxxvii
lxxxiii	liiii	cxii
lxxxv	lv	cxiiii
lxxxv	lv	lxxxviii
lxxxviii	cxli	ccli
lxxxviii	cxli	cclii
xcii	xl	lxxx
xciiii	lxxxvi	xcvii
xciiii	lxxxvi	cxlvi
ciii	i	lxx
cxiiii	xxiiii	xli
cxvi	xxv	xlii
cxxi	xxii	cxxvii
cxxii	xxxiii	cxxix
cxxiii	xxxiiii	cxlvii
cxxx	xxxv	lxxii
cxxxi	xxxvi	lxxvi
cxxxv	xxxviii	lxxviii
cxxxvii	xliiii	clxvii
cxliii	lvii	xc
cxliiii	lix	xii
cxlix	lxvi	xliii
cxlix	lxvi	xxxv
cciii	lxix	xxxvi
clxiiii	lxxix	cxliiii
clxviii	lxxxiii	xcv
clxviii	lxxxiii	ccxcvi
clxx	lxxxv	xcvi
clxxii	lxxxvii	xcviii
clxxiiii	xci	xcix
clxxvi	xciii	ci
clxxviii	xcv	cii
clxxviii	xcv	ccxvii
clxxix	cix	cxcvii

Matthæus.	Marcus.	Lucas.
cxc	cv	cxcv
cxcii	cvi	ccxvi
cxciii	cvi	cxxi
cxciii	cvii	ccxviiii
cxciiii	cviii	clii
cxciiii	cviii	ccxix
cxcv	cviii	ccxx
cxcvii	cx	ccxci
cxcix	cxi	clxxiii
cci	cxii	ccxxii
ccii	cxiiii	ccclxx
ccv	cxvi	ccxxiiii
ccvi	cxvii	ccxxxii
ccviii	cxviii	ccxxxiii
ccxvii	cxxvii	ccxl
ccxix	cxxviii	ccxli
ccxxiii	cxxx	ccxliii
ccxxv	cxxxiiii	ccxlv
ccxxvi	cxxxiii	cclxiiii
ccxxix	cxxxv	ccxxxvii
ccxxix	cxxxv	ccxlvi
ccxlii	cxxxvii	ccxxxvii
cclii	cxxxvii	ccxlviii
ccliii	cxxxviii	ccxlix
ccxlviii	cxliii	ccix
ccxlviii	cxliii	ccliii
ccxlix	cxliiii	ccxliiii
ccli	cxlvi	cclv
ccliii	cxlviii	cciiii
cclviii	cl	cclvii
cclix	cli	cclviii
cclxiiii	clv	cclvi
cclxix	cliiii	ccxxix
cclxxi	xlii	cc xx
cclxxviii	clx	cclxiii
cclxxxi	clxiii	cclxv iii
cclxxxv	clxvi	cclxv
cclxxxv	cl xvi	cclxxvii
ccxcvi	clxxvii	cclxxx
ccxcvi	clxxxvii	cclxxxiiii
cccl	clxxxii	cclxxxvi
cccviii	clxxxix	cccv
cccxii	cxciii	ccxcix
cccxvi	cxcvii	ccxciii
cccxvii	cxcviii	ccxcv
cccxxii	ccii	cccix
cccxxxviii	ccxviii	cccxxii
cccxxxix	ccxix	cccxxv
ccclx	ccxx	cccxxvii
cccxlii	ccxxii	cccxxiii
cccxliiii	ccxxiiii	cccxxviii
cccxlvi	ccxxv	cccxxx
ccclv	ccxxxii	cccxxxvii
ccccliiii	ccxxxiii	cccxxxviii

Matthæus.	Lucas.	Ioannes.
i	xiiii	i
i	xiiii	iii
i	xiiii	v
vii	vi	ii
vii	vi	xxv
lix	lxiii	cxvi
lxiiii	lxv	xxxvii
xc	lviii	cxviii
xc	lviii	cxxxix
xcvii	ccxi	cv
cxi	cxix	cxlv iii
cxi	cxix	xxx
cxi	cxix	cxiiii
cxii	cxix	lxxxvii
cxii	cxix	xliiii
cxii	cxix	lxi
cxii	cxix	viii
cxii	cxix	lxxvi
cxii	cxix	xc
cxii	cxix	cliiii
cxii	cxix	cxlii
cxlvi	xcii	xlvii

Matthæus.	Marcus.	Ioannes.
xviii	viii	xxvi
cxvii	xxvi	xciii
cxvii	xxvi	xcv
cl	lxvii	li
clxi	lxxvii	xxiii
clxi	lxxvii	liii
ccliii	cxv	xci
ccliii	cxv	cxxv
ccxvi	cxxv	cl
ccxvi	cxxv	cxxviii
ccxvi	cxxv	cxxxvii
ccxvi	cxxv	cxxxiii
cclxxvii	clix	lxxx
cclxxix	clxi	lxxii
cclxxix	clxi	cxxi
cclxxvii	clxviii	clii
ccxciii	clxxiiii	cvii
ccxcvii	clxxviii	lxx
ccxcix	clxxx	ciii
ccccviii	clxxxviii	clxiiii
ccccxxi	cci	clxxx
ccccxxi	cci	excii
ccccxxxiii	cciii	clxxxiii
ccccxxix	ccvii	clxxxv
ccccxxix	ccvii	clxxxvii
ccccxxxiii	ccxi	ccii

Universidad de Deusto
Biblioteca

Canones v. Euangel.

Matthæus.	Lucas.
iii	ii
x	viii
xii	xi
xvi	xvi
xxv	xlvi
xxvi	xlvii
xxviii	xlviii
xxx	xlix
xxxiiii	cxciiii
xxxvii	clxii
xxxvii	lii
xl	lii
xli	lv
xliii	cxxiii
xlvi	cliii
xlvii	cxxxiiii
xlviii	cxci
xlix	cl
li	lix
liii	cxxv
liiii	liiii
lv	clxx
lvii	lxi
lviii	lx
lx	clxxi
lxi	lxiiii
lxv	clxxii
lxvi	lxvi
lxviii	cv
lxviii	cviii
lxxxiiii	cxi
lxxxvi	cix
xciii	cxlv
xcv	clx
xcvi	clxxxii
xcvi	clxxxiiii
cii	lxix
ciiii	lxxi
cv	cxciii
cvii	lxxiii
cviii	cxv
cx	cxiiii

Can.vj.Euan.

Matthæus.	Lucas.
cxvi	clxv
cxvi	clxxvii
cxix	cxxvi
cxxv	cxii
cxxvii	cxxviii
cxxviii	cxxxii
cxxviii	cxxx
cxxxii	lxxxi
cxxxiiii	cxx
cxxxviii	clxviii
clvi	lvii
clviii	ccxxvi
clxii	clxi
clxxv	cc
clxxxii	clxxxvii
clxxxii	clxxxix
clxxxiii	cxcviii
clxxxvi	cxcix
cxcvii	cclxxii
ccxiii	cclxxxv
ccxxii	clxxxi
ccxxviii	cxxxix
ccxxxi	clxxix
ccxxxii	ccxv
ccxxxii	cxlii
ccxxxiiii	cxxxvi
ccxxxvi	cxxxv
ccxxxvii	cxxxviii
ccxxxviii	cxl
ccxl	cxli
ccxli	clxxv
ccxlv	ccii
cclvi	ccv
cclvii	cxiii
cclxi	cvii
cclxii	ccxi
cclxv	clvii
cclxvi	cclv
cclxvii	clviii
clxx	cccxxix
cclxxii	ccxxxi

Can.vij.

Matthæus.	Ioannes.
v	lxxxiii
xix	xix
xix	xxxii
xix	xxxiiii
cxx	lxxxii
clxxxv	ccxv
ccvii	ci

Can.viij.

Lucas.	Marcus.
xxxiii	xii
xxv	xiiii
xxvii	xvi
xxvii	xxviii
xxviii	xvii
lxxxiiii	xlviii
lxxxix	lvi
xci	lxi
c	lxxv
ciii	xcvii
ccxlvii	cxxxvi
cclxxvii	ccxvi
cccxxxv	ccxxx
cccxl	ccxxxiiii

Can.ix.

Lucas.	Ioannes.
xxx	ccxix
xxx	ccxxvii
cclxii	ccxii
cclxii	cxxiiii
cclxxiiii	ccxxviii
cclxxiiii	cccxxvii
cclxxiiii	ccxxxi
ccciii	cxc
cccvii	cxc
cccxii	cxc
ccciii	clxxxvi
cccvii	clxxxvi
cccxii	clxxxvi
ccciii	clxxxii
cccvi	clxxxii
cccxii	clxxxii
cccxl	ccxiii
cccxl	ccxvii
cccxli	ccxxi
cccxli	ccxxiii
cccxli	ccxxv

Universidad de Deusto
Biblioteca

Canon decimus Euangel.

Matthæus.	Marcus.	Lucas.	Ioannes.
ii	xix	i	iiii
iiii	xxxi	iii	vii
vi	xliii	v	viii
xiii	xlvi	ix	xi
xxiiii	lviii	xix	xiii
xxvii	lxii	xx	xvi
xxix	lxx	xxii	xviii
xxxiii	lxxiiii	xxviii	xxii
xxxv	lxxxi	xxxi	xxiiii
xxxvii	lxxxviii	I	xxvii
xxxix		li	xxix
xlii		lxvii	xxxi
xly		lxviii	xxxiii
lii		lxxii	xxxvi
lvi		lxxv	xxxix
lxxv		ciiii	xli
lxxxi		cvi	xliiii
lxxxix		cvii	xly
xci		cxiii	l
xcix		cxvii	lii
ci		cxxii	liiii
cv		cxxiiii	lvi
cix		cxxxi	lviii
cxiii		cxlii	lx
cxv		cxlix	lxii
cxviii		cli	lxiiii
cxxiiii		cliiii	lxvi
cxxvi		clviiii	lxviii
cxxxvi		clxiii	lxxi
cxl		clxiiii	lxxiii
cli		clxvi	lxxv
		clxxiiii	lxxviii
		clxxvi	lxxxi
		clxxviii	lxxxiiii
		clxxx	lxxxvi
		clxxxiii	lxxxix
			xcii
			xciiii
			xcvii
			cxcix
			cii
			ciiii
			cvi
			cviii
			cx
			cxii
			cxv
			cxvii

Matthæus.	Marcus.	Lucas.	Ioannes.
clv	xc	clxxxviii	cxix
clxvii	xcii	cxc	cxxiii
clxxxi	xciiii	excii	cxxv
clxxxvii	ci	cxcvii	cxxvii
clxxxiiii	ciiii	cci	cxxx
clxxxvi	cxxiii	cciii	cxxxii
clxxxviii	cxxxi	ccviii	cxxxiiii
cxci	clxxxvi	ccx	cxxxv
cxcvi	ccxiii	ccxiiii	cxxxviii
cc	ccxxxv	ccxxiii	cxl
ccx		ccxxv	cxliii
ccxii		ccxxvii	cxlv
ccxviii		ccxxxvi	cxlvii
ccxxii		cclii	cxlix
ccxxvii		cclvi	cli
ccxxx		cclix	cliiii
ccxxxiii		cclxiiii	clv
ccxxxv		cclxxi	clvii
ccxxxix		cclxxiii	clviii
ccxlv		cclxxvi	clxiii
cclxviii		cclxxviii	clxv
cclxxiii		cclxxxiii	clxvii
cclxxxiii		cclxxxviii	clxix
ccciii		ccxcvi	clxxi
cccxix		ccxcviii	clxxii
cccxxiiii		ccci	clxxvii
cccxxvii		cccciii	clxxix
cccxly		cccvi	clxxxi
cccli		cccviii	clxxxix
ccclv		ccexvi	cxci
		ccexx	cxciii
		ccexxvi	cxcv
		ccexxxi	cc
		ccexxxiiii	cci
		ccexxxix	ccv
		ccexlii	ccvii
			ccx
			ccxii
			ccxiiii
			ccxvi
			ccxviii
			ccxx
			ccxxiiii
			ccxxvi
			ccxxviii
			ccxxx
			ccxxxii

ALPHONSI TOSTATI

EPISCOPI ABVLENSIS

IN TERTIVM PROLOGVM D. Hieronymi in Matthæum Enarratio.

DLVRES fuisse, qui Eunagelia scripserunt, Lucas Euangelista testatur, dicens: Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum, quæ in nobis completæ sunt: sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt sermonem, & ministrauerunt ei: & perseuerantia vsque ad præsens tempus monimenta declarant.

PLVRES fuisse. Iste est tertius prologus Hieronymi super omnes quatuor Euangelistas, & in materia concordat cùm primo eiusdem. Sed hic latius explicantur, quæ ibi breuiter tacta sunt. Et diuiditur in duo, quia primò agit Hieronymus de Euangeliſtis, qui reprobati sunt, secundò de illis, qui ab ecclesia recepti sunt: ibi. *Ecclesia autem.* Prima in duas, quia primò declarat quomodo multi Euangelia scripserunt: secundò quare recepta non fuerunt, ibi. *Quę à diuersis auctoribus.* Ista in duas secundum ꝙ ponuntur duæ causæ, quare non fuerunt recepti isti scriptores Euangeliorum. Secunda ibi cum hoc tm̃. Intentio huius prologi est ostendere, quòd multi fuerunt scriptores Euangeliorum: sed illorum Euangelia recepta nō fuerunt, & quòd sola quatuor Euāgelia recepta sunt, & quare ista recepta sunt, & illa reiecta. Circa primū dicitur. *Plures fuisse, qui Euangelia scripserunt, Lucas Euangelista testatur.* Idest multi fuerunt, qui scripserunt Euāgelia, scilicet, præter istos quatuor, quos ecclesia suscepit. Et hoc probat dupliciter, primò auctoritate Lucæ 2. ex ipsa rei euidētia, scilicet quia Euāgelia adhuc manebant ibi, & perseuerantia vsque ad præsens. Lucas autem testatur plures fuisse, qui scribere voluerunt, vel conati sunt. Et hoc Lucas dicit in procœmio sui Euangelij, dicens. *Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum.* Ista verba sunt verba Lucæ in principio libri sui, vbi ponit prologum contra conditionem aliorum Euangeliſtarum, & in illo dirigit Euangelium suum Theophilo magno viro in vrbe Antiochena, & exprimit causas quare scribere voluit.

Et ad hoc dicit, quòd ipse de rebus istis quas scripturus erat: erat plenè informatus, licèt multi alij non informati conati sunt ordinationem facere de istis rebus. s. Euangelicis, & non potuerunt conuenienter facere. Et isti sunt, de quibus Hieron. dicit. *Rerum quæ in nobis completæ sunt.* Idest, de rebus Christi, quæ pertinent ad Euangelium, quæ completæ sunt in nobis, idest, de quibus habemus completam notitiā. In quo innuit, ꝙ alij non habebant plenam notitiam. Et ob hoc dicit, ꝙ conati sunt ordinare narrationem, quasi dicat non potuerunt, sed solū conati sunt. *Sicut tradiderunt nobis, qui à principio ipsi viderunt sermonem.* Quia dixerat Lucas sē plene instructum de rebus istis, ostendit per quam viam erat instructus. s. per doctrinā, quia sic tradiderunt; idest, docuerunt eum. Et vt doctrina ista videatur esse alicuius ponderis, & cui assentiendū est, dicit quòd hanc tradiderunt illi, qui viderunt. Et ista erat certissima cognitio. Et dicitur qui viderunt sermonem, & est impropria locutio, quia sermo non videtur, sed auditur. Accipitur tamen interdum sic in scriptura, vt Exo. 20. scilicet. Omnis populus videbat voces, idest, audiebat. Accipitur tamen hic sermo pro ipsa re facta. Nam sic in scriptura sæpe sermo, vel verbum accipitur pro rebus, vt patet 1. Reg. 3. s. Ego faciā verbum, quòd qui audierit tinniant ambæ aures eius, idest, faciam rem terribilem. s. destructionem domus Hely sacerdotis. Et secundo Reg. 1. dicitur, Quod est verbum quod factum est in castris? idest, quod est, vel qđ accidit in castris. Ita isti viderunt res gestas à Christo. Et isti erant apostoli, & alij qui Christum uiuentem secuti sunt. Lucas tamen nō ponit istam improprieta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

prietatem, quam ponit hic Hieronymus, sed dicit: sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt sermonis, Lucas in proœmio suo: Sensus tamen idem est. *Et ministrauerunt ei.* Qui ministrauerunt sermone, scilicet, prædicãtes ipsum. Nam Christus instituit eos, qui secuti sunt ipsum in testes, & prædicatores eorum, quæ uiderant. Actuum. 1. scilicet Et eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & usque ad ultimum terræ. Et isti ministri sermonis tales erant, quòd in eo errare nõ possent. Nam cùm Christus eos instituisset, non institueret, nisi quos ad hoc sciret idoneos, vel potius quos ipse ad hoc faceret idoneos. Et sic cùm aliquis dicat se instructum ab illis, quos Christus instituit ministros sermonis sui, probat sufficiẽter doctrinam illam esse authenticam. Et hoc uolebat ostendere Lucas. *Et perseuerantia vsque ad præsens tempus monimenta declarant.* Ista est secunda probatio, quòd fuerint plures Euangelistæ, scilicet, quia libri eorum manebant usque ad tempora Hieronymi. Et uocantur libri monimenta, dicta à monendo, scilicet, quia monent hominẽ, quasi loquantur ei. Sicut enim qui alicui loquitur instruendo eũ in bono vel malo, dicitur eũ monere in bono, vel malo: ita cũ in libris contineantur doctrinę, dicuntur monimenta.

Qui sunt illi, qui conati sunt scribere Euangelia, de quibus ait beatus Lucas. Quæst. I.

QVAERITVR, qui sunt illi, de quibus Lucas dicit, quòd conati sunt ordinare narrationem, ideſt, scribere euangelium. Aliqui dicũt, quòd sunt isti, quorum euangelia infra nominantur, scilicet, iuxta Aegyptios, & Thomam, & Matthiam, & Bartholomæum, duodecim quoque Apostolorum. Sed dicendum, quòd hoc non est satis verisimile. Primò quia isti fuerunt hæretici, vel quasi omnes, & scripserunt ista euangelia, vt fauerent hæresibus suis sub nomine auctoritatis Euangelistæ, sicut dicit Hieronymus in litera, scilicet, quæ à diuersis auctoribus ædita diuersarũ hæresum fuere principia. Non est tamen uerisimile istos tunc fuisse, quia isti, de quibus Lucas dicit, scripserunt ante eum, & tamen ipse scripsit non longo tempore post mortem Christi, cum de ueris euangelistis non fuerunt ante eum nisi duo, scilicet Matthęus, & Marcus. Hęreses tamen non erant tunc in ecclesia, quia tunc uiuebant omnes Apostoli, & poterant illas illico extirpare: licèt ipsi prægnouerunt futuras hæreses, sicut dixit Paulus infra Corin. 11. scilicet. Oportet hæreses esse. Multo autem tempore post Christi passionem cùm iam mortui essent quasi omnes Apostoli præter Ioannem, insurrexerunt quidam hæretici in Asia, scilicet, Nicholaitæ, de quibus Apocal. 2. & Ebionitę, & Cherinthiani, contra quos ipse beatus Ioannes scripsit euangelium, vt dicitur infra in litera. Ante tamen, quàm beatus Lucas scriberet euangelium, non erat uerisimile fuisse hæreticos. Item dato quòd aliqui tunc esse inciperent, non conueniebat hoc, quia quòd hæretici scribant enangelia in defensionem suarum hęresum signat ipsas hęreses ab aliquanto tempore ortas esse, & ad earum defensionem confingi euangelium. Et hoc non est satis verisimile potuisse accidere in tam breui tempore. Secundò quia plurimi istorum scripserũt euangelia sub nominibus Apostolorum, vt patet infra in litera. Hoc autem non poterat esse tempore Lucæ, scilicet, antequam ipse scriberet, quia tunc uiuebant omnes Apostoli, & si falso scriberetur euangelium nomine alicuius ipsorum, mox inueniretur falsitas: cùm ille cuius nomine scriptum erat, assereret se nõ scripsisse, & non proficeret ista fictio. Ideo oportet quòd post mortem ipsorum ista scriberentur, quando probari non posset an illi hoc scripsissent. Ergo non scripserunt isti ante Lucam. Tertiò patet, quia falsitates, quas isti admiscebant euangelijs suis, non habuissent locum ante Lucam, quia manebant tũc omnes Apostoli, & plurimi alij, qui cum Domino fuerant, & singula uiderãt: ideo si quis falsum scriberet de gestis, vel doctrina Domini, illico à tota ecclesia conuinceretur mentitus. Vnde non poterat esse locus hæreticis, quousque tota illa generatio decederet, & succederent alij in ecclesia, qui non uidissent Dominum: tunc poterant falsa confingi. Ergo ante Lucam non scriberent isti hæretici. Sed obijcietur quòd ista est sententia Hieronymi in litera introducentis euangelia istorum. Dicendum quòd Hieronymus non introducit ista euangelia volens innuere, ꝙ omnia fuerint ante Lucam, sed solùm inducit ad probandum, quòd fuerunt scripta multa euangelia. Nam istud est, quòd ipse intendebat hic probare, quia in principio dixit plures fuisse, qui euangelia scripserant. Et hoc probauit primò auctoritate Lucæ in prologo suo, qui introduxit multa euãgelia, quę manebant usque ad tempus Hieronymi, & sunt illa, quæ nominat in litera. Vnde vna probatio non pertinet ad aliam. Item patet, quia dato quòd posset concedi Hieronymũ uoluisse aliquos istorum fuisse ante Lucam: dicere tamen ꝙ omnia ista euangelia hic nominata voluerit Hieronymus ante Lucam esse, non est uerisimile, quia postquam nominat multa euangelia, subditur, scilicet, ac reliquorum, quos enumerare longissimum est. Per quod Hieronymus comprehendit omnes falsos euangelistas, qui fuerũt ante tempus suum. Nemo tamẽ diceret Hieronymũ putare omnia euangelia falsa, quæ fuerũt ante tempus suum fuisse scripta ante Lucam: cùm cõstet temporibus illis, quibus maximè vigebant hæreses in ecclesia ab hęreticis multos libros fuisse falsè scriptos tanquam essent libri Sacræ Scripturæ. Alij dicunt, ꝙ Lucas intellexit de alijs duobus euangelistis, qui fuerunt ante eum. s. Matthæo, & Marco, sed hoc non cõuenit. Primò quia ipse videtur ex modo verborũ illos increpare. s. ꝙ conati sunt, quasi dicat, ꝙ non fecerunt, vel ꝙ non benè fecerunt: maximè quia dr̃ ibi narrationem, quæ in malum sonat, vt Hierony. innuit distinguendo eam contra historiam, vt infra in litera, quasi historia coniineat veritatem, & narratio fictionem, vel uoluntatem humanam. Lucas tñ non auderet arguere Matthæum, aut Marcum, qui omnia verè scripserant, & eo spiritu, quo ipse. Nam si illos argueret, quos Spiritus Sanctus approbauit, seipsum argueret, & ipse solus mentiretur, & non mereretur poni in numero euangelistarũ. Secundò quia Lucas vr̃ se præferre illis euãgelistis, cùm ait, multi conati sunt ordinare narrationem rerum, quę in nobis cõpletæ sunt, q. d. in nobis sunt completę, & non in illis: ideo nos potuimus ordinare historiã, & illi non, vel non potuerunt cõuenienter ordinare. Lucas tñ non se præponeret Marco, aut Matthæo. De Matthæo patet, qa ipse uidebatur maior, q̃ Lucas, quia Matthęus uiderat Christum, & fuerat semper cum eo: Lucas aũt non uidit. Probat aũt Lucas doctrinam suã esse authẽticam, quia ipse audiuit ab illis, qui uiderunt. Esset ergo à fortiori magis authentica ex hac doctrina Matthæi, quia à nemine audierat, sed ipse uiderat. De Marco patet ꝙ non se præponeret ei Lucas, cũ fuerit Marcus instructus à Petro, qui omnia familiarius viderat, q̃ ceteri, & ipse fuit primus, qui à Christo vocatus est. Matt. 4. Vnde plura poterat vidisse, q̃ ceteri. Item oẽs veri euangelistæ per eundem Spiritum Sanctum scribebant, ideo nullus se auderet alteri præponere cũ essent æquales. Non põt ergo intelligi, ꝙ loquatur hic Lucas de Matthæo, & Marco, qui fuerunt ante ipsum. Dicendum ꝙ

potest

põt intelligi dictũ Luce de quibusdã christianis bonę affectionis, q fuerunt cõtemporanei Lucæ, & desiderabãt ordinare historiã gestorum, & dictorũ Christi. Quia tñ non erant plenè instructi circa ista, non poterant libros condere, nec cõdiderunt. Et hoc ꝓprię significat lr̃a. s. multi conati sunt ordinare narrationem. Conatus aũt importat desideriũ sine effectu. Aliogn si Lucas intenderet dicere, ꝙ alij scripserant, & non bene: nõ diceret, ꝙ conati sunt, sed ꝙ incõpletè narrationem ordinauerunt, vel malè, & ꝙ ipse cõpletè ordinauit illam. Iste sensus multum cõpetit literæ: non tñ est ad intentionẽ Hieronymi, qui uult ex dicto Lucæ probare multos fuisse scriptores Euangeliorũ. Dici põt ad intentionem Hieronymi, ꝙ ante Lucã fuerunt aliqui, non quidem hæretici, sed boni christiani, qui scripserunt Euangelia, non tñ collegerunt sufficiẽter facta, & dicta Christi: quia non erant plenè instructi in illis. Et hoc ẽt ualde cõperit literæ: quia dicit, ordinationem rerum, quæ in nobis cõpletæ sunt, quasi dicat, in aliis non erant completæ, ideo licèt uera scriberent, non tñ plenè. ſ. non scripserunt omnia verba necessaria. Et ex hoc patet etiam, ꝙ isti non erant hæretici, quia si falsa, & impia de Christo scripsissent, nõ argueret eos Lucas, quòd non plenè ordinauerãt narrationem: sed argueret eos de impietate, & falsitate, quæ ualde deterior est, quàm incompletio operis.

An B. Lucas conuenienter dicat se instructum. Quæst. II.

QVAERITVR vlterius de B. Luca, an conuenienter dicat se instructũ, quantũ sufficit ad auctoritatẽ sacræ scripturæ, q̃ scribebat. Dicendum ꝙ B. Lucas non vidit Christũ: de ueritate tñ eorũ, quæ scripsit, constabat sibi dupliciter, & vterq; modus erat infallibilis. Primò ꝑ Spiritũ sanctũ: nã oẽs Euãgelistæ: immo oẽs scriptores vtriusq; testi Spũ sancto dictante scripserunt. secunda Pet. 1. Idem vult Hieronymus, infra in litera dicens, ꝙ Euangelia multorũ reiecta sunt ab ecclesia: quia scripserunt nõ dictante Spũ sancto: itẽ de Luca patet in prologo Hieron. sup Lucã, ꝙ Spiritu sancto instigante in Achaiæ partibus scripsit Euangeliũ: sed Spiritus sanctus non ꝑt mẽtiri. i. certitudo eorũ q̃ Lucas scribebat, deo erat tanta, quanta requirebatur in sacra scriptura. Scẽdò cõstabat Lucæ de ueritate dictorũ suorum ex doctrina infallibili: quia ipse instructus est ab illis, qui mentiri non poterant. Nã instructus est à Paulo, quẽ semper secutus est. Paulus autẽ ꝑ reuelationẽ Christi accepit Euangelium, ad Gal. 1. & sic non poterat ibi esse error, quia scribens illud Lucas de ore Pauli, esset quasi scribens de ore Christi. Et Lucas instructus est ab apostolis aliis, cùm dicat ipse: Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt sermonis. Nullus tñ fuit, qui ab initio usq; ad finem videret oĩa gesta Christi, & instituetur ab eo p̃dicator eorum quæ viderat, nisi apostoli: ergo ab apostolis doctus est. Apostoli tñ cùm à Spiritu sancto fuissent cõfirmati, errare non poterant, maxime in eis, quæ ad fidẽ pertinebant: iõ infallibiliter Lucæ constabat de ueritate dictorũ suorũ. Itẽ quia isti, qui eum docuerant, viderant oĩa. In probationibus tñ humanis nulla plenior est q̃ ꝑ uisum. Dicendum tñ, ꝙ iste modus licèt sit satis certus, non est tam certus sicut aliquis de duobus p̃cedẽ tibus, quia uisus interdũ falli põt. Sed Spũs sanctus, qui in duobus modis p̃cedentibus operatur, nõ põt falli. Quare Lucas uolens ostendere Theophilo certitudinẽ, & ueritatem doctrinæ suæ: cũ haberet illos duos modos supra positos firmissimos ad hoc probandũ, accepit illum, qui erat infirmior, scilicet, ꝙ eruditus est ab illis, qui viderant. Et de quibusdam alijs pertinentibus ad certitudinem ipsorum Euangelistarum declaratum est in prologo nostro in quadam qõne.

Quæ à diuersis auctoribus ædita diuersarum hæresum fuere principia: vt est illud iuxta Aegyptios, & Thomam, & Matthiam, & Bartholomæi: duodecim quoq; apostolorũ, & Basilidis, atque Apelleis, ac reliquorum, quos enumerare longissimum est, cùm hoc tantùm in præsentiarum necesse sit dicere, extitisse quosdam, qui sine spiritu, & gratia Dei conati sunt magis ordinare narrationem, quã historiæ texere veritatem. Quibus iure potest illud propheticum coaptari: Væ qui prophetant de corde suo, qui ambulant post spiritum suum, qui dicunt: Hæc dicit Dominus, & Dominus non misit eos. De quibus & Saluator in Euangelio Ioannis loquitur: Omnes qui ante me venerunt, fures fuerunt, & latrones.

Prima cã quare oĩa euãgelia alia præter quatuor ab ecclesia sunt reiecta.

Quæ à diuersis auctoribus ædita diuersarum hæresum fuere principia. Hic pouuntur causæ, quare ista multa Euangelia reiecta sunt, & est ista prima cã. ſ. qa fuerunt principia diuersarũ hæresum. Nihil tñ est pp qđ magis aliqua scriptura debeat reijci q̃ hæresis: qa hæresis directè repugnat fidei, q̃ introducit sacra scriptura. Potuerunt ista Euangelia esse dupliciter principia hęresum. Vno mõ. ſ. qa in ipsis cõtinerentur hæreses. Sed tunc dicetur. Qũo stabit hoc, quia supra dictũ est, ꝙ hæretici ad fauendũ suis erroribus scribebant Euãgelia, quibus miscebant errores suos: vt inde auctoritatẽ reciperent. Dici põt ꝙ Euangelia ista erant principia istarũ hæresum, nõ quidẽ, ꝙ ibi acciperent originẽ ad eandẽ, sed ꝙ acciperent originẽ inde ad manendũ: vt qa fortè hæreses aliquæ qñ incohauerunt habebant paucos sequaces, & erant paruæ auctoritatis, cũ vero inseruæ sunt quibusdã falsis Euangeliis, ceperunt ex tunc hr̃e auctoritatẽ, & sequaces. Et potuerunt longo tpe manere, qđ alias non habuissent. Scẽdò mõ poterant esse Euangelia ista principia hæresum, non quidẽ ꝙ auctores essent hæretici, nec intenderent hæresim introducere: sed occasione quorundã ibi positorũ ab aliqbus incohata est noua hæresis, & vterque modus satis conuenit literæ. Isti diuersi auctores Euangeliorũ nõ nominantur: quia nec scribebant sub nominibus suis cõiter: sed intitulabant libros suos nominibus apostolorum, vt patet in litera. Aliquorum tñ noĩa hñr sicut Basilidis, & Apelleis, de quibus infra in litera, & Lucani, & Hesychij, vt patet supra in 2. prol. Hieron. *Vt est illud iuxta Aegyptios.* i. sic erat illud Euangeliũ, ꝙ vocat iuxta Aegyptios. i. Euangeliũ Aegyptiorũ. Et fortè sic vocabatur, quia apud Aegyptios maxime tenebat, vel quia constabat illud ab aliquibus Aegyptiis fuisse conditũ. Sic ẽt uocabatur aliud Euangelium Nazarenorum, & similia à diuersis hoĩbus, vel gentibus. *Et Thomam, & Matthiam, & Bartholomæum.* Non est intelligendũ, ꝙ dicerentur isti tres fecisse vnũ Euangeliũ: sed q̃libet eorũ dicebatur fecisse unũ, sicut Marcus, Lucas, & Ioannes. Ista Euangelia, quæ nominãtur ab apostolis fuerunt facta ab hęreticis: quia de apostolis soli duo fuerunt Euãgelistę. s. Matthæus, & Ioannes. Et ista nominata ab apostolis erant deteriora oĩbus, & magis facta in fraudẽ. Et quia talia ibi ponebantur, quæ cõiter non reciperentur: præposuerunt eis hæretici noĩa apostolorum: vt ꝑ eorũ auctoritatẽ reciperẽtur: & ista

sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt posteriora cæteris. Nam illi, qui scribebant nominibus proprijs, faciebant hoc, vel ex charitate, vt cæteris proficerent, vel desiderio honoris. Si tamẽ ipsi scriberent talia quæ non reciperentur, vel non esset veri simile recipi: non putarent inde se honorem consecuturos: sed potius ignominiam. Ideo isti pauca scribebant quæ possent fidei præiudicare. *Duodecim quoque apostolorum.* Non est sensus quòd omnibus intitularetur vnum volumen: quia tunc superfluè expressum esset supra, scilicet, Thomam, Matthiam, & & Bartholomæum, cùm isti essent de duodecim apostolis: sed est sensus q̃ cuilibet de duodecim apostolis unum uolumen Euangeliorũ ascribebant. Et ad hoc expressit Hieron. de tribus illorũ. s. Thoma, Matthia, & Bartholomæo. Et postea posuit vnam clausulã generalẽ. s. duodecim quoq; apostolorũ. i. non solũ istis nostris ascribebantur Euangelia: sed ẽt singulis de duodecim apostolis, hoc est pter Matthæum, & Ioannẽ: quia illi iã scripserant propria Euangelia, & nõ poterant eis alia ascribi: quia mox appareret falsum esse; cum ista iam recepta fuissent per totam ecclesiam. *Et Basilidis atque Apelleis.* Isti duo scripserunt Euangelia nominibus propriis, non tamen fuerunt uiri illustres, quorum mentio apud auctores habeatur. Nam ẽt hæreticos aliquos Hieron, ponit in lib. Illustrium virorum: quia fuerunt in multis sapientes, licèt circa fidem errauerint. *Ac reliquorum, quos enumerare longissimũ est.* Idest, multi alij Euangelia scripserunt, quos solùm nominare esse longissimum. De his fuerunt Lucianus, & Hesychius, qui inter Græcos Euangelia scripserunt, & generaliter in omnibus libris noui testi aliqd addiderunt. Quos tamen ecclesia non suscepit; sed pauci, & peruersi hoies eorum tenebant libros, vt patet supra in 2. prologo Hieron. qui incipit. Beatissimo Papæ. *Cum hoc tantum impræsentiarum necesse sit dicere.* Hic ponitur secunda cã quare libri istorũ non fuerũt recepti. s. quia non scripserunt p Spiritum sanctũ. Ecclesia tñ nullam scripturam recipit in canone librorũ suorũ nisi de qua constet, q̃ per spiritum dictata est. Et dicitur impræsentiarum. i. in præsenti, uel nunc nõ est necesse allegare aliam cãm quare non recepta fuerunt: nisi quia fuerunt quidam hoies, qui sine Spiritu sancto scripserunt, & illi non sunt recepti. Quasi dicat multæ causæ sunt, quare non fuerunt recepta istorũ Euangelia, Nã supra in prologo nostro in quadã gõne fuerunt positæ octo causæ. Et Hieron, allegauit aliquas causas mysticas supra in plogo primo, & tñ impñtiarum. i. nunc nõ est necesse exprimi aliã causam, quia ista sufficit. Est impñtiarum una dictio, & est aduerbium tpis, & sæpe vtitur eo Hierony. *Extitisse quosdam, qui sine spiritu, & gratia Dei.* i. fuerunt quidam, qui sine Spiritu sancto dirigente eos, & gratia Dei scribere uoluerũt. Nemo potest scribere sine Spiritu sancto: quia cùm Deus sit causa prima, necesse est, quòd concurrat ad omnem actum, quia aliàs cessarent causæ, quæ non operantur nisi in uirtute primæ, cùm ẽt ab ea in suo esse conseruentur: sed Spiritus est Deus, & actiones trium personarum ad extra sunt eędẽ: iõ nemo põt operari sine Spiritu sancto: maximè quia qñ dr Spiritus sanctus aliquid in nobis facere, vel nos aliquid facere per Spiritum sanctum, nõ accipitur Spiritus sanctus pro persona, sed pro tota essentia diuina, quæ est, & recte uocatur Spiritus sanctus, quia spiritus est Deus. Ioan. 4. & sanctus est, quia Deus immaculatus est. Etiã quia dixit: Sancti estote, quia ego sanctus sum. Leu. 11. & 19. Sed dr operari quis sine Spiritu sancto: quando Spiritus sanctus nõ dirigit eũ specialiter, uel supernaturaliter. Et sic oẽs actiones naturales, vel humanitus factæ, sunt sine Spiritu sancto. Etiam quia nemo diceret bestias operari per Spiritum sanctũ, & tñ illæ nihil põt, sicut nec hoies nisi Deus concurrat in actibus earũ, ita isti scripserunt sine Spiritu sancto: quia non direxit eos spãliter ad hoc, q̃ nõ possent errare dictando quidquid deberent scribere. Illi aũt, qui per Spiritum sanctũ scribunt, nihil ingenio suo, aut uoluntate scribunt: sed solũ quidquid dictat eis Spiritus sanctus quasi oretenus eis loqueretur. 2. Pet. 1. Sed dicetur: ad quid dixit hic Hieron. sine Spiritu sancto, & gra Dei: quia qui agit per Spiritum sanctũ, nõ põt agere sine gra Dei, & qui agit per grãm Dei, nõ põt agere sine Spiritu sancto. Dicendũ, q̃ conuenienter ponuntur ista: nã ad hoc q̃ aliquis conuenienter scribat Euangeliũ, tria requirunt. Primũ q̃ à Deo ptãtẽ accipiat. Scdm q̃ Deus spãliter illum moueat, & inclinet ad scribendum. Tertium, q̃ in scribendo illum dirigat dictando ei, qd scribendum est, ne erret. De primo patet, quia scribere Euangeliũ est actus Euangelistæ, & Euãgelista est quidam gradus in ecclesia. ad Ephe. 4. Et iste non datur nisi à Deo: quia dr ibi, q̃ Deus dedit in ecclesia quosdã quidem apostolos, quosdã aũt prophetas, alios verò Euãgelistas. Cũ ergo Deus istos ponat: non pertinet ad aliquem vsurpare sibi istum gradum, nisi sibi illum det ille, ad quem ptinet ponere, & distribuere partes in ecclesia, qui est Deus, ut patet. 1. ad Cor. 12. & ad Ephe. 4. Sicut non põt esse eps ille, q̃ à nullo cõstituitur: sed per ipsum epatum vsurpat, uel inuadit, maxime, quia apostolus „phibuit hoc gñaliter in qualibet dignitate ecclesiastica, dicens: Nemo indifferenter sibi sumit honorẽ, sed qui uocatur à Deo tanquã Aaron. ad Hebr. 5. Et subditur ibi de Christo, q̃ ipse non clarificauit seipsum, ut Pontifex fieret: sed ille clarificauit eum, qui dixit ei: Tu es filius meus. Sed Euangelistã esse est magna dignitas in ecclesia, sicut est esse Pontificẽ: immo maior: qa Euãgelistę ponuntur ante pastores, qui sunt Põtifices. ad Ephe. 4. Ergo nemo põt esse Euãgelista nisi Deus fecerit eum Euãgelistã. De scdo patet, qa dato q̃ aliquis sit à Deo factus Euangelista, nõ oportet, q̃ oĩ tpe, quo est Euãgelista scribat, sed aliqñ. s. qñ Deus eum instigauerit ad scribendum. Sic Hiero. de B. Luca ih prolo. super Lucã. s. q̃ Lucas Spiritu sancto instigante scripsit Euãgelium. De tertio patet, quia dato q̃ Spiritus sanctus inclinaret aliquẽ ad scribendum, si tñ ipse non dictaret ei qd scriberet, èrraret: quia ista sunt distincta. s. inclinari ad scribendum, & scire quid scribendum sit, & vnũ põt esse sine altero: iõ Deus eis, quos inclinat ad scribendũ, dictat quid scribant: vt non ingenio, vel voluntate sua scribant, sed Deo dictante. 2. Pet. 1. Ista tria signauit hic Hieron. per gratiam, & Spiritum sanctũ. Nam ista potestas, per quam quis constituitur Euangelista, est quædam gratia gratis à Deo data: vt patet 1. Cor. 12. ubi ponuntur apostoli, prophetæ, interpræ-tationes sermonũ, genera linguarũ, curatio ægritudinum, & reliqua, per quæ constituũtur partes ecclesiæ diuersæ, & uocantur oĩa ista gratiæ. Nam dr diuisiones aũt grãrum sunt, idẽ autẽ spiritus, Sic ẽt dr ibi, gratia sanitatum: ergo Euangelistam esse, & prophetam, & apostolum uocatur ibi gratia. Duo sequentia intellexit ibi Hier. per Spiritum sanctũ. s. inclinationẽ, qua ad scribendum inclinatur Euangelista, & ipsum dictamẽ quod Deus dictat Euangelistæ in corde quid scribere debeat, & sic Hieron. posuit ista duo tanquam distincta. *Conati sunt magis ordinare narrationem, quàm historiæ texere veritatem.* Inter narrationem, & historiam non videtur esse differentia, quia historia est rerum gestarum narratio: etiam narratio est gestarum rerũ. Hieron. tñ hic facit drìam inter utrunque. s. q̃ historia sit vera descriptio rerum gestarum. Nã historia fin Græcos à Theorin, quod est videre dr: quia de rebus visis est. Et apud antiquos nemini historiam scribere licebat: nisi qui rebus gestis interfuisset. Narrationem vocat relationem rerum verarum, vel verisimilium compositam humano ingenio. Sicut fuit de libro Esther, qui in vulgata æditione scriptus est, & multa continet, de quibus in Hebræo non apparet, nec constat vera fuisse. Sed sunt talia quæ pro tempore dici, aut cogitari poterant, sic ait Hieronym. in prologo super Esther, scilicet. Hunc librum lasciuiosis hinc inde verborum funibus vulgata æditio trahit: addens ea, quæ ex tempore dici poterant, & audiri: sicut solitum est scholaribus disciplinis sumpto themate excogitare quibus verbis vti potuit, qui iniuriam passus est, vel iniuriam fecit. Motiuum Hieron. est, quia Lucas dixit, quòd multi conati sunt ordinare narrationem, quasi dicat magis ordinauerunt narrationem, idest, quãdam relationem secundùm ingenium suum, quàm veritatem historiæ, idest, gestorum, sicut realiter acciderunt. *Quibus iure potest illud propheticum coaptari.* idest, istis Euangelistis iure, idest, iustè coaptatur, idest, conuenit illud propheticum, scilicet Ezech. 13. Et arguit Hiero. contra istos, quia sine gratia Dei, idest, sine hoc q̃ constituerentur Euangelistæ voluerunt scribere euangelium, sicut qui dicunt se prophetas, & Deus non misit illos. Et tamen sicut nemo potest esse propheta, nisi Deus ei loquatur: ita nemo pt esse Euangelista, nisi eũ Deus constituerit, quia de eis simul dicitur ad Eph. 4. & 1. Corin. 12. quia Deus dedit, vel posuit in ecclesia quosdam quidẽ Apostolos, alios prophetas, alios Euãgelistas. *Væ qui prophetant de corde suo.* idest. Malum veniet illis. Nam Deus iubebat interfici eos, qui prophetarent cùm Deus non mitteret illos. Deuteron. 18. & ponitur pœna istorum etiam Ezech. 13. s. Et erit manus mea super prophetas, qui vident vana, & diuinant mendacium. In concilio populi mei non erunt: & in scriptura Domus Israel non scribentur, nec in terra Israel ingredientur. Dicitur prophetare de corde suo, cui Deus nihil loquitur, sed ipse fingit, quæ vult. Ita est de Euangelistis, qui de corde suo euangelizant scribendo ea, quæ Spiritus sanctus eis non dictat, sed ipsi scribũt vt volunt, & tamen vt essent veri Euangelistæ ita necesse erat, quòd Spiritus sanctus dictaret eis scribẽda, sicut quòd prophetis diceret annuncianda. *Qui ambulant post Spiritum suum.* idest, qui sequuntur desiderium suum, & non sequuntur voluntatem Domini. Ideo dicunt quæ volunt, & non quę Deus inspirat, cùm nihil eis inspiret. *Qui dicunt, dicit Dominus, cum Dominus non misit eos.* i. quando ipsi annunciãt populo aliqd tanquam prophetę dicunt, hoc dicit dominus, & sic mentiũtur: quia Deus nihil eis dixit. Totum hoc, & multa alia õ similes prophetas habetur Ezech. 13. *De quibus, & saluator in Euangelio Ioannis loquitur.* s. de istis, pphetis, qui veniunt quando non mittuntur, Christus loquitur in euangelio Ioannis, scilicet Ioan. 10. *Omnes qui ante me venerunt, fures fuerunt, & latrones.* Hoc dicit Christus volens significare se esse pastorem animarum nostrarum, & quòd pastor bonus intrat per hostium, & cognoscunt eum oues. Erat ipse pastor, qui per hostium intrauerat. De furibus autem, & latronibus dixit, q̃ non intrabant per hostium, sed aliunde. Ideo dicebat, quòd omnes, qui venerant ante eum fuerunt latrones, quia non intrauerunt per hostium.

Quomodo hoc sit verum, quod Christus dicit, quòd omnes qui venerunt ante eum fuerunt fures, & latrones, cùm multi sancti prophetæ fuerint.
Quæst. IIII.

QVAERITVR, quomodo Christus asserit hoc, quia ante eum venerunt multi, qui erant veri prophetæ, & non fures. Respondet Hie-

rony. quòd uerum est quãtum ad illos, qui missi sunt, non tamen quantum ad illos, qui uenerunt: Quia illi, qui ueniebant non mittebantur, & isti falsi prophetæ erant. Christus autem non dixit, quòd omnes, qui missi fuerant ante eum erant latrones, sed solùm illi, qui uenerunt, scilicet, auctoritate propria, & Deus non misit illos. Sed dicetur, quòd hoc est satis dubiũ, quia per hoc non appareret qui erant illi, qui uenerant, & qui erant qui mittebantur, & sic uerbum Christi erat incertum. Si autem intelligas, quòd Christus diceret omnes qui venerunt, idest omnes, qui finxerunt se à Deo missos, & non erant missi, erant latrones: nihil declarat nec importat aliquid istud uerbum, quia manifestum erat, quòd fingentes se missos à Deo erant pessimi, & sicut fures. Christus tamen nunquam loquitur nisi cum magna importantia. Ideo uidetur dicendum quòd Christus non facit differentiam hic inter uenire, & mitti, quia etiam scriptura dicit aliquos uenire, qui tamen missi sunt, sicut patet de Ioanne Baptista, de quo dicitur infra tertio: in diebus illis uenit Ioannes Baptista prędicans in deserto Iudeæ, & tamen ipse missus est, ut patet Marci primo. s. Ego mitto Angelum meum ante faciem tuam. Et Ioannes dixit se à Deo missum. Ioan. 1. scilicet. Ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Et sic non seruatur ista differentia in scriptura. Dicendum ergo q̃ nec Christus semauit illam nũc, sed dixit gñaliter omnes, qui uenerũt. s. quomodocunq; uenerint: intellexit tamen. s. qui uenerũt dicentes se esse Mesiã, omnes illi fuerunt latrones, quia omnes mentiti sunt. Nam licèt multi prophetæ uenissent, siue missi fuissent, nemo eorum dixit se esse Mesiam, sed potius negabant: sicut patet de Ioanne Baptista, à quo q̃siuerũt Iudæi an esset Christus. i. Mesias, & dixit, non sum ego Christus. Io. 1. Quod autem Christus de hoc loqueretur patet, quia ipse dixit se esse uerum pastorẽ positurum aĩam suam pro ouibus suis. Ioã. 1. qd propriè ptinebat ad Mesiam, & ipse dixerat se Mesiam clare Io. 4. cũ dixit mulier Samaritana: scio, quia Mesias uenit, & Christus dixit ei, ego sum, qui loquor tecũ. Et quia uolebat nunc probare se esse uerum Mesiam ex multis signis, & tñ Mesias futur⁹ unicus erat: oportebat q̃ assereret mentitos oẽs illos, qui hoc sibi nomen ascripserant. Et sic dixit oẽs, q̃ ante me uenerunt. s. uocantes se Mesiã, fures fuerunt. s. quia hoc nomen sibi furati sunt, & qa furtim introibant ad oues, & non per hostium qd sibi non patebat. Venerunt aũt pauco tempore ante Christum duo succesiuè, qui usurpauerant sibi hoc nomẽ. Primus fuit Theodas dicens se esse aliquem magnũ, s. Mesiam, & consenserunt ei uiri quasi quadringenti. Et occisus est ipse, & omnes, qui credebant ei. Post istũ uenit Iudas Galilæus in diebus professionis, idest, in diebus, quibus numeratus est orbis, & profitebantur singuli in ciuitatibus suis se esse subiectos Romanis: in quibus diebus Christus natus est Luc. 2. Iste Iudas dicens se Mesiam auertit populum post se. Et ipse perijt, & omnes qui consenserunt ei. Actu. 5. Quod autem isti se uocarent Mesiam, patet, quia Gamaliel ista duo exempla introduxit in fauorem Christianorum. Comparauit enim Theodam & Iudam Galilæũ Christo, dicens quòd non persequerentur Iudei Christianos propter Christi nomen, qui se Mesiam Christum dixerat filium Dei, quia si illud opus esset à Deo maneret, si autem ab hominibus dissiparetur: asserẽs, quòd ita fuerat de Theoda, & Iuda Galilæo, quorum opus fuerat ab hominibus, ideo dissipatum est. Ideo oportuit, q̃ istud esset simile factis Christi. s. q̃ se uocarent Mesiam, sicut ille, quia aliàs non esset hoc ad propositum. De istis ergo Christus intellexit, quòd fuerunt latrones. Et non oportet tunc distingui inter

Universidad de Deusto
Biblioteca

venire, & mitti, distinctio tamen facit ad propositum Hieronymi. Ideo fecit eam.

Qui venerunt, non qui missi sunt. Ipse enim ait: Veniebant, & ego non mittebam eos. In venientibus præsumptio temeritatis: in missis obsequium seruitutis est.

Qui venerunt non qui missi sunt, scilicet, omnes fuerũt latrones, scilicet, qui venerunt, quia à seipsis venerunt: non qui missi sunt, quia ego illos misi. *ipse enim ait veniebant, & ego non mittebam eos*, scilicet, Deus dixit hoc Ezech. 13. quasi conquestus de istis, quòd uenirent, scilicet, dicentes se esse Prophetas, cùm Deus non mitteret eos, scilicet, ad annunciandum aliquid. *In venientibus præsumptio temeritatis est*, scilicet, qui ueniunt usurpantes sibi honorem propheticum cùm non mittantur, præsumptuosi, & temerarij sunt, quia audent usurpare sibi nomen, & honorem, qui eis non competit. *in missis obsequium seruitutis est*, ideſt, quòd missi ueniant est obsequium quoddam, quod homo præstat Deo inquantum seruus eius est.

An libri Euangeliorum prædictorum tempore Hieronymi erant ab ecclesia damnati. *Quæst. V.*

QVAERITVR de libris illorum Euangeliorum, quæ supra nominantur, quia dubium est an ab ecclesia damnata erant, & quomodo habebantur tempore Hieronymi. Dicendum, quòd isti libri à principio putabantur esse aliud cum plures eorum scripti essent nominibus Apostolorum, postea autem inuentis eorum erroribus ceperunt esse suspecti, quousque compertũ est eos factos ab hæreticis. Alij autem fuerant facti à non hæreticis, & sub nominibus proprijs. Inuentis tamen erroribus abiecti sunt, sicut patet de codicibus Luciani, & Hesychij, de quibus Hieronymus supra in prologo, qui incipit: Beatissimo Papæ. Omnes autem isti libri postea ab ecclesia damnati sunt, & inhibitum eos legi, sicut nunc inhibitum est per ecclesiam de eisdem Euangelijs, scilicet, omnia euangelia præter quatuor sunt damnata, vt patet in epistola Gelasij de libris approbatis, & habetur in Decre. distinct. 15. capit. Sancta Romana. Hoc autem patet. Nam codices Luciani, & Hesychij ab ecclesia reiecti erant, & nullus eos accipiebat, nisi paucorum hominum peruersa contentio, vt ait Hieronymus in allegato prologo; Isti tamen non erat hæretici, sicut illi, qui scripserant sub nominibus Apostolorum, quia illi deterius scripserãt, vt supra dictum est. A fortiori ergo damnarentur codices istorum. Et hoc patet, quia si ecclesia non damnasset eos, mansissent semper, & diuulgarentur sicut quatuor Euangelistæ. Cùm autem dicitur quomodo manebãt isti libri tempore Hieronymi, dicendum, quòd licèt damnati essent, tamen adhuc manebant apud aliquos homines contentiosos, qui non bene obediebant ecclesiæ sicut dicit Hieronymus de codicibus Luciani, & Hesychij quòd illos paucorum hominum asserit peruersa contentio. Vel fortè occultè tenebantur apud aliquos, sicut nunc multi ab ecclesia damnati sunt, quos adhuc multi seruant. Non manebant tamen illi libri apud multos, sed apud aliquos, & quasi iam desinebant haberi. Et hoc uoluit significare Hieronymus dicens: & perseuerantia usque ad præsens tempus monimenta declarant. Nam non dixit monimenta eorum hoc declarant, sed dixit perseuerantia usque ad præsens tempus ad diminuendum aliqualiter statum librorum. Quasi dicat: non erant illi libri omnino deleti, sed usque ad præsens tempus adhuc manebant. Postea paulatim desierunt haberi: sicut nunc nullus eorum habetur. De istis scribentibus Euangelia an pẽccauerint scribendo, declaratum est supra in primo prologo Matthæi, scilicet, Matthęus cum primo, in quadam quæstione.

Ecclesia autem, quæ Domini voce supra petram fundata est: quam introduxit rex in cubiculum suum, & ad quam per foramen descensionis occultæ misit manum suam: similis damulæ hinnuloque ceruorum, quatuor flumina paradisi instar eructans, quatuor, & angulos, & annulos habet, per quos quasi arca testamenti, & custos legis Domini lignis mobilibus vehitur.

Ecclesia autem. Hic ponitur principale, scilicet, dõ quatuor Euangelistis, qui recepti sunt. Et diuiditur in duo, & primo ponitur, qui sunt isti, qui recepti sunt. Secundò ponit causas, quare susceptí sunt, ibi: Hæc igitur quatuor: prima in duas. Primò ponuntur quædam similitudines, quare Euangelistæ sunt quatuor: secundò ostenditur, qui sunt isti quatuor ibi, *primus omnium*. Circa primum dicitur. *Ecclesia autem, quæ supra petram Dei voce fundata est.* Hoc habetur Matthæi 16. scilicet, tu es Petrus, & sup hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Non intelligitur super hanc petram, ideſt, super Petrum: quia ecclesia non est fundata super Petrum, cùm potius ipse Petrus esset fundatus in ecclesia, cuius filius, & pars erat. Item non poterat fundari ecclesia super Petrum, quia tunc esset ecclesia Petri: sed non est Petri, immo Christi, qui est caput eius. Item si in Petro ecclesia fundaretur, posset cadere, & actualiter cecidisset: quia lapso fundamento necesse est corruere totum ædificium, sicut dixit Christus, infra 7. de viro stulto, qui ædificauit domum super arenam: Petrus tamen erat talis, qui poterat cadere, & post ista verba Domini cecidit, quia negauit eum ter. Matth. 16. Ergo ecclesia tunc cecidisset. Sed ecclesia nunquam cecidit: quia fundata est supra firmam petram sicut patet de domo, de qua Christus loquitur, infra 7. quam ædificauit vir prudens: & maxime quia Christus dixit infra 16. quòd portæ inferi non præualebunt aduersus ecclesiam: si tamen ecclesia cadere posset destructo fundamento, portæ inferi præualerent contra eam: ergo non fuit fundata ecclesia in Petro, nec potuit in eo fundari, nec in aliquo homine, sed in Christo solo. Et sic exponit Augustinus in quodam sermone super eundem locum, scilicet, tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, ideſt, super hanc petram, quã confessus es: quia petra erat Christus, infra Corin. 1. Et proprie super Christum ædificatur ecclesia, quia ipse solus est fundamentum. Si autem super Petrum esset ædificata, vocaretur Petrus fundamentum ecclesiæ, sed falsum est: quia solus Christus est fundamentum, infra Cor. 3. ſ. Fundamẽtum enim aliud nemo potest ponere præter id, qđ positũ est qđ Christus Iesus. De hoc magis dicetur, infra 16. & magis in libro nostro de Origine, & distinctione iurisdictionum. Dixit autẽ hic Hieron. ecclesiam fundatam supra petrã, ad innuẽdum, q̃ ecclesia non errauit, nec errare potuit in his, q̃ fecit approbãdo istos quatuor Euãgelistas, & reprobando oẽs alios. ſ. quia cùm fundata sit ecclesia supra firmam petram cadere non potest: caderet tamen, si erraret circa fidem approbando libros erroneos, & reprobando libros catholicos. *Quam introduxit Rex in cubiculum suum.* verba sunt ecclesiæ in Cantic. Canticorum, scilicet, introduxit me Rex in cellaria sua. Can. 1. Introducitur autem ecclesia à Christo in cubiculum, quia sponsa eius est. Nam ad sponsum pertinet introducere sponsam in cubiculum: Christus autem desponsauit sibi ecclesiam. ad Ephe. 5. ideo dicitur introducere eam in cubiculum, & per hoc significatur magnus Christi amor, & familiaritas ad ecclesiam, quia introduxit eam in secreta cubiculi sui. *Et ad quam per foramen descensionis occultæ misit manum suam.* Alludit hic Hieronymus verbis Salomonis Can. 5. scilicet. Dilectus meus misit manũ suam per foramen, & uenter meus intremuit ad tactum eius. Et ponitur ibi, quòd ista est vox ecclesiæ ad Christum. An uerò iste sit sensus literalis, scilicet, quòd ecclesia loquatur Christo, vel aliquis alius, cùm Nicolaus exponat hoc de populo Israel, quando à Deo percutiebatur, quia dicebatur tunc mittere manum ad eam per foramen, non est nunc diffiniendum, sed solùm exponendum ad intentionem Hieronymi cùm hic non agatur principaliter de ipsa litera Cantici Canticorum, sed solùm quomodo Hieronymus inducat eam in præsenti. Et dicit quòd intelligitur de Christo ad Ecclesiam, qui mittit manum suam ad illam per foramen, scilicet, per descensionem occultam ad eam. Nam sicut foramen est res occulta, quia non est porta patens: ita Christus occultè descendit ad ecclesiam per influxionem continuam charismatum, secundùm quam ecclesia conseruatur in esse speciali à sponso suo. Etiam propter hoc non potest cadere, nec errare. Omnes autem adnẽtus Christi, siue Spiritus Sancti in totam ecclesiam, siue in membra sua inuisibiles sunt, ideo est occulta descensio. Et hoc etiam ponitur ad significandum, q̃ ecclesia non errat probando, vel reprobando Euangelistas, quia Christus conseruat eam, ne erret mittendo manum suam ad illam per descensiones occultas. *Similis Damulę Hinuloque Ceruorum*, scilicet, qui est similis Damulę Hinuloque Ceruorum. Mittit manum suam ad ecclesiam. Alludit hic Hieronymus verbis Salomonis Canticorum. 8. scilicet, fuge dilecte mi, & assimilare Capreæ Hinuloque Ceruorum super montes Aromatum: Caprea, & Damula idem sunt. Nam ut ait Isidorus Ethim. 17. Damula est Siluestris Capra, sic dicta, quia de manu fugiat. Est autem animal timidum, & imbelle, cui sola fuga pro defensione est. Comedit enim ramos arborum medicinalium, & cùm vulneratur draconteam herbam comedit, & ferrum de corpore eijcit. Nullum animal est tam leue, ita ut possit in præruptis & locis altissimis sine offensa incedere, sicut dicitur de capreis, primo Regum 24. quòd Dauid ascendit in præruptis montium, quæ loca solis ibicibus peruia sunt. Et ubi nos dicimus ibices, in Hebræo dicitur Capreis, scilicet, quòd solę Capreæ poterant in locis illis altissimis ambulare. Et sic dicitur secundo Regum secundo, quòd Asael erat cursor velocissimus, quasi unus de Capreis, qui morantur in siluis: ex quo apparet maxima earum leuitas. Hinulus dicitur filius Ceruorum quando est paruus. Et dicitur Hinulus ab innuendo, quia mater ei innuit, ideſt, vultu signa ostendit. Et est animal velox simile Capreæ, siue Damulæ, vt ait Isidor. 17. Ethic. Similitudinem posuit hic Salomon ad ista animalia propter uelocitatem cursus. Nam dixit: Fuge dilecte mi, & assimilare Capreæ Hinuloque Ceruorum super montes. Quasi dicat: fuge velociter sicut Caprea, & Hinulus super montes. Ita potest hic Christus respectu ecclesiæ esse sicut Caprea & Hinulus, scilicet, quia velociter descendit ad illam, & velociter se subtrahit ab illa, permittendo eam tribulari temporaliter quando iudicat expedire. *Quatuor flumina paradisi instar eructans*, scilicet, ecclesia est eructans, ideſt, emittens de se quatuor flumina paradisi. Et dicitur instar, ideſt, ad instar, quia non emittit flumina quatuor, sed aliquid ad modum quatuor fluminum, quæ sunt quatuor Euangelia, quæ de ipso ecclesiæ fonte eructant, ideſt, emanant, sicut quatuor flumina emanant de paradiso terrestri. Eructare significat emissionem, vel emanationem quandam de plenitudine, sicut dicitur Psal. 44. Eructauit cor meum verbum bonum, scilicet, de cordis plenitudine uenit illud verbum bonam: nam ex abundantia cordis os loquitur. infra 12. sic dicitur Psal. 143. Promptuaria eorum plena, & eructantia ex hoc in illud, ideſt, quòd promptuaria, quæ sunt plena, nec ultra aliquid possunt continere, oportet quòd de uno in alterum cadat. Quod est propriè eructare. Sic accipitur hic, quia ecclesia de plenitudine sua diffundit ista quatuor Euangelia quasi quatuor flumina per totum orbem: *quatuor angulos, & annulos habet.* Ista est alia similitudo quatuor ecclesiæ ad arcam testamenti, quia sicut illa habebat quatuor angulos, & quatuor annulos, ita habet ecclesia quatuor Euãgelia, per quæ portatur in toto orbe sicut arca per annulos, & angulos. De fabricatione, & figura istius arcæ patet Exod. 25. & 37. Erat enim facta de lignis Setim habens in longitudine duos cubitos, & dimidium, & in altitudine cubitum, & dimidium. Erat autem intus, & foris operta laminis aureis grossis de auro purissimo, ita ut tota uideretur aurum. Opertorium autẽ illius non erat de lignis, sed de auro purissimo, scilicet, quędam massa aurea formata in modum tabulæ habentis in longitudine duos cubitos, & dimidium, & in latitudinem cubitum, & dimidium. Super istam arcam erant duo Cherubim de auro purissimo productiles de lateribus arcæ, scilicet, de extremitatibus propitiatorij, de quorum habitudine, & figura, & alarum extensione ibi uisum est. Habebat ista arca quatuor angulos, quia uocatur angulus extremitas, vbi coniunguntur tabulæ laterum, & in illis angulis positi fuerunt quatuor annuli de auro purissimo, qui uocantur quatuor circuli de auro. Exo. 25. & 37. Et idem est. Per istos circulos, vel annulos mittebantur ligna longa, & aliqualiter grossa transeuntia ab extremo in extremum iuxta latera arcæ, & erant operta laminis aureis, & uocabantur vectes, quia per illa ligna vehebatur, ideſt, portabatur arca quandocunque mouenda erat de loco in locum super humeros hominum, vt patet Numeri. 8. & 7. ita ecclesia habet quatuor Euangelia, quæ sunt quasi quatuor annuli auri *per quos quasi arca testamenti*, scilicet, habet ecclesia quatuor Euangelia, per quæ portatur: sicut arca testamenti portatur per vectes insertos annulis. *Et custos legis Domini lignis mobilibus vehitur*, ideſt, arca testamenti, quæ custos legis Domini, ideſt, quæ custodit in se legem Domini, scilicet, duas tabulas legis. Vehitur, ideſt, portatur lignis mobilibus, ideſt, vectibus, quia per illos portabatur impositos humeris hominum, & ipsa in medio pendebat. Non uocantur ligna mobilia vectes, quasi de loco suo moueantur cùm potius Deus iusserit, quòd vectes insererentur circulis, siue annulis aureis, & semper ibi essent, nec unquam extraherentur ab eis. Exo. 25. Sed uocantur ligna mobilia, quia per ea mouebatur arca. Ita est de ecclesia, quia ipsa est custos legis Domini sicut arca, scilicet, quia intra ecclesiam est tota lex Dei, cũ extra eam non sit salus, nec aliquod bonũ. Et est scripta lex Dei in ecclesia nõ quidẽ in lapidibus sicut in arca, sed in cordibus hominum, qui perfectior modus est scripturę, sicut tãgit Apostolus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ius. 2. Corint. 3. Continet etiam ecclesia in se legere, quia tenet istos quatuor libros Euangeliorum, in quibus est tota lex Christi immaculata.

Quare arca fœderis vocatur arca testamenti, Quæst. VI.

QVAERITVR de arca, quare vocatur arca testamenti. Dicendum, q̃ multis nominibus appellatur. Aliquãdo uocatur arca fœderis Domini, secundo Regum 6. Aliquando arca testimonij, vel testificationis: aliquando arca testamenti ad Hebr. 9. & in multis locis. Vocatur arca fœderis, id est, pacti, quia continebat in se legem propter quam fuerat factũ pactum. Nam quando Deus dedit legem Iudæis, & susceperũt eam, vt maneret firmius, factum est fœdus de obseruando legem: occidendo animalia, & aspergendo populum sanguine, & altare, & librum legis. Exo. 34. & ad Hebr. 9. Vocatur arca testamenti, ideſt, legis. Sic enim vocantur tabulæ testamenti, ideſt, legis ad Hebr. 9. Et quia in arca testamenti, ideſt, legis vocatur arca testimonij siue testificationis, quia per ea quæ in arca seruabantur reddebatur testimonium Israelitis, vel potius aduersus eos de eo, quòd Deus uolebat. Erant enim in arca tabulæ legis, & virga Aaron, quæ fronduerat, & vrna aurea habens manna ad Hebræ. 9. & in latere arcæ erat positus liber Deuterono. vt patet Deuterono. 31. Omnia ista obseruabantur ibi in testimonium contra Israelitas. Nam tabulæ legis seruabantur ibi, vt si aliquando Israelitæ vellent negare se accepisse legem à Deo, per illas tabulas probaretur eis, in quibus erat scripta lex. Et erat sculpta opere Dei: ideo tabulæ istæ vocabantur testificatio, vel testimonium, sic patet Exo. 25. scilicet. Ponesque in arca testificationem, quam dabo tibi, ideſt, tabulas legis, quas dabo: quia postea fuerunt datæ, vt patet Exo. 32. & 34 Vocatur testimonium, vt patet Exo. 25. scilicet. Respicient se versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est arca Domini, in qua pones testimoniũ, quod dabo tibi, ideſt, tabulas legis. Erat autem vrna aurea habens manna in arca ad probandum contra Israelitas, quòd Deus quadraginta annis in deserto aluisset eos cœlesti cibo. Exo. 16. scilicet. Dixit Moyses ad Aaron: sume vas unum, & mitte ibi manna quantum potest capere gomor, & repone coram Domino ad seruandum in generationes uestras, sicut præcepit Dominus. Posuit illud Aaron in tabernaculo reseruandum, scilicet, non erat tunc facta arca. Ideo non potuit poni in arca, sed in tabernaculo. Facta tamen arca positum est ibi vas tenens manna. An esset tunc facta arca, vel non, nihil attinet, dum constet q̃ istud vas erat in arca, ad Hebr. 9. Erat virga Aaron in arca in testimonium contra Israelitas, qui sæpe insurgebant contra Aaron, & Moysem pro summo sacerdotio Aaron. Et iussit Deus, quòd singulæ tribus acciperent singulas virgas, & super quamlibet scriberetur nomen tribus suæ, & poneretur in tabernaculo coram Domino. Et in illa tribu cuius virga floreret esset sacerdotium, & sic cessarent querelæ Israelitarum. Floruit autem virga Aaron, etiam sacerdotium mansit in eo Numeri. 17. Iussit autem Deus poni uirgam in tabernaculum in testimonium. eod. cap. scilicet. Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, vt seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israelis, & quiescant querelæ eorũ à me ne moriantur. Deuterono. verò quod positum erat in latere arcæ erat aliqualiter in testimonium legis secundæ: quia ipsum Deuterono. dicebatur lex secunda, & distincta ab illa, quæ data est in monte Sinai Deuterono. 29. scilicet. Hæc sunt uerba fœderis, quę præcepit Dominus Moysi, vt feriret cum filijs Israel in terram Moab, præter illud fœdus, quòd cum eis pepigit in Horeb. Seruabatur etiam aliqualiter, vt legeretur de septennio in septennium coram toto populo in festo tabernaculorum. Deutoron. 31. Magis tamen seruabatur in testimonium contra Israelitas. eo. cap. scilicet, Præcepit Moyses Leuitis, qui portabant arcam fœderis, dicens: Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis, vt sit ibi contra te in testimonium. Hæc sunt propter quæ uocabatur arca testamenti, vel testimonij, scilicet, seruãs istas res testimoniales. An uerò conuenienter, & sufficienter probaretur contra Iudæos, q̃ suscepissent legem à Deo per tabulas, quæ erant in arca, declaratũ est Exo. 25. De alijs etiam quære in locis allegatis.

Primus omnium Matthæus est publicanus cognomento Leui, qui Euangelium in Iudæa Hebræo sermone ædidit, ob eorum vel maximè causam, qui in Iesum crediderant ex Iudæis, & nequaquam legis vmbra secedente Euangelij veritatem seruabant. Secundus Marcus, interpres Apostoli Petri, & Alexandrinæ Ecclesiæ primus Episcopus: qui Dominum quidem Saluatorem ipse nó vidit, sed ea, quæ audierat, magistro prædicante, iuxta fidem magis gestorum narrauit, quàm ordinem. Tertius Lucas medicus natione Syrus Antiochensis: cuius laus in Euangelio, qui & ipse discipulus Apostoli Pauli in Achaiæ Bithynięque partibus volumen condidit, quędam altius repetens, & vt ipse in proœmio confitetur, audita magis quàm visa describens. Vltimus Ioannes Apostolus, & Euangelista, quem Iesus amauit plurimum, qui super pectus Domini recumbens purissima doctrinarum fluenta potauit, & qui solus de cruce meruit audire, Ecce mater tua: is cùm esset in Asia, & iam tunc hęreticorum semina pullularent Cherinthi, & Hebionis, & cæterorum, qui negant Christum in carne venisse, quos & ipse in Epistola sua Antichristos vocat, & Apostolus Paulus frequenter percutit, coactus est ab omnibus penè tunc Asię Episcopis, & multarum Ecclesiarum legationibus, de diuinitate Saluatoris altius scribere, & ad ipsum, vt ita dicam, Dei Verbum, non tam audaci, quam fœlici temeritate prorumpere, vt Ecclesiastica narrat historia, cùm à fratribus cogeretur, vt scriberet, ita facturum se respondisse, si indicto ieiunio in cõmune omnes Deum deprecarentur. Quo expleto, reuelatione saturatus in illud proœmium cœlo veniens eructauit: In principio erat verbum, &

verbum

verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum.

Primus omnium. Hic ponitur, qui sunt isti quatuor Euangelistæ, & dicitur, *Primus omnium Matthæus est.* Non est primus in dignitate, quia non excedit Ioannem, qui est sibi Coapostolus, & Coeuangelista. Nam alios duos, scilicet, Marcum, & Lucam excedere posset, quia non fuerunt illi Apostoli: sed dicitur primus in scribendo, quia ante omnes scripsit. Etiam dicitur primus in canone, quia ecclesia ordinauit eum ante cæteros in canone poni. An inter Euangelistas posset seruari aliquis ordo dignitatis, vel aliquis alius præter ordinem temporis declaratũ est, supra in primo prologo Matthæi, scilicet, Matthæus cum primò in quadam quæstione. *Publicanus*, scilicet, Matthæus fuit publicanus, sicut dicitur Luc. 5. Vocatur publicanus à plebe, vel à publico, scilicet, qui colligit, vel conducit vectigalia, vel quoscũque redditus fisci, vel populi. Et dicuntur isti publicani à Publio Cæsare, qui primus in Iudæam vectigalia induxit. De hoc Isidorus Etymolog. lib. 9. Colligebat ista vectigalia Matthęus circa mare, vt dicetur infra 9. ideo erat publicanus. Isti publicani habebantur ab omnibus tãquam peccatores, quia talia officia vix sine peccato fieri possunt. Ideo Pharisæi calumniabantur Christo, quòd conuersãbatur cum publicanis. infra 9. scilicet. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester? Et in magnum opprobrium dixerunt ei: Ecce homo vorax, & potator uini, & publicanorum, & peccatorum amicus. infra 21. Christus etiam reputabat publicanos peccatores esse. Vnde comparabat eos publicis peccatoribus, dicẽs: Publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei. Et tamẽ meretrices sunt publicæ peccatrices. *Cognomento Leui.* Est cognomentum, siue cognomen ipsum, quod non est principale nomen hominis, sed adiunctum ei. Et ita Leui non erat nomen principale istius, sed Matthæus. Vocatur tamẽ aliquando Leui tanquam esset nomen suum: ipse solus se nomine suo appellauit. infra 9. scilicet. Vidit Iesus hominem sedentẽ in Telonio Matthæũ nomine. Sed Marci secundo dicitur, vidit Leui Alphei sedentem ad Telonium, & Lucæ 5. dicitur, vidit Publicanum nomine Leui sedentem ad Telonium. *Qui Euangelium in Iudæa Hebræo sermone ædidit.* Scripsit Matthæus in Iudæa, scilicet, postquam prædicauerat Iudæis volens transire ad gentes Aethiopũ, quæ sibi sorte prædicationis euenerant, vt relinqueret memoriã eorum, quæ prædicauerat, Euangelium scripsit. Et scripsit in Hebræo, quia illi, quibus scribebat Iudæi erant, & ipse Iudæus, & terra, in qua scribebat erat Iudæorum. De causa scribendi Matthæi, & de transitu eius ad gentes declaratum fuit supra in prologo Matthei, scilicet, Matthęus cum primo, in quibusdam quæstionibus: *Ob eorum vel maximè causam, qui in Iesum crediderant ex Iudęis.* Quasi dicat. Licèt Matthæus scripserit propter multas causas, quia cùm esset à Deo Euangelista cõstitutus, scribebat propter vtilitatem ecclesiæ vniuersalis: causa tamen magis familiaris sibi propter illos, qui ad Christum conuersi fuerant de Iudæis: ob eorum, vel maximè, ideſt, saltem maximè scripsit ob eorum causam, ideſt, propter illos, qui crediderant in Iesum ex Iudæis. *Et nequaquam legis vmbra succedente Euangelij veritatem seruabant,* ideſt, scripsit propter hoc, quia illi Iudæi, qui crediderant in Christum, nõ seruabant ueritatem Euangelicã, sed præcepta legalia. Putabant enim isti, q̃ Christus erat Mesias Iudæorum: ideo quòd sufficeret habere fidem de illo: præcepta tamen legis Moysi deberent manere: ideo non seruabant mandata aliqua Christi, sed solùm legem Moysi sicut prius. Et ad hoc

Alph. Tost. super Prol. in Matt. Enarr.

erat eis occasio, quia Christi legem scriptam non habebant, sed legem Moysi. Ideo Matthæus scripsit eis Euangelium, vt per hoc scirent legem Christi, & seruarent illam. Et ita factum est. Postea autem aliud dubium uenit, quia conuersi ad Christum de Iudaismo volebant obligare christianos omnes ad obseruãdum simul præcepta Christi, & legem Moysi. Sed ecclesia in Concilio Generali præsentibus Apostolis diffiniuit iam legalia non obligare. Actu. 15. Dicitur hic vmbra legis, quia lex Moysi fuit quasi quædam umbra, quia vmbra habet similitudinem boni veri inquantum illud significabat: non tamen illud continebat: sicut dicitur ad Hebręos. 10. scilicet. Vmbram enim habet lex futurorum bonorum non ipsam imaginem rerum, ideſt, nõ subiectum, vel ueritatem rerum. Et sic distinguit hic Hieronymus ex opposito umbram, & ueritatem, ponens vmbram in lege, & ueritatem in Euangelio, & dicitur, nequaquam seruabant veritatem Euangelij, ideſt, præcepta Euangelij, in quo est ipsa veritas, quæ est Christus. Ioan. 14. succedente vmbra legis, ideſt, manente adhuc vmbra legis in eis, vel dicitur succedente, ideſt, habente successionem suam, scilicet, quia lex iam debebat cessare, & non habere aliquem progressum publicato Euangelio. Isti tamen dabant ei successionem, & progressum volentes illam seruare sicut prius. Secundus Marcus interpres Apostoli Petri, scilicet, secundus Euangelista est Marcus, & est secundus in ordine scribendi, & secundus in ordine canonis. Nam postquam Matthæus scripserat in Iudæa, ipse scripsit in Italia. De hoc non dicitur hic in qua lingua scripsit, tamen in Græco, cùm præter Matthæum totum nouum testamentum in Græco scriptũ asserat Hieronymus, sup. in prologo 2. scilicet, Beatissimo Papæ Damaso. Idem Augu. lib. 1. de concordia Euangelistarũ, & Isido. 6. Ethymologiarum, vbi de his quatuor Euangelistis ponit quo tempore, & quibus locis, & in quibus linguis singuli scripserint, dicitur: Marcus Iterpres Petri, quia sicut audiuit eum prędicantẽ, ita Euangelium ex ore eius scripsit, à quo ipse ad fidem cõuersus fuerat, & baptizatus, & in fide instructus, vt ait Hieronymus lib. de Illustribus uiris, c. de Marco. Vocatur autem interpres, qui de una lingua vertit in aliam: ita fuit Marcus. Nam ipse scripsit Euangeliũ in Italia manẽte ibi beato Petro, & prædicãte. Petrus in Italia non prædicaret nisi Latino, vel vulgari Italico. Marcus tamen scripsit illud in Græco, vt dictum est: ergo fuit interpres Petri. Quod autem Marcus in Italia scripserat, patet in prologo Hieronymi super Marcũ. s. Marcus Euangelista Dei electus, & Petri in baptismate filius, atque in diuino sermone discipulus: cõuersus ad fidẽ Christi Euangelium in Italia scripsit. Aug. tñ li. 1. de cõcordia Euangelistarũ vocat Marcum abbreuiatorem Matthæi. De hoc tñ qũo intelligatur, declaratum est supra in prologo Mat. s. Matthęus cùm primò: in quadam quæstione. *Et Alexandrinæ ecclesiæ episcopus primus,* scilicet, Marcus fuit primus eps Alexandriæ. Fuit autẽ postea illa sedes patriarchalis: tpe tñ Marci solùm fuit episcopalis. Ipse enim primus eps extitit, qui gentẽ illam ad Christum cõuertit, ibique passus est, vt ait Hieronymus in lib. Illustriũ virorũ. c. de Marco. Ipse enim assumpto Euãgelio, quod scripserat, iuit Alexãdriam de mãdato Petri, & ibi præfuit, vt ait Hieronymus vbi sup. & Clemens 6. li. Informationũ, & ecclesiastica historia Ruphini. Marcus tñ vr̃ à principio recusasse sacerdotiũ: nã pollicem sibi amputasse dr̃, vt sacerdotio reprobus haberet. Sed contra suã mutilationẽ electio Dei pualuit, & factus est eps Alexãdrinus, vt ait Hiero. in prologo super Marcũ. *Qui Dominũ quidem Saluatorem ipse non vidit,* s. Marcus nõ uidit Christũ prædicãtẽ, sed post eius mortẽ à Petro conuersus est ad fidem. Duo

Universidad de Deusto Biblioteca

enim soli Euangelistarum, scilicet, Matthæus, & Ioannes Christum viderunt. An tamen Euangelium eius, vel Lucæ, qui non viderunt Christum sit minoris auctoritatis euangelio Ioannis, & Matthæi, qui viderunt Christū, declaratum est latè supra in prologo nostro in quadam quæstione: & tenetur q̄ sunt æqualis auctoritatis. *Sed ea, quæ Magistro audierat prædicante.* i. non scripsit quæ vidit: sed ea, quæ audiuit Magistro suo, scilicet, Petro prædicante. Et ita certus erat de illis, ac si vidisset: immo magis, quia sciebat impossibile esse Petrum mentiri in fide, cùm loqueretur per Spiritū sanctum. *Iuxta fidem magis gestorum narrauit quam ordinem.* Scilicet, magis Marcus attendit fidem gestorum, ideſt, veritatem rerum, quàm ordinem, s. ipsarum rerū quantum ad tempus. Et in hoc tangitur qualitas processus Marci, qui à Matthæo, & Luca in duobus differt. Primò quia illi completè gesta tradiderunt: Marcus autē multa omisit, & plurima decurtauit. Vnde eū Matthei abbreuiatorē Aug. vocat. Scdò differt in obseruatione iuxta ordinem rerum gestarum. Licèt interdum sit ibi anticipatio, & recapitulatio, Marcus autē pluries omisit ordinem non attendens principaliter ad ordinem gestorum, sed ad veritatem ipsorum. Istud autem patebit ex processu suo concordando eum cū alijs Euangelistis quantum ad ordinem rerum gestarum secūdū tēpora. *Tertius Lucas.* Scilicet, fuit tertius in ordine scribendi, & in ordine canonis, sicut de alijs dicitur, Medicus, Ipse enim fuit arte Medicus: vt ait Hier. super Lucam: ante enim quàm conuerteretur ad Christū, Medicus erat corporum: postquam verò conuersus est, factus est medicus animarum: sic dicit Hieron. Quod si consideremus Lucam medicum scriptorem esse, inueniemus omnia verba sua esse medelam lāguētium aīarum, vt patet in ꝓlogo super actus Apostolorum: sic dr̄. j. 4. qū Christus vocauit Petrum, & Andream, q̄ erant piscatores, q̄ dixit eis: venite post me: & faciā vos fieri piscatores hominum. *Natione Syrus Antiochenus.* ideſt, erat de ciuitate Antiochię etiam de Regione Syriæ: quia Antiochia in Syria est, Est. n. Antiochia extra terram Chanaan, quæ fuit terra Iudæorum, nō longè ab ipsa in parte aquilonari eius circa mare Mediterraneum, & est ciuitas magna lōgitudine, & fortis, ac munitissima: quam primo acquisierunt Christiani q̄n acceperunt terram sanctam de manibus Sarracenorum anno Christi millesimo nonagesimo octauo. In hac ciuitate conuersi ad Christum vocati sunt primò Christiani. Et erant ibi multi Prophetæ, & viri de Ecclesia, & Doctores plurimi. Actu. 11. & 13. Ista ciuitas est in quadam parte Syriæ. Quia tñ Syria dr̄ multipliciter, & quidam ponūt decem Syrias, alij pauciores, q̄d multū facit ad intellectum sacræ scripturæ, quæ sępe de Syria loquitur, declarabitur. j. 4. vbi dr̄, q̄ opinio de Christo abijt in Syriam. *Cuius laus in Euange.* i. laus magna Lucæ erat in Euāgelio. i. in euangelio q̄d scripserat, qa oēs ecclesiæ laudabant istud optimè ordinatum. Vel dr̄ in euangelio. i. in euāgelizando: sicut dr̄ Mat. 10. Qui reliquerit patrem, & matrem &c. propter me & ꝓp euangelium. i. vt euangel izet: & sic accipit semper Apls dicens se pati ꝓp euangeliū. i. quia euāgelizat ista verba, De laude Lucæ dixit Apostolus. 2. Corin. 8. s. Misimus fratrem, cuius laus est in euangelio. s. Lucam. *Qui & ipse discipulus Apostoli Pauli.* s. Lucas fuit discipulus Pauli: & semper eum secutus est vsq; ad mortem, vt ait Hie. in li. de Illus. 6. c. de Luca, & ob hoc pluries loquitur de eo Paul⁹, vt patet ad Collo. 4. s. Salutat vos Lucas medicus carissimus. Et secundæ ad Tim. 4. dr̄. Lucas est mecum solus. Et ob hoc potuit Lucas scribere actus Apostolorum, & oīa, quæ pertinebant ad Paulū, sicut apparet ex ipso libro. s. quia secutus est eius historiā nisi vsq; ad vinculationem Pauli in vrbe Roma, secundo Neronis anno, & ait Hier. in lib. de Illustr. 6. Nō est tñ intelligendum, q̄ solius Pauli Lucas fuerat discipulus, sed etiam aliorum Apostolorum, quia Lucas testatur se iustructum ab illis, qui Christum viderunt, & ab eo prædicatores instituti, in proęmio Lucæ. i. s. Quoniam multi conati sunt ordinare narrationem rerum, quę in nobis completæ sunt, sicut tradiderāt nobis, qui à principio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis. Paulus tamen non vidit Christum, ideſt, non secutus est eum, quando prædicabat: & sic non vidit gesta eius ab initio: ideo Lucas doctus fuit ab alijs Apostolis. Vnde vocatur Lucas discipulus Apostolorum, vt ait Hiero. in prologo super Lucam. *In Achaiæ, Bithynięque partibus volumen condidit.* Achaia, quædam prouincia est Græciæ: in qua fuit ciuitas famosissima Athenarum, Bithynia nomen prouinciæ est in Asia: quæ coniuncta Græciæ est, distans à ciuitate Constantinopoli freto modico intermedio, quod vulgariter dicitur brachium sancti Georgij. In hac Bithyniæ prouincia est ciuitas Nicææ: in qua fuit primum Concilium Generale, de quo sæpe in historia tripartita. In his partibus erat Lucas, quando scripsit euangelium, quia erat ibi Paulus, quem ipse sequebatur. Nam Paulus prædicauit in Græcia longo tempore, & in Bithynia, & in tota terra, quæ est ab Ierusalem, & Illyrico: vt ipse dixit ad Rom. 15. scilicet. A Ierusalem vsque ad Illyricum repleui euangelium Christi. Illyricum tamen est quædam Regio in extremo Græciæ vbi Italia extenditur ꝑ Græciam. s. iuxta terram Venetorum. Nam fluuius Padus, qui intrat in mare non longè à Ferraria vadit in Illyricos: vt ait Franciscus Petrarca lib. 1. rerum familiarium. *Quędam altius repetens.* i. in origine rerum quàm ceteri Euangelistæ, quia Marcus & Ioannes quantum ad res gestas inceperunt à p̄dicatione Ioannis & Christi baptismate, Matthęus verò à Christi Genealogia, & natiuitate: Lucas autē incepit à Sacerdote Zacharia, & postea de conceptione, & natiuitate Ioannis, & inde processit ad salutationem Virginis per Angelū, & Christi conceptionem. Et hæc omnia dixit ante ceteros. Postea cępit habere quædam cōia cum Matthæo, .s. de Christi natiuitate: & tamen ipsam magis Lucas q̄ Matthæus tangit. *Et vt ipse in proœmio confitetur audita magis, quam visa describens,* ideſt, Beatus Lucas non scripsit quæ vidit, sed quæ audiuit, scilicet, Apostolos prædicantes, à quibus instructus est, vt ipse ait in proęmio sui euangelij, sic inquiens. Sicut tradiderunt nobis qui à principio viderunt, & ministri fuerunt sermonis, ideſt. Non scribimus sicut vidimus, sed sicut nobis dixerunt qui viderunt. *Vltimus Ioannes Apostolus, & Euangelista.* Scilicet, fuit vltimus in canone. Nam non iam scribere intendebat existentibus tribus Euangeliis, nisi suborta causa, & ad preces Episcoporum, ut dicitur in litera. *Quem Iesus amauit plurimum.* Hoc colligitur Ioan. 21. scilicet. Conuersus Petrus uidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, scilicet, ipsum Ioannem, ut litera declarat. Et non est sensus, quòd eum solum diligeret, quia Christus omnes diligebat, cū poneret pro eis animam suam, & elegisset eos ad tantum gradum: etiam sic dixit Christus, q̄ pater amabat eos, quia ipsi amauerant Christum: sed dicitur de Ioanne, q̄ diligebat eum. s. ualde, & super alios. An tamen Christus dilexit magis Ioannem quàm Petrum, est quæstio cōis, de qua magis poteritibi uideri. s. Ioan. 19. *Qui super pectus Domini recumbens.* Istud fuit in cena, quia ex uno latere erat Ioannes apud Christum. Et cùm prædicaret Christus in mensa, Ioannes reclinauit caput suum super gremium, & pectus Christi. Ioan. 11. Et hoc ponit hic Hier. & posuit ibi Ioānes ad signandum magnam familiaritatem Christi ad Ioannē, quia nemo alius ausus est recumbere super Christi pectus. Etiam ponitur

tur ibi, quòd solus Ioānes dixit Christo: Domine, quis est, qui trādet te? scilicet, q̄ nullus alius ausus est quærere istud à Christo, quia nemo erat tam familiaris, & secretorum Christi cōscius. *purissima doctrinarum fluenta potauit,* scilicet, recumbens super pectus Domini bibit de pectore eius purissimam, & altissimam doctrinam. Et est modus figuratus loquendi: quia in pectore est cor hominis, & putatur ibi homo habere sapientiam. Et sic qui adhæret pectori alterius potest bibere de sapientia eius. Sed in re istud non est: quia sapientia hominis non magis est in corde, aut in pectore, quàm in pedibus, aut capillis. Sed est in intellectu, qui nullo organo, aut parti corporis alligatus est, cùm sit immaterialis. Cum dicitur, quòd Ioannes potauit purissima fluenta, ideſt, fluuios doctrinarum, totum est Metaphora, quia nec doctrina bibitur nec fluit: sed designatur tanquam Christus sit fluuius, qui potari posset. Sic scriptura comparat sapientiam fluminibus. Eccle. 24. scilicet. Qui implet quasi Phison sapientiam, & quasi Tigris in diebus nouorum. Qui adimplet quasi Euphrates sensum, qui mittit disciplinam suam quasi Gion in die uindemiæ. Et iterum: Ego sapientia effudi flumina, & ego quasi fluuius Dorix: ita uocantur hic fluenta. Et dicitur Ioannes illa epotasse, ideſt, perfectè bibisse. Nam potare est bibere, epotare autē est totaliter bibere. Sic dicit Salomon: Cui væ? cuius patri væ? cui sine causa vulnera? nonne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? ideſt, totaliter bibendis usque ad fundum: Prouerb. 23. Ita Ioannes epotauit, ideſt, perfectè bibit. Quod autem dicit purissima fluenta: non est sensus q̄ alij potauerunt im puram doctrinam à Christo: quia omnes purissimam biberunt, cùm nihil fuerit impurum in dictis eius: sed potest intelligi, quòd beatus Ioannes adhuc altiora intellexerit, sicut altiora scripsit, & sic erat purior sua doctrina. Non est tamen intelligendum, quòd alij Apostoli, vel Euangelistæ non intellexerit illa, quæ dixerit Ioannes de Verbo diuino in principio euangelij: quia omnibus reuelatum erat de trinitate: potissimè cum istud credere esset de necessitate salutis, & ipsi erant Magistri fidei: ideo istud plenius, quàm cæterum cognoscerent. Poterant tamen quædam misteria de deitate quorum cognitio non erat de necessitate salutis reuelari potius Ioanni, quàm alteri, quia ita altissima reuelata sunt Paulo: quia vidit talia, quæ non licet homini loqui. 2. Corint. 12. Et de ipso asserit August. in nouo testamento, quòd uiderit Deum per essentiam, & non de Ioanne, nec de aliquo alio. Quia tamen Ioannes de Christi deitate excellentius locutus est: dixerunt eum purissima fluenta doctrinæ potasse. Credendum est tamen, quòd si insurgentibus hæreticis, qui fuerunt tempore Ioannis, defunctus esset Ioannes, & superuiueret Paulus, vel aliquis alius de Apostolis, & quæsiuissent ab eo episcopi ecclesiæ, vt scriberet de deitate Christi, quòd ita scripsisset altissimè, sicut Ioannes. Tempore tamen, quo ista quæsita sunt à Ioanne, mortui erant omnes Apostoli, & incipiebant hęretici pullulare: ideo nemo fuit, ad quem confugerent, vt scriberet, nisi Ioannes. Et sic altissimè scripsit. *Et qui solus de cruce audire meruit: Ecce mater tua.* Istud ponitur ad significandum excellentiam Ioannis, quia nulli commissa est Mater Christi nisi ei. Ioan. 19. Et tamen dato, quòd Christus in cruce pendens alteri committere uoluisset, nemo erat præsens de Apostolis: quia omnes à principio captionis Christi relicto eo fugerunt: Matth. 26. Est tamen uerum, quòd si Christus alteri commendare matrem intendisset, dedisset ei constantiam, vt maneret præsens passioni eius sicut Ioanni dedit. Sed quia huic soli commendare intendebat, hunc solum præsentem esse fecit. Quare autem potius Ioanni, quàm alteri commissa est Mater Christi, & an sit istud priuilegium speciale Ioannis, & quantum per hoc excedat cæteros, declarabitur Ioann. 19. *Is cum esset in Asia,* scilicet, beatus Ioannes erat in Asia: quia ibi longissimo tempore moratus est, & uitam finiuit: licèt prius stetisset in Vrbe Roma, quando positus est in feruenti oleo. Accipitur hic Asia non prout est vna pars mundi, quæ est maxima aliarum: sed pro quadam parua prouincia, in qua erant illæ septem ecclesiæ, ad quas ipse scribit in Apocal. & ibi erat, scilicet, in Vrbe Ephesi, quando scripsit. *Et iam tunc hæreticorum semina pullularent,* ideſt. Tunc paulo ante mortem Ioannis inceperunt semina hæreticorum exire de terra: quia ante hoc nulli hæretici fuerant. Nam cùm superuiuerent Apostoli, & omnes illi, qui in carne dominum uiderāt: quibus de omnibus veritas constaret: etiam si nascerentur hæreses mox comprimerentur. Nunc uerò circa mortem beati Ioannis, qui longo tempore vixit post alios Apostolos, cessabat iam generatio illa, quæ Christum in carne uiderat: ideo poterant liberius oriri dubia, & hæreses pullulare, & sic nunc incolabant hæretici Cherinthi, & Hebionis. Duo homines sunt isti, qui eidem hæresi dederunt principium, & multi alij consentiebant cum eis. *Et cæterorum, qui negant Christum in carne venisse,* scilicet, non solùm hæresis Cherinti, & Hebionis pullulabat, sed etiam omnium aliorum, qui negāt Christum venisse in carne, ideſt, esse Deum, & assumpsisse carnem. Ista namque est hæresis Arrij, qui Christum dixit esse puram creaturam, & non esse consubstantialem Patri, vt patet in Historia tripertita, & multi alij hæretici idem senserunt. Non est tamen sensus, quòd isti omnes essent tempore beati Ioannis, quia Arrius fuit post mortem Christi plusquam trecentis annis: nam tempore Constantini Imperatoris ipse Arrius personaliter cum suis sequacibus in Concilio Niceno condemnatus est, ut patet in Historia tripartita. Et tamen Constantinus fuit post Christi natiuitatem plusquam trecentis, & quadraginta annis. Sed est sensus, quòd licèt isti hæretici non essent personaliter viuente Beato Ioanne: pullulabat tamen tunc hæresis eorum inquantum pullulabat hæresis Cherinthi, & Hebionis; qui fuerunt viuente Beato Ioāne, & tenuerunt eandem hæresim, quam postea Arrius, & multi alij tenuerunt. Non solùm Cherinthiani asseruerunt Christum fuisse purum hominem, & non fuisse ante Mariam suam matrem, sed totaliter ab ea principium sumpsisse, ut ait Hieron. lib. Illustr. vir. c. de Ioanne, sed etiam dixerunt mundum factum esse ab angelis, & non à Deo, & quòd oportebat seruari circuncisionē, & omnia legalia cum Euangelio, etiam quòd Christus non resurrexerat, sed resurrecturus erat in fine sæculi, & quòd post resurrectionem generalem omnes uiuerent in regno Christi terreno vacantibus carnalibus desiderijs, libidini, & uoluptati, vt ait August. in libro de hæresi. Hebionitæ in omnibus cōcordant cum Cherinthianis, vt ait Augu. ibidem: sed addunt dicentes, quòd sufficit homini habere fidem in corde, dato quòd neget eam in uerbis: ita quòd tempore persecutionis possit aliquis negare Christum in uoce dum tamen corde credat in eum. Et in hoc repugnant Christo, qui dixit: Qui me confessus fuerit coram hominibus Confitebor ego eum coram patre meo, & qui ne gauerit, vel erubuerit me coram hominibus, ego negabo eum coram patre meo. *Quos, & ipse in epistola sua Antichristos vocat.* Hoc habetur secunda Ioan. unico c. scilicet, quòd seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Christum uenisse in carnem. Hic est seductor, & Antichristus. Et dicebat Ioānes in eadem epistola, q̄ non erat communicandum his hæreticis

Marci. 8. & Luce. 12. Luc. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in aliquo, nec dicendum eis, aue: quia qui dicit eis, aue, communicat in operibus eorum malignis. *Et Apostolus Paulus frequenter percutit.* Ideſt, frequenter Apoſtolus loquitur contra iſtos hæreticos iubendo abſtinere ab illis. Ad Rom. 16. ſcilicet. Rogo vos fratres, vt obſeruetis eos, qui diſcenſiones, & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis faciunt, & declinate ab eis. Et ad Titum. c. 3. dicit. Hæreticum hominem poſt vnam, & ſecundā correctionem deuita, ſciens, quia ſubuerſus eſt, qui huiuſmodi eſt. *Coactus eſt ab omnibus penè tunc Aſiæ Epiſcopis, & multarum Eccleſiarum legationibus.* Scilicet, coactus eſt Beatus Ioannes ſcribere. Non intelligas, quòd ſimpliciter coactus eſt, ſed precibus eorum, quia tam inſtanter orabant, vt non poſſet conuenienter effugere preces eorum. Et dicitur ab omnibus Epiſcopis Aſiæ, ſcilicet, Aſiæ minoris, quę eſt quędam parua prouincia iuxta Græciam intra maiorem Aſiam, in qua erat ciuitas Epheſum, vt ſupra dictum eſt. Beatus Ioannes inſtituerat omnes Epiſcopos illius regionis, quia ipſe informauit omnes in fide, & regebat eccleſiam in partibus illis. Multæ quoq; eccleſiæ particulares extra Aſiam legationem miſerunt ad Beatum Ioannem ſuper hoc. *De diuinitate Saluatoris altius ſcribere.* ideſt, coactus eſt ſcribere altius, quam cæteri Euangeliſtæ de diuinitate. Alij quippè de diuinitate aliqua dixerant, cùm ex operibus Chriſti ſcripſerant eum Deum eſſe: & tamen non loquebantur de Deitate per ſe, ſed de Chriſto Deo & homine. Et hoc erat quaſi inferius, & groſſioris conſiderationis. Ioannes autem ſcripſit altius de Deitate, quia de ipſo uerbo, & patre ſcripſit ſolùm quantum ad naturam diuinam quomodo verbum ab æterno apud patrem ſubſiſtebat, & ad ipſum. *Vt ita dicam Dei verbum non tam audaci quam fœlici temeritate prorumpere.* Ideſt, coactus eſt Ioannes prorumpere ad Dei verbū, ideſt, loqui de illo. Vocatur enim filius Dei uerbum, & imago, & ſapientia patris. Omnia iſta conueniunt ſibi propter diuerſas rationes. Verbum dicitur, quia dicentem manifeſtat filius, quia de ſubſtantia patris eſt: imago, quia eſt expreſſiſſima ſimilitudo patris. Ars, quia in ipſo eſt ratio omnium factibilium, & in ipſo, & per ipſum omnia facta ſunt. Sapientia, quia eſt per modum intellectus. De his plura dicere non eſt ad præſens. Et dixit quòd Ioannes proruperit in verbum non tam audaci quam fœlici temeritate: quia audax temeritas eſt, quando quis contra ea faceret, quæ ſunt ſupra facultatem ſuam, & non habet proſperum finem. Fœlix temeritas eſt, quando quis aggreditur ea, quæ ſunt ſupra poteſtatem ſuam, & accidit ei optatus ſucceſſus. Ita erat de Beato Ioanne, quia ſupra facultatem ſuam erat in quantum erat homo perſcrutari de verbo diuino, & tamen conceſſum eſt ei ex gratia, quòd bene in hoc diceret. Ideo fuit fœlix temeritas. Fuiſſet autem audax temeritas ſi Ioannes aggrederetur de hoc agere, & neſciuiſſet vera dicere. Et dicitur, *Vt ita dicam.* Quæ eſt clauſula ſignans impropriam locutionem, ſcilicet, quia non propriè dicebatur de Beato Ioanne temeritas, quæ vitium eſt. Nihil enim temerariè egit, ſed eſt quædam ſimilitudo actus ſui ad fœlicem temeritatem, vt dictum eſt. *Vt Eccleſiaſtica narrat hiſtoria.* Iſta eſt hiſtoria, quam ſcripſit Ruphinus Græcus, de factis eccleſiæ Illuſtribus à morte Chriſti vſque ad tempus ſuum, quam Hieron. de Græco tranſtulit iuſſu Damaſi, & compleuit eam vſque ad tempora ſua duos libros addens, ſcilicet, decimum, & vndecimum, & appoſuit ei prologum, qui incipit. Peritorum dicunt eſſe medicorum. Fecit quoque Euſebius Cæſarienſis, librum eccleſiaſticarum hiſtoriarum. Et primus fuit qui hoc genere ſcribendi vſus eſt: vel potius qui hanc materiam tetigit, vt ait Iſido-

Filius Dei dicitur verbū Dei imago ars, & ſapientia patris.

rus in lib. Ethymo. Quando tamen nominamus eccleſiaſticam hiſtoriam, intelligitur de hiſtoria Ruphini: & in illa continentur, quæ habentur hic. *Cùm à fratribus cogeretur, vt ſcriberet.* Cogeretur, ſcilicet, per preces inſtantes, vt dictum eſt. Et dicitur à fratribus, ideſt, Coepiſcopis, quia etiam ipſe erat Epiſcopus, licèt eſſet maior Epiſcopis inquantum erat Apoſtolus, & omnes Coepiſcopi inter ſe ſunt fratres. Sic Papa ſcribit omnibus Epiſcopis vocans illos fratres. Vel dicitur à fratribus, ideſt, à Chriſtianis, quia omnes Chriſtiani inter ſe vocabātur fratres: ſicut Chriſtus dixit: Omnes vos fratres eſtis, & patrem nolite vocare vobis ſuper terram. infra 22. Et ita accepit Hierony. ſupra prologo primo, ſcilicet, quòd Matthęus recedere volens de Iudæa euangelium, quod prædicauerat, fratribus ad memoriam reliquit, ideſt, Chriſtianis. Et iſta appellatio erat communis in eccleſia primitiua. Nunc autem ceſſante charitate, ceſſat iſta appellatio, quia frater charitatis nomē eſt, & amoris, & communitatis, quia fratribus multa ſunt communia, ſcilicet, caro, & ſanguis, & origo, & connutritio, & multa alia: vt ait Ariſt. 8. Ethi. *Se ita facturum reſpondit ſi indicto ieiunio in commune omnes Deum precarentur.* Scilicet, aſſenſit beatus Ioannes precibus illorum cum conditione, ſcilicet, ſi vellent indicere, ideſt, imponere ieiunium in commune, ſcilicet, ſuper totam communitatem eccleſiarum, quæ hoc fieri precabantur: & ieiunantes omnes Deū precarentur, vt reuelaret beato Ioanni quid de ſe ſcribi dignaretur. *Quo expleto.* Scilicet, tempore ieiunij, & orationis finito. *Reuelatione ſaturatus.* ideſt, reuelatum eſt ei abundanter ſiue vſque ad ſaturitatem quid ſcribere deberet. *In illud proœmium cœlo veniens eructauit.* ideſt, incipit loqui. Vel prorumpit in tale proœmium, quale non poterat eſſe niſi de cœlo veniens, ſcilicet. In principio erat verbum. Et dicitur eructauit, ideſt, ex abundantia prorupit, quia eructare eſt ex abundantia emittere, quando non poteſt contineri, quod habetur. Et ſic ex abundantia cordis os loquitur. infra 12. Et Pſal. 143. dicitur: Promptuaria eorum plena, & eructantia ex hoc in illud, ideſt, quando promptuarium eſt plenum, non ſe poteſt ibi quidquam tenere: ideo ſuperefluit de vno in alterum. Et hoc eſt eructare ex hoc in illud. Sic erat de beato Ioanne, quia erat reuelatione ſaturatus: ideo eructauit tale proœmium. *In principio erat verbum.* Allegat hic beatus Hieronymus illa verba excellentiſſima beati Ioannis, quę latiori egerent declaratione, ſed loco ſuo dicetur. Nunc autem dicetur: In principio erat verbum, ideſt, verbum Dei, quòd eſt filius, vel perſona Chriſti erat in principio omnium rerum, ſcilicet, quando res creatæ eſſe cœperunt iam verbum erat. Et hoc dicitur contra Cherinthum, & Hebionem, qui dixerunt Chriſtum non fuiſſe ante Mariam: & q̄ ab ea eſſe ſimpliciter cœpiſſet: vt ait Hieronym. in li. de Illuſtri. 6. cap. de Ioanne, & quia propter iſtos hæreticos ſcribebat Ioannes, dixit ſeos immediatè mentiri, aſſerēs Chriſtum, qui eſt verbum non cępiſſe principium eſſendi ab Virgine: ſed fuiſſe à principio, ideſt, ab æterno. Nam quidquid erat, quando res creatæ eſſe cęperunt, æternum eſt: quia non poterat eſſe niſi Deus: cùm ſolus Deus ſit increatus. Et hoc idem eſt contra Arrium, qui poſuit Chriſtum eſſe purum hominem, quia Chriſtus erat verbum, vt hic dicit Beatus Ioannes, & tamen verbum in principio erat. Ergo non cępit eſſe ex non exiſtentibus, vel de nouo ſicut ipſe impie aſſerebat. *Et verbum erat apud Deum.* Accipitur Deus perſonaliter, ſcilicet, pro patre, ſcilicet, quòd verbum erat apud Deum, ideſt, filius erat apud patrem, & non habebat eſſe in alio. ſ. non in utero Virginis, quia ille fuit nouus modus eſſendi aſſumendo carnē. Et dicitur

quòd

quòd verbum erat apud Deum, ideſt, erat in Deo: ga pater in filio, & filius in patre eſt, vt ipſe dixit Ioan. 14. ſcilicet. Non credis, quòd ego in patre, & pater in me eſt? Circūinceſsio perſonarum quæ competit eis propter identitatem ſubſtantiæ: quia in eadem ſubſtantia ſubſiſtunt omnes, & quælibet totaliter ſubſiſtit in illa, ac ſi alia non ſubſiſteret: quia non commnnicatur eis ſubſtantia quantum ad partes ſicut humanitas hominibus: quia alia ſubſtantia humana eſt, in qua ſubſiſtit vnus homo, & alia, in qua ſubſiſtit alius. De hoc Magiſter primo Sententiarum diſtinct. 19. *Et Deus erat uerbum.* Scilicet. Verbum erat Deus. Et eſt prædicatio de modo inconſueto, ſcilicet, non ſolùm verbum erat ab æterno, ſed etiam pertinebat ad naturam deitatis: quia erat Deus. Et hoc non poterat eſſe, ſi verbum eſſet alterius naturæ, vel non eſſet de ſubſtantia Patris: quia ſi eſſet ab æterno, & eſſet Deus, & eſſet apud Deum, & non eſſet de Deo, neceſſe erat eſſe plures Deos. Ideo oporret eſſe de Deo, ſicut dicit ſymbolū. Deum de Deo, & ſic de Deo, eſſe conſubſtantiale ſibi eſt. Hoc eſt, quod negabat Arrius, nolens concedere filium eſſe cōſubſtantialem patri, ſiue Homouſiō, ſicut Græci dicebant. *Hoc erat in principio apud Deum.* Scilicet, quòd verbum eſſet apud Deum, & verbum eſſet Deus non cœpit eſſe de nouo, ſed erat apud Deū ab æterno: quia in Deo nihil nouum eſſe poteſt, cùm apud ipſum non ſit aliqua tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Iacob. 1.

An Beatus Ioannes teneretur ſcribere Euangelium de deitate ad preces Epiſcoporum. Quæſt. VII.

QVAERITVR, an Beatus Ioannes tenebatur ſcribere Euangelium de deitate ad preces iſtorum Epiſcoporū. Aliquis dicet, quòd nō. Primò, quia ſi Ioannes de hoc teneretur, non oporteret eū rogari, & tamen iſti epiſcopi inſtātiſſimè rogauerunt, ergo non tenebatur. Secundò, qa ſi Ioannes teneretur ſimpliciter ad hoc, non potuiſſet ad hoc interponere conditionem: quia hoc pertinet ad illum qui eſt ſui iuris, & tamen interpoſuit illam. Dicendum, quòd tenebatur ad hoc Beatus Ioannes. Primò propter neceſſitatem eccleſiæ, cuius quædam pars ipſe erat. Nam non eſt eccleſia propter aliquem hominē, ſed quilibet eſt propter eccleſiam, ſicut corpus non eſt propter aliquam partem corporis, Sicut igitur membra in corpore naturali ſe exponunt periculis pro ſalute totius, ita & quælibet pars eccleſiæ tenetur pro eccleſia, quando expedierit ſe exponere. Et patet maxime, quia illæ gratiæ, quæ datæ ſunt partibus eccleſiæ inquantum ſunt partes miniſteriales eius, omnes ſunt ptopter alterum, & nulla eſt propter ipſum, cui datur. Sicut eſſe apoſtolum, prophetam, euangeliſtam, paſtorem, doctorem. infra Corin. 12. & ad Ephe. 4. Nulla iſtarum ſibi proficit, ſcilicet, in quo eſt, ſed alteri, maximè quia Apoſtolus dixit, quòd iſtæ datæ ſunt ad ædificationem corporis Chriſti. ad Ephe. 4. Ergo quilibet tenetur miniſtrare eccleſię pro loco, & tempore oportunis, & maximè in neceſſitate: nulla tamen eſt maior neceſſitas eccleſiæ, quàm periculum hæreticorum, cùm fides ſit illud proprium, per quod eccleſia eſt, & incorporamur Chriſto: ergo quilibet fidelis ſecundùm gratiam miniſtrationis ſibi collatæ tenetur eccleſiæ matri ſuæ tali tempore ſubueni re iuxta vires ſuas. Sic autem erat nunc cùm inſurgerent hæretici, ſcilicet, Cherinthiani, & Hebionitæ. Ergo tenebatur Beatus Ioannes ſcribere Euangelium, cùm per hoc periculis ſubueniretur eccleſiæ, ſcilicet, ne doctrina hæreticorum procederet ex defectu ſanę doctrinæ. Secundò patet, quia quilibet tenetur proximo in neceſſitate ſuccurrerę iuxta vires. Maior tamē eſt neceſsitas animæ, quàm corporis, cùm anima ſit maior, quàm corpus. infra 6. cap. Sed ſi quis videat fame morientem petentem cibum, & non præſtet, ipſe illum occidit: à fortiori ſi quis viderit ſimplices in hæreſim manifeſtè incurſuros, niſi eos doceat, & illi petant doctrinam, quam iſte dare poſſit, & dare nolit, & ille incidit in hæreſim, grauius iſte peccat, quàm ſi illos gladio occideret. Nunc autem ſic erat, quia inſurgentibus hæreticis iſti adhuc in fide non plenè inſtructi propter defectum doctrinæ inciderent, aut incidere poſſent in hæreſim, & petebant à Ioanne, quòd doceret eos. Tenebatur ergo docere tradendo doctrinā in ſcriptis ſicut illi petebant, alioquin occidebat eos & ipſe directè. Tertiò patet, quia Ioannes tenebatur hoc facere ex officio ſuo inquantum erat apoſtolus. Nam officium apoſtoli eſt principaliter docere, ideſt, docere ſicut princeps omnium doctorum: ſicut dixit Apoſtolus, infra Corinth. 1. Scilicet. Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare, ideſt, prædicare Euāgeliū. Quaſi dicat: officium meum eſt iſtud, & ipſe erat apoſtolus ſolùm: ergo officium apoſtoli erat euangelizare. Euāgelizare autem includit omnē doctrinā, quæ eſt de neceſſitate ſalutis: quia alioquin Euangelium, quod Chriſtus iubebat apoſtolis prædicare, non ſufficiebat ad ſalutem, quod falſum eſt. Nihil tamen magis eſt de neceſſitate ſalutis, quām vitare hæreſim, quæ repugnat verę fidei, quæ eſt fundamentum. Quod maximè competebat hæreſi Cherinthianorum, qui negabant Chriſtum eſſe Deum, & ſic tollebant Chriſtum, qui ſolus eſt fundamentum fidei. infra Corinth. 3. Et erant iſti ſpecialiter inimici Chriſti, quia ſpecialiter in perſonam ſuam dicebant iniuriam, aſſerentes eum non eſſe Deum. Vnde eos Ioannes Antichriſtos vocauit. ſecundę Ioan. cap. vni, ideſt, dire ctos inimicos Chriſti, Ergo tenebatur Ioannes inquātum apoſtolus prouidere cùm poſſet. Et dicet aliquis, quòd tenebatur docere illos, ſed non tenebatur ſcribere, cùm officium apoſtolorum ſolùm ſit euangelizare, & non ſcribere, ſicut officium Pauli erat euangelizare, & non baptizare. Dicendum, quòd qui tenetur docere, tenetur vniuerſaliter docere quantum poteſt, quia non docere, & inutiliter docere idem ſunt, cùm nihil, & inutile ſecundùm iura æquiparentur. Et quia docere non eſt pp docentē, ſed pp eos, qui docentur, tenetur doctor illo mō docere quo ſentiat diſcipulis vtile eſſe. Et tñ nunc doctrina in ſola voce nō ꝓficeret, niſi B. Ioannes ſcriberet, vt poſſet hoc dirigi ad oēs eccleſias, & cōicari omnibus, & manere in memoriā contra hæreticos, & ita petebant: ergo tenebatur Ioānes ſcribere de Chriſti deitate. Quartò patet, quia Ioānes erat Euangeliſta, & ad officium eius pertinet ſcribere Euangelium, & qa ad actus virtutū nō tenet homo ꝓ omni tpe, tenet pro illo tpe, quo opportunū eſt talia fieri: ita Euangeliſta non tenetur omni tempore ſcribere euangelium, ſed cùm expedit, & Deus illum inclinat. Nunc autem non ſolùm expediebat, ſed etiā neceſſe erat ſcribere, qa alioquin periclitaretur fides: ergo tenebatur ſcribere. Quintò patet, quia eccleſia poterat cogere Ioannem ad ſcribendum, & tenebatur ſcribere de mandato illius, etiam non exiſtente tanta neceſſitate: ſed ſola utilitate: quia ipſe Ioannes erat res eccleſiæ, & poterat ei eccleſia imperare: ſic patet infra Corint. 3. ſcilicet. Omnia enim veſtra ſunt, ideſt, in veſtra poteſtate, & propter vos ſiue Paulus, ſiue Apollo ſiue Cæphas, ſiue mundus, ſiue uita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura: omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei, ideſt, Sicut Chriſtus homo, ſiue inquantum homo eſt res Dei, ſcilicet, minor Deo, & ſubiectus illi: ita nos ſumus res Chriſti homi-

nis, &

Nihil & inutile æquiparantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis, &| Paulus, & Apollo, & omnes Apostoli sunt res F
nostræ, & possumus sic illis imperare, quia sunt propter nos. Hoc patet ex intentione Apostoli, quia ibi increpat Corinthios: quia quidam dicebāt se esse Pauli, alij Cæphæ: Paulus autem reprehendit hoc, quia nō sunt ipsi Pauli, & Cephæ, sed solius Christi. Et ad hoc addit, quòd non solum non sunt ipsi Pauli, & Cephæ: sed potius Paulus, & Cephas sunt ipsorum, ideſt, propter eos. Aliquis dicet quòd hoc est verum de ecclesia uniuersali, cui quilibet fidelis tenetur obedire, & ipsi Apostoli omnes si viuerent tenerētur obedire ecclesię vniuersali, sicut patet de Paulo, & Barnaba, quos ecclesia misit in Antiochiam cum decreto Generalis Concilij notificando fratribus, & illi obedierunt. Et erat hoc per modū imperij, quia dicitur: Placuit Apostolis, & senioribus cum omni ecclesia eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo, & Barnaba. Act. 15. Et dicitur ibi, viros primos in fratribus, ideſt, principaliſſimos inter Christianos, & illis imperauit ecclesia, & tamen non imperaret si non liceret ei. Et eo. cap. dicitur: Placuit nobis collectis in vnum eligere viros, & mittere ad vos cum chariſſimis nostris Barnaba, & Paulo. Sic etiā ecclesia imperauit Petro, & Ioanni Actu. 8. scilicet. Cùm audissent Apostoli, qui erant Ierosolymis, quia recepit Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Ioannem. Mittere tamen auctoritatem importat, & imperium. De ecclesia ergo vniuersali non est dubium, secus autem de particulari. Hæc tamen ecclesia, quę rogabat Ioannem, nō erat vniuersalis, sed ecclesia Asianorum, ergo non poterat ei imperare. Dicendum quòd non solùm ecclesia vniuersalis, sed etiam particularis poterat imperare Ioanni, quia ipse erat res eius. Nam quando Apostolus dixit: Omnia enim uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, infra Corin. tertio, non loquebatur ecclesiæ uniuersali, sed ecclesiæ Corint. quæ erat una particularis: nunc autem erant multæ ecclesiæ, quæ petebant à Ioanne hoc fieri, scilicet, omnes ecclesiæ Asianorum, quas episcopi sui repręsentabant, & multę alię ecclesiæ, de quibus hic dicitur, quòd miserunt legationes ad eum. Ergo tenebatur à fortiori Ioannes obedire: & sic obediuit non solùm scribens quantum necesse erat de ueritate fidei ad hæreticos excludendos: sed etiam admonuit illos vitandos, ne quis ab eis labe hæresis inficeretur. Etiam ne diceretur eis Aue, scilicet, vt sic confusi pęniterent de errore suo, & redirent ad ecclesiam, vt patet secundæ Ioan. cap. unico.

Ad primum dicendum, quòd licèt episcopi rogarent, non tollitur quin Ioannes obligaretur: sed rogabant ex quadam vrbanitate: sic quis rogat iudicem, vt prouideat ei de iustitia, & tamen iudex tenetur hoc facere. Aliter dicendum, & melius, quòd licèt Ioannes teneretur ad hoc, ipsi tamen tenebantur eum rogare propter dignitatem status sui: maximè qui licèt isti reputarent illas ecclesias particulares, tamen ipsi priuatæ personæ erant, & Ioannes poterat imperare singulis eorum. Verum est tamen, quòd si istæ ecclesiæ uoluissent requirere Ioannem, ꝙ hoc faceret propter periculum ecclesiæ, etiam non rogando teneretur Ioannes hoc facere. K

Ad secundum potest dici vno modo, ꝙ cùm Ioannes teneretur ad hoc simpliciter, non poterat interponere aliquam conditionē, qua non existente non teneretur hoc facere, vel non faceret illud. Ista autem non fuit propriè interpositio conditionis, sed magis preces quædam, scilicet, quòd ipse rogauit omnes ecclesias, scilicet, quòd sicut ipse propter illas subijciebat se labori scribendi, ita ipse propter illum, vel potius pro se ipsis, vt res bene fieret, Deum orarent. Aliter potest dici, quòd Ioannes non poterat interponere cōditionem, quæ factū excluderet, poterat tamen interponere conditionem, quæ factū iuuaret, & ita erat hoc, quia oratio adiuuabat, vt res melius, & facilius fieret.

Quare beatus Ioannes fecit, quòd ecclesiæ ieiunarent, antequam scriberet euangelium. Quæst. VIII.

QVAERITVR vlterius, quare beatus Ioānes fecit, quòd ecclesiæ ieiunarent ad hoc, ꝙ Deus sibi reuelaret quid scriberet, & an sibi licuit. Aliquis dicet, quòd non oportebat hoc fieri, quia Spiritus loquebatur in promptu per ora Apostolorum, quandocunque uolebant, sicut Christus dixit: Non estis vos, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in uobis. infra Ioan. & Luc. 21. Item G
videtur hoc non licere, ꝙa Christus dixit Apostolis, ꝙ non cogitarent quid loquerentur: quia in illa hora dāretur eis, quid loquerētur: ergo si ipsi vellent cogitare quid loquerentur, viderentur esse modicę fidei, & peccārēt: ita velle nunc rogare Deum pro hoc, videbatur esse cuiusdam paruę fidei, scilicet, quia videbatur putare beatus Ioannes, quòd aliter non daretur quid scriberet. Dicendum, ꝙ beato Ioanni licuit hoc facere, & factum est conuenienter. Primò quia ipse erat Euangelista, licèt de hoc sibi non constaret: quia non constituebatur aliquis Euāgelista per aliquem actum exteriorem, sed solùm per gratuitam Dei operationem, quæ est occulta, & de hac non potest constare Euan- H
gelistæ nisi per reuelationem, vel per hoc, quia Deus instiget eū ad scribendum, & dictet ei actualiter quid scribatur: sicut dicit Hieronymus ī prologo super Lucam, ꝙ Lucas instigante Spiritu Sancto euangelium scripsit. Et probatum est supra necessaria esse ista tria in quolibet Euangelista, vt Hieronymus supra in litera dicit, non fuisse susceptos ab ecclesia illos, qui sine Spiritu Sancto, & gratia scripserunt, ideſt, sine potestate collata ad scribendum, quæ est gratia Dei, scilicet, gratis data, & sine Spiritu Sancto, scilicet, instigante, & dictante. Sed fortè beatus Ioannes nondum senserat in se istam inclinationem, nec dictamen Spiritus Sancti ad scribendum: ideo ut dignaretur Spiritus Sanctus ostendere, an ei placeret, quòd Ioannes scriberet, & quid scriberet, conueniens fuit orationem, & ieiunium fieri. Secundo quòd Deus interdum dat potestatem homini ad faciendum aliquid, & tamen non vult interdum, quòd illud faciat, nisi præmissa oratione, vel ieiunio, sicut patet Matt. 1. vbi Christus dedit potestatem Apostolis infirmos curandi, mortuos suscitandi, & dæmones eijciendi, & tamen postea quando non potuerunt eijcere quoddam dæmonium, dixit eis Christus: hoc genus dæmoniorū non eijcitur nisi per orationem, & ieiunium. infra 7. Ita videtur, ꝙ licèt Deus sine aliqua oratione dedisset potestatem Ioāni, & alijs Apostolis ad loquendum per Spiritum Sanctū, quòd conueniens erat interdum eos petere Spiritum Sanctum per orationem. Tertiò ꝙ fortè Apostoli non habebant Spiritum Sanctum in promptu omni tempore, sed solùm quando trahebantur ante reges, & præsides, quia tunc dixit eis, quòd non cogitarent quid loquerentur. Nunc autem in pace ecclesiæ fortè oportebat, quòd orationibus illud peterent ad hoc, quòd haberent. Quartò potest dici, quia dato ꝙ Spiritus Sanctus adesset semper Apostolis, & instrueret eos quid loqui deberent: tamen quia Ioannes petebat nunc aliquid specialissimum, cū de altioribus misterijs loqui deberet, quàm cæteri locuti fuerant, desiderauit specialem assistentiam, & directionem Spiritus Sancti: ad quam habendam conueniens fuit à tota ecclesia præcedente ieiunio orationem fundi. Et ita non solùm Deus concessit beato Ioāni, vt loqueretur altiora misteria,

steria, quàm nunquam dicta fuerant, sed etiam quòd locus ille, in quo scriberet ab elementis venerationi haberetur. Nam fertur, quòd in campo scripserit sub dio, & tamen dum scripsit, nulla pluuiarum, aut ventorum æstus, aut frigoris turbatio fuit: sed maxima in loco ipso rerum temperies. Quam vsque hodie reuerentiam omnia elementa ipsi loco seruare asserunt. Quintò fecit hoc Beatus Ioannes fortè propter exemplum, cū ad eum pertineret omnes Asianos instruere, cùm esset apostolus eorum. Erat autem rationabile, quòd homo in omnibus quæ facturus sit, maxime quæ fuerint alicuius ponderis, Deum inuocet, & de eis se ei cōmittat. Licèt ergo nunc non esset Ioanni necessariū specialiter vocare Spiritum sanctum, quia semper sibi assistebat, tamen vt aliis inuocandi exemplum instantissimè præberet, fecit orari ad Dominū. Et ex hoc colligitur, quia non solùm ipse orauit, sed omnes de ecclesia orare, & ieiunare fecit. Simile erat de Christo, qui solo uerbo immo sola voluntate sine uerbo omnia facere poterat, interdum tamen quādo facturus erat miracula, orabat: sicut quando suscitauit Lazarum, eleuatis oculis in cœlum dixit: Pater gratias ago tibi, quoniā audisti me, & sequitur ibi: Ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum, qui circunstat, dixi, vt credat, quia tu me misisti. Ioan. 11. & Ioannes faceret fortè hoc propter populum, licèt propter se non esset necessarium. Sextò fortè fecit Beatus Ioannes propter auctoritatem Euāgelij, quod scripturus erat, & hoc est multum uerisimile. Nam homines solent habere aliquid magis charū sibi, & in maiori ueneratione, quando maiori labore obtinuerunt illud: & quia istud Euangelium nunc pcibus, & ieiuniis omnium ecclesiarum obtinebatur, magnæ reuerentiæ haberetur. Septimò, quia quanto homines putant aliquam rem magis à Deo, illam amplius uenerantur: cùm autem nunc orationibus, & ieiuniis omnium ecclesiarum specialiter ad Deum pro hoc fusis obtineretur istud Euangelium: putarent certissimè istud esse specialiter à Deo datum, & illud maximè uenerarentur potius, quàm si petentibus illis episcopis mox Ioannes Euangelium scriberet. Sed dicetur, quòd alij Euangelistæ non faciebant præmitti orationes, & ieiunia ab ecclesiis, quando scripturi erāt. I
Dicendum, quòd non fuit in alijs tam oportunum hoc fieri, sicut in Euangelio Ioannis. Nam etiam in speculatiuis, quando quis uult introducere aliquam doctrinam existente sibi aliqua opinione contraria, oportet quòd firmissimis probationibus fulciatur illa doctrina, ut reiecta alia faueatur illi. Si autem doctrina introducenda est nulla sibi cōtraria præexistente, non est necesse tanta firmitate fulciri. Nunc autem Beatus Ioannes scripturus erat contra doctrinam Cherinthianorum, & Hebionitarum, qui negabant Christū esse Deum, quæ à multis tenebatur, ut abiecta illa sciperetur doctrina Ioānis, oportuit illam esse magnæ auctoritatis. Et ad hoc conueniens fuit talia præmitti, per quæ putaretur à susciptientibus doctrinam illam specialiter à Deo esse. Et hoc fuit, quòd tota ecclesia K
ieiunaret, & oraret. Quando autem alij Euangelistæ scripserunt, nulla falsa doctrina pullulauerat in ecclesia, contra quam ipsi scriberent, ideo non fuit necesse præmitti orationes, & ieiunia ab ecclesijs.

Hæc igitur quatuor Euangelia multo ante prædicta: Ezechielis quoque volumē probat: in quo prima visio ita contexitur: Et in medio similitudo quatuor animalium, & vultus eorum. Facies hominis, & facies leonis, & facies vituli, & facies aquilæ. Prima hominis facies Matthæum significat, qui quasi de homine exorsus est scribere: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Secunda Marcum, in quo vox leonis in eremo rugientis auditur: Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Tertia vituli, qui Euangelistam Lucam à Zacharia sacerdote sumpsisse initium præfigurat. Quarta Ioannem Euangelistam, qui assumptis pennis Aquilæ, & ad altiora festinans de verbo Dei disputat. Cætera quæ sequuntur in eundem sensum proficiunt. Crura eorum recta, & pennati pedes, & quocunque spiritus ibat, ibant, & non reuertebantur, & dorsa eorum plena oculis, & scintillæ ac lampades in medio discurrentes, & rota in rota, & in singulis quatuor facies. Vnde & Apocalypsis Ioannis post expositionem vigintiquatuòr seniorum, qui tenentes Citharas, & Phialas adorabāt agnū Dei, introducit fulgura, atque tonitrua, & septem spiritus discurrentes, & mare vitreum, & quatuor animalia plena oculis, dicens: Animal primum simile leoni, & secundum simile vitulo, & tertium simile homini, & quartum simile aquilæ volanti. Et post paulum: Plena inquit erant oculis, & requiem non habebant die, ac nocte dicentia: Sanctus Sanctus Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Quibus cunctis perspicuè ostenditur, quatuor debere tantùm Euangelia suscipi, & omnes apocriphorum nenias, mortuis magis hæreticis, quàm ecclesiasticis viuis canendas.

Hęc igitur quatuor. Hic ponuntur causæ, quare ista quatuor Euangelia fuerunt recepta ab ecclesia, scilicet, quia illa figurata erant in sacra scriptura. Et diuiditur in duo, quia primò ponitur præfiguratio eorum in ueteri testamento, Secundò figuratio eorum in nouo ibi, unde & Apocalipsis. Circa primum dicitur. *Hæc igitur quatuor Euangelia multo ante prædicta Ezechielis quoque volumen probat.* Ideſt, ista quatuor Euangelia multo antequam essent prænunciata fuerunt in sacra scriptura, scilicet, in lib. Ezechielis. 1. & Ioann. cap. *In quo prima visio ita contexitur.* Scilicet, prima uisio Ezechielis est ista, quæ sequitur, & hæc est de quatuor Euangelistis. *Et in medio illius nubis erat similitudo quatuor animalium.* Scilicet, In medio illius nubis erat similitudo quatuor animalium, quæ nominat immediatè. *Et vultus eorum facies hominis, & facies leonis, & facies vituli, & facies aquilæ.* Ideſt, uultus eorum, scilicet, quatuor animalium erant sicut uultus hominis, leonis, vituli, & Expositio literæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuli,& aquilę.Considerandum,quòd Beatus Hieronymus ad ostendendum quomodo quatuor Euangelistæ præfigurãtur in sacra scriptura, introducit hic multa & difficilia de Ezech. & de Apoca. quæ si per singula discutienda forent, sicut eorum expositio requirit,oporteret valde immorari. Quod non intẽdimus: ideo relictis eis pro locis suis solùm tangemus ea, inquantum pertinet ad intentionem Hieronymi.Ponitur autem primò visio Ezechielis, in qua discutiendũ erat de vera figuratione istorum animalium, & rotarum,& an sit vnum animal,vel multa,& deinde de veritate literæ, scilicet, an illa visio quatuor animalium in sensu literali conueniat quatuor Euangelistis, vel quid signet, & multa alia,quæ nunc omittemus. Præsupponendo pro nunc pro Hieronymo, quòd quatuor animalia significant quatuor Euangelistas, solũ tangetur in generali de figura istorum animalium,

Diuersæ opiniones de figuratione quatuor Euãgelistarũ per quatuor animalia.

Pro quo considerandum,quòd quidam ponunt apparuisse vnum animal Ezechieli, quod tamen habebat quatuor facies nominatas hic. Alij dicunt esse quatuor animalia, & quodlibet habere quatuor facies, Alij dicunt esse quatuor animalia, & quodlibet habere vnicam faciem, scilicet,vnum habebat faciẽ hominis,alterum leonis,altetum aquilæ, alterum vituli: sicut pinguntur Euangelistæ. Et isti errant, quia nullo modo concordat hoc literæ Ezechielis, quia necesse est semper poni quatuor facies in quocumque animali, siue sit vnicum, siue quatuor.Alij dicunt fuisse quatuor animalia, & quodlibet illorum habuisse sexdecim facies,vt tenet Rabi.Sa. Prima positio non cõsonat literæ: quia Ezech. primo. &1. satis colligitur ex litera,quòd essent animalia quatuor. Manet ergo secunda positio communis, scilicet, quòd essent quatuor animalia,& quodlibet haberet quatuor vultus.

Rñsio ad q̃situ q̃nis.

De quarta positione infra dicetur. Ad euidentiam huius considerandum, quòd Ezechieli existenti in Babylone apud fluuium Chobar visi sunt aperti cœli, & quòd veniret quædam nubes cum vento turbinis ab aquilone, & illa nubes erat circundata igne inuoluente eam, & splendore, erat tamen quoddam foramen magnum in ea ex parte Ezechielis, per quod ipse videbat ista quatuor animalia,de quibus dicitur cos ambulare intra illam nubem sicut in domo, vel palatio. Figura autem istorum quatuor animalium erat penitus eadem,ideo descripto vno descripta sunt alia,scilicet,quòd animal illud habebat corpus quadratum habens quatuor latera plena:vel,vt alij volunt, crat rotũdum,& hoc à parte colli vsq; ad crura,sed in hoc non multum differt,quia corpus velatum erat. Aliàs collum surgebat de pectore, & in eo erant quatuor facies ad quatuor partes oppositas, scilicet, ante, & retro,dextrorsum,& sinistrorsum:à parte anteriori,quã respiciebat directè animal,erat facies hominis:in latere dextro erat facies leonis: in latere sinistro erat facies vituli:in parte posteriori erat facies aquilæ. Et ob hoc dicitur,quòd facies hominis erat prima, scilicet, quòd illa erat quæ erat magis coniuncta Ezechieli, & illam directè respiciebat. De facie leonis dicitur,quòd erat à dextris ipsorum quatuor, ideſt, in dextra parte istarum quatuor facierum, & de facie bouis dicitur, quòd erat à sinistris ipsorum quatuor,ideſt,in sinistra parte ipsarum quatuor facierum. De vultu aquilæ dicitur,quòd erat desuper ipsorum quatuor,ideſt,in parte superiori istarum quatuor facierum.Pro hoc intelligendum,quòd Ezechiel erat in terra,& ista quatuor animalia erant in alto, cùm viderentur de cœlo venire,ideo ad hoc quòd Ezechiel videret facies ipsorum, oportebat quòd non viderentur descendere, vel stare directè, scilicet,pedibus eorum directè versis ad terrã, sed essent aliqualiter inclinata lateraliter, & tunc cũ facies hominis esset magis propinqua Ezechieli, vt dignum est,oportebat,vt ipsa esset inferior in situ, & sic erat prima respectu Ezechielis,& facies aquilæ quæ erat opposita faciei hominis, esset magis remota ab Ezechiele,& magis propinqua cęlo, & sic dicebatur esse desuper ipsorum quatuor, ideſt, quòd ipsa erat magis eleuata à terra: de omnibus quatuor faciebus ista est descriptio colli illius animalis. A collo vsque ad femora, quidam ponunt esse corpus quadratum, vt quodlibet latus correspondeat vni faciei. Alij dicunt esse rotundum, vel alio modo figuratum, sed hoc non refert cùm de illo nihil dicat scriptura, nec ibi assignetur aliquid propter quod necesse sit illud potius esse quadratum,quàm rotundum, & maximè quia totum corpus velatum erat. Habebat autẽ istud animal quatuor alas,quarum duæ erant ad velandum totum eorpus, & aliæ duæ ad volandum, & erant extentę,& tangebãt se ista quatuor animalia alis suis, scilicet, singulæ alæ vnius iungebantur duabus alis duorum, sicut fit in choreis vbi homines tenent se manibus,& quilibet tenet duos.Habebat autem quodlibet istorum animalium quatuor crura directè posita in quatuor lateribus, & quodlibet crus directè positum in linea veniente ab vno de capitibus. Erat autem qdlibet istorum crurium sic dispositum, quòd poterat flecti in quatuor partes. Et ita poterat animal ambulare æqualiter contra quatuor partes non se conuertendo:sicut si crus homiuis quod potest flecti ad partem anteriorem posset flecti ad posteriorem,& in dextrũ, & sinistrum, & sicut habet oculos anterius, haberet etiam posterius,& super vtrunqne eius æqualiter posset ambulare ad omnia latera. Nunc tamen solùm potest ambulare ad partem anteriorem expeditè: quia solùm ad illa vertuntur crura. Ista autem animalia cũ haberent facies ad quatuor latera,& ctura ex omni latere æqualiter expeditè ambulabant ad vnum latus, sicut ad aliud, ideo si aliquando ambularent: ad partem anteriorem , & postea vellent ambu.are contra posteriorem , non oportebat, quòd gyrarent corpus suum,sicut homo gyrat faciem suam ad posterius,vel ad latera quando vult ambulare contra partem posteriorem,vel lateralem,& sic dicitur, quòd cùm ista animalia ambularent non reuertebantur,ideſt,ad hoc,q̃ ambularent de vna parte in alteram non oportebat, vt se conuerterent, nec mutarent situm : sed ad illam partem, ad quam vna facies semel respiciebat, semper respiciebat, etiam si ambularet ad diuersa latera. Vel aliquando ante, vel aliquando ad posterius. Ista est figura vnius de animalibus, & talia erant cætera. Quarta positio, scilicet Rabi. Sa. erat, quòd haberet istud animal sexdecim facies,scilicet,haberet quatuor latera sicut supra dictum est, & in quolibet latere essent istæ quatuor facies,& ita in latere anteriori,quod erat directè oppositum Ezechieli, erant istæ qnatuor facies, & videbat eas clarè Ezechiel. Alias autem facies, quæ erant in aliis tribus lateribus, non uidebat. In omnibus aliis concordat ista positio cum præcedẽti quantum ad corpora crura, & alas. An tamen ista positio conueniat literæ, uel in quo deficiat, non est nunc dicendum, sed hoc sufficiat in generali. Considerandum tamen,quòd dato,quòd illa uisio intelligeretur ad literam de quatuor Euangelistis, de quo non constat, adhuc tamen malè, & inconuenienter apud nos pinguntur Euangelistæ cùm singulis ascribantur singula animalia unius faciei, scilicet, uni ascribitur homo,alteri leo,alteri uitulus, alteri aquila, & tamen quodlibet de istis quatuor animalibus habebat omnes istas quatuor facies, sed adhuc de hoc dici poterit super Ezechielem, scilicet, an dato quòd intelligatur uisio de Euangelistis,debeat quilibet Euãgelista pingi cu m

cum vna facie, vel cum quatuor. *Prima hominis facies Matthęum significat*. Applicat Hieronymus visionem, & dixit, quòd prima facies significat Matthæum, & non dixit primum animal: quia in eodem animali erant istæ quatuor facies. *Qui quasi de homine exorsus est scribere*. Quia scripsit sicut homo, vel scripsit de Christo sicut de homine,vocatur homo. *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid,filij Abraham*. Scilicet, ita scripsit Matthæus, & hoc est scribere de Christo, sicut de homine: quia incipit ponere eum descendisse ab hominibus, & enarrat progeniem suam solùm de hominibus. Alij autem aliter posuerunt, scilicet, Matthæum significari per Leonem,sicut ait Augustinus libro primo de Concordia Euangelistarum, & dicit rationabilius esse, quàm quòd significetur Matthæus per hominem. Causas autem Augustini, & Hieronymi in assignationibus suis, & quæ illarum sit melior declarauimus supra in prologo primo Hieronymi, scilicet,Matthęus cum primò:tam in litera,quam in quęstionibus. Secundum Marcum, ideſt, secunda facies animalis,quæ est facies leonis significat Marcum. Et ista non dicitur secunda in Ezechiele, sed ponitur in secundo loco, quia postquam posita est facies hominis, sequitur,& facies leonis à dextris ipsorũ quatuor. *In quo uox leonis rugientis in eremo auditur*. Ideſt, Marco cõuenit leo,quia sicut leo rugit in eremo,ita vox Marci fuit de clamore in eremo: quia in principio Euangelij sui incipit:Vox clamantis in deserto. Aliam causam assignat Hieronymus supra in primo prologo, quare vocetur Marcus leo, scilicet, quia egit de resurrectione, in qua Christus est leo,& illa communis est assignatio.Ista tamen aliqualiter est magis conueniẽs, quia de resurrectione nihil specialius Marcus egerit, quàm cæteri.Hoc autem sibi soli conuenit, quòd inceperit à clamore in deserto. *Vox clamantis in deserto*. Ibidem manebat, vbi prædicabat, & illuc confluebant ad eum Iudæi,& baptizabat eos.. *Parate viam Domini* Ista sunt verba Ioannis,scilicet, parate viam Domino. Quasi dicat:nunc Dominus venturus est, ideo parate viam,per quam venturus est, ne inueniat in ea aliqua offendicula. Missus fuerat Ioannes Baptista tanquam præcursor Christi,vt prædicatione sua disponeret homines, vt quando Christus inciperet prædicare,essent magis dispositi ad recipiendum verbum eius.Hoc est quòd assuefierent per virtutes ad bonum: quia Deo non paratur aliqua via materialis, cùm spiritus sit. Ioan.14.Sed paramus viam quando damus formam. Vt anima nostra,quæ per peccatum distabat ab eo in infinitum, redeat in ipsum per quandam viam similitudinis gratiæ,& boni operis, vt Deus veniens ad eam non inueniat aliquod offendiculum, per quod non amittatur. Sic Christus dixit loquens de tota Trinitate simul. Scilicet: Et ad eum veniemus, & mansionẽ apud eum faciemus. *Rectas facite semitas eius*. Scilicet. Non maneat aliqua obliquitas intentionis, scilicet, q̃ homo volens venire ad Deum ipsum solum intẽdat, & non aliud,scilicet,quòd non velit adhærere ei relinquendo sibi alia bona, quæ diligat tantum sicut Deũ, vel magis : quia hoc ipse non permittit cùm sit Deus zelotes. Vt ipse dixit, scilicet, quòd solus vult amari: vel quòd homo tendat in Deum propter aliqua alia bona:quia tunc est via hominis in Deum. Tamen nõ est via recta,& Deus illam non acceptat. Tertia vituli:tertia facies illius animalis, quæ erat à sinistris ipsorum quatuor, erat vituli. *Quę Euangelistam Lucam quia Zacharia sumpsit initium præfigurat*. Scilicet, ista tertia facies signat Lucam, & hoc quia initium Lucas à Zacharia sacerdote. Quia primum, quod narrat est de Zacharia sacerdote. Vitulus autem est animal immolatiuum secundùm legem, & conuenit sacerdotibus, qui soli immolabant. Alia causa est, quia Lucas significauit Christum, vt sacerdotem: describens eius sacerdotium. Nam Christus fuit rex, & sacerdos. Matthæus egit de Christo, vt de rege: Lucas verò de ipso,vt de sacerdote. Ista tangit Hieronymus supra prologo primo, & declarat eam magis Augustinus libro primo de Concordia Euangelistarum. Sciendum, quòd istud solum animal est, in quo omnes concordant,quòd Lucę ascribatur.Nam in homine discordabat Hieronymus & Augustinus,cùm Hieronymus ascriberet hominem Matthæo,& Augustinus Marco.De leone etiam discordabant.Et in hoc erat maxima discordia:quia quidam tribuebant leonẽ Ioanni,quos Augustinus vbi supra redarguit. Alij tribuunt leonem Matthæo, scilicet ipse Augustinus dicens, quòd Matthæus tractauit de Christo, vt de rege, & leo conuenit principatui regnatiuo. Hieronymus tribuit leonem Marco:vt patet in litera.In vitulo autem omnes concordant, quòd Lucæ tribueretur per causas dictas. De his tamen magis dictum est supra in prologo primo Hieronymi. *Quarta Ioannem Euangelistam*.Scilicet,quarta *Facies animalis quæ erat aquilę,& erat desuper ipsorum quatuor,signat Ioannem,qui assumptis pennis aquilæ, & ad altiora festinans de uerbo Dei disputat*. Ista est applicatio,scilicet,q̃ sicut aquila altius volat,quàm omnes aues,& clarius omnia videt:ita Ioannes ascendit in altum super omnes disputans,ideſt,tractans de Dei verbo. Eandem causam ponit Augustinus, sed latius. Aliqui voluerunt Ioannem non esse aquilam sed leonem,& Marcum esse aquilam. Quos arguit Augustinus vt dictum est, quia nullam rectam applicationem ad hoc inuenire poterant. *Cętera, quæ sequuntur in eundem sensum proficiunt*. Applicauerat Hieronymus quatuor facies animalis quatuor Euangelistis,nunc autem vult applicare eisdem cætera,quæ sequuntur in eadem visione. Ideo dicit, quòd cætera, quæ sequuntur, scilicet, in uisione Ezechielis proficiunt in eundem sensum, ideſt, proficiunt ad applicationem Euangelistarum.*Crura eorum recta*. Ideſt, non habebant crura istorum animalium nodos, uel flexuras magis contra unam partem, quàm contra aliam. Crura enim humana, & aliorum magnorum animalium non sunt recta: sed à parte anteriori habent nodos,& à posteriori concaua flexurarum, eo quòd contra unicam partem,scilicet,anteriorem sit motus illorum.Ista tamen animalia, ut declaratum est,mouebãtur æqualiter expeditè ad omnes partes, ideo oportebat, quòd crura eorum essent recta, ideſt, non magis haberent nodos, uel flexuras contra unam partem, quàm contra cæteras: sed ad omnem partem esset flexura. *Et pennati pedes*. Ideſt, habebant plumas in pedibus,eo quòd erant animalia in aere,& oportebat uolare. *Et quocunque spiritus ibat,ibant*. Ideſt,ad quancunque partem ibat uentus, ibant ista animalia, scilicet, quia ut dictum fuit,ista erant intra nubem,& nubes mouebatur per uentum turbinis uenientem ab aquilone, ideo contra quamcunque partem iret uentus,ibat simul nubes,& cum ea quatuor animalia. *Et non reuertebantur*. Scilicet.Quando ista animalia ambulabant nõ reuertebantur, ideſt, non conuertebant uultus suos nunc ad unam partem, nunc ad alteram. Nam licèt animalia irent quocunque ibat spiritus, ideſt, uentus, & ille ibat nunc huc,nunc illuc: non oportebat quòd animalia mutarent uultus, sed contra quamcunque partem uentus iret,contra illam mouebantur animalia intra nubem, quia ad quamlibet partem habebant faciem, & crura poterãt flecti ad unam partem æqualiter. *Et dorsa eorum*. Plena oculis,scilicet, ista animalia habebant ante, & retro, & in omni latere oculos, ut possent cauere offendicula. Homines autem, & cætera ani-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra animalia, quia solùm mouentur contra partem anteriorem, solùm habent oculos anterius. Et scintillæ vocãtur parui igneis: lampades uocãtur magni ignes, ad modum cometarum. Et est sensus, quòd inter illa animalia discurrebant parui ignes, & magni; sicut uidentur discurrere in cœlo sæpissime. *Et rota in rota.* Id est erat vna rota in alia. Ista est alia uisio licèt sit pars visionis primæ, scilicet, quatuor rotæ: circa quas tanta, vel maior difficultas est, quã circa animalia quatuor. Ideo nõ curaui in præsenti introducere aliquid de eis, quia manet eis locus suus, potissimè quia non tantum faciũt ad propositum quatuor Euangelistarum sicut quatuor animalia. *Et singulis quatuor facies.* Ideſt in qualibet istarum quatuor rotarum erant quatuor facies, & erat quælibet rota plena oculis: licèt quomodo possit esse nunc non dicimus ista omnia ab illo loco. *Crura eorum recta, & penati pedes.* Exposita sunt literaliter, & non applicando Euangelistis sicut vult Hieronym⁹. Dicendum ergo, quòd crura Euangelistarum sunt recta, quia recti sunt sermones eorum, & nihil in eis falsum, vel inhonestum, aut qualitercunque malum inuenitur. Vel dicũtur recta crura eorum, quia ipsorum crura nostra certificauerunt. Nam per crura, & pedes super quos fundatur corpus, & quibus in aliud tendimus, signãtur affectiones nostræ, quibus in aliquid tendimus. Et ista dirigunt, vel rectificãt Euangelistę, cùm monitis suis desideria nostra in Deum dirigunt, quia lex illa immaculata est, & conuertens animas, scilicet, dirigendo eas in Deum. Psalm. 14. Pedes Euangelistarum sunt plumati, quia in altum eleuantur, & non manent in terra: cũ de Christo Deo, & homine tractent, quę est res altissima. Etiam quia desideria nostra quasi plumis appositis in altum leuant, abstrahentes ea à carnalibus, & terrenis. Dicitur quòd quocunque Spiritus ibat, vadunt ista quatuor animalia, quia Spiritus Sanctus direxit Euangelistas. Ipse enim fuit, qui instigauit singulos eorum ad scribendam, sicut dicit Hieronymus in prologo Lucę, quòd Lucas instigante Spiritu Sancto Euangelium scripsit. Etiam Spiritus Sanctus direxit eos dictando sibi quid scribere deberent, quia non ingenio suo neque uoluntate scripserũt, sed quidquid Spiritus Sanctus dictauit. Secunda Pe. primo. Dicitur quòd non reuertebantur cùm irent, quia reuerti ad imperfectionem pertinet. Ideo Euangelistę non solùm non retrocedebant in operibus suis, sed ẽt docebant homines non retrocedere per ea, quæ de Christo scripserunt: sicut dicitur Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno Dei. Dicitur, dorsa eorum plena sunt oculis: ad significãdum clarissimam cognitionem, quia oculus est per quem res videtur, & cognoscitur. Multitudo oculorum signat magnitudinem cognitionis. Et sunt oculi in omni parte, vt significetur quòd nihil est, qđ Euangelistas lateat de eo, quod ad ipsos scribere pertineat. Vel habent Euangelistæ oculos ante, & retro, quia scripserunt quædam de præteritis, & quædam de futuris, scilicet, de tribulationibus, quæ erunt in fine sæculi, & de aduentu ad iudicium, & de modo iudicij, & iudicandorum, vt infra 24. 25. Dicuntur discurrere scintillæ, & lampades inter Euangelistas, vt innuatur quòd per illuminationem Spiritus Sancti scripserunt. Apparet autem Spiritus Sanctus in igne, sicut super Apostolos in Pentecoste. Actu. 2. Vel per lampades, & scintillas signatur operatio miraculorũ maiorum, & minorum, quia sicut fulgur, vel ignis cœlestis toto orbe corruscat: sicut dixit Christus: Sicut fulgur exit ab oriente, & paret usque in occidentẽ. infra 14. ita miracula Christi toto orbe corruscauerunt, quia clarissima fama illa nota fecit, sicut dicitur infra 4. quòd exijt opinio Christi in Syriam totam, scilicet, propter miracula, quæ facere incipiebat, & quia omnes Euangelistæ Christi miracula describunt dicuntur discurrere inter eos lampades, & scintillæ, scilicet, maiora, & minora miracula. Licèt secundùm veritatem non possit vnum miraculum esse maius alio, quia nullum miraculum est tam magnum, quin fiat per potentiam infinitam: & nullum est tam paruum, quin ad illud requiratur potentia infinita: ideo æqualia sunt, quia à potentia æquali fiunt. Dicitur esse rota in rota, quia vnus Euangelista est in alio, quia illud quòd Matthæus dicit de Christo, hoc Lucas, Marcus, & Ioannes: & quod Marcus sentit de quacunque re Christi, hoc idem Matthæus, Lucas, & Ioannes, & sic est in cœteris. Dicitur & singulis quatuor facies, ideſt, in quolibet Euangelistarum sunt quatuor Euangelistæ, quia quilibet tractat, de quo tractant omnes quatuor: licèt quidam plenius, alii breuius. Vel dicitur hoc, quia in quolibet eorum siue in qualibet parte scripturæ sunt quatuor facies, ideſt quatuor sensus, scilicet literalis, allegoricus, tropologicus, anagogicus. *Vnde, & Apocalypsis.* Hic ponitur figuratio istorum quatuor Euangelistarum in nouo testamento, scilicet in Apoca. Ioan. Pro quo sciendum, quòd Beatus Ioannes posuit ibi quatuor Animalia, licèt non omnino similia animalibus Ezechielis, tamẽ ista animalia simplicia, scilicet, quòd quodlibet habebat vnicam faciem, vnum Leonis, alterum Hominis, alterum Aquilæ, alterum Vituli. Et ista concordat magis picturæ Euangelistarum, ubi cuilibet ascribitur vnum animal. Et ad innuendum quomodo ista quatuor animalia intelligantur de Euãgelistis inducit Hieronym. multa alia præcedentia in eadem uisione, quæ uidentur facere ad propositum Euangelistarum: ideo quasi resultat de solis Euangelistis intelligi illa animalia: habetur ista uisio Apocal. quarto. Considerandum tamen, quòd circa illas uisiones Beati Ioannis est etiam difficultas, de quo intelligantur literaliter: ideo pro nunc, nõ est de hoc agendum, sed in loco suo. Nunc autem applicauimus ea secundùm intentionem Hieronymi, ut magis concordare possunt quatuor Euangelistis. Et dicitur. *Vnde & Apoc. Io. post expositionem vigintiquatuor Seniorum.* Litera suspensiua est quasi tota una sententia vsque ad finem: & habentur ista Apoca. 4. & ponitur ibi primò de uigintiquatuor, Senidribus sedentibus super uigintiquatuor Thronos, per quos dicit Nicolaus intelligi omnes ecclesias cathedrales, uel omnes Episcopos earum. Et ponitur numerus certus pro incerto, sicut Apoca. 7. de qualibet tribu ponuntur duodecim millia signati, & non ille aliquis numerus certus ipsorum signatorũ, sed intelligũtur omnes signati quotquot sint. *Qui tenentes Citharas, & Phialas.* Scilicet, isti uigintiquatuor Seniores tenent in manibus suis Citharas, & Phialas. Apoca. 5. per Citharas intelliguntur diuinæ laudes, quæ redduntur Deo ab omnibus ecclesijs. Et fuerunt istæ laudes aliquando in musicis instrumẽtis, sic dicitur Psalmo ultimo, scilicet, Laudate Dominum in sono tubæ, laudate eum in Psalterio, & Cithara. Per Phialas qnid intelligatur ipse Ioannes declarat dicens, quòd Seniores habebant Phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. *Adorant agnum Dei.* Scilicet, illi Seniores adorant eum, quia dicitur Apoca. 5. quòd Agnus accepit librum de dextra sedentis, & cùm aperuisset librum quatuor Animalia, & uigintiquatuor Seniores ceciderunt coram Agno habentes singuli Citharas, & Phialas aureas, & cantabant canticum nouum. *Introducit fulgora, & tonitrua.* Scilicet, Ioannes introducit ista, quia Apoca. 4. dicitur, quòd de throno procedebant fulgura, & tonitrua. Per fulgura, quæ sunt ignes cœlestes signantur miracula corruscantia, ut supra dictum est.

Per tonitrua signatur prædicatio Christi, quæ per ipsum, & postea per Apostolos toti mundo intonuit: quia in omnem terram exiuit sonus eorum. ad Roman. 10. Et istud pertinet ad Euangelistas: quia ipsi scripserunt miracula, & prædicationem Christi. *Et septem spiritus discurrentes.* Ideſt, introducit istos septem spiritus. Apocal. 4. Et non dicitur sic, sed aliter, scilicet. *Et septem lampades ardentes ante thronum quæ sunt septem spiritus Dei.* Sed Apocal. 5. ponitur ista litera Hierony. scilicet, & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram. Per septem spiritus significatur vniuersitas spirituum ministrantinm Deo, qui ab eo mittuntur in omnem terram: sicut dicitur ad Hebræ. 1. Sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Et quia numerus septem est perfectus quodammodo signat vniuersitatem rerum quæ septem diebus condita est, & septem diebus tota vita huius sæculi agitur, & illi iterum replicãtur, & per septem planetas quasi tota generatio, & corruptio inferiorum ministratur, & sic est iste numerus conuenientissimus ad notandã vniuersitatem cuiuslibet rei. Et ita septem spiritus signant vniuersitatem spirituum, sicut Tobiæ. 12. cum dixit angelus: Ego sum Raphael angelus vnus ex septem, qui astamus ante Dominum, & sic tota vniuersitas spirituum tam assistentium, quàm administrantium: quia Raphael non erat de assistentibus, cùm assistentes non mittantur, iste tamen missus est, vt dirigeret Tobiam. *Et mare uitreum.* Scilicet. Introducit mare vitreum: quia dicitur Apocal. 4. & in conspectu sedis tãquam mare vitreum simile cristallo. Hoc signat fontem baptismatis, quem habet ecclesia. Et dicitur mare ad significandum aquas multas, in quibus omnes christiani regenerantur. Et uocatur mare vitreum simile cristallo propter puritatem, & perspicuitatem: quia cùm quis lotus est baptismate, manet omnino mundus, & nitidus sicut vitrum, & cristallus. *Et quatuor animalia plena oculis.* Istud est propter quòd Hieronymus introduxit cætera, & dicit, quòd erãt quatuor animalia, & quatuor Euangelistæ. vt supra posuit, & erant plena oculis, quia nihil latet Euangelistas de eo, quòd scribi conueniens erat. vt supra expositum est. *Animal primo simile leoni.* Hic non tenetur ille ordo, qui tenebatur ī visione Ezechielis, quia ibi erat prima facies hominis, secunda leonis, tertia vituli, quarta aquilæ. Et ista est causa aliqualis quare Augustꝰ. 1. de Cõcordia Euangelistarum dixit Matthæum significari p leonem. Nam Matthæus est primus Euangelista, & primum animal est hic leo, ideo debet ascribi leo Matthæo. Hierony. tamen intelligit per leonem Marcũ. vt patet in litera. Et non facit hic aliam applicationẽ nisi illam, quam supra fecit ponendo visionem Ezechielis. Ratio est, quia licèt Hierony. ex vtraque visione conetur probare esse quatuor Euangelistas, tamẽ specialiter in ordine animalium magis conuenit sibi visio Ezechielis, in qua figura hominis est prima, quã ipse ascribit Matthæo, qui est primus Euangelista. Sciendum tamen, quòd iste ordo quatuor animaliũ, non competit ordini quatuor Euangelistarum secundum aliquam assignationem, nec secundùm assignationem Hieronymi, nec Augustini, nec aliorum. Nã Hieronymus vocat Matthæum hominem, Marcum leonem, Lucam vitulum, Ioannem aquilam. Et sic Marcus esset primus, Lucas secundus, Matthæus tertius, Ioannes quartus. Sed non est iste ordo ipsorũ. Non conuenit etiam assignatio Augustini, qui vocat Matthęum leonem, Marcum hominem, Lucam vitulum, aquilam Ioannem, & sic esset primus Matthęus, secundus Lucas, tertius Marcus, quod non conuenit. Alij autem dicebant hominem Matthæum, Marcũ aquilam, Lucam vitulum, leonem Ioannem. Et tunc Ioannes est primus, & secundus Lucas, & tertius Matthæus, quartus Marcus. In ordine ergo Euangelistarũ non conuenit iste ordo animalium cum aliqua assignatione Euangelistarum. Illa autẽ quæ est Ezechielis conuenit cum assignatione communi in ordine ipsorum Euãgelistarum: quia facies hominis est prima, scilicet, Matthæus, secunda est facies leonis, scilicet, Marcus, tertia est facies bouis, scilicet, Lucas, quarta est facies aquilæ, scilicet, Ioannes. *Et secundum simile mutulo.* Scilicet. Lucas: causa dicta est, & tertium simile homini, scilicet, Matthæus propter rationem dictam, & quartum simile aquilæ volanti, scilicet, Ioannes, q volat super cæteros de verbo disputans. Considerandum, quòd Nicolaus non vult, quòd intelligantur ista quatuor animalia pro quatuor Euangelistis, quia nõ est inter illa ordo, qui est inter quatuor Euangelistas, quorum primus est Matthæus, & tamen hic leo est primum animal, quod competit Marco, sed dicit, q̃ significantur per ista quatuor animalia quatuor ecclesiæ, siue quatuor sedes Patriarchales. Primum animal est leo, & competit ecclesiæ Hierosolymitanæ: quæ fuit prima omnium, & fuit leo propter constantiam. Nam constanter apostoli, qui erant ibi resisterunt Iudæis dicentibus ne loquerentur in nomine Christi, quibus illi dixerunt oportere magis obedire Deo quã hominibus, & quòd non desinerent loqui in nomine hoc. Secundum animal est uitulus, & signat secundã sedem patriarchalem, scilicet, Antiochenam: cui bos ascribitur propter obedientiam: quia qui erant Antiochiæ obediebant decretis concilij, & apostolorum cũ ad illos missum est decretum concilij. Actu. 15. Tertium animal, scilicet, homo signat ecclesiam tertiam, scilicet, Alexandrinam, quæ fuit ad similitudinem hominis propter sapientiam: quia ibi fuit Petrus patriarcha, & Athanasius, & alij viri sapientissimi. Quartum animal, scilicet, aquila signat ecclesiam Constantinopolitanam, quæ est quarta patriarchalis: quæ vocatur aquila propter excellentiam contemplationis: quia ibi fuerunt viri excellentissimi in contemplatione patriarchæ illius sedis, scilicet, Gregorius Nazenzenus, & Ioann. Chrysostomus. An hoc tamen sit uerũ, non est nunc discutiendum, sed in loco suo. Quia tamen Hierony. applicat ista quatuor animalia quatuor Euãgelistis, pro nunc ita tenendum. *Et post paululum.* Scilicet, subijcitur istud. eo. cap. plena, inquit, erant oculis. Ibi dicitur plena erant oculis ante, & retro. Idem est, quia ita dicebatur in visione Ezechielis, quòd dorsa eorum plena erant oculis. Habent oculos retro, quia præterita vident inquantum scripserunt gesta præterita Christi, habent oculos ante, inquantum dicunt futura, sicut supra dictum est, scilicet, de tribulationibus ad finem sæculi, & de modo iudicij, & iudicandorũ. Et requiem non habebant die, ac nocte dicentia: Sanctus Sanctus Sanctus Dominus Deus omnipotens, scilicet, ista quatuor animalia erant in circuitu throni, & nocte, ac die non habebant requiem, ideſt, non cessabant dicere Sanctus Sanctus, &c. Istud non poterat intelligi de quatuor animalibus, inquantum erãt quatuor sedes patriarchales iuxta Nicolaum: quia illæ nõ habent requiem nocte, & die, eo quòd omni tempore canuntur in eis laudes diuinæ horis diurnis, & nocturnis. Et non est sensus, quòd non habebant requiẽ, ideſt, nullo tempore cessabant. Et sic faciendo nunquam dicebantur cessare: sicut dicitur: Nunquam cadat psalterium de manu tua, ideſt, nullo die: quia omni die in eo legendum est pro diuinis laudibus. Vel nunquam cadat, psalterium, scilicet, horis comperentibus. Et qui omnibus horis competẽtibus legit in psalterio, dicitur semper in eo legere. Quia tamen Hiero. intel-

Nicolaus de Lyra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligit hoc de euangelistis, dicendum q̃ euãgelistæ non laudant Deum omni tempore, potius quàm omnes sancti, qui sunt in uita eterna, sed dicuntur Deum semper laudare, quia per eorum doctrinã Deus omni tempore laudatur. Nam euangelistę scripserũt legem Christi, per quam homines mouentur ad laudandum semper Deũ, sicut dicitur Luc. 18. q̃ oportet semper orare, & nunquã deficeret; ita dicitur q̃ fontes, & maria, & terra, & arbores laudãt Deum, quia propter ista Deus laudatur. s. quia mouetur homo ad laudandum Deum, videns ordinem istarum rerum, vel utilitatem, quæ ab eis prouenit. Daniel. 3, dicitur, q̃ dicebãt Sanctus Sanctus &c. Non est sensus, q̃ ista uerba semper dicerent, quia per alia uerba multa Deum laudamus, siue quæ ecclesia statuit, siue quæ quilibet cõcipit, sed ponitur ista laus determinata pro omnibus laudibus indeterminatis. Vel potest poni hoc, quia ista laus valde placet Deo. Vnde similis modus ponitur in uisione Isaiæ, qñ uidit dñm sedentem super solium excelsum, & seraphim stabant super solium, & clamabat alter ad alterũ: Sanctus Sanctus Sanctus Dñs Deus exercituum Isa. 6. Ita hic ponitur. Et ob hoc ecclesia apposuit istam formã laudis in officio missæ. Aliter potest dici, q̃ non ponitur hoc ad dandum formã laudis, sed ad ostendendum quid est, q̃ laudandum est, quia ponitur hic trinitas, cùm dicitur Sanctus Sanctus Sanctus, vt innuunt doctores nostri, q̃ huic debetur tota laus. *Qui erat, & qui est, & qui venturus est.* Hoc ponitur ad significandum rei æternitatem. s. q̃ semper, & nũquam esse desinit, & quia totum tempus per tres partes diuiditur. s. præsens, & præteritum, & futurũ. Et qui in istis tribus est, nunquã esse desinit. Non tñ propriè de Deo dicitur, q̃ fuit, vel futurus est, quia istæ sunt differentię temporis, & conueniunt rei, quæ propriè est in tempore. Deus autem non est in tpe, sed est in ęternitate, quę distinguitur contra tempus. Item quia quod in tpe est, in loco est, & in motu, quia ista tria se consequũtur locus, tempus, & motus, vt patet 4. Phy. Deus tñ nec est in loco, nec mouetur. Ergo non est in tpe, & cõsequẽter non fuit, nec futurus est, quia istud est esse in tpe. Item quod fuit, esse desijt, quod autem futurum est, nondum est. Si ergo Deus fuisset illa pars essendi, quã habuisset, iam non haberetur, quia præterita esset, & si Deus futurus esset, illud esse futurum Dei nondum esset, & sic in Deo esset successio, & aliquid acquireretur sibi, & aliquid deperiret: Quod non potest esse nisi in rebus compositis, & imperfectis. Esse autẽ Dei est totũ simul, cuius nulla pars præterijt, & nulla uentura est: sed totum illud Deus nunc est, quod aliquãdo ipse fuit, & q̃ unquam futurus est, quia est æternus: ęternitas autẽ est interminabilis vitæ, simul tota, & perfecta possessio, vt ait Boetius li. 5. de consolatione prosa ultima. Scriptura tñ volens simplicibus condescendere, vt taliter ipsa tradatur, qualiter à simplicibus intelligi posset, loquitur in modo communi, dicens Deum in tpe esse, cùm in nullo tpe sit. Et sic Deus non est ante hominem, nec post hominem, nec qñ homo est, quia homo non potest esse nisi in tpe: Deus autem nõ potest esse in tpe: sed ante & post, & tunc, vel nunc sunt differentiæ temporis, ideo in illis non est. Hoc ẽt modo dicimus, q̃ Deus nescit rem antequã fiat, nec postquam facta est, nec qñ fit, & tñ scit omnia, quæ fiũt. Nam scire illa antequã fiant, vel postquam fiunt, vel qñ fiunt est scire illud applicari tempori, & scire Dei non est in aliqua differẽtia tẽporis, sicut nec esse illius, sed omnia sunt in æternitate. Et hic habetur via facilis ad respondendum omnibus argumentis de prędestinatione, & præscientia, quæ uidentur esse quibusdam grauissima, de quibus tñ nihil nunc dicendum est. Ideo qñ ponũtur aliquæ ꝓpositiones affirmatiuæ de duratione Dei in tempore, vt propriè accipiantur debent exponi negatiuè. Vt si dicatur, Deus fuit in omni tpe, est sensus in nullo tpe Deus esse desijt. Et si dicatur, Deus erit omni tpe, est sensus, idest, nullo tpe Deus esse desinet. Cùm autem dicitur hic: Qui erat: intelligitur de toto tpe præterito. s. q̃ semper fuit, qui est. s. pro præsenti. Et aliqui putant, q̃ licèt de Deo non dicatur propriè, q̃ fuit in præterito, vel erit in futuro, tñ q̃ dicatur propriè q̃ Deus est in præsenti. Dicendum tñ, q̃ non est uerũ. Nam si quis dicat, Deus est, nihil addendo, est uera, & propria. Si aũt dicatur Deus est in præsenti, est falsa de rigore sermonis, quia licèt præsens in tpe non dicat aliquam partem diuisibilem, nec sit propriè pars tpis, cuius aliquid præterierit, & aliquid nondũ sit, & ex hoc conuenit aliqualiter cum ęternitate, quę dicit simultatem essendi: tñ præsens in tpe dicit instans, quod est indiuisibile sub ratione fluẽtis. Et sic dicit habitudinem præteriti ad futurum, quia est id per quod copulantur. Nunc aũt æternitatis non est succedens, nec dicit relationem ad præteritũ, & futurum, ideo non propriè dicitur, q̃ Deus est in præsenti, quia si est in præsenti, esset aliquandiu in futuro, quia id, quod semel præsens est, immediatè fit præteritum, & transit res de esse futuro ad esse præteritũ per præsens copulans, & fluens. Cùm autem dicitur, *Et qui venturus est*, intelligitur, idest, qui futurus est. Nam nõ signatur hic, q̃ Deus sit uenturus ad aliquid, quia nunquã uenit, nec uadit, maximè quia istud nõ erat ad propositum, cùm hic dicatur de esse, & fuisse, sed accipitur pro futuro esse, quia quod uenturum est, futurum est. *Quibus cunctis perspicuè ostenditur quatuor debere tantum euangelia suscipi.* Ista est conclusio intenta à Hiero. quasi in toto ca. s. q̃ licèt multi fuerũt scriptores Euangeliorum, sola quatuor recipi debuerunt. Et dicit hoc sequi perspicuè, idest, clarè ex omnibus suprapositis. s. ex uisionibus Eze. & Ioan. & ex alijs applicationibus supra factis. *Et omnes apocryphorum nenias mortuis magis hæreticis, quàm ecclesiasticis viuis canendas.* s. ista quatuor euangelia, quæ sola sunt authentica, recipi debent: Apocrypha aũt euangelia ab hæreticis, qui mortui sunt, legi possunt: à viris aũt ecclesiasticis, qui uiui sunt, legi non debent. Et est figuratus modus loquendi. Est enim nenia quidam cãtus lugubris, qui solet cantari super mortuos, & uocãtur vulgariter Endechas: quarũ usus maximè est in Hispania, ideo Hiero. dixit Hyberias nenias, idest, nenias Hispanorum. in prologo super Gen. s. Desiderij mei. Et est sensus, q̃ illa euangelia, quæ scripta fuerunt præter quatuor sunt Apocrypha, & sunt sicut neniæ mortuorũ, quia sicut in illis multa falsa dicuntur in laudem funeris: ita in libris apocryphis multa falsa ponuntur, & dubia multa: ex quo propriè conueniunt sibi neniæ mortuorũ. Et quia hęretici sunt mortui, cũ sint præcisi à corpore ecclesiæ & membra præcisa à corpore non possunt uiuere, propriè competit eis, q̃ canantur eis nenię mortuorum. Et quia apocrypha sunt neniæ, hæreticis sunt canenda apocrypha siue neniæ apocryphorum. Isto modo loquendi utitur Hieronymus in prologo allegato super Gen. vocans libros apocryphos nenias; dicens, quòd multi ignorantes apocryphorum deliramenta sectantur, & hyberias nenias libris authenticis præferunt. Vocantur Hyberiæ, vt supra dictum est, scilicet, quia in Hyberia, idest, in Hispania erat antiquitus maximus harum usus, qui nec omnino cessauit, licèt christiana religio talia abhominetur. Viri ecclesiastici, scilicet, fideles uiri sunt, quia manent in corpore ecclesiæ per fidem, & quamdiu membrũ est in corpore uiuenti, semper uiuit per influxum totius: ideo eis non sunt canendæ neniæ apocryphorum, sed soli libri authentici legendi sunt.

ALPHON-

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS

IN QVARTVM PROLOGVM D. Hieronymi in Matthæum Enarratio.

MATTHAEVS ex Iudæa, sicut in ordine primus ponitur, ita Euangelium in Iudæa primus scripsit, cuius vocatio ad Dominum ex publicanis actibus fuit, duorum in generatione Christi principia præsumens, vnius, cuius prima circuncisio in carne, alterius, cuius secundùm cor electio fuit. Ex vtrisque enim patribus Christus. Sicque quater denario numero triformiter posito principium à credendi fide in electionis tempus porrigens, & ex electione vsque in transmigrationis diem dirigens; atque à transmigrationis die vsq; in Christum definiens, decursam aduentus Domini ostendit generationem.

OMNES præcedẽtes prologi Hieronymi fuerunt generales ad omnes Euangelistas, vt in eis patuit, iste autem est propriè prologus super Matthæum: quia in eo de solo Matthæo agitur. Et diuiditur in quatuor. Primò ponitur Enangelistæ status: secundò scribendi modus, ibi. *Duorum in generatione*. Tertiò huius Euangelij materia principalis, ibi. *Quare omnium rerum*. Quartò vtilitas huius operis, ibi. *In quo Euangelio*. Circa primum intentio huius prologi est dicere de Matthæo quis fuit, & quæ est materia huius Euangelij Matthæi, & quæ fuerit intentio eius in scribendo. Tangitur autem status Euangelistæ quantum ad nomen, & originem, & auctoritatem, & ordinem, & uitam præcedentem, cùm dicitur *Matthæus*, designatur quantum ad nomen proprium, & interpretatur donatus, scilicet, quia sibi primo donatum est Euangelium scribere. *Ex Iudæa*. Designatur quantum ad nationem, quia fuit de regione Iudææ. Sciendum, q̃ Iudæa accipitur dupliciter, uno modo strictè, pro terra illa, in qua habitabat tribus Iuda: nam terra Chanaan, quæ possessa fuerat primò à Chananæis, & postea tradita est Israelitis, diuisa fuit in duodecim partes per duodecim tribus Israel: quia duæ illarum, & dimidia, scilicet, Ruben, & Gad, & dimidia pars tribus Manasse acceperunt possessionem ab oriente Iordanis. Numeri. 32. Aliæ nouem tribus, & dimidia diuiserunt inter se totam terram reliquam Chanaan, quæ est à Iordane, usque ad mare mediterraneum, siue mare occidentale, in decem partes, scilicet, nouem pro nouem tribus, & una pro dimidia tribu Manasse, quæ non acceperat possessionem ante Iordanem. De his Iosue decimoquinto, vsque ad 19. Vna pars istarum fuit data tribu Iudæ, quæ describitur Iosue decimoquinto, & illa propriè uocatur Iudæa. Aliquando accipitur largè terra Iudææ, pro terra, in qua habitabant omnes duodecim tribus, eo quòd omnes uocabantur Iudæi largè, & sic accipitur Psal. 64. Scilicet. Notus in Iudæa Deus, in tota terra Iudæorũ, quia apud omnes Israelitas notus erat. & Psal. 113. Facta est Iudæa sanctificatio eius: quod non est verum de sola tribu Iuda, sed de toto Israel. Causa autẽ præcipua, quare tota illa terra uocetur Iudæa, fuit: quia postquã Iudæi translati fuerũt in Babylonem, scilicet, duæ solæ tribus Iudæ, & Beniamin, redierũt in

Universidad de Deusto
Biblioteca

terram ſuam, & occupauerunt totam illam terram, quam prius tenebant omnes duodecim tribus, uel plurimam partem eius: quia aliquam partem tenebãt Samaritani, & ſic multi de tribu Iuda habitabant in ſorte Beniamin, & Ephraim, & Dan, & Iſachar, & in aliis. Qđ patet, quia Domina noſtra morabatur in Nazareth, q̃ erat in terra Galilææ, ut patet Mat. 2. Et ob hoc uocabatur Chriſtus Galilæus, & tamen Galilæa non erat de terra Iuda, ſed magis de terra Zabulon, & Nephthali, ut patet Iſai. 9. ſ. Primo tpe alleuiata eſt terra Zabulon, & Nephthali, & nouiſſimo grauata eſt uia maris trãs Iordanem Galilææ gentium. Et ſic Galilæa pertinebat ad Zabulon, & Nephthalim. Idem patet infra 4. ſ. quòd Chriſtus habitauit in Capharnaum maritimam in finibus Zabulon, & Nephthali, ut adimpleretur, quod dictum eſt per Iſa. &c. Et ſic, quia poſſidebatur tunc tota illa terra principaliter per tribum Iuda, vocabatur tota terra Iudææ. Aliquãdo tamen etiam in Euangeliis accipitur Iudæa primo modo. ut patet infra 2. ſ. q̃ audiens Ioſeph, q̃ regnaret Archelaus in Iudæa, timuit illò ire, & ſeceſſit in partes Galilææ. Et ſic diſtinguitur Iudæa, à Galilæa, quæ erat in tribu Zabulon, & Nephthalim. Et hoc modo Ieruſalem non eſt in Iudæa, cùm ſit de tribu Benianum. Ioſue. 18. Et ſic etiam accipitur infra 3. ubi diſtinguitur Ieruſalem à Iudæa. ſ. tunc exibat ad eum Ieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem. Quo accipiatur nunc Iudæa non apparet, ſed ſatis eſt, quòd Matthæus erat Iudæus, & erat de terra Iſrael, ſiue duodecim tribuum, ſiue eſſet de tribu, & & poſſeſſione Iudæ, ſiue de aliis tribubus. *Sicut in ordine primus ponitur.* Scilicet, in canone librorum Euangeliſtarum ipſe primus eſt: ita Euangeliũ in Iudea primus ſcripſit. Propter hoc ponitur primus inter Euãgeliſtas, quia prior alijs ſcripſit. Et hoc in Iudæa uolens tranſire ad gentes Aethiopum Nubianorum, quę ſibi ſorte prædicationis prouenerant, uoluit Euangelium Iudæis, quibus prædicauerat, relinquere, ut patet præcedenti prologo, & ſupra in primo prologo Matthæi magis declaratum eſt. *Cuius uocatio ad Deum ante conuerſionem ex publicanis actibus fuit.* Tangitur ſtatus eius ante conuerſionem, ſcilicet, quòd erat primò publicanus, & de illis actibus uocatus eſt ad Deum. Nam quando Chriſtus uocauit Matthęum actualiter ſedebat in Telonio. Vbi publicanos actus exercebat, & dimiſſis illis ſecutus eſt Chriſtum. infra 9. & Mar. 2. & Luc. 5. Vocantur actus publicani, ideſt, pertinentes ad publicanos. Sunt autem publicani, qui redditus fiſci, uel publicos conducunt, & colligunt, ut ait Iſid. 9. Ethic. Et exprimitur de Matthęo, quòd erat publicanus: ad ſignandum, quòd erat in ſtatu peccatoris, quando à Chriſto uocatus eſt, quia publicani peccatores uocantur, infra 9. Scilicet. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat Magiſter ueſter, & bibit? Dicit Nicolaus, quòd erant tunc Iudæi tributarij Romanorum, & Matthæus, & cæteri colligentes iſta tributa uocabantur publicani. De talibus negociis dicit Gregorius, quòd uix homines poſſunt illa ſine peccato exercere. *Duorum in generatione Chriſti principia præſumens.* Hic ponitur ſecundum, ſcilicet, modus, quem tenuit Matthæus in genealogia Chriſti: à qua incipit Euangelium ſuum. Et primo ponitur modus ſcribendi quantum ad radicem, ſcilicet, quantum ad ipſos duos patres, de quibus Chriſtus uenit. Secundò quantum ad deductionem totius genealogiæ, ibi. *Sic quater denario.* Et dicitur, q̃ Matthæus præſumpſit. i. accepit in gñatione Chriſti principia duorũ, .i. à duobus. ſ. à Dauid, & Abrahã. Et dicitur principia pluraliter, quia non vñr Dauid, & Abraham accipi tãquã unum principium Chriſti, ſed tanquã duo: cũ dicatur, liber gñationis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abrahã. Veritas autẽ eſt. q̃ ambo ſunt unũ principiũ Chri, gtum ad ſubam carnis: qa hñt ſe per ſucceſſionẽ, & deriuationẽ, cùm ex Abrahã interpoſitis multis generationibus natus fuerit Dauid. Si autem Dauid non naſceretur de Abraham, nec è contrario, eſſent verè duo principia. Et hoc poterat eſſe, vt ſi deſcenderent ab iſtis duæ progenies, quæ poſtea coniungantur per matrimonium, & efficientur vna, & ita Chriſtus poterat deſcendere ab iſtis, etiam ſi eſſent duo principia: ita, quòd aui, vel proaui materni matris ſuæ deſcenderent de Dauid, & aui paterni matris ſuæ deſcenderent de Abraham. Nunc autem non eſt ſic, cùm Dauid deſcendat de Abraham, & ſic non poterant connumerari tanquam duo principia. Quia tamen Euangeliſta poſuit illos tanquam duo principia, cùm dixerit, filij Dauid, filij Abraham: dixit hic Hieronymus quòd præſumpſit principia duorum. Quare autem poſuerit illos tanquam duo principia, cùm ſint vnum principium, declarabitur infra primo cap. *Vniuſcuiuſque prima circunciſio carnis.* Dependet ex præcedenti, ſcilicet, præſumpſit principia duorum: & vnius illorum erat prima circũciſio in carne. Iſte eſt Abraham, qui primò circunciſus eſt in carne, quia ei dedit Deus legem de circunciſione in pactum ſempiternum pro ſe, & pro filijs eius. Gen. 17. Et ipſe eſt, qui primò circunciſus eſt, cùm eſſet annorum nonaginta, eod. cap. Quare autem Deus circunciſionem impoſuit, & quare potius dedit eam Abrahæ, quàm alicui priori, & quid illa proficiebat, & quare octauo die, & quare in membro illo, & de multis alijs declaratum eſt eod. c. Dicitur hic circunciſio in carne ad differentiam aliarum circunciſionum: quia uocatur aliquis incircunciſus corde, & aliquis incircunciſus carne. Ratio eſt, quia circunciſio dicitur eſſe amputatio particulæ ſuperfluæ. Ideo quando quis habet aliquod ſuperfluum in ſeipſo, dicitur quantum ad illud incircunciſus. Et quia præputium videtur eſſe particula ſuperflua, vel non neceſſaria, licèt in veritate non ſit: habentes illam dicuntur incircunciſi carne. Et ſi quis habeat deſideria ſuperflua, vel nociua in corde, quæ ſequatur, dicitur incircunciſus corde. De vtroque patet Ezech. 44. ſcilicet. Sufficiant vobis ſcelera veſtra domus Iſrael, eo q̃ inducitis filios alienos incircunciſos corde, & incircunciſos carne, vt ſint in ſanctuario meo. Et iterum eod. cap. dicitur: Omnis alienigena incircunciſus corde, & incircunciſus carne, non ingredietur ſanctuariũ meum. Aliquando etiam dicitur mens incircunciſa Leui. 25. ſcilicet, inducam eos in terram hoſtilem, donec erubeſcat incircunciſa mẽs eorum. Dicitur etiam homo incircunciſus labijs, quando habet linguam impeditam ad loquendum: ſicut dixit Moyſes: Impediti oris, & tardioris linguæ ſum. Exod. 4. Et poſtea dixit ſe incircunciſum labijs. Exod. ſexto. Quomodo me audiet Pharao, præſertim cùm ſim incircunciſus labijs? Dicitur autem quòd Abraham habuit primò circunciſionem in carne: quaſi dicat, quòd non fuit ipſe primus, qui habuit circunciſionem in corde, quia omnis vir bonus, qui deſideria ſua carnalia amputat, & comprimit, dicitur habere mentem circunciſam. Ideo neceſſe erat, quòd omnes boni à principio ſeculi haberent cor circunciſum, & ſic non fuit primò in Abraham circunciſio cordis, ſed circunciſio carnis fuit primò in eo, quia nullus ante eum ſe circunciderat: nec Deus alicui iuſſerat. *Alterius, cuius ſecundum cor electio fuit,* Pendet ex præcedenti, ſcilicet, præſumpſit principia in generatione Chriſti duorum hominum, ſcilicet, alterius, cuius electio fuit ſecundùm cor, ideſt, ipſius Dauid, qui fuit electus à Domino ſm cor ſuum. Iſta ſunt verba Domini, quando

quando per Samuelem ſignauit Saulem repellẽdum de Regno, & dixit ei: ſtulte feciſti, nec cuſtodiſti mandata Dñi, ſed nequaquam Regnum tuum vltra conſurget. Quæſiuit ſibi Dñs virum iuxta cor ſuum, & p̃cepit ei Dñs, vt eſſet Dux ſuper Iſrael. 1. Regũ 13. Saul autem, qui præceſſerat eum, nõ fuit electus a Deo ſm cor, ſed magis propter inſtantiam populi, de quo magis dicetur infra primo c. *Et ex vtriſque patribus Chriſtus.* Quia dixerat, q̃ Matthæus sũpſit in generatione Chriſti principia duorum hominum. ſ. Dauid, & Abrahã, declarat hic, ad quod eſt hoc. ſ. quia Chriſtus voluit eſſe ex vtriſq; patribus. i. ex vtroq; tanquã ex patre. Eſt. n. pater principiũ generationis, & Chriſtus dr ex vtroq; tanquã ex patre, quia in principio libri Matthæi ponũtur Dauid, & Abraham quaſi duo principia diſparata generationis Chriſti. Poteſt iſta litera dupliciter intelligi: vno modo, q̃ Chriſtus eſt ex vtriſque patribus. i. ex vtroq; patre. ſ. ex vtroq; eorum tanquam ex patre: & tunc conuenientius diceretur, ex vtroq;. n. patre Chriſtus, quàm ex vtriſque patribus: cùm hic ſolùm diſtribuatur pro duobus: ex vtroque in ſingulari ſignificat duos: in plurali autem ſignificat plures quàm duos. Et tamen Hieronymus non ſeruat ſemper iſtam congruitatem: ſic patet Luc. 7. cùm dicitur de duobus debitoribus cuiuſdam fęneratoris, q̃ non habentibus illis vnde ſoluerent, donauit vtriſq;. Aliter poteſt intelligi litera, ſcilicet, quòd Matthęus poſuit iſtos duos tanquam principia generationis Chriſti: quia vnus eorum erat Patriarcha, ſ. Abraham, & alius erat rex, ſcilicet, Dauid, & vt ſignaretur, quòd Chriſtus ſecundùm carnem deſcẽdebat tam de Patriarchis, quam de Regibus, poſiti fuerunt iſti duo in principio genealogiæ Chriſti: & tunc litera ſtat propriè, ſcilicet ex vtriſque patribus Chriſtus, ideſt Chriſtus eſt ex Patriarchis, & ex Regibus, & vtrique ſunt patres Chriſti. *Sic quaterdenario numero triformiter poſito.* Hic tangitur modus ſcribendi genealogiam Chriſti quantum ad deductionem eius ex patribus per omnes deſcendentes. Et modus eſt, quòd deſcribit eam Matthæus per tres quaterdenas, ſcilicet in generatione Chriſti nominantur quadraginta duo homines incluſo ipſo Chriſto, & diuiditur totus iſte numerus per tres partes æquales, & eſt quælibet quatuordecim: & ſic ſunt tres quaterdenæ in Chriſti generatione. Vocat Hieronymus iſtas ſuper Matthæum tres Theſeredecades, ideſt, quaterdenas: quia theſeredecas eſt nomen Grecum ſignans quaterdena, & dicitur a theſera, quod eſt quatuor, & decas, ideſt, decena. Incipit prima quaterdena ab Abraham, & terminatur in Dauid. Secunda incipit a Dauid, & terminatur in tranſmigrationem Babylonis. ſcilicet in Iechonia filio Ioſiæ. Tertia incipit in alio Iechonia filio iſtius, ſcilicet poſt tranſmigrationem Babylonis, & finitur in Chriſto: vt dicitur infra primo capitulo, & dicitur ſic quaterdenario numero triformiter poſito, ideſt, ter ponitur a Matthæo numerus quaterdenarius, & etiam tribus modis: quia eſt ad ſignificandum tria tempora, ſcilicet, ſub Iudicibus, ſub Regibus, & ſub Sacerdotibus: vt infra dicetur. *Principium à credendi fide in electionis tempus porrigens.* Ponitur hic de quo ſint iſtæ quaterdenæ, ſcilicet, quomodo varientur per diuerſas rationes, & diuerſa principia. Nam prima quaterdena principium ſumit a credendi fide a tempore, quo cepit eſſe fides, ſcilicet, incepit ab Abraham, qui fuit principium fidei. Non eſt autem credendum, quòd ipſe fuerit totaliter principium fidei: ſed infra declarabitur. Et dicitur, quòd iſta prima quaterdena porrigit ſe vſque ad tempus electionis, ideſt, vſque ad Dauid, in quo fuit tempus electionis: quia ipſe eſt electus a Deo ſecundùm cor, vt dicitur ſupra in litera. Et totum hoc ſignat, quòd prima quaterdena incipit ab Abraham, & finitur in Dauid. Sed ſeruantur iſta pondera, & miniſteria lectionis ex conſuetudine oratoria: in qua non eſt nudis, & rudibus verbis vtendum. *Et ex electione vſque in tranſmigrationis diem dirigens.* Iſta eſt ſecũda quaterdena, quæ incipit ex electione, & finitur in tranſmigratione, ideſt, incipit à Dauid excluſiuè, & finitur in Iechonia filio Ioſiæ. Et dicitur incipere ab electione propter Dauid, qui electus eſt in regem à Deo. Et finitur in tranſmigrationem Babylonis: quia iſte Iechonias, in quo finitur ſecunda quaterdena ductus eſt in Babylonem. De hoc magis declarandum eſt infra primo cap. *Atque à tranſmigrationis die vſque ad Chriſtum definiens.* Iſta eſt tertia quaterdena, quæ incipit à tranſmigratione Babylonis, ideſt, à Iechonia filio Iechoniæ alterius: & iſte eſt nepos Ioſiæ: nam præcedens Iechonias, qui vocatur in libro Regum Ioacim non tranſmigrauit in Babylonem, ſed mortuus eſt in Ieruſalem, de quo Ieremias dixerat, quòd putrefactus eijceretur extra Ieruſalem, & quòd ſepultura Aſini ſepeliretur: Ieremiæ 22. Secundus autem Iechonias, ſcilicet, filius eius fuit ductus in Babylonẽ per Nabucodonoſor. 4. Regum. 24. licèt ibi vocatur Ioachin ſicut pater ſuus, & ab ipſo incipit Tertia quaterdena, & finitur in Chriſto, & dicitur a tranſmigrationis die vſque ad Chriſtum definiens, ideſt, concludens. *Decurſam aduentus Domini oſtendit generationem,* ideſt, poſitis his quaterdenis. Oſtendit Matthæus generationem aduentus Domini, ideſt, generationem, de qua Dominus venit, eſſe decurſam, ideſt, finitam: vel intelligitur, quòd oſtendit decurſam generationem aduentus Domini, ideſt oſtendit, quòd finitis omnibus generationibus ſupra poſitis fuit aduentus Chriſti, cùm ipſe ponatur vltimò in iſta generatione. Et dicitur decurſam, ideſt, decurrentem. Eſt decurrere a ſuperiori ad inferius venire, ſcilicet, decurrere, ideſt, deorſum currere. Et ſic proprie aqua decurtit, quia ad inferiora labitur. Iſta eſt hic de generatione Chriſti, quia à principio, & ſuperiori deducitur, vſque ad inferiora, & vltima. Et hoc dicitur ad differentiam Beati Lucæ, qui generationem Chriſti ordine contrario ſcripſit, ſcilicet, incipiens à Chriſto, & reducens vſque ad Abraham: & poſtea vſque ad Adam, & Deum. Iſta litera eſt ſuſpenſiua ab illo loco. *Sic quaterdenario numero.* Quaterdenario triformiter, ſcilicet, Matthæus, ſupple, ſumẽs principium à credendi fide, ideſt, ab Abraham: Et porrigens, ideſt, extendens in tempus electionis, ideſt uſque ad tempus Dauid, qui fuit electus à Deo: & hoc quantum ad primam quaterdenam. Et dirigens, ideſt, directè ſcribens per ſucceſſionem patrum ex electione, ideſt, à Dauid vſque ad tranſmigrationis diem, ſcilicet, Iechoniam filium Ioſiæ. Et hoc quantum ad ſecundam quaterdenam, atque diffiniens, ideſt, concludens, ſcilicet, totam Chriſti generationem, à tranſmigrationis die, ideſt, à Iechonia ſecundo nepote Ioſiæ vſque ad Chriſtum, ſcilicet, qui eſt vltimus in tertia quaterdena, oſtendit generationem aduentus Domini, ideſt, per quem Dominus uenit, uel deſcendit eſſe decurſam, ideſt finitam.

Alph. Toſt. in Prol. ſuper Matt. Enarr.

Quomodo dicitur, quòd principium credendi fuit in Abraham. Queſt. I.

QVAERITVR, quomodo dicitur, quòd principium credendi fuerit in Abraham. Aliqui putant, quòd uerum eſt, quòd ipſe fuit primus, qui in Deum verum credidit. Sed falſum eſt, quia ſine fide impoſsibile erat aliquem hominem ſaluari ad Hebræ. 11, ſcilicet. Sine fide impoſsibile eſt placere Deo. Et tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

multi ante Abraham saluati sunt. Ergo necesse est, q̃ F alij habuerunt fidem, Item nullus iustus est sine fide, quia iustus ex fide viuit. ad Rom. 1. Et tñ Noe fuit vir iustus. in generatione sua. Gen. 6. Ergo fidem habuit. Item nemo Deo acceptus est sine fide, & tñ Henoch acceptus fuit valde Deo: quia dr̃ in Gene. 5, q̃ ambulauit Henoch cũ Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. & Eccle. 44. dr̃, q̃ Henoch placuit Deo, & trãslatus est in paradisum: ergo fidem habuit. Item apostolus ad Hebræ. 11. laudans patres illos, qui per fidẽ probati sunt, ponit primò Abel dicens: Fide plurimã hostiã Abel, quã Caim obtulit Deo. Et dr̃ de Enoch, fide Henoch translatus est ne videret mortem, & nõ inueniebatur, quia transtulit illum Deus. Ergo ante G Abraham multi habuerunt fidem. Alij dicunt quòd Abrahã primus habuit fidem. s. explicitam: nam ante eum habebant cæteri uiri boni fidẽ implicitam, quæ sufficiebat ad saluandum eos, vt declaratur per Magistrum, & doctores. 3. Sent. 24. & 25. dist. Abraham autẽ habuit fidẽ explicitã, quia expresse credidit de Deo multa, q̃ hic dixit. s. q̃ in semine tuo benedicẽtur oẽs gentes. Gen. 12. Et q̃ daret sibi, & semini suo terram Chanaan, & quòd multiplicaret semen eius sicut stellas cœli. Gene. 13. & 15. Sed dicendum, quòd adhuc non stat, quia non solũ Abraham, sed ẽt omnes iusti, qui fuerunt ante eum habuerunt fidem explicitam, nec est possibile, q̃ aliquis homo habens vsum liberi arbitrij perfectum saluaretur sine fide explicita. Soli autem paruuli morientes post baptismum, vel post H circuncisionẽ saluantur in fide implicita. s. quia Deus infundit eis habitum fidei, spei, & charitatis, & ille habitus fidei vocatur fides implicita: quia non habet aliquem actum determinatum. Idem est de paruulis inter gentiles, quando saluabantur in fide parentum: cũ tamen aliquis est in adulta ætate, necesse est, quòd habeat fidem explicitam. Et ita dicit Mag. 3. Sententiarum distin. 25. quòd est quædam mensura fidei. s. explicitæ, quæ omni tempore fuit necessaria; nec potuit quisquã hominum sine illa saluari. Et ista est in duobus articulis, quos ponit Apostolus. ad Hebr. 11. Scilicet, Quòd accedentem ad Deum oportet credere quia est, & q̃ inquirentibus se remunerator sit. Et ita tenet Magister, & omnes doctores. 3. Sententiarum. I dist. 35. q̃ fuit ista fides explicita necessaria omni tempore, & omni homini: & ratio est: quia fides ponitur ad dirigendum actum in finem in gratuitis, sicut prudentia in moralibus, & sicut sine actu prudentiæ impossibile est ellici actum alicuius virtutis moralis: ita sine actu fidei impossibile est dirigi aliquem actum in Deum, vt est finis supernaturalis. Quilibet tamẽ actus fidei determinatus pertinet ad fidem explicitam: quia fides implicita non dicit actum, sed habitum solum. Omni enim tempore fuit necessaria hominibus fides explicita: ideo non fuit fides explicita primò in Abraham. Nam quando Abel fide hostiam obtulit. ad Hebræ. 11. fidem explicitam habebat. Idem de Henoch, ibidem, qui fide translatus est. Alij dicunt, quòd K Abraham non solùm habuit fidem explicitam, sed ẽt habuit fidem de Deo, specialiter de quibusdam, quæ non pertinebant simpliciter ad salutem. Et quando obijcitur de antiquis, quòd omnes habebãt fidem explicitam: uerum est hoc quantum ad illos duos articulos, qui erãt simpliciter dẽ necessitate salutis: & tamẽ non habebant fidem de aliquo alio mysterio specialiter: nec cognoscebant Deum particulariter: quia licẽt crederent Deum esse, & esse vnicum, & esse æternum, & alia quæ naturaliter cognosci possunt. ad Ro. 1. s. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, à creatura mundi intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius, & diuinitas: non tamen cognoscebãt Deũ particulariter quis ille esset, nec aliquid eis particulariter reuelabat, sicut supra dictum est, & Deus ei per angelos loquebatur indicans se quis esset. Dicendũ, q̃ non stat, quia etiam ante Abraham fuit Deus cognitus particulariter ab aliis, sicut ab Adam, & Heua, quibus Deus locutus est. Gen. 2. & 3. Etiã Deus locutus ẽ ad Noe, & reuelauit sibi mysteria particularia, q̃ mũdus delendus esset per aquã, & credidit Noe, & fecit arcam. Gen. 6. Et ista fides laudatur valde ad Hebr. 11, s. de Noe, responso accepto de his, quæ adhuc non videbantur, metuens, aptauit arcam in salutem domus suæ. Non ergo fuit Abraham primus, qui mysteria particularia credidit. Alij dicunt, q̃ uocatur Abrahã primus credentium. Vnde dr̃, tunc cœpisse tps fidei: q̃ ipse cõstitutus est pater fidei, & hæres eius à Deo, ita quòd fides pertineret ad ipsum specialiter tanquã quædã hæreditas sua, quia crediderat multa specialia. Sed non stat, quia Noe fuit pater, & hæres fidei institutus à Deo, sicut & Abraham ad Hebre. 11. s. fide Noe responso accepto de his, quæ adhuc non videbantur, metuens aptauit arcam in salutem domus suæ: per quam damnauit mundum, & iustitiæ, quæ per fidem est hæres institutus. Dicendum, quòd Abraham potest dici fuisse principium credendi propter tria: primò quantum ad specialem articulum. Nam fides est de his, quæ sunt necessaria ad salutem omnino: id autem pro quo salus nostra recuperanda fuit, erat mediator Dei, & hominum Christus Iesus, & sic fides specialis de isto mediatore quantum ad se, & ad modos redemptionis erat proprijssimè fides. In hac autem fuit primus Abraham, quia nulli legimus ante eum reuelatum fuisse mysterium mediatoris. Sibi autem reuelatum est quendam futurum esse, in quo benedicerentur omnes gentes. Gen. 12. Et non solùm sibi reuelatum est, sed etiam sibi promissum est quòd de semine suo nasceretur; cum dictum est: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Gen. 12. Quod exponit Apostolus ad Gala. 4. Si Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Et sequitur: Non dicit & seminibus, quasi in multis, sed in vno, & semini tuo, qui est Christus. Et sic in ista fide Abraham primus est, & ob hoc Apostolus ponit eum quasi patrem, & caput credentium. ad Gala. 4. Scilicet. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham, & sic omnes, qui sunt in fide subijcit Abrahæ, vel reducit in illum, tanquam in caput, vel originem fidei, & ob hoc vocauit eum specialiter fidelem dicens; benedicentur cum fideli Abraham. Secundò dicitur, quòd in Abraham cœpit fides, scilicet, quia ex quo cepit in ipso semper seruata est. Nam licẽt aliqui de patribus antiquis habuerint fidẽ specialem de quibusdã mysteriis, tamen non fuit illa fides contiuuata in posteros. Sicut Noe fuit iustus, & fidelis Deo multa particularia mysteria credens, tamen non fuit continuata ista fides in posteris suis, quia post diluuium dispersi sunt per terras, & quasi omnes ceperunt idola colere. Secus autem in Abraham, quia postquam ipse cœpit credere: posteri sui crediderunt, & mansit semper fides in populo illo vsque ad Christum. Et eadem fides nunc continuatur in christianis, qui verè uocãtur filij Abrahæ. Et uocantur verè Iudei, & uerè circuncisi. ad Rom. 2. s. Et indicabit id, quod est ex naturã præputium, legem consummans te, qui per literã, & circuncisionẽ præuaricator legis es. Nõ enim qui in manifesto Iudæus est, neque que in manifesto in carne est circuncisio: sed qui in abscondito, Iudæus est; & circuncisio cordis, in spiritu, non litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Tertiò dicitur principium fidei in Abraham, quia ibi nõ cepit fides, sed status fidei. Nã in præcedẽtibus patribus

fides

Oẽs qui ab initio saluati sunt habuerũt fidẽ explicitã si fuerũt adulti: uel implicitã si fuerũt paruuli.

Fides explicita in antiqs erat credere Deum esse, & eundẽ se inquirentium remuneratorem.

fides fuerat, non tamen fuit status fidei, idest, non fuit A in illis fides tanquam in quodam statu, vel obseruatione vitæ: in Abraham, autem fuit sic, quia primò Deus ei reuelauit, quid credendũ erat particulariter de mediatore, scilicet, quòd per illum benedicerẽtur omnes gentes, & reuelauit, q̃ ille mediator de semine suo futurus esset. Postea autem uoluit eum separare à cæteris gentibus, & dedit ei separatum signum. s. circuncisionem, vt sicut in modo fidei ab omnibus gentibus distinguebatur: ita, & in signo corporali, & quibusdã cæremonijs vitæ distingueretur ab omnibus, idest, q̃ non solùm ipse, sed etiam omnes descendentes de semine suo haberent istam separationem, tanquam semen sanctificatum, cùm iam reuelatum esset, q̃ ex eis Messias descensurus esset. Ante Abraham autẽ nulli B hoc reuelatum fuerat: ideo nulli ante eum danda fuit circuncisio: nec fuit quisquam ante eum separandum à cæteris gentibus, quia adhuc speciale apparebat in illo, propter q̃ separari deberet. Et sic in Abraham cœpit fides, idest, status fidei, quantum ad quendam modum uitæ, & religionis: In alijs autem patribus fuerat fides, idest, status fidei, quia non erat in eis aliqua cæremonia, vel specialis obseruatio cum illa fide, sicut fuit in Abraham.

Quare diuerso modo Matthæus, & Lucas genealogiam Christi texuerunt. Quæst. 11.

QVAERITVR, Cùm dicatur hic quòd Mat C thæus decurrit generationem Christi. s. à principio usque ad finem, & Lucas enarrauit illam conuertendo à fine usque ad principium, quare hoc factum est. Dicendum q̃ Matthæus enarrauit generationem Christi eo modo, quo cõmuniter enarrantur omnes progenies. s. per ordinẽ descendentium: Lucas autem omisit modum communẽ: ideo non oportebat quærere aliquam causam, quare Matthæus sic enarrauit. Nam fecit q̃ fieri consueuerat. De Luca autem rationabiliter quærendum erat, quare sic fecit: cùm contra consuetum fecit. Dicendum q̃ isti duo euangelistæ enarrando generationẽ Domini uoluerunt ostendere duas habitudines hominis ad Deũ. Vna est Dei ad hominem. Alia est hominis in Deum D euntis. Primam Matthæus descripsit: ostendens Christum uenientẽ ad nos. Et sic dicitur in litera, q̃ decursam aduentus Domini ostendit generationem. Secundam descripsit Lucas: ostendens Christum redeũtem in Deum, & reducens hominem in Deum, quia ista duo sunt nobis necessaria ad salutem. s. q̃ Deus ad nos veniat, & q̃ nos ad Deum eamus. Venit Deus ad nos gratificando nos sibi, & manendo in cordibus nostris, sicut dixit Christus Ioan. 4. s. Qui diligit me sermones meos seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eũ ueniemus, & mansionem apud eũ faciemus. Homo uadit in Deum, tanquam in finem suum beatificantem. Quia tamen non potest homo ire in Deum, vt in beatitudinẽ, nisi prius Deus venerit ad eum, decuit q̃ Mat E thæus primò describeret generationem Christi, vt uenientis ad nos, & postea per Lucam, vel per aliquem alium describeretur generatio Christi, vt redeuntis in Deum. Et sic factum est. Et quia homo incipit redire ad Deum oportet credere, & quia baptismus est prius sacramentum fidei, idest, in quo fides infunditur baptizato, conuenienter Lucas post Christi baptismũ descripsit generationem eius, vt redeuntis in Deum: quasi per baptismũ innuat hominẽ redire in Deum. Luc. 3. Alia ratio esse potest. s. quia ambo euangelistæ scripserunt generationẽ Christi. Christus autẽ habuit se dupliciter, quia ab æterno erat Deus inuisibilis cum patre manens, & apud patrem, vt dicitur Ioan. 1. s. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deũ. Postea uenit ad nos assumendo carnem nostram, & inter nos conuersatus est. Deinde redijt ad statum priorem manens apud patrẽ: iam nunc nobis inuisibilis factus. Hæc duo declarauerunt isti duo euangelistæ: Nam primus tetigit generationem Christi; qua uenit ad nos faciendo se visibilem, cũ prius esset inuisibilis. Secundus narrauit generationẽ Christi reducendo eũ in Deum, fm q̃ à nobis recedens cùm prius esset visibilis, factus est inuisibilis: cum Deo patre manens, à quo exierat.

Alph. Tost. super Prol. in Matt. Enarr.

Vt & numero satisfaceret, & tempori: & se quid esset ostẽderet, & Dei in se opus monstrans, etiã in his, quorũ genus posuit, Christi operantis à principio testimonium non negaret. Quarum omnium rerum tempus, ordo, numerus, dispositio, vel ratio, quod fidei necessarium est: Deus Christus est, qui factus est ex muliere, factus sub lege, natus ex virgine, & passus in carne, omnia in cruce fixit, vt triumphans ea in semetipso resurgens in corpore, & patris normã in patribus filio, & filij nomen patri restituens in filijs, sine principio, sine fine, ostendens vnum se eum patre esse, quia unus est. In quo euangelio vti le est desiderantibus Deũ, sic prima, vel media, vel perfecta cognoscere, vt, & vocationẽ Apostoli, & opus euangelij, & dilectionem Dei in carne nascentis per vniuersa legentes intelligant, atque in id eo, in quo reprehensi sunt, & apprehendere appetũt recognoscãt. Nobis enim in hoc studio argumenti fuit, & fidem factæ rei tradere, & operantis Dei intelligendam diligẽter esse dispositionem, à quærentibus non tacere.

Vt, & numero satisfaceret, & tempori. Idest Matthæus scripsit generationẽ Dñi per tres quaterdenas, vt per hoc satisfaceret numero, & tẽpori. Sunt enim in hoc tres numeri. s. tres, & quatuor, & decem. Et conueniẽs fuit obseruari istos in generatione Christi, quia conueniebãt isti numeri mysterijs Christi. Nam quaterdena componitur ex quatuor, & decem, per quos numeros signatur utraque lex. s. noua lex per quatuor, quia scripta est in quatuor euangelijs, lex vetus signatur per decem, pp decem præcepta, quę sola dedit Deus toti populo Israel in uoce clangoris, & bucinæ. Cætera autẽ dedit per Moysem Exo. 2. & Deut. 5. Per ternarium significatur misteriũ Trinitatis, quod utrique legi conueniebat, sed in noua lege magis explicitè, in ueteri autẽ magis obscurè. Alio modo satisfit numero, q̃a Matthæus in generatione Christi posuit. 40. & duas personas cõputato ipso Christo, & dicũt quidam, q̃ factum est ad signandũ quadraginta duas mãsiones, per quas Israelitę venerunt de Aegypto, vsque ad terrã promissam. Numeri. 33. Sed prima applicatio melior est, quia mansiones Iudęorum parum faciunt ad intentionem Christi. Et si ponũtur. 42. in generatione Christi non fit hoc nisi, vt ex eis fiant tres quaterdenæ, & applicabuntur ad misterium supra positum. Satisfacit tẽpori Matthæus per numerum ternarium, quia tres fuerũt quaterdenæ ad significandũ tria tpa, per quæ decurrit

Quare Matth. posuit ter quaterdenas in Christi generatione.

ista generatio Christi. Nam Iudei à principio regeban
tur per iudices. Quod fuit usque ad Saulē. Deinde re-
gebantur pet Reges, quod fuit usque ad captiuitatem
Babylonis. Postea aūt regebantur per sacerdotes: licèt
multi illorū fuerunt Reges sicut Aristobolus, Alexan
der, Hyrcanus, & Ioānes Hyrcanus, & alij. Et hoc fuit
à captiuitate Babylonis usque ad Christum. Nam pau
lo antequā Christus nasceretur cessauerant Reges Iu-
dæorū. Et ipse natus est in tpe Regni Herodis Ascha-
lonitæ, qui fuit primus Rex alienigena. Nam ipse fuit
de genere Idumęorum. Aliter satisfacit tpi, quia p tres
quaterdenas signat tria tpa. s. ante legem, sub lege, &
sub gratia. Et Christus pertinet ad omnia ista tpa, quia
in nullo istorum potuit esse salus hominibus nisi per
fidem explicitam, aut implicitā Christi, vt supra decla-
ratum est. *Et se quid esset offenderet.* Istud iam non perti-
net ad superiorem sententiam de tribus quaterdenis,
sed est sensus, ꝙ Matthæus non solùm posuit illas tres
quaterdenas in euangelio suo ad satisfaciendum tpi,
& numero suo, sed ēt ostendit ex se ipso quis esset, qa
infra 9.c. dicit de se, ꝙ erat publicanus sedens in Telo-
nio. *Et Dei in se opus monstraret*, i. ostendit opus, ꝙ Deus
in illo feci t. s. cùm ipse esset in statu peccati, quia erat
publicanus, Deus ex sola gratia vocauit eum ad se, &
fecit eū Apostolum, & Euangelistam. Et utraque po-
testas à Deo est, & uocatur gratia eius, vt patet infra
Cor. 12. & ad Ephe. 4. & declaratum est in præcedenti
Prologo. *etiam in his, quorum genus posuit Christi operantis
à principio testimonium non negaret.* Idest non solùm Mat
thæus ostendit in se opus Dei, sed ēt ostendit testimo-
nium Christi operantis à principio in illis, quorum ge
nus posuit: Matthæus posuit genus omniū, qui ponun
tur in Christi genealogia, quia sicut per istam scriptu-
ram Matthæi cōstat de omnibus auis, & proauis Chri
sti maternis, ita cōstat de auis, & proauis cuiuslibet po-
siti in hac genealogia: ideo Matthæus non solùm scri-
psit hic Christi generationem, sed ēt generationē cu-
iuslibet illorum. Est tn uerum, ꝙ non scribūtur illi nisi
per Christum: in quantum pertinēt ad progeniē eius.
Et est hic figura locutionis, s. Lyptote, cùm minus dr̄,
& plus significatur: quia dr̄, Christi testimonium non
negaret, & est sensus, ꝙ Matthæus non solùm non ne-
gauit testimoniū Christi, sed ēt expresse posuit illud.
Nam nos non negamus testimonium Christi, & tn̄ ni
hil dicimus: Hieronymus aūt uoluit plus significare. s.
ꝙ Matthæus non solùm non negauerat, sed ēt expres-
serat. Dicitur aūt ꝙ Matthæus posuit testimoniū Chri
sti à principio operantis in his, quorū genus scribebat,
idest, ostēdit qūo Christus misericorditer se habuerat
ad istos patres à principio totius generationis. Ponun-
tur aūt hic in principio generationis Christi Abrahā,
& Dauid, & ad istos fuit magna misericordia Christi,
quia Deus ex sola gratia, & liberalitate elegit potius
Abraham, q̄ aliquem alium de contemporaneis suis:
cui familiariter loqueretur, & cui promitteret Messiā
nasciturum de semine suo, & quod semen suū possi-
deret terram Chanaan. Non. n. meruit ista Abraham
anteq̄ Deus inciperet sibi bene facere: Et si dicas, ꝙ A-
braham etat à principio iustus, & merebatur ista: dicē
dum ꝙ falsum est, quia pręuenit eū faciendo ipsum iu
stum, vt esset talis, qui conuenienter esset capax bene-
ficiorum eius. Et ita poterat prævenire quemcunque
alium contemporaneū Abrahæ, iustificando eum, vt
esset capax illorū bonorū, quæ promissa fuerūt Abra-
hæ, & tunc promitterenrur illi, & non Abrahæ, & ma
neret Abrahā, sicut unus de gentilibus in infidelitate,
sed elegit eum Deus solùm, quia uoluit. Et nō solùm
qn̄ Deus vult alicui facere bonū ex liberalitate sua, prę
uenit eum, iustificando eū uiuentem, vt dignus efficia
tur illis bonis, quæ recepturus est, sed potius prævenit

Quare po-
nuntur Da-
uid & Abra
ham in prin
cipio Chri-
sti genera-
tionis.

eum ab æterno præparando eum ad illud bonum. Sic
ponit Apostolus exemplum de Esau & Iacob ad Ro.
9. s. Cùm enim nondum nati fuissent, aut aliquid egis-
sent boni, aut mali, non ex operibus, sed ex uocante di
ctum est, quia maior seruiet minori, sicut scriptū est:
Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Ideo Deus prę-
nit Abraham eligendo eum ad istud bonum antequā
nasceretur, nō ex aliqua causa, sed solùm, quia uoluit.
Et non solùm nulla fuit causa, sed etiam nulla esse po-
tuit quare Deus ab æterno potius eligeret Abraham
ad hoc, quā aliquem alium, quia hoc dato, non esset
voluntas Dei prima regula rerū, sed penderet ex qui-
busdam rationibus determinantibus eam ad hoc, vel
ad illud, quæ se tenerent ex parte creaturæ. Quod non
solùm est falsum, sed etiam absurdum est ipsum cogi-
tare. Item non stat qd̄ illi dicebant, quia etiam si Abra
ham potuisset esse iustus antequam Deus eum præue
niret, non poterat per illam iustitiā mereri omnia ista
quæ sibi promissa sunt, quia iustitiæ nostræ, vt ait Isa.
sunt sicut pānus mulieris menstruatę, & sic per eas nō
possumus mereri aliquid insigne de condigno, nisi
Deus nobis ex gratia dederit. De Dauid idem dicen-
dum est, ꝙ ex Dei misericordia consecutus est omnia
bona. Nam non meruit ipse, ꝙ eligeretur à Deo in Re
gem, & quod Deus diligeret eum in tantum, vt dice-
ret, inueni uirum secundùm cor meum. Primo Reg.
13. & ꝙ Deus promitteret ei regnum non solùm pro
se, sed etiam pro tota sua posteritate. Vnde & ipse Da-
uid miratus est, quando Deus ei ista promisit, dicens:
Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, vt
prætares mihi talia, 2. Reg. 7. & 1. Paralip. 17. Aliter po
test intelligi. s. ꝙ Matthæus ostendit testimoniū Chri
sti operantis, idest, misericordiam eius in istis, quorum
genus scripsit. s. ꝙ licèt essent peccatores plurimi eo-
rum uoluit descendere de eis ſm carnem. Et ob hoc
Matthæus exprimit specialiter in Christi generatione
quasdam mulieres peccatrices, vel tales, quæ non erāt
dignæ, vt de eis descenderet Christus: vt cū appareat
de eis descendere videatur maxima Christi misericor
dia, qui de talibus nasci dignatus est. Et ista est hic pro
pria intentio Hieron. ita ipse ait super Matthæū, ꝙ in
genealogia Christi nullā sanctarū fœminarū legimus
poni: sed eas, quas scriptura cōdēnat. Et hoc patet ex-
emplariter. Nam prima mulier noīata in Christi ge-
nealogia est Thamar, de qua Iudas genuit Phares, &
Zaran. Et ista fuit peccatrix: quia comixta est carnali-
ter socero suo illo nescięte. Gen. 38. Secunda ponitur
Raab, de qua Salmon genuit Booz. Et ista fuit pecca-
trix, quia fuit meretrix Ierichontina. Iosue. 2. Tertia
est Ruth, ex qua Boox genuit Obed. Et ista licèt nō le
gatur peccatrix: fuit tamen gentilis de Moabitis, vt
patet Ruth primo. Et ad illos non pertinebat pro-
genies Christi: Christus tamen dignatus est illam esse
in progenie sua ex gratia. Quarta fuit Bethsabee, de
qua dicitur, quòd Dauid genuit Salomonem ex ea,
quæ fuit Vriæ. Et tamen illa fuit peccatrix: quia fuit
adultera. secundo Reg. 11. & 12. Et exprimit eas spe-
cialiter Matthæus, vt significetur misericordia Chri-
sti, qui de talibus dignatus est nasci. Et hoc est testimo
nium, quod Christus ostendit à principio in his, de
quibus descendit. *Quare omnium rerum.* Hic ponitur ter
tium. s. huius Euangelij materia principalis: quæ est
subiectum huius libri, & omnium aliorū Euangelio-
rū, cū in omnibus tractetur de Christo Deo, & hoīe,
quantū ad actus, & passiones suas. Et hoc tangitur, cū
dr̄, quarū oīum rerum, &c. *Quod fidei necessarium Deus
Christus est.* Idest, istæ res solùm pertinent ad hoc, ꝙ est
Christus Deus, & hō. Et dr̄ quarū oīum rerū. s. oīum
rerū supra positarū de Christi genealogia. *Tps.* i. tps,
& ordo, & numerus, & dispositio istarū rerū solū est

ad de-

ad declarandum quòd Christus est Deus, qui factus
ex muliere, &c. Et dicitur tempus, quia in genealogia
Christi cōsiderantur tempora tria. s. sub iudicibus, sub
regibus, sub sacerdotibus, vel tempus ante legem, sub
lege, & sub gratia. Ordo consideratur in genealogia
quantum ad ordinem ipsarum personarum secundū
successionem temporum. *Numerus.* Consideratur nu-
merus quantū ad personas: quia cū sint tres quaterde
næ sunt quadraginta duæ personæ. *Dispositio, uel ratio.*
Idest, ꝙ sic ordinentur, vel disponantur secundū rōnē.
Quod fidei necessarium est Deus Christus est. Idest, omnia
ista supra posita inquantū sunt necessaria ad fidē, solū
pertinent ad hoc, vt inducatur qūo Christus est Deus,
& assumpsit carnem de Virgine, & redemit nos in ea
in cruce. Isto modo exponit Nicolaus, & alij. Aliter tn̄
videtur. s. ꝙ tempus ordo, & numerus nō refertur ad
genealogiam Christi sicut expositū est: sed ad aliquid
aliud. Primò patet, quia istud relatiuū. s. quarū omniū
rerum, refertur ad omnia præcedentia. Et tn̄ supra nō
solùm tactum est de genealogia Christi, sed etiam de
statu Matthæi, & de gratia Christi vocantis eū: ideo tē
pus, ordo, numerus non solū ad genealogiā referendū
est. Secundò patet, & efficatius: quia hic dr̄ tps, ordo,
& numerus istarum rerū esse solū ad inducendū qūo
Christus fuit Deus, & assumpsit carnem, & in cruce
moriens redemit nos, & resurrexit, & tn̄ ordo, tps, &
numerus, & dispositio genealogiæ Christi nō ptinet
ad hoc: quia ex illo ordine numero, & tpe, nihil istorū
inducitur. Dicendum ergo, ꝙ istud intelligitur de to-
to Euangelio Matthæi, & prę|supponendum est, quòd
cū Hieron. supra dixerit quòd Matthæus tetigit Chri
sti generationem, & tetigit de se ipso, & de Dei gratia
quantum ad se, & alios, ꝙ voluit per hoc intelligere
traditam esse in vniuersali totam materiam Euangelij
Matthæi. Et tūc sequitur. *Quarum omnium rerum.* Idest,
ꝙ omnium istarum rerum, quæ tractātur in Matthęo
tempus, & ordo, & numerus, & dispositio solùm est
ad hoc, ꝙ appareat Christum esse Deum, & hominē,
& pro nobis mortuum, & nos redemisse, & tunc pla-
na est litera, scilicet, quòd omnia quæ Matthæus tan-
git solùm inducuntur ad hoc. Et non solùm ea, quæ
tangit Matthæus, sed etiam ea, quæ tangunt omnes
Euangelistæ: quia nihil aliud omnes intendunt, cùm
in hoc sit tota fides, & dicitur, quarum omnium re-
rum, scilicet, narratarum in lib. Matthæi. tempus. s. cō-
sideratio temporis, in ipsis rebus. s. ꝙ quædam fuerint
ante Christi prædicationem, & alia post: quædam an-
te mortem, & alia post mortem, & sic de varijs tem-
poribus rerum narratarum: Ordo, scilicet, considera-
tio ordinis quantum ad ipsas res, quòd quædam præ-
ponantur, & alia postponantur. Nam interdum ser-
uatur ordo temporis in illis, qui est ordo naturalis: in-
terdum ordo artificialis, scilicet, quod quædam, quæ
sunt priora tempore postponātur: cùm sic interdum
conueniat ad concludendum id quod intendimus.
Quod fortè non fieret ita conuenienter, si per om-
nia obseruaremus ordinem temporis. Numerus, sci-
licet, numerus rerum narratarum. Quasi dicat, quòd
Euangelistæ multa, vel pauca de Christo dicant, non
est intelligendum, quòd ideo solùm tot dixerint, quia
de Christo nulla alia quæ dicerent, inuenerint: vel
quia Christus nulla alia fecerit: sed ideo tot, & talia po
suerunt, quia credebant ista sufficere ad id, quod in-
tendebant, scilicet, ad probādum Christum esse Deū
& hominem, pro nobis mortuum, & nos redimen-
tem. Et si putauissent plura esse necessaria ad probā-
dum hoc, multo plura scripsissent: quia Christus fe-
cit multa alia, quæ scribere poterant, sed non scripse-
runt illa, quia non putauerunt esse necessaria ad pro-
bandum quod dictum est: sic patet Ioann. 2. scilicet.

Alph. Tost. super Prol. in Matt. Enarr.

Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu
discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro
hoc. Hæc autem scripta sunt, vt credatis: quia Iesus
est Christus filius Dei, & vt credentes vitam habea-
tis in nomine eius. *Dispositio, uel ratio.* Idest, quòd istæ
res disponantur, sic, & regulentur secundùm rationē,
scilicet, ꝙ vnus Euangelista sic ordinet processum
suum, & alius sic, totum est ad probandum qd̄ dictum
est, cùm quilibet Euangelista idem probet, licèt diuer
so processu, & ordine. *Quod fidei necessarium est.* Idest,
quantum ad id, quod est necessarium ad fidem. *Deus
Christus est.* Ab isto loco vsque ad illum, scilicet, in quo
Euangelio, ponuntur conclusiones, siue articuli prin-
cipales fidei, quos intendit probare Matthæus, vel de-
clarare ex narratione sua. Ideo subiectum totius libri
est Christus Deus homo, ut faciens, & patiens. Hic
etiam dicitur Christus Deus esse. s. ipse Christus, qui
est Deus est subiectum libri. Christus significat Mes-
siam, sicut patet cùm quæsiuit Iesus à pharisæis de
Christo cuius filius sit, idest, cuius filius debeat esse
Messias. Matth. infra 22. & dixerunt Iudæi: Christus
cùm venerit nescietur vnde sit. Ioan. 7. Idest, nescietur
vnde veniet Messias. Et iterum ibidem: Nunquid ve-
rè cognouerunt Principes, quia hic est Christus: idest,
Messias. *Qui factus est ex muliere.* Idest, qui natus est, ma
gis. n. propriè dr̄ natus, q̄ factus, quia facere pertinet ad
rē, quæ æquiuocè producitur, & est extra facientē. Si-
cut propriè ad artē pertinet facere, quia artifex opera-
tur in materia quæ est extra ipsum, & est illa, productio
æquiuoca, quia res producta per artē non est in specie
artificis, & tn̄ cū nascitur hō ex muliere est uniuoca
productio, qa est hō ex hoīe, & non est de materia ex-
teriori, sed de subitātia generantis? & tn̄ in scriptura
est iste modus loquendi, quia apostolus dicit Christū
factū esse ex semine Dauid ſm carnē, ad Rom. Et di-
cit factum ex muliere, ad Gal. 4. *Factus sub lege.* i. natus
tpe legis, qa adhuc durabat lex Moysi, qn̄ Christus na
tus est. Nec cessauit nisi post mortē Christi, qn̄ fuit
Euangeliū publicatū. Ista uerba sumit Hiero. de Apo-
stolo, ad Gal. 4. s. At vbi uenit plenitudo tpis, misit
Deus filiū suū factum ex muliere, factū sub lege. *Na-
tus ex Virgine.* Iste est unus articulus fidei, quem Mat-
thæus probat, infra 1. & Luc. 2. c. *Passus in carne.* s. Pro
pro nobis mortuus, & tn̄ non fuit mortuus ſm carnē:
quia Christus erat Deus, & homo. Erat. n. Deus p na-
turā, & hō p assumptionē humanitatis. Christus aūt
nō fuit mortuus nisi ſm ꝙ hō ex infirmitate carnis,
qd̄ quātū ad hoc statutū erat de eo, sicut de uno quo-
que hoīe semel mori, ad Hebr. 9. Deitas aūt, vel psona
diuina mori non potuit. Et quia aliqui putabāt Chri-
stum esse purum hominem, & non fuisse ante Ma-
riā, sicut dicebāt Cherinthiani, & Hebionitæ, & Aria-
ni, & alij hæretici, vt declaratū est præcedenti prologo,
isti. n. putabant totaliter Christū fuisse mortuū, sicut
hō totaliter moritur, quia post mortē non manet pso
na hominis licèt maneat anima, & tn̄ in triduo mor-
tis Christi manebat Christus sicut prius, licèt non eēt
tunc homo sicut prius: ideo non erat totaliter mor-
tuus sicut hō, & ad hoc dicitur, ꝙ passus est, uel mor-
tuus ī carne. i. solū ſm carnē. *Omnia in cruce fixit.* scilicet,
Omnia peccata nr̄a fuerūt cum Christo crucifixa, &
ibi moriendo occidit oīa illa, vel destruxit. Et est figu-
rata locutio. In quo præsupponendū, ꝙ qñcunq; quis
peccat mortaliter, incurrit obligationem ad mortem
æternam in inferno, & est ac si homo qualibet vice
faceret instrumentum obligationis, in quo se fatere-
tur obligatum ad mortem æternam pro illo actu. Et
sic quot peccata hō habet, tot chyrographos obliga-
tionis, ideo quandiu manserint isti chyrographi inte-
gri, manet homo obligatus. Et tamen nos redi-

Subiectum
Euangelio-
rū est Chri-
stus Deus,
& homo, vt
faciens, &
patiens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mendi eramus per mortem Christi:ideo oportebat q̃ Christus moriens omnes istos chirographos cassaret, deleret, vel rumperet, quia alioquin, illis saluis nos manebamus obligati, vel saltem constabat nos manere obligatos. Ideo dicitur, quòd Christus fixit istos chirographos in cruce, scilicet, perforauit eos, scilicet, quia quando aliquod instrumentum perforatur, vel rumpitur per hoc perit vigor eius: ita cùm Christus abstulerit nobis obligationem ad mortẽ, dicitur cassasse chirographos illos, vel rupisse, aut clauo fixisse, quia per quemcunque modum istorũ anihilatur instrumentum. Istud posuit Apostolus ad Colo. 2. scilicet; Conuiuificauit vos cũ illo donans vobis omnia delicta, idest, remittens, & sequitur, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud Cruci, *& triumphans ea in semetipso*. Idest uincens peccata in se ipso. Peccata enim ante hoc ex eo, quòd obligabant homines ad mortem æternam, dicebantur illis aduersari: ad hoc autem, quòd non aduersarentur, oportebat facere, quòd illa non haberent aliquam uim obligandi. Et fuit pugnare contra peccata, & triumphare de eis. Et triumphauit in corpore suo, vel in semetipso, scilicet, quia ex eo, quòd ipse mortuus est, peccata simul mortua sunt. Alij autem uincunt hostes per hoc, quòd occidunt illos; Christus autem vicit peccata, quæ erant quasi hostes, per hoc, quòd occisus ipse est. Ideo non triumphauit Christus in alio, sed in seipso: *resurgens in corpore*, Iste est alius articulus principalis, & illum declarant omnes Euangelistę, & dicitur resurgens in corpore, idest, resurgens solùm secundùm corpus. Nam ille simpliciter dicitur resurgere, qui simpliciter, vel totaliter moritur: Christus autem non mortuus est totaliter, scilicet, quia non mortua est persona diuina, licèt per communicationem idiomatum cõcedamus, quòd Deus mortuus est, & sit uera propositio ex eo, quòd Deus est homo, & homo moritur, & quia Christus non mortuus est nisi secundùm carnem, non potuit resurgere nisi secũdùm carnem. Et hoc etiam est contra hæreticos, qui dicebant Christum purum hominem, & tamen si esset purus homo, ipsa persona verè moreretur, & uerè resurgeret, & non oporteret poni istam limitationem, scilicet, passus in corpore, & resurgens in corpore, & patris nomen in patribus filio, & filij nomen patri restitueret in filijs, scilicet, Christus mortuus est ad restituendum patribus nomen patrum, & ad restituendum filijs nomen filiorum. Pro quo sciendum, quòd pater, & filius cùm sint correlatiua, vnũ non manet sine altero, sed posita se ponunt, & perempta se perimunt. Erat autem Abraham genitor omnium Iudæorum, & ei promissum est, quòd Messias veniret de semine suo. Cùm autem Christus venit, & non receperunt eum Iudei, desierunt esse filij Abrahæ, quia non erant participes illius benedictionis, quæ fuerat promissa Abrahæ, Gene. 12. scilicet: In semine tuo benedicentur omnes gentes, idest, in semine quod est Christus ad Gala. 4. Et tunc Abraham desijt esse pater, quia non habebat filios. Christus autem veniens restituit patribus nomen patrum, & filijs nomen filiorum, quia Gentiles susceperunt fidem Christi per prædicationem Apostolorum, & per hoc cœperunt esse filij Abrahæ, qui erat pater omnium credentium, & omnes credentes dicũtur benedicti cum fideli Abraham, ad Gala. 4. Et tunc Abraham cepit habere filios, & cœpit esse pater: cùm prius perijsset paternitas, & filiatio. Et isti qui crediderunt in Christum vocati sunt postea verè filij Abrahæ, & verè Israelitæ magis quã illi, qui descẽdebãt ab eo secundũ carnem. Patet hoc ad Roma. 9. scilicet. Non enim omnes, qui ex Israel hi sunt Israelitæ: nec qui semen Abrahæ sunt omnes filij, sed in Isaac vocabitur tibi semẽ, idest non, qui filij carnis, hi filij Dei, qui filij sunt promissionis extimantur in semine. Quasi dicat. Si filius Abrahæ sicut Isaac: immo magis, quia Ismael totaliter natus est secũdum naturam nullo existente miraculo: Isaac verò aliqualiter super naturam genitus est, quia desierant Saræ fieri muliebria: Gene. 14. Et erat caro Abrahæ mortua, & emortuus venter Saræ, & acceperunt à Deo uirtutem, vt patet Ioan. 4. & Hebr. 11. & tamen solus Isaac filius vocatur Abrahæ, & noluit Deus, q̃ vocaretur Ismahel filius Abrahæ, dicens: In Isaac uocabitur tibi semen. Gene. 21. Ergo noluit Deus uocari filios Abrahæ eos, qui erant secũdùm solam carnem, sed eos, qui erant secundùm repromissionem. ideo Apostolus concludit ex hoc, quòd Iudæi, qui recesserunt à fide Abrahę, non fuerunt filij eius, quia nõ pertinent ad repromissionem, cùm non communicent in Christo, qui erat repromissus, in quo erat benedictio. Gentiles autem accipientes fidem Christi, quam tenuit Abraham, efficiuntur participes repromissionis factæ ad eum. Ideo isti sunt ueri Israelitæ, & ueri filij Abrahæ. Et quia in hac fide non fuit solus Abraham, sed etiam multi alii Patriarchæ, & Prophetæ, qui vocantur patres, omnes illi perdiderant iam nomen paternitatis, quia filios non habebant, omnibus illis nomen paternitatis restitutum est. Cùm autem dicitur quòd filijs restitutum est nomen filiorum, accipitur restituere, idest dare, quia propriè restituere est in eo, qui spoliatus est, vel saltem in eo qui perdidit rem: Gentiles autem nunquam habuerant nomen filiationis, quia nunquam fuerant filij Abrahæ. Sed nunc nõ uiter per fidem Christi illud acceperunt. Ideo nõ fuit eis propriè restitutum, sed datum, ideo accipitur largè restituere, idest, dare. Patribus autem scilicet Abrahæ, & alijs propriè restitutum est nomẽ paternitatis, quia spoliati fuerant eo per iniquitatem filiorum, qui recedere uoluerũt à filiatione. Aliter potest intelligi, quòd accipiatur restituere propriè, scilicet, quia Abraham, & alij Patriarchæ, & Prophetæ fuerunt patres in regula fidei, & operum, & omnes Iudæi, qui sequebantur eorum exempla, erant filij ipsorum non solùm secundùm carnem, sed etiam per imitationẽ. Et tamen ante aduentum Christi plurimi istorum declinauerãt tam à fide, quàm ab operibus antiquorum, & sic desinebant ipsi esse filii, & antiqui desinebãt esse patres. Multos istorum Iudæorum Christus per prædicationem suam, & Apostolorum conuertit ad fidem, & ad opera Abrahæ, & aliorum antiquorum: ideo restituit illis nomen patrum, & istis nomen filiorum. Et accipitur restituere propriè, quia utrique perdiderant nomen, scilicet, antiqui tanquam uiolenter spoliati nomine paternitatis per iniquitatem istorum, & isti tanquam sponte abrenunciantes filiationem recedendo ab imitatione patrum. Iste modus loquendi est in scriptura, vt Malach. 4. scilicet. Ego mittam uobis Eliam, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. Corda filiorum conuertuntur ad patres, quando redeunt ad imitandum eos quos desierant imitari: & corda patrum conuertuntur ad filios, quando patres dignantur habere in filios propter nouam assimilationem eos, quos prius habere dedignabantur in filios proprer dissimilitudinem. Et exponunt istam literam Nicolaus, & alius expositorum prologorum sic, scilicet, vt restitueret patribus, scilicet, antiquis nomen patris, scilicet, quod perdiderant filio, idest, ad honorẽ filii, scilicet, quia magnus honor est Christo, q̃ restituatur istud nomen paternitatis antiquis, & restitueret in filiis nomen filii, idest, filiorũ patri, idest, ad honorẽ patris. Sed ista expositio non videtur multũ stare. Primò qa apparet aliqualiter distorta ad literam, cum isti datiui. i. filio, & patri non videãtur signare talem modum acquisitionis, qualem isti dant. Secundò, quia tunc non diceretur hic, q̃ Christus restituit nomen patris patribus filio, idest, ad honorem filij, sed diceretur sibi. i. ad honorem sũ ipsius, quia ipse erat filius. Tertiò, quia fit hic differentia inter honorem patris, & filij, scilicet, quòd in vno istorũ erat honor patri, & in alio honor filio, & tamen honor patris, filij, & Spiritus sancti vnus est, cùm sit vnus Deus. Et ob hoc sæpe ecclesia dicit in Hymnis: Tribus honor vnus, idest, indiuisus. Quartò, quia dato q̃ vellemus distinguere inter honorem patris, & filij per quandam appropriationem, non stat, quia tunc esset honor patris in restituendo antiquis nomen patris, & esset honor filio in restituendo filijs nomen filiationis. Et tamen isti exponunt per contrarium, scilicet, quòd restituendo patribus nomen patris sit honor filio, & restituendo filijs nomen filiorum sit honor patri. Quintò quia dato, quòd personis diuinis competerent diuersi honores, tamen hic non poterat esse nisi vnicus, quia ex vnico actu vnicus insurgit honor, & tamen cùm pater, & filius sint correlatiua, vt dictum est, sic ambo eodem actu simul restituuntur: vnde, qui restituit patribus nomen patrum, restituit filijs nomen filiorum. Non ergo potuerunt hic esse diuersi honores. Exponenda est ergo aliter litera, scilicet, Christus restituit filio, idest, filijs nomen patris, idest, quòd possent dicere se habere patrem, quod prius non poterant in patribus. i. quantum ad patres ipsorum, scilicet, Abraham, & alios restituit patri. i. patribus nomen filij, idest, q̃ haberent filios, in filijs, idest quantum ad filios. s. q̃ ante hoc non poterant vocare filios eos, qui prius fuerant filij sui, & nunc incipiebant posse illos sic vocare. Et ponitur singulare pro plurali. s. filio, idest, filijs patri, idest, patribus, quod sæpe fit in scriptura. Si tamen velimus, q̃ maneat propriè in singulari, adhuc erit eadem sententia. s. restituit filio, idest cuilibet filiorum, & restituit patri. i. cuilibet patrum. *Sine principio, sine fine*. Refertur ad Christum. s. Christus existens, sine principio, & sine fine fecit omnia. Hoc dicitur ad significãdum eum esse verũ Deum, qui nec habet principium, nec finem, quia Deus nec cepit esse aliquando, nec aliqñ esse desinet. Et hoc dicitur contra illos, qui putabant Christum esse purum hominem, quia isti dicebant eũ habuisse principium, immo q̃ non fuerit ante Mariã. Dicitur Deus sine principio, & sine fine, & tamen ipse est principiũ, & finis: sic dicitur Apoc. 1. s. Ego sum Alpha. & Omega, principium, & finis: siue primus, & nouissimus. Sic etiam dixit Christus Io. 8. s. Ego sum principium, qui loquor vobis. *Ostendens vnum se cum patre esse*. Idest Christus ostendit se vnum, idest, vnam substantiam esse cum patre, quia Christus per opera sua ostendit se esse Deum, vt ipse inducit Ioannis, 5. & quia non sunt plures Dij, cùm sit impossibile esse plures Deos, necesse est, q̃ aut pater, & filius sint vnus Deus, ergo sunt vnus Deus. Istud ostendit Christus dicens: Ego & pater vnum sumus, & ego in patre, & pater in me est. Io. 14. quia vnus est, idest, quia Christus est verè vnus Deus cum patre ostendit se vnum Deũ. Nam si non fuisset verè unus Deus cum illo, non potuisset hoc ostendere, quia ostensio fieri debebat per opera miraculorum, & tamen miracula non possunt fieri in testimonium falsitatis, cùm miracula non possint fieri nisi à Deo: Deus tamen nunquam mentitur, ipse tamen mentiretur si faceret miracula, vt aliquis probaret per illa falsa, quæ diceret. Hoc patet Deuteronomij. 18. Quia istud signum dedit ibi Deus ad cognoscendum veros prophetas, & falsos, scilicet, si propheta prænunciaret aliquid, & non eueniret, signum erat, quòd Deus non erat locutus illi, sed finxerat de corde suo. Si autem eueniret, erat signum, q̃ Deus locutus fuerat ei. *In quo Euangelio*. Hic ponitur quartum huius prologi, in quo ostẽditur euangelii Matthæi vtilitas. Et est utilitas cognitio, quę habetur de rebus pertinentibus ad fidem traditis in eo. Nam in quolibet libro utilitas est cognitio, cum quilibet liber immediatè ordinetur ad manifestationem quarundam veritatum siue illæ veritates postea ordinentur ad opus, sicut in moralibus, siue sint propter se ipsas, sicut in speculatiuis. Ita in isto libro Matthæi. Et quia hic agitur de Christo, tanquam de subiecto quantum ad omnes operationes, & passiones suas, & cetera accidentia circa ipsum, & omnia ista fuerunt ad salutem nostram, quam Christus ex magna charitate operatus est. Præcipuũ, quod cognoscitur ex hoc libro est dilectio Dei nascentis in carne. Et dicitur. *In quo Euangelio*. Scilicet, Matthæi. *Vtile est desiderantibus Deum*. Scilicet, utile est cognoscere ea, quæ infra habentur. Et dicitur desiderãtibus cognoscere Deũ. Quasi dicat. Per ea, quæ scripta sunt à Matthæo, & aliis Euangelistis cognoscimus Deum. Nam licèt Deus naturaliter cognoscatur, est illa leuis cognitio, & multum vniuersalis. Per fidem autem magis determinatè cognoscitur. Fides autem ponitur præcipuè in euangeliis. Quia licèt in ueteri testamento esset scriptum, quid de Christo credi deberet, erat tamen ualde obscurum. In euangeliis autem clarissimè traditur, ideo ibi propriè Deus cognoscitur sic. *Prima, vel media, vel perfecta cognoscere*. Idest utile est cognoscere in hoc euangelio principium, mediũ, & finem, per quæ significatur totum euangeliũ, quia ex eo toto colliguntur omnia, quæ ad Christum pertinent. Quidam expositor prologorum exposuit, q̃ prima sunt ea, quæ fuerunt ante Christi prædicationem, media sunt à principio prædicationis vsque ad mortẽ, perfecta sunt à morte usque ad ascensionem. Aliter etiam exponit. s. quòd prima dicantur omnia scripta à Matthæo in quantum pertinent ad sensum literalem, qui primus est: media sunt quæ pertinent ad sensum allegoricum: perfecta sunt, quæ pertinent ad sensum tropologicum, siue moralẽ. Primus tamen sensus est uerus, *vt & uocationẽ Apostoli*. i. utile est legere omnia, ut intelligant uocationem Apostoli, & dilectionẽ Dei operantis in carne: quasi dicat finis istius libri est ostẽdere redemptionem nostram factam per Christum, q̃ fecit ex maxima dilectione. Vnde & singula gesta eius magnum amorem ostendunt. Quod patet primò ex ipso Matthæo, qui scripsit euangelium. Nam erat publicanus, & inter peccatores. Deus autem ex magna charitate illum uocare dignatus est, & fecit eum Apostolum, & tradidit ei honorem Euãgelistæ. Ex quibus satis ostenditur, quòd omnia opera Christi erant magnę charitatis, cum in ipso qui euangelium scripsit tãtum amorem ostenderit. Et opus Euangelistæ potest intelligi uno modo q̃ legentes intelligant opus Euangelistæ. i. officium suum, scilicet, q̃ habebat antequam uocaretur à Christo. Quasi dicat. Erat publicanus ante hoc, & peccator, & quòd de tali statu, siue officio uocaretur à Christo fuit magna misericordia, & dilectio. Sic quæsierant Nautæ à Iona propheta, scilicet, quid est opus tuum, & quæ terra tua? i. quod officiũ habes: & de qua terra es? Ionæ primo. Aliter intelligitur, scilicet, quòd intelligant opus Euangelistæ. i. dignitatem, uel honorem traditum Matthæo faciendo eũ Euangelistam, & Apostolum. Nam prima dignitas, & maxima, quam Christus constituit in ecclesia est Apostolorum, secunda prophetarum, tertia Euangelistarum ad Ephe. 4. Matthæus autem primam, & quartam simul assecutus est. In quo apparet Dei dilectio: qui ad tantum honorẽ sublimauit Matthæum: quem inter publicos peccatores inuenerat, & dilectionem

Dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei in carne naſcentis, ideſt, cognoſcent dilectionem Chriſti, qui eſt Deus incarnatus. Et iſta incarnatio facta eſt ex magna dilectione. Nam propter nimiam charitatem, qua dilexit nos Deus, miſit filium ſuum aſſumpturus naturam noſtram, quia ſi quis conſideraret, inextimabile beneficium eſt, quod natura humana noſtra, quę eſt corruptibilis aſſumatur ad unitatem perſonæ à Deo uero: ita quod ſit iam uerum dicere, ꝙ Deus eſt homo, & homo eſt Deus: unde nullus maior honor poterat fieri hominibus à Deo, licèt poſſet eis facere maiorem utilitatem. Nam utilius fuit homini liberari à morte æterna, quàm naturam humanam aſſumi à uerbo, quia ut ait Gregorius, nihil naſci profuit, niſi redimi profuiſſet. Honorabilius tamen fuit homini, quòd aſſumeretur natura ſua à Deo uero, quàm quòd redimeretur, & ſic iſta aſſumptio ex magna charitate fuit, & omnia alia opera Chriſti in carne fuerũt magnæ dilectionis. *Per vniuerſa legentes intelligant.* Scilicet, legentes euangelium Matthæi intelligant per uniuerſa, ideſt per ſingula opera Chriſti magnam dilectionem eius. Nam nullum opus Chriſti eſt, quod in ſeipſo conſideratum quantum ad circunſtantias, & motiuum ſuum non appareat eſſe magnæ dilectionis. *Atque id in eo, quo apprehenſi ſunt, & apprehendere expetunt, recognoſcant.* Ideſt, in iſto euangelio recognoſcant homines, quid eſt, in quo deſiderant eum appræhendere. Deus enim apprehendit nos in natura, quia aſſumpſit naturam noſtram. Et iſto modo loquitur Apoſtolus ad Hebr. 2. ſ. Nuſquam enim Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit. i. nunquam aſſumpſit naturam Angelicam ad unitatem ſuppoſiti: ſed apprehendit ſemen Abrahæ. i. naturam humanam de ſtirpe Abrahæ. Nos autem deſideramus Deũ apprehendere per beatitudinem. Et hoc totum cognoſcit in euangelio, quia ibi conſtat quomodo Deus aſſumpſit carnem, & natus eſt de Virgine, in quo nos apprehendit, infra primo. Et etiam conſtat de beatitudine uitæ æternæ, in qua boni apprehendent Deum clarè eũ uidentes, infra 25. Iſte modus loquendi Hier. accipitur de uerbis Apoſtoli, ad Phili. 3. cùm dicitur. Sequor autem ſi quo modo comprehendã in quo & comprehenſus ſum. Aliter poterat intelligi, ꝙ Deus apprehendit nos per cognitionem cùm clarè nos cognoſcat: nos autem deſideramus apprehendere eum, ſcilicet, vt clarè cognoſcamus, ſic patet 1. Cor. 13. ſ. Ex parte cognoſcimus, ex parte prophetamus. Et poſtea dicitur: Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte: tunc autè cognoſcam, ſicut & cognitus ſum. Et iſtud, ꝙ nos apprehendamus Deum eo, in quo ſumus apprehenſi ab eo. Aliter poteſt intelligi de apprehẽſione per charitatem: nos debemus eum apprehendere per charitatem. Et iſta charitas, ſiue qua Deus dilexit nos, ſiue qua nos debemus diligere Deum, inuenitur in Matthæo, quia ibi habetur quid fecit Chriſtus pro nobis, in quo apparet magna charitas eius: & quid nos debemus facere pro eo, ſcilicet, cuſtodire omnia mandata, quę dedit, quia qui diligit me ſermonem meum ſeruabit: dixit Chriſtus Ioannis. 14. Traditur etiã modus dilectionis, quia Chriſtus dedit formam dilectionis Dei &. j. 22. Et iſte ſenſus conuenit magis verbis Apoſtoli. ſ. Sequor autem ſi quomodo comprehendam, in quo & compræhenſus ſum à Chriſto Ieſu. Et ſequitur, fratres ego non me arbitror comprehẽdiſſe. Ex quo apparet, quòd loquitur ibi de comprehẽſione per charitatem, & non per beatitudinem, quia magnificum eſt, quòd cùm homo uiuit, non comprehendit Deum per beatitudinem: ideo prima, & ultima expoſitio ſunt meliores, quàm ſecunda. *Nobis enim hoc in ſtudio argumenti fuit.* Hic enim ponit Hieronymus motiuum ſuum, quare fecit iſtum prologum. Et dicitur: Nobis enim hoc fuit in ſtudio argumenti. i. hoc ſtudium, uel hanc intentionẽ habuimus in faciendo hoc argumentum. ſ. intentionem, quæ infra exprimitur. Vocat Hier. iſtum prologum argumentum. Argumẽtum autem eſt quædam prælibatio breuis eorum, quę poſtea diffusè in opere continentur. Et quia in iſto, plogo Hiero. declarauit in generali ea, quæ tractantur in Matthæo, & intentionem illius de ſcribendo, dicitur conuenienter iſte prologus argumentum. *Et fidem factæ rei tradere.* Scilicet, in hoc prologo intendebamus facere fidem de re facta. i. declarare quid Matthęus fecit in libro ſuo, & quod intenderit, quia hoc totũ erat iam res facta. *Et operantis Dei intelligendam diligenter eſſe diſpoſitionem quærentibus non tacere.* Ideſt exprimere etiã intendimus in prologo non tacere. i. exprimere quærentibus eſſe intelligendam diligenter Dei diſpoſitionem. Quaſi dicat. Voluimus ſignificare, quòd legẽtes in hoc libro Matthæi Dei diſpoſitionem. i. actus Dei, & omnia quæ diſponere dignatus eſt, debeant diligenter inquirere, ad hoc, quòd intelligant: quia ſi pigre, & negligenter inquirunt, nunquam intelligent. Et ob hoc Hier. tetigit aliqua miſteria obſcura in hoc prologo, quæ pertinent ad Matthæum, & non aperit illa, vt relinquatur locus, & deſiderium legentibus ad ſolicitè legendum. Et ſic intentio Hier. faciendo iſtum prologum fuit ſolùm de duobus. ſ. ꝙ declararet quid eſt de quo tractabat Matthæus, & hoc eſt fidem factæ rei tradere, & monere nos, quòd diligenter, & ſollicitè legeremus ad intelligendum Dei diſpoſitionẽ in hoc libro. Nicolaus exponit hoc de intentione Hieronym. non in ſcribendo Euangelium Matthæi. Nam in hoc ipſe non intendebat facere fidem rei factæ ſcribendo euangelium Matthæi. Nã in hoc Hier. nõ tradebat fidẽ alicuius rei, ſed Matthæus, cùm Hiero. nihil adderet ſuper Matthæum. Item non fuit iſta intentio eius transferendo: ſed ſolùm emendare libros latinos, & obedire Papæ Damaſo. Nam ſupra in prologo eius, qui incipit. Beatiſſimo Papæ Damaſo: oſtendit quòd ad præceptum Damaſi tranſtulit Euangelia de Græco, eo quòd apud latinos erant valde corrupta, & erat varietas exemplarium. Vnde non tranſtulit euangelia ad faciendum fidem de re facta, ſed ſolùm, vt manerent incorrupta, maxime quia applicatio literæ ad iſtũ ſenſum eſt valde diſtorta, quia accipit Nicolaus hoc argumentum pro ratione motiua Hieron. ad transferendum, & tamen argumentum non ſolet ſic accipi, ideo tenenda eſt ſuperior expoſitio.



ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS

IN SANCTVM IESV CHRISTI Euangelium ſecundum Matthæum Commentaria.

LIBER generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam, & Fratres eius. Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Eſron. Eſron autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naaſſon. Naaſſon autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Raab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Ieſſe. Ieſſe autem genuit Dauid regem.

Euãge. Mat. ante apponitur.

HIC incipit euangelium Matthæi, quod inter omnia primum ponitur, quia Matthęus ante alios Euãgeliſtas ſcripſit, vt ait Hier. præcedenti prologo, & in prologo, qui incipit: Plures fuiſſe. Et prima ſui diuiſione diuiditur in duo. Et primò Matthæus ſtabilit ſubſtãtiam huius libri, ſcilicet, Chriſtum Deum verum, & hominem, oſtendendo eum eſſe Deum, & hominem verũ. Secundò determinat de redemptione noſtra facta per ipſum, infra circa medium quarti. c. ſ. *Cum audiſſet Ieſus, quòd Ioannes.* Prima in quatuor, ſecundùm quòd probat Matthę. Chriſtum Deum verum, & verum hominem quadrupliciter. Primò teſtimonio Angelico, & prophetico. Secundò cœleſti illuſtratione, & regali veneratione. Tertiò ex prædicatione Ioannis, & teſtificatione Dei patris. Quartò Dæmonum tentatione, & Angelorum obſequio, & veneratione. Secunda incipit ſequenti. c. tertia, in tertio, quarta, in quarto. Prima in duas, quia primò oſtendit veritatem humanæ naturæ in Chriſto, eius Genealogiam deſcribendo. Secundò veritatem diuinæ naturæ, niodum ſuæ conceptionis mirabilem oſtendendo ibi. *Chriſti autem generatio ſic erat.* Prima in tres, quia circa Chriſti Genealogiam præmittit Matthæus quandam prefationem. Secundò ponit genealogiæ deſcriptionem, ibi. *Abraham genuit.* Tertiò genealogiæ deſcriptæ recapitulationem, ibi. *Omnes ergo generationes.* Circa primum dicitur. *Liber generationis Ieſu Chriſti.* Iſtud eſt principium libri, & eſt quaſi titulus eius: quia per hoc declaratur de quo tractatur in libro, vel in parte eius, ſcilicet, de Chriſti generatione. Et ponuntur hic duo nomina eiuſdem perſonæ. Primum eſt Ieſus, & eſt nomẽ perſonale, quod Angelus nominauit, præcipiens Ioſeph, quòd ita vocaret puerum, cũ naſceretur, ſcilicet, quia ipſe ſaluum faceret populum ſuum à peccatis: cùm Ieſus interpretetur Saluator, vt patet infra in litera, & Luc. 2. Chriſtus non eſt nomen perſonæ, ſed dignitatis, quia ſignat regem, eo quod interpretatur unctus, reges tamen, & Sacerdotes erant, qui ungebantur in ueteri teſtamento, ut patet 1. Paralipom. 29. ubi dicitur, quòd unxerunt Salomonem in regem; & Sadoc in pontificem. Et competit iſtud nomen Ieſu, quia ipſe Rex erat, & ſedere deberet ſuper ſolium Dauid patris ſui. Iere. 23. Chriſtus etiam ſignat Meſſiam. Et pro hoc

Duo nomina Saluatoris.

Universidad de Navarra
Biblioteca

hoc communius accipitur in scriptura, vt patet Ioā. 1. F scilicet. Inuenit Andreas fratrem suum Simonem, & dixit ei. Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus, & Ioan. 7. scilicet. Verè cognouerunt Principes, quia hic est Christus, ideſt, Messias. Et iterū, Christus, cùm uenerit nemo scit unde sit, ideſt, Messias. Et sepe eod. c. Licèt autem Iesus esset Rex, non uocatur Christus in quantum Rex, sed in quantum Messias: quia hoc erat propriissimum ei, quia ipse erat qui missus erat ad saluandum nos, filii Dauid, filii Abraham. Vocatur Christus filius Dauid, & filius Abrahæ, scilicet, secundùm carnem, cuius generationem solū describit Matthæ. Nam generationem diuinam nullus tetigit nisi Ioan. Et secundùm hanc est filius Dei patris. Et istam differentiam seruat Apostolus ad Rom. G primo dicens: Qui factus est ei ex semine Dauid secundùm carnem. Nam non dixit absolutè, Christus natus est, uel factus ex semine Dauid, sed quòd solùm natus est secundùm carnem, quia præter istam generationem Christi de semine Dauid, ipse erat persona ab æterno manens cum patre. Et non incipit hic recta enumeratio generationis Christi, sed ibi infra. *Abraham genuit Isaac.* Sed quare ponuntur, dicetur infra in quadam quæstione. *Abraham.* Hic ponitur secundum, in quo describitur Christi genealogia. Et diuiditur in tria secundùm tres quaterdenas, quas Matthæ. in ea assignat. Prima incipit in Abraham, & terminatur in Dauid inclusiuè. Secunda incipit in Dauid exclusiuè, siue in Salomone filio eius, & terminatur in H Iechonia filio Iosiæ inclusiuè. Tertia incipit in alio Iechonia filio prædicti Iechoniæ, & terminatur in Christo inclusiuè, secunda ibi. *Dauid autem genuit.* Tertia ibi. *Et post tranſmigrationem Babylonis.* Circa primum dicitur. *Abraham genuit Isaac.* Alios filios multos habuit Abraham, sed alij non ponuntur hic, quia non descēdit Christus per lineam illorum. Genuit autem Abraham Isaac de Sara, cùm esset, nonaginta annorum ipsa, & Abrahā. c. an. Gen. 21. & ob hoc fuit conceptus ille aliqualiter supernaturalis; maximè, quia Saræ desierant fieri muliebria, sine quibus, non est possibile fieri conceptum. *Isaac autem genuit Iacob* Etiam genuit Esau: sed ille non ponitur hic. Genuit autem ambos de Rebecca, & simul nati sunt. Genes. 26. Erat autem I Isaac annorum quadraginta, quando accepit uxorem, cō. cap. *Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius.* Non ponitur Iudas prior, quasi prior fuerit in ordine nascēdi, quia primus filius Iacob fuit Ruben: quartus autē fuit Iudas, Gen. 29. Sed ponitur prior, quia ipse solus pertinet ad generationem Christi. Dicitur, & fratres eius, scilicet, omnes filios Iacob: nam duodecim genuit, sex de Lia, duos de Rachel, duos de Zelpha, duos de Bala, Gen. 29. & 30. Quare autem ponantur hic, infra dicetur. *Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar.* Thamar non fuit uxor Iudæ, sed nurus sua, quia uxor sua fuit quædam, quæ uocabatur Sua: ex qua habuit tres filios, scilicet, Her, Onam, & Selam. Her, & Onam occisi sunt à Domino: Sela mansit: sed nō pertinet ad Christi progeniem. Postea cognouit Iudas K ignoranter nurum suam, & genuit ex unico concubitu istos duos: Gen. 38. Et non pertinent ambo ad Christi progeniem, sed Phares solus. *Phares autem genuit Esron.* Ab istis omnibus filijs, & nepotibus Iudæ, qui ponuntur hic nominantur familiæ in tribu Iuda, scilicet, à Phares nominatur familia Pharesitarum. Zaram nominatur Zare aliquando, & nominatur ab eo familia Zareitarum. Ab Esron filio Phares nominatur familia Esronitarum Numeri. 26. Sciendum, quòd omnes isti ab Abraham usque Esron inclusiuè nati sunt in terra Chanaan antequam descenderet Israel in Aegyptum. Abraham natus fuerat in urbe Chaldæorū, & cùm esset septuagintaquinque annorum, iubente Domino, venit in terra Chanaam. Gen. 12. & ibi natus est Isaac filius eius, Genes. 21. Deinde Iacob cum omnibus, qui nominantur hic usque ad Esron inclusiuè, & cum filijs, & nepotibus filiorum suorum, qui simul erant sexagintasex descendit in Aegyptum, Genes. 46. *Esron autem genuit Aram.* Iste natus est in Aegypto, quia Esron pater suus paruulus erat, quādo descendit in Aegyptum, vt declaratum est Genes. 46. Et etiam mortuus est ibi iste Esron, & Aram filius eius. *Aram genuit Aminadab.* Iste Aminadab natus est in Aegypto, etiam videtur, quòd ibi mortuus est. Nā manserunt Hebræi in Aegypto annis quasi ducentis, & quindecim: vt declaratum est Gen. 16. & Exo. 1. & 12. Nico. autem vult, quòd Aminadab exierit de Aegypto, & mortu⁹ fuerit in deserto, & ibi fuit princeps in tribu sua, & post illum fuit Naasson filius eius. Et hoc inducit, quia Canticorum. 6. dicitur. Anima mea conturbauit me: propter quadrigas Aminadab. Et dicit, quòd intelligitur, scilicet, quòd in exitu Israelitarū de Aegypto Dominus aperuit mare rubrum, & siccauit fundum, & steterunt aquæ ex vrraque parte, quasi muri: Exo. 14. Iudæi autem timebant intrare, & tunc Aminadab Princeps tribus Iudæ intrauit primus post Moysen cum tribu sua. Et ex hoc tribus Iuda, vt ipse vult, meruit dignitatem regni. Et sic dicitur, anima mea conturbauit me, propter quadrigas Aminadab, scilicet, quia Israelitæ videntes Aminadab præcedētem cum quadrigis suis admirati sunt propter eius audaciam, & secuti sunt eum. Dicendum quòd in hoc non potest omnino patere veritas: verisimilius tamen videtur, quòd Aminadab mortuus fuerit in Aegypto, quàm quòd exierit inde. Primò quia motiuum Nicolai ad ponendum eum exiuisse de Aegypto solùm fuit ex auctoritate prædicta. Illa tamen non satis probat hoc: immo non conuenit, de quo videbitur Can. 6. Secundò apparet ex longitudine temporis, quo fuerunt Israelitæ in Aegypto, scilicet, annis ducentis, & quindecim, vt dictum est, in quibus verisimilius videtur, quòd pater suus Aram, & ipse mortui fuerint, quā quod superuixerint: cùm alius suus Esron natus fuerit ante introitum in Aegyptum, vt supra dictum est. Tertiò, quia si Aminadab exiuisset de Aegypto, ipse fuisset princeps tribus Iudæ, & non filius suus, quia ipsi non principabantur nisi patribus mortuis, & tamē in principio secundi anni ab exitu de Aegypto, quando numeratus est populus, positus est Naasson filius Aminadab princeps tribus Iudæ: Numeri. 1. Ergo non vtiebatur tunc Aminadab. Est dicendum, quòd istud est verisimilius, quàm oppositum & tamen erat possibile, quod Aminadab exiret de Aegypto, & moreretur in deserto primo anno exitus de Aegypto. Et sic non fierit princeps ipse, quādo populus numeratus est, sed filius eius Naasson. Non potest dici, quòd Aminadab vixerit post exitum de Aegypto ultra annum, quia in principio anni uigesimi primi ab exitu de Aegypto, scilicet, prima die mensis secundi, numeratus est populus, & erat tunc princeps Naasson. Numeri. 1. Israelitæ autem exierant de Aegypto in principio anni die quintadecima mensis Exod. 12. & Numeri. 33. *Aminadab genuit Naasson.* Iste Naasson natus est in Aegypto, cùm anno secundo ab exitu de Aegypto esset ipse princeps de tribu Iuda: Numeri. 1. Mortuus est autem iste Naasson in deserto, quia de omnibus, q̄ exierunt de Aegypto, & numerati sunt in deserto à uigenti annis & supra, non intrauit in terram promissionis nisi Iosue, & Caleb Numeri. 14. *Naasson genuit Salmon.* Iste Salmon genitus est in deserto, licèt potuit esse, q̄ generaretur in Aegypto, & tamen tunc exiret paruus de Aegypto, scilicet, minor anno 15. quia alias moreretur

retur in deserto, quia esset de numeratis: cùm numerentur omnes, qui essent supra vigesimum annum Numeri. 1. Iste tamen Salmon introiuit in terram promissionis. Nam accepit in uxorem Raab Ierichontinam, vt patet ex litera, & ipse fuit princeps in tribu Iuda mortuo patre suo Naasson. *Salmon genuit Booz de Raab.* Ista Raab fuit meretrix Ierichontina: quæ abscondit exploratores Iudæorum. Iosue secundo. Et ob hoc quando capta est Iericho, ipsa sola cum omnibus, qui erant in domo sua, mortem euasit. Et assumpta est in uxorem à Salmon principe tribus Iudæ, vt colligitur Iosue. 6. *Booz autem genuit Obeed ex Ruth.* Iste est Booz vir honorabilis, de quo fit mentio in libro Ruth, qui accepit in uxorem Ruth Moabitidem, quæ fuerat uxor Mahalon cognati sui: vt patet Ruth. B 3. & 4. *Obeed autem genuit Ieſſe.* Iste est Binomius, quia aliquando uocatur Iesse, aliquando Isai. Nam communiter in libris Regum, & in toto veteri testamento uocatur Isai: vt patet primo Regum. 18. & 20. & nunquam uocatur Iesse nisi in vno loco veteris testamenti, scilicet, Isai. 11. cùm dicitur. Egredietur virga de radice Iesse. Et hic etiam uocatur Iesse. Sed idem nomen videtur esse Iesse, & Isai. sed est pauca mutatio in literis, quæ sæpe solet fieri in veteri testamento, sicut patet supra in litera de Zaram, qui aliquando uocatur Zaram, & aliquando Zare. Nam Gen. 34. & hic in litera uocatur Zaram, & Numeri. 26. & Iosue. 7. uocatur Zare. Habet iste pater Dauid aliud nomen. Nam uocatur Naas, & tamen istud nomen non reperitur, C nisi in unico loco Sacræ scripturæ. s. 2. Reg. 17. *Ieſſe autem genuit Dauid regem.* Alios genuit Iesse, scilicet, octo filios, primo Paralip. 3. & 2. Reg. 16. & tamen ponitur hic solus Dauid, quia ab alijs non descendit Christus.

Quare Matthæus appellauerit iſtum librum generationis, & non alio vocabulo. Quæſt. I.

QVAERITVR, quare Matth. uocauit istum librum generationis Iesu Christi, quia non est præcipuè de Christi generatione, cùm parum de ea tractetur: & totus liber pertineat ad gesta Christi. Respondet Nico. quòd Matthæ. scripsit Hebraicè: modus autem Hebræorum est denominare libros ab eo, de quo tractatur in principio, sicut liber Genesis, ideſt uocatur Gen. à generatione, quia in principio eius tractatur de creatione rerum: sic Matthæus, quia incipit euangelium à Christi generatione, nominat ipsum librum generationis. Dicendum, q̄ hoc non stat, primò quia Nico. præsupponit falsum, quia modus Hebræorum non est nominare libros ab eo, de quo tractatur in principio, sed nominant libros tripliciter, scilicet, aliquando à primo uerbo siue dictione libri, secundò à materia, tertiò ab auctore. De primo patet in omnibus quinque libris Moysi, quia primus eorum, scilicet, Gen. uocatur Beresith, ideſt, in principio, quia sic incipit: secundus, scilicet, Exodus uocatur Velleſemoth, ideſt. Hæc sunt nomina, quia sic liber incipit: tertius, ideſt, Leuiticus uocatur Vaiera, ideſt, uocauit, quia sic incipit: quartus, ideſt, liber numerorum uocatur Vaiedabber, ideſt, locutus est, quia sic incipit: quintus, ideſt, Deuteronomium, uocatur Elehaddeberim, ideſt, hæc sunt uerba, quia sic incipit. Hæc omnia ponit Hieronymus in prologo Galeato super libros Regum, qui incipit: Viginti duas literas. De secundo, scilicet, quando nominant à materia non nominant ab aliqua speciali materia, quæ tractetur in aliqua parte libri, sed à materia totius libri. Sic uocant libros Regum, in quibus totaliter agitur de regibus. Sic etiam librum Paralipom. uocant uerba dierum, quia in toto illo de hoc agitur, ut declarauimus supra in prologo Paralipom. sic uocant Parabolas, & Cantica Canti. Sic lib. Iosue: liber Iudicum lib. Ruth: liber Thobiæ, quia isti non sunt auctores, sed materia librorum. De tertio patet, ut in libris omnib⁹ prophetarum, qui ab ipsis nominantur: & in quibusdam alijs. Sic in nouo testamento libros euangeliorū ab auctoribus nominauimus. Secundò, non stat dictū Nicolai: quia non est uerum, quòd Iudæi nominent librum Gen. lib. de generatione, quia hoc apud græcos est, qui uocant eum Genes. 1. naturam quia de natura condita agit. Iudæi autem uocant illum Beresith, ut ait Hieronym. in prologo Galeato: & tamen Beresith non est nomen materiæ, sed significat in principio, q̄a sic liber incipit. Tertiò, quia etiam si omnia ista essent uera, istud non esset ad propositum, quia nomen libri non est pars libri, & tamen hic, cùm dicitur, liber generationis, pars libri est, quia est principium eius: ideo non est istud nomen libri, sed est pars scripturæ. Quod autem nos uocaremus librum Matthæi librum generationis, quia sic incepit scribere Matthæ. esset ad propositum Nicolai, & tamen nunc non est nomen libri, quia nos non uocamus sic librum istum, nec aliquis: sed solùm quærimus quare sic incepit Matthæus, ideo non est ad propositum. Dicendum ergo aliter, quòd istud nomen generatio in scriptura accipitur multipliciter, aliquando pro fructu, sicut fructus arboris uocantur generationes eius: sic dicitur Ecc. 34. à generationibus meis adimplemini, ideſt, comedite sufficienter de fructibus meis. Sic accipitur Matth. 26. scilicet. Non bibam à modo de hoc genimine vitis Matt. 26. & Marci. 14. & tamen Luc. 22. dicitur non bibam de generatione vitis, ideſt, de fructu vitis. Aliquando accipitur generatio pro gestis hominū. Et sic enarrare totam vitam hominis est enarrare generationem. Sic accipitur Gen. 33. in fine cùm dicitur: Habitauit Iacob in terra Chanaan. Et hæ sunt generationes eius. Et tamen post hoc in toto libro Gen. nihil agitur de generatione Iacob: sed solùm de gestis eius, & filiorū suorum. Etiam ante hoc immediatè nihil agitur de generatione Iacob, sed solùm de generatione Esau. Etiā si acciperetur generatio propriè, nō diceretur, hæ sunt generationes eius, sed hæc est generatio. i. progenies, D quæ vnica est ab vno homine, licèt multos filios habeat: sed accipiuntur generationes, ideſt actus. Alio modo generatio vocatur ipsa progenies, vel id, per qđ res exit de non esse, ad esse. Ita põt hic accipi generatio secundo modo, scilicet, pro actibus. Et est sensus, quòd iste est liber generationis Iesu Christi. i. liber de actib⁹ eius: & tunc bene conuenit, quia totus iste liber est de actibus, & passionibus Christi. Aliter potest dici, quòd accipitur generatio propriè. i. progenies, & tunc potest dupliciter intelligi: vno modo, quòd iste liber totus vocetur liber generationis propter istam partem eius primam, in qua agitur de Christi generatione. Alio modo, quòd non uocetur totus liber generationis, nec Matth. voluerit imponere aliquod nomen isti libro, sed solùm uocatur liber generationis Christi mediet⁹ istius cap. i. in qua ponitur progenies tota: & ista est E veritas tenenda. Simile patet Gen. 5. cùm dicitur. In principio. Hic est liber generationis Adam: & non intelligitur nisi pro ipso, quinto cap. in quo ponitur tota progenies Adæ usque ad diluuium. Nam in sequentibus non continuatur de illa progenie: nec ante hoc agebatur de illa. Nec etiam ipse liber Gen. uocatur ab aliquo liber generationis Adę: sed solùm ipsum modicum, in quo ponuntur illæ generationes, scilicet in quinto cap. Ita hic non uocatur totus iste liber generationis, sed solùm istud paucum, quod est in principio. Et dato, quòd Christi genealogia fuisset posita in medio Matthæi: adhuc ibi diceretur liber generationis

Generatio multipliciter accipitur.

tionis Iesu Christi: & ibi manifestum esset, quòd non nominaretur totus liber: sed solum illud paucum libri in quo describerentur progenies: sicut dictum est de libro generationis Adæ. Et etiã si ista generatio Christi esset minor, ideſt adhuc essent pauciores personæ: illa pauca descriptio vocaretur liber generationis: qa in Hebræo quælibet scriptura, quantuncunque parua vocatur liber: sicut instrumentum factum de traditione possessionis illius vocatur liber possessionis, Ierem. 32. scilicet. Et accepi librum possessionis signatum stipulationes, & rata, & signa forinsecus: & dedi librũ possessionis Baruch in oculis testium, qui scripti erant in libro emptionis. Et erant duo libri isti. Nam dicitur sume libros istos, & pone eos in vase fictili. Ita ergo quantuncunque esset parua Christi generatio, vocaretur liber: & tamen hic toti lib. Matt. non posuit aliquod nomen, nec nos posuimus, nisi vocamus eum Mat. sicut scriptorem suum, sicut vocamus Isaiam lib. Isaiæ, & sic de libris aliorum prophetarum nominatis à suis auctoribus.

Quare Matthæus incepit Euangelium suum à Christi generatione. Quæst. 11.

QVAERITVR, quare Matthæus incœpit euangelium suum à Christi generatione. Dicendum, quòd factum est primò, quia iste erat ordo rectus. Nam Matthæus intendebat enarrare omnia gesta Christi necessaria ad fidem, & ad salutem nostram. Et inter ista primum est generatio. Sed aliquis dicet, quòd debuisset Matthæ, incipere à generatione Christi æterna: quia illa erat prior, & per quam Christus habet esse simpliciter, sicut incœpit beatus Ioan. Dicendum, quòd Matthæus scribere voluit de Christo, inquantum erat simul Deus & homo, & non de Deitate per se, Scribere autem generationem æternam solum pertinet ad Deitatem, non considerata humanitate. De omnibus autem, quæ pertinebant ad Christum, vt erat Deus & homo, vel postquam erat Deus & homo, voluit scribere Matth. Et istæ sunt operationes miraculorum, & passiones in carne, quia miracula non posset facere nisi esset Deus. Primus autem, quòd Christo competit, vt Deo & homini simul fuit nasci, vel gigni: quia per hoc Deus cepit esse homo, ideo generationem Christi Matthæus primò scripsit, scilicet, secundùm carnem. Si quæratur quare Matth. non scripsit generationem æternã Christi: erit quærere, quare omnes Euangelistæ non dixerunt omnino eadem. Et dicendum est, quòd sicut Euangelistæ à solo Deo accipiebãt potestatem scribendi, & ipso solo instigante scribebant: ita ipse dictabat eis quidquid scribere deberẽt, vt probatum est supra in prologo Hieronym. qui incipit: Plures fuisse, & supra in prologo nostro in quibusdam quæstionibus. Alia causa potest accipi ex parte ipsorum Euangelistarum, quia ipsi à principio scribebant euangelium aliquibus personis, & ex certis motiuis, & tunc secũdùm exigentiam motiuorum, & eorum, quibus scribebant erat conditio scripturæ. Sic fuit de Matthæo, qui scripsit euãgelium propter quosdam Iudæos, quibus prædicauerat, qui ad Christum conuersi adhuc præcepta euangelica non seruabãt, sed solam legem Moysi. sicut prius, vt ait Hieronym. supra in prologo, qui incipit, Plures fuisse. Illis autem Iudæis necessarium erat scire præcepta Christi: cùm solùm errarent, quia non obseruabant illa. De cæteris autem gestis Christi non erat tãta necessitas, quia cùm sunt plurima dicta Christi, quæ non possunt scribi sine gestis, saltem conuenienter, eo quòd vnum dependet ex altero, sicut appareret clarè cuilibet legenti Euangelistam, scripsit Matthæ. simul præcepta, & gesta Christi. Et ob hoc iter cæteros Matthæ. est, qui primus describit præcepta Christi. Isti Iudæi non dubitabant de fide: ideo nõ oportuit eis scribi de Deitate Christi. Nam, nec Marcus, nec Lucas, de eo curauerunt: immo, nec aliquod euangelium de hoc scriberetur, quia Ioan. non intendebat scribere nisi ex accidenti propter insurgentes hæreticos, qui specialiter negauerunt Christi Deitatem, dicentes eũ purum hominem, & non fuisse ante Mariam. Vnde Ioann. instantissimis precibus ecclesiarum scripsit euangelium de Deitate, vt ait Hieronym. in lib. de Illustri. 6. c. de Ioanne, & supra in prologo, qui incipit. Plures fuisse. Sed obiicies, cur Matth. non scripsit ea, quæ Lucas posuit in principio, scilicet, de salutatione Virginis, & alijs pertinentibus ad Christi conceptionem. Dicendum, vt supra quòd sicut motiua erant diuersa: ita, & scripturæ. Nam Marcus fuit omnium breuissimus, quia solum curauit de illis, quæ videbantur totaliter esse necessaria omissis alijs: etiam interdum non curando de ordine ipsorum; sic ait Hieronym. supra in prologo, scilicet. Plures fuisse, dicens: Marcus iuxta fidem magis gestorum narrauit, quàm ordinem. Ita de Matthæo. Nam visum est sibi pro illis, quibus scribebat sufficere, quæ scripsit. Et ad motiuum suum non esse necessarium scribi illa, quæ Lucas præposuit, ideo omisit illa, licèt constaret ei de veritate, sicut Lucæ. De Luca dicendum, quòd intentio sua fuit ordinare plenissimè historiam de gestis Christi. Et quia ad plenitudinem similiter competebat scribi de conceptione, & natiuitate Christi quædam signantia magnã Christi dignitatem, scripsit illa Luc. 1. & 2. Quod autem Lucas intenderet scribere complerè gesta Christi, accidit, quia ipse scripsit Theophilo uiro Illustri apud Antiochenos, qui plenissimè desiderabat instrui de gestis Christi. Item, quia Luc. 1. in prœœmio eius dicitur: Multi conati sunt ordinare narrationem rerũ, quæ in nobis completæ sunt: quasi dicat non habuerunt completè illas: ideo non potuerunt scribere de Christo, uel saltem nõ conuenienter scripserunt. Ego autem plenè habens, illas scribere possum. Item quia dicitur ibi: visum est mihi assequuto à principio omnia, diligenter ex ordine tibi scribere optimè Theophile. Et sic innuit se omnia hæc plenè scire, & intendere singula plenè: etiam ex ordine scribere. Ideo propter hoc motiuum pertinuit ad Lucam latius, quàm ad omnes euangelistas tradere omnia, quæ ad Christum pertinent, ut est simul Deus & homo. De Christi autem Deitate Lucas scribere non curauit, quia nullum dubium erat de hoc, sicut diximus de Matthæo: nec ortum fuit vsque circa finem uitæ Ioan. quia tunc surrexerunt Cherithiani, & Hebionitæ: ideo ipse solus tũc de illa scripsit. Tertia, & principalis causa, quare Matthæ. incœpit à Christi genealogia, & illam diligenter scripsit, fuit: quia ipse scribebat istud euangelium Iudeis, qutbus Christus dixerat se esse missum. Et quia in prophetis promissus erat Messias de semine Dauid, & quidam Iudei putabant Christum non esse de semine Dauid, & nolebant recipere eum tanquam Messiam: nam cùm esset nutritus in Nazaret Galileæ credebãt, quòd inde non poterat esse Messias: sic patet cùm Iudæi inter se de Christo disputarent quis ille esset. Io. 7. dicebant quidam hic est verè propheta: alij autem dicebant, hic est Christus. i. Messias, & sequitur ibi, scilicet. Quidam autem dicebant. Nunquid à Galilæa Christus uenit? Nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethlehem castello, vbi erat Dauid venit Christus. Dissensio itaque facta est in turba propter eum. Et cùm postea Nichodemus increparet Pharisæos propter Christum, dixerunt ei. Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare scripturas, & vide quia propheta à Ga-

a Galilæa non surgit, ideſt, Messias non potest venire de Galilæa. Erat etiam istud dubium inter eos, qui volebant esse discipuli Christi Ioan. 1. scilicet, inuenit Philippus Nathanael, & dixit ei: Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth. Et dixit ei Nathanael: a Nazareth potest aliquid boni esse? ideſt. Nunquid Messias, qui est bonum expectatum: potest esse de Nazareth? Ob hoc Matthæus diligenter ostendit Christum descendere de semine Dauid: & de semine Abrahæ: & describit totam lineam continuatam generationum ab Abraham, & Dauid vsque ad Christum: ita vt nemo dubitare posset Christum esse de semine Dauid. Et quia non solum de Dauid descensurus erat, sed ẽt nasciturus in Bethlehem, vt Iudæi innuebant Ioan. 1. & 7. ostendit Matthæus diligẽter quomodo Christus natus est in Bethlehem in diebus Herodis, & quomodo in Bethlehem a regibus adoratus est: introducens illud factum famosissimum. s. cum Herodes quæsiuit vbi nasceretur Christus, ideſt, Messias, Iudæi dixerunt in Bethlehem: inducentes auctoritatem Prophetæ ad hoc. Et ob hoc occisi sunt Infantes in Bethlehem, & finibus eius a bimatu, & infra iussu Herodis: sequenti capitulo. Ista autem non potuerunt negari, quia fuerunt famosissima, vt patet ex seipsis. Ideo sufficienter probat Matth. 2. scilicet, Christum natum in Bethlehem. Quòd tamen arguebatur, quòd Christus erat de Galilæa, de qua non surgeret Messias: declarauit Matthæ. satis diligenter, quomodo habitatio Christi in Galilæa fuit aliqualiter accidentalis, scilicet, quia cùm fugisset Ioseph in Aegyptum cum puero, & Matre, & angelus dixisset ei, quòd rediret in terram Israel redijt. Quòd tamen regnabat Archelaus filius Herodis in Iudæa, timuit ire illuc. Et mandato angeli venit in Galilæam, & habitauit in Nazareth. Et dicit Matth. non factum esse sine misterio: sed dicit, quòd factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas, quoniam Nazarenus vocabitur. & sic Matthæus multum rationabiliter intrauit in Christi genealogiam, & illã diligenter posuit.

Quare Matthæus posuit in principio istius genealogiæ Abraham, & Dauid. Quæst. 11.

QVAERITVR, quare Matthæus posuit in principio istius genealogiæ Abraham, & Dauid: cùm non sit ista recta descriptio eius: quia deberet primò poni Abraham deinde Isaac, & cæteri. Dicendum quòd genealogia Christi non incipit, cùm dicitur: Liber generationis Iesu Christi Filij Dauid, Filij Abraham: sed ibi, vbi dicitur: Abraham genuit Isaac. Ponuntur autem a principio hic Abraham, & Dauid: non tanquam partes ipsius genealogiæ continuatæ, vel incipientis: sed tanquam quædam capita, vel fundamenta huius generationis. Et patet, quia non ponuntur isti duo hic, sicut ponuntur omnes alij infra, quia hic dicitur Filij Dauid, filij Abraham, infra autem in tota genealogia non dicitur aliquis filius alterius, nec Christus filius alicuius: sed dicitur, quòd talis genuit talem, & sic continuatur. Prima ratio quare isti duo potius ponuntur hic, quàm alij licèt multi alij sint Patres Christi est, vt ait Hieron. in Prologo Matthæi, scilicet, quòd Matthæus assumpsit in generatione Christi principia, a duobus hominibus; vnus erat, qui prius circumcisus est, & in quo fuit principium credẽdi, scilicet, Abraham. Et propter istas duas excellentias positus fuit tanquam principium. Alius fuit, qui electus est secundùm cor Domini, scilicet, Dauid. Et ob hoc pręponi debuit. De Abraham an fuerit principium credendi, & quomodo, & an alij ante ipsum crediderint, & quid crediderint, declaratum est in ipso Prologo Matth. in quadam quæstione. De Dauid, an ipse fuerit primus electus in Regem, & quomodo est secundùm cor Domini, dicetur infra in quadam quæstione. Secunda est, quia in Christi genealogia sunt Patriarchæ, & Reges, qui sunt viri honorabilissimi. Et ad ostendẽdum istam dignitatem ponuntur isti duo, quorum vnus fuit primus, & maximus inter Patriarchas, scilicet, Abraham: & alius primus, & maximus inter Reges, scilicet, Dauid. Obijcietur, cur etiam non positi fuerunt hic, tanquam capita, alig de Iudicibus, & aliqui de Prophetis, & aliqui de Sacerdotibus, quia temporibus omnium istorum continuata est Christi generatio, cùm incipiat ab Abrahã, qui fuit ante omnes istos. De iudicibus dicendum: qp non ponitur aliquis hic tanquam caput pro eis, quia nemo de Iudicibus fuit de Christi genealogia. Nam Iudices non erant de eadem Tribu, sed de diuersis, s. aliquando de Iuda, aliquando de Manasse, aliquando de Nephtalim, aliquãdo de Gad, etiam sic de cæteris, vt patet ex toto libro Iudicum: & illi, qui fuerunt de Tribu Iuda inter ipsos sicut Othoniel primus Iudex, & Abesam, qui fuit de Bethlehem, non pertinuerunt ad Christi genealogiam. De Prophetis dicendum, qp Prophetæ non dicunt aliquem statum, sicut esse Sacerdotem, vel Leuitam, vel esse Patriarcham non specialiter pertinent ad aliquam progeniem, sed aliquando de vna, aliquando de alia, & aliquando Iudæi, aliquando Gentiles, ideo non potuerunt specialiter pertinere Prophetæ ad Christi progeniem, sicut pertinuerunt Parriarchæ, & Reges. Verum est tamen, quòd in Christi genealogia aliqui sunt Prophetæ. Nã isti duo, qui prępoununtur, scilicet, Dauid, & Abraham Prophetæ fuerunt. De Abraham patet, cùm dixit Deus ad Abimelech Regem, qui tenebat Saram vxorẽ Abrahæ, scilicet. Nunc redde vxorem viro suo: quia Propheta est, & orabit pro te. Genes. 20. De Dauid patet, quia non solùm erat Propheta, sed etiam excellentissimus Prophetarum. Vnde vocabatur Propheta per excellentiam. Hoc verum est quantum ad cantica diuinæ laudis, quæ Deo inspirante ędebat: sed non quantum ad reuelationes rerum contingentium occultarum, quia illæ non reuelabantur ei, sed potius Deus reuelabat ei per alios Prophetas, scilicet, per Nathan, & Gad, & alios. De his duobus generibus Prophetarum declaratum est 1. Reg. 10. & 20. & 1. Paralipo. 17. & 21. & 25. De Sacerdotibus dicendum, quòd ad genealogiam Christi non pertinuerunt nisi ex quadam naturali coniunctione. Nam Christus erat verè de tribu Iuda, & non de tribu Leui, vt innuit Apostolus ad Hebræ. 7. quia tamen Sacerdotes accipiebant interdum vxores de tribu Iuda, & è contrario: potuit Christus aliqualiter pertinere ad tribum Leui. Nam Mater erat cognata Elisabeth, Luc. 1. & tamen Elisabeth erat de filiabus Aaron, eod. ca. Dicendum tamen, quòd licèt Christus pertinuerit aliquo modo ad Sacerdotes: tamen in ista sua genealogia nullus ponitur de Sacerdotibus, sed soli qui erant de tribu Iuda. De Luca autẽ, qui aliter Christi generationem enarrat, an in ea posuerit aliquos Sacerdotes, declarabitur Luc. 3. Tertia causa fuit, quia Matth. fecit hic, sicut solet fieri in speculatiuis, scilicet, quando quis intendit in parte alicuius libri, vel tractatus probare vnam conclusionem, vt magis intelligatur a legentibus quid ille intendat, præponit quæstionem illam, licèt nondum sit probata. Ita hic Matthæ. intendebat ex tota genealogia Christi quantumcumque illam diligenter describeret solùm inducere istam quæstionem, scilicet, quòd Iesus erat filius Abrahæ, & Dauid: licèt quare hoc intenderet dicetur infra. Vt ergo legentes intelligerent, quid

Quare in Christi genealogia nõ sunt positi Iudices, Prophetæ, vel Sacerdotes.

Mat-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matthæus intenderet concludere,& an bene concluderet: posuit quæstionem,scilicet,quòd Christus erat filius Abrahę,& Dauid:& sic dixit,Liber generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham,idest.In isto paruo libro generationis Iesu Christi solùm intendo probare, quòd Christus sit filius Dauid, & Abraham: & tunc incipit probationem deducendo totam Genealogiam, scilicet: Abraham genuit Isaac &c. Quarta causa fuit, & præcipua, quia Matthæus intendebat satisfacere Iudæis ostendendo Christum esse Messiam. Ipsi autem dubitabāt de hoc propter prophetas suos, qui de Messia prædixerant,cuius filius esset:Ideo Matthæ, voluit ostendere, quòd Iesus erat filius omnium illorum,quorum Messias dicitur filius,vel de quorum stirpe dicitur descensurus.Soli autem duo sunt,quibus Messias promissus est, quòd esset de semine eorum, scilicet,Abraham,& Dauid.De Abraham patet Gen. 12. scilicet. In semine tuo benedicentur omnes gētes, scilicet,in Christo:& Apostolus declarat hoc ad Galà. 4. scilicet, Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius,Et sequitur: Non dicit,& seminibus quasi in multis,sed quasi in vno,& semini tuo qui est Christus. De Dauid patet Iere. 23. Vbi dicitur, quòd regnaret germen Dauid,& quòd esset germen iustum. Et idem in multis locis. Ideo de istis duobus debuit ostendere Matthæ.quòd Iesus erat filius eorum:vt probaret sufficienter ipsum esse Messiam: tollendo dubia Iudæorum. Et quòd hoc intenderit, patet,quia dixit,filij Dauid, filij Abraham, idest, Messias vocatur in scriptura filius Dauid, & filius Abraham. Et ista est vera causa, quam intendit Matthæus. Potuit tamen cum illa habere omnes, quæ dictæ sunt: sed ista, aut fuit sola, aut saltem præcipua. Sed tunc dicetur: quare Matthæus dixit,filij Dauid, filij Abraham? Nam cùm diceret: filij Dauid, satis constabat, quòd erat filius Abraham: cùm ipse Dauid fuerit filius Abrahæ.Dicēdum,quòd si posuisset Abraham ante Dauid: ita vt diceretur: filij Abraham,filij Dauid,cōueniens erat, vel necessarium poni Dauid:quia poterat esse Messias filius Abraham, & quòd non esset filius Dauid:quia per multas lineas poterat descendere ab Abraham, & quòd non pertineret ad Dauid, quia tamen præposuit Dauid,nō erat necessarium subsequi Abraham. Et ita dicendum, ꝙ non posuit Matthæus tanquam necessarium,vt intelligeretur de eius semine venire Messiam, sed quia Matth. volebat concordare istam genealogiam sacræ scripturæ, & in illa dicitur de istis duobus, quòd Messias sit filius eorum, vt dictum est:ideo Matthæ.voluit ponere vtrumq;: vt nihil maneret in scriptura, de quo posset fieri dubium circa Christi progeniem.

Quare in genealogia prius ponitur Dauid, quam Abraham, cum fuerit eo posterior. Quæst. IIII.

QVAERITVR, quare ponitur hic Dauid ante Abraham, cùm Abraham prius fuerit. Dicendum, quòd propter multa. Primò, quia Dauid dignior fuit, quàm Abraham ex conditione status. Nam Abraham fuit Patriarcha solùm; Dauid autem fuit rex.Et iste est maximus status, qui illo tempore erat inter homines. Secundò, quia Dauid excellebat Abraham ex conditione prophetię. Nam licèt Abraham fuerit propheta,Gen.2.excellentior fuit Dauid, cui reuelata sunt multa misteria, quæ scripsit in Psalmis. Et vocatus est propheta per excellentiam. Et non solùm ipse excedebat Abraham, sed etiam omnes prophetæ temporis sui excedebant Abraham:quia antiquis pauca misteria Deus reuelauit, sed secundùm tempora creuit illuminatio in prophetis,& semper Deus illis altiora reuelabat: sicut colligitur Exo. 6.scilicet. Ego apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotenti:& nomen meum magnum Adonai non indicaui eis, idest. Solùm me indicaui eis tanquam Deum omnipotentem: sed nō indicaui nomen meum magnum, idest,non reuelaui eis aliquas perfectiones, & secreta de me, quæ importantur per nomen meum magnum. Et super ipsum locum tenent omnes Doctores, tam Hebræi,quam Christiani, quòd per successionem temporum Deus semper maiora & altiora patribus reuelabat. Tertiò videtur Dauid excellere ipsum Abraham ex Dei acceptatione. Quia licèt non constet nobis omnino, an Deus magis dilexerit Dauid, quàm Abraham, vel è contrario: ex verbis tamen quæ Deus dixit, aliqualiter innuitur magis fuisse acceptum Deo Dauid, quàm Abraham. Quòd de Dauid Deus dixit: Quæsiui virum scđm cor meum.1.Regum.13.qđ non dr̄ de Abrahā, nec de aliquo alio. Etiam ex beneficijs collatis innuitur: nam maiora contulit ipsi Dauid, quàm alicui Iudæorum: quia cùm esset pastor ouium, Deus fecit eum Regem totius Israel:& super gentes multas de gentilibus constituit eum: nam fecit sibi Philistĥinos tributarios, & Ammonitas,& Moabitas,& Idumęos,& Syros.2.Regum 8.& 1.Paralipo.18. Et dedit ei famam super Reges sibi contemporaneos.Nam dixit ei Deus: Feci tibi nomen, iuxta nomen magnorum,qui sunt in terra. 2.Reg.7.& 1.Paralipo.17. Quartò,& præcipuè Dauid excellebat ipsum Abraham quantum ad Messiam. Nam pluries,& expressius facta est promissio ipsi Dauid de Messia,quam Habrahę.Nam de Abraham habetur solùm Gene.12.& 15.de Dauid autem habetur in multis locis,scilicet, Psal.131.ſ.De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Habetur etiam 2.Regū 7. & 1.Paralip.17.& 22. vbi litera aliquo modo intelligitur de Salomone, & aliquo modo de Christo: licèt plurimi de doctoribus nostris solùm velint intelligere de Christo.Habetur etiam promissio ista Isa.11.& Ierem.23.& quod plus est, quia expressior erat promissio facta ipsi Dauid.Nam Ierem.23.dicitur: Suscitabo Dauid germen iustum,& regnabit Rex, & sapiēs erit. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter: & hoc est nomen,quòd vocabunt eum,Dominus iustus noster. Quod omnes Iudæi exponunt de Messia. Nec potest negari.Isa.11.valde expresse habetur de Messia nascituro de semine Dauid. Item Micheæ 5.dicitur: Et tu Bethlehem Ephrata paruula es in millibus Iuda: ex te enim egredietur Dux, qui sit dominator in Israel. Et tamen dicendo,quòd Messias nasciturus esset de Bethlehem innuebatur, quòd nasceretur de semine Dauid: ad quem pertinebat illud Castrum. Et ita intelligebant Iudæi. Ideo maior erat Dauid in promissionibus de Messia,quàm Abraham: ideo debuit poni hic tanquam primus,& maior, cùm solùm ponantur hic ambo inquantum sunt principia generationis Christi: per hoc, quòd facta est eis promissio de eo. Quintò fuit hoc,quia vt supra dictū est, Matthæus ponit hic Christi genealogiam ad tollendum dubia Iudæorum, qui non credebant eum Messiam esse,qui putabant eum non esse de progenie illa, de qua promissus erat Messias nasciturus. Et quia Iudæi magis asserebant Christum esse de stirpe Dauid q̄ Abrahæ, & magis dubitabant de Christo, an esset de stirpe Dauid, quàm an esset de stirpe Abrahæ: Matthæus debuit principalius ostendere Iesum pertinere ad Dauid, & facere maiorem mentionem de Dauid, quàm de alio.Patet hoc,quia quando Iesus quæsiuit a Iudæis de Christo, idest, Messia, cuius filius sit,dicunt ei,quòd est filius Dauid,& non dixerunt,quòd erat filius Abrahæ,infra 22,Item quando Christus introiuit honorabiliter in Ierusalē volens ostendere ipsum esse Messiam

Messiam populus laudabat eum,dicens: Osanna filio Dauid:infra 21. Et in hoc dicebāt eum esse Messiam: quia Messias est missus à Deo,quòd ipsi expresserunt dicentes: Benedictus, qui venit in nomine Domini, idest, tu Benedicaris, qui venisti ad nos missus à Deo. Item Iudæi nunquam inueniuntur dixisse Christum, quòd non erat filius Agrahæ,& tamen dicebāt, quòd non erat filius Dauid: & ob hoc, quòd non erat Messias:Io.7.scilicet.Quidam dicebant nunquid à Galilea Christus venit, idest, Messias? Nonnè scriptura dicit, quia ex semine Dauid: & de Bethlehem Castello, ubi erat Dauid, venit Christus. Idem patet Io. 1. Matthæ. Ergo debuit præcipuè ponere Christum filium Dauid,quàm Abrahę.Et istæ duæ vltimæ causæ sunt,quas magis intendit Matthæus.

Quare potius B. Matthæ. genealogiam Christi incepit ab Abraham, quam ab aliquo alio. Quæst. V.

QVAERITVR, quare Matthæus describendo istam progeniem Christi incepit potius ab Abraham, quàm ab aliquo alio. Nam poterat incipere ab Adam, vel à Noè;vel vbicunque vellet. Dicendum,quòd cùm quilibet homo descenderet ab Adam, uel etiam à Noè siquis uelit describere progeniem alicuius, ad distinguendum illam ab omnibus alijs progeniebus, oportet, quòd incipiat eam,uel ab Adam,uel à Noè. Et si hoc non intendit, potest incipere illam à quocunque loco uoluerit: siue à remotissimis, siue à coniunctis. Primum patet,quia de quolibet homine certum est, quòd uenit ab Adā. Ideo cùm simpliciter aliquis uult progeniem alicuius distinguere ab omnibus aliis progeniebus, quæ fuerunt in orbe, necesse est incipere ab Adam, uel reducere usque ad Adam: sicut fecit Lucas in Christi progenie Luc. 3. Quòd tamen omnes, qui fuerunt ab Adam usque ad Noè mortui sunt prius, uel in diluuio perierunt præter Noe, & tres filios eius. Genes. 6. 27. nullus homo est de illis,de quibus dubitare possumus, qui non descendat à Noe: ideo quando describerimus alicuius progeniem incipiendo a Noe, uel reducendo in ipsum: sufficienter distinguimus illam progeniem ab omnibus. Secundum patet, quia si quis non incipit progeniem, quam uult describere ab Adam, uel à Noe non distinguit eam sufficienter ab omnibus aliis: ideo potest incipere à quocunque uoluerit, siue à propinquis illius, cuius progenies describitur, siue à remotis, secundùm diuersa motiua, quæ habere potest. Considerandum ergo, quòd ad inciendum progeniem alicuius describere, cùm quælibet continuetur usque ad Noe: non est maior causa, quare incipiatur ab uno de illa progenie,quàm ab alio nisi secundùm quòd describens progeniem intendit notificare,quòd aliquis homo uenit de tali, uel de tali progenie: & illum, de quo notificare intendit, ponit pro capite illius progeniei.Et quia Matthæus intendebat probare Iesum esse filium Dauid, & filium Abrahæ propter causas supra positas,oportebat, quòd inciperet scribere genealogiam a Dauid,uel ab Abraham. Et patet hoc, quia propter istud Matthæus posuit hic in principio Iesum esse filium Dauid, & Abrahæ: ut sciatur, quòd tota ista descriptio genealogiæ non est nisi ad probandum, quòd Iesus descendit de Dauid, uel Abraham: Ideo non debuit rationabiliter incipere ista progenies describi nisi a Dauid, uel Abraham. Sed obijcietur, quòd debuit Matthæus incipere ab Adam. Nam inter Lucam, & Matthæum differt, scilicet,quia Matthæus deducit Christum ad nos, & Lucas deducit Christum in Deum: Lucas tamen reduxit Christum in Adam: ergo Matthæus debuit incipere ab Adam. Dicendum,quòd non tenet argumentum: quia non fuit eadem intentio Lucæ, & Matthæi: ideo non eodem modo scripserunt. Nam sicut apparet diuersa motiua eorum fuisse, quia vnus induxit, & alius reduxit: ita etiam quantum ad principia, & fines genealogiæ fuerunt diuersa motiua. Fuit duplex causa, quare Lucas reduxit vsque in Adam. Prima, quia ipse intendebat per hoc signare reditum hominis in Deum. Et ad hoc oportuit, quòd reduceret vsque in Adam, qui immediatè reducitur in Deum: quia exiuit ab eo per creationem, sic dicitur Luc.3.in fine genealogiæ, scilicet, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. Secunda causa est,quia Lucæ motiuum scribendo euangelium fuit describere plenè omnia, quæ pertinebant ad Christum Deum,& hominē: vt probatum est supra,in quadam quæstione, ideo ipsam Christi genealogiam voluit ponere simpliciter perfectam. Non ponitur tamen plenè aliqua prosapia, nisi cùm describendo illam distinguitur per eam ab omnibus alijs progeniebus ille, cuius progenies describitur. Et hoc non fit nisi illa progenies incipiat in Adam,vel saltem in Noe,vel reducatur ad illos: vt supra probatum est. Ideo Luc. debuit reducere Christum vsque ad Adam: vel saltem vsque ad Noe:Matthæ. autem non intendebat hoc: sed solùm declarare quomodo Iesus erat de stirpe Dauid,vel de stirpe Abrahæ,vt satisfaceret dubijs Iudæorum, sicut supra diximus:ideo nō debuit incipere in Adam, vel Noe: sed in Abraham, vel Dauid. Sed tunc dicetur, quòd sufficiebat ꝙ Matthæ. describeret istam progeniem inchoando à Dauid. Et hoc propter duo. Primò quia,vt supra declaratum est Iudæi nunquam faciebant dubium, an Christus esset de semine Abrahæ, sed dubitabant an esset de semine Dauid:ideo ad respondendum eis sufficiebat incipere progeniem Dauid.Secđ,quia ostendendo, quomodo Christus erat filius Dauid, ostensum erat sufficienter, ꝙ erat filius Abrahæ,cùm Dauid esset de stirpe Abrahæ.Dicendum ꝙ si Matthæus voluisset, bene sufficeret,ꝙ inchoaretur genealogia à Dauid:& omitteretur tota prima quaterdena. Potest tamen esse narratio figuralis, cùm dicat Hiero. in prologo super Matthæū, scilicet, quòd per istas tres quaterdenas Matthæus intendebat significare quædam misteria, quæ ibi declarauimus. Si autem inciperet à Dauid,essent solū duæ quaterdenæ:& non posset significari idem misterium. Secunda ratio est,quia Matthæ. intendebat per istam genealogiam concordare progeniem Iesu Christi scripturæ de Messia: Scriptura tamen vocabat Messiam, filium Abrahæ, & filium Dauid, propter quod Matthæ. dixit hic in principio: Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Vt ergo vtraque pars conclusionis probaretur, sicut vtraquę explicitè ponebatur,ita vtraque explicitè probanda fuit: quia si ad hoc aspiceretur,etiam Matthæ. non dixisset in principio, filij Dauid, filij Abraham, cùm dicendo filii Dauid sequebatur, quia esset filius Abraham: sed posuit vtrumque expressè, vt consonaret scripturæ, sicut supra dictum est. Ideo ab vtroque debuit probari descendere: ponendo explicitè quomodo descenderet ab Abraham. Ad primum dicendum, quòd Iudæi dubitabant de Dauid, & non de Abraham: quia cùm Christus esset Iudæus,constabat eum descendere ab Abraham:nisi dicerent eum de gentilibus Samaritanis,sicut semel dixerunt,scilicet, Samaritanus es,& dęmonium habes. Io. 8.De Dauid autem poterant rationabiliter dubitare, an ab illo descenderet Christus, cùm esset illa quædam specialis,uel particularis progenies. Matthæus autem non posuit progeniem solùm ad tollendum dubia Iudæorū, sed etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam ad ostendendum,quomodo concordabat progenies Iesu Sacræ scripturæ. Ad secundum dicēdum, quòd verum est, & tamen non solùm Matthæus voluit implicitè probare Christum descendere ab Abraham, sed etiam exprimere omnes medias generationes propter causam supradictam. Si tamen Matthæ. voluisset incipere progeniem Christi à Dauid, sufficisset: & si voluisset illam incipere ab aliquo post Dauid non sufficisset. Ratio est, quia oportebat ostendere Iesum descendere de semine Dauid; vt crederetur esse Messias. Incipiendo tamen ab alijs inferioribus, non appareret quomodo descendebat de stirpe Dauid nisi de progeniebus aliorum constaret: si tamen constaret sufficisset à quocumque inciperet: vtpotè si inciperetur Christi generatio à Iechonia, quia cùm constaret de illo, quòd esset de stirpe Dauid, constaret Christum esse de stirpe Dauid. Et tamen hoc dato nō fuit conueniens, quòd aliquis in generatione Christi poneretur caput nisi Abraham, vel Dauid propter causas dictas.

Quare non fuit nominatus alius filius Abraham, quàm Isaac, cùm plures alios habuit. Quæst. V I.

QVAERITVR, cùm Abrahā habuerit multos filios, quare non fuit hic nominatus nisi Isaac. Nam habuit Ismahelem de Agar, & habuit multos de Cetura. Gen. 16. & 25. Dicendum, quòd quando aliqua progenies deducitur per aliquos, licèt quilibet illorū habeat multos filios, non pertinet ad illam progeniem nisi vnicus: quia vna progenies non potest denuari nisi per vnam lineam. Ira fuit in Abraham, à quo Christus descendit. Qui licèt habuerit multos filios non potuit tamen Christus descendere, nisi per vnicum illorum, & iste fuit Isaac. Ideo non debuit poni Ismahel, nec filij Ceturæ. Nam Deus dixerat Abrahæ, quòd Ismahel, & cæteri filij non pertinebant ad semen eius: sed solùm Isaac. Genes. 21. scilicet, in Isaac vocabitur tibi semen. Ita fuit de Isaac, qui habuit duos filios, scilicet, Iacob, & Esau: & non ponitur hic Esau, quia non pertinet ad istam progeniem, nec Christus voluit descendere ex illo: sed potius dixit: Iacob dilexi: Esau odio habui. Malachiæ primo. Obijcietur, quòd aliquando ponuntur hic filij aliquorum, qui non pertinent ad istam progeniem: sicut dicitur, Iudas genuit Phares, & Zaram: sed Zaram non est de Christi progenie. Item dicitur Iacob genuit Iudam, & fratres eius, & tamen solus Iudas pertinet ad Christi progeniem. Dicitur etiam, quòd Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius, & tamen solus Iechonias ad Christi progeniem pertinet. Dicendum, q̄ illi, qui non pertinent ad progeniem aliquam superfluè ponerentur in ea, & insuper facerent quandam confusionem. De istis tamen allegatis dicendum, q̄ fuerunt causæ speciales, quare positi fuerunt, quæ declarabuntur locis suis.

Quare dicitur Iacob genuit Iudam, & fratres eius, cùm solus Iudas in Christi generatione concurrat. Quæst. V I I.

QVAERITVR, quare dicitur, quòd Iacob genuit Iudam, & fratres eius, cùm non pertineat ad Christi progeniem nisi Iudas. Dicunt quidam, quòd factum est specialiter in istis, quia fuerunt viri sancti. Sed dicendum, quòd non stat, quia potius peccauerunt in multis, & grauissimis. Nam Genes. 37. dicitur, quòd Ioseph accusauit fratres suos de crimine pessimo, & tamē ille verè accusabat: ergo illi peccauerant in crimine pessimo: quid illud sit, ibi declaratum est. Item voluerunt isti filii Iacob occidere fratrem suum Ioseph, & uendiderunt eum Ismahelitis sine causa, quod erat crimen graue. eod. cap. Item isti occiderunt iniustè omnes Sichimitas. Genes. 34. & 49. & Iacob increpat ualde auctores sceleris. eod. cap. Item Rubem, qui fuit de istis, peccauit grauiter, quia cognouit carnaliter Balam uxorem patris sui. Genes. 35. Dicendum ergo, quòd non fuerunt positi, tanquam sancti, sed propter duo. Primò propter dignitatem quandam, scilicet, quia fuerunt Patriarchæ. Nam ab istis, tanquam à duodecim capitibus deriuatus est totus populus Iudæorum. Secundò, & principaliter fuit, eo quòd isti omnes fuerunt illi, qui primò totaliter pertinuerunt ad populum Dei. Nam Abraham fuit specialis Dei cultor, & principium populi Dei: & tamen non pertinuerunt omnes filii sui ad populum Dei. Nam Ismahel, & filii Ceturæ in gentilitate manserunt: solus autem Isaac fuit de populo Dei. Genes. 21. scilicet, In Isaac uocabitur tibi semen. Sic etiam Isaac fuit cultor Dei: sed non omnes filii sui: quia Esau mansit in gentilitate cum posteritate, solus Iacob pertinuit ad populum Dei. In Iacob autem non fuit sic, quia ipse habuit duodecim filios, & omnes pertinuerunt ad populum Dei, cum totis posteritatibus suis. Ideo, licèt non pertinerent omnes isti ad progeniem Christi, quia fuerunt primi, qui ab eodem patre pertinuerunt totaliter ad populum Dei, fuit rationabile fieri mentionem de illis. Sed dicetur, cùm tangatur de eis, quare non exprimuntur ipsorum nomina? Dicendum uno modo, quòd non fuit necesse: quia nomina istorum erant tam nota, quòd nemo inter Iudæos poterat illa ignorare. Secundò, quia isti non pertinebant ad progeniem, de quo agitur, ideo licèt fieret mentio de eis in generali, non debebat in particulari fieri, ut differret à mentione eorum, qui pertinent ad stirpem Christi, qui expresse nominandi sunt: sicut patet infra, cùm dicitur: Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius, & non exprimuntur nomina. Obiicietur, quia infra dicitur: Iudas genuit Phares, & Zaram: & tamen Zaram non pertinet ad Christi progeniem, & exprimitur nominatim. Dicendum, quòd hic sunt duo. Vnum est, cur fiat mentio aliqua de Zaram, & aliud quare nominatim. Primū declarabitur sequenti quæstione. De secundo dicendum, quòd expressit Matthæus nomen eius, quia breuius sic fecit quàm si diceret: Iudas genuit Phares, & fratrem eius. Ideo suppositio, quòd deberet fieri mentio aliqua de Zaram, melius fuit, quòd nominatim, quàm alias. Secundò potest dici, quòd factum est ad tollendum dubium, quia si diceretur genuit Phares, & fratrem eius, cùm habuerit Iudas alios filios, scilicet, Her, Onan, & Sela. Genes. 38. qui erant fratres Phares, esset dubium, de quo illorum intelligeretur, ideo expediuit nominari Zaram.

Quare Iudas dicitur genuisse Zaram, cum non pertineat ad Christi generationem. Quæst. V I I I.

QVAERITVR, quare dicitur, quòd Iudas genuit Phares, & Zaram, cum Zaram non pertineat ad Christi progeniem. Dicendum, vt supra dictum fuit, quòd qui non pertinent ad istam progeniem, non nominantur in ea, nisi propter aliquam causam specialē: fuit autem hoc in Phares, & Zaram quantum ad duo. Primò ex parte matris: nam non erat illa uxor, sed nurus. Gen. 38. & non cognouit eam volens, sed ignorans quæ illa esset. eo. c.

Secundò

Secundò ex parte filiorum: nam accidit in eis aliquid speciale in natiuitate sua. Fuerant enim ambo geniti vnico concubitu: quia Iudas nunquam cognouit ante, nec post Thamar nurum suam nisi tunc, cū ignorauit eam. Gen. 38. Et cùm fuit tempus pariendi, vnus paruulorum eduxit manum de ventre, & obstetrix ligauit in digito eius filum coccineum, ideſt, rubeum dicens: iste egredietur prior. Postea retrahente illo manum egressus est alius prior, & uocauit nomē eius Phares, ideſt, diuisio: dicens, quia propter te diuisa est materia, ideſt, tu rupisti parietem: vel propter te ruptus est. Alium autem, in cuius digito erat coccinum uocauit Zaram, ideſt, splendentem propter splendorem coccini. Gen. 38. Sed dicetur, quare ergo non fuerunt nominati alii filii Iuda, scilicet, Her, Onan, & Sela? Dici posset vno modo, quòd fuit propter peccatum, quia Her, & Onan fuerunt valde peccatores. Genes. 38. Et tamen Hieronymus vult quosdam prætermitti in ista genealogia, licèt sint de progenie Christi, quia erant peccatores, vt patet in homilia eius super Matthæum. Dicendum tamen potius videtur, quòd Her, & Onan omissi sunt, quia illi mortui sunt sine liberis, quia Deus percussit eos, cùm essent pessimi. Gen. 38. & Numeri. 26. Aliter potest dici tam de Her, & Onan, quam de Sela, quòd non fuerunt expressim nominati, nec generaliter, sicut Zaram, quia minus illi pertinebant ad Christum, quàm Zaram. Nam Zaram, & Phares erāt fratres ex eodem patre, & matre. Alij autem erant filii Iudæ ex alia vxore: ideo non erat de eis exprimendum sicut de Zaram. Secundò quia, vt supra dictum est, de Zaram fit hoc mentio propter illa duo specialia, quæ acciderunt in eo, & fratre suo: & tamen in aliis filiis Iudæ nihil specialiter accidit: ideo nihil fuit quare de eis hic fiat mentio. Et ista est causa præcipua.

Quare ponatur Thamar hic, quòd genuit Phares, & Zaram, cum matres aliorum non ponantur. Quæst. I X.

QVAERITVR, quare ponatur hic Thamar, cùm dicitur, quòd Iudas genuit Phares, & Zaram de Thamar: cùm in aliis non ponantur matres ipsorum, qui hic describuntur. Nicolaus respondet secūdùm Hieronymum, dicentē in genealogia Saluatoris nullam sanctarum fœminarum assumi: sed eas tantum, quas scriptura reprehendit: vt qui ꝓpter peccatores venerat, de peccatricibus nascēs, omniū peccata deleret. Vnde & in cōsequentibus Rahab meretrix, & Ruth Moabitis ponitur, & Bethsabee uxor Vriæ, hoc Hier. Contra istud arguit Nico. nō esse rationabiliter dictum, quia Hier. dicit ibidem, q̄ ꝓpter peccatum tres reges de Christi genealogia tolluntur, scilicet Ochozias, siue Azarias, Ioas, & Amasias. quia Iorā miscuerat se Athaliæ filiæ impiissimæ Iezabelis: ideo filii eius, vsque ad quartam generationem de genealogia Christi tolluntur: ergo non est probabile, quòd ꝓp peccatum in ipsa genealogia nomina mulierum exprimantur. Item, quia dicit, in genealogia Christi nullam sanctarum fœminarum poni: & tamen ponitur ibi Beata Virgo Maria, quæ est sanctissima. Item dicit Rahab, & Ruth ibi expressas propter peccatum: & non videtur verum, sed potius propter virtutis actum: Rahab namque suscepit exploratores Israelitarum, & saluauit eos: Iosue secundo. Et ponitur ab Apostolo in Catalogo eorum, qui meruerunt aliquid per fidem, ad Hebræ. 11. Et cùm dicitur, quòd fuit meretrix, negat illud, sed asserit fuisse cognomen, sicut aliquis rusticus uocatur rex cognomine. De Ruth Moabitide dicit, quòd scriptura non reprehendit eam, sed potius laudat, quia relicta gentilitate suscepit fidem Dei: etiam laudauit eam Booz, dicēs: quòd totus populus sciebat eam esse mulierē virtutis. Ruth primo, & tertio. Hæc dicit Nicol. Dicendum uidetur, quòd Thamar exprimitur hic propter multa. Primò potest exprimi ꝓpter peccatum, vt ait Hier. Non quidem, vt ista mulier, & cęterę de peccato arguantur per hoc, q̄ exprimuntur: sed, vt per hoc Dei misericordia ostendatur: qui voluit ex talibus nasci non dedignatus eas. Et hoc etiā signatur in prologo eius super Matthæum. Tñ verum est, q̄ non est ista causa præcipua, quare exprimatur hic Thamar, vel aliæ mulieres: quia tunc potius exprimeretur Athalia vxor Ioram, quæ fuit pessima. Nam ipsa spoliauit templum Domini & posuit ornamenta eius in templo Baal. secundo Paralipom. 33. Ipsa quoque occidit iniustè omnes de semine regio, in Iuda, & tenuit regnum per violentiam sex annis. 4. Reg. 11. & 2. Paralipom. 22. Et tamen non exprimitur hic. Et licèt Nico. conuenienter arguat, potest tamē dictum Hier. stare in sensu suo. Ad primum dicendum, quòd illi reges secundùm Hiero. tam peccatores fuerunt, vt non mererentur exprimi in genealogia, ne istum haberēt honorem: mulieres autem licèt fuerint peccatrices, poterat esse peccatum illarum tale, quòd illas consequi honorem quendam ex Dei misericordia esset ad Dei laudem. Ideo exprimerentur, non tamen ex hoc intendo pro nunc approbare illud dictum Hiero. de tribus regibus, quare subticeantur, quia de hoc infra dicetur. Ad secundum dicendum, quòd Hiero. non intellexit hic de mulieribus, nisi de illis, quæ conceperant ex viris: Domina autem nostra excepta est ab hoc. Nam satis apparet Hiero. non sensisse de ea, quia alias non solùm falsum diceret: immo esset hæreticum, & absurdum dictum suum. Ad tertium, cùm dicit Rahab nō fuisse meretricem, non probat istam negatiuam, maximè cùm scriptura vocet eam meretricem. Iosue secundo. Et tamen hoc an verum sit, ibi declaratum est. Item dato quòd nō fuisset meretrix, fuisset peccatrix: quia non vocatur mulier peccatrix, quia semper peccat, sed quia, aliquando mansit in peccato manifeste, vel cōmisit istud. Et hoc ipse concedere videtur. Nam dato q̄ Rahab fuisset aliquando meretrix, quia tamen assumpta est in vxorem à Salmon principe tribus Iudæ, & peperit Booz, qui pertinet ad Christi progeniē, non fuit meretrix. Et tamen Nico. vult dicere eā nunquam fuisse meretricem, timens, q̄ si hoc concesserit fatebitur eam peccatricem. Et tamen Rahab fuit idolatra magno tēpore: ergo peccatrix fuit, & ex hoc infamis, & sic indignum uidebatur ponere eam in Christi genealogia: licèt postea esset fœmina magnæ virtutis, ex misericordia. Sicut cùm quis incurrit infamiam de iure, propter aliquod delictum. licèt postea honestissimè uiuat, non est habilis ad honores politicos, nec ecclesiasticos. De Ruth idem dicendum est, quòd licèt virtuosè vixerit postquam cepit redire cum socru sua, & suscepit fidem Dei Israel: tamen prius fuerat idolatra, & erat infamis: & sic semper poterat uocari peccatrix, licèt postea honestè uiueret. Et ita Hiero. rectè potest uocare istas peccatrices. Secunda causa, & præcipua est, ꝓpter aliquid speciale quod pertinuit ad Thamar, & ad cęteras, quæ exprimuntur. Nam sicut aliqui uiri, qui ad istam progeniem non pertinent, positi fuerunt hic, quia in eis accidit aliquid speciale, ut supra dictum est, ita & in mulieribus. De aliis autem, qui exprimuntur dicetur locis suis: de Thamar nunc dicendum, quòd ipsa non fuit uxor Iudæ, sed Nurus, & cognouit eam Iudas ignorans illam. Et acciderūt in hoc, quæ habentur Genes. 38. Et hoc tenet Nicol. dicens, quòd istæ mulieres exprimuntur, quia fuerunt accidentaliter coniunctæ uiris, de quibus conceperunt. Quod declarabitur infra in locis suis. An uerò Thamar

Universidad de Deusto Biblioteca

mar peccauerit subijciendo se Iudę. & an Iudas peccauit cognoscendo eam: & multa circa hoc declarata sunt Gen. 38.

An Salmon peccauerit accipiendo Rahab in vxorem. Quæst. X.

QVAERITVR, an Salmon peccauit accipiendo Rahab in vxorem. Aliquis dicet, quòd sic, quia Rahab non erat de Israelitis. Et dicitur Numeri. 36. quòd omnes viri ducent vxores de tribu sua, & cunctæ fœminę maritos de eadem tribu accipiant: Rahab tamen non erat de tribu Salmon, quia non erat de Iudæis: ergo peccabat accipiendo. Item Rahab erat Chananæa: vetitum tamen erat Iudæis accipere vxores de illis, ne ad idolatriam inducerent filios suos: Exod. 24. & Deuteronomij. 7. Dicēdum, quòd non peccauit Salmon accipiendo Rahab: quòd si inspiciatur, quòd ipsa erat Chananæa, non solum erat illicitum accipere illam in matrimonium, sed etiam tenebantur Israelitæ occidere illam cum cęteris Chananæis, quia nullum illorum poterant permitterc viuere sub aliqua conditione. Deuteronomij. 2. Cum Rahab tamen rationabiliter, immo quasi ex necessitate dispensatum est in hac lege, quia liberauit exploratores à morte, ideo fuit causa sufficiēs ad hoc, quòd posset accipi in matrimonium: potissimè, quia ipsa Rahab iam erat in ritu iudaico: & ante quam exploratores venirent, ipsa habebat fidem de Deo Israel, Nam dixit, quòd nō erat alius Deus in cęlo, nec in terra. Iosue. 2. Ad primum dicendum, quòd lex illa de accipientibus vxores non obligabat viros determinatè ad accipiendum vxores de tribu sua, sed quòd non acciperent vxores de alijs tribubus Israel, de quibus ipsi non essent. Cùm autem Istaelita acciperet vxorem de gētilibus non accipiebat vxorem de aliqua tribu, quæ nō esset sua: cùm de nulla tribu Istael acciperet illam, & sic obseruabat legem. Quod autem sit iste intellectus legis declaratum est Iosue. 6. in quadam quæstione. Ad secundum dicendum, quòd Deus vetuerat accipere vxores de Chananæis, ne conuerterent viros suos ad idolatriam. Exod. 34. & Deuteronomij. 7. hoc non erat in Rahab, quæ iam conuersa fuerat ad ritum iudaicum: ideo licebat eam accipere in vxorem. Sed arguetur, quòd tunc liceret Iudæis conuertere mulieres Chananæas in iudaismum, & deinde habere eas in vxores. Dicendum, quòd non licebat Iudæis hoc facere, immo dato, quòd Chananæi expugnati à Iudæis vellent conuerti ad Deum Israel, non licebat Iudæis recipere eos, sed tenebantur occidere omnes viros, & fœminas: paruos, & magnos. Deuteronomii. 2. Si tamen in aliquo speciali casu liceret permitti viuere aliquam Chananæam, & conuerti ad iudaismum, non minus liceret eam accipi in vxorem, quàm aliquam de stirpe Moabitarum, & Idumæorum, aut de quibuscunque gentilibus non pertinentibus ad Chananæos. De Rahab autem sic factum est, quia Israelitæ obligati fuerunt permittere eam viuere, quia liberauerat exploratores eorum de morte, & ipsi nomine totius populi, quorum negotia vtiliter gerebant, sub iuramento se obligauerunt, non solùm eam, sed etiam omnes cōfugientes in domum suam liberare à morte. Iosue. 2. Ideo potuit licite accipi in vxorem à quocumque Israelita. Et non solùm fuit hoc in ipsa, sed etiam in omnibus de cognatione sua, & in omnibus confugientibus in domum suam: quia omnes illi a morte liberati sunt ex viribus iuramenti præstiti ab exploratoribus. Et illud postea obseruauerunt Israelitæ. Iosue. 6. Ideo quamlibet illarum Chananęarum ad ritum iudaicum conuersam licebat accipi in vxorem à quocunque Is-
F sraelita, De his latius declaratum est Iosue. 6. in quadam quæstione.

Quare Rahab hic fuit specialiter expressa, cum non ponantur regulariter mulieres. Quæst. XI.

QVAERITVR, quare Rahab fuit hic specialiter expressa, cùm non ponantur hic regulariter mulieres. Dicendum, quòd prima causa esse potuit ex causa, quàm assignauit Hier. .s. quia fuit peccatrix: nam fuerat idolatra magno tempore, & de illo maledicto semine Chananæorum, qđ vocatur semen nequam, & maledictum: Sapiētiæ. 12. & ex sola Dei misericordia non solùm exempta est, vt
G à morte liberaretur morientibus ceteris, sed etiam, q perueniret ad legem sanctam Dei Israel: & nouissime, ꝙ de progenie eius Messias nasceretur. Et quia scriptura intendit ostendere talem Dei misericordiam in laudem ipsius, exprimit similia ex quibus colligatur amplissima Dei misericordia. Secunda est propter specialem casum, scilicet, quia ipsa quasi dedit viam ad capiendum vrbem Iericho, & liberauit exploratores Iudæorum à morte, & assumpta est in vxorem à Salmō: voluit Matth. exprimere illam, quoniam in scriptura magna mentio fit de ea: & propter magna beneficia, q contulit Israelitis. Tertia fuit in laudem eius propter virtutem suam. Quia licèt fuerit à principio idolatra, fuit postea Dei cultrix. Et ante quam communicaret
H cum Iudeis habebat fidem de Deo ipsorū. Nā dixit, q nō erat alius Deus in cęlo, nec in terra: & ꝙ ipse traderet terram in manu eorum. Iosue. 2. Et ob hoc Apostolus ponit eam in Cathalogo eorum, qui laudantur in fide, dicens: Fide Rahab meretrix non periit cū incredulis, excipiens exploratores cum pace. Dignum ergo fuit, vt Matth. illam nominaret in laudem fidei: sicut Pau. illam nominauit. Circa Ruth, quam Booz duxit in uxorē, dubitari poterat, an Maalon primus uir eius Iudæus peccauerit eam accipiendo uxorem, & an acceperit eam manentem in gentilitate, & si sic, an licuit sibi. Hæc, & alia circa hoc declarata sunt Ruth primo. Quòd tamen Ruth non ponitur in ista Christi progenie inquantum fuit uxor Maalon, sed inquantum fuit
I suscepta à Booz, non interest quærere de habitudine eius ad primum uirum suum, scilicet, Maalon.

An Booz peccauerit accipiendo Ruth in vxorem. Quæst. XII.

QVAERITVR de Booz, an peccauit accipiendo Ruth in uxorem. Aliquis dicit, quòd sic, qa Ruth erat gentilis, & non licebat Iudæis accipere uxores de gentilitate. Secundò, quia non solū erat gentilis, sed etiam de stirpe Moab: Moabitæ autem prohibentur intrare in Ecclesiam Dñi in eternum. .s. per ꝯctum matrimonii. Deuteronomii. 23. Ergo nulli Iudæo licebat accipere Ruth Moabitidem in vxorem. Dicēdum, ꝙ licuit Booz accipere Ruth in uxorem, immo fuit ex hoc laudabilis. Primò, qa ex ver-
K bis Ruth, quia ipsa edocta à Noemi socru sua, petiuit Booz in uirum iure propinquitatis, Ruth. 3. si tñ nō liceret Booz illam accipere, non instruxisset eā Noemi ad petendum qđ erat illicitum. Scđò patet, quia Booz dixit ipsi Ruth, ꝙ erat propinquus, & tamen alius erat propinquior: & si ipse nollet eam recipere, ipse Booz sine dubio eam reciperet: Ruth. 3. Si tñ hoc non liceret: non respondisset Booz, ꝙ illam acciperet. Tertiò patet, quia Booz laudauit ipsam Ruth, quia petiuit eū in uirum, dicens: Benedicta filia tu à Dño, quia priorē misericordiam posteriore superasti, quia non es secuta iuuenes pauperes, uel diuites, sed petiuisti me seniorem

rionem in virum. Si tamen illicitum esset, qđ petebat, non laudaretur: ergo licitum erat. Quartò patet, quia Booz dixit cognato, ꝙ si vellet accipere hæreditatem de manu Noemi, tenebatur accipere Ruth in vxorem Ruth. 4. Et tamen si non esset hoc licitum, nō teneretur propinquus Booz illam accipere. Quintò patet, qa ex eo, ꝙ ille propinquus Booz noluit accipere Ruth in vxorem, non potuit redimere possessionem, quā vendiderat Noemi, nec potuit succedere in hæreditatem defunctorum, & Booz, qui erat minus ꝓpinquus successit in omnibus his, quia accepit Ruth in vxorem: ergo licitum erat, immo quasi necessarium illam accipere: quia aliàs non priuaretur iste cognatus Booz bonis, in quibus erat. Sextò patet, quia Booz vocauit omnes de populo in testes, ꝙ ipse acciperet Ruth in vxorem. Ruth 4. Si tamen esset illicitum, non vocaret ad hoc testes, quia qui malum agit, vult illud abscondi, iuxta illud: Oculus adulteri obseruat caliginem, dicēs: Non me videbit oculus, & operiet vultum suum. Iob. 24. Ergo licitum erat illam accipere in vxorem. Septimò patet, quia totus populus laudauit istud matrimonium, & imprecatus est bona Booz, & Ruth: vt patet Ruth. 4. Si tamen esset illicitum, non laudaretur Booz, nec imprecaretur ei aliquis bonum pro turpi commisso. Octauò patet, quia Booz fecit hoc bono desiderio. s. vt suscitaret semen defuncti. Quòd aliàs, cùm ipse esset vir potens, & magnarum opum in vrbe Bethlehem, ut patet Ruth. 2. accipiendo mulierem peregrinam in uxorem, iam ab alio uiro ductam, non erat magna laus. Fuit ergo meritorium, & laudabile, ꝙ Booz acciperet Ruth in uxorem. Ad primum argumētum dicendum, ꝙ Israelitis non erat simpliciter prohibitus contractus matrimonij cum mulieribus gētilibus, sed cum duabus conditionibus. Prima erat, quòd non essent mulieres manentes in ritu Gentilitatis: nam non licebat in hoc ritu quamcunque accipere, sed si dimitteret illum, licebat. Sic colligitur Deuteronomij. 21. cùm dicitur de mulieribus, quas Iudæi captiuas acciperent in bello de gentilitate, quia si inter illas esset aliqua, quæ placeret in oculis alicuius Iudæi: posset illam accipere in uxorem, post unum mensem, factis cœremonijs, de quibus ibi. Secunda cōditio erat, quòd mulier illa non esset Chananæa. Nam siue conuerteretur ad iudaismum, siue non, nequaquam poterat accipi in uxorem. Hoc est uerum si ipsa uellet conuerti, quia propter hoc, adhuc non licebat accipi illam. Si tamen in aliquo casu liceret Iudęis permittere mulieres Chananæas uiuere, licebat eis accipere eas in vxores. Sicut fuit de Rahab: vt declaratum est Iosuæ. 6. Sed istud erat rarissimum. Generaliter ergo tenebantur Israelitæ occidere omnes Chananæos viros, & fœminas, magnos, & paruulos, & non licebat eis donare uitam cuiquam, Deuteronomij, secundo, etiam si uellent interponere quascunque grauissimas conditiones super ipsos Chananæos. De aliis autem gentilibus, non erat talis prohibitio, ideo leges, quæ communiter uetant accipi uxores de gentilibus, intelliguntur de Chananæis, ut colligitur Exod. 34. & Deuteronomij. 7. Ad secundum dicendum, quòd Ruth erat Moabitis, & tamen non erat illicitum alicui Iudæo accipere illam in uxorem, quia lex Deuteronomij. 23. intelligitur de viris Moabitis, & non de mulieribus, ut patet ibidem. Et ratio est manifesta, scilicet, qa nolebat Deus uiris Moabitis concedere, ꝙ aliqui de progenie eorū siue totius populi Moab essent pars populi Hebræorum: & per hoc intrarent Ecclesiam Dei. Sequeretur tamē hoc si Moabitæ cōuersi ad iudaismum possent accipere uxores de Israelitis, quia filius semper nominatur de familia patris, & non matris: maxime secundùm consuetudinem veteris testamenti. Si tamen mulieres Moabi-
A tides acciperentur in uxores à Iudæis, non sequeretur hoc, quia filij Iudæ procreati non nominarētur de stirpe matrum, sed patrum. Ideo Moabitæ sic nunquam intrarent ecclesiam Dei, quia filij mulierum Moabitidarum non erant Moabitæ, sed Iudæi, cùm patres illorum essent Iudæi. Filij autem uirorum Moabitarum, erant Moabitæ, etiam si matres illorum essent Iudeæ.

Quare Ruth hic nominatur cum esset mulier. Quæst. XIII.

QVAERITVR, quare Ruth hic nominatur, cùm esset mulier. Dicendum, quòd propter multa. Primò ad ostēdendum Dei misericor-
B diam. Nam Ruth erat gentilis idolatra, & de populo illo Iudæis infesto. s. de Moabitis, quos Deꝰ uetuerat intrare ecclesiam suam, Deuteronomij. 23. Quòd ergo nunc non solùm ad fidem Dei ipsius misericordiam conuerteretur, sed etiam acciperetur in uxorem à uiro potentissimo, & ditissimo in tribu Iuda, quæ erat præcipua, & quod maius est, quòd de ea Messias descenderet, fuit magnum beneficium. Ideo ad ostendendam hanc Dei misericordiam expressa est Ruth. Secundò propter uirtutem eius, quæ nimis laudatur in scriptura. Nam cùm esset puella de terra Moabitarum, defuncto uiro, cùm iam de socru sua uidua, & antiquissima peregrina, & paupere muliere nihil sperare posset, nisi participare angustiis eius, deseruit
C terram originis suæ, cognationem, & quidquid habere poterat: & secuta est peregrinando socrum suam. Et quod maius est, etiam illa renitente à principio. Et etiam uoluit deserere spōte Deos Moabitarum, quos semper coluerat, ut confugeret ad Deum Israel. Et ob hoc omnes laudabant eam, & imprecabantur sibi bona, sicut dixit ei Booz. Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel, ad quem uenisti, & sub cuius confugisti alias Ruth. 2. Tertiò fuit principaliter ad concordandum progeniem Iesu sacræ scripturæ loquenti de Mesia. Nam propter hoc positi fuerunt in principio Abraham, & Dauid, scilicet, quia ad ipsos specialis promissio de Mesia facta est. Scriptura autem signauerat
D Mesiā uenturum de Ruth: ergo debuit ipsa hic exprimi. Patet hoc Isai. 16. scilicet. Emitte agnum Domine Dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Sion. Est autem Petra deserti quædam ciuitas terrę Moab, de qua dicitur fuisse Ruth. Et sic agnꝰ dominator terræ, idest, Mesias uenturus erat ad montem filiæ Sion, idest, in Ierusalem, ubi est mons Sion de Petra deserti, idest, de terra, uel stirpe Moabitarum, ubi erat ciuitas, quæ uocabatur Petra, scilicet, de stirpe ipsius Ruth, quæ erat de Petra deserti. Et sic intelligūt omnes Doctores nostri, sicut ait Hieronymus, in Epistola ad Paulinum, scilicet, Ruth Moabitis Isaię explet uaticinium dicentis. Emitte agnum Domine dominatorem terræ &c. idest, in Ruth completur illud di-
E ctum Isaiæ. Et ob hoc non fuit de aliqua alia muliere tam necessarium, quòd exprimeretur hic, sicut de Ruth: An tamen auctoritas ista intelligatur de Mesia dicetur plenè Isai. 16.

An Booz filius Salmon fuerit pater Obed. Quæst. XIIII.

QVAERITVR, cùm dicatur hic Salmon genuit Booz, & Booz genuit Obed, an Booz filius Salmon fuerit pater Obed, uel aliquis alius. Aliquis dicet, quòd non potest stare istum Booz fuisse filium Salmon, quia tunc quilibet eorum, quando gigneret esset plusquam

centum & viginti annorum. Quod absurdum videtur, quia nullus homo in tanta ætate erat potens ad gignendum: immo rarissimi perueniebant ad istam ætatem tempore illo, sicut & isto. Consequentia patet, quia natiuitas Obed ponitur communiter fuisse tempore Heli Iudicis Israel, & summi Sacerdotis: sic enim vult Iosephus, 5. Antiquitatum. Salmon autem accepit Rahab Ierichontinam in vxorem, ex qua natus est Booz in introitu Israel in terram Chanaan: vt patet Iosue. 6. quia tunc ipsa recepta est inter Israelitas. eo. cap. Et cùm inter vtrunque tempus fuerint plures, quàm ducenti & quadraginta anni, ideo necesse erat, ꝙ vterque istorum, quando gigneret, esset plus quam centũ & viginti annorum, cùm totum hoc tempus cõpetat istis solis duobus. Patet hoc, quia ab exitu de Aegypto, vsq; ad fundationem templi Salomonis fuerunt anni quadringenti & octoginta: vt patet 3. Reg. 6. de quibus subtrahantur quadraginta anni ab exitu de Aegypto, vsq; ad introitum in terram Chanaan, quando capta est Iericho: quę primo capta est in terram Chanaan, vt patet ex processu libri Iosuæ à principio vsque ad septimum capitulum. Detrahantur etiam triginta anni ad plus de tempore Heli summi Sacerdotis, & Iudicis: nã peregrinatio Elimælech facta est in diebus cuiusdam Iudicis. Ruth primo, & dicitur iste fuisse Heli, durauit ista peregrinatio decem annis, Ruth primo, & post reuersionem de illa accepta est Ruth in vxorem à Booz, & peperit Obed, de quo hic, & Ruth. 4. & sic ad minus transierunt decem vel undecim de tempore Heli iudicis, & Sacerdotis vsque ad natiuitatem Obed. Ipse autẽ Heli iudicauit Israel quadraginta annis. primo Reg. 4. ideo ad plus de tempore eius poterunt detrahi. 30. anni, qui fuerunt post natiuitatem Obed. Deinde subtrahantur quadraginta anni Saulis. s. Regni eius. Act. 13. & postea quadraginta anni Regni Dauid. 2. Reg. 5. & 3. Reg. 2. & tres anni de regno Salomonis, quia in principio quarti anni regni Salomonis fundatum est templum. 3. Reg. 6. qui sunt simul anni centum, & quinquaginta, & tres, qui subtrahãtur de quadringentis, & octoginta, manebunt trecenti, & viginti septem: Diuidendo ergo istos per Salmon, & Booz, necesse erit, quòd quilibet istorum haberet annos plures quam centum & sexaginta & tres quando gigneret, quod videbatur impossibile: quia nullus hominũ ad tantam ætatem illo tempore perueniebat, & dato ꝙ quis attingeret eam, non esset potens gignere tunc. Dicit Nicol. & quidam de Doctoribus nostris, ꝙ fuerunt tres viri eiusdem nominis. s. Booz. Pater, filius, & Nepos, Et primus eorum fuit filius Salmon, & ille genuit alterum Booz, qui subticetur hic, & ille Booz, qui subticetur genuit Booz patrem Obed: & isti tres conuenienter implerent tempus istorum trecentorum viginti & septem annorum cum Salmon. Et sic potest litera stare. Tenet hoc Nico. & super Ruth. 4. probat etiam hoc per simile, quia infra in litera ista in progenie Christi subticentur alii tres, scilicet, Ochozias, Iohas, & Amasias. Nam dicitur Ioram genuit Oziam, & tamen Ioram non genuit Oziam, sed Ochoziam, & ille genuit Iohas, & Iohas genuit Amasiam, & Amasias genuit Oziam, vt patet 4. Reg. 8. & 11. & 14. & 2. Paralip. 21. & 22. & 25. Sicut ergo subticentur isti tres, ita poterunt subticeri alij tres, qui vocantur Booz. Dicendum, ꝙ licèt hoc videatur satis verisimile, est tamẽ falsum. Causa autem huius est, quia isti nesciunt dissoluere inconueniens, ꝙ videtur sequi, si ponatur vnicus Booz, & tamen dicendum est, ꝙ fuerit unicus. s. q̃ fuit filius Salmon, & pater Obed. Modus autem, qui in litera ista, & multæ aliæ similes stent conuenienter est, '. ꝙ non astringamus nos ad credendum, ꝙ historia Ruth fuerit tempore Heli Sacerdotis, & iudicis, cùm

Liranus impugnatur.

F hoc non constet: sed ꝙ fuerit tempore alicuius iudicis multo ante Heli. Et dicemus, quòd historia Ruth accidit diebus Gedeonis iudicis Israel: vel tempore Barac vltimo anno eius, & computabitur sic, ꝙ Salmon filius Naasson natus fuerit ante exitum de deserto decem, vel viginti annis, & acceperit Rahab Ierichontinam in vxorem in introitu terrę Chanaan, & forte genuit ex ea multos, & tamen genuit ex ea Booz, in fine omnium cùm iam esset annorum nonaginta duorũ, vel trium: & tunc etiam Rahab esset apta ad gignẽdũ, quia fortè in introitu in terram Chanaã ipsa esset puella tenera quindecim annorum, vel quasi: licèt dedita impudicitiæ. Et cum esset annorum octoginta & septem, conciperet Booz ex Salmon: nam Sara quando G concepit Isaac erat annorum nonaginta Genes. 22. & tamen non fuit miraculum in conceptione illa propter maximam senectutem, sed quia defierant Saræ fieri muliebria. Genes. 18. Posset ergo Rahab in anno octogesimo septimo concipere Booz ex Salmon: deinde Booz filius Salmon anno nonagesimo octauo, vitæ suæ ex Ruth, quæ erat iuuencula poterat gignere Obed. Et istud esset tempore Barac iudicis Israel. Qđ patet computando ab introitu in terram Chanaan septuaginta duos annos, post quos gigneretur Booz ex Salmon constituto in nonaginta & duobus annis, & ex Rahab, quæ esset tunc octoginta septem annorum, & addantur illis nonaginta octo anni, in qua ætate Booz gigneret Obed ex Ruth: qui sunt simul H centum, & septuaginta anni. Computentur totidem per tempora iudicum, scilicet, quadraginta anni primi Iudicis, scilicet, Othoniel. Iudicum. 3. sub quibus etiam compræhenditur totum tempus, quod Iosuę præfuit, & tempus medium inter Iosuæ & Iudices, vt probatum est eodem capitulo, & postea anni octoginta, qui computantur sub Aod Iudice secundo. eo. cap. & quadraginta anni sub Barac Iudicum. 4. Nam sub Samgar non computantur aliqui anni, sed tempora simul colliguntur sub Barac, & sunt isti anni simul centum & sexaginta. Accipiantur anni decem de diebus Gedeonis, qui etiam quadraginta annis iudicauit. Iudicum. 8. & sic dicetur, quòd tempore Gedeonis anno decimo eius, uel quasi potuerit esse generatio Obed: & principium peregrinationis Elimelech, & Noemi I fuerit in principio dierum Gedeonis, vel in fine dierum Barac. Nam durauit illa peregrinatio decem annis. Ruth primo. Deinde quòd Obed nonaginta octo annorum, vel quasi poterat gignere Isai patrem Dauid, & Isai gigneret Dauid anno octogesimo quinto, vel quasi vitæ suæ. Isti anni omnes coniungendo eos cum præcedentibus sunt anni trecenti quinquaginta sex, scilicet, septuaginta duo anni Salmon post introitum in terram Chanaan, & nonaginta octo anni Booz, & totidem Obed, & octogintaquinque Isai: qui subtrahantur de quadringentis, & octoginta, qui fuerunt ab exitu de Aegypto vsque ad fundationem templi Salomonis. tertio Reg. 6. manebunt centum & vigintiquatuor anni. De quibus rursus sunt subK trahendi quadraginta, scilicet, qui fuerunt ab exitu de Aegypto usque ad introitum terræ Chanaan: & manebunt octogintaquatuor anni. De quibus subtrahantur quatuor anni ferè, qui transierant de regno Salomonis, quando fundatum est templum. tertio Regum 6. & quadraginta, quibus regnauit Dauid, secundo Reg. 5. & 3. manebunt solùm quadraginta anni, & isti fuerunt, qui ascribuntur regno Saulis. Act. 13. Et hoc modo, quando cœpit regnare Saul, vel quando cœperunt computari quadraginta anni sub eo fuit natiuitas Dauid. Et erit tunc totus numerus completus, & conformatus numerus generationum numero temporis. Et tamen non debet dici ꝙ Dauid natus

Vir senex potest de iuuencula cõcipere.

natus fuerit primo anno regni Saulis, quia tunc anno, A quo moreretur Saul, esset Dauid quadraginta annorum, & falsum est, quia erat solùm triginta annorum. Quod patet, quia illico, vt mortuus est Saul, vnctus est Dauid in regem super Iudam, vt patet secundo Reg. primo & secundo, & tamen quando vnctus est in regem super Iudam erat annorum triginta. 1. Reg. 5. Ideo dicendum, ꝙ decem anni erant transacti de regno Saulis, quando natus est Dauid: nondum tamen regnabat Saul, sed iudicabat Samuel. Tempus tamen Samuelis, & Saulis computantur in illis quadraginta annis, qui ascribuntur Sauli. Actu. 13. Et de istis iudicauit Samuel ad minus. 20. annis, vt probatum est primo Reg. 7. Iosephus autem 6. & 7. Antiquitatum in prin- B cipio dicit fuisse. 18. annis regni Saulis, & sic manent vigintiduo pro Samuele, quod satis conueniens est. Isti autem decem anni, qui deficiebant de numero vsque ad natiuitatem Dauid diuidentur per generationes præcedentes dando cuilibet duos, vel tres, & sic stabat numerus ex omni parte conueniens. Et non oportebat dici, quòd fuerint tres viri nomine Booz successiuè: quod litera non innuit: sed est diuinare. Dicendum autem uidetur quibusdam, ꝙ ista computatio generationum ad implendum numerum annorum est omnino ficta, & à voluntate propter tria. Primò, quia ponuntur isti generare in tanta ætate, in qua non possunt gignere, uel non erat satis possibilè. Secundò, quia dato ꝙ possent gignere in tanta ætate, nõ C est uerisimile, quòd in illa gignerent, sed potius in minori ætate. Tertiò, quia dato ꝙ in tanta ætate gignerent: isti, de quibus hoc dicitur essent geniti in minori ætate, cùm sint primogeniti, per quos texitur linea patrum. Cùm tam hic quàm Ruth. 4. & primo Paralip. secundo, ponantur ad enarrandum generationem patrum, quæ describitur per lineam primogenitorum. Dicendum, ꝙ non sequitur aliquid istorum inconuenientium: nec est fictio aliqua, sed necessitas ad ponẽdum generationem in tanta ætate, quia aliàs non posset stare, ꝙ isti soli, qui ponuntur hic complerent generationem istam: sed necesse erat dici aliquos taceri: qđ non est incõueniens, ut infra dicetur. Ad primum inconueniens, Dicendum, ꝙ isti poterant gignere in tanta ætate, quia alij generabãt in maiori. Nam Abra- D ham, quando genuit filios ex Cethura erat plus quam annorum centum & quadraginta, ut probatum est Gen. 25. & non fuit miraculum aliquod in generatione illa, quia solùm ponitur miraculum in generatione Isaac, quem concepit Sara, ut patet Gen. 14. & ad Ro. 4. & ad Hebræ. 11. Ideo à fortiori possent isti gignere anno octogesimo octauo. Et istud posset faciliter esse accipiendo iuuenculas in uxores. Nam uiri senes non possunt gignere ex ueteribus, & tamen si accipiant iuuenculas in uxores, poterunt gignere, & sic dicit August. quòd Abraham potuit gignere naturaliter ex Cetura in magna senectute, cùm ex Sara in minori ætate constitutus gignere non potuisset, scilicet, quia Sara erat veterana, sicut Abraham: & Cetura, de qua E postea genuit sex filios, erat iuuencula. Causa autem quare potest vir senex de iuuencula gignere, & non de veterana est multiplex. Prima, quia in magna ætate desinunt mulieribus fieri menstrua, & tunc impossibilis est conceptio naturaliter, sic fuit de Sara. Nam dicitur Genes. 18. quòd erant Abraham & Sara proiectæ ætatis, desierantque Sarę fieri muliebria. Secunda est, quia ad hoc, quòd mulier concipiat, oportet, ꝙ menstruum muliebre digeratur, & formetur à semine masculino: digestio autem fit per calorem seminis masculini. Et surgunt tunc duo impedimenta. Primum est ex parte viri, quia semen senis est debilis caloris: & non valebit conuenienter digerere, & forma-

Alph. Tost. in Matth. Comm.

re menstruum muliebre ad organizandum inde fœtum. Secundum est ex parte mulieris veteranę. Nam menstruum muliebre de se est aliqualiter frigidæ naturæ, & valde humidæ, & quanto mulier declinat magis ad senectutem, tanto menstruum est frigidius, & cum maiori difficultate formabilis. Si autem senex accipiat iuuenculam: propter calorem ætatis mẽstruũ est calidæ complexionis; maximè si fœmina est colerica, & modicus calor seminis masculi sufficit ad digerendum, & formandum menstruum muliebre in fœtum, ideo senex poterit gignere ex iuuencula: dum tamen non sit omnino infrigidatus. Nam ad tantum defectum virtutum naturalium propter ætatem potest aliquis deuenire, quòd ex nulla fœmina quantuncunque iuuencula gignere possit: etiam si possit semen emittere. Nam facile est homini in quacunque ætate saltem artificialiter calefacto semen emittere, & tamen illud erit tam defectuosum, quòd nullo modo proficiat ad generationem. Sic etiam est de menstruo muliebri. Nam, licèt mulier veterana non possit concipere de sene, poterit concipere de iuuene: quia in illo propter ætatis calorem, & fortitudinem excellens calor seminis masculi contemperauit semen fœmininum, etiam si sit frigidum: & fiet inde conceptus. In tanta tamen frigiditate, vel indispositione potest interdum esse menstruum muliebre, ꝙ à nullo semine virili quantuncunque calido possit digeri, & formari: & in tali statu mulier concipere naturaliter non potest. Et tunc vocatur corpus mulieris emortuum: sicut dixit Apostolus ad Hebr. 11. quòd Abraham non considerauit emortuam vuluam Saræ. Poterat ergo senex gignere de iuuencula, qui nõ posset gignere de veterana propter calorem nimium ætatis. Quod autem sit nimius calor iuuencularum, patet, quia quando Dauid infrigidatus erat, ita vt opertus vestibus, non calefieret, quæsiuerunt ei serui sui adolescentulam nomine Abisag, quæ dormiret in sinu eius, & calefaceret eum. tertio Regum primo. Istud esse poterat in omnibus istis præter quam in Salmon, cuius vxor Rahab erat annorum octoginta, & septem vel ferè, quando concepit Booz, vt supra declaratum est, in alijs esse poterat hoc. Patet de Booz. Nam ipse accepit Ruth in vxorem, quæ erat iuuencula, & vocatur puella Ruth. 4. Ad secundũ inconueniens dicendum, quòd non solùm est satis verisimile istos tunc genuisse: immo etiam est verum, quia Booz senex erat, quando accepit tunc Ruth in vxorem, & genuit ex ea Obed. Vnde ipse dixit, Benedicta filia a Domino, quia non es secuta iuuenes pauperes, aut diuites: & tamen ipsa secuta est Booz. Ruth. 3. ergo ipse erat senex. Sic etiam patet de Isai patre Dauid. Nam in senectute sua genuit Dauid. Nam quãdo Dauid erat paruulus, & pascebat greges, erat Isai pater eius grandæuus, ideſt, longissimę ætatis. primo Regum 17. Ad tertium inconueniens dicendum, quòd non fuerunt omnes, qui ponuntur primo geniti patrum suorum, sed fortè vltimi filiorum ipsorum: sicut patet de Dauid. Nam dicitur Ruth. 4. & etiam hic quòd Isai genuit Dauid. Et non ponitur aliquis de filijs eius, & tamen Isai habuit octo filios, quorum vltimus fuit Dauid. primo Reg. 16. & primo Paralipom. 3. & 28. Ita poterat esse de alijs. Et cùm obijcitur, quòd isti essent primogeniti: quia per eos describitur progenies patrum. Dicendum quòd non stat, quia si aliquando minores fuerunt digniores primogenitis, non computatur progenies patrum per primogenitos. Sic patet de Dauid: Nam Salomon fuit minimus filiorũ eius 1. Parali. 28. & tamen per eũ computatur progenies Dauid, vt patet hic, & 1. Paralipom. 3. s. quia ipse fuit rex, & non aliquis de fratribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius. Cùm autem obijcitur, quòd fuit Obed primogenitus respectu Booz. Sed fuit primogenitus eius de Ruth, quia cùm suscepit illam in vxorem ad suscitandū semen defuncti, primus filius eius fuit Obed. Aliud inconueniens potest allegari, scilicet, quòd hoc modo ponitur historia Ruth fuisse tempore Gedeonis, & tamen communiter dicitur, quòd fuit tempore Heli summi Sacerdotis, & Iudicis. Dicendum, ꝙ non est ali quod inconueniens. Nam non constat, ꝙ fuerit ista historia tempore Heli ex aliquo loco sacræ scripturę, nec ex aliquo argumento probabili, sed solùm ex opinione, cui possumus contradicere, si voluerimus: potissimè cùm non possit stare vllo modo, ꝙ fuerit hoc tpe Heli. Nam Ruth primo declaratum est in quadam quęstione, ꝙ non erat hoc possibile: ideo Hebręi dicebant, quòd fuerit historia Ruth tempore Abesan Iudicis Israel. Sed dicendum, ꝙ non potest stare. Nam Abesan fuit multo tempore post Gedeonem, & inter annum decimum Gedeonis, vel quasi in quo fuit natiuitas Booz, & inter principium temporis Abesan fuerunt anni centum, & duo. Quod patet, quia Gedeon iudicauit. quadraginta annis, Iudicum. 8. De quibus subtrahantur decem, quia anno eius decimo ponitur supra fuisse natiuitas Obed: manent triginta anni. Deinde tres anni, quibus præ fuit Abimelech filius eius. Iudicum. 9. Deinde viginti tres anni Thola, & viginti duo anni quibus præfuit Iair, & decem octo anni, qui sine iudice fuerunt. Iudicum. 10. Deinde sex anni Iephthę galaaditis Iudicum. 12. Qui sunt simul centum, & duo anni, quibus additis præcedenti tempore, sequitur, quòd tam Salmon, quam Booz, quando genuerunt, erant annorum centum quadraginta septem ad minus: & tamen istud non conceditur tempore istorum: quia tunc nullus hominum ad tantam perueniebat ætatem: quanto magis, quòd illo tempore gignere possent. Patet hoc, quia supposito, quòd fuerit natiuitas Obed anno decimo, vel quasi Gedeonis, ponebatur, quòd esset Salmon annorum nonaginta duorum, vel quasi, scilicet, quia natus esset ante introitum in terram Chanaan, viginti annis, uel quasi: & postea post septuaginta duos annos genuerit Booz, sic esset nonaginta duorum annorum quando gigneret. Et ponebatur etiam Booz nonaginta octo annorum quando gigneret Obed, quia alias non poterat peruenire vsque ad tempus Gedeonis, vt supra declaratum est. Si autem nunc addantur isti centum, & duo anni, sequitur, quòd quilibet istorum ad minus erat annorum centum quadraginta septem, & tamen ad tantam ætatem non poterat quisquam illo tempore peruenire, & à fortiori non posset gignere. Ideo si illo tempore esset historia Ruth, necesse erat, quòd aliquis subticetur in progenie ista: sicut dixit Nicol. & quidam Doctores nostri. Ideo licèt quantum ad hoc tam Iudæi, quàm quidam de latinis videantur errare, tamen rationabilius locuti sunt latini ponentes, quòd fuerit historia Ruth tempore Heli, & quòd subticeantur hic aliqui, quàm Hebræi non ponentes aliquos subticeri, & dicentes, quòd fuerit tempore Abesan. Et rationabilius vtrisque locutus est Nicolaus dicens, quòd fuerit tempore Abesan: & ponens, quòd aliqui subticeantur, scilicet, quòd fuerint tres vocati Booz. Sed adhuc ipse non dixit rectè in hoc fingens aliquid, quòd scriptura non dixit, & tamen sine causa, scilicet, ponendo plures, quàm exprimantur in litera, & sic non est ponendum, quòd fuerit historia Ruth tempore Heli, nec tempore Abesan, sed tempore Gedeonis, vt supra declaratum est. Causa autem quare motiuum, & ratio Nicolai non tenet est, primò, quia videtur nimis absurdum, quòd aliquis faciat suppletiones ad sacram scripturam dicendo fuisse aliud, quia in scriptura non ponitur, nullam ostendendo ad hoc causam necessariam. Nam quando est causa necessaria dicetur aliud esse omissum. Ratio huius est, quia ex hoc tolletur quædam certitudo scripturæ, cùm poterimus dicere in quolibet loco non tradi res plenè, sed multa omitti. Et hoc non est concedendum, quia imperfectio quædam est, quòd etiam in sęcularibus historijs non concedimus, sine aliqua apparenti causa. Et tamen Nicolaus non ostendit aliquam causam necessariam, quare debeamus dicere, quòd fuerint tres Booz, & hic ponitur vnus, cùm existente vnico possit saluari, & stare in conuenienter, ut supra declaratum est. Et potissimè circa enarrationem primorum genitorum, cū scriptura dicat fuisse Salmon patrem Booz, & Booz patrem Obed, & nos asseramus, hoc non fuisse sic, sed quòd Booz fuerit pater alterius Booz, & ille alterius. Nam uidentur quodammodo dicere contra naturam scripturæ. Secundò patet, & efficacius, quia si uerum esset, quòd omitterentur hic aliqui uiri nomine Booz, dato quòd in aliquo loco scripturæ omitterentur supplerentur in alijs: sicut fit de multis alijs, quæ omittuntur in quibusdam libris, & supplentur in alijs: sicut patet de libris Regum, & Paralipom. inter se. Nam unus supplet, quod alius omisit: & tamen, cùm in multis locis scripturæ ponatur ista progenies, semper ponitur eodem modo nullo addito, nec omisso, scilicet, Salmon genuit Booz, & Booz genuit Obed: sic ponitur Ruth. 4. & primo Paralipom. 2. & hic in litera & Luc. 3. ideo non uidetur, quòd aliquid omissum fuerit. Quod cùm in tot locis ponatur, in aliquo eorum supplebitur. Et ista ratio est ualde efficax. Sic patet de tribus regibus, qui infra omittuntur, & tamen ponuntur, quarto Regum 4. & 11, & 18, & primo Paralipom. tertio, & secundo, Paralipom. 21, & 22. Item patet hoc potissimè propter librum Paralipom. quia ille liber est ad supplendum ea, quæ omittuntur in alijs libris historicis, & ob hoc uocatur Paralipo. idest omissorum: uel de omissis, & tamen ibi ponitur ista generatio omnino sicut hic, ergo non fuerunt ibi aliqui taciti, qui vocarentur Booz. Item de Luca nullus unquam dixit, quòd describendo Christi progeniem aliquid omitteret, sicut dicitur de Matthæo, & tamen Lucas ponit sicut hic, scilicet, quòd Salmon genuit Booz, & Booz genuit Obed. Motiuum autem Nicolai, scilicet, quod subticeantur hic duo uiri, sicut constat, quòd subticentur infra tres reges, non est ad propositum, quia de illis asseritur, quòd omissi sunt propter peccatum, de quo infra dicetur: & tamen isti, quos dicunt subticeri, non apparet, quod fuerint mali, cùm etiam non appareat, an fuerint: ideo non est simile. Item, quia quòd hic omittantur aliqui adhuc poterat esse causa: ut quaterdenæ, quas intendebat seruare Matthæus redderentur æquales: & si ponerentur omnes, qui erant in progenie superabundaret numerus, & tamen in libro Ruth, & Paralipom. & in Luca, & in alijs libris non intenduntur aliquę quaterdenæ: nec aliquod misteriū numeri, ideo non omitterentur: & tamen illi non ponuntur ibi, sicut nec hic: ergo in nullo loco omittuntur. Confirmatur hoc, quia Ochozias, Ioas, & Amasias, qui omittuntur infra in litera, ponuntur in multis locis ubicumque enarratur progenies Regum istorum, ut 4. Reg. 8, & 11, & 14. & primo Paralipo. 3. & 2. Paralip. 21. & 22. apparet igitur, ꝙ Salmon fuerit pater Booz, & Booz pater Obed, & non omittuntur hic aliqui de ista progenie.

Lyranus reprehenditur.

Quare

Quare hic dicitur, quòd Iesse genuit Dauid Regem, cum de nullo alio hic scripto exprimatur nomen Regum.

Quæstio XV.

QVAERITVR, quare dicitur, quòd Iesse genuit Dauid regem, cùm de nullo alio exprimatur hic. Aliquis dicet hoc esse, quia Dauid fuit Rex, & vt sciretur dignitas sua debuit exprimi. Dicēdum, quòd non stat, quia etiam omnes, qui sunt in ista quaterdena sunt Reges, vt patet 3. & 4. Reg. & ex libris Paralip. & tamen de nullo eorum dicitur hic, quòd fuerit Rex. Aliqui dicunt, quòd fuit, quia Dauid fuit primus de Regibus Iudæorum. Dicēdum quòd falsum est, quia ante eum fuerunt duo reges. Nam primus rex fuit Abimelech filius Gedeonis, qui vnctus est in regem in Sichem. Iudicum 9. Et post illum non fuerunt alij reges, sed iudices sicut ante fuerant, vt patet ex processu libri iudicum. Fuit autem postea rex Saul. Et in hoc, pprie incepit status regalis, quia post ipsum semper continuatus est, & fuit ante Dauid. Etiam filius Saulis, scilicet, Isboseth fuit rex ante Dauid, quia non fuit Dauid vnctus in regem super totum Israel vsq; post mortem Isboseth. 2. Reg. 4. & 5. licèt ante hoc Dauid fuerit cōstitutus rex super solam tribum Iudæ, mox vt Saul mortuus est, secundo Regum. Alij dicunt, quòd nominatur Dauid rex, quia ipse est primus, qui electus est a Deo. Nam Abimelech electus non fuit a Deo, sed ab hominibus. Iudicum 9. Deus autem elegit Dauid 1. Regum 16. Dicendum quòd non stat, quia Saul a Deo electus est 1. Regū 10. & apparuerunt in eo signa sicut in Dauid. eod. capit. Respondent isti quòd Dauid fuit electus a Deo secundùm cor. Saul autem non fuit secundùm cor, sed propter importunitatem populi petentis. Nam non placuit Deo illa petitio, cum dicat, quòd contempserunt eum, & abiecerunt, petentes aliquem hominem in regem, vt volentes quòd Deus nō regnaret super eos: 1. Regum 8. Etiam ad ostendendum toti populo, ꝙ peccauerant petendo regem, Deus ostendit signa de cęlo ad inuocationem Samuelis. 1. Regum 12. Et hoc videtur innuere Hieronymus in Prologo super Matthæum dicens, quòd assumpsit Matthæus in generatione Christi principia duorum hominum, vnius cui' secundùm cor electio fuit, idest, Dauid. Dicendum, quòd hoc nō stat, quia etiam Saul fuit electus secūdū cor Domini, & patet per signa quæ ipse ostendit. Et non videtur aliqua differentia inter electionem eius, & Dauid. Nam sicut Deus misit Samuelem ad vngendum Dauid primo Regum 16 ita iussit ei vngere Saulum primo Regum 9. scilicet: Cras mittam ad te virum de terra Beniamin, & vnges eum Ducem super populum meum Israel: Et quando venit Saul coram Samuele dixit Deus Samueli: Ecce vir, quem dixerā tibi; iste dominabitur populo meo. eodem cap. Item ostendit Deus alia signa in Saule, quia quando venit ad collem Prophetarum, insilijt in eum Spiritus Domini, & prophetauit cum ceteris, primo Regum 10. Item quando coram toto populo iussit Deus eligi Regem, cecidit sors super Saulem. eod. ca. Item Saul erat Deo valde acceptus propter virtutem suam, quando electus est in Regem, scilicet, quia erat valde humilis primo Regum 15. scilicet. Cùm paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es, vnxitque te Dominus in regem. Cùm autē obijcitur, quòd Deus non elegit Saul ex corde, sed propter populi importunitatem, falsum est. Nam verum est, quòd dari aliquem in regem Israelitis a Deo a principio fuit ex importunitate petendi, quòd tamen daretur potius iste, quàm ille nō fuit ex importunitate, sed solùm ex Dei voluntate, quia populus non petiuit aliquem determinatè. Ideo Deus ex corde elegit Saulem, maxime cùm de hoc signa apparuerint magnæ acceptationis, quæ supra posita sunt. Dicendum tamen, quòd Hieron. asserit electionem Dauid fuisse ex corde, quia de eo dixit Samuel ad Saulem. Stultè egisti; nec custodisti mandata Domini Dei tui. Quod si non egisses iam nunc præparasset Dominus regnū tuum super Israel in sempiternum. Sed nequaquam regnum tuum vltra consurget. Quæsiuit sibi Dominus virum iuxta cor suum, & præcepit ei, vt esset Dux super populum suum. primo Regum 13. Et licèt tam electio Saulis, quam Dauid fuerit secundùm cor Dei, quia vtramq; voluit: primam tamen voluit, vt esset, & non, vt permaneret: secundam autem voluit esse, & permanere: quia Deus voluit, ꝙ Dauid esset Rex super Israel in sempiternum: & non solùm ipse, sed etiam posteri eius in æternum. 2. Regum 7. & primo Paral. 17. & 22. Maxime, quia dixit ei, quòd etiā si filij eius peccarent, non abijceret eos a facie sua tollendo eis regnum, sicut abiecerat ei Saulem. secundo Regum 7. & primo Paralipo. 17. Et in hoc apparet valde, quòd electio Dauid fuerit magis secundùm cor, quàm electio Saulis. Dicendum tamen, quòd ista non est causa, quare Dauid nominetur hic rex: quia istud habet locum comparando Dauid ad Saulem, sed non comparando Dauid ad posteros, quia per eādem electionem Dei, qua Dauid constitutus est in regem, fuerunt cōstituti posteri sui, quia eadem confirmatione fuit Regnum cōfirmatum in ipso, & in posteris suis. secundo Reg. 7. & primo Paralipo. 17. Et tamen de alijs posteris Dauid, qui ponuntur hic nullus nominatur Rex. Est ergo dicendum quòd Dauid vocatus est hic rex: quia ante eum in hac progenie Christi nullus fuit rex. Et quia erat magnus honor alicuius progeniei, quòd in ea essent reges: expressum est quòd Dauid esset rex. Alii autem, qui sequuntur Reges sunt in tota secunda quaterdena, & tamen non conueniebat exprimi, quia de quolibet eorum constabat, quòd esset Rex, cùm de Dauid descenderint Reges semper vsque ad captiuitatem Babylonis. Et si exprimeretur de vno de omnibus exprimendum erat. Quod videbatur superfluum. Si autem quidam eorum essent reges, & alij non: exprimeretur ad tollendum dubium, & propter honorem progeniei, qui essent reges, & qui nō. Nunc autem non oportuit, cum omnes essent reges.

Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ. Salomon autem genuit Roboam, Roboam autem genuit Abiam, Abias autem genuit Asa, Asa autem genuit Iosaphat, Iosaphat autem genuit Ioram, Ioram autem genuit Oziam, Ozias autem genuit Ioatham, Ioatham autē genuit Achaz, Achaz autem genuit Ezechiam, Ezechias autem genuit Manassen, Manasses autem genuit Amon, Amon autem genuit Iosiam, Iosias autē genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis.

Dauid autem rex. Hic incipit secunda quaterdena, quæ terminatur in Iechonia filio Iosiæ: & Dauid, qui ponitur hic, pertinet ad illam, sed est vltimus in precedenti quaterdena. Et ista incipit a Salomone. *Genuit Salomonem,* multos alios filios habuit Dauid, quorum nomina ponuntur 2. Reg. 3. & 1. Paralipo. 3. de quibus nati sunt sex in Hebron, vbi regnauit septem annis; postea autem in Ierusalem nati sunt ei nouē filij præter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter filios,& filias concubinarum, primo Paralipom.3. Salomon autem fuit de vltimis istorum, & sic Dauid vocabat eum puerum,& tenellum,quando constituit eum in Regem paulo ante mortem suam 1.Paral.22. & 29.Ponitur tamen Salomon,vt aliqui volunt: quia ipse solus fuit Rex, Sed non est ista causa, sed solùm, quia Salomon solus pertinuit ad progeniem Christi: si autem aliquis de alijs, qui non fuerunt reges, pertinuisset ad Christi progeniem, poneretur ille, & non Salomon. Lucas tamen enarrauit Christi progeniem per alium filium Dauid,scilicet,per Natam.Luc.3. Et ille ponitur inter filios Dauid, qui nati sunt ei in Ierusalem.1.Paralipo.3. Quomodo autem possit vtrumq; stare in veritate,& cur Lucas deuiauit à Matthęo, declarabitur Luc.3. *Ex ea,quæ fuit Vriæ.* ideſt, genuit eum ex Bethsabee, quæ fuit vxor Vriæ, quem fecit Dauid occidi propter vxorem suam.2.Reg.11. *Salomon autem genuit Roboam.* Fuit Salomon in principio Regni sui fœlicissimus inter alios Reges,& super omnes: Nam fuit sapientior omnibus hominibus collata sibi sapiẽtia supernaturaliter in vna nocte.3.Reg. & 2. Parali.1. De quo ibi multa declarata sunt. Fuit etiam potentior cęteris multitudine equorum, & famulorum, & armorum 3.Reg 4.& 10. & 2.Paralipom.8. Fuit etiam ditior omnibus Regibus Iudæorum ante ipsum, & post ipsum.Habuit enim varios modos colligendi aurum, & argentum immensum 3.Reg.9.& 10. Et ipse dixit, quòd præcesserat in diuitijs omnes Reges, qui fuerunt ante eum in Ierusalem.Eccles.2.Fuit etiam in apparatu domestico, & ornatu, & ordine ministrorũ excellentior omnibus regibus temporis sui,ira ut Regina Saba videns, admiraretur, & non maneret ei spiritus præ stupore.tertio Regum quarto,& 10. Et hoc Christus innuit infra sexto,dicẽs: Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unus ex istis. Omnia tamen ista perierunt in senectute. Nam infatuatus est per mulieres, & coluit idola, & fabricauit eis templa 3.Reg.11. & 4.Reg.22. Habuit autem vxores plurimas de omnibus gẽtibus, fueruntque ei vxores quasi reginæ septingentæ: concubinæ trecentæ.3,Reg.11. *Roboam genuit Abiam.* Salomon non legitur habuisse alium filium nisi Roboã: licèt habuerit vxores plurimas: filias autem duas legitur habuisse, quas tradidit duobus præpositis suis. 3. Reg.4. Fuit iste Roboam fatuus. Nam propter eius superbiam regnum illud Israel, quod in auo, & patre suo fuerat glorioſum habens duodecim tribus, diuisum est,nec manserũt ei nisi duæ tribus, scilicet, Iuda, & Beniamin.Et hoc solùm propter merita Dauid, qa aliàs omnino fuisset translatum regnũ de manu eius: imò etiam de manu Salomo.3.Reg.11.& 12. Decem tribus transierunt ad Ioroboam, qui erat seruus Salomo.Conatusque est Roboam pugnare contra decem tribus ad reducendum eas ad se: Deus autem uetuit dicens, voluntate sua factum esse.3.Reg.12. & 2.Paralipom.11. *Abias autem genuit Asa.* Iste Abia pauco tempore regnauit,scilicet,tribus annis.Fuit tamen uir animosus ualde, & egit bella durissima ꝯ Ieroboam, & in uno bello perierunt quinquaginta millia uirorũ fortium de Israel.secundo Paralipom.13. Et tamen in diebus eius, & patris sui Roboam fuerunt idola in regno Iuda.3.Reg.14. & 15. Filius eius fuit Asa, & iste fuit rex glorioſus dirigens cor suum ad Dominum:& auferens idola de terra, & effęminatos, & alia turpia, quæ fuerant tempore patrum suorum. 3.Reg.15. Iste fecit magna bella contra Aethiopes,& a Deo adiutus est, & postea secutus est Dominum.2.Paralipo.14. & 15.Circa finem tamen uitæ aliqualiter cessauit feruor deuotionis eius, & posuit in hominibus spem, & posuit in carcere quendam Prophetam,qui contra eum locutus fuerat ex parte Dei,& in fine podagra cõsumptus obiit.2.Paralip.16. *Asa autem genuit Iosaphat.* Fuit Iosaphat rex glorioſus magis, quã pater suus Asa, & coluit Dñm ī toto corde, & posuit Deus pauorẽ eius super omnia regna terrarum, quæ erant in circuitu: ut non auderent pugnare contra Iosaphat. 2. Paralip. 17. Fuit tamẽ amicus Achab regis Israel, qui erat pessimus. Et cùm fuisset cum eo in bello contra Syros in Ramoth Galaad,omnes Syri cęperunt pugnare cõtra Iosaphat putantes eum regem Israel. Et cùm clamaret ad Dominum,liberatus est de manu Syrorum. 2.Paralipom. 18. Contra Iosaphat conuenerunt plurimi Moabitæ,& Ammonitæ,& Idumæi: ita,vt Iosaphat non auderet pugnare cõtra eos, sed venit ad Dominum,& orauit deuotissimè. Et tũc propheta vnus dixit ei,quomodo Deus pugnaret pro eo. Et cùm ipse iret in bellum, & Leuitæ cantarent ibi laudes Domino,hostes eius,qui erant diuisi in diuersis locis,surrexerunt Deo infatuante illos,& mutua se cæde truncauerunt:ita vt nemo maneret. Postea vero Iosaphat collegit spolia.2.Paralip. 20. *Iosaphat autem genuit Ioram.* Iste Ioram accepit in uxorẽ Athaliam filiam Achab regis Israel, & Iezabelis. quæ induxit eum ad idolatriam,fuitque pessimus,& perdidit regnum Idumæorum.Nam Idumæi ex tempore,quo Dauid subiecerat eos in tributatrios. 2. Regum 8. & 1. Paralipom. 18.manserunt semper sub regno Iuda,& maxime tẽpore Iosaphat patris istius Ioram. Cùm autem vidissent istum esse virum miserabilem, rebellauerunt ei, & postea nunquam redierunt in pristinam subiectionem.4.Reg.8.& 2.Paralip.21. Occidit autem iste omnes fratres suos: timens, ne eriperent ei regnum. Cõtra quem surrexerunt Philisthini,& Arabes vastantes regnum eius,abstulerũtque ei omnes uxores,& filios; nec mansit ei nisi minimus filius, & postea ipse pessimo languore consumptus est. 2.Paralip.21. *Ioram autem genuit Oziam.* Hic deficiunt tres reges.Nam Ioram non genuit Oziam, sed genuit Ochoziam. 4.Reg.8. & 2.Paralip.21.& 22.Ochozias genuit Ioas. 4.Reg.8. & 10. & 2. Paralip.22. Ioas autem genuit Amasiam. 4.Reg.48. & 2. Paralip.24. Amasias autem genuit Oziam.2.Paralipom.25:& 26.& 4.Reg. 15. De his regibus, quare omittantur, infra dicetur. Ochozias filius Ioram fuit rex pessimus:quia mater eius Athalia induxit eum ad colendum Baal. Ipse autem iuit in adiutorium Ioram regis Israel contra Syros. Et cùm Iehu occidit Ioram regẽ Israel, occidit etiam istum Ochoziam.4.Reg.9.& 2.Paralip.22.Tunc mansit paruus filius eius Ioas. Athalia autem mater eius occidit omnes de semine regio mortuo filio suo Ochozia, vt ipsa regnaret:& regnauit sex annis. Cùm autem interficerentur, qui erant de semine regio,Iosabeth filia regis furata est Ioas filium Ochaziæ,& custoditus fuit in templo Domini sex annis per Ioiadam summum sacerdotem. Et in septimo anno conuocata multitudine armatorum fecit vngi Ioas in regem in templo. Et occidit Athaliam Reginam.4.Reg.11. 2.Paralipo. 22. & 23. Iste Ioas fuit deuotus Deo, quandiu uixit Ioiada, & fuit primus, qui fecit colligi pecuniam pro reparatione templi:sed postquam mortuus est Ioiada factus est Ioas pessimus, & lapidauit Zachariam filiũ Ioiadæ in templo: quia increpabat eum de crimine. Contra hunc surrexerunt serui sui, & occiderunt eũ in lectulo suo.4.Regum 12. & 2. Paralipomenon 24. Amasias filius Ioas fuit à principio rex bonus,& occidit illos, qui occiderunt patrem suum. Iste pugnauit contra Idumæos,& obtinuit:& Deos eorum, quos in bello cepit,coluit,& cremabat incensum eis. Propter quod misit Deus prophetam contra eum. Postea Amasias in superbiam elatus uoluit pugnare cum Ioas rege

rege Israel à quo superatus, & captus est, & reductus ignominiosè in Ierusalem à rege Ioas. Et postea à seruis suis occisus est in Lachis. 4.Reg.& 2.Paralipo.15. *Ozias autem genuit Ioathan.* Iste uocatur aliquando Ozias sicut hic,& 2.Paralip.26.& Isa.6. aliquando uocatur Azarias,vt quarto Regum 15.& primo Paralip.3. Iste fuit vir deicola, & abstulit idola de terra: fuitque vir potens,& in omnibus prosperè agens, & timebãt omnes gentes eum in circuitu. Semel tamen uoluit vsurpare sacerdotale officium conatus intrare in tẽplum ad cremandum incensum. Cui restiterunt sacerdotes octoginta viri, & uolebant eum eijcere de templo. Cumque ipse extenderet manum contra eos, percussit illum Deus lepra in fronte, & illico expulerunt eum. Cessauitque tunc Ozias administrare regnum,quia non poterat manere inter cæteros Israelitas. Sed fuit in domo libera seorsum. Filius autem eius Ioathan administrahat reguum. 2.Paralipom.26. & 4. Reg.15. Ioathan autem fuit rex bonus colens Dominum secutus uiam patris sui. Et ipse dicitur ædificasse portam speciosam in domo Domini. 4.Reg. 15.& 2. Paralipom. 27. *Ioathan autem genuit Achaz.* Achaz fuit pessimus omnium idolatrarum inter reges Iuda. Ipse enim posuit idola in templo Domini, & simulachra solis,& lunæ,& omnium stellarum, & equos solis,& fecit,quòd Israelitæ illa colerẽt. Postea uerò clausit templum Domini, ne quis introiret illuc ad colendum Deum, & repleuit illud sordibus. Constituitque altaria in omnibus plateis,& angulis Ierusalem,ut ibi colerentur idola, & abstulit altare Domini de loco suo. Contra hunc surrexit rex Israel, & occidit centum & uiginti millia uirorum in uno die, Rex quoque Syrorum uastauit terram eius, & tulit prædam magnam in Damascum. Et ipse Achaz coluit Deos Syrorum,qui persecuti fuerunt eum. dicẽs, quòd Dij Syrorum adiuuabant cultores suos,ut placaret eos muneribus.4.Reg.16.& 2.Paralip. 28. *Achaz autem genuit Ezechiam.* Iste fuit rex optimus. Nam ante eum nemo fuit similis in regibus Iuda. Iste appertuit templum Domini, quod fuerat clausum tempore Achaz patris sui, & exclusit inde omnia idola, & immunditias,fecitque coli Deum toto corde.Et congregato toto populo fecit magnum Phase, & obtulit plurimã,& fecit sacerdotes, & Leuitas consecrari, & exercere officium suum, quod omissum fuerat tempore Achaz,confregitque omnia idola,& altaria,quę pater suus fecerat in Ierusalem,& in aliis locis,confregitque serpentem æneum, quem fecerat Moyses: quia iam populus colebat illum.4.Reg. 19.& 2. Paralip. 29. & 30. Contra hunc ascendit Senacherib rex Assyriorum, & obsedit eum in Ierusalem dicens, q Deus Hebræorum non posset eum defendere de manu eius. Deus autem misit angelum suum, & occidit centum octogintaquinque millia virorum in castris Senacherib vna nocte. Et ille tunc coactus est fugere in terrã suam cum paucissimis, & ibi in templo Dei sui à filiis suis occisus est. 4.Reg.18. & 19. & 2. Paralipom.32.Post hoc ægrotauit Ezechias vsque ad mortem,& venit Isaias propheta dicens ei: Hæc dicit Dominus:morieris,& non vives. Cumq; fleuisset: Deus dixit prophetæ,quòd annunciaret ei,quòd superuiue ret quindecim annis. In cuius rei testimonium fecit retrocedere solẽ per decẽ lineas in orologio Achaz. 2. Paralipo.32. & 4.Reg.20. & Isai.38.& 39. *Ezechias autem genuit Manasse.* Propter istud fleuit Ezechias, quando annunciata est sibi mors, quia nondum habebat filium aliquem, & relicturus esset regnum sine hærede. Nam tribus annis post illam ægritudinem Ezechiæ natus est Manasses. Quod patet, quòd Ezechias superuixit quindecim annis, & tamẽ Manasses, qui successit Ezechiæ erat duodecim annorum,quando regnare cępit.2.Paralipo.33. Iste fuit rex pessimus colens idola, & inducens populum ad colendum ea sicut auus suus Achaz. Habuitque secum incantatores,& magos, & diuinatores, & augures,& omne genus mali. Contra quem venerunt principes regis Assyriorum, & captum duxerunt eum in Babylonem: iste autem est primus rex Iudæorum,qui ductus est in Babylonem. Cumque esset in angustia orauit Deum deuotissimè,reduxitque eum in terram suam. Qui postea secutus est Deum in toto corde, destruens totam idolatriam,quam introduxerat,& felici morte consumatus est. Sed cùm primus esset malus occidit Prophetas plurimos,& alios iustos viros: ita,vt dicatur repleuisse Ierusalem sanguine vsque ad os. 4.Reg.21. & 2. Paralip.33.Iste dicitur occidisse Isaiam Prophetam, de quo eod.cap.dictum est. *Manasses genuit Amon.* fuit pessimus iste Amon magis quã fuerat pater suus a principio: & noluit conuerti ad Dominum sicut pater suus.Vnde serui eius occiderunt eum in domo sua. Populus autem occidit eos,qui regem occiderant: & constituerunt Iosiam filium eius in regem.4.Reg.21. & 2.Paralipom.33. *Amon autem genuit Iosiam.* Iste fuit rex optimus,ita vt de eo dicat scriptura, quòd ante ipsum nullus fuit similis. Nam præter ipsum, & Ezechiam, & Dauid omnes reges Iuda peccatum commiserunt.Eccle.48.& 49.Nullus fuit tam validus persecutor idolatriæ sicut iste. Nam ipse destruxit templa,quæ Salomon cõstituerat idolis,quæ nemo alius, nec etiam Ezechias tetigerat. Fecit etiam,quòd populus totus faceret fędus cum Domino, quòd seruaret legem eius,quando inuentus est liber in domo Domini.4.Reg.22.& 23.& 2.Paral.34.Iste fecit Phase excellentius,quàm vnquam fuerat. Postea autem egressus cõtra Pharaonem sagitta percussus in bello occubuit. Quem fleuit totus Israel, & Ieremias fecit de eo lamentationes. & nullius regis mansit memoria tam dulcis sicut regis Iosiæ.2.Paralipom.25.& Eccles.49. *Iosias autem genuit Iechoniam.* Iste vocatur aliquando Iechonias sicut hic, & aliquando Eliacim, & aliquando Ioacim.4.Reg.23.Iste non fuit rex immediate post patrem suum,sed frater eius Ioachaz. Pharao tamen priuauit eum regno, & constituit istum Iechoniam in regem.4.Reg.33.& 2.Paralipo.36. *Et fratres eius.* tres fuerunt fratres filij Iosiæ,scilicet,Ioacham, Eliacim,& Matthanias, qui alijs nominibus postea vocati sunt, 4.Reg.24.& tamen primo Paralipom.3. dicitur quòd fuerunt quatuor filij Iosiæ, scilicet, Iohanan, Ioacim, Sedecias, & Sellum: de quo, quid sit verum infra dicetur. *In transmigratione.* Licèt fortè propter aliud poterant dici fuisse in transmigratione, de quo infra dicetur.

Quare in hac genealogia nominatur vxor Vriæ, quia non solent nominari mulieres in genealogijs. Quæst. XVI.

QVAERITVR, quare dicitur hic, q Dauid genuit Solomonem ex ea,quæ fuit Vriæ: quia mulieres non solent nominari communiter. Quidam dicunt quòd factum est, quia Dauid habuit multas vxores,& quia nesciretur de qua illarum genuerat Salomonem,dictum est: ex ea,quæ fuit Vriæ. Nam habuit Dauid sex vxores antequam regnaret in Ierusalem, de quibus genuit sex filios in Hebron.Postea habuit alias in Ierusalem. Habuit quo que concubinas aliquas,ex quibus etiam filios,& filias genuit,vt patet 2.Reg.3.& primo Paralip.3.Dicẽdum quod non stat, quia etiam diceretur quòd Abraham genuit Isaac de Sara. Nam habuit tres vxores, scilicet, Saram, Agar,& Ceturam,vt probatum est Genes.25.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Iacobo etiam dicetur, quòd genuit Iudam ex alia: nam habuit quatuor vxores, scilicet, Liam, & Rachelem, Zelpham, & Balã. Gen. 29. & 30. Salomon habuit septingentas vxores, & trecentas concubinas, & non dicitur de qua vxore Roboam natus sit. 3. Regum 11. Abias quoque non dicitur de qua vxore Roboam natus sit: cùm habuerit Roboam decem & octo vxores, & sexaginta concubinas. 2. Paralipo. 11. Non ergo pp hoc nominata est hic Mater Salomonis. Est dicendum quòd fuit expressa propter multa. Primò sicut dicebatur de alijs mulieribus supra positis iuxta regulam Hier. scilicet, quia ista fuit peccatrix. Nam prius fuit adulterata cum Dauid, quàm esset vxor eius: & propter eam vir suus occisus est. Et apparet Dei amplissima misericordia, quòd de talibus nasci dignatus sit. Secundò exprimitur, quia acciderunt aliqua specialia circa ipsam, in quibus efficitur famosa. Nam de alijs vxoribus Dauid, & aliorum Regum nihil speciale legitur: de ista autem multa leguntur, scilicet, quomodo a principio accepta a Dauid per adulterium, & pp ipsam vir suus occisus fuerit. secundo Reg. 11. & quomodo puer natus de ea ex adulterio mortuus est. & qualiter postea fuerit vxor Dauid, & natus est Salomon. 2. Regum 13. & qualis fuerit intẽtio, antequam regnaret Salomon in quo ipsa Bersabeæ ex consilio Nathan plura egit cum Dauid. 3. Reg. primo. Et propter talia uoluit Matthæus exprimere eam. Sed dicetur. Cùm Matthæus illam expresserit, quare non posuit nomen, scilicet, Bethsabeæ. Quidam dicunt, quòd fecit hoc, quia erat sua consuetudo. Nam sic dixit supra Iacob genuit Iudam, & fratres eius, & non fuerũt expressa nomina. Etiam dicitur Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius nihil plus exprimendo. Dicẽdum, quòd non stat, quia in multis aliis Matthæus exprimit nomina maxime in omnibus mulieribus, quæ ponuntur hic, sicut dicitur Iudas genuit Phares de Thamar, & Salmon genuit Booz de Rahab, & Booz genuit Obed ex Ruth: etiam fit aliquando in viris, qui non pertinent ad progeniem istam, & exprimuntur ex aliqua causa. Nam ponuntur nomina eorum sicut dicitur Iudas genuit Phares, & Zaram de Thamar. Est ergo dicendum, quòd exprimit nomina interdum, non quia intendit breuitati, & interdum breuius fit ponendo nomina propria, quam suppletiones: sicut patet in exemplis allegatis: quia cùm dicitur, Iacob genuit Iudam, & fratres eius: si ponerentur nomina propria, oportebat exprimi nomina vndecim virorũ. Breuius autem fuit includi sub ista suppletione, scilicet, & fratres eius. Cùm dicitur, Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius, si exprimerentur illi, oporteret poni quatuor nomina. Breuius tamen erat dici, & fratres eius. Quando autem est vnicum nomen proprium, breuius est poni illud quàm fieri suppletionem pro eo. Et ita in istis mulieribus ponuntur nomina propria, & non suppletiones illorum. Sic etiam dicitur, Iudas genuit Phares, & Zaram: & non posuit aliquam suppletionem pro Zara. Sic autem esset in Bethsabeæ, quia breuius est dici genuit ex Bethsabee, quã ex ea, quæ fuit Vriæ: ideo oportet fuisse factum propter causam aliam. Alij dicunt, quòd factum est ad excusationem infamiæ: quia ponendo nomen eius videbatur magis infamari. Ideo apposita est suppletio: sicut dicit Glos. ordinaria infra nono capitulo, cùm Matthæus seipsum nominat: scilicet quòd nemo aliorum Euangelistarum eũ nominare voluit sub nomine proprio. Et verum est, quia Matthæus de seipso loquens infra nono nominauit se dicens: vidit Iesus hominem sedentem in telonio Matthæum nomine. Marcus autem non expres sit nomen eius, sed dixit. Vidit Iesus Leui Alphæi sedentem ad telonium: Marci 2. Lucas autem dixit: F Vidit Iesus publicanum nomine Leui sedentem ad telonium. Luc. 5. Sed dicendum, quòd licèt de Matthæo nunc non agamus, an illi voluerint tacere infamiam eius, vel fuerit alia causa, de Bethsabee tamen dicendum, quòd non conuenit, immo magis exprimitur eius infamia sic. Quia si diceretur, genuit ex Bethsabee, saltem ex ipsa litera non significabatur aliquid mali. Sed cùm dicitur, ex ea, quæ fuit Vriæ, reducitur lectori in memoriam infamia eius, scilicet, quia ipsa fuit vxor Vriæ, & adulterata est cum Dauid, & oportuit propter eam occidi Vriam. Dicendum videtur, quòd Matthæus ex ista causa fecerit, scilicet, vt ostenderet peccatum eius non quidem quasi accusando eam, quam Dominus postea acceptauit, & ipsa fuit G virtuosa fœmina, sed vt ostenderet Dei misericordiã, qui etiam tales peccatores non abhominatur, sed interdum eos ad magna eleuat. Nam per adulterium fecit eam venire ad regnum. Et non solùm hoc, sed et quòd de stirpe eius Messias nasceretur. Nicolaus dicit, quòd dictum est: Ex ea, quæ fuit Vriæ, quia Vrias fuit vir iustus, & debuit exprimi. De ipsa Bethsabee dicit quòd exprimitur sic, vt ostendatur, quòd accidentaliter coniuncta est ipsi Dauid, scilicet, per mortem Vriæ.

Quare Matth. in hac genealogia omittit tres reges.
Quæst. XVII.

H QVAERITVR, cur Matth. omittit hic tres reges, scilicet, Ochoziam, Ioas, & Amasiam. Nam dicitur, quòd Ioram non genuit Oziam, sed genuit Ochoziam, Ochozias genuit Ioas 4. Reg. 8. & 11. & 2. Paralipo. 22. & 23. Ioas genuit Amasiam. 4. Regum 14. & 2. Paralip. 24. & 25. Amasias autem genuit Oziam. 2. Parali. 25. 26. qui uocatur al quando Azarias. 4. Reg. 14. & 1. Paralipom. 3. Et sic omittũtur illi tres, scilicet, Ochozias, Ioas, & Amasias. Quidam dicunt quòd Matthæus nihil omisit, & tamẽ errore librariorum postea fallum est, qui omiserunt istos tres reges. Dicendum, quòd falsum est: nam tunc non esset defectus iste uniuersalis, & tamen tam apud Latinos, quam apud Græcos, & apud omnes barbaras nationes, ubicunque Christus colitur, Euangelium I Matthæi ita se habet: maxime, quia quando Hieron. correxit Euangelia per exemplaria Græca, ut dicitur supra in prologo eius, qui incipit: Beatissimo Papæ Damaso, manserunt illa originalia Hieron. immo & tota Biblia, quam Hieron. scripsit, quæ usque hodie tenetur in urbe Roma, sed illa nihil tale continet. Item, quia omnes doctores, & ipsemet Hiero. asserunt istos tres reges omissos, & Hiero. super Matthæum ponit causam huius omissionis. Item patet efficacius hoc per ipsum Matthæũ. Nam finita Christi generatione recolligit eam, & dicit fuisse tres quaterdenas, & de 2. quæ est a Dauid, usque ad transmigrationem Babylonis, dicit, quòd sunt generationes quatuordecim, & tamen si illi tres reges ponerentur oportebat, quòd essent decem, & septem generationes. Dato ergo hoc K necesse fuit, quòd Matthæus omitteret tres reges: siue istos, siue alios. Dicendum ergo, quòd Matthæus omisit illos, & dicit Hiero. quòd fuit ob peccatum, scilicet, quia Ioram Pater Ochoziæ miscuerat se impio semini accipiendo Athaliam filiam Iezabelis, & Achab regis Israel. 4. Reg. 8. & 2. Paralipom. 21. Istud satis potest teneri, & tamen aliqualiter uidetur calumniabile. Nã si isti omissi sunt tanquam peccatores, multi alij erãt, qui poterant sic omitti. Nam inter reges Iuda nemo fuit, qui non esset aliqualiter peccator. Nam Eccle. 24. dicitur, quid, præter Dauid, Ezechiã, & Iosiam omnes reges Iudã peccatum commiserunt, & sic omnes illi

poterant

poterant tolli. Item dato, quòd non tollerentur omnes peccatores, sed maximi, potius debuerat tolli Achaz, & Manasses, & Amon. Isti enim fuerunt pessimi inter omnes, vt patet comparando omnia gesta ipsorum Regum inter se. & 3. & 4. Regum. & ex toto. 2. Paralip. & apparet aliqualiter ex his, quæ dicta sunt supra in expositione literæ. Item si ablati sunt de progenie Christi, quia Ioram miscuit se pessimæ Athaliç, debuit potius ipse Ioram tolli, qui se miscuit; quàm qui ex illo nati sunt, & tamen Ioram ponitur in Christi progenie. Si autem dicas, quòd, quia descendunt de semine Athaliæ tolluntur de Christi progenie, omnes reges posteri deberent tolli, quia necesse est eos venire de semine Athaliç, cùm sint nepotes, & pronepotes istorum, qui subticentur. Item non videtur, ꝙ B isti auferantur de progenie Christi propter hoc. Nam si Ioram, de quo ipsi descendunt, miscuit se Athaliæ, quæ erat idolatra de stirpe Achab: tamen tres, qui subticentur hic non acceperunt vxores de illo semine, nec de gentilitate, sed de Iudæis. Patet hoc, quia primus istorum omissorum est Ochozias pater Ioas: ipse autem accepit vxorem Sebiam nomine de Bersabee, ex qua genuit Ioas. 2. Parali. 24. Est autem Bersabee in sorte Iudæ. Iosue 15. Secũdus omissorum est Ioas, qui accepit vxorem nomine Ioiadem de Hierusalem: de qua genuit Oziam. 2. Paralip. 26. Ergo non debuerunt isti omitti propter hoc. Dicendum videtur, quòd omissi fuerunt, quia repugnabant numero, quem intendebat Matthæus. Nam ipse intendebat facere tres C distinctiones in Christi progenie, & in qualibet ponere vnam quaterdenam generationum, & tamen si isti exprimerentur essent decem, & septem in secunda quaterdena. Ratio autem per quam Matthæus voluit hoc facere fuit propter mysteria numerorum. Voluit namq; facere tres distinctiones in illa propter tria tempora, per quæ continuata fuit ista progenies. Primum fuit sub Patriarchis, & iudicibus, siue regibus, & istud fuit ab Abraham vsque ad Dauid. Secũdum fuit sub regibus, & fuit à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, ubi est quidam magnus articulus, siue distinctio temporis. Nam ante transmigrationem Babylonis erant Iudæi in potestate magna, & habebant reges: post transmigrationem verò non solum desierunt habere reges, sed etiam desiit esse populus in Iudæa. Nam quidam translati sunt in Babylonem per Nabucodonosor, & Nabuzardam. 4. Reg. 24. & 25. Alij autem, qui relicti fuerant mortuo Godolia timentes regem Babylonis fugerant in Aegyptum. 4. Reg. 25. & Iere. 42. & 43. & tunc nullus mansit in terra Iudæorum: sed requieuit terra per septuaginta annos. 2. Paralipom. 36. & 3. Esdræ. Tertium tẽpus fuit à reditu de Babylone usque ad Christum, & istud non fuit simile præcedentibus: quia nec omnino reges habuit, nec penitus regibus caruit: sed à principio gubernabantur per summos sacerdotes, postea uero uersus est principatus iste in regalem, quando Ioannes Hircanus filius Simonis Machabæi, qui E erat summus sacerdos, imposuit sibi diadema regni: ut ait Iosephus 13. Antiquitatum. In quolibet istorũ temporum uoluit ponere Matthæus vnam quaterdenam generationum. Et hoc fuit, quia isti tres numeri signabant mysteria, scilicet, tres & quatuor, & decẽ. Per decem signatur lex vetus, quæ continebat decẽ præcepta, quæ sola à Deo per seipsum data sunt, & ista sola continebantur in tabulis legis. Exo. 2. & 32. & 33. & Deuteronomij. 5. & 9. & 10. Per quatuor signatur lex noua, quæ per quatuor Euangelia currit. Per tres, scilicet, quia sunt tres quaterdenæ, signatur mysterium trinitatis, quod tam in noua, quàm in vetere lege erat, licèt in noua expressius. Omnia ista ad

Christum pertinebant: nam erat una de personis trinitatis, & utraque lex ad eum pertinebant. De ueteri patet: quia sub ea natus est. ad Gala. 4. Misit Deus filium suum factum sub lege. Etiam lex vetus ab eo complemẽtum accepit, infra decimoquinto, scilicet. Nolite putare, quòd veni soluere legem: non veni soluere legem, sed implere. Vnde Apostolus uocauit Christum ministrum circuncisionis. ad Roman. 15. Lex noua ad Christum pertinet: quia ipse eam dedit. Ideo isti numeri signant ministerum in Christo. Et ob hoc Matthæus uoluit obseruare istas tres quaterdenas. Item patet efficatius, quòd fuerit istud de intentione sua, quia postquam descripsit Christi generationem recolligendo illam ponit tres quaterdenas dicẽs. Omnes ergo generationes ab Abraham, vsque ad Dauid generationes quatuordecim, & à Dauid usq; ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim, & a transmigratione Babilonis vsque ad Christum generationes quatuordecim. Et sic fecit tres distinctiones, & quælibet continet quatuordecim generationes.

An ex ista omissione generationum sequitur aliquis error.
Quæst. XVIII.

QVAERITVR, an ex ista omissione generationum trium in Matthæo sequatur aliquis error. Aliquis diceret quòd sic, quia dicitur hic Ioram genuit Oziam, & tamen non genuit eum, sed Ochoziam. Item quia cùm omittantur isti tres, non erit per quod cognoscatur Christi generatio, quod est inconueniens. Item quia videtur, quòd ex hoc Iudæi non reciperent librum Matthæi videntes eum repugnare libris suis. Dicendum quòd non sequitur aliquis error ex hoc, nec sequitur aliquis defectus omitti illos tres reges: quia cùm Spiritus sanctus dirigeret Matthæum in scribendo, non poterat errare, & sicut ipse non poterat in seipso falli, scilicet, quòd scriberet aliquid, quod esset fallsum putans illud esse verum, ita nec permitteret Spiritus sanctus, quòd ipse scriberet aliquid, ex quo apud nos sequeretur error: cùm propter nos scriptum esset Euangelium. D Item si in hoc fuisset aliquis error; & Ecclesia putaret esse errorẽ, nõ recepisset Matthæũ, quia a principio in potestate Ecclesiæ erat recipere, vel non recipere: & sine dubio non recepisset: nisi vidisset omnia scripta per Matthæum optimè se habere. Et ita de cæteris Euangelistis factum est, quia Ecclesiæ poterat constare ex notorietate facti, quando ipsi scripserunt an vera scripserint, quia erant tunc plurimi in Ecclesia, qui Christum viderant, & prædicantem audierant: de quo magis dictum est supra in Prologo nostro in quibusdam quæst. Ad primum dicendum, quòd licèt dicat Matth. quòd Ioram genuit Oziam, non est ob hoc falsum, quia falsitas, vel veritas in propositione apud auctores debet accipi secundùm quòd ipsi volunt significare, dum tamen non omnino loquantur, vel vtãtur terminis contra rationem. Cùm autem Matth. dixit, quòd genuit Ioram Oziam, noluit intelligi, quòd genuit eum immediatè, sed mediatè, scilicet, mediantibus tribus, qui subticentur. Et iste modus est conueniens loquendi. Nam Aui, & Proaui alicuius in Sacra Scriptura vocantur partes, sicut dicitur hic de Christo, quòd erat filius Abrahæ, & filius Dauid: & non erat filius immediatus. Ita dicitur Lucæ primo de Elisabeth, quòd erat de filiabus Aaron, scilicet, mediatè. Pater tamen dicitur a generando, uel a posteriora generatiua, ergo sicut scriptor concedit Proauũ alicuius esse patrem eius, ita concedet, & asseret eum genitum esse a Proauo suo. Ita est de Ioram: nam ipse

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est atauus Oziæ, quia filius Ioram fuit Ochozias, & nepos Ioram fuit Ioas, pronepos fuit Amasias, abnepos fuit Ozias: ergo Ioram fuit atauus Oziæ. Ad secūdum aliqui dicunt, quòd licèt Matthæus omisit istos tres, poterit constare de omnibus per Lucā, qui nihil omisit in Christi progenie. Luc. 3. Dicendum, quòd non stat, quia Luc. non ponit istos tres, imò nec aliquos de ista secunda quaterdena, solùm enim cōcordat Lucas cum Matthæo in prima quaterdena, quę est ab Abraham vsque ad Dauid: in duabus sequentibus nullum nominat Lucas de his, quos nominat Matthæus, nisi Ioseph virum Mariæ: vt patet conferēdo ista cum eis, quæ habentur Luc. 3. de qua diuersitate infra dicetur. Sed dicendum, quòd licèt Matthæus omittat hic istos tres, potest constare de eis ex multis locis veteris testamenti. Nam 4. Regum 4. & 11. & 14. ponitur ista progenies, etiam primo Paralip. 3. ponitur tota simul, scilicet, a Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis. Etiam de istis tribus regibus patet. 2. Paralip. 21. & 22. & 24. & 25. & 26. Ad tertium, quòd Iudæi non recusauerunt euangelium Matthæi, immo ipsi primò acceperunt illud. Nam Matthæus propter Iudęos scripsit, & eis reliquit, quando recessit de Iudæa: vt patet supra in primo prologo Hieronym. scilicet, Matthæus, cùm primò, & in alio, qui incipit. Plures fuisse. Si autē Matthæus putasset, quòd Iudæi non reciperent talem modum loquendi, non sic scripsisset: potissimè cùm ista Christi progenies magis describatur propter Iudæos, quàm propter conuersos de gentilitate. Nam gentiles non crediderunt in Christum propter progeniem, sed propter miracula, quæ ipse faciebat, & discipuli eius. qualia nullus hominum vnquam fecerat. Propter Iudæos autem necessarium erat Christi progeniem scribi: ut appareret, quomodo ipse veniebat de progenie illorum, de quibus lex, & Prophetæ dixerant Christum siue Messiam uenturum. Debuit ergo taliter scribi qualiter faceret conuenientem probationem contra Iudæos. Si autem ista omissio repugnaret modo scribendi, uel loquendi illorum: nullo modo Matthæus fecisset talem omissionem, ideo conueniebat eis, nec offendebantur ex hoc.

Quare dicitur, quòd Iosias genuit Ieconiam, & fratres eius. Quæst. XIX.

QVAERITVR, quare dicitur hic, quòd Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius, cùm de alijs regibus non ponatur hoc. Aliqui dicunt, quòd fuit, quia Iosias habuit multos filios, ideo expressit eos in generali. Dicendum, quòd non stat: quia multi alij de regibus præcedentibus habuerunt plurimos filios, sicut Dauid habuit quindecim filios, scilicet, sex in Hebron, & nouem in Ierusalē præter filios, quos suscepit ex concubinis. 2. Regū 3. & 1. Paralip. 3. & tamen vnicus nominatur Salomon. Roboam etiam genuit vigintiocto filios, & sexaginta filias. 2. Paralip. 13. & tamen vnicus nominatur, scilicet, Asa. Dicendum, quòd licet quilibet istorum, qui ponitur in Christi progenie haberet multos filios, vnicus tamen eorum poni debebat hic, quia non potest eadem linea generationis ab vno Patre deriuari per multos filios eius, sed per vnicum. Ponuntur tamen interdum alij propter aliquas speciales causas: sicut dicitur supra, Iudas genuit Phares, & Zaram, & Iacob genuit Iudam, & fratres eius. Causæ quantum ad illos supra positæ sunt. De fratribus Iechoniæ, dicendum, quòd ponuntur hic propter duo specialia. Primum est, quia omnes filij Iosiæ, qui manserunt post ipsum, fuerunt reges succedentes, quod nulli accidit in regibus præcedentibus. Nam Dauid quindecim filios habuit: vt dicitur supra nominati sunt, & ita ponuntur. 4. Reg. 23. & 2. Paralip. 36. & 3. Esdræ. 4. & 5. & tamen primo Paral. 3. ponuntur quatuor filij Iosiæ, scilicet, primus Iohanā, secundus Ioacim, tertius Sedecias, quartus Sellum: de quo latè dictum est eod. cap. in quadam quæstione, ponendo quinque opiniones, & in fine ipsarum concluditur, quòd habuit Iosias quatuor filios, qui nominati sunt, & primus eorum, scilicet, Iohanan mortuus ante mortem Patris sui, & ob hoc iste non regnauit. Alij tres uixerunt mortuo patre, & isti regnauerunt: ideo in libris Reg. & Paralip. 2. & in Esdra solùm fit mentio de illis, eo quòd scriptura solùm intendit ibi declarare, qui fuerint successores Iosiæ: & quia ante mortē eius mortuus fuerat Iohanan primogenitus suus, non fit mentio de ipso. Et tamen primo Paralipo. 3. intendit Scriptura solùm describere plene illam progeniē Dauid usq; ad tempora scriptoris, scilicet, Esdræ: ideo oportebat poni omnes, siue reges, siue non reges: & sic positi fuerunt ibi quatuor. Ad secundum, scilicet, de nominibus eorum, & ordine regnandi: dicendum, quòd quantum ad primogenitum Iosiæ, scilicet, Iohanan non est hic quæstio. Nam ipse non regnauit: quia mortuus est ante patrem, etiam in nomine eius non est aliqua controuersia: quoniam non habet nisi vnū nomen, scilicet, Iohanan, primo Paralipo. 3. Nam non fit mentio de eo in alio loco scripturæ. De alijs tribus est nunc dubium, & uocātur communiter Ioacham, Ioacim, & Sedecias. Ioacham habuit duo nomina, nā vocatur aliquando Ioacam: sicut habetur. 4. Reg. 23. & 2. Paralipom. 36. aliquando uocatur Iechonias. vt patet. 2. Esdre. 4. Nam dicitur, quòd assumptus est Iechonias à populo terræ pro patre suo Iosia. Sciendum tamen, quòd iste Iechonias non est, de quo hic dicitur: nec pertinet ad Christi progeniem. Quod patet, quia dicitur hic, quòd Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post trās migrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel, & tamen Salathiel non est de progenie illius Iechoniæ, qui fuit nominatus Ioacham, & ductus est in Aegyptum, vt aliqualiter colligitur primo Paralipo. 30. & patet magis: quia in ista Christi genealogia oportet necessariò poni duos Iechonias. Nam quomodocunque accipiatur Iechonias, non potest esse idem Iechonias, qui in Babylone genuit Salathiel, & Iechonias quem genuit Iosias. Quod patet, quia Iosias habuit solùm quatuor filios. primo Paralipom. 3. & primus illorum, scilicet, Ioanam mortuus est ante patrē suū, vt supra dictum est, manebant ergo tres, nemo tamen illorum potuit in Babylone gignere Salathiel. Nam dato, quòd primus, ideſt, Ioacham, scilicet, qui primò regnauit post Iosiam vocaretur Iechonias, non potuit esse pater Salathiel: quia iste ductus est in Aegyptum captiuus. 4. Reg. 23. & ibi mortuus est, nec vnquam rediit in Iudæam: nec iuit in Babylonem: sed in Aegypto mortuus est: vt probatum est in quadam quæstione eod. cap. Secundus, scilicet, Eliacim etiam si vocetur Iechonias, non potest esse pater Salathiel: quia ille genitus est in Babylone, iste tamen Eliacim mortuus est in Ierusalem ante captiuitatem Babylonis, & regnauit filius eius pro eo. 4. Reg. 24. & Iere. 22. ergo nō est ipse pater Salathiel. Tertius, scilicet, Sedecias non potest esse iste Iechonias: quia licèt ipse ductus est in Babylonem, tamen filij eius occisi sunt per regem Babylonis ante ipsum. 4. Reg. 25. maximè quia primo Paralipom 3. ponitur, quòd Ioacim genuit Iechoniā, & Iechonias genuit Salathiel, & sic Salathiel est de stirpe Ioacim filij Iosiæ, scilicet, nepos eius, & pronepos Iosiæ. & tamen iste Ioachaz, de quo nunc loquimur, licèt uocatur aliquando Iechonias: nunquam tamen uocatur Ioachim: ergo alius est Iechonias, qui ponitur hic in progenie Christi. Secundus istorum trium filiorum Iosiæ vocatus est Ioacim, qui prius vocabatur Eliacim. 3. Reg. 23. & tamen Pharao mutauit nomen eius quando constituit eum regem, & vocatur Ioackim. eodem capitulo, & iste etiam vocabatur Iechonias. Et ita tenet historia scholastica, & communiter tenent doctores. Et iste, qui vocatur hic Iechonias, quando dicitur, quòd Iosias genuit Iechoniā, genuit alium Ioacim. 3. Reg. 24. qui regnauit post eū, & illum transtulit Nabucodonosor in Babylonem. eodem capitulo. Et iste etiam uocatur Iechonias hic, cùm dicitur. Et post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel. Nam ibi potuit gignere: qa longo tempore vixit, & in magno honore: vt infra dicetur, & tamen Iechonias, de quo dicitur secundo Esdræ primo, non accipitur pro aliquo istorum duorū: sed per Ioacham, qui primus regnauit de filijs Iosiæ cùm dicatur, quòd populus assumpsit Iechoniam filium Iosiæ. & constituerunt eum regem pro Iosia, & regnauit mensibus tribus. Istud tamen, non conuenit Ioacim, sed Ioacham: quia eadem uerba ponuntur de eo. 4. Reg. 23. Iste etiam Ioachim, qui prius regnauit de filiis Iosiæ uocabatur Sellum: vt patet Iere 22. Scilicet. Hæc dicit Dominus ad Sellum filium Iosiæ regem Iuda: qui regnauit pro patre suo Iosia: qui egressus est de loco isto, non reuertetur huc amplius: sed in loco, ad quem transtuli eum ibi morietur, & terrā istam non uidebit amplius. Et postea sequitur de Ioakim, scilicet. Hæc dicit Dominus ad Ioacim. Sepultura asini sepelietur. Et sic accipitur Sellum pro Ioachā, quia regnante Ioacim non erat aliquis de filiis Iosiæ, qui ductus fuisset extra terram suam. Ioakim ibi manebat, vt dicit Ieremias: Sedecias autem nondum erat ductus in captiuitatē, quia hoc fuit mortuis fratribus suis: eùm ipse regnauit post eos. & rebellans Chaldeis captus est, vt colligitur. 4. Reg. 23. & 24. & 25. Ergo erat ille Ioacim. Tertius filius Iosiæ erat Matthanias, qui postea uocatus est Sedecias. Nam Nabucodonosor, quando constituit eum regem, mutauit nomen eius vocans illum Sedechiam. 4. Reg. 24. Et hoc fuit, quia Nabucodonosor accepit ab eo iuramentum per Deum suum, vt non rebellaret sibi. Et sic interpretatur Sedecias iustitia Dei ad significandum, quòd iuste se deberet habere ad seruandum iuramentū illud, quod præstiterat in nomine Domini. Sciēdum, quòd isti tres prædicti erant filij eiusdem patris, scilicet, Iosiæ, & diuersarum matrum. Nam Ioacim erat filius Amital filiæ Ieremiæ de Lobna: Ioacham erat filius Zebida filiæ Phadanæ. De utroque patet. 4. Reg. 23. Sedechias fuit frater ex patre, & matre cum Ioacim: quia mater sua fuit Amital filia Ieremiæ de Lobna. 4. Reg. 24. Quilibet istorum habuit multa nomina. Nam Ioacham habuit tria nomina, scilicet, Ioachaz. Iechonias, & Sellum: vt patet supra: Ioacim habuit alia tria, scilicet, Eliacim, Ioakim, & Iechonias. Sedecias habuit duo nomina, scilicet, Sedecias, & Matthanias.

Sciendum etiam, quòd quando mortuus est Iosias, erant isti tres diuersæ ætatis. Nam Ioachaz erat annorū uigintitrium, Ioakim autem annorum vigintiquinq;: Sedecias vero annorum quasi octo, de Ioacham patet, quia dicitur. 4. Reg. 23. quòd erat annorum vigintitrium, quando cepit regnare, & tamen ipse assumptus est in regem immediatè post mortem Iosiæ, eodem cap. De Ioakim, quòd esset tunc uigintiquinque annorum, patet: quia eod. cap. dicitur: Ioachaz regnauit solùm tribus mensibus, & succesſit ei Ioakim: dicitur ibi de eo, quòd cum regnare cœpisset erat annorum uigintiquinque. De Sedecia patet, quòd esset annorum octo, vel quasi, quia quando ipse cœpit regnare erat annorum vigintiunius. 4. Reg. 24. & tamē post mortem Iosię regnauerat Ioachaz tribus mensibus, & sic erant quasi duodecim anni. Vnde manet, quòd Sedecias esset annorum octo, vel quasi nouem quando moreretur Iosias pater suus. Considerandum, q isti filij Iosiæ non regnauerunt secundùm ordinē natiuitatis: quia maior eorum erat Ioakim, & tamen populus accepit Ioachaz in regem prius, deinde cùm regnasset ille tribus mensibus, frater eius maior, scilicet, Ioakim substitutus est in regno per Pharaonem: & ipse Ioacham ductus est in Aegyptū, & ibi mortuus est. Ieremiæ 22. Regnauit iste Ioakim vndecim annis, cui succesſit filius eius Ioachim 4. Reg. 23. & 24. Et sic Sedecias filius tertius Iosiæ non regnauerat: quia transibat succesſio ad filium fratris sui: tamen rex Babylonis transtulit Ioachin in Babylonem, & tunc fecit, quòd regnaret Sedecias minimus omnium filiorum Iosię. Et in eo finitum est regnum Iudæ ante captiuitatem Babylonis.

Quomodo dicitur, quòd Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis. Quæst. XXI.

QVAERITVR quomodo dicitur Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis. Nam nullus istorum transmigrauit in Babylonem: sed solùm Iechonias, siue Ioakim filius alterius Ioacim filij Iosię. 3. Regum 24.

gum 24. Et transmigrauit Sedecias; tamen ille non nominatur hic. Dici potest vno modo, quòd Iosias genuit istos in transmigratione Babylonis, ideſt, circa transmigrationem Babylonis. Nam inter istos filios Iosiæ & transmigrationem Babylonis nulli alij reges interciderunt. Secundò potest dici, quòd accipitur in transmigratione, ideſt, ante transmigrationem. Nam distinguuntur hic ista duo, scilicet, in transmigratione, & post transmigrationem. Et hoc fuit propter Iechoniam. Nam ponitur hic bis: vnus fuit genitus ante transmigrationem, & mortuus ante transmigrationem: alius natus est ante transmigrationem, sed post transmigrationem, scilicet, in Babylone genuit Salathiel. Et vt non putetur esse idem Iechonias ponitur ista differentia, scilicet, ante transmigrationem, & post transmigrationem. Et ista est vera ratio. Nam Iechonias, qui fuit filius Iosiæ, est ille, qui vocabatur Eliacim: & postea vocatus est Ioacim, & constitutus est in regem à Pharaone, vt declaratum est præcedenti quæst. Et iste mortuus est in Ierusalem Ieremiæ 22. Iechonias autem, de quo dicitur, quòd genuit Salathiel post transmigrationem filius fuit primi Iechoniæ, & natus est in Ierusalem, & regnauit ibi tribus mensibus. 4. Reg. 24. & translatus est in Babylonem p Nabucodonosor. eod. cap. & ibi genuit Salathiel. Tertio potest dici secundùm Nicolaum, quòd dicuntur isti fuisse in transmigratione Babylonis, quia licèt non omnes transmigrauerunt illuc, sed solus Sedecias, fuerunt aliquo tamen modo similes in transmigrando. Nam Sedecias transmigrauit: quia illuc ductus est erutis oculis. 4. Reg. 25. Ioachaz frater Iuus, qui primò regnauit, transmigrauit: quia cùm regnasset tribus mensibus, Pharao duxit eum illuc captiuum, & ibi mortuus est, sicut Sedecias in Babylone. 4. Regum 23. Ioacim alius frater eius, qui institutus fuerat rex a Pharone captus est a Nabucodonosor, & ducebatur in Babylonem, sed de itinere remisit eum accepto ab eo iuramento, quòd fideliter sibi seruiret. Postea quarto anno, cùm rebellare vellet, captus est ab exercitu regis Babylonis, & cadauer eius extra vrbem iectum est; Ierem. 22. scilicet, sepultura Asini sepelietur, & regnauit pro eo Ioakim filius eius. Et dicit Hieronymus, q primus Ioacim scribitur per c, & m, alius scribitur per k, & n, sed librarij nostri iam hoc corruperunt.

Nicolaus de Lyra.

Quot fuerunt reges Iudæorum, & quanto tempore duraue-
runt. Quæstio XXII.

QVAERITVR, cùm descripta sit hic vna quaterdena regum in Christi progenie de istis regibus, & consequenter de omnibus regibus Iudæorum quot fuerunt, & quanto tempore durauerunt. Considerandum pro hoc, q Iudæi antequam descenderent in Aegyptum non erant populus, sed erant paucæ domus, & habebant regem œconomicum, cùm solùm præcessissent Abraham, & Isaac, & postea Iacob cum filijs suis. Qui Iacob in Aegyptum descendit, & omnes, qui cum eo ibant de progenie sua paruuli, & magni erant sexaginta sex. Genes. 46. & sic erant quasi vna œconomia. Postquam aũt fuerunt in Aegypto multiplicati sunt ibi valde, quasi germinantes. Exod. 1. quia fuerunt ibi longo tempore, scilicet, ducentis, & quasi quindecim annis, vt probatum est Genes. 15. & Exod. 1. & 12. Vnde in exitu de Aegypto erant sexcenta millia peditum. Exod. 12. Ibi autem propter multitudinem poterant facere vnũ populum; vel multos, & tamen nullum populum constituebant, quia erant serui, & seruitute durissima. Exod. 1. ita vt dicerentur esse in fornace ferrea Deuteron. 4. & esse in ergastulo Exo. 6. & habere cer-

F

uices incuruatas propter cathenas. Leu. 26. Multitudo tamen Seruorum, vel Banausorum, non constituit po litiam, nec est pars eius, vt ait Arist. 3. Politi. Postquam autem Israelitæ exierunt de Aegypto, fuerunt vnus populus, & habuerunt certum modum gubernationis. Primus gubernator fuit Moyses per quadraginta annos, quibus Iudæi manserunt in deserto. Quis fuit modus gubernationis istius, & quanta erat potestas Moysi, & eorum, qui sub ipso erant, patet Exod. 18. & Num. 11. & ibi latè declaratum est. Post Moysen in introitum in terram Chanaam fuit princeps totius po puli Iosue. Quanta autem fuerit potestas huius declaratum est Nume. 27. & Deuteron. 31. & Iosue primo. Tempus autem huius computatur sub tempore Iu-

G

dicum. Post Iosue successit principatus Iudicum, qui non fuit tantæ potestatis, sicut principatus Iosue, & tamen fuit magnæ potestatis. Primus istorum Iudicum fuit Othoniel, vltimus fuit Samuel. Quot autem fuerint, & qui, & quãto tempore singuli, & omnes simul præfuerunt. & quanta fuit potestas eorum declaratũ est in Prologo libri Iudicum, & Iudicum 3. & Ruth 1. Post istos cepit gubernatio Regum, quæ erat dignior, & durauit maiori tempore. Nam totum tempus, quo Moyses, & Iosue, & Iudices præfuerunt, non fuit nisi quasi annorum quadrigentorum, & viginti. Quod patet, quia ab exitu de Aegypto, quando cepit principatus Moysi vsque ad fundationem templi Salomonis fuerunt anni quadringenti, & octoginta. 3. Regum 5.

H

De quibus tollantur quasi quattuor anni qui præcesserant de regno Salomonis, quando fundatum est templum. eod. cap. & quadraginta anni quibus regnauit Dauid. 2. Reg. 5. & 3. Reg. 2. & 18. anni quibus regnauit Saul, vt ait Iosephus 6. & 7. antiquitatum, & declaratum est supra in quæst. de Booz, & Obed, manebunt anni quadringenti & decem & octo ab exitu de Aegypto, vsque ad tempus quo cepit regnare Saul, qui fuit primus de Regibus. De potestate Regum quanta fuerit declaratum est primo Regum 8. Ad sciendum autem primò, qui, & quot fuerint isti Reges dicendũ, quòd non est computandum hic Abimelech filius

I

Gedeonis, quia licèt vnctus fuerit in Regem Iudicũ, tamen non computatur inter Reges: quia solùm fuit unctus a viris Sichem: eodem capitulo. Item, quia ipse ponitur inter iudices, & non successit ei aliquis Rex, sed Iudices. Vnde scriptura uocat eum vnum de iudicibus, debent ergo computari reges a tempore Saulis, quia tempus præteritum fuit tempus iudicum, ut patet Actu. 13. scilicet: Et post hæc dedit Iudices, usque ad Samuelem Prophetam. Et exinde postulauerunt Regem, & dedit illis Saul filium Cis. Incipiendo ab hoc, vsque ad captiuitatem Babylonicam fuerunt vigintitres Reges, quorum duo primi fuerunt de tribu Beniamin, & viginti vnus sequentes fuerunt de tribu Iuda. Primus fuit Saul de tribu Beniamin. 1. Regum 9. & 10. Secundus fuit Isboseth filius eius, quem mortuo Saule, & cęteris filijs eius, constituit Abner Princeps militiæ in regem. 2. Regũ 2. Tertius fuit Dauid, & iste fuit de tribu Iuda, & omnes sequentes. de hoc 2. Regum 2. & 5. & cęteri non solũ fuerunt de tribu Iuda, sed ẽt de filijs Dauid, quòd Deus promiserat ei, quòd filii sui regnarent in æternum. 2. Reg. 7. & 2. Paralipo. 17. Quartus fuit Salomon. 3. Regum 11. & 1. Paralip. 2. Quintus fuit Roboam. 3. Regum 14. & 2. Paralipo. 11. Sextus fuit Abia. 3. Regũ 14. & 15. & 2. Paralip. 13. Septimus fuit Asa. 3. Reg. 15. & 2. Paral. 14. Octauus fuit Iosaphat. 3. Regum 15. & 2. Paralipo. 17. Nonus fuit Ioram. 4. Regum 8. & 2. Paralipom. 21. Decimus fuit Ochozias, siue Ioachaz. 4. Regũ 8. & 9. & 2. Paralip. 21. & 22. Vndecimus fuit Ioas. 4. Reg. 11. & 2. Paralip. 23. Duodecimus fuit Amasias. 4. Reg. 14. & 2.

& 2. Paralipom. 15. Tertiusdecimus fuit Ozias. 4. Regum 15. & 22. Paralip. 26. Quartusdecimus fuit Ioathan. 4. Reg. 15. & 2. Paralipom. 27. Quintusdecimus fuit Achaz. 4. Reg. 16. & 2. Paralipom. 28. Sextusdecimus fuit Ezechias. 4. Regum 18. & 2. Paralipom. 29. Septimusdecimus fuit Manasses. 4. Reg. 21. & 2. Paralipom. 33. Decimusoctauus fuit Amon eisdem c. Nonusdecimus fuit Iosias. 4. Reg. 22. & 2. Paralipom. 34. Vigesimus fuit Ioachaz. 4. Regum 23. & 2. Paralipom. 36. Vigesimusprimus fuit Ioacim frater eius. eisdem cap. Vigesimussecundus fuit alius Ioakim filius præcedentis Ioacim. 4. Reg. 24. & 2. Paralipo. 36. Vigesimustertius fuit Sedecias eisdem cap. Et in hoc finitum est regnum Iuda per captiuitatem Babylonis. Nam tam Sedecias, quam totus populus transla-

B

tus est per Nabucodonosor, & Nabuzardam in Babylonem præter pauperes agricolas, & vinitores: qui relicti sunt ad colendum terram sub principe Godolia. 4. Regum 25. Occiso autem Godolia per insidias omnes Iudæi recesserunt in Aegyptum timore Chaldæorum. Iere. 41. & 42. & 43. Considerandum, quòd istud regnum non fuit vniformiter semper, sed primus rex, scilicet, Saul regnauit super totũ Israel, ideſt, duodecim tribub⁹, Secũdus, scilicet, Isboseth regnauit super vndecim tribus solùm: quia interim Dauid regnabat super vnam tribum. s. Iudæ: eo q fuerunt isti duo reges simul cõstituti. Nam mox, vt Saul mortuus est, Dauid vnctus est in regem super Iudã. 2. Reg. 2. & Isboseth fuit tunc vnctus in regẽ super 11. tribus. eo. c. Et fuit longo tpe bellũ inter ambos reges. 2. Reg. 3. & 4. Mortuo aũt Isboseth Dauid, qui erat tertius rex, vnctus est simul à toto Israel in regem. 2. Reg. 5. & post eum Salomon, qui fuit quartus, regnauit super totum Israel. In quintò rege. s. Roboam diuisum est regnum pp eius superbiam, & stultitiam. Manserunt ei solùm duæ tribus, s. Iuda, & Beniamin, & aliæ decem præfecerunt sibi in regem Ieroboam filium Nabath. 3. Regum. 12. & 2. Paralipom. 11. & postea nunquam reintegratum est regnum, sed manserunt ista duo regna diuisa, & regnum duarum tribuum uocatum est regnum Iuda. Regnum autem decem tribuum vocatũ est regnum Israel, & sic vocantur semper in scriptura. Nunc autem computauimus reges per regnum Iuda omittendo omnes reges Israel, de quibus infra dicet.

D

Quanto tempore durauerunt reges apud Iudæos.
Quæst. XXIII.

QVAERITVR nunc quanto tpe durauerũt reges apud Iudæos. Dicendũ, q ad hoc cõputanda sunt tempora p lineam regũ Iuda, quos supra posuimus. Nã regnũ Iuda durauit maiori tpe q regnũ Israel: quia regnũ Israel finitũ est anno sexto Ezechiæ. 4. Reg. 17. & ille fuit sextus rex Iuda. Dicendũ aũt q incipiendo tps à Saule vsq; ad vltimum annũ Sedeciæ fuerunt anni quingenti, & quindecim, vel quasi. Qd patet colligendo annos eorũ. Nã

E

Saul regnauit annis quadraginta. Act. 13. Isboseth autem regnauit annis ferè septem, & dimidio: qa tpe huius regnabat Dauid in Iuda, in Hebrõ. 2. Reg. 5. Quia tñ regnabant simul Dauid, & Isboseth cõputat tẽpus utriusque sub Dauid, q regnauit annis quadraginta. 2. Reg. 5. & 3. reg. 2. Deinde Salomõ annis quadraginta. 3. Reg. 11. postea Roboã annis decẽ, & septẽ. 3. Reg. 14. deinde Abia annis tribus. 3. Reg. 15. deinde Asa annis. 41. eo. c. postea Iosaphat annis 25. 3. Reg. 22. postea Ioram annis octo. 4. Reg. 8. postea Ochozias anno uno. eo. c. deinde Athalia, quæ fuit regina, & regnauit annis sex, qui non cõputant sub aliquo rege, quia tũc nullus regnabat. 4. Reg. 11. & 2. Paral. 22. & 23. deinde

Alph. Tost. in Matt. Comm.

A

Ioas annis. 40. 4. Reg 12. deinde Amasias annis 29. 4. Reg. 14. deinde Ozias annis quinquagintaduobus. 4. Reg. 15. postea Ioathã annis sexdecim. eo. c. deinde Achaz annis totidẽ. 4. Reg. 16. deinde Ezechias annis. 29. 4. Reg. 18. postea Manasses, 55. 4. Reg. 21. deinde Amõ annis duobus. eo. c. postea Iosias triginta & uno annis. 4. Reg. 22, deinde Ioachaz tribus mensibus. 4. Reg. 23. postea Ioacim annis. 11. eo. c. deinde alius Ioakim tribus mensibus & decem diebus. 4. Reg. 24. & 2. Paral. 36. & 2. Esdræ. 2. & postea Sedecias annis. 11. 4. Reg. 24. Et oẽs isti sunt anni quasi quingenti, & qndecim. Sic. n. ait Iosephus. 10. Antiquitatũ. s. regnauerunt omnes reges annis quingentis, & quatuordecim, & mensibus sex, & dies decem. Intelligendum tñ, q iste

B

numerus procedit cõputando in Saule annos quadraginta, sicut dicitur Act. 13. & tñ ipse non regnauit tot annis cùm in illis quadraginta computentur tempora Samuelis. Samuel præfuit necessariò plus quam viginti annis, & sic non manebunt adhuc Sauli viginti anni, & ita dicit Iosephus. 6. Antiquitatum, q regnauit Saul annis decem & octo, & sic manent viginti duo, p Samuele, & isti viginti duo subtrahendi sunt de prædicto numero, & sic erunt anni quadringenti nonaginta & tres.

Quot fuerunt reges Israel, & quanto tempore regnauerunt.
Quæst. XXIIII.

C

QVAERITVR nunc incidentaliter de regibus Israel, quot fuerunt, & qui, & quanto tpe regnauerunt. Considerandũ pro hoc, q regnũ Israel. i. decem tribuum non cepit à principio, qñ primò cœperunt esse reges, sed cœpit tempore Roboam filij Salomonis: in quo regnũ Iudæorũ, qđ vnum erat, diuisum est in duo. s. in regnũ Iuda, & Israel, ut supra dictum fuit. Item istud regnum fuit semper pessimũ, & fundatũ super iniquitate. s. qa omnes reges illius coluerunt idola. Nam primus rex. s. Ieroboã timens, q si populus iret ter in anno in templũ in Ierusalem, iuxta præceptum legis. Exo. 23. & 24. cũ esset Israel in regno Iuda reconciliarentur ibi Israelitæ regi suo naturali. s. Roboã filio Salomõ, à quo pp q̃dam insurgentẽ iracundiam recesserunt, & derelique

D

rent ipsum Ieroboam, qui de nouo Dominus esse ceperat: iõ cogitauit, q nõ pmitteret aliquẽ de regno suo ascendere in Ierusalem, sed fecit eis duos vitulos aureos, & posuit unum in Dan, & alterũ in Bethel, vt illos populus coleret. 3. Reg. 12. Et ita factũ est, q nunquã cessauit postea idolatria in regno Israel. In regno Iudæ non fuit sic: quia erat ibi templum Domini, & sacerdotes, & Leuitæ, qui ministrabant s̃m legẽ. Et licèt aliq reges Iuda colerẽt idola: alij erant valde boni, & destruebant omnia idola, sicut Iosias, & Ezechias, Ioathã, & Ozias, & Asa, & Iosaphat. Etiam si multi de populo colerent idola, reliqui colebant Deũ, cũ haberent tẽplũ Domini, in quo eũ colerent, & sacerdotes, qui ministrarent. Itẽ regnum Israel fuit quasi quædã

E

inordinatio: qa non erant ibi reges de aliqua certa familia, uel tribu, sed aliquando de vna, & aliquando de alia. Et unus insurgens occidebat aliũ: & regnabat pro eo, & alius alium. Et sic fiebant crebræ mutationes, vt infra uidebitur. In regno aũt Iuda non fuit sic: qa sem per fuerunt reges de tribu Iuda, & de filiis Dauid, & nunq̃ constituebatur rex nisi filius p̃cedentis regis, licèt aliqñ serui ipsorum occiderẽt eos, sicut occisus est rex Ioas. 2. Paralip. 24. & occisus est Amasias. 4. Reg. 14. & occisus est Amon. 4. Reg. 21. semp tñ populus cõstituebat filios eorũ in reges. ut patet in ipsis locis. Fuerunt aũt reges Israel multi, licèt pauco tpe durauerunt. Nã cœperunt tpe Roboam, & durauerunt vsq; ad sextum annum regis Ezechiæ. 4. Regum 17. Nam

L ipso

ipso anno, ducti sunt Israelitæ in captiuitatem in Assy-
rios, vbi manent hodie. eod. cap. Et sic fuerunt Reges
tredecim solùm de Iuda eo tempore, quo permansit
regnũ Israel, & tñ in Regno Israel fuerunt reges decẽ,
& nouẽ: qa minori tpe viuebãt: eo qđ qdã insurgẽtes
occidebant alios. Primus fuit Ieroboam filius Nabath,
de tribu Ephraim, qui regnauit annis vigintiduobus.
3. Reg. 14. Secus Nadab filius eius de tribu Ephraim,
qui regnauit annis duobus. 3. Regũ 15. Tertius Baasa
de progenie Issachar, qui erat princeps militię sub Na-
dab. Et insurgẽs occidit ipsum, & omnes de progenie
Ieroboam. 3. Regum 15. & regnauit annis vigintiqua-
tuor eodem capitulo. Quartus Ela filius Baasa de tri-
bu Issachar, qui regnauit annis duobus. 3. Regum 16.
Quintus fuit Zamri, qui fuit dux mediæ partis equi-
tum regis Ela: & dum esset Ela bibens, & temulen-
tus in vrbe Thersa, insurrexit, & occidit eum. 3. Reg.
16. Regnauit autem iste Zamri septem diebus solum.
Nam eo tempore erat exercitus Ela obsidendo quan-
dam vrbem Philisthinorum, & audientes regem oc-
cisum obsederunt ipsum Zamri, qui regnabat pro eo.
Qui sciens non posse resistere incendit se cum pala-
tio regis, hanc sibi ipsi mortem inferens. eodem ca-
pitulo. Sextus rex fuit Amri, qui erat princeps mili-
tiæ regis Ela, & surrexit contra Zamri, qui occiderat
Ela, & ipse constitutus est in regem ab exercitu. Et de
isto precedente, & alijs sequentibus non hr de qua tri-
bu essent. Regnauit autẽ annis duodecim 3. Regũ 16.
Septimus rex fuit Achab filius eius, qui fuit famosior
inter omnes reges Israel, qui præcesserant eum, nec
est aliquis omnium ipsorum, de quo tanta habeantur
in Sacra Scriptura. Iste regnauit annis vigintiduobus.
3. Regum 16. Octauus rex fuit Ochozias filius Achab;
qui regnauit annis duobus. 3. Regum 22. Nonus fuit
Joram frater Ochoziæ, qui regnauit annis tredecim;
& tempore huius floruit maxime Elisæus propheta,
per quem etiam apud istum impiũ regem fecit Deus
miracula. 4. Reg. 7. Decimus Rex fuit Iehu. iste fuit ser-
uus regis Ioram, & Deus misit prophetam ad eum, vt
ipsum vngeret in regem ad occidendum totam poste-
ritatem Achab. Vnde ipse occidit Ioram Dominum
suum regem Israel, & Ochoziam regem Iuda, & Ie-
zabelem vxorem Achab, & septuaginta filios regis
Achab. 4. Reg. 9. & 10. Ipse etiam occidit cultores Baal
fingens se eis velle benefacere. 4. Reg. 10. Ad vltimum
tamen ipse idolatra fuit, & regnauit annis vihintiocto.
eodem capitulo. Vndecimus rex fuit Ioacham filius
Iehu, & regnauit decem, & septem annis. Tempore
huius fuit maximè afflictum regnum Israel per Syros:
ita, vt non relinquerentur in toto Israel nisi quinqua-
ginta equites, & decem currus, & decem millia pedi-
tum. 4. Reg. 12. Duodecimus rex fuit Ioas filius istius
Ioachaz, & regnauit sexdecim annis. Iste pugnauit cõ-
tra Syros, & ter præualuit. restituitque iure belli regno
suo omnes vrbes, quas Syri abstulerant. 4. Regum 13.
Tertiusdecimus rex fuit Ieroboam filius istius regis
Ioas, & regnauit annis quadragintauno: fuit famo-
sior in potentia, & opibus belli omnibus regibus Is-
rael. Vnde ipse vocatus est Saluator. 4. Regum 14.
Quartusdecimus rex fuit Zacharias filius prædicti Ie-
roboam, qui regnauit mensibus sex. Nam insurrexit
contra eum Sellum seruus eius, & occidit ipsum. 4.
Regum 15. Quintusdecimus rex fuit Sellum. Nam
occiso Zacharia Domino suo regnauit pro eo, & re-
gnauit vno mense solùm, quia insurrexit contra eum
Manahen, & occidit ipsum. quarto Regum 15. Sex-
tusdecimus rex fuit Manahen, qui occiderat Sellum,
& regnauit annis decem. eodem capitulo. Septi-
musdecimus rex fuit Phaceia filius Manahen, & re-
gnauit duobus annis, eod. cap. Decimusoctauus rex
fuit Phacee, filius Romelię, qui insurgens occidit Pha
ceia, & regnauit annis viginti. eod. cap. Decimusno-
nus fuit Osee filius Ela, qui insurrexerat contra Pha-
cæe, & occiderat ipsum. Iste regnauit annis nouem.
4. Regum 17. & in ipso finitum est regnum Israel.
Nam anno nono eius cum rebellare niteretur regi
Assyriorum, cui solebat soluere tributa, obsedit eum,
& captiuum duxit in terram Assyriorum: & omnes
Israelitas de decem tribubus cum eo: ita, vt nemo ma
neret in terra nisi, qui confugerant ad Iudam. Et man
sit terra sine habitatore: sed rex Assyriorum transtulit
de aliis gentibus habitatores in illa, qui postea uocati
sunt Samaritani. eod. cap. Tempus quo durauit istud
regnum Israel fuit quasi annorum ducentorum, &
sexaginta. Nam cœpit istud regnum in primo anno
Robbam filij Salomonis regis Iuda. 3. Reg. 12. & 3. Pa
ralip. 11. & durauit vsque ad annum sextum Ezechiæ
regis Iuda. Nã ipso anno trãslati sunt Israelitæ in As-
syrios. 4. Reg. 17. Fuit autem tempus intermediũ an-
norum ducentorum, & sexaginta. Quod patet: quia
Roboã regnauit annis decẽ, & septẽ. 3. Reg. 14. Dein-
de Asa annis quadragintauno. eo. cap. Postea Iosaphat
annis vigintiquinq;. 3. Reg. 22. postea Iorã annis octo.
4 Reg. 8. postea Ochozias anno vno. e. c. deinde Atha
lia regina annis sex, qui non cõputantur sub aliquo re-
ge. 4. Reg. 11. deinde Ioas annis quadragĩta. 4. Reg. 12.
deinde Amasias annis viginti nouem. 4. Reg. 14. reg.
Deinde Ozias annis quinquaginta duobus. 4. Reg. 15.
postea Ioathã annis decem & sex. eo. c. deinde Achaz
annis totidem. 4. Reg. 16. deinde regnauit Ezechias, in
cuius anno sexto translati sunt Israelitæ in Assyrios.
4. Reg. 17. & isti anni simul sumpti sunt ducenti, &
sexaginta. Hæc dicta sunt de statu regum Iuda, & Is-
rael, & de temporibus eorum, & de toto principatu
Iudæorum usque ad transmigrationem Babylonis:
quia hic descripsit Matthæus quasi omnes reges Iu-
da, & quia sæpe agitur mentio de hoc in nouo testõ,
& fuit necessarium ad tollendum multa dubia. De tẽ-
pore, quod fuit à captiuitate Babylonis usque ad Chri
stum, quale regimen fuerit, & quæ tempora, poterit
infra dici, cùm agetur de Herode sequenti cap.

Et post trãsmigrationẽ Babylonis Iecho
nias genuit Salathiel, Salathiel autẽ genuit
Zorobabel, Zorobabel aũt genuit Abiud,
Abiud autem genuit Eliacim, Eliacim au-
tem genuit Azor, Azor autem genuit Sa-
doc, Sadoc autem genuit Achim, Achim
autem genuit Eliud, Eliud autem genuit
Eleazar, Eleazar autem genuit Mathan, Ma
than autem genuit Iacob, Iacob autem ge-
nuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est
Iesus, qui uocatur Christus.

Hic ponitur tertia quaterdena progeniei, quæ inci-
pit à Iechonia nepote Iosiæ, & terminatur in Christo.
Et propter hoc posuit Matthæus hic istum articulũ,
siue distinctionem tpis. dicens: Et post transmigratio-
nem Babylonis. s. quia oẽs generationes sequẽtes fue-
runt postquam Iudæi sunt translati in Babylonem.
Iechonias genuit Salathiel. Iste Iechonias est filius alte-
rius Iechoniæ, de quo supra habetur, & est nepos Jo-
się, & uocatur Ioakim 4. Reg. 24. & pater suus etiam
uocatur Ioacim. 4. Regum 23. & ambo uocantur hic
Iechonias: quia parum ista noĩa uidentur differre.

Consi-

Cõsiderandũ qp multi errãt circa istũ Iechoniã patrẽ
Salathiel dicẽtes eũ eẽ filiũ Iosiæ. Et hoc tenet Augu.
lib. 1. de Concord. Euang. Et motiuũ eius, & aliorum
est: qa dr supra: Iosias aũt genuit Iechoniã, & fratres
eius, in transmigrationes Babylonis. Iechonias genuit
Salathiel. Et sic vr esse idẽ Iechonias filius Iosiæ. &
pr Salathiel. Sed non põt stare, immo necesse est po-
ni duos Iechonias: qa nullus de filiis Iosiæ, qui vocarẽ
Iechonias translatus est in Babylonem, vt posset ibi gi
gnere Salathiel. Nam sicut probatum est in quadam
qõne, tres filij Iosiæ manserunt post mortẽ eius. s. Ioa-
cim, Ioachaz, & Sedecias. & primus. s. Ioacim habuit
tria noĩa. s. Ioacim, Iechonias, & Sellum. Secundus. s.
Ioacim habuit totidẽ noĩa. s. Eliacim, Ioakim, & Iecho
nias. Tertius. s. Sedecias solũ habuit duo noĩa. s. Sede-
cias, & Mathanias. Et sic cũ dr, qp Iosias genuit Iecho-
niam non põt intelligi de Sedecia, qui nunq̃ vocatus
est Iechonias: sed de vno da duobus primis. Neuter
tñ illorum ductus est in Babylonem. quia Ioacim du-
ctus est in Aegyptum. 4. Reg. 23. & ibi mortuus est,
nec vnq̃ rediit in Iudæam: nec iuit in Babylonẽ. Ier. 22.
Secundus autem. s. Ioakim mortuus est in Ierusalem
ante captiuitatem Babylonis. vt 4. Reg. 34. & Iere. 22.
Ergo non potuit esse Iechonias filius Iosiæ, qui post
transmigrationem Babylonis genuit Salathiel, quia
solùm ille esset Sedecias, qui translatus est in Babylo-
nem, & tamen ipse non vocatus est Iechonias, vt su-
pra dictum est. Item, quia non videtur reliquisse Sede-
cias aliquam posteritatem. Nam Nabucodonosor oc
cidit omnes filios eius ante eum, & eruit post sibi o-
culos. 4. Reg. 25. Postea autem non videtur, quòd ge
nuerit. Et hoc colligitur primo Paralipom. 3. vbi po-
nuntur omnes filij Iosiæ, & non ponitur aliquis ipso-
rum habere posteros, nisi Ioacim. Et est satis ratione-
bile: quia Ioacim cùm esset iuuenis ductus est in Ae-
gyptum, & ibi mortuus est. & sic non relinquit po-
steritatẽ: Sedecias autem habuit filios, & occisi sunt,
& ipse in breui mortuus est: vt declaratum est. 4. Re-
gum 25. Item patet, quòd non fuit iste Iechonias fi-
lius Iosiæ, sed nepos, quia primo Paralipom. 3. dicitur,
quòd Iosias habuit quatuor filios. s. Iohanam, Ioacim,
& Sellum, & Sedeciam, & sequitur, de Ioacim natus
est Iechonias, & postea dicitur filij Iechoniæ fuerunt
Salathiel, & Asir &c. ergo non est Iechonias filius Io-
siæ. Item hoc tenet Hieronymus super Matth. dicens
duos fuisse Iechonias. s. patrem, & filium, & tamẽ ma-
gis credendum est Hieronymo, quàm Augustino
maxime ubi agitur de ueteri testõ, & de historiis. Nã
in hoc ipse excessit omnes doctores ecclesiæ. Item pa
tet hoc ex litera Matth. quia dr infra, à transmigratio-
ne Babylonis vsque ad Christum generationes qua-
tuordecim, & tñ si Iechonias pater Salathiel nõ com-
putetur tanquam unus de ista quaterdena, erunt so-
lum tredecim, etiam incluso Christo. Necesse ergo
est poni Iechoniam esse primum de ista quaterdena,
& Salathiel filium eius secundum. Si tamen iste Ie-
chonias pater Salathiel esset filius Iosiæ: nõ posset esse
de ista quaterdena tertia, cũ fuerit ultimus in secun-
da quaterdena. ergo necesse est poni duos Iechonias.
Item patet, quia hoc magis conuenit sacræ scripturæ
quã aliquid aliud: quia istud apparet ex litera, & quid-
quid aliud dicatur est fictum ad effugiendum, & scri-
ptura non ponit illud: patet quia. 4. Regum 23. dici-
tur, quòd Iosias habuit tres filios, scilicet, Ioachaz, Ioa-
cim, & Sedeciam, & dicitur de isto Ioacim: quia re-
gnauit pro eo filius eius Ioakim, qui vocatur Iecho
nias, primo Paralipom. 3. & postquam regnasset tri-
bus mensibus Nabucodonosor oppugnauit Ierusa-
lem, & egressus est ad eum Ioakim rex, & transtulit
eum in Babylonẽ. 4. Reg. 24. Et sic iste erat Iechonias
nepos Iosiæ: & in Babylonẽ genuit Salathiel, quia ibi
vixit longo tempore, & in magno honore. Nam Euil-
merodach filius Nabucodonosor dilexit eum valde:
& posuit thronum eius super thronos omniũ regum,
qui erant in Babylone: & tota vita sua fecit eum habe-
re cibos de mensa ipsius, scilicet, quia comedebat ipse
coram eo, & pro familia sua dabat sibi Euilmoradach
sumptus. 4. Regum. 25. Et iste genuit in Babylone: nã
ante non videbatur habere filios, licèt haberet vxorẽ:
vt colligitur. 4. Reg. 24. cùm dicitur: Transtulit quoq;
Ioakim in Babylonem, & matrem regis, & vxorem
regis, & Eunuchos regis, & iudices terræ, & viros ro-
bustos, & artifices, & inclusores. Et tamen, cùm om-
nia ista, quæ translata sunt tam diligenter exprimãtur
per singula, non ponitur ibi, qp aliqui filii Ioachim fue-
rũt translati: maximè cùm ponatur ibi mater, & vxor:
& sic videtur, quòd nondum habebat filios: nam erat
valde iuuenis, scilicet, decem & octo annorum. eod. c.
Postea autem in Babylone genuit Salathiel, cùm habe
ret vxorem, & haberet oportunum tempus, quia erat
in magno honore. Motiuum aũt beati Aug. & aliorũ
asserentium fuisse eundem Iechoniam filium Iosię, &
patrem Salathiel, est sophisticum. Nam litera decipit
eos pp similitudinem nominis. s. quia tam pater, q̃ filiꝰ
vocabatur Iechonias, & cùm videatur in superficie po
nere vnicum, ponit duos. Sed obijcietur, qp non sit Ie-
chonias filius Iosiæ, ille qui nocatur Ioachin. de quo
supra diximus, quia Iere. 22. dr de isto Iechonia. s. Scri-
be istum uirum sterilem: nõ. n. erit de semine eius vir,
qui sedeat super solium Dauid. De Christo tñ dr Isaię.
9. & Ier. 23. qp sedebit super solium Dauid: ergo nõ fuit
Christus de stirpe Iechoniæ filij Iosiæ. Ad hoc respon-
det Ambro. super Lucam, dicens, qp non negatur ex il
la auctoritate posteros nascituros de semine Iecho-
nię. Et cùm dicitur, qp non erit qui sedeat super solium
Dauid de semine eius, qp non obstat Christo, quia ipse
non sedit in solio Dauid secundùm honorem secula-
rem: nam dixit regnum meum non est de hoc mũdo.
Io. 18. Hoc dicit sanctus Thomas tertia parte summę.
q. 31. art. 2. Dicendum autem videtur quibusdã, qp licèt
hoc sit verum quantum ad Christum, qp nõ fuerit rex
fm honorem secularem, non satisfacit adhuc, quia de
semine istius Ioachim siue Iechoniæ sedit aliquis sup
thronum Dauid. Nam iste Iechonias, siue Ioachim
genuit alium Ioakim, qui post mortem suam regnauit
super Iudam tribus mẽsibus. 4. Reg. 24. & hoc fuit fm
honorem secularem: sicut sederunt alii reges Iuda. Est
ergo dicendum secundùm illos, quòd intellexit Iere.
quòd de semine illius Iechoniæ, non sederet aliquis su
per solium Dauid, qui propriè diceretur sedere. Ioa-
kim autem filius istius solùm sedit tribus mensibus,
& illico translatus est in Babylonem. 4. Reg. 24. Vnde
videtur nunquam sedisse, quia cum incœpit sedere
desijt sedere. Ipsum tamen sedere dicit propriè quan-
dam quietem. Iste tamen Ioakim illico, vt cœpit se-
dere cessauit: ideo non dicitur sedisse: nec Propheta
iudicat eum regnasse. Similis modus loquendi est
scripturæ, quantum ad multa alia, scilicet, quia illa, quę
mox, vt cœperunt esse, defierunt, dicuntur nunquam
fuisse. Sic patet Prouerb. 4. scilicet, cum Salomon lo-
quitur dicens: Nam & ego filius fui patris mei, & vni-
genitus coram matre mea. Et tamen Salomon non
fuit unigenitus apud matrem suam Bethsabee. Nam
ipsa habuit alium filium ex Dauid ante Salomonem.
2. Regum. 12. Quia tamen ille pauco tempore uixit:
& quasi in principio uitæ mortuus est: iudicatur nun-
quam uixisse. Iste modus loquendi est etiam in iure,
scilicet, quòd illa res, quæ desijt mox ut cepit, dicatur
nunquam fuisse, vt patet extra de uerb. signifi. c. Nã &
ego, & fundatur illud super dictum Salomonis allega-

Alph. Tost. in Matth. Comm.

L 2 tum.

tum. Et ita licèt Ioakim vere regnauerit: quia tamen
solis tribus mensibus regnauit, & mox ductus est in
captiuitatem, iudicat eum Ieremias nunquam regnas-
se. Aliqui dicunt, quòd illa litera Ieremię poterit in-
telligi melius, & sine calumnia de Iechonia filio alte-
rius Iechoniæ, scilicet, de isto, qui translatus est in Ba-
bylonem, & tunc verum est, quòd nullus de semine
eius sedit super solium Dauid. Nam ipse ductus est in
Babylonem, & post eum regnauit Sedecias, qui non
erat de semine eius: sed erat patruus suus. 4. Reg. 24.
Et post Sedeciā nemo regnauit: qa ipse ductus est in
Babylonem, & cessauit ibi regnum. 4. Reg. 25. Et ista
est veritas. Nam Iere. 22. dicitur: Viuo ego, dicit Do-
minus: quia si fuerit Iechonias filius Ioakim regis Iu-
da, annulus in manu dextera mea, inde auellam eum.
Et de isto postea sequitur, quòd non erit de semine
eius vir, qui sedeat super solium Dauid. Et tunc non
est aliqua calumnia contra literam Ieremiæ, & est re-
sponsio Ambrosij, & Sancti Thomæ sufficiens. Ar-
gum, autem, & responsio præcedens quorundam e-
rat conueniens præsuppositio, quòd esset ille Iecho-
nias filius Iosię, & tamen fuit Iechonias filius Ioakim,
scilicet nepos Iosiæ. *Salathiel autem genuit Zorobabel.*
Ista generatio fuit in Babylone: nam ibi Iechonias ge
nuit Salathiel, & Salathiel genuit Zorobabel, cùm mā
serit Iudæi in Babylone septuaginta annis. Ierem. 25.
& 2. Esdræ 3. Mortui sunt autem in Babylone Iecho-
nias, & Salathiel filius eius. Zorobabel autem filius Sa
lathiel redijt in terram Iuda. expletis septuaginta an-
nis captiuitatis, & ipse fuit princeps in ædificantibus
templum, & Iesus Iosedech sacerdos magnus. 1. Es-
dræ. 3. Sed obijcietur, q̄ non sit Zorobabel filius Sala-
thiel, sed filius Phadaia fratris Salathiel. Nam 1. Parali
pom. 3. dicitur, q̄ filij Iechonię fuerunt Asir, Salathiel,
Melchiram, & Phadaia. Et sequitur de Phadaia orti
sunt Zorobabel, & Semoi. Ergo non est Zorobabel
filius Salathiel. Dicendum, q̄ ibi non ponitur proge-
nies deriuata à Salathiel, sed à fratre eius Phadaia, &
ille habuit multos filios: quorum fuit unus Zoroba-
bel. Sed nō est iste Zorobabel idem cum illo, qui fuit
filius Salathiel. Et hoc satis stat. Si autem ponerentur
ibi filij Salathiel, & inter eos non poneretur Zoroba-
bel esset aliquale dubium. Nunc autem nullum est.
Item patet, quia iste Zorobabel, qui hic ponitur, dici-
tur genuisse Abiud, & tamen primo Paralipom. 3. po-
nuntur omnes filij illius Zorobabel, & nullus eorum
vocatur Abiud, ergo non est idem Zorobabel ille, &
iste. *Zorobabel autem Abiud.* Non constat an Zoroba-
bel genuerit Abiud in Babylone, uel post reditum in
Iudæam: constat tamen, quòd ipse Zorobabel redie-
rit in Iudæam. primo Esdræ 3. Nicolaus obijcit, quòd
Zorobabel non genuerit Abiud: quia primo Paralip.
3. dicitur: q̄ Zorobabel genuit Mosolam, & Anamā,
& Salomith. Respondet, quòd aliquis illorum fuit bi-
nomius, & vocaretur Abiud, & haberet aliud de illis
nominibus. Dicendum tamen, quòd nec stat respon-
sio: nec dubium: quia dubium suum procedit præsup-
posito, quòd ille Zorobabel de quo ibi dicitnr fuerit
filius Salathiel, & tamen non fuit filius eius, sed filius
Phadaia fratris Salathiel, vt patet ibidem: ideo non o-
portet aliquem de istis filijs Zorobabel esse binomiū:
quia illi non pertinent ad hanc progeniem. *Abiud au-*
tem genuit Eliacim. De istis omnibus vsque ad finem
genealogiæ Christi exclusiue ex Salathiel non cōstat
in aliquo loco veteris testamenti. Vnde autem Mat-
thæus ista sumpserit declarabitur infra in quadā quæ-
stione. *Iacob autem genuit Ioseph.* Dicitur Luc. 3. quòd
Ioseph fuit filius Heli: quomodo autem possit stare
declarabitur. *Virum Mariæ*, ideſt, maritum eius: quia
fuit vera illa vxor eius: licèt non fuerit matrimonium
consummatū per copulam. *De qua natus est Iesus.* Istud
est proprium nomē eius personale. Et dicitur: de qua
natus est, ut nō intelligatur, quòd natus est de Ioseph.
Nam in omnibus præcedentibus generationibus di-
citur, quòd talis genuit talem, hic verò non dicitur, q̄
Ioseph genuit Christum, sed dicitur, q̄ Ioseph fuit vir
Mariæ, de qua natus est Iesus. s. non de viro, sed de Spi
ritu sancto, vt patet infra in litera. *Qui vocatur Christus.*
Quasi dicat. Non est istud nomen proprium eius: qa
Christus significat regem, uel messiam, eo q̄ ambo
vncti sunt. De rege patet, quòd uocetur Christus, pri-
mo Reg. 24. cùm dixit Dauid, quòd non mitteret ma
nū in Saulem, quia erat Christus Domini. & 1. Reg.
26. dr̄. Propitius sit mihi Dns: ne extendam manum
meam in Christum Dñi. Messias ēt uocatur Ioan. 1. s.
Inuenimus Messiam: qđ est interpretatum Christus.
Vocantur ēt prophetæ, & sacerdotes magni Christi,
i. vncti: quia sacerdotes magni vnguntur oleo sancto,
sicut reges, vt patet 1. Paral. 2. Vnxerunt Salomonem
in regē. & Sadoc in Pōtificē. Prophetæ autem vngun-
tur à Deo oleo inuisibili, licèt aliqñ fiat cæremonia q̄-
dā exterior vngendo illos, vt patet 3. Reg. 19. cū dixit
Deus ad Eliā: Vnges Azael regem super Syriam, &
Iehu vnges regem super Israel: Elisæum autem vnges
prophetam pro te. Istā vnctionem propheticam fecit
Elias mittendo pallium super Elisæum, cū dr̄: Cumq̄
venisset ad eum Elias misit pallium suū super eum, &
postea dixit Elias: quod meum erat feci tibi, quasi di-
cat: Ego feci quod mandatum est mihi. s. q̄ vngerem
te in prophetam. Et hoc fuit mittendo pallium super
eum. Et nō ponitur ibi alia cęremonia: ergo videtur,
q̄ ista erat vnctio prophetarum. An esset alia cæremo
nia, & quid per istam vnctionem acquireretur decla-
ratum est eod. cap. Isti vocantur Christi. s. sacerdotes,
& prophetæ. Psal. 140. s. Nolite tāgere Christos meos:
& in prophetis meis nolite malignari.

Quo supradictorum quatuor Iesus dicatur Christus. Q. XXV.

QVAERITVR nunc, in quo modo istorum
quatuor Iesus vocatur Christus. Dicendum,
q̄ omnes conueniunt sibi aliquo modo. De
primo patet, quia ipse fuit verus rex, & de
stirpe regia secūdùm carnem, & de eo dixit Ieremias,
quòd sederet super solium Dauid. Iere. licèt ipse dixit,
regnum suum non esse de hoc mundo. Ioan. 18. Con
cessit tamen se esse regē, & sic vocatur Apoc. 1. s. Rex
regum, & princeps omnium regum terræ. De secun
do patet. s. de sacerdotibus. Nā Christus fuit sacerdos
cùm etiam secundùm carnem aliquo modo fuerit de
stirpe sacerdotali: quia mater sua erat cognata Elisa-
beth. Luc. 1. & illa erat de filiabus Aaron. eod. cap. Fuit
etiam Christus sacerdos alio veriori modo. Nam dici
tur sacerdos secundùm ordinem Melchisedech. Psal.
109. Et Apostolus declarat eum esse Pontificem ve-
riorem, & perfectiorem pontificibus veteris testī: ap-
plicando multa ad hoc, ad Hebr. 7. & 6. & 9. De tertio
patet. s. quia ipse fuit Messias. Nam hoc fuit principiū
in eo. scilicet, q̄ missus fuerit ad salutem humani ge-
neris. sic dicitur infra in litera. Ipse. n. saluum faciet po
pulum suum à peccatis eorum. De quartò. s. de pphe
tis aliqualiter conuenit Christo. Nā sicut prophetę fu
tura prædicebant, ita Christus, & sæpe Iudæi vocabant
Christū prophetā, vt infra 21. vbi uocatur Iesus ppphe-
ta à Nazareth: & qñ Christus suscitauit filiū viduæ in
vrbe Naim, dixerūt: propheta magnus surrexit in no
bis. Luc. 7. Non tamen erat Christus propriè prophe-
ta: qa propheta dicit imperfectū modum cognitionis,
sicut fides: quia non est per claram visionem, sed per
reuelationē, & sic omnis propheta ab aliquo recipit,
Chri-

Christus autem à nullo poterat recipere, quia erat
Deus. Ideo non erat propheta propriè, sed aliquid
maius. Nam si Ioannes Baptista erat plusq̄ propheta.
infra 11. & Luc. 7. & erat purus hō, à fortiori Xps erat
plusquam propheta. Dicendum ergo, quòd licèt om
nibus istis modis Iesus possit uocari Christus, tamen
non uocatur communiter Christus, nisi ut est Mes-
sias. Et sic Iudęi accipiebant, quando uocabant eum
Christum, ut patet Ioan. 1. scilicet, inuenimus Messiā,
quod est interpretatum Christus. Sic etiam Ioan. 7. di
cebant: Nunquid verè cognouerunt principes: quia
hic est Christus? sed hunc scimus unde sit: Christus au
tem cùm uenerit nemo scit unde sit. Illud tamen nō
potest intelligi de rege, nec sacerdote, nec propheta:
quia de quolibet illorum scitur vnde sit. Item patet
magis, quia dicitur singulariter, Christus autem cùm
venerit nemo scit vnde sit. In quo innuitur, quòd iste
vnicus erat, & tamen sacerdotes, & reges, & prophe-
tę multi sunt, ergo erat iste Messias: qui unicus est, &
unicus putabatur. Item, quia dicitur: cùm venerit, &
sic sperabatur à Iudeis tanquam aliquando venturus
iste Christus, de quo loquebantur, nullus tamen spe-
rabatur determinatè venturus à Iudeis nisi Messias:
ergo quando dicebant Iudei Christū uocabant eum
Messiam. Et sic dixit hic Matthęus, qui uocatur
Christus, ideſt, Messias. Et dicitur, qui uocatur, quasi
dicat: Nomen proprium eius non est nisi Iesus, Chri
stus autem est nomen competens ei ex officio; quia
uenit redimere homines, & ad hoc missus est.

Vnde Matthæus habuit istas progenies.
Quæst. XXVI.

QVAERITVR vnde Matthæus habuit istas
progenies, quas describit hic. Respondēdum,
quòd ex sacra scriptura cōstat de maxima par-
te harum generationum. Nam de Abra-
ham, quòd genuit Isaac, patet Gen. 22. q̄ Isaac genuit
Iacob, patet Gen. 25. q̄ Iacob genuit Iudā, & fratres
eius, patet Gen. 29. & 30. q̄ Iudas genuit Phares, & Za
rā, patet Gen. 38. de Phares, quòd genuit Efron, &
deinde de omnibus istis progeniebus usque ad Dauid
regem, patet Ruth. 4. in fi. vbi ponuntur ad literam si-
cut hic. Et sic patet de prima quaterdena. De secunda
quaterdena vsque ad transmigrationem Babylonis,
quæ tota describitur per reges, Patet ex processu ter-
tij, & quarti Reg. & 21. Paralip. Loca aūt determinata
pro singulis regibus posita fuerunt supra in duabus
quæstionibus, in quibus egimus de regibus Iuda. Ter-
tia quaterdena incipit à Iechonia, & iste fuit filius Ioa-
kim regis Iuda. Iere. 22. & 4. Reg. 24. & primo Paralip.
3. Iechonias genuit Salathiel. Et de hoc patet primo
Paralipom. 3. Salathiel genuit Zorobabel. Et ex isto lo
co usque ad finem totius quaterdenæ non apparet
generatio ex aliquo loco sacræ scripturæ quomodo
se habuerint istæ generationes, licèt de Salathiel con-
stat, quòd genuerit Zorobabel, ut patet 2. Esdræ 6. Di
cūt ergo quidam, quòd Matthæus per reuelationem
habuit cognitionem de istis generationibus: quia Spi
ritu sancto dictāte scripsit tam ipse, quàm omnes scri-
ptores sacræ scripturæ secundùm Pet. 1. Sed dicendū,
quòd hoc non conuenit. Quia licèt Matthæus potue-
rit hoc habere per reuelationem: tamen non profice-
ret ad intentum suum. Ipse namque describit istam
Christi progeniem ad probandum Iudæis, quod Chri
stus ueniret de semine Dauid, de quo ipsi dubitabāt,
ut supra dictum est. Si autem constaret hoc Matthæo
solùm per reuelationem, non pateret per hoc Iudæis
uerum esse, quod Matthæus dicebat. Et sic esset in-
utilis ista descriptio genealogiæ. Est ergo dicendum,

quòd constitit Matthæo de istis generationibus ex
aliquo loco authentico manifesto Iudæis, quem ne-
gare non possent. Pro quo sciendum, quòd inter Iu
dæos erant libri, in quibus scribebantur progenies sin
gulę, per quos constare poterat de singulis hominī-
bus, de quibus progeniebus essent. Et non solùm scri
bebantur progenies singulæ, sed etiam scribebatur
summa omnium, vt patet primo Paralipom. 9. scili-
cet. Vniuersus ergo Israel dinumeratus est, & summa
eorum descripta est in libro Regum Israel, & Iuda.
Patet etiam de progeniebus singulorum Ezech. 13.
Vbi contra prophetas falsos, qui prophetant, & Deus
non misit illos, dicit de illis Deus: Et erit manus mea
super prophetas, qui vident vana, & diuinant menda-
cium, in concilio populi mei non erunt, & in scriptu
ra domus Israel non scribentur. Quasi dicat, Ego oc
cidam eos, & non manebit progenies eorum, quæ
possit scribi in scriptura domus Israel, ideſt, in libris,
in quibus scribuntur progenies totius Israel, isti libri
erant authentici: ita quòd per illos firmiter consta-
bat de progeniebus quorumcunque, & non poterat
in dubiū reuocari id, quod ibi scriberetur. Et ob hoc
oportebat istos libros seruari in locis publicis non su-
spectis, vt non posset aliquod peruerti in eis. Et asse-
ritur, quòd isti libri erant in archiuis templi. Et hoc
est ualde uerisimile, eo quòd ille locus erat publicis-
simus, & sacer, & minus suspectus, quàm alia loca.
Item patet hoc, quia etiam libri, vel scripturæ pertī-
nentes ad quædam negocia publica conseruabantur
in templo coram Domino: vt ibi essent securius, & si-
ne suspitione. Sic fuit quando Saul factus est rex, &
concordatum est inter populum & regem de modo
regendi, & quibusdam aliis concernentibus statum
regni, quæ uocatur lex regni. scripta fuerunt illa in li-
bro, & māsit liber custoditus in sanctuario. primo Re
gum 10. scilicet. Loquutus est Samuel ad populum le
gem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Do-
mino, ideſt, in sanctuario. Ita erat de libris gnationū,
quia illi pertinebant ad statum publicum, & erant val
de necessarij isti libri. Quia, cùm Iudæi essent distincti
per duodecim tribus, & Deus iusserat, quòd istę tri-
bus manerent semper distinctæ, sicut ipse distinxerat
eas. Numeri 36. oportet, quòd essent libri, in quibus
scriberentur progenies singulorum, ne dubitaretur
de eis: sicut nec dubitamus de progeniebus singulo-
rum post quartum, vel quintum gradum, nisi de qui-
busdam viris famosissimis, de quibus libri manent hi
storiarum, & progenierum. Ita erat hoc valde neces-
sarium propter officia, quia hominibus de quibus-
dam tribubus debebantur quædam officia, quæ non
debebantur aliis. Sic paret de sacerdotibus, & Le-
uitis, quibus competebant ministrationes certæ in
cultu Domini, quæ non competebant alijs. Nume-
ri 3. & 18. Ideo oportebat, quòd constaret de gene-
re cuiuslibet sacerdotis, & Leuitæ, ne aliquis per frau
des posset gerere se pro sacerdote, uel Leuita, quod
erat contra Dei cultum. Quia si quis de extraneis se
immisceret ministerio Dei, occideretur à Deo: Nu-
meri 3. & 16. & etiam furor Dei oriretur super totū
populum. Numeri primo. Etiam, quia esset præiudi-
cium sacerdotum, & Leuitarum, quòd aliquis præ-
textu falsi nominis, dicens se Leuitam, vel sacerdo-
tem uellet ministrare, & habere partem reddi-
tuum illorum, qui per omnes diuidendi erant. Le-
uit. 6. & Numeri 18. Item erant necessarij isti libri
propter coniugia: quia iusserat Deus, quòd viri de
una tribu non acciperent uxores de alia: sed de
tribu sua, & familia. Numeri 36. Item erant necessarij
propter hęreditates, quia diuisæ erant oēs hæreditates
terræ Israel in duodecim partes pro duodecim tri-

bubus. Et statuerat Deus, quòd non transiret hereditas de vna tribu in alteram: sed quantum à principio quelibet tribus accepisset, tantum semper haberet. Et ob hoc vetita erat inter Iudæos venditio, nisi quantum ad tempus: quia nulla durabat nisi ad iobeleum, & tunc redibat possessio ad Dominū priorem. Leu. 25. Et sic non solū quælibet tribus habebat semper possessiones suas, sed etiā quælibet familia, & quælibet progenies particularis. Ad hoc ergo, quòd constaret de hominibus an possent habere possessiones, quas tenebāt: oportebat, quòd sciretur de quibus tribubus, & familiis essent: & si aliquis, qui non esset de tribu illa, uel familia teneret aliquam possessionem illius tribus, uel familiæ, per illos libros generationū poterat cōstare, ꝙ iniustè tenebat illam, & auferebātur sibi, & non posset se defendere prætextu alicuius donationis, quam diceret sibi factam, uel alicuius emptionis, aut præscriptionis, aut alterius tituli tribuentis dominium: quia non permittebatur secūdùm legem per ullum modum, quòd possessio unius tribus, uel familiæ maneret apud aliam tribum, uel familiam. Erant autem isti libri ad hoc necessarij, ut nulla possessio ꝑderetur, aut cōfunderetur: qa hoc Deus valde intendebat. Num. 27. & 36. Itē erant necessarij ꝓp principatus, & dñia, qa primogeniti inter Hebræos erant maiores in dñio, & in hæreditate: qa cuiuscunq; horis primogenitus hēbat duplū de hæreditate, q̄ quilibet fratrū suorū. Deut. 21. De dñio erat eodē mō: de quo, & de oībus iurib⁹ primogenituræ declaratū est late. 1. Palip. 5. Sicut ergo qlibet primogenitus respectu fratrū suorū hēbat ista iura: ita illi, qui descendebant p lineā primogenitorū à capite alicuius tribus, vel familiæ habebāt istum principatū, & alia iura respectu totius tribus, vel familię: ne orirenū litigia ꝓp cōpetentiā istorum iuriū, oportebat cognitas esse singulorū ꝓgenies, ut sciretur, qd cuilibet cōpeteret: Et hoc sciebaī, ꝙ illos ergo erant necessarij. Et ex istis libris erat cuilibet locus ad probandū iura, q̄ ei cōpetebant. Nā, si qs diceret aliquid sibi deberi ꝓp ꝓgeniē, oportebat ꝙ ꝓbaret ex illis libris se esse de illa ꝓgenie, cui talia iura cōpetebant. Et adhibebatur fides illis libris inenarrabiliter, patet hoc 1. Esdræ 2. de qbusdā sacerdotibus, de quibus dr̄. Hi quæsierunt scripturas genealogiæ suæ, & nō inuenerūt, & eiecti sunt de sacerdotio. Et sic vr̄, ꝙ illi fidē facerent. Et de alijs dr̄ similiter Neemiæ. 7. Hi quæsierunt scripturā suā in censu, & non inuenerunt, & eiecti sunt de sacerdotio. Et 2. Esdræ. 5. dr̄ de quibusdam, ꝙ non poterant edicere ciuitates suas, & progenies. Et dr̄ de aliis: Horum quæsita est generis scriptura, & non est inuenta, & prohibiti sunt sacerdotio fungi. Et non solùm erat hoc quantum ad sacerdotes, & Leuitas, sed ēt quantum ad singulos Israelitas: ,ſ.ꝙ scriptæ erant progenies eorum, per quas quilibet probare poterat de scipso, de qua tribu esset, & an esset de Israelitis, vel non. Patet hoc Neemię. 7. cùm dicitur de quibusdam, quòd non potuerunt indicare domum patrum suorum, & semen suum, vtrum ex Israel essent. Apparet ergo, ꝙ quilibet Israelita probare poterat, an esset de Israel: quia aliàs non essent isti eiecti de consortio aliorum, nisi quia non probabant se esse de Israel. Sciendum, quòd cùm ista scripta essent ualde necessaria, quia per illa probabantur multa, quę ueniebant in contentione, oportebat, quòd aliquibus esset specialiter commissum scire illa, quæ erant in libris progenierum: sicut scientia iuris, quæ est necessaria in causis quotidianis, debet haberi à iudicibus, & ab illis, qui causas tractant. Et quia inter Iudæos prę cipui iudices erant sacerdotes, & maximus iudicum, sacerdos summus: Deut. 18. pertinebat ad istos sacerdotes scire ista, quæ cōtinebantur in libris progenierum: ut scirent soluere intricationes, quæ acciderent circa progenies. Sic patet 1. Esdræ 2. quia cùm dicitur de quibusdam, ꝙ electi sunt de sacerdotio, quia non inuenerunt scripturas genealogiæ suæ, dicitur, quod dictum est eis, quòd non comederent de sanctis, donec surgeret sacerdos doctus, atque perfectus, ideſt, sacerdos perfectè doctus, qui sciret ueritatē progenierum, scilicet, an illi essent sacerdotes, uel non. Et idem dicitur Neemiæ 7. Donec staret sacerdos doctus, & eruditus. Et 2. Esdræ 5. magis declaratur, cùm dicitur. Et dixit illis Neemias, ne participentur sancta, donec exurgat Pontifex doctus in ostensionem, & ueritatem, ideſt, Pontifex doctus in istis genealogiis, qui sciat ostendere ueritatem. ſ. an sint isti de sacerdotibus, uel non. Existētibus autem talibus libris, per quos poterat constare de progenie cuiuslibet, testibus sacerdotibus doctis, circa hoc non poterat dubitari de progenie Christi, nec alicuius alterius, & sic non solū Matthæus, sed etiam quilibet Iudæus poterat scire uerum esse Christum descendere de tali progenie per illos libros. Ecclesiastica historia Ruphini: vel ut alij dicunt Eusebij Cæsarienſis tangit aliqualiter de ista progenie ex doctrina Aphricani, qui fuit proximus temporibus Christi, dicens, quòd Idumæi latrones de templo Apollinis æditui quod adhærebat muro urbis Ascalonis, cum cæteris spolijs rapuerunt quēdam Antipatrum Herodis filium, qui in Ierusalem deductus in amicitiam Hyrcani Pontificis peruenit, cuius principatum defuncto ipso Hyrcano, cum ipso regno Iudææ pro Herode filio suo per ambitionem à Romanis accepit. Dicit autem idem Aphricanus, quòd à quibusdam cognatis Christi, qui tempore suo manebant, accepit, quòd illo tempore omnes Hebræorum progenies in arcanis templi secretioribus habebantur, in quibus etiam alienigenarum quorundam continebantur origines, sicut Achior ex Ammonitis, & Ruth ex Moabitis. Herodes verò, cùm ad summam potestatem uenisset, uidens per hos libros se ignobilem probari, existimans se nobilem posse uideri, si nulli progenierum libri manerent, combussit illos. Alii qui tamen viri studiosi tenebant illos penes se in toto, vel ex parte conscriptos, & ex illis potuit constare progenies Christi, & aliorum. Ista dicit Aphricanus se accepisse à cognatis Christi, qui despoti, uel heriles, ideſt, dominici appellantur, scilicet, ab ipso Domino cuius cognati erant. De hoc libro primo Ecclesiasticę historiæ. càp. 7. Et concordat valde ista historia cū dictis sacrę scripturę, cùm asserat fuisse istos libros in secretioribus archiuiis templi. Nam dictum est, quòd sacerdotes habebant curam de illis, & erant docti in eis, scilicet, quia libri erant penes eos in templo.

De diuersitate genealogiæ Christi inter Matthæum, & Lucam. Quæst. XXVII.

QVAERITVR de diuersitate inter Matthæum, & Lucam quantum ad Christi genealogiam. Et dicendum, quòd est diuersitas in septem. Primò in personis: quia alias personas ponit Lucas, & alias Matthęus. Secundò in progressu describendi, quia Matthęus scribit descendendo, & Lucas ascendendo. Tertiò in modo: quia Matthęus dicit de quolibet, quòd talis genuit talem: Lucas verò nunquam usus est hoc verbo, sed dicit, qui fuit. Quartò in tempore: quia Matthæus scripsit progeniem Christi ante eius conceptionē, & natiuitatē. Ideſt, primò ponit genealogiā, q̄ natiuitatē. Lucas verò posuit genealogiā post annū trigesimū Christi. nā in principio eius dr̄, ꝙ Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabaī filiꝰ Ioseph, q̄ fuit Heli &c,

Quintò

Quintò in situ: quia Matthęus in principio libri, Lucas post baptismum. Sextò in statu, quia Matthæus ponit statum in Abraham: Lucas ponit statum in Deum. Septimò in numero: quia Matthęus ponit quadragītaduas generationes, ideſt, quadragintaduas personas: Lucas ponit septuaginta & septem. Quantum ad primum, scilicet, de personis sunt variæ opiniones. Quidam dixerunt, quòd eædem sunt personę, quæ ponuntur à Luca, & Matthæo, licèt sub diuersis nominibus, sicut multotiens idem homo habet plura nomina. Hoc refert Gregorius Nazianzenus. Sed non stat. Primò, quia necesse est esse diuersas personas, quia Matthæus dicit, quòd Dauid genuit Solomonem: Lucas dicit, quòd Nathan fuit Dauid. Ac si dicat: Dauid genuit Nathan: quia ponit generationem ascendendò, & tamen Solomon, & Nathan non sunt idem homo, sed duo fratres filij Dauid. primo Paralipomenon. 3. Secundò quia dato, quòd cōcederemus de aliquibus, quòd esseot binomij, & in illis discordarēt, esset saltem in paucis, & in cæteris concordarent, & tamen sunt quadragintaduę generationes, in quibus nihil concordant: ergo non sunt eædem personę narratæ ab vtroque. Tertiò patet, & efficatius. Quia si essent eędem personæ, etiam si coocederemus in omnibus variari nomina, quod non est uerisimile, tamen saltem essent tot personæ à Dauid vsq; ad Christum per lineam Matthæi, sicut per lineam Lucæ, & tamen à Christo vsque ad Dauid in genealogia Matthęi sunt uigintiocto generationes, scilicet, duę quaterdenę, & tamen Lucas ponit à Christo vsque ad Dauid quadraginta & duas generationes. Et si dicas, quòd Matthęus omisit aliquos nihil confert: quia solum omisit tres reges, vt supra declaratum est. & sic essent solùm trigintauna generationes expressis illis tribus: Lucas tamen ponit quadragintaduas, & sic nō possent esse eędem personę vtrobique. Alij dixerūt, quòd Matthęus scripsit Christi generationem verā, scilicet, à quibus descendit secundùm carnem. Lucas posuit generationem putatiuam. Vnde incępit dicere, vt putabatur filius Ioseph. Vocatur generatio putatiua: quia quidam Iudęi putauerunt, quòd Christus. i. Messias propter peccata regum non descenderet de Dauid per lineam ipsorum regum: sed per lineā aliorum priuatorum hominum. Sed dicetur, ꝙ non stat: quia genealogia Christi ponitur ad probandū, ꝙ ipse descendat de illa progenie, de qua prophetæ dixerant Messiam futurum. Ad hoc ergo nihil proficiebat genealogia nisi quæ vera esset, & manifesta, vt ex illa ꝓbaretur intentum: genealogia autem putatiua nihil probat. Secundò patet, quia aut Lucas sciebat veram Christi progeniem, aut non: si nesciret, posset dici, ꝙ scriberet istam tanquam putatiuam. Et hoc non stat, qa tunc mentiretur Euangelista, vel deciperetur credens se scribere veram progeniem, cùm non scriberet. Si autem sciret veritatem, omnino erat superfluū & inutile scribere generationem putatiuā: cū non sit aliquid aliud putare nisi Messiā non descensurum à Dauid ꝓ reges, sed ꝓ alios. Non tñ putabant determinatè, ꝙ potius descenderet ꝓ istos, q̄ ꝓ alios. Lucas tñ determinatè scripsit Christū descendisse ꝓ Nathā: ergo non intendebat ponere putatiuam. Tertiò patet: qa ista non satisfaciunt literæ. Nā si essent istæ duæ generationes omnino distinctæ. ſ. vna vera, & alia putatiua, non possent se reducere ad vnū, & tñ tā Lucas, quā Matthæus reducunt se ad Ioseph: ergo quilibet ponit verā ꝓgeniē. Motiuū eorū. ſ. quia dixit Lucas, ꝙ putabatur filius Ioseph, nihil cōfert. Nā nō dixit hoc ad signā dū se scribere gnationē putatiuā, quę ad nihil erat vtilis: sed ad innuendum, ꝙ homines cōiter credebāt de Christo. ſ. ꝙ putabant eū esse filium Ioseph. Nā, & discipuli sui, sic putabant à principio. Ioan. 1. Nam & Philippus dixit ad Nathanael: Quem scripsit Moyses in lege, & prophetæ inuenimus Iesum filiū Ioseph à Nazareth. Alij dixerunt, ꝙ unus Euangelista posuit Christi verā progeniē ſm carnē, & alius posuit ꝓgeniē ſpūalem. ſ. quia omnes viros iustus dixit esse patres Christi: qa sint patres ꝓp similitudinē honestatis. Dicē dū, quòd non stat. Primò, quia non proderat talis descriptio, cùm vt dictum est genealogia scribatur ad probandum Christum descendere de stirpe illorum, de quibus Messias venturus prænunciabatur: & ad hoc nihil confert talis descriptio. Secundò patet: quia si hoc intenderet aliquis Euangelista: poneret omnes prophetas, & viros sanctos in Christi genealogia, quicunq; fuerunt in veteri testō: & tñ nulli ponuntur a Luca, nec Matthæo de illis prophetis, & uiris famosis. Tertiò patet, quòd tūc nullus malus poneretur in Christi proganie: & tamen siue in Luca, siue in Matthæo describuntur in Christi progenie multi peccatores. Quartò, & clarius: quia si hoc intenderet aliquis eorum, non continuaret aliquam lineam: quia uiri sancti non fuerunt in eadem progenie, nec per eandem lineam, sed in diuersis progeniebus, & non continuatis: tamen ambo Euangelistę ponūt lineas cōtinuatas. De Matthæo clarū est, quia ita describuntur istæ generationes in ueteri testō, sicut ipse eas describit, ut probatū est sup. De Luca patet, quia à Dauid usq; ad Adam oēs gnrationes, quas ipse ponit, sunt continuatæ. Aug. aūt in lib. de quæstionibus Euangeliorū ponit tres solutiones, & hoc specialiter quātū ad Ioseph, quia unus dicit eum filium Hely, & alius filius Iacob. Vna est, ꝙ unus Euangelista nominauit patrē Ioseph, & alter auū eius, uel aliquem de cognatis maioribus. Alia est, quòd unus posuit patrem naturalem Ioseph, & alius patrem adoptantem. Alia est, ꝙ duo essent patres Ioseph, unus legalis, alius naturalis, scilicet, quia duo haberent eandem uxorem, & ista causa ultima uidetur esse uerior. Considerādum pro hoc, quòd maxima diuersitas Luę, & Matthæi est: quòd Matthæus dixit Iacob esse patrem Ioseph: & Lucas dixit Heli esse patrem Ioseph. Non est autem possibile eundem hominem duos habere patres. Istud argumentum induxit Iulianus apostata Imperator præcipuum contra Euangelistas. Nā ille, cùm prius fuisset Christianus, & Ecclesiasticus vir, & Monachus: conuersus ad idola, & assumpto imperio maxime inuidebat Christo. Et cùm non posset Christianos extirpare, saltem conatus est rationibus conuincere eos falsa credere. Et ad hoc opus magnarum uigiliarum fecit commentarios scribendo, in quibus arguebat contra Euangelistas ex multis locis, in quibus uidentur discordare, de quibus multa in historia tripartita. Et istud fuit unum de præcipuis argumentis. Dicendum autem, quòd tollitur diuersitas, quia Matthæus scripsit generationem naturalem: & Lucas generationem legalem Et non discordant Lucas, & Matthæus nisi ex Dauid vsque ad Christum. Nam ex Dauid usque ad Abraham, ambo concordant: de Abraham, usque ad Adam solus Lucas prosequitur. Ratio est, quia Lucas posuit unum patrē legalem Ioseph: Matthæus autem posuit patrem naturalem: & postea describendo amborum lineas, nō cōcurrunt in unum, vsque ad Dauid: ideo ibi ambo concordant. Poterat autem accidere, ꝙ concurrerent illę lineę ante Dauid: & tunc concordarent Euangelistæ ante Dauid. Sed dices, quid si non concurrerent illæ lineæ ante Dauid? Dicendum, quòd esse poterat: & tunc Lucas non scripsisset progeniem per talem patrem legalē. Vt autē sciatur quid sit pater legalis, & qd naturalis: dicendum, ꝙ Deus iusserat Deut. 25. ꝙ moriente aliquo sine filiis, & manente uxore, & aliquo

Quis sit pater legalis, & naturalis.

Universidad de Burgos
Biblioteca

fratre eius minore, quòd ille acciperet uxorem defuncti, & ſuſcitaret ſemen defuncto, ſcilicet, vt gigneret aliquem filium, qui computaretur de linea, & progenie defuncti, & ſic videretur ille non fuiſſe mortuus ſine filiis: Et tunc iſte natus erat filius naturalis illius, qui eum genuit, erat autem filius legalis defuncti, cui ſuſcitabatur ſemen, & cui ſuccedebat in hæreditate. Et ſic cùm talis deſcriberetur in libris genealogiæ, de quibus ſupra dictum eſt, poterat deſcribi in linea patris naturalis, vel in linea patris legalis. Ita fuit hic, quia Matthæus poſuit Ioſeph in linea patris ſui naturalis: quia dixit eum filium Iacob: Lucas poſuit eum in linea patris legalis, & dixit eum filium Heli. Modus autem fuit, quia Matthæus dicit patrem Iacob fuiſſe Mathan, & Lucas dicit patrem Heli fuiſſe Matthat. Iſti autem duo erant de ſtirpe Dauid, licèt per diuerſas lineas. Quod, quia vterque Euangeliſta reducit, pgeniem ad Dauid. Et habuerunt iſti duo vnam, & eandem uxorem ſucceſſiuè, quæ dicta eſt Ieſcha, quam primò habuit Matthat, & genuit ex ea Heli, & quia vidua ſecundùm legem non prohibetur nubere accepit eam poſtea in uxorem Matthan, & genuit ex ea Iacob. Et ſic Heli, & Iacob erant duo fratres vterini: Heli maior, Iacob minor. Accepit autem Heli vxorem, & mortuus eſt ſine filiis, & tunc Iacob frater eius minor ſecundùm legem ſuſcipere tenebatur vxorem illius ad ſuſcitandum ſemen fratri ſuo defuncto, & accepit illam, genuitque ex ea Ioſeph virum Mariæ. Et ſic Ioſeph erat filius naturalis Iacob, & filius legalis Heli. Matthæus autem ſecutus eſt lineam patris naturalis: Lucas autem lineam patris legalis. Ratio eſt, quia ſecundùm Hebræos tales poterant deſcribi in linea vnius patris, vel alterius. Et hoc eſt, quia vt ſupra declaratum eſt, iſti libri genealogiarum erant præcipuè propter hæreditates, & honores debitos aliquibus ſecundùm progenies ſuas. Iſte autem filius legalis generaliter ſuccedebat defuncto, ſiue in poſſeſſionibus, ſiue in honoribus. Succedebat etiam interdum patri naturali, ſcilicet, quando ille non haberet alios liberos, ideo poterat poni in linea vtriuſque. Conſiderandum tamen, ꝙ quidam decipiuntur circa hoc. ſ. putantes, ꝙ Matthæus poſuerit omnes patres naturales, Lucas autem poſuerit omnes patres legales. Sed non eſt verum, quia ſolùm oportet poni vnicum patrem legalem, cùm reſpectu vnius perſonæ ſit tota veritas, ſcilicet, reſpectu Ioſeph cuius pater naturalis fuit Iacob, quem ponit Matthæus, & omnes ſuperiores ſunt adinuicem patres naturales. Heli enim, quem Lucas poſuit, fuit pater legalis Ioſeph, & tamen Matthat fuit pater naturalis Heli, & Leui fuit pater naturalis Matthat, & ſic de omnibus ſequentibus vſque ad Nathan filium Dauid. Nam ibi, ſcilicet, in Dauid concurrunt linea Matthæi, & Lucæ, ideo Lucas vnicum patrem legalem poſuit, & cæteros naturales, Matthæus autem nullum legalem: ſed omnes naturales. Secunda diuerſitas Lucæ & Matthæi erat in progreſſu, ſcilicet, quia vnus deſcribit aſcendendo, & alius deſcendendo. Ratio eſt: quia homo habet ſe ad Deum dupliciter, ſcilicet, vt ab eo venit, & ad eum vadit. Et Euã geliſtæ ſignauerũt iſta duo in Chriſti generatione: qa vnus, ſcilicet, Matthæus deducit illum ad nos: alius ſcilicet Lucas reducit illum in Deum, vt magis declaratum eſt ſupra in prologo Hieronymi ſuper Matthæũ in quadam quæſtione. Auguſt. libro ſecundo de Concordia Euangeliſtarum dicit, quòd Matthæus intendebat ſignificare Chriſtũ, vt perſonam regalem: Lucas deſcribit illum, vt perſonam ſacerdotalem: ideo Matthæus ponit Chriſtum, vt venientem ad aſſumendũ noſtra peccata in quantum per carnis originem ſimilitudinem carnis peccati aſſumpſit: Lucas autem deſignat Chriſtum, vt lauantem peccata noſtra, quòd pertinet ad ſacerdotẽ, per quam ablutionem in Deũ redimus: ideo aſcendendo deſcripſit. Et ob hoc Matthæus fecit deſcendere Chriſtum à Dauid, per Salomonem in cuius matre, ſcilicet, Bethſabee Dauid peccauit, & Lucas fecit aſcendere Chriſtum per Nathã ad Dauid, quia per prophetam huius nominis, ſcilicet per prophetam Nathan, qui miſſus eſt à Deo ad expiationem peccati Dauid. 2. Reg. 12. Tertia diuerſitas eſt in modo: quia Matthæus dicit genuit, & Lucas dicit, qui fuit. Ratio diuerſitatis eſt: quia Matthæus poſuit lineam naturalem, in qua vnus gignit alium verè: Lucas poſuit lineam patris legalis, qui non gignit, cùm ſit defunctus: ſed ille, qui naſcitur reputatur filius eius: ideo dicitur, qui fuit, ſcilicet, filius talis, uel talis: licèt eum non genuerit. Hoc dicitur lib. 1. Eccle. hiſtoriæ lib. 1. cap. 7. Quarta diuerſitas fuit in tempore, quia Matthæus ab exordio, & Lucas ab anno trigeſimo. Quia Matthæus ponit exordium Chriſti naſcendo, & tunc generatio præcedit omnia: Lucas ponit genealogiam nos in Deum reducendo, & hoc non fit niſi per gratiæ complementum: ideo ponit illam poſt annum trigeſimum, quæ eſt ætas robuſtiſſima, & ob hoc Lucas poſuit genealogiam poſt baptiſmum. Quinta diuerſitas fuit in ſitu: quia Matthæus poſuit genealogiam à principio: & Lucas in baptiſmo. Nam, cùm Chriſtus ponatur à Luca, vt ſacerdos, qui eſt miniſter expiandorum criminum, & per baptiſmũ primò tolluntur crimina, conuenienter in baptiſmo eſt poſita genealogia. Matthæus autem, quia naturalem intẽdebat generationem, debuit præponere eam omnibus. Sexta diuerſitas fuit in ſtatu: quia Matthæus poſuit ſtatum in Abrahã, & Lucas in Deo: quia cũ Matthæus intendat generationẽ ſm carnẽ, & Chriſtus non eſt filius Dei ſecundùm carnem, poſuit ſtatum in Abraham, qui ſecundùm promiſſionem eſt primus pater eius: Lucas poſuit ſtatum in Deo: quia per expiationẽ criminum, cuius miniſter eſt ſacerdos qualem Lucas repræſentauit Chriſtum, efficitur homo filius Dei per adoptionem. Septima diuerſitas eſt in numero: quia Matthæus quadraginta duas: Lucas verò ſeptuaginta ſeptem. Conſiderandum autem, quòd Auguſt. lib. 2. de Concordia Euangeliſtarum volens dare cauſam myſticam iſtius numeri, dicit generationes Chriſti in Matthæo fuiſſe quadraginta, ſcilicet, quia Iechonias bis ponitur ante tranſmigrationem, & poſt, & tamen eſt vnus, & ſic tollitur vna generatio. Chriſtum etiam non oportet computari, & tollitur alia, ſic manent quadraginta, & dicit, quòd numerus quadraginta pertinet ad ſtatum præſentis vitæ, quam ſub Chriſto regnante per quatuor mundi partes ducimus: quia quadraginta ex quatuor nominatur etiam decem, & rurſus decem ex quatuor ſurgit, ſcilicet, ex proceſſu ab vnitate vſque ad quatuor: quia unum, & duo, & tria, & quatuor ſimul ſumpta decem efficiunt. Vel dicit ſignificari quatuor Euangelia, in quibus ſub Chriſto viuimus. Dicendum tamen, quòd generationes non poſſunt poni pauciores, quam quadraginta, & duæ: qa Matthæus infra in litera dicit eas eſſe totidẽ. ſ. ter quatuordecim. Qđ aũt dr de Iechonia fuiſſe eundẽ. ſ. filiũ Ioſiæ ante tranſmigrationem Babylonis, & illum eſſe patrem Salathiel poſt tranſmigrationem Babylonis, non poteſt ſtare: quia ſupra probatum eſt, ꝙ neceſſe ſit illos eſſe duos. Hierony. autem dicit generationes eſſe quadraginta duas, & ꝙ duo fuerunt Iechoniæ pater, & filius, ut diximus, & iſte numerus ſignat ſtatum præſentis eccleſiæ laborioſum: quia quadraginta duo conficitur ex ſenario ducto in ſeptenarium, ſcilicet, ſexies ſeptem. Sex ſignificat laborem præſentis vitæ, & ſeptenarius ſignificat quietem futuræ, vel

poterat

poterat dici, ꝙ ſignificat laborẽ totus numerus. Quia ſicut Iſraelitæ, per quadraginta duas manſiones cum magnis laboribus, & difficultatibus uenerunt in terram promiſſionis. Numeri 23. ita nos per quadraginta duas generationes ſperamus ire in beatitudinem. Nam per multas tribulationes oportet intrare in regnum Dei. Actu. 14. Et Chriſtus dixit: Arcta eſt via, quæ ducit ad vitam. infra 7. Lucas poſuit ſeptuaginta generationes, per quas deſignatur vniuerſitas criminum. Nam conficitur ſeptuaginta & ſeptem, ex vndecim, ducto in ſeptem. Septem ſignificat vniuerſitatem, vndecim ſignificat tranſgreſſionem, vel peccatum, quia denarius eſt numerus iuſtitiæ propter decẽ præcepta legis, per quæ homo iuſtificatur. Vndecim primò tranſgreditur ſuper decem, ideo ſignificat trãſgreſſionem iuſtitiæ, ſiue peccatum. Et ſic ſeptuaginta & ſeptem ſignificat vniuerſitatẽ peccatorum: quæ vniuerſa Chriſtus in quantum Sacerdos abſtulit: ideo Lucas, qui Chriſtum vt Sacerdotem repræſentauit: per ſeptuaginta & ſeptẽ eius genealogiam deſcripſit. Dicendum autem, quòd iſtæ omnes ſunt cauſæ myſticæ, quas quilibet poteſt applicare præſuppoſita re. Cauſæ tamen veræ, & motiuæ, quare Matthæus poſuit quadraginta duas, & Lucas poſuit ſeptuaginta & ſeptem, non fuerunt iſtæ: ſed Matthæus poſuit quadraginta duas, quia ipſe incipere debebat in Abrahã, cùm intenderet probare Chriſtum eſſe filium Abrahæ, ab Abraham tamen vſque ad Chriſtum non ſunt niſi quadraginta duę generationes: omiſſis illis tribus Regibus, qui ex cauſa tacentur. Ideo etiam ſi voluiſſet ponere plures generationes, non potuiſſet: quia nihil erat, quòd poneret. Lucas autem, qui intendebat completiſſimam generationem Chriſti ponere, oportebat, quòd deduceret ipſum vſque ad Adam. Et non ſunt niſi ſeptuaginta & ſeptem generationes mediæ. Si autem fuiſſent a Chriſto vſque ad Adam ſolùm quinquaginta & quinq; generationes, non potuiſſet ponere plures Lucas, & ſi fuiſſent centum, oportebat omnes illas poni, & tamen quodcunque ille poneret, nos inquireremus cauſam figuralem, & applicationẽ pro illo numero. Ideo non ſunt illæ cauſæ motiuæ. Omnes diuerſitates ſupra aſſignatæ inter Matthæum & Lucam ſunt paruæ, præter primam de diuerſitate perſonarum. Et id, quod ibi diffiniuimus tenet Aphricanus, qui fuit uicinus temporibus Apoſtolorum: idẽ Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 1. cap. 8. & Hiero. ſuper Matthæum; & Auguſt. in lib. de quæſtionibus Euangelij, & de his tangit S. Thomas 3. parte ſummæ. quæſt. 31. articulo ſecundo, & tertio.

Ad quid Matthæus iſtam genealogiam ſcripſit, cum non ſit Chriſti, ſed Ioſeph. Quæſt. XXVIII.

QVAERITVR, ad quid Matthæus deſcripſit iſtam genealogiam, quia iſta non eſt genealogia Chriſti, ſed Ioſeph; vt patet ex litera: & Chriſtus non eſt filius Ioſeph, nec alicuius uiri. Quidam dicunt, quòd Matthæus conabatur oſtendere Iudæis Chriſtum eſſe de ſemine Dauid, & Abrahæ, de quo ſemine prædixerant Prophetæ Meſſiam futurum. Si autem diceret Chriſtum cõceptum de Spiritu ſancto: non conſtaret Iudæis, quomodo Chriſtus erat de ſemine Dauid: immo putarent ipſum de adulterio, ſicut aſſeruerunt. Ideo voluit innuere eis, quòd Chriſtus erat filius Ioſeph. Et ſic apparet manifeſtè ipſum eſſe de ſemine Dauid. Et poſtea, hoc ſuppoſito poterat declarari, quomodo Chriſtus erat natus de Spiritu ſancto. Dicendum, quòd hoc non ſtat. Primò, quia Matthæus aſſereret mendacium in fide, quod eſt periculoſiſſimum ſuper omnes errores, maximè quia tolleret in hoc Chriſti dignitatem, dicens eum de uiro genitum, & non eſſet talis liber recipiendus in Sacra Scriptura. Nec obſtat, quòd hoc faceret ad oſtendendum Chriſtum eſſe de ſemine Dauid, quia uerum non poteſt probari ex falſo probatione directa: maxime, quia non eſt faciendum malum, ut bona eueniant, ad Roma. 3. Secundò patet; quia hoc non conuenit intentioni Matthæi, nec per hoc poterat perſuadere Iudæis. Nam, quid proderat, quòd Matthæus innueret Chriſtum eſſe filium Ioſeph, cùm immediate in litera aſſerat, quòd antequam conuenirent inuenta eſt Maria habens in utero de Spiritu Sancto? Nam ſi Matthæus hoc tacuiſſet: poterat credi, quòd uellet innuere Chriſtum eſſe filium Ioſeph. Quia tamen immediatè expreſſit contrarium, nõ poteſt hoc dici, quia ſic nihil perſuaderet Matthæus, & oſtenderet contradictionem in uerbis ſuis. Tertiò patet, quia non ſolùm Matthæus non uoluit innuere Chriſtum eſſe filium Ioſeph, ſed etiam expreſſe uoluit oſtendere eum non pertinere ad Ioſeph. Nam de omnibus ſuperioribus dicebat, quòd talis genuit talem, ſcilicet, Mathan genuit Iacob, & Iacob genuit Ioſeph, & non ſubdidit Ioſeph genuit Ieſum, quòd dicere debuiſſet, ſi innuere uellet Chriſtum eſſe filium Ioſeph, & tamen dixit hic alio modo, quàm in omnibus ſuperioribus, ſcilicet, Iacob genuit Ioſeph uirum Marię: quaſi dicat non patrem Chriſti, ſed ſolùm uirum Mariæ. Et ſequitur, de qua natus eſt Ieſus, quaſi de illa natus eſt, & non de Ioſeph. Et quia dubitaret aliquis qũo de illa naſceretur, & non de Ioſeph, ſubdidit Matthæus modum dicens, Chriſti autem generatio ſic erat, ſcilicet. Cùm eſſet deſponſata Maria mater eius Ioſeph, antequam conuenirent inuenta eſt in utero habens de Spiritu ſancto. Ergo non intendit Matthęus innuere Chriſtum eſſe filium Ioſeph, ſed potius cũ magna diligentia voluit declarare non eſſe filium eius. Quartò patet, quia iſtud aliqualiter haberet locum in Matthæo, qui prius poſuit Chriſti genealogiam, quàm conceptionem eius de Spiritu ſancto, ſcilicet, quòd perſuaderet primò, quòd falſum erat, vt probaret Chriſtum eſſe Meſſiam de ſemine Dauid, & poſtea diceret veritatem, ſcilicet, eum conceptum de ſpiritu ſancto: ſed in Luca non habebat locum, quia Luc. 1. ponit, quòd Chriſtus ꝙceptus eſt de ſpiritu ſancto, & Luc. 3. deſcribitur genealogia Chriſti per Ioſeph ſicut hic: & tamẽ Lucas non poterat hoc intendere, cùm prius contrarium dixiſſet: maxime, quia ipſe dixit de Chriſto, quòd putabatur eſſe filius Ioſeph: in quo oſtendebat hoc non eſſe verum, ſed ſic putari à populo. A principio ergo, cùm Euangeliſtæ deſcribunt Chriſti progeniem per Ioſeph, non intendũt innuere Ioſeph eſſe patrem eius. Quintò patet, quia iſtud etiam poſſet eſſe veriſimile, ſi forte iſta ſcripta Matthæi danda erant Iudæis antequam crederent: vt ſic ex principio eorum conſtaret Chriſtum eſſe de ſemine Dauid, ſuppoſito eum eſſe filium Ioſeph: & tamen Matthęus non ſcripſit euangelium niſi Iudæis iam credentibus in Chriſtum, & tenentibus de eo omnia, quæ tenenda erant: volens relinquere eis iſtud euangelium in memoriam, quando receſſit de Iudæa, vt patet ſupra in prologo Hieron. ſcilicet, Matthæus cum primò & in alio prologo, qui incipit: Plures fuiſſe. Iſtis autem non oportebat innui Chriſtum eſſe filiũ Ioſeph, cùm ipſi iam firmiter crederent natum ſolùm de Spiritu ſancto ſine viro, ergo non fuit iſta intentio Matthæi. Dicendum ergo, quòd Matthæus poſuit genealogiam Ioſeph, quia ille erat vir Mariæ. Et probando Ioſeph eſſe de ſemine Dauid, probabatur eſſe Mariam de ſemine Dauid, & conſequenter ipſum Chriſtum. Hoc eſt, quia Dominus inſtituerat, quòd quilibet acciperet vxorem de tribu ſua, & familia:

familia: & non de aliena. Numeri. 36. Et sic cùm Ioseph esset vir Mariæ, & esset de tribu Iuda: oportebat Mariam esse de tribu Iuda. Et si erat Ioseph de familia, vel domo Dauid, necesse erat Mariam esse de illa familia. Immo esset sub familia Dauid alia familia domus magis particularis, & esset de illa Ioseph, esset quoque de illa Maria. Sed tunc dicetur. Quare non fuit descripta progenies Mariæ per se? Dicendum, ꝙ non erat consuetudo apud Iudæos, quòd scriberentur progenies fœminarum, sed solùm virorum: & in libris genealogiarum, de quibus supra diximus, nulla fœmina ponebatur: etiam quando fiebant numerationes populi, nunquam enumerabantur fœminæ, sed solùm viri: sicut dicitur Exod. 12. quòd fuerunt in exitu de Aegypto sexcenta millia peditum, absque paruulis, & mulieribus. Et Numeri. 1. & 26. cùm bis Deus iussit numerari Israelitas: soli viri numerati sunt. Sic etiam, quando Dauid numerauit populum. 2. Reg. 24. & 1. Paralipom. 21. Et istud etiam hodie obseruatur, quòd fœminæ nunquam numerentur: quia ipsæ non sunt pars populi, vel politiæ: nisi in quantum sunt matres virorum. Et tamen, licèt non scriberentur progenies earum, non poterat dubitari de aliqua ipsarum. Nam quando fœmina erat in domo patris, cùm esset de familia eius, constabat de progenie ipsius. Si autem esset in domo uiri, constabat de progenie eius per virum, cum necesse esset virum & vxorem esse de eadem familia, & tribu: ideo nihil differebat probari progeniē fœminę per patrem, vel per virum. Et sic nihil differebat, progeniem Mariæ scribi per patrem suum Ioachim, vel per virum suū Ioseph. Sed obiicietur, quòd Christus non potuit esse de stirpe Dauid, quia fuit de tribu Leui. Nam Maria erat cognata Elisabeth. Lucæ. 1. & Elisabeth erat de filiabus Aaron. eod. cap. ergo erat Maria de filiabus Aaron, & consequenter Christus de tribu Leui. Istud argumentum facit Faustus Manichæus ad probandum, quòd Christus non fuerit de semine Dauid. Respondet huic argumento Gregorius Nazianzenus: quòd nutu diuino factum est, vt genus regium stirpi Sacerdotali iungeretur: vt Christus qui Sacerdos & rex erat, de vtraque tribu secundùm carnem nasceretur. Et satis faciliter hoc contingere poterat, scilicet, quia viri de tribu Iuda, alquando accipiebant vxores de tribu Leui. & è contrario: & sic cū domina nostra esset de stirpe Iuda, directè aliquis de auis, vel proauis eius accepisset aliquam vxorem de tribu Leui, & ex illa parte poterat Maria esse cognata Elisabeth. Cùm autem obij citur ab istis, quòd non licebat fieri copulam de diuersis tribubus, dicunt quòd speciale fuit in tribu Iuda, & Leui: quòd istę duę tribus iungerentur. Nam Aaron, qui fuit primus Sacerdos, in tribu Leui accepit in uxorem Elisabeth filiam Aminadab sororem Naasson. Exo. 6. Et tamen Aminadab, & Naasson fuerunt de tribu Iuda, vt patet hic in litera, & Ruth. 4. immo fuerunt principes in illa tribu. Numeri. 1. & 2. & 7. Sed dicendum, quòd ex hoc nihil colligitur, quia istud fuit ante legem datam, quia lex data de non coniungendo diuersas tribus in matrimonium, fuit in deserto, & tamen Aaron in Aegypto accepit Elisabeth filiam Aminadab in vxorem, qui Aminadab ibi mortuus est, vt declarauimus supra in litera. Et dato, quòd exierit de Aegypto, non potuerit viuere nisi uno anno post exitum, vt ibi probatum est. Et sic in Aegypto acceperat vxorem. Adhuc tamen dicendum, quòd post legem datam licebat viris de tribu Iuda accipere uxores de tribu Leui. & Leuitis è contrario. Nam Ioiada summus sacerdos accepit in uxorem Iosabam filiam regis Ioram. 4. Reg. 11. & 2. Paralip. 21. Et tamen Ioram erat de tribu Iuda, & de stirpe Dauid, ut patet hic in litera. Non est cogitandum, quòd soli tribui Leui licebat accipere vxorem de qualibet tribu, alijs tamen tribubus inter se non licebat coniungere matrimonia. Ratio est, quia ista lex data est propter hæreditates, quia si uiri de vna tribu acciperent vxores de alia tribu miscerentur hæreditates, & transirent de una tribu in alia. Sic conquesti fuerunt filii Manasse propter filias Salphaad dicentes, quòd si illę nuberent quibus uellent, transiret hæreditas earum, quæ erat de tribu Manasse ad aliam tribum, de qua viros acciperent: & Deus dixit, ut nubercnt filiæ Salphaad, quibus uellent, dum tamen essent de sua tribu, uel familia: ut nō transiret hæreditas ad aliam tribum, uel familiam. Et sic fecerunt, quia acceperunt filios patrui sui in uxoros. Nume. 36. Et ibi data est lex illa generalis. In tribu autem Leui non erant aliquæ hæredirates. Numeri. 18. & Iosue. 13. & sic fœminæ illius tribus non poterant succedere in aliquibus bonis immobilibus. Ideo licèt acciperentur à uiris cuiuscunque tribus, non sequebatur aliqua confusio hæreditatum, sic etiam si Leuitæ acciperent uxores de quacumque tribu, cum ad illas non pertineat succedere in aliquibus bonis immobilibus existente aliquo filio, Numeri. 37. non sequebatur confusio hæreditatum. Sciendum tamen, quòd interdum ad fœminas istarum tribuum pertinebat successio in bonis paternis. Nam Numeri. 27. statuit Deus, quòd si quis haberet aliquem filium, etiam si haberet multas filias: solus filius succederet in bonis immobilibus. Nullo autem existente filio, succedebāt filiæ per partes æquales. Quando autem tales fœminæ essent in aliqua tribu, non possent Leuitæ accipere illas in uxores, sed tenebantur illæ accipere uiros de tribu, & familia sua: sicut patet de filiabus Salphaad. Numer. 36. Item, quia si Leuitæ acciperent tales vxores, filij earum succederent in illis bonis: illi tamen erant Leuitæ, cùm essent filii Leuitarum: & sic Leuitæ haberent possessiones, sed hoc Deus prohibuit Numeri. 18. & Iosue. 13. Ergo non poterant Leuitæ accipere tales vxores, sed solum illas, ad quas nulla pertinebat successio. Stante ergo hoc, Beata Virgo poterat esse de tribu Iuda, & habere cognatam de tribu Leui duobus modis. Vno modo, quòd pater Elisabeth esse de tribu Leui, & acciperet aliquam vxorem de tribu Iuda, de qua nasceretur Elisabeth, & mediante illa esset cognata Maria Elisabeth. Alio modo, quòd Ioachim pater Mariæ acciperet vxorem de tribu Leui, cum ipse esset de tribu Iuda, & per illam esset cognatio. Et istud secundum magis tenetur, quia volunt multi, ꝙ Anna mater dominæ nostræ fuit de tribu Leui, sed non differt quantum ad præsens quis modus fuerit. Et sic tollitur argumentum Fausti hæretici. Augu. tamen respondet contra eum lib. 26. contra Faustum: dicebat enim Faustus, quòd Ioachim pater Mariæ fuit de tribu Aaron, & asserebat hoc per quasdam scripturas apochriphas. Dicit autem Augu. quòd etiam si Ioachim fuerit de stirpe Aaron, sicut volebat Faustus, poterat esse Anna vxor sua de tribu Iuda, & sic Maria esse de tribu Iuda aliquo modo. Et hoc sufficiebat ad intentionem Matthæi. Sciendum, quòd à principio in Ecclesia fuit magna discordia, & quæstio suscitata à quibusdam ꝓpter Christi genealogiam, scilicet, quomodo descenderet de Dauid. Et sicut erat tempore Augu. quòd Faustus hæreticus volebat probare per quasdam scripturas apocryphas Christum non esse de semine Dauid: ita & tempore Pauli erat ista contētio genealogiarum, quam Paulus iudicauit inutilem, & omnino omittendam: sicut patet ad Titum. 3. scilicet. Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contētiones, & pugnas legis deuita: sunt enim mutiles, & vanę. Sed adhuc restat magnum dubium in hoc, quia cuilibet uir de tribu Iuda, uel de quacunque alia posset accipere uxorem de tribu Leui, poterat esse, quòd licèt Ioseph esset de tribu Iuda acciperet vxorem de tribu Leui: & ita non repugnat Mariam esse totaliter de tribu Leui, & cùm Christus solum sit de Maria secundùm carnem, & non de Ioseph, esset totaliter Christus de tribu Leui, & non pertineret ad Dauid, nec ad tribū Iuda. Dicendum, quòd nobis satis constat Mariam esse de tribu Iuda, quia credimus Christum verum Messiam. Et si Messias de semine Dauid esse debebat, Ioan. 7. non erat tamen Christus de semine aliquo nisi de quo Maria: ergo erat illa de stirpe Dauid. Si tamen nos consideremus solùm quomodo ex hac genealogia probatur Christum & Mariam esse de stirpe Dauid: dicendum, quòd probabatur tempore Matthæi. Nunc autem non procedit probatio. Patet hoc, quia quando Matthæus scripsit superuinebant plurimi qui Christum viderant, & cognoscebant patrem Mariæ, & cognationem eius: & illis constabat Mariam esse filiam Ioachim, qui non erat de tribu Leui, sed de tribu Iuda: & quòd Ioseph vir Mariæ, & Ioachim pater Mariæ pertinebāt ad eandem familiam: & ista non poterant negari, cùm viderentur. Quo supposito, probatio ista procedebat necessariò. Ad nos autē non est probatio necessaria, eo quòd nobis non constat, quòd pater Mariæ, & vir eius essent de eadem ꝓgenie. Dico autem, quòd non constat ex litera Matthæi, nec Lucæ: ideo nos credimus, quia scriptum est: & non tanquam probatio nos cogat. Sed tunc dicetur, quòd inutiliter scripta est genealogia Christi, quia quantum ad illos, quibus Matthæus scripsit, non erat necessaria, quia eis constabat per euidentiam rei: quātum ad nos non probat, ideo est inutilis. Dicendum, ꝙ est vtilis: immo necessaria genealogia ista, tam quantum ad illos, quam quantum ad nos. De illis patet, quia licèt constaret eis, quomodo pater Mariæ, & vir eius essent de eadem progenie, tamen de tota progenie cuiuslibet illorum usque ad Dauid, vel Abraham deducendo non poterat constare nisi per scripturas: ideo Euangelistæ debuerunt totam Christi progeniem describere ab Abraham, vel saltem à Dauid, vsque ad Christum. Et tunc Iudæi poterant conferre istam genealogiam libri genealogiarum totius Israel, qui erant in templo, de quibus supra dictum est, & ita erat illis ista probatio necessaria, & sufficiens: pro nobis autem ista genealogia est vtilis dupliciter: vno modo, quia dato, quòd per eam non fiat nobis probatio: cùm tamen credamus Euangelistam vera dixisse, est vtile, quòd sciamus, qui sunt illi, per quos Christus descendit à Dauid, vel Abraham. Alio modo est vtilis modus probationis. Quia licèt non faciat nobis probationem directam, facit probationem, vel præsumptionem. Nam, cùm sciamus istud Euangelium fuisse scriptum ad probandum Christi genealogiam, & scriptum tempore illorum, qui sciebant veritatem, & poterant repugnare si Euangelista falsum dixisset, vel non bene probasset: & tamen non restiterunt, sed acceptauerunt Euangelium. Ergo apparet, quòd bene probabat. Et sic utilis fuit quantum ad nos. Etiam fuit ualde utilis genealogia ad respondendum calumnijs infidelium, uel hæreticorum: qui dicerent Iesum non fuisse Messiam, quia debebat esse de semine Dauid, & non fuit. Nunc autem, cùm nos habeamus genealogiam, dicemus eis modum, quo Christus descendit de semine Dauid: si autem dixerint ista falsa, uel confícta: remittemus eos ad libros genealogiarum, de quibus supra diximus. Et sic licèt per hoc non probemus, tamen sufficienter calumniam excludimus: & hoc est utile.

Genealogia Christi non est vtilis.

Omnes itaque generationes ab Abraham, vsque ad Dauid generationes quatuordecim, & à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim, & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, generationes quatuordecim. Christi autem generatio sic erat. Cùm esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.

Omnes itaque generationes. Hic ponitur genealogiæ recapitulatio, & assignatur, quomodo sint quadraginta duæ generationes, ideſt, quadraginta duæ personæ distinctæ per tres quaterdenas, & dicitur. *Omnes ergo generationes ab Abraham, vsque ad Dauid generationes quatuordecim.* Ista est prima quaterdena, quæ incipit ab Abraham, & terminatur in Dauid inclusiuè, ita quòd Abraham, & Dauid computentur in ea, & inter ipsos sunt duodecim generationes. *Et a Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim.* Et ista est secunda quaterdena, & incipit a Dauid exclusiue. Nam Dauid non est de ea, cùm sit de prima: sed incipit in Salomone, & terminatur in Iechonia, siue Ioacim filio Iosiæ. Et in hac omittūtur tres reges, scilicet, Ochozias, Ioas, & Amasias. Qui si ponerentur essent a Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis generationes decem & septem, & non esset quaterdena! *Et a ttansmigratione vsque ad Christum generationes quatuordecim.* Ista est tertia quaterdena, & incipit a transmigratione Babylonis, & incipit ab illo, qui primus de ista progenie genuit filium post transmigrationem in Babylonem. Et iste fuit Iechonias, siue Ioacim nepos Iosiæ. Et licèt ponatur Iechonias ante transmigrationē, & Iechonias immediatè post transmigrationem, non est idem Iechonias, quia tunc pertineret ad secnndam quaterdenam, & non ad tertiam, & inciperet tertia in Salathiel filio Iechoniæ, & sic essent solum tredecim generationes in tertia quaterdena. Debent ergo poni duo Iechoniæ, scilicet, pater, & filius: & vnus fuit vltimus in secunda quaterdena, & alius primus in tertia, & secundus Salathiel vltimus. Christus, & Maria non computatur: licèt dicatur: De qua natus est Iesus: cùm sint quatuordecim viri in hac progenie; & fœminæ non computentur in progenie virorum: maxime, quia vir, & vxor reputātur eadem persona, cùm Christus dicat de illis, quòd non sunt duo, sed vna caro. Et tamen hoc est per copulam, quæ non fuit inter Mariam & Ioseph. Quia tamen erant veri coniuges reputabantur vna caro. *Christi autem generatio.* Matthæus descripsit supra Christi genealogiam, in qua ostendit Christi veram humanitatem, hic ostēdit eius Deitatem per modum conceptionis mirabilem. Et diuiditur in tria, quia. Primò ponitur Virginis miraculosa conceptio. Secundò ipsius Ioseph rationabiliter dubitatio ibi. *Ioseph autem vir eius.* Tertiò clara dubij certificatio ibi. *Hoc autem eo cogitante.* Circa primum dicitur. *Christi autem generatio sic erat.* Istud dependet ex præcedentibus, quia dixerat, scilicet Matthæus: Iacob genuit Ioseph uirum Mariæ, quasi dicat non patrem Christi, sed uirū Mariæ, ideſt, solùm erat uir eius, & subiunxerat. *De qua natus est Iesus.* Ideſt, de Maria natus est Iesus, & non de Ioseph. Et quia dubitaretur quomodo poterat nasci de Maria sine Ioseph, quia putaretur natus de alio uiro per adulterium, qđ erat multo deterius, subdit hic modum, dicens. *Christi autem generatio sic erat.* Ideſt, fuit Christus genitus per Spiritum sanctum, sicut immediatè subditur.

Cùm

Cùm esset desponsata mater eius Maria Ioseph. Lucas exprimit illam fuisse virginem, dicens, quòd missus est Gabriel angelus ad virginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph: Matthæus non expressit, sed ex eis, quæ scribebantur, cùm dicat, quòd antequam conuenirent inuenta est habens in utero de Spiritu sancto. Et sic præsupponitur esse incognitam uiro: quia, si esset cognita uiro superfluum esset, quòd haberet de Spiritu sancto, quia posset habere de uiro. Et tamen Spiritus sanctus nihil superfluum facit. Ergo non fuerat cognita viro, quando habuit de Spiritu sancto, *Antequam conuenirent.* scilicet carnaliter. Ex quo innuit Christum non fuisse natum de semine uirili, quia antequam Ioseph tangeret eam, conceperat. Non tamẽ ex hoc innuitur, quòd postea conuenerint carnaliter: sicut aliqui hæretici putauerunt, de quo infra dicetur. Nam asseruerunt Mariam habuisse alios filios post Christum de Ioseph. *Inuenta est in utero habens de Spiritu sancto,* idest, inuenta est a uiro suo, uel sponso Ioseph habens in utero. Hoc inuenit, idest, cognouit Ioseph, quia uterus eius iam surgebat, crescente corpore dominico, & non poterat occultari, quin esset prægnans. Et dicitur, quòd inuenta est habens in utero de Spiritu sancto. Non quidem, quòd Ioseph hoc inuenerit; immo potius contrarium putabat: quia credebat eam cõcepisse de adulterio. Et sic dicitur, quòd uoluit eam occulte dimittere: & tamen si inuenisset, quòd erat de Spiritu sancto nollet eam dimittere. Id quod ergo inuenit Ioseph, fuit, scilicet, quòd Maria habebat in utero, & non inuenit, quòd erat de Spiritu sancto. Quia tamen sic erat, quòd de Spiritu sancto erat ille conceptus, dicit Euangelista, quòd inuenta est habens in utero. Et cùm subditur de Spiritu sancto, idest, & illud erat de Spiritu sancto,

An beata virgo conceperit de Spiritu Sancto antequam sponsata fuit, vel post. Quæst. XXIX.

QVAERITVR, an Beata Virgo habuit de Spiritu sancto in utero antequam sponsaretur, vel postquam desponsata est. Aliquis dicet, q̃ ex litera apparet eam prius fuisse desponsatam: quia dicitur; Cùm esset desponsata mater eius. Dicendum, quòd ex hoc nihil probatur, quia hic non dicitur de tempore, quo cepit habere in utero, sed de tempore, quo inuenta est habens in utero. Et fortè fuit duobus, vel tribus mensibus postquam conceperat: quando iam crescebat uterus manifestè. Poterat ergo esse, quòd ante desponsationem conciperet, & post desponsationem Ioseph inueniret eam habere in utero. Dicendum tamen, quòd concepit virgo post desponsationem, quia virgo concepit quãdo angelus venit ad eam, dicens: Ecce concipies, & tamen quando venit angelus ad illam, iam erat desponsata. Luc. 1, scilicet: Missus est angelus Gabriel ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph.

An licuit Beatæ Mariæ nubere. Quæst. XXX.

QVAERITVR ulterius, an licuit Mariæ nubere. Quidam dicunt quòd non, quia, ut ait Augustinus in uouentibus uirginitatem non solũ nubere, sed etiam uelle nubere damnabile est. Ipsa tamen uirginitatem uouerat, ergo non licebat ei. Item quia cõmitteret se periculo, quia uxor non habet potestatem corporis sui, sed uir, & è contrario. 1. Corin. 7. Et si uir peteret debitum, teneretur reddere, & sic periret uirginitas. Et dato, quòd nunq̃ peteret, cùm tamen posset petere, & ipsa obligaretur reddere, subiiceret se periculo manifesto, q̃ non licebat. Item quia quicunque contrahit, repugnat perfectioni virginitatis, ad quam requiritur integritas mentis, & corporis. Respondent quidam, quòd licuit Dominæ nostræ nubere, quia non uouerat virginitatem, nec erat aliquod impedimentum. Ad hoc dicendum, quòd siue uouisset, siue non, aliquod impedimentum erat in ea ad actum matrimonialem. Quia quando angelus dixit ei, quòd conciperet filium, Luc. 1. dixit ipsa: Quomodo fiet istud, quoniam virum nõ cognosco? Si tamen non haberet aliquod impedimentum ad nubendum non diceret: Quomodo fiet istud, sed potius consentiret præ desiderio talis filij, qualis ei promittebatur. Quidam dicunt, quòd uouit domina nostra virginitatem antequam contraheret: & non contraxit nisi quia certificata est de diuino consilio: scilicet, quòd per matrimonium non impediretur virginitas. Sed non stat, quia non solùm ante matrimonium, sed etiam contracto matrimonio non erat certificata de hoc. Nam quando angelus venit ad eam, desponsata erat. Lucæ. 1. Et tamen quando dixit ipsa: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco. Ergo non erat certificata, an esset cognoscenda à viro. Dicendum igitur, quòd beata Virgo ante contractum matrimonij non uouerat virginitatem, sed proposuerat illam seruare, propositum autem non obligat, ideo licet homini resilire. Votum autem obligat: & ab hoc non potest homo licite recedere. Cùm autem ipsa dixit angelo: Quoniam virum nõ cognosco, exponitur idest, quia proposui nunquam cognoscere. Cùm isto autem proposito bene stat matrimonium, sed non cum voto: Tamen adhuc uidetur, quòd in domina nostra plus fuerit, quia non solùm ipsa contraxit, quasi liceret ei agere contra propositum, sed etiam post contractum matrimonium tenebat illud propositum, scilicet, quòd non cognosceretur à viro. Ideo dicendum, quòd siue fuerit votum, siue propositum, erat tale, quod repugnabat actui matrimonij. Et tamen domina nostra conabatur illud seruare etiam contracto matrimonio. Ideo, cùm communiter Doctores dicãt, quòd domina nostra vouit virginitatem: potest dici, quòd vouerat: non tamen fecit uotum solenne, sed simplex. Et illud non absolutum, sed sub conditione. Intelligendum autem, q̃ uotum uocatur solenne per aliquas cœremonias exteriores certas de iure: sicut est in uoto castitatis solennizato per susceptionem sacri ordinis: aut per ꝓfessionem expressam alicuius religionis approbatæ: vt patet de voto & uoti. redemp. c. unico in 6. In ueteri testamento si aliquod uotum solennizaretur esset per aliquas alias cœremonias. Votum simplex uocatur, quando quis sine aliqua solennitate uouit siue in uoce exprimat, siue non. Licèt aliqui putauerunt, quòd esset necessaria expressio, falsum est. Votum solenne impedit contrahi matrimonium, & si de facto contractum fuerit dirimitur; uotum autem simplex impedit matrimonium fieri: si tamen quis contraxerit, tenet, licèt peccet contrahendo. Si domina nostra uouisset solenniter, non contraheret: maximè autem, quia in ueteri testamento nulla mulier tale uotum emitteret, nec auderet emittere, quia reputabatur quædam maledictio sterilem esse, uel non dare operam proli. Sic Deus dixerat. Non erit apud te sterilis utriusque sexus Deuteron. 7. i. Nullus homo, uel mulier erit, qui uelit manere in sterilitate. Fuit ergo uotum dominæ nostræ simplex: & non fuit cognitum à parentibus suis. Nam si cognouissent nõ permisissent eam uouere taliter, quia istud erat cõtra statum legis illius temporis, quòd aliqua mulier uellet manere in uirginitate, immo reputabatur quasi infœlix illa, quæ moriebatur in uirginitate, scilicet, quia nõ poterat susc ipere liberos, sicut patet de filia Iepthæ Galaaditis, quam pater iugulaturus erat pro voto. Ipsa autem petiuit à patre, quòd concederet ei duos menses, vt plangeret virginitatem suam super montes Israel. Iudi. 11. Item considerandum, quòd istud votum simplex non fuit determinatum, ita quòd totaliter ipsa vellet se obligare ad seruandam virginitatem, quia tunc non liceret ei nubere, quamuis si nuberet, teneret matrimonium, licèt peccaret: sed vouit sub conditione, scilicet, si Deo placeret, quòd in virginitate maneret: quia aliàs non recusabat virum accipere etiam ad copulam, vel qualitercumq;. Ideo, licèt postea contraheret, non faciebat contra votum: quia illud non fuerat votum determinatum, Deo autem placuerat, quòd nuberet, ideo licebat. Considerandum vlterius, quòd dato, quòd vouisset determinatè domina nostra virginitatem ante desponsationem: non tenebat simpliciter illud votum, quia quacunque die constaret patri suo de illo, poterat irritare illud, si ipso die vellet irritare. Si autem differret post illum diem, manebat votum firmum. Numeri. 30. Ideo, licèt multo tempore tenuisset domina nostra istud secretum, & postea constaret patri suo, poterat illud infringere, & non teneretur ipsa. Dicunt tamen communiter, quòd Domina nostra post contractum matrimonij simpliciter emisit uotum, scilicet, quia ipsa, & Ioseph reuelauerunt sibi mutuo intentiones suas. Et tunc de communi consensu uouerunt virginitatem. Sic dicit Magister. 4. sententiarum dist. 30. De matrimonio autem contracto dicendum, quòd non repugnauit voto, tum quia votũ non fuerat determinatè emissum: tum quia in contrahendo matrimonium non consentiebat domina nostra in aliquid, quod repugnaret illi voto. Et tamen ẽt non stantibus his licebat contrahere ei si pater suus iubebat, quia per hoc infringebatur votum. Quod tamẽ domina nostra contrahendo matrimonium non putaret se consentire in aliquid contra votum, patet, quia contracto illo, dixit ad angelum, Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? si tamen determinatè consensisset in copulam, non diceret hoc. Sed diceret aliquis: si domina nostra uolebat uirginitatem seruare, cur contraxit? quia liberius illam seruaret sine matrimonio. Dicendum, quòd ipsa proposuerat ante desponsationem manere in virginitate perpetua, nisi Deus de illa aliter statueret: & hoc fuit Deo instigãte, ut illa esset sanctior, & per hoc Deo magis placeret. Et si ipsa permitteretur libertati suæ, nunquam contraxisset. Quia tamen pater iussit, necesse fuit contrahere. Nam etiam si uotum esset determinatum, & pater uellet, poterat illud irritare, ut dictum est: ideo non habebat nunc aliquam defensionem domina nostra. Quia si patre dicente, quòd contraheret, responderet, quòd uouerat uirginitatem: Pater diceret: nolo quòd obserues uotum: & tunc uotum non teneret. Vnde post hoc non se posset defendere prætextu uoti, sed magis esset inobediens patri, in quo peccaret, cùm esset in potestate eius. Ideo patre uirginis tradente eam uiro, consensit ipsa. Et tamen propter hoc non dimisit propositum, siue uotum uirginitatis, credens quòd adhuc Deus prouideret ei per aliquẽ modum, ut manente illo uoto teneret matrimonium. Patet, quia cũ esset desponsata, dixit Angelo, quòd proposuerat non cognoscere uirum. Et hoc pertinebat ad magnam fidem, quòd in re tam ardua haberet de Deo certã confidentiam, quòd ipse adhuc conseruaret uotum eius: sicut fuit in Abraham, cui Deus promiserat, quòd in semine suo deriuando per Isaac benedicerentur omnes gentes, & crediderat hoc Abraham, & rursus mandabat ei, quòd occideret suum filium Isaac. Et licèt ista duo uiderentur incompassibilia, Abraham credidit posse stare, quia Deus illa dixerat, scilicet, quia potens erat Deus suscitare Isaac à mortuis, & tunc in semine eius benedicerentur omnes gentes. ad Hebræ 11. Ad primum dicendum uno modo, quòd uotum non est nunc sicut in ueteri testamento; quia quilibet quantũcunq; sit in potestate patris, dum tamen habeat usum perfectum rationis, potest uouere castitatem, & parentes non possunt infringere uotum. Ideo nunc in taliter uouentibus uelle nubere damnabile est. In ueteri testamento non erant libera uota eorum, qui erãt sub patria potestate, quia poterat irritare illa quacunque die sciret, & sic liceret postea nubere, uel contrarium facere uotis. Et sic domina nostra ex mandato parentum non solùm erat absoluta à uoto, sed etiam tenebatur contrahere. Aliter potest dici, q̃ in uouentibus simpliciter castitatem est damnabile contrahere, aut uelle contrahere: secus in domina nostra, quæ non simpliciter uouit, sed sub cõditione, scilicet, nisi Deus aliter disponeret, ut ait Augu. in lib. de Nuptijs, & concupiscentia: sed beata Maria proposuit se seruaturam uotum uirginitatis in corde: sed ipsum uotum nõ expressit ore, subiecit se diuinæ dispositioni se seruaturã uirginitatem nisi Deus aliter reuelaret, & tamen nũc Deus uidebatur aliter disponere cùm parentes sui traderent eam uiro: qui auctoritate legis Dei poterant irritare uotum eius, & tenebatur ipsa eis obedire: ideo non peccaret contrahendo. Ad secundum dicẽdum, q̃ stante uoto uirginitatis periculum erat nubere. Et tamen dominæ nostræ non erat periculum: tum quia parentes eius, qui poterant uotum infringere tradebãt eam: tum quia uotum suum non fuerat determinatũ, & cum proposito tenendi illud quantum in se esset securè accipere uirum: maxime, quia hoc semper tenendum est, quòd iussu parentum faciebat. Nunc autem uouentibus non liceret contrahere, quia verè se exponerent periculo, & esset contra uotum ille cõtractus. Quidam tamen dicunt, q̃ non se exposuit periculo, quia antequam contraheret fuit certificata per Spiritum sanctum, quòd Ioseph manebat in illo proposito, scilicet, seruandi uirginitatem nisi Deus aliter disponeret, licèt nullus eorum expresse uotum emisisset. Postea autem emiserunt, & sic non se subiecit periculo. Idem Magister tenet in 4. dist. 30. Idem tenet sanctus Tho. Dicit tamen, q̃ ista conditio de seruanda uirginitate nisi Deus aliter disponeret, non fuit expressa in contractu matrimonij, quia impediret ꝓtractum, cùm esset contra bonum prolis. Istud uidetur tamen aliqualiter dubium, quia postquam despõsata erat domina nostra dixit ei angelus, q̃ conciperet, & ipsa dixit quomodo fieret hoc, quia uirum nõ cognoscebat: tamen si certificata fuisset per Spiritũ sanctum de uoto suo, quia per matrimonium non tolleretur, & q̃ Ioseph non peteret ab ea debitum, non dubitaret nunc de modo, nec diceret: quoniam uirum nõ cognosco, sed sciret, q̃ hoc sine uiro fieret. Et tamen nesciebat: ergo non erat certificata. Ad saluandum istam positionem dicere possemus, q̃ fuit certificata Virgo, q̃ Ioseph habebat simile propositum: & q̃ nunquam peteret ab ea debitum: & tamen non fuit certificata an Deo placeret, q̃ aliquo tempore carnaliter conuenirent, uel semper sic manerent. Potuit dubitare quãdo dixit ei Angelus, q̃ conciperet: satis tamen rationabiliter uidetur, quòd non esset certificata ante contractum. Item istud non proficit, quia solum hoc inducitur ad saluandum dominæ nostræ uotum, ne uideatur se periculo exponere contrahendo. Et tamen manifestum est, quòd uotum irritatum est, etiam si esset simpliciter factum: cùm parentes tradiderint eam uiro, cum intentione, ut ex ea liberos susciperet, & sic nullũ periculum erat, cùm iam uotum non teneret, licèt ipsa semper teneret propositum suum, scilicet, q̃ illud

Sancti. Th. in 4 di. 30. q. 2. ar. 1.

seruaret

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruaret quantum posset: nisi cum Deus aliter uideretur disponere. Ad tertium dicendum, quòd in contrahentibus necessario incidit copula carnalis in consensu contractus saltem implicitè: cùm matrimonium sit principaliter ad prolem gignendam, sicut ad propriũ actum. Et sic in Virgine fuit consensus implicitus, scilicet in quantum ex matrimonio consequitur ius cuilibet coniugum petendi copulam ab alio. Ista potestas de se non repugnat uirginitati: sed solùm actualis consensus in copulam. Et iste nunquàm fuit in Virgine: immo firmiter proponebat nunquam talem consensum habere nisi Deus aliter disponeret.

An fuit conueniens Beatam Virginem esse coniugatam. Quæst. XXXI.

Conueniens fuit B. Virg. esse cõiugatam ex parte Christi.

QVAERITVR vlterius, an fuit conueniens Dominam nostram esse coniugatam, uel potius, quòd maneret sine uiro. Dicendum, quòd conueniens fuit eam esse coniugatam, & non nasci Christum nec concipi nisi cùm esset coniugata. Et ad hoc sunt aliquæ rationes ex parte Christi: aliquæ ex parte Virginis: aliquæ ex parte nostra. Ex parte Christi fuit prima propter Iudæos, & infideles: ne tã quam illegitimè natus abiiceretur; quia illegitimi ab omni honore repelluntur. Christus autem habendus erat tanquam Messias, & prædicatio sua, & lex susci-
H pienda erat ab omnibus hominibus: ideo non debuit apparere in eo aliquod propter quod prima facie iudicaretur indignus honore: sic ait Ambros. super Lucã. scilicet. Quid Iudæis, quid Herodi posset ascribi: si natum uiderentur ex adulterio persecuti. Secunda habere Christus, per quem consueto modo sua genealogia describeretur. Nam si non esset Virgo coniugata, non posset progenies eius describi, nisi per ipsam: & tamen non erat consuetum secundum legem, quod aliqua genealogia per mulieres describeretur. Si autẽ illa esset coniugata, describeretur genealogia Christi per uirum eius, sicut nunc descripta est per Ioseph. Sic ait Ambrosius super Lucam, scilicet, qui uenit in sæculum, more sæculi debet describi. Tertium est secundùm quosdam ad tutelam Christi nati, scilicet, ut Diabolo partus uirginis occultaretur, scilicet, vt nesciret,
I an Christus erat Deus, quod argueret, si uideret eam sine uiro concipere. Hoc tenet Ignatius, & multi antiquorum, & Magister sententiarum. 4. dist. 30. Sed istud non uidetur stare, quia hoc non lateret Dæmonem, quia etiam si haberet uirum, bene diabolus uideret an cognoscebat eum, uel non, etiam si non auerteret ad aliquem actum copulæ, an esset. Nam manebat semper probatio manifesta, scilicet, per claustrum genitale, quod semper fuit inuiolatum in Virgine: & illud cognoscebat Diabolus, quia erat semper manens, ideo nihil per hoc occultaretur. Istam positionem uult defendere vel excusare aliquo modo sanctus Tho. super 4. dist. 30. quæst. 2. articulo primo, & in tertia parte summæ, quæst. 2. artic. 1. allegans Beatum Augustin. in 3. lib.
K de Trin. scilicet, quòd diabolus multa potest cognoscere uirtute naturæ suæ à quibus prohibetur uirtute diuina, & sic licèt diabolus hoc cognoscere posset, Deus prohibebat ne cognosceret partum illum esse diuinum. Sed istud non multum uidetur stare. Nam si uirtute diuina diabolus prohiberetur cogitare super hoc, vel intelligere illud, etiamfieret si Domina nostra nõ haberet uirum: quia uirtute Dei diabolus prohiberetur cogitare quomodo concepisset, an de uiro, vel non: & sic occultaretur ei partus. Item non sunt ponenda miracula sine necessitate: & tamen non uidetur necessarium, quòd aliquid in isto partu occultaretur diabolo. Nam per hoc nihil cognosceret de diui-

F no secreto. Nam dato quòd diabolus sciret Mariam in uirginitate peperisse: non ex hoc sequebatur ipsum natum esse Deum, quia poterat Deus istud priuilegiũ concedere cuicumque homini, licèt non consueuisset ꝯcedere. Item si dicimus, ꝙ ex hoc argueret Christi deitatem, alia maiora argumenta haberet, scilicet, quando reges venerunt ad Christum adorandum, & stella præcedebat eos: quòd omnino erat supra naturam, & hoc non erat occultum diabolo, cùm esset notum omnibus, qui: erant in Iudæa. Magis ergo ex hoc argueretur eum esse Deum, quàm ex conceptu virginali, & tamen hoc non fuit occultatum diabolo, ergo nec oportuit uirginalem conceptum occultari. Item
G Christo existente in Iordane descendit Spiritus Sanctus super eum, & vox patris audita est, scilicet, Hic est filius meus dilectus. Luc. 3. Et istud plurimi audierunt & ipse Ioannes, qui baptizauit Christum perhibuit de hoc testimonium in Iudæis. Io. 1. & diabolus ista uidebat, quia omnia ista, quæ fiunt, diabolus cognoscit: & tamen per hoc adhuc non credidit Christũ esse Deũ: sed post baptismum tentauit eum. infra. 4. Ergo minus crederet ex conceptione uirginali eum esse Deum. Item diabolus uiderat Christum facere omnia miracula, quæ totus populus uidebat. Adhuc communiter asseritur, quòd ipse non credebat per certitudinẽ Christum esse Deum: quia aliàs nõ concitasset Iudæos contra ipsum ad eum occidendum, sed potius impedituisset, & illa miracula, sicut Christus dixit Io. 5. probabãt
H eum esse Deum: ergo nec crederet ipsum cognoscendo partum uirginalem. Et sic, non uidetur, quòd partus iste occultari debuit hac causa: nec propter hoc Virgo maritum habere debuit. Hoc declarat Beatus Ambrosius super Lucam tangens istam causam, quæ ab antiquioribus assignata fuerat, & eam non admittens. Nam cùm dixisset, quòd habere maritum fuerat ad fallendum principem sæculi, ideſt diabolum, subdidit: Sed tamen magis fefellit principem sæculi. Dæmonum enim malitia facile etiam occulta depræhendit: at uerò qui sæcularibus uanitatibus occupantur, scire diuina non possunt. Non est ergo satis conueniens ista causa. Quarta fuit, ut Christus in parua ætate a Ioseph nutriretur, & deffenderetur. Multis enim pro infirmitate illius opus erat: in quibus
I sola Mater conuenienter, & sufficienter prouidere nõ poterat: ad quæ Ioseph sufficeret cum Matre simul. Ex parte Matris fuit conueniens habere uirum potius, quàm manere innuptam: primò ne à Iudæis lapidaretur, vt Hiero. ait. Sed dicetur, quomodo poterat lapidari Domina nostra, etiam si inueniretur in vtero habens, dum non esset cõiugata, quia lex non obligat tales ad mortem? Quidam dicunt, quòd Hiero. intelexit de lapidatione infamiæ, scilicet, quòd infamaretur à Iudæis tanquàm meretrix, & hoc erat lapidari illam. Sed istud non stat, quia iste sensus non conuenit
K verbis Hieron. dicentis, quòd lapidaretur à Iudæis. Dicunt alii, quòd forte hoc erat, quia Virgo erat de stirpe Aaron, & filia Sacerdotis: si fornicaretur in domo patris sui, etiam antequàm desponsaretur occidenda erat filia sacerdotis, sed filia uiri de tribu Iuda. Nam aliàs Christus potius esset de tribu Leui, quàm de tribu Iuda, quod falsum est, quia Apostolus dicit, quòd in tribu illa, de qua Christus est natus, ad sacerdotium nihil pertinebat: nec quisquam fuit de illa sacerdos. Ad Heb. 7. Ergo de Iuda fuit: & non de Leui: ita quòd si Domina nostra tanquam filia sacerdotis, propter istum occidenda esset, non erat lapidanda, sed combu renda: quia Leui. 21. dicitur, quòd filia sacerdotis, quæ in domo patris fornicatur flammis exuretur. Dicunt alii, quòd etiam si non esset coniugata, quia tamen fer uabatur a patre suo, ut aliquando tradenda uiro, si fornicarẽ.

nicaretur ante hoc lapidanda erat. Deuteron. 22. Sed
A uidetur dicendum, quòd non habeat locum, quia illud intelligitur, quando puella tradita erat uiro: & ipse primò cognoscens eam inuenit ipsam non esse virginem. Nam tunc si parentes puellæ non ostẽderent signa virginitatis expanso uestimento, puella lapidanda erat pro fornicatione, quam commiserat antequam sponsaretur. Deute. 22. Et iste est casus multum distinctus a proposito. Nam si puella nondum desponsata inueniretur a patre suo fuisse fornicata: non uidetur, quòd lapidanda erat, quia nulla lex de hoc erat. Quod autem nunc lapidaretur postquam tradita erat viro pro priori fornicatione, videtur esse causa: quia fuit in
B culpa cùm permiserit se desponsari, dum non esset uirgo: quia debuerat hoc reuelare patri suo, ne traderet eam uiro, ut non subiiceretur periculo. Et uidebatur maxime fieri in fauorem uiri, quia ista puella uoluerat eum fallere, scilicet, accipiendo eum in coniugem, dũ non esset uirgo. Item patet, quia specialiter propter honorem sacerdotum, qui debebant esse mundiores, quã populus, & segregati ab omni infamia. Leui. 21. concessum est, quòd si filiæ eorum etiam ante desponsationem commisissent stuprum, occiderentur. Ita ergo videbatur, quòd Domina nostra etiam si inueniretur concepisse, dum tamen non esset desponsata, non poterat lapidari. Si uelimus tamen tenere dictum Hiero. oportet dicere, quòd illa lex Deute. 22. non solùm habebat locum, quando puella fornicata est ante desponsationem, & postea tradita uiro inuenta est, quòd
C non esset uirgo, sed etiam in illa, quæ nunquam fuerat desponsata, & inuenta est concepisse, uel fornicata esse. Non tamen satis conuenit literæ. Quia, cùm illa sit lex pœnalis, & loquatur in casu proprio, cuius uerba satis diligenter exprimit legislator, non est extenenda ad alios casus, quia odia restringenda sunt, maximè quia omnia ista fiebant propter duritiam cordis Iudæorum: sicut Christus dixit de libello repudij, infra 19. quod Moyses illum permisit ad duritiam cordis ipsorum, ideſt, quia erant duri corde, & si uxores non placerent eis occiderent illas, permisit potius lex libellum repudii: ita cùm iste uir inueniret puellam illam occideret, vel persequeretur. Ideo potius lex uoluit eam occidere, quam quòd ipse occideret. Et hoc aliqualiter
D innuitur ibidem Deuteron. 22. scilicet, quòd cùm uir istius puellæ conqueretetur dicens, non inueniſſe puellam uirginem, quòd parentes eius deberent eam defendere coram Iudicibus populi, dicentes, quòd ille vir oderat filiam ipsorum, & imposuerat ei nomen pessimum. Secus autem de parentibus, qui naturaliter diligunt filios, & sic licèt inuenirent eam fornicatam non occiderent eam. Vnde nec lex propter eos iuberet illam occidi. Secunda causa erat, ut liberaretur Domina nostra ab infamia, quam non posset excusare si concepisset non coniugata: quia nullus crederet eam de Spiritu Sancto concepisse. Sic ait Ambrosius super Lucã: quòd desponsata est, ne temeratæ uirginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corruptelæ uideretur insi-
E gne præferre. Tertia causa fuit, ut haberet ministrum in necessitatibus suis, ut ait Hieron. super Matthæum. Nam multa sunt, ad quæ fæmineus pudor, & digna uerecundia se non extendit: quæ melius per uiros efficiuntur. Maximè cùm propter puerum in Aegyptum fugitura erat, sicut postea accidit in sequenti, cap. non iret honestè, nec securè puella uirgo incomitata per longitudinem uiarum: nec cum aliquo honestè posset sola discurrere, & manere, nisi cũ illo, qui vir eius esset: cũ quo fœmina nõ solũ nõ infamatur, sed etiã oẽm alie nã excludit infamiã. Ex parte nostra fuit cõueniẽs uirginem habere maritum. Primò ut testimonio Ioseph probaretur Christum de uirgine esse natum, & non de fornicaria. Sic ait Ambrosius super Lucam, locupletior testis pudoris maritus adhibetur, qui doleret, & posset iniuriam uindicare & opprobrium, si non agnosceret sacramentum, scilicet. Si Maria peperisset non coniugata, & uellet dicere, quòd erat de Spiritu sancto: nemo esset ad quem directè pertineret eam accusare. Et sic non constaret an ex fornicatione peperisset. Cùm autem haberet uirum, qui eam semper tenebat, si non agnouisset certissimè, quòd de spiritu sancto conceperat: doleret de hac iniuria, & prosequeretur faciendo eam lapidari. Ipse tamen tenuit eam semper, & ueneratus est: ergo non inuenit eam ex fornicatione concepisse. Secunda causa, quia magis sic creditur Beatæ Mariæ asserenti se uirginem, cùm habeat uirum, quàm si non haberet, sicut ait Ambrosius super Lucam. Fides Mariæ uerbis magis affertur, & mendacii causa remouetur. Videretur enim culpam obumbrare uoluisse mendacio innupta prægnans: causam autem mentiendi desponsata non habuit. Quasi dicat: si non haberet uirum cùm peperisset, & diceret se uirginem, uideretur hoc esse ad excusandũ culpam fornicarij coitus, cùm tamen habeat uirum, cui comisceri peccatum non est, sed laudabile, non habebat causam dicendi se uirginem, nisi sic uerum esset. Et cùm haberet uirum, ille posset scire, an erat uirgo, uel non. Vnde ipsa non posset securè mentiri: Cum autem non haberet uirum, quia nemo esset, per quem hoc constare posset, liberius sibi esset mentiri.
C Tertia causa, ut tolleretur occasio e cusationis uirginibus, quæ propter suam negligentiam non uitant infamiam. Quia si aliquando infamarentur, consolarentur seipsas dicentes, quòd etiam domina nostra de fornicatione infammata fuisset. Sic ait Ambrosius super Lucam: quòd non decuit uirginibus sinistra opinione uiuentibus uelamen excusationis relinqui, quòd infamata mater quoque domini uideretur. Quarta causa propter significationem, scilicet, ut significetur per hoc sancta mater Ecclesia, quæ desponsata est, & uirgo, sicut dicit Apostolus. 2. Cor. 11. scilicet. Desponsi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Et non loquitur de aliqua uirgine, sed de Ecclesia. Nam ait desponsi, ideſt, promisi exhibere Deo uirginem castam, ideſt exhibere uos omnes Christo uni uiro uirginem castam, ideſt, qui estis uirgo casta. Vel promisi uos dare tanquam uirginem castam: & tamẽ omnes illi sunt Ecclesia. Idem dicit August. in lib. de Sancta uirginitate. Quinta causa est ad confundẽdum hæreticos Manichæos, qui nuptias damnauerunt, & quosdam dicentes solos uirgines posse saluari: quos damnat Ecclesia. extra de Sum. Trin. & fid. cap. firmiter. Cùm autem Christus uoluisset in matre sua, quòd esset uirgo, & desponsata, & uere habens coniugem, apparet, ꝙ matrimonium approbauit.

B. Virginẽ fuisse coniugatã conueniens fuit ex parte nostra.

An inter Ioseph, & Beatam Virginem esset verum matrimonium. Quæst. XXXII.

QVAERITVR, an inter Ioseph & dominam nostram fuerit uerum matrimonium, uel solum præsumptum, aut inchoatum. Quidam dicunt, quòd non fuit matrimonium, quia Ioseph non fuit assumptus tanquam maritus dominæ nostræ, sed potius ut custos eius. Et isti habent occasionem ex uerbis Hiero. in lib. contra Eluidium hæreticum dicentis, quòd Ioseph custos fuit Mariæ potius quàm maritus. Item ostendunt hoc dicentes, quòd Ioseph senex erat, nec iam aptus ad copulam. Vnde non assumpsisset puellam in matrimonium, sed potius in custodiam. Dicendum, quòd uerum matrimonium fuit inter Mariam & Ioseph. Nam ponitur de-

spon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sponsatio, & ponitur matrimonium. De desponsatione patet in litera, scilicet, cùm esset desponsata mater eius Maria Ioseph, & Luc.1. scilicet, Missus est Angelus ad virginem desponsatam. De matrimonio patet, quia istud est per quod efficiuntur aliqui verè coniuges, & vocatur vir & vxor, & tamen ista nomina dicit scriptura de Maria & Ioseph, quia supra dicitur, Iacob genuit Ioseph uirum Mariæ. Et infra in litera dicitur, quòd Angelus dixit Ioseph: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Et iterum dicitur, quòd accepit Ioseph coniugem suam, & non cognoscebat eam: non esset tamen uerum ista dicere, nisi uerum matrimonium esset. Considerandum pro hoc, quòd matrimonium quantum ad sui substantiam consistit in quadam indiuisibilitate, & iure acquisito per consensum mutuum. Et uocatur ista indiuisibilitas animorũ, non quòd illa semper sit in actu, quia interdum est discordia, sed q̃ per consensum causatum est quoddam vinculum indissolubile, secũdùm q̃d coniuges manẽt perpetuò obligati ad vnitatem animorum in his, quæ concernunt actum matrimonij. (in societate coniugali, & in iure petendi, & reddendi debitum, quod præcipuum est. Et hoc est propriè indiuisibilitas animorũ, scilicet, quia uir cogitur velle reddere debitum si vxor petierit, & è contrario. Et in hoc non sunt liberi, quia neuter eorum habet potestatem corporis sui, prima ad Cor.7. Et sic verè manet indiuisibilitas animorum. Idem est quantum ad mutuam cohabitationem, & societatem. Istud vinculum, & ius causatum per consensum est propriè substantia matrimonii. Efficiens autẽ matrimonij est ipse consensus mutuus expressus per verba de præsenti, uel per æquipollentia signa inter personas non prohibitas de iure contrahere. Ista fuerunt plenè inter Mariam & Ioseph, quia habuerunt legitimum consensum in desponsationem, & secutum fuit inde uinculum, de quo dictum est. Et quia veritas rei consistit in substantia sua, sicut uerus homo est, qui habet verum corpus & ueram animam: erit verum matrimonium, quod habet substantiam matrimonii: verum ergo matrimonium fuit inter Mariã & Ioseph. Dubium autem manet, an fuit perfectum. Pro quo dicendum, quòd perfectio rei cõsistit in actu eius. Est autem duplex actus, scilicet, primus, & secundus. Primus actus est ipsa forma rei, per quam est, & actu est. Secundus actus est perfectio secunda, quæ emanat à prima. Nam quamlibet formam consequitur aliqua operatio, & consequuntur etiam illam aliqua accidentia, quæ sunt perfectiones eius. In matrimonio actus primus est, ipsum substantiale, per quod est actus secundus, ideſt ipsa operatio, ad quam matrimonium institutum est, scilicet, societas coniugalis, quæ est in cohabitatione quantum ad totam uitam, & in uacatione ad prolem gignendam, quod fit per carnalem copulam. Sunt etiam quædam accidentia consequentia matrimonium, quæ sunt perfectiones eius, & solẽt uocari bona matrimonii, scilicet, proles, & fides, & sacramentum. Fides uocatur fidelitas, quam coniuges sibi inuicem seruare debent. Sacramentum est inseparabilitas, quia ex hac parte matrimonium noui testamenti habet propriè rationem sacramenti, & non matrimonium, quòd est inter infideles: quia illud dissoluitur, matrimonium autem indissolubile est. Et per hoc significat unionem uerbi diuini ad naturam humanam, quam nõ dimisit unquam, nec dimittet. Significat etiam unionem Christi ad ecclesiam, quæ nunquam dissoluetur, ad Ephe.5. ubi Apostolus dixit matrimonium esse sacramentum, cùm ait. Sacramẽtum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & ecclesia. (indissolubilem unionem. Si cõsideretur prima perfectio matrimonii, fuit perfectũ ma-

In quo consistat matrimonium.

An matrimonium inter Ioseph, & Mariam fuerit perfectum.

trimonium inter Mariam & Ioseph, quia ibi fuit tota substantia matrimonij, vt probatum est. Si intelligatur de secunda perfectione quantum ad bona, quæ consequuntur matrimoniũ, nõ solũ fuit illud perfectũ, sed ẽt perfectissimum, vt ait Augu. in lib. de Bono coniugali, scilicet, Omne nuptiale bonum in Christi parentibus fuit. Fides, proles, & sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum Dominum: fidem, quia nullum adulterium: sacramentum, quia nullum diuortium. Si consideretur etiam tota alia coniugalis societas, scilicet, in cohabitatione, & mutuis obsequijs, & cæteris, quæ ad hoc pertinent, fuit ibi completissimè matrimonium. Sola autem carnalis copula defecit, quæ non erat necessaria ex vi actus matrimonij. Nam matrimonium directè instituitur ad prolem, si autem proles posset haberi sine coitu, honestius multo fieret. In isto tamen matrimonio fuit proles, propter quam ipsum instituerunt. Nam, vt declaratum est præcedenti quæstione, propter Christum principaliter fuit necessarium virginem habere maritum, ideo Christus tanquam proles ad matrimonium Mariæ & Ioseph pertinet, licèt non per ipsorum copulam, cùm illud matrimonium propter Christum prolem institutum est. Et sic non solùm deerat hic copula, immo non erat conueniens, cùm iam habitus esset finis, ad quem matrimonium institutum fuerat: vnde non minus perfectum est matrimonium, quod nunquam per copulam consummatur, quàm illud in quo copula interuenit, vt ait Augus. in 2. lib. de Concor. Euang. Hoc verum est, dum tamẽ in contractu matrimonij non apponatur conditio de permanendo sine copula, quia istud faceret, quòd non sequeretur matrimonium, quia talis consensus non efficit matrimonium, sed potius repugnat sibi posit̃. verum matrimonium sine vlla conditione contractũ est, & est coniugibus libertas petendi, & reddendi debitum, possunt tamen ipsi ex mutuo consensu, siue cũ voto, siue sine voto manere perpetuò in castitate: licèt videatur quibusdam Apostolus dicere cõtrarium. 1. Cor.7. scilicet, quòd reddant sibi inuicem debitum, & non se fraudent, dicens: Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tempus, & iterum reuertimini in idipsum. Dicendum quòd Apostolus non iubet illud; sed consulit propter quosdam infirmos, qui si forte vellent perpetuò continere, laberentur in deteriora. Et illis consultius est redire ad petendum debitum, quàm abstinere, licèt absolutè melius esset abstinere, si ipsi possent. Patet, quòd hoc intendat: quia ipse dicit, & iterum reuertimini in idipsum, ne tẽtet vos Satanas propter incontinentiam vestram: scilicet, quia fortè conaremini abstinere, & non possẽtis, & incideretis in deteriora. Et patet hoc magis, quia immediatè dixit: hoc autem dico secundùm indulgentiam, non secundùm imperium, ideſt, non iubeo, sed permitto; volo autem omnes esse, scilicet, sine coniugibus, & abstinere, sicut ego abstineo. Subiunxit. Sed vnusquisq; proprium habet donum ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic, ideſt, Licèt ego vellem, quòd omnes continerent sicut ego: non est possibile, quia non est omnibus concessum istud donum a Deo, licèt concedantur alia. Cùm autem dicebant quidam, quòd Ioseph non est assumptus in virum Mariæ, sed in custodem, falsum est; cùm scriptura vocet eum maritum, & coniugem eius. Cùm autem Hieron. dixit, quòd fuit potius custos, quàm maritus: dicendum, quòd loquebatur contra Eluidium, qui asserebat Dominam nostram ex Ioseph suscepisse post Christi natiuitatem plures filios: Et quantum ad hoc dicit Hieron. quòd fuit potius custos, quàm maritus; prout maritus dicit actum consummati matrimonij, sicut nec est ille actus maritorum. Et quia sic Eluidius dixerat Ioseph esse maritum

tum Mariæ propriè dixit Hierony. quòd potius quantum ad hoc fuerat custos, quàm maritus, scilicet, quia custodiuit famam eius, & tamen non cognouit eam. Ita etiam interdum sancti Doctores dicunt aliqua de isto matrimonio, quæ videntur diminuere naturam matrimonij, sicut dicit Hieron. super Matthæum, scilicet. Cùm Ioseph vir Mariæ audieris, suspitio tibi non subeat nuptiarum, sed recordare cõsuetudinis scripturarum: q̃ sponsi viri, & sponsæ uocentur uxores. Et tamen per nuptias uidentur effici vir, & vxor. Dicendũ, q̃ accepit nuptias pro nuptiali concubitu, qui non est de substantia, & non pro contractu, qui substantiã matrimonii efficit. Cùm autem dixerunt quidam, quòd Ioseph non accepit Mariam in uxorem, sed in custodiam, quia erat senex, & non erat aptus ad copulã, est ualde irrationabile. Q̃d patet, quia si ita fuisset senex Ioseph, non posset putari pater Christi, & tamen putabatur ab omnibus pater eius. Luc.3. Ergo erat talis, de quo erat uerisimile, quòd potuisset eum gignere. Secũdò patet, quia hoc modo esset malè consultum virgini, & deterius Christo per Deum. Nam si esset ita senex, q̃ non esset uerisimile eum posse gignere, appareret manifestè, q̃ Maria non concepisset ex eo, sed per adulterium, & hoc esset deterius. Nam minus malum fuisset, si non habens virum concepisset, & putaretur fornicata: quàm, quòd nunc habens uirum putaretur adulterata, & esset effectus infamior. Etiam ipsa posset directius nunc accusari, quàm si esset soluta, & concipere. Item, quia si esset ita senex Ioseph, quòd non posset gignere, etiam esset inutilis ad labores. Et tamẽ fuit maritus necessarius dominę nostræ, vt prouideret sibi in necessariis, & defenderet eam in laboribus viarum, sicut eundo in Aegyptum. Ad quæ omnino esset inutilis, si iam esset in tali ętate, in qua eum non est uerisimile posse gignere. Et tamen, ut declaratum est præcedenti quæstione, maritus fuit necessarius virgini tam propter multas causas ex parte Christi, quam ex parte Virginis, & ad nullam proficeret Ioseph, si esset senex: ergo non erat talis, sed in ætate, in qua poterat præsumi uerisimiliter, quòd gigneret. Quartò patet, quia parentes dominæ nostræ tradiderũt illam Ioseph in coniugem, & intentio sua erat ea, quæ solet esse omnium parentum tradentium filias suas viris. Si tamen Ioseph esset senex, ut uerisimile esset illum non posse gignere, nequaquam illi darent. Patet, quòd hoc intenderent, quia si intenderent, q̃ filia sua maneret in virginitate, potius apud se ipsos illam tenerent, quàm alicui extraneo uiro seni, uel iuueni commendarent. Et si dicas, q̃ ita fieri decebat, q̃ commendaretur uiro, ut non uideretur de adulterio peperisse, redibit quod diximus, scilicet, q̃ oportebat eam tradi tali uiro in uxorem, de quo uerisimile esset, q̃ posset de illa gignere, quia aliàs maior infamia esset. Quintò, quia ad hoc, q̃ Ioseph acciperet illam in custodiam, & non in uxorem, cùm istud nunquam factum esset, oporteret, quòd reuelatum esset Ioseph mysterium, scilicet, ad quid deberet illam accipere in custodiam, & quomodo custodiret: quia aliàs ipse faceret, quod nunquam factum fuerat, cùm nulla appareret causa quare deberet illam accipere in custodiam, & tamen nõ fuit reuelatum ei quando accepit illam, cũ dicat hic Matthæus, q̃ quando uidit illam prægnantem turbatus est, & cogitauit eam dimittere, & tunc sibi reuelatum est mysterium, ergo non acceperat illam in custodiam. Sexta pars. Patet ex parte dominæ nostræ, quia ipsa non consensisset cohabitare alicui uiro, nisi esset maritus eius: nisi sibi Deus iuberet, & reuelaret ad quid ille uir erat sibi necessarius in custodiam. Et tamen, quando Virgo desponsata est Ioseph, nesciebat an paritura esset Christum: immo potius credebat, q̃ nunq̃ pareret, quia tur-

Alph. Tost. in Matt. Comm.

bata est, quando angelus dixit ei, q̃ conciperet, Luc.1. Ergo nesciebat tunc mysterium: & consequenter nõ consensisset cohabitare alicui uiro nisi daretur ei in maritum. Et ita Ioseph illam verè in coniugem accepit, & non in custodem, & erat talis, de quo verisimiliter putaretur, q̃ posset de ipsa gignere.

Quid intendebat facere Ioseph, quando accepit Mariam in sponsam. Quæst. XXXIII.

QVAERITVR, quid intẽdebat facere Ioseph, quando accepit Mariam in sponsam. Quidam dicunt, q̃ Ioseph uolebat eam accipere in coniugem ad societatem coniugalem, non tamen ad copulam carnalem, quam nunquam intendebat ab ea exigere, & credebat nunquam reddere. Hoc autem erat, quia quando Maria desponsata est Ioseph, habebat Ioseph intentionem seruandi castitatem perpetuam, sicut habebat Maria. Et q̃ Spiritus sanctus reuelauit Ioseph, q̃ Maria habebat illud propositũ: & reuelauit Mariæ, q̃ Ioseph intendebat. Et sic se acceperunt mutuo in coniuges: hoc tenet Magister. in 4. dist. 30. & aliqualiter Sanctus Tho. saltem quantum ad virginem. ea. dist. q. 2. art. 1. Et tunc sicut a principio ante contractum intendebant, q̃ nunquàm interueniret copula, ita postea seruauerunt. Alii dicunt, q̃ Ioseph a principio aliud intendebat quàm Maria. Nam postquam desponsata erat, cùm ei dixit angelus, q̃ conciperet, dixit. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? ideſt, proposui nunquam cognoscere; & tamẽ si putauisset, q̃ aliquo tempore ipsa cessaret obseruare virginitatem non oportebat dubitare, quomodo conciperet. De Ioseph dicunt, q̃ a principio intendebat accipere eam in coniugem ad procreandum prolem ex ea. Et cùm queritur ab eis, quare ergo, cùm teneret Ioseph illam in domo, non cognoscebat eam? dicunt, q̃ erat consuetudo iustorum non consumare matrimonium per copulam nisi prius uacarent orationi per aliquod tempus implorãdo diuinã misericordiam, ut patet Tob.8. cùm dixit Tobias ad Sarai, q̃ non debebant prima nocte copulari, quia erant filii sanctorum, & non debebant coniungi sicut equus, & mulus: nec sicut gentes, quæ ignorant Deum: sed q̃ prima, & secunda nocte essent in oratione, & in tertia matrimonium consumarent. Et sic Ioseph forte abstinuit per aliquos dies, quoniam erat uir iustus, sicut dicitur in litera. Hoc tenet Nicolaus, & aliqualiter Ioan. Chrysosto. Dicit autem Nicolaus, q̃ isto tempore, quo Ioseph vacabat orationi, reuelatum est sibi propositum Mariæ de seruanda uirginitate: & tunc Ioseph, & Maria ex communi consensu vouerunt uirginitatem. Nam dicit, quòd credendum est Ioseph ante hoc fuisse uirginem: quia aliàs non traderetur virgo iuuencula custodienda, nisi uirgini. Nam in passione Christus illam nulli nisi Ioanni Virgini commendauit. Dicendum, quòd prima positio est magis apta ad defendendum uotum uirginis, ita ut matrimonium cõtractum non præiudicet uirginitati, uidelicet ad hoc, quòd ipsa non exponat uirginitatem alicui periculo: cum accipiat illum, de quo certificata est, quòd maneat in simili proposito. Secunda tamen positio conuenientior est ad defendendum ueritatem matrimonii: quia quanto minus fuerit virginitas in proposito, tanto magis habet locum ueritas matrimonii, quod directè ad prolem est. Est etiam, aut saltem uidetur rationabilior absolutè ista positio quàm prima: quia non est ponendum aliquid contra consuetudinem, vel miraculosum nisi causa appareat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod tamen aliquis accipiat vxorem nunquam fit F ad virginitatem seruandam, sed ad prolem procreandam: maximè autem illo tempore, quo laudabile erat gignere, & opprobrium magnum erat manere sine liberis, ideo sumeret Ioseph vxorem ad hoc. Item si concedere vellemus, q̃ Ioseph tam sanctus erat, & vellet virginitatem seruare, quæ repugnabat statui tẽporis sui, diceremus, quòd nollet accipere vxorem, quia liberius custodiret illam non habendo vxorem, immo videbatur stultum in eo, qui erat totaliter sui iuris, velle accipere vxorem, cùm proponeret nunquã habere illum actum, qui erat propriè coniugalis: nisi diceretur, quòd Deus reuelauerat ei, quòd acciperet illam virginem in custodiam ad illud mysterium, q̃ postea secutum est: nondum tamen erat hoc reuela- G tum ei, cùm postea uidens virginem grauidam turbatus fuerit: ergo non acciperet illam in uxorem cum proposito seruandi castitatem. Sed adhuc positio Nicolai non uidetur sufficere, scilicet, quòd post contractum matrimonij fuerit reuelatum Ioseph propositum Mariæ, & quòd ambo tunc uirginitatem uouerunt. Hoc non uidetur satis rationabile, quia, aut istud propositum Mariæ reuelatum fuit Ioseph per ipsam Mariam, aut per Spiritum sanctum. Si per Mariam, non consentiret ei Ioseph, quia ista res erat ardua, scilicet, quòd ille, qui contraxerat matrimonium propter prolem procreandam, uellet seruare castitatem perpetuam. Etiam erat contra consuetudinem temporis, cum tunc nullus abstineret à maritali copula. H Etiam Maria erat puella satis tenera, cui non erat adhuc in aliquo credendum, maxime in re tam ardua, cùm nondum constaret ipsam moueri per Spiritum sanctum: ideo Ioseph non seruaret continentiam propter eam. Si autem dicas, quòd Spiritus sanctus reuelauit hoc Ioseph ad hoc, quòd ipse contineret: non stat, quia tunc declararet causam, propter quam continere deberent: cùm moueret ipsum Ioseph ad rem tam arduam, quam prius non intenderat. Et tamen non reuelauit Deus causam Ioseph, quare hoc fieret, scilicet propter conceptum de Spiritu sancto, qui futurus erat in ea, quem non cognouit Ioseph quousque Angelus postea ei dixit: ergo non fuerat ei reuelatum propositum Mariæ de continendo. I Item dato, quòd diceremus, quòd Deus uoluit reuelare Ioseph propositum Mariæ de continendo, ut ipse contineret, & non reuelaret ei causam propter quã fieret: saltem Ioseph esset certus, quòd Maria seruatura esset perpetuò Virginitatem, & quòd nullo modo circa hoc deficeret, cum significaretur ei per Spiritum sanctum ad hoc, quòd ipse propter eam contineret, & tamen Ioseph postea dubitauit de uirginitate Mariæ, immo credidit eam fornicatam, cùm uideret uterum eius tumentem, & propter hoc uellet eam dimittere: ergo Spiritus sanctus nihil reuelauerat Ioseph de proposito Mariæ ad continendum. Dicendum ergo uidetur, quòd Ioseph à principio intenderit accipere Mariam in coniugem ad procreandum liberos, & quòd semper tenuit hoc propositum usque quo uidens Virginem grauidam uoluit recedere, & K Angelus ei dixit, quòd de Spiritu sancto conceperat, tunc est uerisimile, quòd Ioseph cessauerit à proposito suo, quia ipse non auderet uiolare templum Spiritus sancti. Esset enim temerarius, si eam carnaliter uellet tangere, quam Spiritus sanctus fœcundauerat. Et sic fuit sibi tunc quasi necessitas continendi. Deus tamen inclinaret affectum eius ad hoc, ut promptè, & sine labore efficeret. Et istud uidetur rationabilius, & magis consonans literæ, & tunc nihil ponimus sine necessitate. Cùm autem quæritur, quare Ioseph ante hoc non cognouerat Beatam Virginem, satis uidebatur esse rationabile dictum Nicolai scilicet, quòd uacabat orationi. Et tamen rationabilius uidetur dicendum, quòd nondum consumauerat matrimonium, quia licèt in lege per desponsationem de præsenti tradatur coniugibus mutua potestas petendi debitum, & reddendi, erat tamen consuetudo sicut nunc est, quòd non prius petatur, nec reddatur, quàm nuptiæ publicè celebrentur, & uxor traducatur in domum uiri. Nõ erant tamen tunc nuptiæ celebratę, nec Virgo traducta in domum Ioseph, cùm dicatur infra, quòd nolebat eam traducere, uidens uterum eius tumentem. Ergo nondum erat traducta, & sic nondum fuerat locus ipsi Ioseph consumandi matrimonium. Qui autem tenent, quòd eam tenebat in domo, & nuptiarum solennitas erat celebrata, debent dicere, quòd non consumabat matrimonium, quousque uacasset orationi.

Ioseph autem vir eius cùm esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.

Ioseph autem. Hic ponitur rationabilis Ioseph dubitatio, scilicet, cùm uidit Virginem prægnantem, quam ipse non cognouerat. Nicolaus continuat istam literam dicens, quòd emisso uoto uirginitatis per Mariã, & Ioseph, Gabriel angelus uenit ad eam ignorante Ioseph, & imprægnata est de Spiritu sancto. Luc. primo. Et statim de licentia Ioseph abiit ad cognatam suam Elisabeth, ut ei prægnanti seruiret, & mansit ibi quasi tribus mensibus usque ad natiuitatem Ioannis: tunc redeunte Maria uidit Ioseph uterum eius grauidum, & incurrit magnam suspitionem, nec fuit mirum propter longam Mariæ absentiam. Et rursus tantum confidebat de sanctitate Mariæ, quòd uidebatur ei quasi impossibile, quòd ipsa peccaret, ut ait Chrysost. Dicendum, quòd istud uerum est, in quantum dicitur q̃ immediatè ut Angelus apparuit Mariæ, & fœcundata est, q̃ iuerit ad Elisabeth, quia Luca primo, Angelus, qui apparuit Mariæ dixit ei. Ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis sextus est illi. Lucæ primo. Et tunc dicitur, q̃ Maria e urgens in diebus illis abiit in montana, cum festinatione, & intrauit in domum Zachariæ. & sic immediatè iuit postquam ei apparuit angelus. Item patet, quia quando angelus apparuit Mariæ, erat sextus mensis à conceptu Elisabeth, ut dictum est, & tamen Maria stetit cum Elisabeth usque ad natiuitatem Ioannis. Lucæ primo. Et dicitur ibi, quòd mansit quasi tribus mensibus cum Elisabeth: ergo modo ut ab Angelo salutata est iuit ad Elisabeth, quia alias non posset manere cum ea tribus mensibus. Cùm autem dicitur, quòd in regressu Ioseph cognouit, quòd habebat in utero, etiam uerum est. Quia non potuit hoc cognoscere Ioseph antequam ueniret Maria ad Elisabeth, quia mox, ut ab Angelo salutata est iuit ad Elisabeth, ut probatum est, & tamen non poterat cognosci eam habere in utero, usquo post aliquot dies conceptus: nam etiam post unum mensem, quasi nihil uidetur: in regressu autem transierant iam tres menses à conceptu, & sic uterus intumuisset ret notabiliter, ita vt cognosci posset, & tunc Ioseph primò depræhendit. Nam tempore, quo illa fuit cum Elisabeth non erat Ioseph cum ea: quia ipsa manebat ibi ad seruiendum cognatæ suæ, & non erat optimum manere ibi per tam longum tempus Ioseph cum ea, maximè quia nondum erat maritus, sed sponsus, quia nondum erat celebratæ nuptiæ. Vnde manebat Maria in potestate parentum, & non Ioseph. Nam, & Ioseph non

quomodo alligatur Ioseph no traduce Mariam.

traducere id est.

non iuit cum ea in domum Zachariæ, quia Lucas nõ A facit de hoc mentionem, sed solùm, quòd Maria exurgens abiit in montana cum festinatione: & tamen aliis uicibus cùm ibant simul fit mentio de Ioseph: ut patet sequenti cap. cùm iuerunt in Aegyptum: quia dicitur, quòd Ioseph accepit illam, & puerum, & iuit in Aegyptum. Et Luc. secundo dicitur, quòd iuit Ioseph cum Maria in Bethlehem, vt profiterentur ibi. Et eo. cap. dicitur quomodo, & Ioseph, & Maria ascendebant singulis annis in die festo. Hic autem non fit mẽtio quãdo iuit ad Elisabeth. Et causa uidetur esse, quia adhuc erat sponsus, & nondum fuerat sibi tradita uirgo. Nõ potuit ergo cognoscere Ioseph, quòd haberet in utero: quousque rediit de domo Elisabeth. Quod B autem dicitur, quòd iuit Maria de licentia Ioseph ad Elisabeth, non fuit necessarium: quia nondum erat in potestate eius, sed parentum suorum: cùm nondum essent celebratę nuptię, nec ipsa tradita ei. Cùm dicitur, quòd Angelus apparuit Mariæ nesciente Ioseph, certum est: quia alias licèt uidisset eam postea prægnantem, non dubitasset de conceptu: cùm angelus prænunciasset Mariæ, quòd impregnaretur de Spiritu sancto. Fuit autem hoc nesciente Ioseph: quia ipsa adhuc manebat in domo paterna, quia nondum erat tradita uiro: & sic rationabiliter ille istam apparitionem ignoraret. Dicitur autem. *Ioseph autem uir eius.* vocatur uir, idest sponsus: quia licèt per sponsalia de præsenti sit uerum matrimonium, nondum uocantur homines viri, uel mariti, sed solùm sponsi, quosque nuptiæ C celebrentur. Nunc autem nondum erant nuptiæ celebratæ: & tamen uocatur Ioseph uir: quia scriptura solet accipere uirum pro sponso, & è contrario: ut ait Hieronymus super Matthæum. *Cum esset iustus.* Erat Ioseph uir valde iustus. Et hoc satis credendum erat, etiam si scriptura illud non expressisset. Quia non erat verisimile, quòd Deus matrem suam uirginem, & filium suum vnigenitum poneret in manibus hominis peccatoris: quia magna ex hoc pericula sequerentur: maximè cùm uirginitas Mariæ seruanda esset. *Et nollet eam traducere.* idest, nollet eam ducere in domum suam, & nuptias celebrare, scilicet uidit eam prægnantem, & sciebat, quòd ipse non cognouerat eam: arguebat necessariò, quòd ipsa fornicata fuerat. Ideo, cùm D ipse esset iustus, nolebat eam accipere: quia per hoc uidebatur fauere delicto eius: & uidebatur, quòd cùm ipsa non erubuerat fornicari antequam nuptiæ celebrarentur, minus erubesceret postquam celebratæ essent: quia liberius illud posset agere, cùm minus posset depræhendi, *Voluit occulte dimittere: scilicet*, uoluit recedere de terra illa occultè, nesciente Maria: vt non teneret eam in uxorem post fornicationem, quam putabat. Aliqui dicunt, quòd nolebat eam traducere: idest nolebat eam infamare, scilicet dicendo eam adulteram. Ideo uoluit recedere occultè. Sed dicendum, q̃ non accipitur traducere pro infamare, sed pro accipere in potestate. Nam tunc dicitur uir traducere fẽminam, quãdo eam in domum suam ducit, siue in po- E testatem accipit. Et iste est modus loquendi Iurium antiquorum: scilicet, quòd ad hoc, quòd matrimoniũ sit legittimum, mulier debet esse uiro tradita, & ab eo traducta. Et istud est accipere eam propriè, quantum ad potestatem. Sic accipit Magister in 4. di. dist. 27. scilicet, qui tamen asserunt uerum coniugium non contrahi ante traductionem, & carnalem copulam: idest, antequam ducatur sponsa in domum uiri, & accipiat potestatem in eam. Secundò patet, quia angelus persuasit facere Ioseph id, quòd ipse facere nolebat: & tamen dixit ei, Ioseph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam: ergo uidetur, quòd ipse nolebat eam accipere propter dubium ortum: ergo nol- le traducere erat nolle accipere. Tertio patet, quia Ioseph depræhendit Mariam esse pregnantem quando nondum erant celebratæ nuptiæ; sed solùm erat desponsatio facta: vt patet supra in litera scilicet. *Cùm esset desponsata Mater eius Maria inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.* & tamen quando mulier solũ est desponsata, nõdum est viro tradita, nec in domum suam traducta. Hoc ergo erat, quod uolebat facere Ioseph: & est sensus, quòd iam erat desponsatio facta, & intendebat Ioseph celebrare nuptias, & traducere Mariam in domum suam. Cùm tamen vidit eam prægnantem, noluit traducere, idest, noluit accipere eam, & celebrare nuptias. Quartò patet, quia accipiendo traducere pro infamare, non consonat literę: quia etiã dimittendo illam infamabat eam: immo si teneret eã non infamaret illam: quia uideretur concedere conceptum esse suum: dimittendo autem eam occultè infamabat eam manifestè, quia apparebat, quòd propter fornicationem eam dimittebat: quia alias non recederet à patria occultè, ut non acciperet uxorem. Quintò, quia dicitur hic, quòd Ioseph, cùm esset uir iustus, nolebat eam traducere: & sic causa quare nollet traducere erat, quia erat uir iustus: & tamen si accipiatur traducere pro infamare, non dicitur conuenienter, quòd quia erat uir iustus nolebat eam infamare, quia non solùm poterat eam infamare, cùm ipsa crimen videretur comisisse, sed etiam poterat ad mortẽ persequi. Et tamen accipiendo traducere, idest, accipere per nuptias consonat literæ: scilicet, quòd nolebat copulari, quia uidebatur adultera, & melius erat talem dimittere, quàm accipere: quia accipiendo dabat ei occasionem ad ulteriora crimina, permittendo illud inultum. Ista uidetur uera sententia literę: licèt Ioan. Chrysosto. potius teneat, quòd iam erat traducta: & quòd traducere sit hic infamare. Et idem tenet aliquo modo sanctus Thom. 3. parte summę. quæst 29. articulo secundo. Non tamen concordat satis intentio eorum literæ.

Alph. Tost. in Matth. Comm.

An Ioseph potuisset accusare Mariam ad mortem.
Quæst. XXXIIII.

QVAERITVR, an Ioseph poterat accusare Mariam ad mortem. Aliquis dicet quòd sic, quia uidebatur adulterata: & erat articulus necessarius, cùm ipsa concepisset, & uir suus non cognouisset eam. Dicendum tamen, quòd Ioseph licèt accusare posset, quòd uerisimilem causam habebat: tamen non poterat conuincere Dominam nostram ad mortem. Poterat enim Ioseph procedere contra Mariam tripliciter: uno modo tanquam fornicata esset antequam desponsaretur, uel saltem antequam nuptiæ celebrarentur. Alio modo per uiam adulterii, scilicet, quòd uiolasset thorum viri adulterando cum alio uiro. Et istud poterat esse dupliciter, scilicet in iudicio hominum, uel in iudicio Dei. De primo patet: Nam si sponsus diceret, quòd non fuerat inuenta uirginitas in puella, & hoc constaret, scilicet, ipsa non ostendente signa uirginitatis suæ, lapidanda erat. Deuteronomij. 22. Isto modo non posset condemnari Maria: quia ad hoc erat necesse, quòd nuptiæ primò fierent. Et si tunc diceret uir, quòd non inuenerat eam uirginem, oportebat quòd parentes puellæ expanderent uestimentum, idest stramenta lecti, in quo fuerat consummatum matrimonium, & ex illa erant ostendenda signa virginitatis Mariæ. Tamen nondum fuerat cognita viro, quia nondum nuptiæ erant celebratæ: ideo Ioseph non poterat

Universidad de Deusto
Biblioteca

intentare talem actionem quousque nuptiæ celebrarentur. Quod faciendum non erat. Si tamen factum fuisset:apparuisset illam virginem esse, sicut erat: & non posset conqueri Ioseph. Et si quæreretur constaret ex signis virginitatis eum calumniatum, & flagellaretur, & solueret quinquaginta siclos patri Mariæ. Deuteronom. 22. De secundo patet, quia si mulier adulterata poterat accusari in iudicio humano, & si conuinceretur lapidaretur tam adulter,quam adultera. Leuit. 20. Et sic fuit de Susanna, quæ conuicta de adulterio licèt per falsos testes educebatur ad lapidandum.Danie.13.Illum modum non poterat tenere Ioseph. Primò, quia nō constabat an fuisset adulterium. Nam dato, quòd appareret de contentu non constabat an ante contractum matrimonij fornicata esset, G vel postea,quia sic prius nō erat adulterium, & tamen istud non erat possibile probari saltem quousque pareret Maria. Licèt adhuc tunc non fiebat firma probatio propter ea, quæ sequuntur. Secundò, quia non habebat testes aliquos Ioseph ad probandum istud adulterium nisi falsos vellet inducere, sicut inducti sunt contra Susannam.Daniel.13. Alioquin accusatio non valeret, immo potius ipse condemnaretur, quia deficiebat in probatione obiecti criminis per accusationem. Si autem dicas, quòd sufficienter probaret hoc Ioseph ex euidentia rei, scilicet,quia ipsa prægnãs erat, & ipse non tetigerat eam. Dicendum, quòd ista probatio deficiebat primò, quia dato,quòd appareret eam esse prægnantem, non tamen constaret de ista H negatiua, scilicet,quòd ipse non cognouerat eam:sed potius è contrario præsumeretur,quòd ipse cognouerat eam,quia iam erat sponsa sua,& conceptus concordabat in tempore, quia imprægnata fuerat postquam desponsata erat.Luc. 1. Secũdò deficit probatio, quia si vellet Ioseph probare eam adulteratam,quia vterus erat tumens, probaret ipsa se esse virginem, quia claustra manebant illæsa, cùm manifestè hoc posset apparere iudicio matronarum,licèt iura dicant,quòd sæpe manus fallitur, & oculus obstetricum,& tamen,cùm in criminibus ad conuincendum aliquem probationes debeant esse luce clariores, & ipsa haberet rationabilem defensionem,adhuc non existente alia causa Iudices non possent iuste cõdemnare illam:nec etiam I omnino absoluere: sed in talibus requirerẽt iudicium Dei, quod Iudæi in multis requirebant. De tertio modo patet,quia aliquando viri procedebant contra vxores ex solis præsumptionibus adulterii, non existente aliqua probatione:& tunc non contendebant iudicio humano, sed diuino: faciendo, quòd mulier se purgaret per quasdam cœremonias legis.Numeri.5. Isto modo non poterat condemnari virgo, quia factis illis cœremonijs, scilicet, cùm mulier bibisset aquas amarissimas,si fornicata fuerat intumescebat venter eius, & rupto femore moriebatur: si autem non fuerat fornicata, illæsa manebat: & Deus dabat ei liberos.Numeri. 5. si & hoc iudicio purganda esset domina nostra, cùm illa esset innocens,nihil mali pateretur:ideo Ioseph nullo modo poterat virginem conuincere ad K hoc,quòd lapidaretur.

An Ioseph peccasset capiendo Ma. in vx. cum ista suspitione.
Quæst. XXXV.

QVAERITVR, an Ioseph peccasset traducendo, idest, capiendo Mariam in potestatem suam,aliquis dicet,quòd non: quia potest quis accipere in coniugem eam, quæ sæpe fornicata est, scilicet, publicam meretricem: & non solùm potest, sed etiam meretur accipiendo, & iudicatur de magnis operibus caritatis, vt patet de spon.cinter opera. Item si peccaret Ioseph accipiendo Mariã, quam credebat fornicatam, videtur quòd teneretur quilibet dimittere vxorem suam quando fornicatur, & tamen nō tenetur, sed potest eam sibi reconciliari, & manere cum ea:prima Cor.7.scilicet:Precipio,non ego, sed Dominus vxorem à viro non discedere: q si discesserit manere inuptam, aut reconciliari uiro suo. Et hoc intelligitur de causa fornicationis.j.5.& 19.ergo uxorem fornicatam potest vir sibi retinere.Item si diceretur, q vir non posset retinere vxorem fornicariam, sed dimittere illam: Christus illud expressisset q verba significantia permissionem, ergo nō tenebatur Ioseph accipere Mariam. Itē patet, ex eo quod seruat Ecclesia, & leges humanæ, scilicet,si fornicata vxore, vir consentit habitare cum ea:nemo cogit eum dimittere:per iudicium Ecclesiæ separabitur. Si tamen licitum non esset manere cum ea,iura non permitterent eum manere cum ipsa propria: sicut non permitteret si esset uxor illegitima.Sattinens ad eum in aliquo gradu consanguinitatis,uel affinitatis prohibito:nō tamẽ uetant manere,ergo potest sine peccato manere cum illa. Item si peccaret manendo cum illa cogeretur eã accusare, quia non poterat eam abiicere siue per legẽ Ecclesiasticam,siue ciuilem,nisi accusando:licèt in foro ecclesiastico procedatur solùm ad diuortium,quia Ecclesia nihil aliud potest facere, in foro autem ciuili proceditur ad sententiam capitalem in vltionem criminis.Nemo tamen Christianus cogitur accusare, cũ sit lex Christi, lex misericordiæ:& ipse neminẽ voluit accusare: sed potius accusatã de adulterio, quæ verè adulterata fuerat,ab accusatoribus defendit: iubens ei, q amplius non peccaret. Io. 8. Ergo nec nos accusare tenemur, potissimè,quia Apostolus secunda ad Tim. 2.dicit,q seruum Dei non oportet litigare: sed accusare est litigium: immo est litigium rigorosum, cum sit causa criminalis. Item si uxor alicuius fornicata fuerit,potest uir ei parcere,& si pepercerit,non stat ali quod impedimentum ad manendum cum ea: ergo non cogitur dimittere illam. Patet Mat.18.cũ Petrus quæsiuit à Christo quotiens parcendum est proximo peccanti contra nos,an solũ usque septies,& Christus ei dixit: Nō dico tibi usq; septies,sed usq; septuagies septies.Dicendum,q uidebatur aliqualiter ipsi Ioseph peccatum esse accipere Mariam celebrando nuptias, cùm crederet eam adulteratam.Hoc autem erat,quia per hoc ipse celabat crimẽ eius, & dabat occasionem ad plura.Nam si ipsa,cùm nondum esset ab eo cognita, nō timuerat, nec erubuerat fornicari,ut ipse credebat,quando manifestè depræhenderetur,minus erubesceret postquam ab eo acciperetur, quia tunc liberius posset fornicari. Et dato quòd gigneret, nō appareret an ex adulterio,uel ex marito. Est autem peccatum dare alicui occasionem peccandi, ideo Ioseph nolebat eam accipere, & hoc significat litera,cum dicit. *Ioseph autem,cum esset vir iustus,nolebat eam traducere*,idest accipere. Si tamen Ioseph credidisset,quòd accipiendo ei non daret ei occasionem ad peccandum ulterius,non uideretur,q peccaret eam accipiendo. Sed obiicietur, q etiam si Ioseph crederet, q ulterius non erubesceret fornicari, non peccaret accipiendo eam,quia sicut non erubesceret fornicari manendo cum eo, & non erubuerat prius antequam esset cum eo:nō erubesceret etiam si ipse non acciperet eam,& maneret qualitercunq;. Dicendum,q forte Ioseph credebat,q si ipse nō acciperet eam, & maneret penes parentes suos, q fortè castigaretur alio modo ne in similia incideret. Dato tñ,q putaret Ioseph,q ipsa apud quem cũq; manendo fornicaret,sicut nũc putabat fornicata,& sicut cre-

credebat,quòd fornicaretur manendo apud ipsum,nõ A peccabat dimittendo:immo etiam si putaret,q magis fornicaretur manendo penes alios,quàm penes se,nõ peccabat dimittendo,sed bene faciebat. Quia si fornicaretur manendo apud ipsum, hoc faceret in spe uelandi crimen sub colore mariti: & sic ipse Ioseph præstaret occasionem ad hoc. Volebat tamen Ioseph potius eligere, quòd alij essent sibi occasio mille criminum:quàm ipse esset illis occasio unius: cùm quilibet de suis rationem reddere teneatur. Cùm autem obiicitur de conditione uxoris secundùm legem Christi, nõ est simile propter duo.Primò,quia omnia, quæ allegata sunt tenent uerum in matrimonio consũmato: secus autẽ de non consummato. Quia illud potest dissolui saltem per introitum unius eorum in religionem: B consummatũ autem non potest sic dissolui.Ideo,cùm non possit dissolui est facilius retinere eam, quam habet, quàm non recipere eam quam nondum habet. Secundò,& præcipuè propter differentiam legis Christi ad legem ueterem. Nam in ueteri poterat matrimonium dissolui ex quacunque causa, scilicet, quia quomodocunque uxor non placeret uiro, poterat ei dare libellum repudii.Deuteronomij 24. & ibi declaratum est. Nunc autem non potest matrimonium dissolui,nec etiam propter fornicationem. Quia licèt possit fieri separatio quantum ad thorum, non separantur omnino:quia nullus eorum potest altero uiuẽte transire ad alium matrimonium:ideo,quòd aliquis C reconciliet sibi illam,quam non potest omnino abiicere,est rationabile,& non est vetitum;maxime, quia dato,quòd uir,& uxor separentur quantum ad thorum, si ipsa postea fornicatur,adhuc potest eam uir accusare: quia matrimonium manet. Est igitur semper occasio mulieri ad fornicandum sub prætextu uiri,scilicet, in quantum non accusat eam ad mortem, cùm posset accusare.Et sic pauca utilitas uidetur esse,quòd uiri separentur ab uxoribus solùm quantum ad thorum: ideo facile est uirum reconciliari mulieri fornicanti in nouo testamento;etiam si fornicetur: dum tamen ipse caueat hoc quantum poterit.Secus autem in ueteri testamento, ubi uir poterat libere dimittere uxorem ex quacumque causa etiam postquàm accepisset:ideo D si crederet uir, quòd uxor sub colore eius fornicaretur, non solùm licebat ei non accipere illam: immo peccare uidebatur accipiendo illam, cùm posset non accipere eam,sed accipere quamcumque aliam.Et ita erat Ioseph. Et per hoc patet ad omnia argumenta: quia illa tenent quantum ad uxores in nouo testamento.Et est diuersus status,& ratio,ut declaratum est.

An Ioseph peccaret occultè dimittendo uxorem.
Quæst. XXXVI.

QVAERITVR, an Ioseph peccaret dimittendo occultè vxorem. Aliquis dicet, quòd sic, quia per hoc infamabat illam, scilicet,quia apparebat,quòd propter adulterium dimisE rat illam,ergo peccabat. Dicendum,quòd non peccabat Ioseph dimittendo: quia istud faciebat tanquam iustus: cùm dicatur in litera, quòd Ioseph erat vir iustus,& nolebat eam traducere;sed occultè dimittere: iustitia tamen non habet actum malum,ergo bene faciebat.Item patet,quia si Ioseph peccaret uolendo dimittere, quando Angelus apparuit ei, arguisset illum de hoc: sed non arguit,sed solùm abstulit ei suspitionem propter quam mouebatur: ergo uidetur,quòd si verum esset,quòd suspicabatur Ioseph,quòd non peccabat dimittendo:alioquin Angelus increpasset eum, uel saltem ostendisset ei, quòd iniustum faciebat, uolendo eam dimittere.Cùm autem obiicitur, quòd in-

Alph.Tost.in Matt.Comm.

famabat eam dicendum,quòd infamare dupliciter accipitur.Vno modo,idest crimen falsum alicui publicè apponere. Alio modo uerum crimen,uel defectum, aut ignominiam alicuius declarare. Primo modo infamare semper est peccatum grauissimum: tum quia falsa dicuntur,& perniciosè: tum,quia ista redundant in magnum præiudicium eius,qui infamatur. Secundo modo infamare contingit dupliciter; quia aut habet quis causam legitimam dicendi,aut non.Si primo modo,infamare non est peccatum: quia non est proprie infamare,sed infamatum,aut se infamantem ostẽdere. Et hoc est quando quis in prosecutione iuris sui proprii publicat crimina alterius, utpote opponendo ea per uiam exceptionis, ut repellat eum ab agendo,uel testificando,uel ab aliquo honore consequendo in quo ambo sunt competentes. Et non potest aliter causam suam sufficienter prosequi, uel saltem non tam conuenienter, sicut obiiciendo illa crimina. Ita etiam quando quis in prosecutione iuris sui directè accusat alterum de crimine:quantumcumque, & qualecumque illud sit.Nam in hoc nulla iniuria fit accusato, uel ei, cui obiiciuntur crimina per ujam exceptionis:quia nemini facit iniuriam,qui utitur iure suo. Sic etiam est quando quis cogitur à iure dicere crimina alterius,sicut est de monitione fraterna,cuius tenorem obseruando possunt crimina alicuius multis publicari, si ipse non uult per primam admonitionem cessare.Matth.18.Sic etiam si quis cogatur a iudice:sicut in eo,qui producitur in testem. Nam cogitur dicere uerum de omnibus illis, de quibus interrogatur, quantumcumque sint pessima, & in præiudicium alicuius.Et isto modo non infamaret alium. Si autem accipiatur secundo modo,scilicet,quando quis sine prosecutione iuris sui,aut coactione facta a iure,uel a iudice,manifestat peccata alterius,quæ occulta erant,dicitur eum proprie infamare,& peccat: licèt illa peccata vera sint, quæ dixit: & sic, cum nunc appareret manifestè ipsi Ioseph Dominam nostram fornicatam esse: quia erat fecunda, & ipse non cognouerat eam, poterat illam iustè infamare, vel magis propriè peccata illius diuulgare: non solùm indirectè, scilicet, occultè illam dimittendo: sed etiam directè, scilicet, peccatum eius publicando, vel eam accusando. Sed objcietur, quòd non poterat iustè facere: quia non erat verum crimen, pro quo volebat eam dimittere Ioseph, siue infamare. Dicendum, quòd pro eodem accipitur in iure esse aliquid verum, vel probari esse verum tali probatione, in qua iura non dubitent. Et sic falsum probatum per testes, de quibus non constet esse falsos, habetur in iure, ac si esset verissimum. Et non requirunt iura maiorem probationem: quia maiorem habere non possunt. Ita causa, quam nunc habebat Ioseph contra Mariam, erat necessaria de iure, scilicet, concepit, ergo erat cognita ab aliquo viro. Ideo licèt posset per Deum falsificari ista probatio, sicut factum est, scilicet, concipiente ista muliere de Spiritu sancto: quantum ad Ioseph tamen, vt iuste moueretur, non videbatur differre, quòd posset falsificari, vel quòd esset simpliciter necessaria. Ideo iustè poterat eam dimittere, vel intentare contra eam quidquid intentari posset prætextu criminis præsumpti, si illud verum esset,quousque Deus, qui talem probationem falsificabat, quæ secundum naturam tenebat,responderet pro illa, quam ad hunc casum deduxerat. Et sic factum est,quia Ioseph ista cogitante contra Virginem angelus dixit Ioseph. *Noli timere,&c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cur Ioseph non fecit purgari ab infamia Beatam Virginem quam credebat fuisse fornicatam.
Quæst. XXXVII.

QVAERITVR, cùm Ioseph crederet Dominam nostram verè fornicatam, cur non faciebat eam purgari secundùm legem, vel cur non accusabat eam. Respondendum, ꝙ si accusare vellet, poterat duobus modis, scilicet, vel tanquam fornicatam ante matrimonium, vel post matrimonium. Primum non poterat, quia nondum accepe rat eam in coniugem celebrando nuptias, & consumando matrimonium. Et tamen istud habebat locum quando maritus cognouisset eam non esse Virginem. Deuteronomij. 22. Ioseph tamen nondum celebrauerat nuptias, nec eam cognouerat: ideo non poterat intentare talem actionem. Secundum modum accusationis, scilicet, quòd fornicata est post matrimonium, non poterat intentare, quia istud habet locum consumato matrimonio manente vxore in domo viri. Nunc autem non sic erat: cùm nondum esset confirmatum matrimonium inter Mariam & Ioseph: sicut nec postea consumatum est. Item quia ad talem accusationem oportebat, quòd testes produceret Ioseph contra Mariam, qui legitimè probarent. Numeri. 5. Sed testes non habebat Ioseph, quia cùm res non facta esset, non poterat ab aliquo sciri, aut uideri. Manebat ergo Ioseph solùm, quòd cogeret Mariam ad hoc, quòd se purgaret per aquas amarissimas: quia ista purgatio erat data in subsidium viris contra uxores, quando non habebant testes ad probandum adulterium, & suspicabantur contra uxores. Numeri. 5. Erat tamen dubium an Ioseph posset cogere Mariam ad subeundum istam probationem, quia illa uidetur habere solùm locum post matrimonium consumatum, quia loquitur in uiro, & uxore. Numeri. 5. Est tamen verum, si Ioseph Mariæ iuberet, quòd subiret istam purgationem, quòd ipsa non dubitaret subire, quia innocens erat. Alia causa quare Ioseph non curauit de ista purgatione fuit, quia iustus erat uir, & suspicabatur, & nesciebat ueritatem, & tamen dubitabat nunc de fornicatione, cùm uideret eam prægnantem, ideo non erat necessaria sibi ista probatio. Alia causa, vt quidam uolunt, scilicet, quia Ioseph dato, quòd uellet intentare accusationem, uel cogere Mariam ad purgationem, habuit modicum tempus: quia dum ista cogitaret, antequam posset aliquid exequi, apparuit ei Angelus Domini, qui certificauit ipsum de dubio, vt patet in litera. Dicendum, quòd hoc verum est, & tamen Ioseph non intendebat experiri aliquem modum istorum contra illam, sed iam diffinierat quid ageret, scilicet, quòd dimitteret eam occultè. Sed diceretur, quare Ioseph non consumauit matrimonium, & postea conquereretur de illa, quòd non inuencrat eam Virginem? quia tunc locum haberet illa actio. Dicendum, quòd si Ioseph adhuc expectaret, interim angelus appareret ei, & impediret ista fieri certificans eum de dubio, sicut factum est: & tamen Ioseph etiam non intendebat istud, dato quòd Angelus ei non appareret, quia fortè abominabatur eam, cùm crederet ipsam fornicatam: etiam putabat esse peccatum, quòd uellet coniungi adulteræ: maximè cùm non intenderet eam tenere in uxorem. Et sine dubio peccatum esset tunc, quia non cognosceret eam affectu maritali, sed magis ad nocendum. Et ideo, cùm esset uir iustus non faceret hoc.

F

Quare Ioseph voluit Beatam Virginem occultè dimittere, cum eam posset manifestè relinquere.
Quæst. XXXVIII.

QVAERITVR, quare Ioseph uoluit dimittere eam occultè, cum posset eam dimittere manifestè. Dicendum, quòd aliquo modo fecit Ioseph propter se, scilicet, quia si manifestè illam dimitteret, oporteret, quòd daret ei libellum repudij, quia non erat alius modus dimittendi. Nam aliàs, si mulier nuberet alteri, posset accusari: uel ille libellus, qui testabatur matrimonium dissolutum liberabat eam ab omni actione uiri, siue alteri nuberet, siue fornicaretur, sicut si uir esset mortuus, quia tunc est soluta mulier à lege uiri. ad Roman. 7. & prima Cor. 7. Non poterat tamen Ioseph dare Mariæ libellum repudii, quia solùm datur post matrimonium consumatum, ut probatum est Deuteron. 24. cùm ibi dicatur: si acceperit homo uxorem & habuerit eam, ideſt, si acceperit homo uxorem per desponsationem per uerba de præsenti, quæ faciunt matrimonium, & habuerit eam: scilicet in potestate, & domo sua consumato matrimonio, tunc si non inuenerit gratiam in oculis eius, poterit ei dare libellum. Ioseph tamen nondum tenebat Mariam in potestate, & domo sua: cùm dicatur, quòd nolebat eam traducere, ergo non poterat dare libellum repudij. Si autem credat aliquis, quòd habebat eam iam in domo: cùm tamen nondum esset consumatum matrimonium, non poterat ei dare libellum, nisi fortè uellet consumare matrimonium ad hoc, quòd posset dare libellum. Et tamen hoc nolebat Ioseph propter causas assignatas præcedenti quæstione. Ideo melius dimitteret Ioseph Mariam occultè, ut non cogeretur ei dare libellum. Secunda causa fuit ad non infamandum eam, uel ad parum infamandum. Nam si dimitteret eam publicè, etiam sine libello, oportebat, quòd conqueretur de ea: dicens se illam dimittere, quia fuerat fornicata. Nunc autem, cum occultè dimitteret eam, licèt aliquo modo infamaret ipsam, non tamen tantum, sicut si publicè dimitteret. Tertia causa, quia si Ioseph uellet dimittere eam publicè, scilicet, manendo in patria, oportebat, quòd daret ei libellum, uel accusaret eam: scilicet, quia accusatio erat pro crimine, libellus erat si mulier non placeret ei, etiam sine crimine, & tamen libellum non poterat dare nunc Ioseph propter causam suprædictam: ideo oportebat, quòd accusaret eam si publicè dimitteret. Hoc autem nolebat, quia fortè miserabatur eius, nolens, quòd occideretur: ideo uoluit occultè dimittere. Quarta causa fuit propter uerecundiam. Nam siue Ioseph accusaret eam de adulterio, siue conqueretur, erubescceret scilicet, quòd uxor eius fornicata esset, ideo, ut non cogeretur pati istam uerecundiam, uoluit eam occultè dimittere. Sed dicetur, quòd Ioseph iniustè agebat, quia cùm dimitteret illam, & non daret ei libellum repudii cogebat eam sic manere, & non poterat transire ad alium uirum, quòd posset si habuisset libellum, & sic cogebat eam. Dicendum, quòd non peccabat, quia ipsa uidebatur esse in culpa, ut maiora pati deberet, cùm uideretur ei fornicata: etiam ei erat utilius manere innuptam, quàm transire ad alium uirum, ut uidebatur Ioseph, cùm esset prægnans, & non appareret de quo uiro, ideo nihil iniustum faciebat Ioseph.

G H I K

Quomodo

Quomodo poterat Ioseph Mariam occultè dimittere.
Quæst. XXXIX.

QVAERITVR, quomodo poterat Mariam Ioseph dimittere occultè. Nam uidetur quòd non poterat: quia ad hoc necesse erat, quòd recederet de terra, & nunquam rediret ad eam: Quia si ibi maneret manifestè Mariam, scilicet, quia cogeretur dare causam, quare dimittebat, scilicet, dando libellum, uel accusando: ideo oportebat, quòd fugeret de terra. Etiã oportebat, quòd nunquam rediret ad eam: quia aliàs cogeretur tunc dare rationem, quare dimisisset illam: & hoc ipse nolebat. Et tamẽ uidetur, quòd Ioseph nõ poterat licitè dimittere terram totaliter: quia omnes Iudæi obligabantur ter in anno ascendere in templũ Domini. Exo. 23. & 24. & Deuteronomij. 14. Si tamẽ de terra fugeret, non rediturus in eam, non posset ascẽdere in templum Domini ad festiuitates istas: ipse tamen ad eas ascendebat singulis annis in templum cũ Maria coniuge sua. Luc. 2. Dicendum, quòd non obligabantur omnes Iudæi ascendere ad istas festiuitates ter in anno, nec etiam aliqua uice nisi illi, qui erant in terra Chanaan: ut colligitur Numeri. 9. scilicet, quòd ille, qui erat in peregrinatione, non cogebatur uenire ad faciendum Phase tempore suo, scilicet, 14. die mensis primi. Et tamen istud erat festum præcipuum omniũ trium: ergo à fortiori poterat tẽpore aliorum esse absens. Maximè autem, quia multi Iudæi habitabant extra terram Chanaan per omnes nationes ferè: vt patet Actu. 2. scilicet. Erant autem in Hierusalem habitantes Iudæi uiri religiosi ex omni natione, quę sub cælo est. Et nominantur ibi nationes plurimæ. Et sic Iudæi multi morabantur in omnibus illis nationibus, cùm dicatur, quòd isti Iudei audierũt Apostolos loquentes linguis ipsorum, in quibus nati erant. Ergo isti erant Iudei, scilicet, de stirpe Iudeorum: quia aliàs non vocarẽtur Iudei, sed Proselyti, uel Aduenæ: quia ita uocat eos semper lex. Et etiam. eo. cap. fit ista differẽtia: quia postquam positi fuerunt multi Iudei eorum genere dicitur, & aduenę Romani, ideſt, conuersi ad iudaismum de Romanis. Et patet magis ex eo quod sequitur, scilicet, Iudei quoque, & Proselyti. Et sic fit differentia Iudeorum, & Proselytorum. Et tamen Proselyti sunt cõuersi de gẽtilitare ad Iudaismum: ergo Iudei sunt, qui ex genere Iudeorum sunt: & tamen ibi erant Iudei ex omni natione, quæ sub cęlo est: & dixerunt se audisse Apostolos loquentes linguis, in quibus ipsi nati fuerant: ergo in omni terra erant Iudæi. De illis tamen manifestum est, quòd non ascendebant ad festiuitates ter in anno: sicut patet de Parthis, & Elamitis, qui sunt multum propinqui Orienti: & etiam si uellent non possent venire: quia eundo, & redeundo semel in Ierusalem quolibet anno expenderent quasi totum annũ. Ideo dicendum, quòd isti, qui erant extra terram Chanaan non ueniebant in templum Domini ad istas festiuitates: sed solum, qui erant in terra Chanaan. Et quia aliqui erant de eis ualde deuoti ad istas cęremonias, & omnes solennitates, & de terra sua venire non poterant: ideo volebant potius habitare in Ierusalem, ideo dicitur: Habitantes Iudæi viri religiosi ex omni natione, quę sub cœlo est. Si autem omnes Iudæi obligarentur uenire ad festiuitates in templum, obligaretur indirectè ad non habitandum in terris illis, sed habitãdum in terra Chanaan, uel in propinquissimis partibus: vt possent ter in anno uenire ad istas solennitates. Sed hoc falsum est: quia tunc omnes isti essent in malo statu, & inobedientes legi: & Iudæi, qui essent in terra non communicarent illis tanquam hęreticis, vel non obedientibus legi: & tamen communicabant cum eis, & uocabant eos fratres: sicut scribit Ualph. Tost. in Matth. Comm.

A B C D E

das Machabæus Iudæis, qui erant in Aegypto, secũdo Machabæorum primo. Item quia si illi non essent in bono statu manentes extra terra Chanaan, per hoc impediretur, & diminueretur cultus diuinus. Quia cùm Iudei essent tempore illo ueri cultores Dei: quanto in plures gentes, & terras essent dilatati, tanto magis cresceret cultus diuinus, & conuerterentur aliquæ de illis nationibus: sicut aliqui de Romanis conuersi erant ad Iudaismum: Act. secundo, scilicet & aduenæ Romani. Ergo licebat Iudæis habitare in quacunque terra: etiã si Iudæi non uenirent, uel non possent venire ad festiuitates in templum Domini. Vnde multæ gentes de istis nunquam ueniebant in Ierusalem, sed si aliqua statuta, uel declarationes, aut innouationes fierent circa statum legis, aut circa ritum viuendi: illi qui erant in Ierusalem transmittebant ista omnibus Iudæis, qui erant dispersi per alias nationes. Sic patet secundo Machabæorum primo, cùm Iudas, & populus, qui erat Ierosolymis & in Iudæa, scripserunt omnibus Iudæis, qui erant in Aegypto de festiuitate purificationis templi quam nouiter instituerant: & de die ignis, qui datus est sub Neemia, quòd ambos dies solennes agerent sicut ipsi in Iudæa facere instituerant. Et scripseruut eis causas quare hoc fecerant. Ita ergo dicendum, quòd Ioseph potetat manere extra terram Chanaan inter Iudæos in aliqua natione remota: & nunquam uenitet in Ierusalem, nec obligaretur: & sic non daret causam, quare dimitteret Mariam. Sed dicetur, quòd forte, ea quæ dicta sunt habent locum in illis Iudæis, qui semel dispersi ex aliqua causa, morabantur postea in illis nationibus: & ibi nascebantur filii, & posteri eorum: secus autem de illo, qui nunc sponte uellet recedere de terra Chanaan ad aliquas remotas partes: de quibus postea non ueniret ad festiuitatem temporibus debitis: & sic esset de Ioseph. Dicendum, quòd etiam ex causa uoluntaria licebat alicui ire extra terram Chanaan, & quòd non ueniret ad solennitates: sicut patet de negociatoribus, qui ibant ad diuersa loca extra terram Chanaan, & non poterant uenire ad faciendum Phase. 14. die mensis primi, poterant facere illue mense secundo. Num. 9. Et tamen illa est maior omnium solennitatum. Et poterant Iudæi, etiam de ipsa terra Chanaan esse absentes ex causa uoluntaria, scilicet ad lucra quęrenda per negociationes. Ergo poterat Ioseph ire in quamcunque terram uellet, cùm haberet causam satis rationabilem, etiam si nunquam rediret in templũ Domini. Quia in quacumque terra poterat seruari tota lex Iudæorum: præter quasdam cæremonias sacrificiorum. Quæ autem sint cæremoniæ legis, quæ nõ poterant obseruari, declaratum est in quadam quæstione. 4. Reg. 25.

Quare Maria non dixit veritatem rei Ioseph.
Quæst. XL.

QVAERITVR, cùm Ioseph esset ita turbatus, quòd uellet dimittere Mariam, putans eã fuisse fornicatam: quare Maria non dixit Ioseph veritatem rei, ut cessaret a turbatione. Respondet uno modo Nicolaus, ꝙ talia secreta non sunt reuelanda nisi quantum se extendit uoluntas diuina. Et ideo bene Virgo tacuit: tenẽs firmiter, ꝙ sicut istud secretũ fuerat reuelatum sanctæ Elisabeth, vt habetur Luc. 1. cùm dixit: unde hoc mihi, ut ueniat Mater Dñi mei ad me? & sic cognoscebat eã esse Matrẽ Dei: sic reuelaretur aliis, quib. esset opportunũ tpe competenti iuxta diuinũ beneplacitũ. Hoc uerũ est, & tamẽ nõ est putandũ, ꝙ Virgo obligaretur omnino tacere, ꝙa licet

regulariter tacere deberet: si tamen putaret vitam suã, aut famam defendere reuelando istud, quæ aliter periclitaretur, poterat licitè illa reuelare. Sic patet, quia nemo debet seipsum laudare, quia scriptura dicit. Laudet te alienus, & non os tuum. Prouerb. 27. Si tamen, quis non posset defendere ius suum nisi veras laudes suas proferendo, potest se ipsum licite laudare. Sic patet de beato Paulo. secunda Corin. 11. & 12. vbi se uolebat defendere contra quosdam falsos apostolos, qui cõtendebant se habere maiorem potestatem, quam Paulus, ex quo periclitabatur euangelium: ideo ipse laudauit se ibi nimium tam de reuelationibus, quam de laboribus, quam de potestate à Christo tradita: ostendendo se excedere in immensum omnes illos. Sic etiam Abdias dispensator regis Achab timens mortem, si exequeretur mandatum Eliæ: orauit ipsum ne traderet eum morti, & ad hoc enarrauit laudes proprias, scilicet, quomodo ipse pauerat prophetas Domini in abscondito, custodiens eos à facie Iezabel, 3. Regum. 18. Sic etiam regulariter non licet alicui laudare se in oratione, sicut patet de Pharisæo, quẽ Christus redarguit Luc. 18. quia dixit ieiuno bis in sabbon &c. Et tamen si quis petat misericordiam à Deo in magna aduersitate, ad hoc, quòd persuadeat Deo illud, quod intendit, potest exprimere laudes proprias in oratione, sicut patet de Ezechia, quando dixit ei Deus: morieris, & non viues, orauit dicens: Obsecro Domine: memento quomodo ambulauerim coram te in veritate, & corde perfecto: & quod placitum est coram te fecerim. Ita nunc si domina nostra putasset defendere posse famam suam coram Ioseph, reuelando istud secretum, posset reuelare. Secunda causa fuit potius, quia domina nostra non sciuit Ioseph turbatum: quia ista turbatio Ioseph durauit modicum: cùm angelus apparuerit ei, dum ista cogitaret, vt patet in litera, & abstulit turbationem. Maria tamen nondum erat in domo Ioseph, sed parentum suorũ: quia nondum erat traducta, vt patet in litera, scilicet, quòd Ioseph nolebat traducere eam. Et sic poterat esse turbatus Ioseph: & quòd virgo illud non cognosceret. Tertia causa fuit, quia dato, quòd Virgo cognosceret causam turbationis eius, nihil ei diceret, quia nõ proderat: cùm Ioseph non esset talia crediturus, quæ totaliter excedebant naturam ex testimonio vnius puellæ: maximè cùm ipsa videretur talia fingere, vt excusaret crimen suum. Quarta causa fuit, quia factum est mysterio diuino, vt per angelum magis certificaretur, & non haberet causam obiurgandi Virginem: si ipsa ei circa talia loqueretur volendo excusare illud crimen, quod manifestum apparebat.

Quare Ioseph non quæsiuit à B. Virgine quomodo conceperat. Quæst. XLI.

QVAERITVR, quare Ioseph non quæsiuit à Maria quomodo se res haberet. Dicendum vno modo, quòd non quæsiuit, quia frustra erat quærere, eo quòd non credidisse Mariæ respõdenti pro se, & volenti excusare crimen suũ. Secundò, quia Ioseph si fortè dubitaret quæreret eam prægnantem ita vt occultare non posset, ideo frustra erat quæri de re manifesta: nisi fortè Ioseph vellet quærere de modo, quo istud malum accidisset. Et hoc non curabat petere, quia cùm ipse crederet eam certissimè fornicatam, nihil uidebantur differre, an sic, vel sic accidisset, quia quocunque modo fuisset, ipse nolebat tenere uxorem fornicatam, sed illam dimittere. Tertiò, ut aliqui dicunt, factum est, quia Ioseph non habuit tempus ad hoc: cùm eo cogitante circa ista apparuerit ei Angelus Domini. Sed hoc non stat, quia quando prima vice vidit Ioseph eam prægnantem, & ex hoc cœpit turbari, potuerat ab ea quærere super hoc: ideo non omisit quærere, quasi non habuisset tempus ad hoc. Item patet, quia si intendisset Ioseph querere, non determinasset quid ageret super hoc, & tamen iam determinauerat, quòd dimitteret eam occultè. Ergo non omiserat quærere ab ea propter temporis paruitatem. Quartò fortè fuit, quia noluit obiurgari eam. Nam si loqueretur sibi de tali re, erat materia tam scandalosa, quòd forte non posset continere iram, & percuteret Virginem: sicut dicitur in l. Gracchus. C. de adult. de illo, qui occidit adulterum, quem inuenit cum uxore. Et subditur ibi causa, scilicet, quia tam iustum dolorem continere nõ potuit. Hoc autem nolebat Ioseph, quia sic publicaretur factum, & non haberet locum ad postea eam occultè dimittendum, sicut volebat. Quintò factum est, vt creditur Dei dispensatione, ne Virgo affligeretur, & malè tractaretur, quia Ioseph loqueretur ad eam de hac re: ideo Deus posuit in corde eius, quòd non loqueretur illi.

Quare ponitur hic turbatio Ioseph. Quæst. XLII.

QVAERITVR, quare ponuntur ista hic, scilicet, de turbatione Ioseph. Dicendum, quòd Matthæus intendebat hic declarare generationem Christi esse supernaturalem, scilicet, quia natus est de Virgine. Et ad hoc, ut ostenderet quomodo domina nostra erat Virgo, induxit hic dubitationem Ioseph de conceptu eius, quia nullus testis poterat esse firmior, & magis sine suspitione ad probandam virginitatem Mariæ, & conceptum de spiritu sancto quàm Ioseph uir eius. Nam cùm Maria haberet virum, si ipsa conciperet, & non de uiro suo, manifestum est, ꝙ ille turbaretur ad mortem. Et quia ille nesciret à principio, an esset hoc de spiritu sancto: necesse est, ꝙ persequeretur Mariam aliquo modo, uel ostenderet indignationem suam: ideo oportebat, ꝙ diceretur unum de duobus, s. ꝙ aut Deus reuelauerat Ioseph, quòd uxor sua conciperet de spiritu sancto antequam fieret conceptus: aut quòd Ioseph turbaretur, & conquereretur de tali conceptu. Si autem Euangelistæ tacuissent utrumque, esset suspectum euãgelium de falsitate, quia nõ uidebatur possibile, quin aliquod istorum duorum accideret: & sic uideretur euangelium fictum. Ideo Matthæus, qui primus fuit, curauit reddere rationem de hoc, ne alicui ex isto susspitio oriretur. Considerandum autem, ꝙ licèt exprimendo alterum istorum tolleretur suspitio nobis de falsitate euangelij: tamen conuenientius fuit, ꝙ Ioseph permitteretur turbari, quàm ꝙ ei à principio reuelaretur, ꝙ vxor sua de spiritu sancto conciperet. Quia istud erat magis naturale, s. ꝙ ipse uiso illo conceptu turbaretur, & etiam magis certificabat, cùm diceretur post conceptum, ꝙ ante: quia iam non poterat esse dubium, an de illo conceptu, uel de aliquo alio postea futuro intelligeretur. Cùm autem Angelus certificauit eum de illo conceptu iam præterito; non poterat esse dubium circa illud. Et sic conuenienter declaratur, quòd conceptu uiso turbatus fuerit Ioseph. Quòd tamen ipse postea desineret turbari, & consentiret cohabitare in pace ei, quam dimittere disposuerat, satis arguitur, etiam si nihil aliud Euangelista exprimeret, quòd Ioseph inuenit conceptum illum non esse adulterinum: & ideo placatus est. Et ideo, licèt nos, qui iam fidem tenemus credamus ex eo quòd sic scriptum est: tamen anteꝙ homo fidem recipiat, oportet ipsam scripturã, quæ credi debet, continere res aliqualiter verisimiles, & quòd non appareant fictę prima facie, & sic Euangelista curauit historiam verisimilem reddere: & sic posuit turbationem Ioseph ad probationem virginitatis Mariæ, quia nullum testimonium conuenientius reddi poterat, sicut ait Ambrosius super Lucam, scilicet, locupletior testis pudoris maritus adhibetur, qui posset dolere iniuriam, & vindicare opprobrium, si nõ cognosceret sacramentum.

Quid faciebant parentes Beatæ Virginis videntes eam prægnantem. Quæstio XLII.

QVAERITVR, quid parentes Virginis faciebant, cùm viderent eam prægnantem nondum factis nuptijs. Quidam dicunt, quòd hoc nondum cognouerant; ideo non turbabantur: nec aliquid faciebant. Et hoc erat verisimile, quia istud durauit pauco tẽpore. Et illud Spiritus sanctus abstulit dubium Ioseph. Et sic nec ipse, nec parentes virginis potuerunt vltra de nouo dubitare, aut dubitationem antiquam tenere. Dicendum, quòd non stat. Primò, quia ista res non poterat latere. Nam quando venit Maria de domo Elisabeth erant iam tres mẽses fœcunditatis elapsi, scilicet, quia Maria antequam iret ad Elisabeth conceperat cùm apparuit ei angelus Lucę primo, & etiam ipsa Elisabeth vocauit Mariam matrem Domini quando introiuit primò ad eam. e. c. Et tamen post hoc mansit Maria cum Elisabeth tribus mensibus. eod. cap. Ergo quando postea rediret non poterat iam occultari fœcunditas eius parẽtibus, sicut nec sponso occultata est, quia eo tempore ipse deprehendit eam esse prægnantem, vt supra declaratum est. Secundò patet, quia adhuc facilius erat, quòd parentes cognoscerent Mariam fœcundam, quàm Ioseph, quia tunc manebat in domo eorum, & non sponsi: cum nondum traduxisset eam, vt patet in litera. Etiam, quia ipsa non tantum erubesceret parẽtes sicut sponsum, & magis se occultaret ab eo, & tamen ipse cognouerat eam fœcundam: ergo parentes non poterant ignorare, maximè mater, quæ circa talia esset magis solicita, & non erubesceret diligenter quæcunque videre, quia ambæ erant mulieres. Dici ergo potest duobus modis. Vno modo, quòd parentes non fuerunt turbati, quia ipsi cognouerunt hoc secretum, scilicet, reuelante Maria, vel reuelante eis Elisabeth, quæ illud Spiritu sancto docente agnouerat. Et licèt fortè modicum a principio turbarentur, cognita mox veritate, vt dictum est, cessarent. Aliter potest dici, quòd parentibus non fuit reuelatum istud secretum quousque fuit Ioseph reuelatum, & quòd ipsi turbabantur sicut Ioseph: scriptura tamen nihil ponit de turbatione eorum, quia turbatio Ioseph non fuit hic posita nisi in quãtum per eam rationabiliter probaretur virginitas Mariæ, & vt Euangelium non videretur esse fictum. Turbatio tamen parentũ non proderat ad hoc: quia etiam si Maria fuisset verè fornicata, verisimile erat de parentibus, quòd tacerent, & occultarent crimẽ filię: & non fuit conueniens, quòd diceretur, quòd parentes turbati sunt, & tamen quòd Spiritus sanctus reuelauit eis veritatem cõceptus, & sic cessauit turbatio, quia tale testimonium erat valde suspectum, scilicet, quia diceretur, quòd ipsi ad excusandum crimen filiæ suæ, & propriam infamiam ista confinxerant. De marito autem non erat sic credendum: quia, cũ ipsa non esset de cognatione eius, magis vellet honorem proprium, quàm illius incolumitatem, ideo si verè inueniret eam fornicatam esse, cùm posset illam dimittere secũdùm legem, vel accusare ad mortem, faceret hoc potius, quàm quòd illam acciperet. Et tamen licèt prius incepisset turbari, postea accepit eam, & tenuit in pace tota vita, & diligenter ei seruiuit: ergo non reperit eam fornicatam, sed de Spiritu sancto cõcepisse. Debuit ergo poni hic de turbatione Ioseph, non tamen de turbatione parẽtum: licèt illi turbati fuissent, & verè accidisset, quòd non cessaret eorum turbatio, quousque veritas per Angelum reuelata est. Sed obijcietur, quòd tunc parentes Virginis affligerent eam quotidie, quod esset inconueniens. Dici posset, quòd ipsa tunc reuelaret eis, & sic cessarent eam affligere. Maximè, quia Mater sua Anna poterat experiri eam esse Virginem attractando claustra fœminea, quæ reperiret illæsa: sicut de iure fit sæpe probatio si aliqua dicat se esse virginẽ per hoc, quòd matronæ circa hoc prouidę tractent, & videant. Et sic pater, & mater cessarent affligere illam. Aliter potest dici, quòd etiam si ipsa nihil dixerit eis, pauco tempore affligeretur, quia pauco tempore istud durauit. Nam verisimile est, ꝙ illico, vt redijt Maria de domo Elisabeth, Ioseph videret eam, quia erat sponsus, & illa fuerat absens per tres menses, ideo veniret illico ad videndum eam. Et quia fœcunditas erat iã magna non posset celari, & sic mox agnosceret Ioseph: ita, vt non prius parentes, quàm Ioseph agnoscerent. Dico autẽ non prius, scilicet, non in aliquanto tempore, in quo possent eam super hoc molestare. Et tamen mox, vt Ioseph dubitauit, certificatus est, scilicet, sequẽti nocte in somnijs, vt colligitur ex litera, ergo non fuit tempus aliquantum, in quo virgo posset affligi à parentibus suis super hac re. Dicendum tamen est, quòd si parentes aliquid inquirerent a Virgine, aut vellent eam molestare super hoc: ipsa responderet aliquid. Nam si nihil omnino responderet, esset inobediẽs parentibus, & peccaret: maxime tenẽdo eos suspensos in tali re, in qua valde affligerentur: si autem responderet, aut falsum diceret, aut verum. Non est autem verisimile, quòd diceret se fornicatã, quia mentiretur, & infamaret seipsam, & filium nasciturum: oportebat ergo, quòd verum diceret asserendo se virginem, & quòd per Spiritum sanctum concepe rat. Aliter potest dici, & tollentur omnes istæ difficultates, scilicet, quòd fortè Ioseph agnouit esse Mariam prægnantem, dum erat in domo Elisabeth, & tunc cogitauit eam dimittere occultè, & Angelus apparens certificauit eum, & sic antequam virgo rediret in domum parentum, esset certificatus Ioseph: & possent ipsi conuenienter certificari, ante quam viderẽt filiam prægnantem, & sic non possent eam affligere, sed quidquid istorum teneamus, nihil differt.

Hæc autem eo cogitante, ecce angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est: pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam, dicentem: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabitur nomẽ eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus.

Hæc autem eo cogitante. Hic ponitur ipsius Ioseph diuina certificatio. Et diuiditur in duo. Quia primò ponitur certificatio eius quantum ad intentum. Secundò ostenditur certificatio per effectum, ibi. *Exurgens*

Universidad de Deusto
Biblioteca

gens autem. Prima in duas, quia primò ad certificationem ipsius ponitur testimonium angelicum. Secundò ad fidei nostræ confirmationem producitur testimonium propheticum, ibi. *Hoc autem totum factum est.* Circa primum dicitur: Hæc eo cogitante, idest, dum Ioseph cogitaret, quid ageret super conceptu virginis, quem credebat adulterium, & determinasset, quòd dimitteret eam occultè, apparuit ei angelus. Et intelligendum est, quòd Ioseph habuit istam dubitationem die, qua primò vidit uterum Virginis tumentem, & sequenti nocte apparuit angelus ei: cùm dicatur, quòd in somnis apparuit. Et non est dicendum, quòd aliquot diebus postquam cœpit Ioseph habere istam turbationem manserit in ea: quia tunc dimisisset Virginem occultè, sicut diffinierat, vel processisset ad aliquem actum per quem diffamaretur aliqualiter Virgo: ideo mox angelus apparuit Ioseph. Quod significatur, cùm dicitur. *Hæc eo cogitante.* Idest, non intercidit aliquantum tempus, sed tunc quando ista cogitabat Ioseph, apparuit ei angelus, scilicet, sequenti nocte. Et adhuc diceremus, quòd ipso die quo cœpit dubitare apparuisset angelus, nisi diceretur, quòd apparuit in somnis, quod ad noctem pertinet. *Ecce angelus Domini.* Quis esset iste angelus non constat, sed satis erat verisimile, quòd esset Gabriel: quia ille erat specialis minister Virginis: cùm ipse ad illam salutandam missus fuerit. Luc. 1. *In somnis apparuit.* Idest, apparuit Ioseph dormienti: quia hoc est apparere in somnis, & dixit quæ sequuntur. An verò dormiret Ioseph, vel uigilaret, & an verè angelus iste locutus sit, infra dicetur. *Ioseph fili Dauid.* Vocauit eum filium Dauid. Sic dicitur Luc. 1. quòd Elisabeth erat de filiabus Aaron: tamen Aaron non genuerat eam, sed erat de stirpe eius. Et vocauit eum filium Dauid: quia loqui volebat sibi de illo, qui erat specialiter filius Dauid, infra 21, cùm populus dixit: Osanna filio Dauid, idest, Messiæ, & quando Christus quæsiuit à pharisæis de Christo, idest, de Messia cuius filius sit, dicunt ei: Dauid, infra 22. quasi dicat. Ioseph fili Dauid, idest, cùm tu sis filius Dauid, non mireris de conceptu vxoris, quia in ea genitus est ille, qui vocatur specialiter filius Dauid. *Noli timere accipere Mariam.* Timebat Ioseph accipere Mariam, quia putabat eam fornicatam. Et cùm esset vir iustus, nolebat illam accipere ad cohabitationem, sed dimittere eam. Et angelus dicit. *Noli timere.* Idest, non dubites accipere eam, scilicet, ad solam cohabitationem: non autem ad consumandum matrimonium. Nam etiam si angelus hoc specialiter ei non prohiberet, cùm ipse esset vir iustus, nequaquam auderet violare templum Spiritus sancti, scilicet, volendo eam carnaliter tangere, quam Deus speciali sanctificatione fecundauerat. Et hoc appareret, quòd sic accipiebat traducere, idest, accipere in domum, vel in potestatem suam, cùm dicatur supra, quòd Ioseph nolebat illam traducere, & hic dicitur, quòd non timeat illam accipere. Et tamen hic contrarium iubetur ei facere eius quod ipse volebat. *Coniugem tuam.* Veri coniuges erant, cùm esset verum matrimonium inter eos per verba de præsenti, per quod contrahentes vocantur coniuges. Et sic Ioseph vocatur vir Mariæ, idest, maritus, scilicet, Ioseph virũ Mariæ. Et iterum: Ioseph autem vir eius, cùm esset iustus. Consuetudo tamen tenet, quòd ante consummatum matrimonium vocentur sponsi, consummato aũt matrimonio vocẽt cõiuges. Hic aũt nulla matrimonij consummatio fuerat, nec postea fuit, sed more scripturæ accipitur maritus pro sponso, & è contrario: vt ait Hieronymus super Matth. scilicet: Cũ legeris Ioseph virum Mariæ, nulla tibi subeat suspitio nuptiarum, sed recordare consuetudinis scripturarum,

F in quibus sponsi coniuges appellantur. *Quod enim in ea natum est.* Idest, quod in ea conceptum est, quia natiuitas propriè non est nisi exitus de vtero, conceptio autem est formatio in vtero, & conceptionem vocauit hic natiuitatem. Et sic ponit scriptura duas natiuitates vnam in vtero, & aliam ex vtero. Ista est causa supradictorum, quasi dicat. Non timeas accipere Mariam: quia non fornicata est cum aliquo, sed de Spiritu sancto fœcundata est. *De Spiritu sancto est.* Idest, non concepit de homine, sed de Deo, scilicet, miraculosè sine concubitu. Et dicitur hic Spiritus sanctus tota Trinitas: quia ista operatio, & generaliter omnes operationes Dei ad extra sunt simul ab omnibus tribus personis tanquam ab unico principio: quia Deus non

G est principium istarum rerum sub ratione personæ, sed sub ratione naturæ, quæ eadem est in tribus. Quare autem magis dicatur de Spiritu sancto concepisse, quàm de patre, vel filio, infra dicetur. *Pariet autem filium.* In hoc etiam certificabatur Ioseph: quia cùm postea videret, quòd natus erat masculus, appareret, quòd angelus non mentitus fuerat ei, & sic constaret quòd de Spiritu sancto conceperat sicut angelus dixerat. *Et vocabis nomẽ eius Iesum.* Hoc dixit angelus ipsi Ioseph: quia ad ipsum pertinebat imponere nomẽ puero, cùm reputaretur tanquam pater. *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Reddit cã noĩs. s. qa Iesus interpretat̃ Saluator, & oñdit angelus, ꝙ istud nomen rectè conueniebat puero propter effectum,

H quia ipse saluaret oẽs hoĩes. s. per mortem suam. Et dicit. *Populum suum.* Idest, Iudæos, qui erãt populus Christi. s. quibus spãliter promissus erat Messias: sicut ipse dixit. Non veni nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel, infra 15. scilicet, principaliter, & tamen consequenter venit ad omnes homines: ideo omnibus iussit prædicari Euangelium, & fidem accipere, infra 28. & Mar. 16. immo si propriè loquamur principalius venit Christus propter Gentiles, quàm propter Iudæos, cùm paucissimi numero de Iudæis saluati sunt, conferendo ad illos, qui de gentibus Christo crediderunt, & saluati sunt. Et hoc significauit ipse, dicens: Non est mihi voluntas in uobis, ab ortu solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus. Dici-

I tur tamen principalius venisse propter Iudæos, idest, prius ordine temporis, vel cuiusdam dignitatis accidentalis, scilicet, quia eis promissus fuerat. Dixit autẽ angelus ad Ioseph, quòd saluum faceret populum suum, ad ostendendum, quòd ipse erat Messias, qui sperabatur à Iudæis, tanquam redempturus Israel: sicut etiam discipuli Christi dixerunt ei ascendenti in cœlum: Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Et dixit. *A peccatis eorum.* Ad ostendendum, quòd Christus non veniebat ad redimendum homines, ab aliqua temporali miseria, sed à iugo peccati, vt essent apti ad regnum cęlorum, quod multo excellentius est, quàm regnum temporale. Iudæi tamen putabant, quòd Messias redimeret eos à temporali

K seruitute, & deduxisset regnum Israel ad prosperitatem maiorem temporalem, quàm fuerat sub Dauid, & Salomone, & cæteris regibus, propter quod plurimi Iudæorum non receperunt Iesum in Messiam: quia non liberauit aliquid de temporali regno. Et ista erat quasi communis intentio omnium Iudæorum tempore Christi. Vnde mater filiorum Zebedæi petiuit à Christo, vt sederent duo filij sui vnus ad dexteram Christi, alius ad sinistram in regno suo. Vnde ipse dixit eis, nescitis quid petatis, quasi dicat. Putatis regnum meum esse temporale, & non est tale, quia regnum meum non est de hoc mundo, sicut ipse dixit Ioan. 18. In hoc etiam ostendebatur Iesum esse uerũ Deũ: quia nemo poterat saluare à peccatis nisi Deus.

Vnde

Vnde propter hoc Iudæi dicebãt sæpe Christo, quòd blasphemabat; eo quòd dicebat aliquibus: dimittuntur tibi peccata tua. Christus autem saluauit nos à peccatis in quantum ipse per mortem suam tollerans pęnas debitas nobis, satisfecit toti trinitati. Et ablata est obligatio, qua nos tenebamur ad mortem ęternam propter peccata, sicut dicit Apostolus ad Colos. 3. scilicet. Delens, quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. Hoc autem solus Iesus facere poterat: quia ipse solus poterat mereri in infinitum: ideo ipse solus potuit hominem saluare à peccatis. De hoc magis declaratum est supra in prologo Hieronymi super Matthæum, qui incipit. Matthæus ex Iudæa. *Hoc totum.* Hoc ponitur ad certificationem nostræ fidei testimonium propheticum. Et dicitur. *Hoc totum factum est.* Ista sunt verba Matthæi, quia angelus non dixit Ioseph nisi vsque ad locum suum, scilicet. *Saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Et dicitur hoc totum, scilicet, intelligendo ab illo loco, scilicet, quòd in ea natum est. Nam quod supra habetur de turbatione Ioseph, & apparitione angeli non factum est propter ea, quæ sequuntur: quia in auctoritate Isaiæ, quæ hic ponitur, non fit mentio de turbatione Ioseph. Sciendum, quòd duo dixit hic angelus. Primum est de virginitate Mariæ, scilicet. *Quod enim in ea natum est. De Spiritu sancto est.* Secundum est de nomine pueri, cum ait. *Vocabis nomen eius Iesum.* Ista duo ostendit Matthæus ex auctoritate Isaiæ. Primum, cũ dicitur, ecce virgo concipiet, & pariet filium. Secundum, cùm dicitur, & vocabitur nomen eius Emmanuel: qui ad idem reddit quod Christus, vt infra declarabitur. *Vt impleretur, quòd dictum est à Domino, per prophetam.* Scilicet. Isai. cap. 7. Cùm autem dicitur, ꝙ factum est hoc vt impleretur illud, non est sensus, ꝙ propter hoc facta fuerunt, quę habentur hic. Nam Christus non natus est de Virgine, nec vocatus est Iesus: quia Isai. illud prædixit: sed potius Isai. illud prædixit, quia Deus volebat, quòd aliquo tempore sic fieret. Manifestum est autem, qnòd non sunt res propter verba, sed verba propter res, extra de verborum significat. c. intelligentia, scilicet. Intelligentia verborum ex causis dicendi assumenda est: quia non res sermoni, sed rei est sermo subiectus. Est ergo ordo, quia Christus natus est de Virgine, & vocatus est Iesus: qa Deus sic voluit: Et ipse voluit sic: quia ita volebat salutem nostram procurari, & quia sic volebat, aliquo tẽpore facturum esse prædixit illud per prophetas antequam fieret, vt quando fieret crederemus, sicut Christus dixit apdstolis. Hoc dico vobis antequã fiat, vt cum factum fuerit credatis. Ioan. 14. Cùm tamen dicitur hic. *Hoc totum factum est, vt impleretur quod dictũ est per prophetam.* Non tenetur causaliter, sed comitatiuè, idest, quando hoc totum factũ est, scilicet, quòd Christus natus est de Virgine, & vocatus est Iesus: impletum est, quod dictum est per prophetam, & ita exponendum in multis alijs locis scripturæ, vbi similis locutio reperitur. *Ecce Virgo in vtero habebit.* Isai. 7. dicitur: ecce Virgo concipiet. Sed idem est concipere, quod habere in vtero, quia dum manet fætus in vtero, dicitur conceptio, & quando prodit in lucem dicitur natiuitas. Et iste est modus loquendi Matthæi, qa scilicet, dixit supra, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto, idest, concepisse de Spiritu sancto. *Et pariet filium.* Idest, ista puella concipiet Virgo existens, de quo infra dicitur. *Et vocabitur nomen eius Emmanuel.* Nunquam Christus sic vocatus est: quia solùm vocabatur Iesus, tanquam nomine proprio, & aliquando vocabatur quodam nomine appropriato, quod non erat personale, scilicet, Christus, vel Messias, vt patet

A supra, scilicet. *De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* Vocatur tamen Iesus Emmanuel: quia ita est, quòd in eo est verè Emmanuel. Nam Emmanuel interpretatur nobiscum Deus, idest, cùm natura nostra Deus, scilicet, natura humana simul cum persona diuina: quod soli Christo conuenit, qui simul est Deus & homo, & vtrumque plene. Cõsiderandum, quòd in hoc vult probare Matthæus illud, quod dixerat angelus, scilicet, & vocabis nomen eius Iesum, & propheta dixit, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Et sic vult idem nomen esse Iesus, & Emmanuel. Et verum est, quia Emmanuel significat Deum & hominem simul, scilicet, in eodem supposito, & hoc significat Iesus, quòd interpretatur Saluator, maximè cùm ange-

B lus dixerit, quòd saluaret populum suum à peccatis. Hoc autem non poterat facere nisi qui esset simul Deus & homo, scilicet homo, vt pateretur: Deus autem, vt per hoc in infinitum mereretur. Et sic vocare aliquem Iesum, idest saluatorem, si verum est, quòd saluat, nihil aliud est, quàm vocare eum Deum, & hominem. Idem ergo nomen est Emmanuel, & Iesus, & hoc vult Matthæus: quia aliàs auctoritas Isaiæ non faceret ad propositum suum. *Quod est interpretatum nobiscum Deus.* Istud non est de litera Isai. sed apposuit illud Matthæus: quia Emmanuel est nomen hebraicum, & voluit illud exponere Matthæus, & dixit. Qđ interpretatur nobiscum Deus: quia Emmanu in Hebræo, idem est, quòd nobiscum: el significat Deum.

C & sic multotiens Euangelistæ faciunt ponẽtes interpretationem aliquorum nominum Hebræorum. De expositione istius auctoritatis Isaiæ ad probandũ, quomodo intelligatur de materia, & de varietatibus Hebræorum circa illam, & confutationibus dictorum suorum non est hic dicendum, quoniam longũ valde esset, maximè quia Isaiæ 7. est proprius locus, & latè de hoc diximus in quodam libello nostro, qui solum est de expositione istius auctoritatis.

Quare Matthæus hic dixit, quòd Emmanuel interpretatur nobiscum Deus. Quæst. XLIIII.

D QVAERITVR, quare Matthæus hic dixit, quòd Emmanuel est interpretatum nobiscũ Deus. Respondetur, quòd sicut dictum est fecit hoc: quia Emmanuel est nomen Hebraicum, & sæpe Euangelistæ exponunt talia nomina, vt patet Mar. 5. scilicet. Et tenens manum puellæ, ait Taitalcumi; quod est interpretatum, tibi dico puella surge. Et Ioan. primo dicitur: inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus. Sed dicetur, quòd alij Euangelistæ potuerunt rationabiliter ponere istas interpretationes, quia illi scripserunt in græco, vt ait Hieronymus in prologo, qui incipit. Beatissimo Papę Damaso: ideo quando allegantur aliqua verba, quæ Christus, vel prophetæ dixerunt in hebræo, conueniẽter illa exponuntur interpretando in græcum, in quo

E scribebant, & tamẽ Matthæus scripsit in hebræo, ideo non videtur, quòd posset interpretari nomina hebręa. Nam nihil hoc proficiebat: quia manebat in eadem lingua, & esset exponere idem per idem. Aliquis dicet, quòd Matthæus à principio scripsit in hebræo, & postea scripsit in græco, & sic dimisit duo originalia de manu sua. Hoc tangit Hieronymus in lib. de Illust. viris. cap. de Matthæo, & tunc dicunt, quòd in primo exemplari, quòd scripsit in hebręo non erat interpretatio aliqua: quia erat eadem lingua, sed in exemplari, quod scripsit in græco, posuit istam interpretationẽ, scilicet, de hebræo in græcum. Dicendum, quòd hoc nõ stat. Primò quia si Matthæus scripsisset in hebræo, & in græco, non addidisset, nec mutasset verbum aliquod

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod potius in uno, quàm in alio: quia aliàs non viderentur esse exemplaria eiusdem Euangelistæ. Secundò patet, quia, quòd Matthæus scripserit in græco, dubium est: vt ait Hieronymus vbi supra. Omnes autem asserunt Matthæus scripsisse in hebræo, & testatur Hieron. fuisse exemplar Matthæi hebraicum in bibliotheca famosa Cæsariensi Pamphili Martyris, & sic per illud facta est translatio Euangeliorum, cùm de originali græco ignoretur, an fuerit, & tamen omnes codices habent istam interpretationem: ergo in exemplari hebræo erat, cùm ex illo translationes factæ sint. Aliquis dicit, quòd Matthæus scripsit solùm in hebræo, & non posuit ibi interpretationem istam, nec alias, sed, quòd scriptores primi addiderunt, quando cõuerterunt de hebræo in græcum, vel de hebræo in latinum. Dicendum, quòd nõ stat, quia nullus scriptor auderet apponere quicquam in sacra scriptura: quia maledictus esset, qui uellet ei addere saltem vnã literam, vel detrahere vnum apicem: quia per hoc homo vellet infamare Spiritum sanctum, cùm tota sacra scriptura per eum ditata sit. 2. Pet. 1. & vellet homo ea, quę sunt de ingenio suo ascribere Spiritui sancto. Est ergo dicendum, quòd Matthæus hoc posuit in suo exemplari quod scripsit in hebræo: & satis potest fieri interpretatio, vel etymologia in eodem idiomate, quando aliquod nomen compositum corruptè, vel saltim ex partibus, quæ non videntur integræ per illas exponitur, sicut cùm dicimus lapidis, idest, lædens pedem, petra, idest pede trita. sic Emmanuel est vnum nomen compositum in hebræo, & Matthæus exposuit illud per multa nomina simplicia æquiualentia illi in significando. Ratio autem præcipua fuit, quia aliquis posset putare, quòd Emmanuel erat nomen proprium sicut Iacob, uel Isaac: & tunc nullum mysterium inducebat, nec faciebat ad propositũ Matthæi, cùm ipse inducat istam auctoritatem ad ostendendum, quòd Iesus, & Emmanuel sunt idem nomẽ, ideo declarat, quòd sit nomen appellatiuum. Et hoc ostendit per interpretationem, scilicet, quia interpretatur nobiscum Deus, qnasi dicat, non ponitur istud nomen tanquam nomen personale alicuius hominis, sed solùm, vt appellatiuum ad significãdum hoc, quod est Deum esse nobiscum. Et tunc conuenit intentioni suæ: quia per istam interpretationem Iesus, & Emmanuel sunt vnum & idem. Et si non interpretaretur ita, vt sit nomen appellatiuum, nihil magis cõueniret Emmanuel cum isto nomine Iesus, quã istud nomen Abraham, vel Isaac. Istud facit sæpe errorem inter latinos, & hebræos: quia idem nomen in hebræo potest accipi tanquam cõmune, vel tanquam proprium, & quidam accipiunt illud tanquam commune, & alij tanquam proprium, sicut patet. 3. Reg. 22. & secundo Paralipom. 18. cùm dicitur: Ducite eum ad Amon principem ciuitatis, & ad Ioas filium Amalech. Vbi nos dicimus Ioas filium Amalech dicitur in hebræo Ioas Abimelech. Et accipiunt Hebræi illud pro nomine appellatiuo, & significat Abimelech filium regis: quia Melech significat regem, & Ben, significat filium. Hieronymus autem accepit tanquam nomen proprium Amelech dicens Ioas filium Amelech. In talibus autem, an nomina accipiantur, vt propria, an vt communia, non potest sciri nisi ex ipsa cõuenientia sententiæ: ideo, vt tolleretur æquiuocatio circa talia nomina, maximè vbi mysterium aliquod importatur, oportuit fieri interpretationes. Et sic fuit hic. Et quia Matthæus habet totum vigorem probationis suæ hic ex isto nomine, quòd accipiatur, vt cõmune, & non vt proprium, interpretatus est illud.

Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus Domini, & accepit coniugem suam. Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum, & vocauit nomen eius Iesum.

Exurgens autem. Hic ponitur ipsius Ioseph certificatio per effectum, scilicet, quia in somno certificatus fuit per reuelationẽ angeli, post somnum autem certificatus est per effectum, uel potius nos certificauit, quia ex hoc, quòd ipse turbatus prius fuerat propter Virginis conceptum, & uolebat eam dimittere, nunc autem cùm angelus ei locutus est, accepit eam in pace, & non tangebat eam carnaliter. Ergo apparet, qꝫ crediderat eam de spiritu sancto grauidam, & propter hoc tenebat eam, & nõ tangebat illam, scilicet, quam Deus imprægnauerat. Et dicitur. *Exurgens autem Ioseph à somno*. Omnia, quæ supra dixerat Angelus Ioseph fuerunt in somnis. Euigilauit ergo Ioseph post hoc, & surrexit illico, ut sine mora exequeretur præceptum angeli: fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, scilicet, quòd accepit Mariam coniugem suam: & nihil dubitauit iam de conceptu eius. Et quando natus est puer imposuit ei nomen, quod angelus dixerat, quia nihil aliud præcepit, ut patet supra in litera. *Et accepit coniugem suam*. idest, accepit Mariam, quæ erat uxor sua, cùm esset uerum matrimoniũ inter eos, per quos efficiuntur coniuges: licèt nulla copula intercesserit. Et dicitur accepit eam, scilicet, ad cohabitationem, & ad alia obsequia coniugalia. Nam quidquid maritus pro coniuge facere debebat, hoc Ioseph faciebat pro Maria: & quidquid est, in quo uxores uiris seruiunt, in illo Mara uiuit: ita ut cessaret ab obsequiis humilitatis. Erat igitur subdita Ioseph uiro suo, cùm & ipse Deus, qui de ea natus est, subditus esset utrique. Luc. 2. scilicet. Et erat subditus illis. Solus autem concubitus fuit, qui in hoc matrimonio defuit: ut ait August. in lib. de bono coniugali. Et iste non dicitur uerè defuisse, sed non fuisse: quia illud dicitur deesse, qꝫ rei necessarium, uel utile est. Concubitus autem non erat necessarius in hoc matrimonio, cùm sine illo proles esset: concubitus tamen ad prolem ordinatur. Non etiam fuit utilis, quoniam potius fuisset inhonestus, si templum spiritus sancti aliquis temerare auderet. *Et non cognoscebat eam*. Scilicet, non cognoscebat carnaliter. Hoc ponit Matthæus, quòd nõ solùm Maria concepit Christum de spiritu sancto, quia antequam ista dicerentur iam Maria habebat in utero, ut patet in litera, sed ad ostendendum, qꝫ etiam postea Virgo permansit. Quidam exponunt hoc de cognitione dignitatis, scilicet, quòd postquam concepit Maria quousque peperit non cognoscebat eam Ioseph, ideſt, non poterat cognoscere quantæ dignitatis erat, sed postquam peperit, cognouit eam, ideſt, quantæ dignitatis ipsa erat, scilicet, quia à conceptu usque ad partum dignitas virginis erat inæstimabilis, qui erat dignior toto sęculo: cùm eum, quem totus orbis capere non poterat, in sui uteri angustiis perfectè contineret. Et tunc stat propriè ista dictio, donec: & non potest fieri aliqua calumnia. Sed dicendum, qꝫ iste non est sensus literæ: nam ad innuendum talem cognitionem, non sunt ista uerba satis accommodata, sed magis extra proprium sensum: nam cùm scriptura sic loquitur, intelligitur de cognitione carnali, sicut dicitur Gen. 4. s. Adam cognouit uxorem suam, & peperit &c. Item quia intelligendo sic non solùm Ioseph nõ cognoscebat quantæ dignitatis erat Maria, sed etiam nec aliquis hominum, nec angeli, nec Archangeli: cùm dignitas Dei, quem Maria specialiter continebat, sit infinita, & nullus potest comprehendere infinitum nisi ipse, qui infinitus est. Ideo si

fulgore Beatus Virg.

si hoc intelligeret scriptura, non expressisset specialiter Ioseph: ergo non intendit hoc. Item, quia iste sensus non uidetur ad propositum Matthæi, cùm loquatur hic de accipere uxorem, & parere, & ad hoc magis accommodata est cognitio carnalis, quàm aliqua alia: quia ad coniuges illa propriè pertinet, etiam quia partus ex ipsa semper sequi creditur: nisi cùm aliud ostenditur, sicut hic, & ista est expositio Ioan. Chrys. Alij exponunt de cognitione vultus, scilicet, quandiu Maria tenuit Christum in utero fulgebat vultus eius quadam glorifica claritate: ita vt Ioseph non posset aspicere in eam: nec cognoscere vultum eius propter infirmitatem oculorum, sicut non possimus solem intueri: sic fuit de Moise quando stetit cùm Domino in monte: quia ex consortio sermonis Domini erat facies eius cornuta, & quando venit ad populum nõ poterat populus intendere in vultum eius propter fulgorem, sed oportebat Moysen vultum suum velamine, cùm loqueretur. Exod. 24. & 2. ad Corinth. 3. Postquam autem peperit Maria cognouit eam Ioseph, ideſt, potuit cognoscere vultum eius: quia cessauit ille fulgor egresso Christo de utero. Sed hoc non est conueniens: primò quia ex hoc Domina nostra pateretur scandalum, quia iste fulgor nõ solùm uideretur à Ioseph, sed etiam ab omnibus aliis, cum quibus loquebatur, & conuersabatur Maria: quia vt isti volunt durauit nouem mensibus, scilicet, quandiu habuit Christum in utero, & quia non putabatur ab aliquo Mariam concepisse de Spiritu sancto nisi ab his, quibus specialiter reuelatum est, putarent cæteri Mariam esse maleficam, scilicet, quòd opere magico illũ fulgorem fecerat; & quidquid esset, aut crederetur, necesse erat ipsum satis turbari: quia omnes Iudæi cõuenirent ad ipsam stupentes rei admirandam nouitatem, in quo turbaretur valde Virgo. Et non conueniebat hoc ei, quæ præ uerecundia sextus, & ætatis potius volebat latere, quàm uideri ab hominibus. Item, quia si fuisset iste fulgor, & tanto permansisset tempore, necesse erat, quòd Iudæi quærerent causam huius rei: oportebat, quòd Virgo manifestaret, vnde hoc proueniebat, aut concedere se esse maleficam. Et sic oportebat, quòd diceret se concepisse Messiam de Spiritu sancto. & istud erat maximum periculum matris, & pueri nascituri: quia si Herodes diligenter inquisiuit Messiam natum ad occidendum illum, qñ reges stella duce uenerũt ad adorandum eum. sequẽti cap. & nesciebat tunc penitus locum natiuitatis, nec matrem, nec puerum: quanto magis persequeretur nunc ipsum, si per istum fulgorem constaret sibi de matre saltem ex præsumptione Ideo non est credendum, quòd talem fulgorem habuerit, quia nociuus erat matri, & filio. Item, quia quando dicitur communiter ab antiquis, quòd Maria habuit virum, vt partus diabolo celaretur, dicit Ambrosius super Lucam, qꝫ magis hoc fuit, vt Christus falleret principes sæculi, qui sunt membra diaboli. Nam ait, quòd dæmonum malitia facile occulta deprehendit. At verò, qui sæcularibus vanitatibus occupantur scire diuina non possunt: si igitur Deus voluit Mariam habere virum, vt partus celaretur, scilicet, vt principes sæculi non cognoscerent à principio esse Messiam illum, qui natus erat, non daret Mariæ vultus fulgorem, per quem oportet istum reuelari, vel ipsam pœnas pati, aut saltẽ tanquam maleficam infamari. Item si iste fulgor fuisset in Virgine ex quo Christum concepit, non fuisset turbatus Ioseph videns eam prægnantem: quia sicut videret illum fulgorem supernaturalem, ita verisimiliter putaret conceptum illum esse supernaturalem, & non turbaretur ita, vt vellet eam dimittere, quia saltem peteret ab ea causam per istum fulgorem, quem

A videbat. Et tamen nihil petiuit, sed putans eam verè adulteram, dimittere eam occultè diffinierat: ergo nullum fulgorem videbat in vultu eius. Item non est ad propositũ Matthæi dicere de tali cognitione, cùm hic loquatur de uxore, & partu, ad quæ non pertinet cognitio vultus, sed cognitio carnalis. Item si intendisset Matthæus loqui de tali fulgore, non solùm dixisset, quòd Ioseph non cognoscebat eam, sed etiam dixisset de isto fulgore, quomodo erat in vultu Virginis, & qualis esset, & quanto tempore durauerit, & causa vnde peruenerit: cùm istud esset aliquid speciale, quod non intelligeretur nisi exprimeretur, sicut fuit de fulgore vultus Moysi: quia scriptura ponit causam, vnde prouenerat ille fulgor, scilicet, ex consortio sermonis Domini. Et declaratur, quomodo videntes fulgorem timebant, & non audebant ad ipsum accedere, & quomodo ipse ponebat velamen super vultum quando loquebatur populo: cùm verò solus erat deponebat velamen. Exod. 34. Matthæus tamen nihil de isto fulgore expressit: ergo, vel nullus talis fuit, vel Matthæus non intendit hic loqui de eo. Item dato, quòd Virgo habuisset talem fulgorem, non diceretur, quòd Ioseph non cognoscebat eam, ideſt, vultum eius: quia bene cognoscebat, & tamen non audebat prope accedere, propter magnitudinem fulgoris, sicut erat de Moyse. Nam licèt esset facies eius resplẽdens ex consortio sermonis Domini, cognouerunt illum filij Israel: & tamen dicitur, quòd timebant prope accedere. Exod. 34. Ita fuisset de Ioseph: quia diceret Matthæus, quòd non audebat prope accedere ad Virginem. Dicitur tamen, quòd non cognoscebat eã, ergo non intendit Matthæus aliquid de fulgore. Dicendum ergo, quòd loquitur Matthæus de cognitione carnali: sicut ait Hieronymus super Matthæum. Et tunc stat litera propriè: quia cognoscere tali loco signat cognitionẽ carnalem, cùm loquatur hic Matthęus de uxore, scilicet, quòd Ioseph accepit Mariam coniugem suam, & tamen actus coniugalis est cognitio carnalis, ideo crederetur, quòd eam cognoscebat carnaliter nisi Euangelista hoc expresse negaret, maximè, quia dicitur. *Donec peperit filium suum*. Quia fortè aliquis putaret, quòd filius suus Iesus natus fuerat ex concubitu Ioseph & Mariæ dicitur, quòd non cognouit eam, vt innuatur, quòd de Spiritu sancto conceptus est. *Donec peperit filium suum primogenitum*. Ideſt, donec peperit Iesum, qui fuit primogenitus Mariæ, ante quem nullum habuit, & post illum etiam neminem. Et dum dicitur, donec peperit non innuitur, qꝫ postquam peperit cognouerit eam Ioseph, quia nunquam eam cognouit, sed solùm significatur, quòd nõ cognouit eam ante Christi conceptum, & natiuitatẽ. Et dixit hoc Matthæus ad tollendum dubium. Nam Maria non habuit alium filium nisi Iesum, vt constabat ei, & omnibus, qui fuerant contemporanei eius, quibus tunc Matthæus loquebatur, ideo an Ioseph cognosceret Mariam post Christi natiuitatem, non apparebat aliqua ratio motiua, cùm post Christum Maria nullum peperit. De Christi autem conceptu erat rationabiliter dubitandum: quia conceptus non solet fieri sine semine virili: ideo Matthæus volens auferre dubium, dixit, quòd Maria non fuerat cognita à Ioseph vsquequo pareret Christum: quia de hoc dubitari poterat. De tempore autẽ quod fuit post Christi natiuitatem, cùm non fuerit aliqua verisimilis ratio dubitandi, cùm non conceperit postea Maria, nõ curauit dicere Matthęus, an postea cognouerit, vel non: de quo infra magis dicetur. Et licèt dicat, filium primogenitum, non innuit, quòd postea alios habuerit, vt infra dicetur. *Et vocauit nomen eius Iesum*. Scilicet, ipse Ioseph vocauit eũ sic, quia angelus ita iusserat.

Responsio auctoris.

An Spiritum sanctum sit principium conceptionis Christi. Quæst. XLV.

QVAERITVR, cùm dictum sit hic, quòd Maria inuenta est habens in vtero de Spiritu sancto, an Spiritus sanctus sit principium cõceptionis Christi actiuum. Dicendum, q̃ non solùm Spiritus sanctus, sed tota Trinitas concepti-

Tota Trinitas operata est Christi conceptionem.

onem Christi operata est. Nam opera Trinitatis indiuisa sunt, quia omnes tres personæ operantur singulas res, & per vnicam, & eandem operationem: quia sunt vna natura, & eadem quæ est principium illarũ operationum. Miraculum ergo, quòd in Christi conceptione fuit, à tota Trinitate simul factum est. Nec potuit vna persona operari, alia non operante: quia tũc posset vna habere principinm operatiuum quod non haberet alia. Et tamen falsum est: quia natura est principium operandi, & illa est eadem numero in tribus: ergo non potest vna operari quin alia operetur. Sicut, si tres possent habere eundem oculum numero, non posset aliquis eorum videre per illum quin viderent omnes tres: quia omnium trium est, & æqualiter omnium trium. Item dicendum, quòd non solùm tres personæ operantur simul eandem rem, sed etiam operantur vnica operatione, licèt ipsæ sint tres: cũ principium operandi sit idem, & multiplicatur operatio à multiplicatione principij operatiui, sicut diximus de tribus habentibus eundem oculum. Nam, cùm simul viderint, non erunt tres visiones, sed vnica visio: quia vnicus est motus in sensu, cùm sit vnicum organum, & vnica est numero species immutans. Item dicendum, q̃ cùm tres personæ operantur, quælibet earum æqualiter operatur. Nam æqualitas, vel inæqualitas operationis prouenit ex maioritate, vel minoritate principij operatiui, sed principium operatiuum est æquale in tribus, quia est idem nnmero: ergo est operatio æqualis inter eas: sicut in tribus habentibus vnum oculum, quilibet trium videt, sicut alius, quia ille oculus æqualis est respectu cuiuslibet eorum. Item non solùm est hoc, sed etiam quælibet persona operatur ita perfectè, sicut omnes tres simul. Quod patet, quia si tres simul operarentur perfectius, quã vna, cùm illa vna sit Deus, esset aliquid maius, & perfectius Deo: quod falsum est. Etiam quia non potest stare: nã si tres perfectius operarentur, principium operandi esset perfectius in tribus, & maius, quàm in vna sola: & tamen falsum est, quia diuina natura quæ principiũ operationum est, ita perfecta est in una sola persona, sicut in omnibus tribus, & illa eadem quę in vnica est, in tribus est, non plus, nec minus: quia non est deitas in tribus suppositis: quia in tribus suppositis humanis sunt tres humanitates numero, in tribus autem diuinis suppositis non sunt tres deitates, sed vnica deitas. Et ob hoc tria suppositа humana sunt tres homines, & tria suppositа diuina non sunt tres Dij. nec esse possunt, sed sunt vnicus Deus. Necesse est igitur non solùm istam operationem conceptionis Christi factam esse simul à tota Trinitate non distinguendo aliquam personam, cuius sit illa operatio magis, quàm alterius, sed etiam omnes alias operationes à tota Trinitate esse necesse est, quod intelligitur de operationibus propriè dictis, quæ sunt ad res: nam in diuinis sunt quidē actus notionales, vt gignere, & spirare, & gigni, & spirari, qui non uocantur propriè operationes, sed actus: & isti conueniunt singulis personis, quia per istos constituuntur, vel producuntur: & tota Trinitas, siue natura diuina non habet aliquem actum notionaliter: quia non gignit, nec gignitur: non spirat, nec spiratur: vt patet per Magistrum primo Senten. distinct. 5. Loquendo ergo propriè de Christi conceptione, non est conceptus de Spiritu sancto, sed de tota Trinitate. Considerandum autem, quòd Spiritus sanctus potest accipi substantialiter, vel personaliter. Substantialiter tota Trinitas, siue natura diuina uocatur Spiritus sanctus: quia Deus spiritus est. Ioan. 4. Et etiam est sanctus: quia Deus nihil contaminatum habet, ideo uocabitur Spiritus sanctus. Et tunc idem est dici Christũ esse conceptum de Spiritu sancto, quod esse conceptum opere diuino per totam Trinitatem. Et tunc ponitur aliquid factum per Spiritum sanctum, quando naturalis operatio non peruenit ad illud, quasi dicat: Aliquid factum est per Spiritum sanctum, ideſt, non spiritum notionalem, & iste videtur esse proprius sensus: quia Matthæus non intenderet introducere, nec angelum distinguentem de operatione Spiritus sancti ad alias personas. Et iste videtur esse sensus in sacra scriptura, quandocunque fit mẽtio de Spiritu sancto, nisi simul exprimantur ibi, aliæ personæ, vel aliqua illarum: quia tunc necesse erit accipi Spiritum sanctũ notionaliter, siue personaliter, vt Mar. 16. & infra vltimo, cùm dicitur, q̃ baptismus debet esse in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: quia ibi Spiritus sanctus pro persona accipitur. Quia tamen communiter doctores antiqui, & etiam moderni accipiunt Spiritum sanctum hic, & in aliis locis personaliter, poterit accipi personaliter, & tunc dicemus, q̃ licèt non operatus fuerit solus Spiritus sanctus Christi conceptionẽ, ei tamẽ appropriatur propter tria. Primò propter causam incarnationis, quę consideratur ex parte Dei. Est enim Spiritus sanctus amor patris, & filij, prouenit tamen ex maximo Dei amore, q̃ filius Dei carnem assumeret, vt dicitur Ioã. 3. scilicet: Sic Deus dilexit mũdum, vt filium suum unigenitum daret: ergo per Spiritum sanctum, qui est amor, hoc factum esse dicitur. Secundò conuenit hoc ex parte naturæ assumptæ: quãm dicitur facta cõceptio per Spiritum sanctum, innuitur, quòd natura humana assumpta est à filio Dei in vnitate personæ non ex aliquibus meritis nostris, nec propter dignitatem naturæ humanæ, sed ex sola gratia, quæ soli Spiritui sancto attribuitur, iuxta illud infra Corin. 12. scilicet. Diuisiones gratiarum sunt, idẽ autem spiritus. Hoc indicat August. in Enchir. quòd modus iste, quo natus est Christus de Spiritu sancto, insinuabat nobis gratiam Dei, qua homo nullis præcedentibus meritis in primo exordio naturæ suæ, quo esse cępit, verbo Dei copularetur in tantam personæ vnitatem, vt idem esset filius Dei. Tertiò conuenit ex termino incarnationis. Ad hoc enim terminata est incarnatio, vt homo ille, qui concipiebatur esset sanctus, & filius Dei: vtrumque eorum attribuitur Spiritui sancto. Nam per ipsum efficiuntur homines filij Dei, ad Gala. 3. scilicet. Quoniam estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem abba pater. Etiam per Spiritum sanctum, sancti efficimur, ideo ad Rom. 1. vocatur spiritus sanctificationis. Sicut ergo alij homines per Spiritum sanctum sanctificantur spiritualiter, ut sint filij Dei adoptiui, ita Christus per Spiritum sanctum est in sanctitate cõceptus, vt esset filius Dei naturalis. Considerandum tamen, quòd adhuc in ista conceptione aliquid appropriatur singulis personis. Nam patri attribuitur tota cõceptio auctoritatiuè: quia in patre est auctoritas respectu filij, & filius à patre est, ideo totum quod filius facit à patre missus facere dicitur, sic dicitur ad Gala. 4. Scilicet. Misit Deus filium sum factum sub lege, factum ex muliere, ideſt, Deus pater misit filium suum, vt incarnaretur. Filio attribuitur in conceptione ipsa carnis assumptio: quia ipse solus eam assumpsit. Nam solus filius est Deus & homo. Spiritui sancto attribuitur in conceptione ipsa formatio seminis: quia sicut virtus animæ quæ est in semine per spiritum, qui in semine includitur format corpus in generatione aliorum hominum, ita virtus Dei formauit illud semen supplens illud, qđ fecisset virtus seminis masculini. Ideo maior similitudo est in hoc ad Spiritum sanctum propter nomen suum, quàm ad patrem, vel ad filiũ: quasi dicat. Quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est, ideſt, fœtus formatus in ea non est formatus, vel organizatus per spiritum seminis masculini, sed per spiritum Dei, qui sanctus est, vel uocatur Spiritus sanctus.

An bene dicatur Christus conceptus de Spiritu sancto. Quæst. XLVI.

QVAERITVR, an bene dicatur Christus conceptus de Spiritu sancto, & quid Spiritus sanctus fecit in conceptione Christi. Dicendũ, q̃ conceptio Christi non attribuitur soli corpori eius, ita vt dicatur corpus Christi conceptum esse, sed attribuitur Christo, ita vt dicatur corpus conceptum esse, licèt non conueniat sibi, nisi ratione corporis. Est autẽ duplex habitudo Spiritus sancti respectu Christi. Nam ad filium Dei, qui dicitur esse conceptus, habet Spiritus sanctus similitudinem consubstãtialitatis, quia ambo sunt una substãtia ad corpus Christi. Habet Spiritus sanctus habitudinem causæ efficiẽtis, cùm sit corpus Christi creatura. Ista autem præpositio, de, importat vtranque habitudinem consubstantialitatis. Vt cùm dicimus, fœtus est de menstruo, vel de semine, vel homo est de patre suo, vel de matre. Aliquando importatur efficiens, vt cùm dicimus vas esse de figulo, ideſt, à figulo factum, ideo conuenienter possumus dicere Christum esse conceptum de Spiritu sancto, & importabitur simul vtraque habitudo. Quia efficientia Spiritus sancti erit respectu corporis Christi, & consubstantialitatis eius erit ad ipsam personam diuinam assumentem corpus. Aliqui nolunt, q̃ Christus dicatur conceptus de Spiritu sancto, sed ex Spiritu sancto. Et verum est, quòd magis propriè diceretur ex Spiritu sancto: quia corpus Christi propter quod iste dicitur conceptus non est de substantia Spiritus sancti, ideo melius dicetur ex Spiritu sancto: quia ex importat expressius habitudinem efficiẽtis, quàm de, quæ propriè importat habitudinem consubstantialitatis, sicut ait Ambrosius in libro de Spiritu sancto. scilicet. Quod ex aliquo est, aut ex substãtia, aut ex potestate eius. Ex substantia sicut filius qui à patre est, ex potestate sicut ex Deo omnia, quo modo & in vtero habuit Maria ex Spiritu sancto. Et sic Ambrosius non dixit, q̃ habuit de Spiritu sancto, sed ex Spiritu sancto. Nam Hieronymus qui fuit contemporaneus Ambrosio scripsit Euangelia trãsferens de græco, & dixit habens in vtero de Spiritu sancto. Libri autem, qui prius habebantur apud latinos habebant ex Spiritu sancto. Et ita allegauit Ambrosius, qa ipse non creditur uidisse translationem, & correctionem Hieronymi, posuit autem Hieronymus hoc bis de Spiritu sancto, sensus autem idem est, sed solùm differt in modo accipiendi istam præpositionem, ex, vel, de, secundùm diuersos doctores, & tamen secundum vsum, & aliqualem importantiam ipsarum præpositionum, de importat habitudindm consubstantialitatis, vel termini: ex, importat habitudinem materiæ, vel efficientis: nam, & ipse Hieronymus accipit, ex, vt denotat causam efficientem, ad Rom. 11. dicens: ex quo omnia per quã omnia, & intelligitur de Deo: & sic, ex, significat efficientem: quia Deus est efficiẽs omnium, ideo absolutè magis concedẽdum est Christum fuisse conceptum ex Spiritu sancto, quàm de Spiritu sancto, sed in hoc parum differt, & vtrumque concedit scriptura, & sacri doctores. Considerandum vlterius quid Spiritus sanctus egit in Virginis conceptione. Et non est intelligendum, quòd ipse aliquod semen deciderit, per quod formaretur sanguis menstrualis Virginis, sicut formari debebat per semen masculinum, si ibi fuisset. Nam hoc non potest fieri nisi ab animali, cùm semen sit substantia corporea: Deus autem spiritus est. Ioan. 4. Nisi quis putauerit Deum nostrum esse talem, qnales asserebãt Gentiles, & poetæ esse Deos suos, inter quos ponunt generationem per concubitum, & in cęlo multos gigni Deos, & ibi nuptias celebrari, vt ait Martianus Minæus felix Capella in lib. de Nup. Mercurij, & Physiologiæ. sic etiã Ouidius, & cæteri poetæ multos introducunt à Ioue, & ab aliis Diis suis genitos, & quòd sæpe rapiebant uxores aliorum, vt patet de Ioue rapiente Europã filiã Agenoris regis Tyri. 2. Metamor. Sic & Alexander se asserebat filium Iouis, scilicet, quòd Mater sua Olympias a Ioue Libyco in figura serpentis cognita, & imprægnata sit. Sic fuit opinio corporis apud Gẽtiles, ut recitat August. 7. de Ciuitate Dei introducens Herculis Hedituum ludentem teseris pro se, & Hercule: ita quòd una uice pro se luderet, & alia pro Hercule. Et si Hercules lucraretur promittebat de pecuniis suis copiosam prępparare cęnam Herculi, & illi nobile scortum adducere. Si uerò ipse lucraretur, uincẽs Herculem de expensis templi sibimet cœnam, & scortum prouideret. Accidit autem, vt ipse pro Hercule contra se obtineret. unde cęnam, & meretricem per noctem Herculis in templo posuit. Erat autem illa nobilis meretrix Tarentina, quæ per noctem se ab Hercule cognosci sensit: & in mercedem concubitus dixit ei, quòd sequenti die exeunti sibi de templo occurreret, qui uicissitudinem retribueret, quod factum est. Nam exeunti sibi de templo occurrit quidam Romanus ditissimus: qui eam hæredem instituit. Hoc modo sacerdotes templorum per fraudem cognoscebant sępe nobiles, & pulchras uirgines, uel matronas: dicentes patribus, aut uiris earum, quòd talis, uel talis Deus amabat filiam, uel eius uxorem. Quod ipsi miseriad magnam fælicitatem arbitrantes ponebant eas per noctem in templis Idolorum, vt expectarent deos ad se per tenebras uenturos: & tunc sacerdotes caute de talibulis exeuntes eas nihil dicentes cognoscebant: ut sic ipsi manerent non agniti. Sic fiebat Romæ in templo Isidis: de quo Ioseph, & declaratum est Leui. 19. quousque agnita fraude sacerdotes occisi templumque penitus ipsum deletum est. sic & in templo Isidis in urbe Alexandriæ factum refert Ecclesiastica historia. Talia tamen de Deo arbitrari turpissimum, & ridiculum est: nec talia credunt nisi qui insaniunt, aut insaniare volunt. Rursus autem non est putandum, quòd Spiritus sanctus semen alicuius viri assumpserit, & conseruauerit: & illud postea in utero Virginis posuerit ad formandum, & dirigendum menstruum illius. Hoc enim repugnat diuinæ bonitati: quia iste est modus, quo dæmones incubi, & succubi gignunt. Et oportet eos prius esse succubos in modum fœminarum: & postea incubos in modum uirorum. Quod de Deo cogitare super omnem absurditatem est. Item, quia hoc modo sequeretur uiolatio clausirorum virginis, & nõ fuisset uirgo in conceptu: sicut cum dæmones incubi semen susceptum a uiris in uasa genitalia fœminarum effundunt. Tunc enim claustra rumpuntur uirginea: sicut si a uiro quocumque potente fœmina carnaliter tangeretur. Fuit tamen Maria uirgo in conceptu, ideo nihil tale fuit. Item quia si Spiritus tale semen uiri posuisset in utero uirginis esset uerè Christus filius illius viri,

Spiritus sãctus nõ posuit aliqđ uirile semẽ ad gñationẽ Christi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

viri, cuius esset illud semen: & non differebat, an uir ille cognosceret Mariam carnaliter, uel non:dum tamen semen illius esset in utero Mariæ.Quia coitus nō proficit,nisi ad hoc,ut semina misceantur. Et tamen Christus non est filius alicuius viri, sed solius Mariæ: ergo nullum semen uirile ibi fuit. Confirmatur hoc, quia geniti per dæmones incubos,& succubos non dicuntur esse filii dæmonum, sed illorum uirorum,a quibus semen acceperunt. Alii putant,q̄ Spiritus sanctus non acceperit semen alicuius uiri: sed creauit illud de nouo,& posuit in utero Virginis: & sic non diceretur Christus filius alicuius hominis. Dicendum quòd hoc adhuc est deterius quàm præcedentia:quia hoc modo Christus non redemisset nos conuenienter: quia, licèt Deus potuisset peccata nostra sola uoluntate sua dimittere:ut tamen satisfieret iustitiæ suæ, noluit illa dimittere nisi tantum satisfaceret compatiendo quantum offenderamus praue agendo.Hoc autem nō fieri potuit nisi per illum qui esset simul Deus & homo:homo quidem, vt posset pati: Deus autem, vt poset in infinitum mereri per passionem. Necesse erat ergo, q̄ iste homo, qui pateretur,eset de progenie illorum,qui peccauerant:quia aliàs passio,uel meritum illius non pertineret ad eos, potiusquam si aliquis angelus non assumendo carnem, sed in propria natura pro eis pateretur:sicut dæmon in inferno.Hoc autem patet. quia cùm semen masculinum habeat uirtutem actiuam,& formet ipsum menstruum fæminum,magis dicitur homo filius patris sui,quàm matris. Et sic si in utero Virginis fuisset aliquod semen, quod Spiritus sanctus creasset de nouo, quod supplerer locum uiri, magis diceretur Christus pertinere ad illud semen,quàm ad uirginis progeniem: unde non diceretur Christus de progenie Adæ. Et sic,cùm non esset de progenie Adæ,non redimeret peccatores descendentes de Adam: ideo dicendum, q̄ melius fuisset,q̄ Domina nostra cognosceretur a uiro, & Christus naturaliter conciperetur,quàm per tale semen no uiter creatum fieret conceptio, Nam illo modo conuenienter nos Christus redimeret:quia esset de progenie Adæ.Dicendum tamen,q̄ nullum istorum fuit,qa sicut Christus non est natus de uiro modo naturali:ita nec de semine appositio per Spiritum sanctum, siue de nouo creato,siue assumpto de uiro.Sed dicitur cōceptus de Spiritu sancto,scilicet, quia Spiritus sanctus supernaturali operatione nullo alio naturali agente mediante tanquam principali,nec tanquam instrumē to temperauit,digessit, & formauit menstruum Virginis donec corpus perfecte organizatum est,sicut uirile semen facturum erat si sibi commixtum fuisset. Ita enim de igne dicimus:quia ignis comburit, & incinerat lignum:& tunc comburitur lignum naturali actione ignis. Si autem Deus per seipsum nullo alio naturali agente mediante lignum combureret,illa ligni cō bustio supernaturalis diceretur:quia quicquid ignis,naturaliter facturus erat, Deus supernaturaliter faciebat.

Opi. docta de cōceptiōne Christi.

De hoc magis diximus in lib.nostro de quinque figuris paradoxis parte prima. Considerandum tamen, q̄ aliqui Doctores dicunt Spiritum sanctum fuisse pro semine,sic ait Chrysost.super Matth. scilicet, vnigenito Dei in uirginem ingressuro præcessit Spiritus sanctus:ut præcedente Spiritu sancto in sanctificatione nascatur, scilicet Christus secundum corpus diuinitate ingrediente pro semine.Damascenus 3. Sententiarum suarum ait,quòd obumbrauit super Mariam Dei sapientia,& uirtus,uelut diuinum semen: Hierony.autem contrarium dicit volens Spiritum sanctum non fuisse pro semine.Et hoc absurdum dicit.Concordantur faciliter isti, quia si accipiatur, q̄ Spiritus sanctus fuerit pro semine, ideſt, q̄ ipse apposuerit aliquod semen corporale, vel aliquam uirtutem corporalem loco seminis falsum est,ut probatum est: & sic intelligit Hieronym.Si accipiatur,q̄ Spiritus sanctus fuit pro semine, ideſt, q̄ ipse virtute sua supernaturali suppleuit in conceptione ista,quicquid faceret semen masculinū, si ibi fuisset,verum est. Et sic non negat Hierony. Et hoc modo solùm potest intelligi Christum esse conceptum de Spiritu sancto.

An Spiritus sanctus possit dici Pater Christi.
Quæst. XLVII.

QVAERITVR, cùm sit conceptus Christus de Spiritu sancto: an posset dici Spiritus sanctus pater Christi secundùm carnem,vel quantum ad humanitatem. Quidam dicunt, q̄ sic, quia eo modo quo Christus dicitur conceptus de Spiritu sancto,dicetur filius Spiritus sancti. Et hoc solùm est quantum ad carnem:quia persona Filij non est concepta de Spiritu sancto. Et similis modus loquendi videtur in scriptura: nam Deus dicitur pater noster,quia fecit nos.Deuteronomij.32.scilicet. Nonne ipse est pater tuus, qui possedit, & fecit, & creauit te? Et tamen Spiritus sanctus est causa efficiens corporis Christi, ideo est pater eius secundùm corpus. Dicendum, quòd nō est concedenda ista propositio. Nam Augustinus in Ench.dicit, quòd natus est Christus de Spiritu sancto, non sicut filius, & natus est de Maria Virgine sicut filius.Ratio huius est:quia nomē paternitatis,& maternitatis, & filiationis consequitur generationem,& non quamlibet, sed solùm propriā, qualis est generatio animalium,& maximè perfectorum:nam non dicimus, quòd ignis generatus de igne sit filius ignis, nisi per metaphoram, sed filiationem solùm concedimus in animalibus, in quibus est generatio magis perfecta.Non tamen uocatur filius quidquid generatur in animali, sed solùm quod generatur in similitudinem ipsius animalis. Vnde ait Augustinus,quòd non dicimus, quòd capillus, qui nascitur ex homine sit filius hominis: quia capillus non est similis homini in substantia, nec in nomine. Sic etiam homo nascitur de semine,& non vocatur filius seminis,sed filius hominis:quia homo non est similis semini,nec in nomine,nec in substantia.Si autem sit perfecta similitudo geniti ad generationem, erit perfecta filiatio,tam in diuinis, quàm in humanis: si imperfecta similitudo est imperfecta filiatio,sicut patet de homine respectu Dei. Nam est in homine quædam similitudo Dei imperfecta in quantum creatus est ad imaginem Dei, & in quantum recreatus est secundū similitudinem gratiæ. Et ideo vtroque modo potest homo filius Dei dici:scilicet, quia creatus est ad imaginem eius,& quia assimilatus est ei per gratiam. Et vtraque est imperfecta filiatio. Est autem considerandum,quòd illud, de quo aliquid dicitur secundùm perfectam rationem,non est dicendum de eo secundùm imperfectam rationem, sicut si aliquid conuenit alicui propriè, non est dicendum de eo secundùm rationem, qua conuenit ei appropriatè, sicut semini dicitur naturaliter homo secundùm rationem propriam hominis, ideo nunquam dicitur homo de illo secundùm illam significationem, qua pictura hominis dicitur homo, licèt fortè ipsa pictura assimilentur vero homini.Christus autem est filius Dei secundùm perfectam rationem filiationis, scilicet, quia est filius Dei naturalis.Ideo quamuis secundùm humanam naturam sit creatus,& iustificatus,non tamen debet dici filius Dei ratione creationis, nec ratione iustificationis, sed solùm ratione generationis æternæ, secundū quam est filius patris solius. Ideo nullo modo debet dici

dici Christus filius Spiritus sancti, nec totius trinitatis. Ad rationē,cū dicitur,q̄ homo dicitur filius Dei, quia est factus ab eo:dicendū,q̄ homo ſm hoc habet quandam assimilationē imperfectā ad Deum:ideo uocatur filius imperfectè.Christus aūt,licèt isto modo ſm corpus sit factus a Deo & consequenter a Spiritu sancto: quia tamen ei competit propria ratio filiationis quantum ad personā suā, non uocabitur filius Dei ſm impropriam, uel imperfectā filiatioue,& tñ Christus nō posset esse filius Spiritus sancti, nisi quantū ad corpus ſm q̄ est imperfecta filiatio.Ideo quātū ad corp⁹ Christus non dr filius Spiritus sancti, immo nec filius Dei.

An beata Maria fuerit uirgo in concipiendo.
Quæst. XLVIII.

QVAERITVR, cū hic agatur de uirginitate Mariæ an ipsa fuerit uirgo in cōcipiēdo Christū.Dicendū q̄ sic,ut Mat.hic asserit,& prædixerat Isai.7.Ecce virgo cōcipiet,qđ Mat.hic allegauit,hoc est tenendū simpliciter.Velle.n. contrarium asserere pertinet ad hæresim Hebionitarum, & Cherinthianorum: qui Christū dicunt purū hominē, & natum ex cōcubitu maris & fœminæ. Debuit autē Christus de virgine nasci propter quatuor. Primò pp patris sui mittentis dignitatē cōseruādā.Cū.n.Christus sit uerus,& naturalis filius Dei,nō fuit cūueniens,q̄ alium patrē haberet, ne dignitas Dei patris cōicaretur alteri.Secundò,fuit cōueniens ipsi Christo,qui est verbum Dei. Verbū aūt absq; oī corruptione cordis cōcipitur,immo cordis corruptio nō permittit perfectam verbi cōceptionē.Et,quia caro sic fuit assumpta a uerbo diuino,q̄ esset caro uerbi Dei:cōueniēs fuit,q̄ ipse de matre sine corruptione matris conciperetur, sicut uerbum de patre sine corruptione genitū est.Tertiò conuenit hoc pp dignitatē humanitatis Christi, in qua peccatū locum habere non debuit, cū per ipsam ōia peccata tollerētur.Io.1.Ecce agnus Dei.i. innocēs sicut agnus,qui tollit peccata mūdi.Nō poterat aūt in natura iā corrupta ex concubitu nasci caro sine infectione aliqua.Vnde Aug.in lib.de Nup.& cōcupiscentia dicit, q̄ solus nuptialis concubitus in matrimonio Mariæ & Ioseph nō fuit,quia in peccati carne fieri nō poterat sine ulla carnis cōcupiscentia, quæ accidit ex peccato,sine qua concipi uoluit, qui futurus erat sine peccato. Quartò fuit cōueniens pp finem incarnationis Christi,quæ ad hoc fuit,ut homines renascerentur in filios Dei non ex uoluptate carnis,nec ex voluptate viri:sed ex Deo.i.ex virtute Dei.Io.1.Cuius rei exemplar apparere debuit in Christi conceptione: vnde ait Aug.in lib.de sancta virginitate,q̄ oportebat caput nostrū per insigne miraculū ſm corpus nasci de Virgine: vt significaret mēbra sua de virgine Ecclesia ſm ipsū spiritū nascitura. Quidā dicunt, q̄ nō fuit Maria virgo in cōceptu:quia Christus vocatur filius Ioseph.Luc.2. ſ.Erant pater,& mater eius mirātes sup his, quæ dicebantur de eo.& eo.c.Maria dixit:Ego,& pater tuus dolētes quærebamus te.ergo cognita est Maria a Ioseph, vt Christus conciperetur.Dicēdū,q̄ nō fuit Ioseph pater Christi,sed ab omnibus ignorātibus ueritatem rei putabatur pater Christi.Luc.3.ſ. Et putabatur filius Ioseph.Hęc Beda super Luc.Aliter dicit Aug.lib.2.de cō cor.Euang.& in lib.de bono coniugali.ſ.q̄ Ioseph fuit pater Christi, licèt non sit de eius substantia,etiam dicit q̄ poterat esse filius adoptiuus: scriptura tñ vocat Christum filiū Ioseph.ſ.quia sic putabatur.Sed obiicitur, q̄ necesse fuerit Christū concipi per concubitum, quia eorum, quæ sunt eiusdem speciei est idē modus generationis:cùm generatio sit exitus ad esse, & accipiat speciem a termino.ſa re genita.Christus tamē est eiusdem speciei cum cęteris hominibus,& illi gignuntur ex coitu,ergo etiam Christus. Itē quælibet forma habet materiam determinatam,extra quam non potest inueniri,nec esse.Est autem materia formæ humanæ semen maris & fœminę. Si ergo Christus non est conceptus ex seminę maris.& fœminæ,nō fuit corpus eius vere humanum,quod est falsum:ergo non est natus de Virgine. Dicendum ad primum, q̄ in his, quæ naturaliter procedunt sicut natura est determinata ad vnum modum producendi.Virtus diuina est supernaturalis:& cùm sit infinita non est determinata ad unū effectum,ideo nec est determinata ad unum modum producendi quemcumque effectum. Nam sicut potuit virtus diuina primum hominem sine concubitu producere de limo terræ:ita potuit corpus Christi sine coitu formare de Virginis sanguine. Ad aliud dicendum,q̄ non est verum, q̄ semen maris & fœminæ sit materia formæ humanæ in conceptione animalis:sed solùm menstruum fœmininum est materia fœtus: semen autem viri est agens,& formans:ideo non defuit in formatione corporis materia,sed agens,& locum illius suppleuit diuina virtus, quæ potest quamcumque materiam facere perfectè dispositam ad quamcūque formam.Nam,licèt menstruum non sit materia apta, vt inde formetur fœtus immediatè, nisi digeratur, & alteretur: magis tamen inepta materia est lutum ad formationem corporis humani, & Deus de luto formauit corpus Adæ. Fuit ergo facilius virtuti diuinæ menstruum digerere, & formare inde corpus Christi.

An beata Maria fuerit uirgo in partu.
Quæst. XLIX.

QVAERITVR de uirginitate Mariæ in partu,scilicet,an uirgo fuerit in partu. Considerandum primò quid sit uirginitas in partu. De uirginitate namque, quæ est ad conciendum,uel in conceptu planum est, scilicet, uirginem dicimus eam, quæ sine semine uirili, & sine apertione claustrorum concipit. Et propria ista uirginitas est quædam priuatio coitus. In partu tamen non apparet ita, quid sit uirginitas. Nam si mulier fuit uirgo in concipiendo, manifestum est, quòd non oportet, quòd cognoscatur, ut pariat. Et sic uidetur,quòd quæcumque est uirgo in conceptu, est uirgo in partu: maximè quia certum est nullam fœminam,dum parit, cognosci posse. Dicendum autem, quòd ad uirginitatem propriè dictam requiritur propositum perpetuò abstinendi a delectatione uenerea cum corporis integritate. Integritas autem corporis est uirginitas. Et quando dicimus aliquam esse uirginem in conceptu, aut partu, uel post partum: loquimur de ista integritate corporis. Isti autem integritati opponitur ruptio, uel apertio claustrorum fœmineorum: cùm illa naturaliter concluſa sint, & infertur quædam uiolentia carni, siue naturæ in ruptione: cùm sit quædam continui diuisio. Sunt autem duæ aperturæ claustrorum muliebrium: prima est ad concipiendum. Nam cùm fiat conceptus per mixtionem seminum: & non possent commisceri sine quadam ruptura fœminei genitalis, tollitur integritas corporis ad conceptum. Secunda apertio claustrorum est in partu. Nam tunc necesse est aperiri claustra fœminea, ut fœtus in lucem prodeat. Et ista tollit integritatem corporis. Dicendum autem, quòd per utramque istarum tollitur uirginitas,cum utrobique tollatur integritas corporis, quæ uocatur materialiter uirginitas: & magis adhuc in secunda,q̄ in prima ruptura. Nam maior est necessario

Quid est uirginitas in partu.

Diffinitur virginitas.

fariò ſecunda ruptura, q̃ prima, quæ fit, vt emittatur infans in lucem. Et ob hoc in partu multæ periclitãtur, ſed nulla in conceptu. Item, quia eſt magis neceſſaria iſta ſecunda apertio, q̃ prima; quia poteſt fieri conceptio ſine aliqua apertione naturaliter, & tñ non poteſt fieri partus ſine ruptura. Vnde põt contingere purè naturaliter, q̃ aliqua mulier totaliter Virgo concipiat. ſ. quæ ſit Virgo corpore, & mente. Mente quidẽ, ſcilicet, q̃ propoſuerit nunquam experiri delectationem veneream: corpore aũt. ſ. quia à nullo viro tacta eſt, & clauſtra fœminea integra manent, & tñ concipit ex ſemine virili. Sicut ponit S. Thomas exemplũ in quodam quolibeto de puella pubere iacente in lecto cum patre, vbi nullus fuit actus, & tamen concepit de ſemine patris. Et hoc pater neſciuit, & ipſa etiã non ſenſit; quia vtroque dormiente accidit humorẽ maſculinum defluere in genitale fœmininum: qđ ſatis quilibet excogitare poteſt. Iſta tamen non poterat parere ſine ruptura clauſtrorum, ideo magis neceſſarium eſt virginitatem perire in partu, q̃ in conceptu. Quia ſicut mulier aliqua dr̃ Virgo in conceptu, quia ad concipiendum clauſtra aperta non fuerunt: ita dr̃ Virgo in partu. ſ. quia in partu clauſtra non rumpunt̃. Ideo non ociosè dictum eſt de Domina nr̃a, q̃ fuit Virgo ante partum, & in partu. ſ. quia maius miraculũ fuit ipſam manente virginitate parere, q̃ cum virginitate concipere. Habuit tñ vtrunque. Nã in conceptu fuit Virgo; quia à nullo cognita eſt, & qđ maius eſt, quia ſine ſemine fuit. In partu aũt Virgo ſtetit: quia nullam rupturam paſſum eſt genitale eius potius q̃ cùm vrinam emitteret. Hoc aũt fuit: quia Chriſtus ꝓdijt de vtero eius non determinatè per genitale, ſed ꝓ totam latitudinem vteri quanta erat latitudo fœtus. Nam qui intrauit ad diſcipulos Ianuis clauſis non rũpens Ianuas, ſed tranſiens per ſolidum Ianuarum non obſtante ſibi corpore, ſed facta penetratione dimenſionum, potuit exire de vtero virginis non rupto vtero, nec aperto, quia ſiue rumperetur, vt fit in oĩbus, ſiue aperiretur, vt quidã volebant, ſemp eſſet ablata integritas: quia genitale fœmininum naturaliter clauſum eſt. De his latius hr̃ in libro noſtro de quinque figuratis paradoxis parte prima. Iſtam virginitatẽ in partu neceſſe eſt poni in Domina noſtra: nam Iſa. illã præ dixit, ſ. Ecce Virgo concipiet, & pariet. Ergo ſicut in virginitate cõcepit: ita in virginitate peperit. Hoc fuit conueniens propter tria. Primò propter proprietatẽ eius, qui naſcebatur, qui eſt verbum Dei. Verbum autem non ſolùm in corde abſque corruptione concipitur, ſed ẽt abſque cordis corruptione de ipſo procedit. Vt ergo oſtenderetur iſtud eſſe corpus verbi Dei, conueniens fuit. vt incorrupto virginis vtero naſceretur. Secundò hoc eſt conueniens quantum ad effectũ incarnationis Chriſti. Nam ad hoc venit, vt noſtrã corruptionem tolleret. Non ergo fuit conueniens, vt virginitatem matris naſcendo corrumperet. Vnde Auguſtinus in quodam ſermone de natiuitate Domini ait, q̃ fas non erat, vt per eius aduentum violaretur integritas, qui venit ſanare corrupta. Tertiò ne matris honorem naſcendo diminueret, qui parentes præceperat honorandos. Erat etiam valde inconueniens, vt cùm virginitatẽ matris in conceptu ſupernaturaliter cuſtodierat, in partu illam perire permitteret. Dicunt quidam, quòd non fuit conueniens Chriſtum naſci manentibus integris clauſtris: quia per hoc videretur corpus phantaſticum. Nam corpori naturali reſiſtũt alia corpora ſolida: Chriſtus tamen hoc fugit, cùm in reſurrectione diligenter oſtenderit corpus ſuum apoſtolis, ne illud ſpiritum aereum, vel phantaſma eſſe putarent. Luc. 24. Eſt dicendum, quòd Chriſtus ita uoluit corporis ſui ueritatem demonſtrare, quòd etiã ſimul eius diuinitas declararetur. Et ideo permiſcuit mira humilibus. Vnde vt corpus verum oſtenderetur, natus eſt de fœmina, ſed vt oſtenderetur eius diuinitas proceſſit de Virgine. Talis enim partus Deum decebat, ut ait Ambroſius in hymno natiuitatis Domini. Et non obſtat, quòd poſſet ex hoc putari corpus eius phantaſticum: quia ſi hoc ſolùm Chriſtus attendiſſet, multa miracula, quæ fecit, omiſiſſet facere, ſicut quãdo per noctem ambulat ſuper mare pedibus, & diſcipuli uidentes de nauicula pntauerunt phantaſma eſſe. Mar. 6. Non omiſit autem Chriſtus hoc, quia licèt prima facie phantaſma putaretur, poſtea cognita veritate diuina uirtus elucebat, maximè quia hic nullum erat periculum, quia Chriſtus exiret de utero Virginis. Nemo. n. uidit eum exeuntem, ut per hoc putaret eſſe phantaſticum, quia clauſtra non rumpebat: ideo debuit obſeruari dignitas eius, & honor matris, ut de incorrupto utero naſceretur.

Per q̃ partẽ uteri uirginalis Xps natus ſit.

An Beata Maria poſt partum Chriſti fuerit cognita carnaliter à Ioſeph. Quæſt. L.

QVAERITVR de uirginitate Mariæ poſt partũ, an poſtq̃ Chriſtũ peperit alios filios habuit, & an aliq̃n ſaltem cognita fuerit poſtea. Quidã dicunt, q̃ licèt Maria fuerit ſemp Virgo ante Chriſti natiuitatẽ, poſtea tamen cognita eſt à Ioſeph, & alios filios genuit. Vnde Chriſtus ſæpe dr̃ hr̃e fratres, ut Ioan. 2. dr̃, q̃ deſcendit in Capharnaũ Ieſus & mater eius. Et Actuum 1. dicitur, q̃ hi omnes erant cum Maria matre Ieſu, & fratribus eius. Item ga dicitur ſupra in litera, q̃ antequam conuenirent Maria & Ioſeph, inuenta eſt ipſa habens in utero, ergo poſtea conuenerunt, ſcilicet carnaliter. Item, quia dicitur, Ioſeph non cognouit Mariam, donec peperit filium: ergo uidetur, q̃ poſtea cognouit. Item, quia dicitur peperit filium ſuum primogenitum, & tamẽ primogenitus ad alios ſequentes dr̃. Sic dicitur ad Ro. 8. de Chriſto. ſ. Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus: ergo alios filios habuit Maria poſt Chriſtũ, & ſic non fuit Virgo poſt partum. Dicendum, q̃ Maria ſemper fuit Virgo, & facilius erat virginem eſſe poſt partum, q̃ prius. Nam ſi ante conceptum, & in partu Virgo eſſe potuit, à fortiori poſt partum, cùm nulla neceſſitas corruptionis maneret, quia vt conciperet neceſſe erat naturaliter perdi virginitatem, vel ſaltẽ ſuſcipere ſemen, vt pareret, oĩno neceſſarium erat naturaliter fieri corruptionem, vt tñ poſtea incorrupta maneret, nihil obſtabat, niſi uoluntas, cũ iam nec cõcipere, nec parere quicq̃ neceſſe erat. Iſta virginitas perpetua Mariæ deſignata fuit per Ezechielem per portam clauſam in domo Domini, quæ nunq̃ aperietur, & vir non intrauit per eam. Ezech. 42. Et Augu. in ſermone quodam exponens dicit: Quid eſt porta clauſa, niſi Maria ſemper intacta? Quid eſt: homo non tranſibit per eam, niſi quòd Ioſeph non cognoſcet eam? Et qđ eſt: Deus ſolus ingreditur, & egreditur per eam, niſi quòd Spiritus ſanctus impregnauit eam? Et quid eſt: clauſa erit in æternum, niſi quòd Maria Virgo eſt, ante partum, & Virgo in partu, & Virgo poſt partum?

Conſiderandum autem, q̃ circa virginitatem Mariæ quidam errauerunt dicentes, eam nec in partu, nec in conceptu, nec poſt partum virginem ſtetiſſe. Sed etiam ipſum Chriſtum ex concubitu natum. Hi fuerunt peſſimi hæretici Cherinthiani, & Hebionitæ, de quibus ſupra dictum eſt; & iſti potius ſunt infideles, q̃ hæretici, cùm expreſsè negent textum ſacræ ſcripturæ, quæ dicit Chriſtum de Spiritu ſancto natum, & natum de virgine, & q̃ Ioſeph non cognouit Mariã, ante-

antequam pareret Chriſtum. Alii errauerunt concedentes Mariam ante partum, & in partu Chriſti Virginem extitiſſe: & tamen Chriſto nato dicunt eam a Ioſeph cognitam alios filios peperiſſe. Iſte autem eſt error deteſtãdiſſimus Eluidii, qui mouetur ex eis, quæ ſupra obiecta ſunt. Dicendum, quòd nõ conueniebat Mariam poſt Chriſti natiuitatem ab aliquo cognoſci. Primò, quia derogat hoc perfectioni, & dignitati Chriſti: quia ſicut ſecundùm naturam diuinam eſt unigenitus Dei patris tanquam perfectus filius, quo exiſtente non eſt neceſſe alium gigni: ita decuit, ut eſſet vnigenitus matris. Quia uelle alios gignere, erat innuere, q̃ iſte non erat perfectum bonum, & ſolatium matris: ita, vt eo exiſtente mater adhuc alios filios cuperet. Secundò, quia hoc facit iniuriam Spiritui ſancto: cuius ſacrarium fuit uterus virginalis, in quo carnem Chriſti formauit. Vnde non decebat propter honorem Spiritus ſancti ut quis conaretur illud polluere, qđ Spiritus ſanctus fœcundauerat, & ſpecialiter conſecrauerat. Tertiò hoc derogat dignitati, & ſanctitati matris, quæ ingratiſſima uideretur ſi hoc filio tanto contenta non eſſet, & ſi uirginitatem, quæ in ea miraculosè ſeruata fuerat, ſponte perdere uellet per carnis concubitum. Quartò, quia ſi Ioſeph hoc atentaret, eſſet ſibi imputandum ad magnam temeritatem: cùm angelus reuelaſſet ei myſterium, ſcilicet, quòd Spiritus ſanctus virginem fœcundauerat. Quod ergo ipſe uellet nunc uiolare templum Spiritus ſancti eſſet ſumma temeritas. Nam Spiritus ſanctus illum diſperderet, ſicut dixit apoſtolus, q̃ qui uiolauerit templum Dei diſperdet illum Deus. prima Cor. 3. Quintò, quia ſi Maria poſt hoc ab aliquo uellet cognoſci, uideretur hoc eſſe propter ſolum deſiderium libidinis: nam matrimonium iſtud factum fuerat, ut haberetur iſta proles, non quidem ex eo, ſed ut conſeruaretur per illud. Nihil ergo erat iam neceſſarium pertinens ad matrimonium, cùm proles perfecta haberetur. Ergo uelle cognoſci poſt hoc propter incontinentiam, & infirmitatem carnis eſſet, quæ imperfectio non eſt ponenda in Virgine. Sextò, quia retrocederet uirgo a propoſito ſuo. Nam quando angelus dixit ei, q̃ conciperet Meſsiam, quodammodo turbabatur, ne per hoc oporteret eam cognoſci a uiro dicens: quomodo fiet iſtud, quoniam uirum non cognoſco? Luc. 1. Ergo à fortiori intendebat poſtea, quando non eſſet neceſsitas concipiendi manere in perpetua continentia. Sed poſt Chriſti natiuitatem non fuit aliqua neceſsitas cõcipiendi: ergo Maria poſt hoc ſeruaret incorruptionem, niſi mutaret propoſitum: mutare autem propoſitum in tali re eſt magna imperfectio, quia nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. Luc. 9. Ad primum in contrarium dicendum, quòd quidam putant, ſicut ait Hieronymus ſuper Matthæum, fuiſſe fratres domini quoſdam, quos Ioſeph ex alia uxore prius genuerit. Nos autem fratres domini, non filios Ioſeph, ſed conſobrinos ſaluatoris ſororis Mariæ materteræ domini filios intelligimus, & ſic uult Hieron. q̃ Ioſeph non habuit aliquos filios, nec etiam habuit aliam uxorem præter Mariã: immo ait Hieronym. in li. contra Hæluidium hæreticum, quòd credendum eſt Ioſeph potius Virginem permanſiſſe, quia aliam uxorem habuiſſe non ſcribitur, & fornicatio in ſanctum uirum non cadit. Vocantur ergo fratres domini filii ſororum matris eius: quia Maria mater eius habuit ſorores, quæ genuerunt filios. Nam Maria uxor Zebedæi dicitur eſſe ſoror eius: & Maria uxor Alphæi etiam dicitur ſoror eius. Ideo filii illius Mariæ, & Alphæi dicuntur fratres Chriſti. Et filii iſtius Mariæ, & Zebedæi dicuntur fratres Chriſti. Primi ſunt Iacobus, & Ioannes, de quibus dicitur, q̃ mater filiorum Zebedæi ſtetit coram Chriſto petens ab eo, vt duo filij ſui ſederent, vnus ad dexteram Chriſti, & alius ad ſiniſtram in regno ſuo. Et hoc dicebat: confidens, q̃ Chriſtus face ret iſtud pp propinquitatem magnam filiorum ſuorum ad Chriſtum, infra 2. filij Alphæi & Mariæ vxoris eius vocabantur fratres Chriſti. Et de his magis expreſsè habetur in ſcriptura, vt patet Mar. 6. ſ. Nonne iſte eſt fabri filius, & Mariæ, frater Iacobi, & Ioſeph, & Iudæ, & Simonis? Nõne & ſorores apud nos ſunt? Omnes nominati hic dicuntur eſſe filij Alphei, & maximè Iacobus, qui primus nominatur. Et iſte eſt Iacobus, de quo cõmuniter dicit̃, q̃ ſit frater Domini, ſicut ait Apoſtolus ad Gala. 1. ſ. Alium aũt apoſtolorũ vidi nemine niſi Iacobum fratrem Domini. Et ſic eſt conſuetudo apud Hebræos vocare fratres: licèt iſti potius vocentur patrueles, vel fratrueles. i. filij duorũ fratrũ, vel patrum, vel matrum, qui ſunt fratres. Sic accipitur Iſa. 5. ſ. Cantabo vineæ meæ canticum patruelis mei.

Ad ſecũdũ reſponſio.

Ad ſecundum dicendum, q̃ non ſequitur, cùm dicitur antequam conuenirent peperit: ergo poſtquã peperit, cõuenerunt: quia poteſt ſtare vnum ſine altero, & etiam non eſt ſemper intentio loquentis ſignificare aliquem actum ſequentem, ſic ait Hieron. in lib. contra Heluidium, q̃ licèt hæc præpoſitio ante ſæpe indicet conſequentiam actus, interdum tamen ſolùm oſtendit ea, quæ prius cogitabantur, vt poſtea fierent. Non eſt autem neceſſe, vt primò cogitata ſemp fiant, cùm aliq̃n interueniat aliquid, vr illa fieri non poſſint. Si aliquis dicat antequam in portu pranderem naugaui, non innuit, quòd in portu prandeat poſtquam nauigauerit, ſed innuit quòd cogitauerat, ſcilicet, q̃ ante pranſurus eſſet in portu, quàm nauigaret. Et accidit quòd non potuerit prandere, quouſque nauigaret. Sic Matthæus, cùm dicit antequam conuenirent inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto: non innuit, q̃ poſt hoc conuenerint: ſed, quòd dum videbãtur conuenturi non conuenerunt: quia præuenit conceptio per Spiritum ſanctum, ex quo factum eſt, q̃ nõ conuenirent. Ad tertium dicendum, q̃ illud aduerbium donec, nõ importat ſemper alium actum ſequi: ſed aliq̃n poteſt eſſe, q̃ nullus actus ſequatur. Sic patet Gen. 8. Vbi dicitur de coruo, q̃ emiſit Noe coruum, vt videret, an deſicata eſſet terra, qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ. Et tamen manifeſtum eſt, vt probatum eſt. eod. cap. & colligitur ſatis ex litera, quòd coruus nunquam rediit in arcam: quia ſi redire deberet, hoc potius faceret, quando tota terra erat operta aquis, ſicut dicitur de columba, q̃ non inueniẽs, ubi requieſceret pes eius, reuerſa eſt in arcam. Et poſtquam miſit eam iterum, & inuenit terram deſicatam non eſt reuerſa vltra ad eum. eod. cap. Ita eſſet de coruo: quia, cùm eſſet terra deſicata, & inueniret eam plenam cadaueribus, quæ ipſe ualde cupiebat: non erat vllatenus veriſimile, quòd uellet redire in arcam. Et ſic idem eſt dicere, q̃ nõ reuertebatur, donec ſicarentur aquæ, quod dicere nunquam reuerſus eſt. Et ponitur quaſi ad tollendum dubium, ſcilicet, quia ſolùm erat dubium, an coruus reuerteretur antequam inueniret terram deſiccatam, & dicitur, q̃ vſque tunc non reuerſus eſt. Et ſic innuitur, quòd nũquam rediit. Sed patet etiam Gen. Vbi Deus promittẽs Iacob multa bona, ait: Ego ero cuſtos tuus quocunque perrexeris: nec dimittam te, niſi compleuero vniuerſa, quæ dixi. Vbi alia litera habet donec cõpleuero vniuerſa, q̃ dixi. Et tamen non eſt ſenſus, q̃ poſtq̃ Deus cõpleuit vniuerſa, quæ dixit ad Iacob, dimiſerit eum. Nam nunquam dimiſit, ſed potius multiplicauit eum, & ſemen eius, & pepigit cum eo pactum, quod ẽt pepigerat cũ patre ſuo Abrahã, & Iſaac

promittens ei ſpāliter bona, vſque ad mortem ſuam. Gen. 46. ſ. Qñ apparuit Deus Iacob deſcendenti in Aegyptum apnd puteum iuramenti. Sic etiam Pſalm. 109. dicitur de Meſſia, q̄ Deus dicat ei: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorū. Non eſt tamen ſenſus, q̄ poſtquam Deus ſubijceret inimicos Chriſti pedibus eius, deſineret ſedere ad dextram patris, quia in æternum ſedet, cùm ſit filius eius naturalis, & conſubſtantialis, & neceſſe eſt eū ſemper eſſe æqualem patri, quod eſt eſſe ad dextetam. Et accipiendo etiam ſecundùm humanitatem nunquam ceſſabit ſedere, immo ſubiectis inimicis videbitur eſſe humanitas Chriſti in maiori gloria, qđ impor- G tatur per ſedere ad dextram. Nam qñ inimici Chriſti non erant ſibi ſubiecti, ſ. eo viuente, cùm eū impugnabant, erat Chriſtus ſm humanitatem in minori honore, & tñ tunc ſedebat adhuc ad dextrā patris ſm æqualitatem naturæ. Poſt reſurrectionē aūt, qñ inceperunt inimici eius ſubijci ſibi, cœpit humanitas ſua eſſe in maiori honore. Nam dixit apoſtolis. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, infra 28. Ergo à fortiori tunc ſedet ad dextram Dei. Et ſic non ponitur donec, niſi ad tollendum dubium: quia dubiū erat, an antequam eſſent ſubiecti Chriſto inimici ſui, ſederet ad dextram Dei, quia de poſt non erat dubium, cū poſtea eſſet honorabilior. Ideo, cū dicitur: ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, etiam innuitur, q̄ ſedeat à dextris Dei in æternum. Sic etiam dicitur Pſal. 142. ſ. Oculi noſtri ad Dominum Deum no- H ſtrum, donec miſereatur noſtri. Non eſt tamen ſenſus, q̄ poſtquam Deus miſertus fuerit nobis, debeamus oculos noſtros ab eo auertere, ſed ſemper debemus habere oculos noſtros ad ipſum. Pſal. 22. ſ. Oculi mei ſemper ad Dominum. ita hic ſolùm ponitur donec, ad tollendum dubium: quia ſolùm erat nobis dubiū, an Maria fuerit cognita à Ioſeph ante Chriſti natiuitatem: cùm non fiat conceptio naturaliter ſine ſemine. Poſtea verò non erat aliqua cā dubitandi, cùm Maria poſtea non concepit, nec peperit. Ideo dicere, q̄ Ioſeph non cognouit Mariam, donec peperit filiū: eſt quaſi dicere, q̄ nunquam cognouit eam, quod ſolùm erat rō dubitaudi, an cognouiſſet eam ante conceptum, & partum. Ad quartum dicēdum, q̄ primo- I

Ad quartū, Primogenitus qūo intelligatur.

genitus non ſemper importat alios poſtea genitos, vt patet hic, quia aliquando iſtud nomen primogenitus importat relationem, & tunc ſignat alios poſt natos. Aliquando eſt nomen abſolutum, & tunc nō ſignat aliquem conſequi. Quod apparet, quia primogenitus dr̄ de primo, & tamen primus, & oēs cōparatiui ſm dialeticos ponuntur aliquando abſolutè, & dr̄ primus, ante quem nemo fuit, ſiue poſt illum ſit aliquis ſiue non, & vltimus, poſt quem nullus eſt, ſiue ante eum aliquis fuerit, ſiue non. Aliquando exponuntur comparatiuè. ſ. primus eſt, ante quem nemo fuit, & poſt quē aliquis eſt. Et vltimus, poſt quem nemo eſt; & ante quem aliquis fuit. Ita ergo primogenitus exponetur abſolutè aliquando. ſ. primogenitus ante quē nullus natus eſt, ſiue poſt eum ſit natus aliquis, ſiue K non. Et pōt poni comparatiuè. ſ. primogenitus, ante quem nullus natus eſt, & poſtquem aliquis natus eſt. Ita Chriſtus eſt primogenitus Mariæ: quia ante illum de Maria nullus genitus eſt, licèt poſt eum nullū genuerit. Item patet hoc ex noībus relatiuis, quia filius, & filia, nurus, & ſocrus relatiua ſunt, & tamen accipiū tur ſæpe pro abſolutis. ſ. filius pro viro quocunque, & filia pro fœmina quacunq;. Sic accipitur Canticorū 2. cùm dicit ſponſus. Ego flos campi, & lilium conuallium. Sicut liliū inter ſpinas, ſic amica mea inter filias, ideſt, inter mulieres. Quia ſi relatiuè acciperetur, neceſſe eſſet poni ibi, cuius erant iſtæ filiæ. Etiam dicit, eod. cap. ſponſa. Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios, ideſt, inter viros: quia nō ponitur ibi, cuius ſint iſti filij. Sicut etiā dicitur Prou. vlti. Multæ filiæ congregauerunt diuitias. i. multæ mulieres: qa nō ponit ibi relatiuè. Sic ēt iſtud nomē nurus eſt relatiuū, & ponit abſolutè, vt ait Ouid. 2. Metam.

Inde fluunt lachrymæ, ſtillatæque ſole rigeſcunt.
De ramis electra nouis, quæ lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit geſtanda latinis.

Ideſt, mulieribus latinis: quaſi dicat, de arboribus illis fluunt lachrymæ, quæ per calorem ſolis rigeſcunt, i. indurantur in electra, & cadunt in fluuium Eridanum, ſiue Padum vulgariter dictū. Et ille mittit illa electra per Italiam, vt nurus latinæ. i. mulieres latinæ geſtent illa in ornatū. Idē eſt de alijs noībus relatiuis, vt proximus, & ſupremus. Nā licèt iſta ſint cōparatiua, & exponantur aliqñ cōparatiuè, aliqñ abſolutè, leges tñ humanæ accipiunt ſæpe abſolutè proximū, & ſupremū, vt patet. ff. de verbor. ſignificat. l. ꝓximus. Et dicitur proximus eſt, quem nemo antecedit. Vnde poſuit in ſignificatione abſoluta, & apparet magis. eod. titu. l. proximi. cùm dicitur proximi appellatione etiā ille continetur, qui ſolus eſt. Sic etiam de iſto nomine ſupremus. eo. tit. l., ꝓximus, ſcilicet, q̄ ſit ſupremus etiam ille, ante quem nemo fuit. Cùm ergo oīa iſta nomina ſint relatiua ſm naturam ſuam, & tamen inueniantur ſæpiſſime in ſignificatione abſoluta, erit ſic de hoc nomine primogenitus, quod licèt ſit relatiuū, aliqñ tamen ponitur vt abſolutum: ita, vt dicatur primogenitus, poſt quem nemo naſcitur. Hoc magis ex conſuetudine ſacræ ſcripturæ in veteri teſtō, vbi vocatur primogenitus ille, ante quem nemo naſcitur, ſiue poſt eum aliquis naſcatur, ſiue non: vt patet Exo. 13. Vbi iubetur primogenitum pecorum offerri, & primogenitos hominum redimi. Si tamen vocaretur primogenitus ſolùm ille, qui habebat alios poſt ſe natos, nunquam ſciretur, an erat primogenitus, qui prius naſcebatur quouſque haberet alios fratres. Et tamen iubebat Deus, q̄ cùm mulier pareret primogenitum poſt quadraginta dies offerret illum Domino: dans ſacrificium, & redimens illum quinque ſiclis. Leu. 12. & Numeri. 18. Et tamen poſt quadraginta dies à partu nondum poterat ſciri, an iſta mulier alios habitura eſſet filios, reſpectu quorum iſte vocaretur primogenitus. Ergo lex vocat iſtum primogenitum, quando nondum conſtat, an alios poſt ſe natos habeat. Et ſic accipit primogenitum abſolutè. ſ. quem nemo præceſſit natiuitate, ſiue alius poſt naſcatur, ſiue non. Sic fuit in Maria. Nam conſtat de ipſa etiam apud hæreticos, q̄ ante Chriſtum nullum filium habuit, & iſtum obtulit in templo in die quadrageſimo poſt partum, & redemit eum lege primogenitorum. Luc. 2. Manifeſtum eſt ergo, q̄ tunc Chriſtus primogenitus vocabatur ſm legem, & tamen nondum Maria poterat habere alios filios, etiam ſi aliquos poſt Chriſtum habuiſſet: igitur primogenitus ſm legem abſolutè accipitur. Et ſic non oportebat, q̄ poſt Chriſtum aliqui naſcerentur ad hoc, q̄ ipſe vocaretur primogenitus reſpectu illorum: quia immediatè vt natus eſt, primogenitus vocatus eſt, ſm legem: quia aliàs non fuiſſet obligata mater ſua offerre illum in templo die quadrageſimo. Et tamen Luc. 2. innuitur, quòd obligabatur, vel videbatur obligari: quia dicitur ibi, q̄ iſta facta ſunt ſm conſuetudinem legis Moyſi. Iſte etiam eſt modus accipiendi primogenitū in iure. Nā ſi ſit lex, q̄ aliquis honor, vel poſſeſſio deueniat ſolū ad primogenitos, ſi quis vnicum filium genuerit, non eſt dubium, quin ad illum pertineat ille honor, vel poſſeſſio. Sic accipitur primogenitus. extra de verbor. ſignific. c. Ioſeph. cū dicit. Ex hoc loco multi peruersè ſuſpicati ſunt Ma-

teriam

teriam alios filios habuiſſe, cùm ſit mos ſacrarū ſcripturarum illum primogenitum appellare, quem nemo præceſſit, & non ſolùm eum, poſt quem alij nati ſunt. De his omnibus magis diximus in libro noſtro de quinque figuratis paradoxis parte prima.

De quo Chriſtus fuit conceptus in vtero Virginis. Quæſt. LI.

QVAERITVR vlterius circa Chriſti conceptionem ex Virgine, de quo conceptus eſt. Nam cōiter dicitur, q̄ conceptus eſt de puriſſimis ſanguinibus B. Virginis, vt ait Damaſcenus lib. 3. aliquando tñ errant circa iſtos puriſſimos ſanguines, putantes non fuiſſe conceptum Dominum in Virgine de ſanguine menſtruali, de quo cō- G cipiuntur oēs, quia putant ſanguinem illum eſſe impurum, & ſordidum. Et errant credentes ob hoc, q̄ fuerit conceptus Chriſtus de ſanguine, qui erat in venis B. Virg. quia iilum putant eſſe purū. Sed hoc non ſtat. Primò, quia ex ſanguine, qui eſt in venis non pōt fieri conceptio, cū locus conceptionis, & formationis fœtus non poſſit eſſe in venis, ſed in matrice, & tñ in matrice non eſt ſanguis aliquis, niſi qui uocatur menſtruum: ergo ex menſtruo neceſſe eſt fieri conceptionem. Secūdò patet, quia ſi ex ſanguine venarū in Virgine Chriſtus fuiſſet conceptus, non diceretur Chriſtus propriè filius Mariæ, vel ipſa non vocaretur ita ꝓpriè mater Chriſti, ſicut aliæ mulieres vocantur matres filiorum ſuorū. Hoc aūt eſſet tollere totum bo- H num Virginis, quia maxima dignitas eius, in qua ipſa excedit oēs mulieres, immo & oēm creaturā eſt, q̄ ſit mater Chriſti, qui eſt verus Deus, ſi aūt imperfectā rationē maternitatis hēt, tolletur ſibi multū de dignitate maternitatis: oportet ergo q̄ ad hoc q̄ ipſa ſit verè mater Chriſti, q̄ ipſa in cōceptu Chriſti fecerit qđ aliæ fœminæ faciunt concipiendo filios ſuos. Aliæ autē fœminæ non ſolū miniſtrant materiā, de qua fiat conceptus, ſed ēt ꝓ quandā virtutē actiuā diſponunt illam ad hoc, q̄ ſit apta, & propinqua, vt poſſit fieri cōceptus. Iſtud aūt eſt, quia ſanguis abſolutè, ſiue in viro, ſiue in fœmina non eſt materia apta ꝓpinqua ad fœtū formandū, iō in fœminis digeritur ſanguis ille purus, & alteratur, & ſic diſponitur, vt ſit materia ꝓpinqua, I & apta ad conceptum. Sic. n. fit in lacte, qđ de ſanguine gignitur ꝓ quandā alterationem factā à virtute exiſtente in mamillis. Ita ſanguis ille purus, & rarus, qualis eſt in venis non eſt materia apta ad formationē fœtus, ſed oportet magis denſari, & digeri, & alterari ſm calorem. Et hoc fit in fœminis à virtute generatiua, ſicut in viris ſemen digeritur à virtute generatiua. Et iſte ſanguis alteratus, & aliqualiter denſatus per virtutem generatiuam fœminæ mediante calore tanquam inſtrō vocatur menſtruum, & eſt de quo fit cōceptio in matrice. Et hoc apparet, quia puellæ non poſſunt gignere vſquequo incipiant habere menſtrua. Et poſtquam deſierint habere menſtrua ēt nō poſſunt gigne- K re niſi ſupernaturaliter, ſicut dr̄ Gen. 18. ſ. Erāt ambo, ſ. Abraham, & Sara prouectæ ætatis, deſierantq; Saræ fieri muliebria. Et in hoc innuit ibi, q̄ conceptus Iſaac fuit ſupernaturalis, & verum eſt. Et tamē iſta digeſtio ſanguinis ad faciendū menſtrua fit à potētia generati, ua, quæ habet calorem ſufficientem, qui eſt inſtrumē tum ſuum. Et iſta eſt cā, quare menſtrua non fiunt in puellis quouſque incipiunt hr̄e pilos in genitalibus, & vocantur tunc ꝓberes ſm iura, vt ait Iſidorus. 11. Etymologiatum, & extra de ſpon. c. puberes, ſcilicet, puberes à pudendis dicti ſunt, quia iſta loca primò laguinem ferunt. Pili tamen naſcuntur ꝓp calorē digerentem. Ideo puellæ tunc primò menſtrua habēt, quando calor in eis incipit eſſe, & iſta eſt cā quare fœminæ in ſenectute magna non habent menſtrua, ſcilicet, quia ceſſat in eis calor, cū infrigidentur ꝓp ætatē. Et ita cū Sara eſſet prouectæ ætatis deſierant fieri in ea muliebria. Gen. 18. Hoc ſuppoſito dicendum, q̄ licèt mulier duo faciat in conceptu. ſ. miniſtrare materiam. i. ſanguinē, & præparare illam. i. menſtruum, tñ magis dr̄ mr̄ ꝓp ſcđam opinionē, q̄ ꝓp primam: qa aliàs ita poſſent eſſe matres puellæ ante pubertatem, & veteranæ poſtquam deſierunt fieri muliebria, ſicut mulieres puberes ætatis maturæ: quia in utriſque eſt ſanguis, qui eſt materia, & tamen impuberes puellæ, & veteranæ non poſſunt diſponere illum ſanguinē, vt ſit materia apta ad conceptum, & ſic ille nunquā efficiuntur matres. Item patet efficatius, quia ſicut pater non dicitur à potentia generatiua, ſed ab actu potentiæ generatiuæ, ita mater vocatur mater ab actu potētiæ generatiuæ. Ipſa namq; potentia generatiua ſemper eſt ī viro, & in fœmina à principio vitæ, vſq; ad mortem; quia cū ſit potentia quædam naturalis purè, non aduenit poſt tps, ſed incipit cū ipſo animali, & deſinit cū eo, ſicut appareret in cæteris potentiis, & viribus.

Actus tamen potentiæ generatiuæ nō eſt ſemper, ſed in tempore determinato. ſ. quando eſt inſtrumentum conueniens in animali. ſ. calor, qui eſt inſtrm generale virium animæ. Sicut ergo pater dicitur ab actu potentiæ generatiuæ, ita mater ab actu potētiæ generatiuæ. Primus tamen actus. ſ. miniſtrare materiam. i. ſanguinem non eſt actus perſonæ generatiuæ, nec alicuius potentiæ: quia non eſt verè actus: quia miniſtrare materiam iſto modo. ſ. ſanguinem non digeſtum, nec alteratum, nihil aliud eſt, q̄ habere ſanguinem in corpore. Et iſtud non eſt actus alicuius potentiæ, ſed eſt natura animalis perfecti, q̄ non eſt ſine ſanguine. Erit ergo actus potentiæ generatiuæ in fœmina digerere ſanguinem illum, & alterare aliqualiter, vt ſit materia ꝓxima ad conceptum. Iſte igitur erit actus, à quo mulier propriè denominatur mater, & dicitur gignere, vel concipere. Confirmatur hoc, quia ſi iſtud non eſſet, diceretur vir gignere fœtum ex fœmina, ipſa tamē non diceretur gignere filium, uel concipere, ſi nō haberet aliquem actum ſpecialem circa materiam fœtus. Nam propter ſolam continentiam ſanguinis non magis diceretur mulier concipere, vel gignere filiū, quando ille concipitur, quàm ante per decem annos, cū etiā prius ſanguinem haberet, de quo poterat formari fœtus. Non eſt ergo mulier mater propriè, niſi pro eo, quòd materiam diſponit. Cùm ergo Maria fuerit vera mater Chriſti, tam completè ſicut aliæ mulieres ſunt matres filiorū ſuorum, oportet quòd ipſa habuerit iſtas duas operationes reſpectu corporis Chriſti, ſcilicet, miniſtrare materiam. ideſt, ſanguinē, digerere illum, & alterare, vt ſit materia apta ad conceptum. Hoc autem eſt habere menſtrua, vel conceptionem fieri de menſtruo: ergo corpus Chriſti non fuit conceptum de ſanguine, qui erat in venis, ſed de mēſtruo. Item patet, quia, vt dictum eſt, propria ratio, à qua mater dicitur, eſt præparare materiam: quia vt dictum eſt ille eſt actus potentiæ generatiuæ. & tamē Maria fuit mater Chriſti: ergo ipſa ꝓparauit ſanguinem faciendo menſtruum, & de illo corpus Chriſti formatum eſt. Alioquin non eſſet Maria naturalis, & uera mater Chriſti. Et tamen eſt naturalis mater eius, licèt ſupernaturaliter conceperit, & tamen ad hoc, q̄ mater ſit naturalis, requiritur, q̄ ipſa miniſtraret materiam eo modo, quo aliæ fœminæ, ſicut patet per Sāctum Thom. 3. parte Summæ. q. 31. arti. 5. cùm ait: Ad naturalem autem modum generationis ex parte materiæ pertinet, q̄ materia, de quā corpus eius. i. Chriſti ꝓceptū eſt, ſit ꝓformis materiæ, quā aliæ fœminæ ſubminiſtrāt ad ꝓceptionē ꝓplis. Hęc aūt materia ſm Phy-

in lib. de generatione animaliũ est sanguis mulieris, nõ quicunque, sed perductus ad quandam ampliorẽ digestionem per uirtutem generatiuam matris, ut sit materia apta ad cõceptum, & ideo ex tali materia fuit corpus Christi conceptum: hęc ille. Est autem uerum, ꝙ aliqui dubitant, quæ sit naturaliter materia fœtus, & tamen nemo, qui aliquid sapit, dicit aliam materiam, uel aliter dispositam ministrasse Dominam in Christi cõceptu, quam ministrant aliæ mulieres naturaliter. Dicunt tamen quidam, quòd materia naturalis, de qua corpus formatur sunt semen patris & matris comixta simul cum sanguine menstruo: ita ꝙ totũ hoc sit materia corporis. Hoc autem Ari. destruit multipliciter in 15. de animalibus ostendens, ꝙ id, ꝙ decidit de uiro non est materia corporis humani, sed solùm principiũ actiuum, uel motiuum. Et probat hoc per rationem, & experimenta sensibilia, quæ maximè in rebus naturalibus fidem faciunt, ut patet inspicienti uerba eius. Ostendit etiam, ꝙ semen mulieris nihil facit ad generationem. Vnde quædam mulieres concipiunt sine hoc, ꝙ seminent: sed sanguis, qui menstruum dicitur, est in fœminis loco seminis in uiris. Et secundùm hanc positionem philosophi, potest magis saluari, & conuenientius partus Mariæ, & maternitas eius, quàm secundùm alias positiones: quia secundùm eum ad conceptionem corporis humani nulla materia requiritur naturaliter, nisi sanguis mulieris. De hoc latissimè tractat Aegidius Romanus in quodam libello, quem fecit de Embrione. Non est autem credendum, quòd materię corporis Christi, quã sine semine uiri conceptum est, aliquid defuerit, quod naturaliter ad formationem corporis requiratur. Constat tamen Mariam concepisse sine semine humano: asserentibus istud Matthæo, & Luca, & Isai. Ideo oportet, ꝙ materia, ex qua formatũ est corpus Christi, & formatur in aliis hominibus, sit sanguis per uirtutem generatiuam matris præparatus: & ille sanguis est in mulieribus, sicut semen in uiris: ideo eodem tempore semen in uiris, & sanguis iste in mulieribus incipit, s. quando utrisque incipiunt oriri pili, & apparent alia signa pubertatis: ut supra dictum est. Quia tamen in muliere calor deseruiens potentiæ generatiuæ est diminutus respectu caloris uiri, non potest in mulieribus superfluum alimenti ad tantam digestionem perduci, sicut in uiris: ideo in uiris relinquitur sub forma seminis: in fœminis autem manet sub forma sanguinis deficiens a completa digestione seminis. Sanguis tamen & semen propinqua sunt: ideo accidit in hominibus multum coeũtibus, ꝙ sanguinem emittant, quando semen deficit, ut ait. Arist. 15. de animalibus. s. Quia non sufficit ad tantum de semine digerendum, quantum incontinentia desiderat. Non tamen posset emitti sanguis loco seminis, nisi sanguis esset propinquus semini. & in eisdem uasis in quibus semẽ, scilicet, quia cùm in uasis illis generatiuis per uirtutẽ generatiuam conuertitur alimenti superfluum in sanguinem, & sanguis ultimò decoquitur in semen: cùm accidit, ꝙ aliquis coeat plus debito, non existente semine completè digesto in uasis emittitur sanguis, qui digerebatur, ut fieret semen completum. Est tamen dicendum, ꝙ sanguis menstruus, qui fœminis est pro semine, est magis digestus, & inspissatus, quàm sanguis, ꝙ est in uenis: quia sanguis, qui est in uenis, est ualde fluidus, & modicum digestus: nec digeritur tantum quantum posset calor fœmineus digerere. Quod patet, cùm lac dicatur magis digestum, ut quidam uolunt: licèt de hoc nihil nunc asseritur: sanguis tamen menstruus digeritur a fœmina secundùm omnem possibilitatem caloris sui: cùm & adhuc requiratur in eo maior digestio: quæ postea fiet per semen maris comixtum sibi. Item patet clarius: quia omni tẽpore gignitur sanguis in fœmina: siue sit puella, siue uetusta: quia quamdiu animal uiuit nutritur, ut ait Ari. licèt non semper augmentetur. Nutriri tamen est per conuersionẽ alimenti, quod necesse est prius conuerti in sanguinem, quàm in membra: & sic in minima ętate, & maxima senectute sanguis gignitur in fœmina, & tamen non fiunt mẽstrua in ea in parua ætate, nec in senectute: sed in pubertate, & ętate calida: ergo ualde magis digestus est sanguis menstruus, quàm sanguis, qui est in uenis. Nõ est autem putandum, sicut quidam simplices credũt, sanguinem menstruum fieri ex sanguine, qui est in uenis. Nam non fit ex illo: quia non erat locus ad faciendũ hoc, cùm capita uenarũ non aperiantur, ut influat in matricem. Item, quia sanguis, qui est in uenis est determinatus ad sustentationem membrorum, & non ad generationem. Item, quia dicimus, quòd semen in uiris fit ex superfluo alimenti: sanguis tamen qui est in uenis non fit ex superfluo alimenti, sed ex ipso alimento, cùm directè alimentum conuertatur in sanguinẽ. In fœminis ergo sanguis menstruus, qui est loco seminis, ut dicit Ari. 15. animalium, & digeritur per potentiam generatiuam, fiet de superfluo alimenti: & habebit alia uasa, in quibus alteretur, & conuertatur: & nũquam defluet de uenis. Et ista est intentio Ari. & omnium, qui loquuntur de menstruo. Ergo non tenet positio illorum, qui dicunt corpus Christi non esse cõceptum de menstruo: quia motiuum suum deficit. Dicunt enim menstruum esse impurum, & fœtidum: Christi tamen corpus de purissimis sanguinibus conceptum fuit. Hoc non tenet, quia natura, quæ maximè circa generationem hominis, qui est animal perfectissimum non est uerisimile, quòd de re fœtida, & turpi corpus humanum formaret: maximè, cum multa sint pura, de quibus posset formare. Etiam, quia si de re tam impura, & turpi formaretur corpus humanum, non posset magno tempore homo uiuere, sed facilèr corrumperetur. Ideo dicendum, quòd sanguis mẽstruus, de quo formatur corpus hominis, non solùm non est impurus, nec fœtidus, sed etiam est purior, & perfectior, & pręciosior quàm sanguis, qui est in uenis. Quod patet, quia natura cùm sit regulatissima in operationibus suis, necesse est, quòd illæ res sint perfectiores, pro quibus ipsa magis laborauerit; magis tamen laborat pro sanguine mẽstruo, quàm pro sanguine, qui est in uenis: cùm maiorem calorem ad hoc requirat, ut supra declaratum est. Ergo est prætiosior sanguis iste, quàm ille. Motiuum autem istorum asserentium menstruum esse fœtidum, & impurũ, quia menstruũ, quod fœminæ emittunt tale est, nou tenet: quia sanguis menstruus, qui manet in matrice non est talis, sicut ille, qui emittitur: sicut stercora emittuntur de corpore, & sunt quædam partes alimenti: non sunt tales illæ partes, quas membra recipiunt de alimento sicut stercora: quia illa tanquàm inutilia, & impura separat natura a puro, & expellit: reseruando sibi qualdam partes puriores de substantia alimenti. In generatione menstrui sic est, quia natura accipit multas partes cibi, quæ non sunt necessariæ nutritioni, & illas digerit, & conuertit in sanguinem menstrualem. Et quia illud, quòd natura accipit de hoc, habet multas partes impuras, necesse est, quòd natura separet, & emittat illas. Et sicut sumpto alimento necesse est causari stercora: ita facto sanguine menstruali necesse est manere ibi quasdam partes impuras loco sterçorum, & illas emittit natura singulis mensibus. Quælibet enim fœmina postquàm semel ceperit habere sanguinem istum, quolibet mense semel aliquid emittit: licèt quædã mulieres plus, aliæ minus: sicut fit de quantitate stercorũ. Et sic dicitur mulier pati fluxũ sanguinis redeũte mẽse. Leu. 15. ideſt, quòd in fine cuiuslibet mensis: siue de mense,

Materia, ex qua formatur humanum corpus.

mense, ad mensem hoc patiuntur fœminæ. Et ista est cã quare uocatur iste sanguis menstrualis. i. qui singulis mensibus accidit: nisi propter ægritudinem, uel aliqua impedimenta cesset. Nam menstrualis, uel menstruus à mense dicitur, diurnus à die. Aliæ autem partes puræ huius huius sanguinis manent in corpore, & de illis fœtus formatur. Et illæ nõ sunt fętidæ, nec impurę, ideo corpus humanum de substantia pura, & prẽciosa formatur: & propriè loquendo non est uerum, ꝙ fœtus formetur de sanguine mẽstruo, quia sanguis, de quo formatur fœtus manet in corpore, & nunquã emittitur, menstruus autem sanguis foras emittitur p singulos menses. Dicimus tamen sanguinem, de quo formatur fœtus menstrualem, ut faciamus differentiã inter eum, & sanguinem, qui est in uenis, qui non pertinet ad generationem, sed ad alimentum membrorum. Apparet ergo, quòd corpus Christi formatũ est in Virgine de sanguine mẽstruali eius, de quo formãtur corpora aliorum hominum. Cũ autem dicit Damascenus, ꝙ fuit formatum de purissimis sanguinibus, uerum est, quia sanguis ille, quem natura seruat ad formationem fœtus, purus est, & prẽciosior quàm sanguis, qui est in uenis. Habuit autem specialem causam dicendi hoc Damascenus, licèt quorumlibet hominum corpora de purissimis sanguinibus formentur: scilicet, quia corpus Christi non fuit per opus uirile, sicut alia corpora formatum. Ideo fortè putaret aliquis quòd loco seminis uirilis quod defuerat, fuisset ibi alia aliqua materia de humoribus uirginis. Et ad tollendum hoc dixit Damascenus, quòd fuit formatum de purissimis sanguinibus, ideſt, non fuit ibi aliqua alia materia, nisi sanguis purus, qui est sanguis menstrualis.

An Beata Virgo aliquid operata sit actiuæ in Christi conceptione. Quæst. LII.

QVAERITVR, an Virgo operata sit aliqd actiuè in Christi conceptione. Quidam dicũt, quòd in conceptione Christi mater eius operata est aliquod per modum naturalem, & alij dicũt, ꝙ per donum supernaturale. Cum n. Virgo uera mater Christi asseratur, oportet sibi attribuere totum, quod ad matrem pertinet. Dicunt autem pertinere ad officiũ matris, ꝙ aliquod principium actiuũ ad conceptionem ministret, & non solũ materiã tribuat. Hoc aũt diuersimodè ponunt: nã quidam dicũt, ꝙ in materia, quã mater ministrat, oportet esse uirtutẽ actiuam principaliter, tum quia ex cõmixtione seminum fieri ponunt conceptionem, unde sicut semen uiri est actiuum in generatione, ita & semen mulieris, licèt non sit in ea tanta efficatia ad agendũ, tũ ẽt, quia ponunt conceptam prolem sensificari, uel sentire per animam matris, ut sic etiam sit principalior mater in generatione quã pater. Hoc autem improbat Arist. 15. de Animalibus dicens, ꝙ in his, quæ habent uitam perfectam, distinguitur agens, & patiens in generatione pp perfectam generationẽ, quæ in eis est. In plantis autem, quæ imperfectam uitam habent, est in eadem planta uirtus actiua, & passiua, quamuis interdum in una planta dominatur uirtus actiua, & in alia uirtus passiua. Vnde una planta uocatur masculina aliqñ, & alia fœminina. Cũ ergo impossibile sit, qđ est determinatum, ut patiens habeat uirtutem actiuã, respectu eius, ad quod est patiens: quia aliàs nõ distinguerentur ibi actiuum & passiuum, oportet ꝙ fœmina non sit agens in conceptione, sed solùm patiens. Alij dicunt, ꝙ illud, qđ mater ministrat, se habet in generatione, sicut materia naturalis: in materia autẽ naturali non est solùm potentia passiua, quia esset tunc

Alph. Tost. in Matt. Comm.

A generatio uiolenta, & non naturalis, sed oportet inesse ipsi materiæ formam, quæ per generationem est inducenda, & quòd illa præcesserit in materia in potentia, & secundùm esse incompletum, & ideo non habet perfectam uirtutem ad agendum, sed solùm imperfectam, & ideo per se non potest agere, nisi quodammodo excitetur ab agente exteriori, & sic ei cooperetur. Hoc autem non potest stare: quia impossibile est idem esse alterans, & alteratum: unde nõ potest esse, ꝙ forma, quæ est in aliqua materia, agat in ipsam materiam, in qua est, siue sit forma perfecta, siue imperfecta: forma enim, quæ per se non existit, non agit, nec etiam propriè materia patitur, sed compositum est, quod agit, & patitur. Agit quidem ratione formæ, & patitur ratione materiæ. Et ideo non est possibile, ꝙ illa forma imperfecta agendo cooperetur exteriori agenti. Item agere non est nisi in re perfecta, qa agere consequitur ad esse perfectum, cũ unumquodque agat, fm ꝙ est in actu. Vnde oportet, ꝙ forma imperfectè existens in materia, prius perficiatur in esse p agens exterius, quã detur sibi agere. Vnde non potest agendo cooperari ad generationem, per quam forma in esse perfectum adducitur. Item si esset de necessitate matris, ut actiuè ad generationem cooperaretur, Beata Virgo non posset dici mater. Cũ enim conceptio illa simul sit tota facta, scilicet, in instanti, ut sequenti q. declarabitur, non potuit per aliquam uirtutem actiuam creatam fieri: quia omnis creatura operatur cum succesione quadam pp essentiæ finitatẽ. Vnde B. Virgo non potuit actiuè operari ad cõceptionem, & sic nõ habuisset istud, ꝙ ad matrem pertinet, & sic nec mater esset. Nec potest dici, quòd cooperata sit ad introductionem formæ substantialis solùm; quæ etiam secundùm naturam in instanti inducitur. Inducens enim formam est nobilius, quàm præparãs materiam per alterationem, & sic attribueretur Spiritui sancto, quod est minoris dignitatis, & uirgini attribueretur istud, ꝙ est maioris dignitatis. s. introducere formam, & Spiritui sancto digerere, & præparare materiam. Item forma substantialis, ad quam terminatur conceptio est anima, quæ est actus totius, & omnium partium. Nam ea remota, sicut non manet homo, ita nec remanet pes, nec brachium, nec caro, nec os: nisi æquiuocè, ad animam autem Christi constat, quòd Beata Virgo nihil actiuè operata est. Ideo non potuit isto modo Virgo operari materialiter in generatione Christi. Alij dicunt, ꝙ B. Virgo ex dono supernaturali habuit aliquid pluſquam aliæ matres. Materia enim, quæ ab aliis ministratur, non potest seipsam completè in actum educere, nisi sit ibi agens exterius: sed materia corporis Christi, quã B. Virgo ministrauit, hoc habuit ex dono diuino, ꝙ posset se ipsam formare per uirtutẽ superadditã naturæ, sed nõ poterat hoc in instanti fieri, ut infra probabitur, prœuenit Spiritus sanctus. s. subito formationẽ corporis Christi cõplẽs, quæ tñ, per uirtutem superadditã naturæ cõpleri potuisset succesiuè. Istud non stat, primò, quia si illa uirtus nihil operata est ad formationem corporis Christi, frustra colata est, & tamen in natura nihil est frustra, ꝙto magis in eis, quæ à Deo fiunt? Secundò, quia B. Virgo non eligebatur à Deo, ut esset simul pater & mater Christi, sed solùm ut esset mater, ideo nõ orportebat, ꝙ in materia, quam Virgo ministrauit ad Christi conceptionem, esset illud, qđ est in alijs ex parte patris, & matris. Nam in aliis conceptionibus cõmixto semine masculino cũ menstruo, est ibi uirtus actiua ex parte seminis uiri, & principium passiuum ex parte menstrui. Tertiò, quia secundùm actiuam, uel passiuam potentiam generandi non dr homo pater, uel mater, sed secundũ ꝙ persona procedit in actum. Ideo licèt

Universidad de Sevilla
Biblioteca

Virgo nō habuerit personā actiuam viri, & passiuā fe-
minæ, cùm solùm esset fœmina: si tamen in materia,
quam ipsa ministrauit, fuit virtus actiua, quæ requiri-
tur ad patrem, & matrem, si virtus illa nō operata est,
non dicetur pater, nec mater: vel eadem ratione pa-
ter qua mater, quod absurdū est: nisi fortè diceretur,
q̄ ad esse matrem sufficit ministrare materiam, quod
non sufficit ad esse patrem, ideo quòd dicatur mater,
& non pater. Et hoc est s̄m intentionem philosophi
intelligendo de materia, sicut declaratū est p̄cedēti q.
Et secundùm istam viam perfectissimè saluatur virgi-
nitas, & maternitas, & ob hoc positio philosophi con
uenientior est fidei. Tenendo hanc viam, videtur q̄ in
conceptione prolis inuenitur triplex actio. Vna, quæ
est principalis, s. formatio, & organizatio corporis. Et
respectu huius actionis solus pater est agens, mater au
tem solùm ministrat materiam. Secunda actio est pre
cedens hanc actionem, & præparatorium ad ipsam,
cùm enim generatio naturalis sit ex determinata ma
teria, & q̄ vnusquisque actus sit in propria materia,
vt patet secundo de anima, oportet q̄ formatio pro-
lis fiat de materia conuenienti, & non de quacunque:
vnde oportet esse aliam virtutem agentem, per quā
præparetur materia ad conceptum, & sic dicit Arist.
in 2. Phy. ars, quæ operatur ad formā, imperat, & prin-
cipatur ei, quæ præparat materiam: sicut ars, quæ com
paginat nauem, imperat ei, quæ complanat ligna. Et
ideo virtus, quæ præparat materiam ad cōceptum est
imperfecta respectu illius, quæ ex materia præparata
format prolem. Hæc autem virtus præparans materiā
est matris, & est imperfecta respectu virtutis actiuæ, q̄
est in patre: vnde dicit Arist. 15: de animalibus, q̄ mu-
lier est sicut puer, qui nondum potest generare. Ter-
tia actio est concomitans, vel sequens principalē actio
nem. Sicut enim locus facit ad bonitatem generatio-
nis, ita etiam dispositio matricis operatur ad bonam
dispositionem prolis quasi præbens fomentū. Et hoc
est, q̄ dicit Auic. in c. de Dilemijs. s. matrix non facit
nisi ad melioratiōnem conceptus. Secundùm hoc di-
cendum, q̄ in principali actione formationis corporis
Christi nihil fuit ex parte virginis, quod esset actiuum,
si id q̄ ministrauit B. Virgo fuit solùm materiale, &
passiuum ad hanc conceptionem, virtus autem diui-
na fecit ipsum, quod fit in alijs conceptionibus per vir
tutem seminis, quod est à patre. Et ideo Damascenus
dicit virtutem diuinam fuisse quasi diuinum semen.
In secunda autem, & tertia operatione B. Virgo ope-
rata est actiuè, sicut & aliæ matres, ideo fuit vera ma-
ter. Et hæc est veritas. Aliqui tamen errant adhuc si-
cut quidam de præcedentibus, dicentes beatam Vir-
ginem operatam esse actiuè in conceptione Christi,
tam virtute naturali, quàm supernaturali. Naturali q-
dem virtute, quia ponunt, q̄ in qualibet materia natu-
rali est aliquod actiuum principium, sicut supra dice-
batur, quia aliàs esset generatio violenta. In hoc tamē
decipiuntur, quia transmutatio dicitur naturalis p̄p
principium intrinsecum non solū actiuum, sed etiam
passiuum. Nam expressè dicit Arist. 8. Phy. q̄ in graui-
bus, & leuibus est principiuum passiuum motus natu
ralis, & non actiuum: nec est possibile, q̄ materia agat
ad formam suam producendam, quia non est in actu:
nec est possibile, q̄ aliquid moueat se ipsum nisi diui-
datur in duas partes, quarum vna sit mouens, & alia
mota, quod in solis animatis contingit, vt probatur
8. Physi. Ideo naturali virtute Domina nostra nihil ad
hoc egit, vel non probatur egisse, cùm isti decipiātur
in fundamento. Dicunt etiam q̄ supernaturali virtute
operata sit, quia dicunt ad matrem requiri, q̄ non so-
lùm materiam administret, quæ est sanguis mēstruus,
sed etiam q̄ semen fœmininum cōmixtum semini
viri habet virtutem actiuā in generatione. Dicunt tū,
q̄ in B. Virgine nulla fuit facta resolutio seminis pro-
pter integerrimam eius virginitatem: ideo asserunt, q̄
Spiritus sanctus tribuit ei supernaturaliter virtutē acti
uam in cōceptione corporis Christi, & quod aliæ ma-
tres habent per semen resolutum, q̄ habuerit Virgo
per virtutem supernaturalem. Sed errant, quia supra
in quadam quæstione probatum est, q̄ semen fœmi-
næ nihil proficit ad generationem, & q̄ interdum cō-
cipiunt non seminando. Item, quia cùm quelibet res
sit propter suam operationem, vt patet in secundo de
cælo, & mundo: non fuisset necessarium distingui se-
xum maris, & fœminæ ad generationem, nisi essent
distinctæ operationes maris & fœminæ in generatio-
ne. Distinguuntur tamen in generatione operationes
agentis, & patientis. Ideo relinquitur, quòd tota vir-
tus actiua in generatione sit ex parte maris, & tota
passio ex parte fœminæ. Et ob hoc, sicut supra dictum
est, in plantis in quibus vtraque virtus reperitur in eo-
dem, non est distinctio maris, & fœminæ. Quia igitur
Virgo non accipit, vt esset pater Christi, sed solū ma-
ter, oportet, quòd solùm fuerit in ea potentia passiua,
& non fuerit ei data aliqua potentia actiua in conce-
ptione corporis Christi. Et sic frustra esset ista poten-
tia: quia si fuisset ibi, esset ipsa pater, & mater, vt proba-
tum est, & tamen solùm fuit mater: ergo non fuit co-
lata sibi virtus actiua. Dicendum ergo sicut supra,
quòd nihil egit in formatione corporis actiuè, sed so-
lùm ministrauit materiam, quam ipsa per virtutem
generatiuam p̄parauerat, antequam angelus veni-
ret ad eam vt fieret conceptio, & per illam p̄parationem fuit sanguis aptus, vt formaretur ex eo corpus.
Et ista præparatio naturaliter facta est. Hoc autē suffi-
cit ad hoc, q̄ ipsa verè, & completè sit mater.

Triplex actio in cōceptione plis inuenitur.

F

G

H

K

An conceptio Christi facta fuerit in iustanti, vel successiuè. Quæst. LIII.

QVAERITVR de conceptione Christi, an
fuerit facta in instanti, vel successiuè. Dicen-
dum, quòd aliorum hominum, & omnium
animalium conceptiones fiunt successi-
uè: quia conceptio dicit perfectam formationem cor
poris animalis, & non completur in viro nisi vsque
ad diem quadragesimum à decisione seminis, & in
fœmina vsque ad diem nonagesimum. Ergo vir non
concipitur in instanti, sed in quadraginta diebus, & fe
mina in nonaginta, vt ait Arist. lib. 9. de Animalibus.
Augustinus autem addit sex dies in formatione cor-
poris viri, quos ipse distinguit in Epistola ad Hieronym.
mum, scilicet, semen, primis sex diebus habet simili-
tudinem lactis, postea in nouem diebus conuertitur
in sanguinem, deinde in duodecim diebus solidatur,
& inspissatur. Postea in decem & octo diebus forma-
tur vsque ad perfecta membrorum lineamenta. Reli
quum autem tempus vsque ad exitum de vtero da-
tur, vt ipse fœtus possit augeri secundùm quantitatē.
De hoc sunt versus communes. Sex in lacte dies, ter
sunt in sanguine terni, bis seni carnem, ter seni mem-
bra figurant. In Christi autem conceptione non fuit
ista successio, sed in instanti factum est, scilicet, subitò
ipsa materia menstrualis, quæ iam sufficienter erat
præparata per Beatam Vitginem, quantum poterat
præparari naturaliter, accepit formam, & figuram cor
poris humani, & animam, & assumptæ sunt ipsæ par
tes humanæ naturæ in vnitatem diuinæ personæ. Nō
potuit aūt fieri successiuè ista cōceptio: qa facta est à
solo Deo actiuè. Deus tñ nō pōt operari p̄ successio-
nē, qa sicut esse eius est totū simul, cū sit in æternita-
te, ita ēt operatio eius est tota simul: ideo necesse est

rem ab eo operatam totam simul induci. Et si posset
produci per partes, nunquam tamen per successionē:
vtpotè, si essent plures productiones terminatę ad plu-
res partes, uel status rei, quælibet tamen esset in instan-
ti. Item oportet dici secundùm fidem, q̄ subitò fuerit
facta ista conceptio, quia humana natura nō fuit prius
assumpta à verbo, q̄ esset perfecta tota s̄m spēm suam.
Nā partes humanæ naturę nō sunt p̄ se assumptibiles:
sed ratione totius, vt declarauit sanctus Tho. 2. senten-
tiarum di. 2. Corpus etiam Christi non nisi per animā
est assumptibile. Proprietates autem, & accidentia hu-
manæ naturæ non dicuntur de filio Dei ante assum-
ptionem, cùm propter ipsam naturam assumptā fiat
communicatio idiomatum. Ergo quidquid humanū
de filio Dei dicitur, non potuit præcedere conceptio-
nem naturæ humanæ. Conceptio autem de filio Dei
dicitur, qui in symbolo dicitur: Qui conceptus est de
Spiritu sancto. Oportet ergo, q̄ conceptio Christi non
præcedat tempore materiam carnis completam, quia
quando esset incompleta non esset assumpta, cū non-
dum esset ibi natura humana. Et sic per cōceptionem
illius carnis imperfectæ non diceretur Christus conci-
pi. Oportet ergo, quòd Christus simul concipiebatur,
& conceptus est, & tunc in eodem instanti Christus
est homo, & concipitur, & conceptus est, & naturam
humanam assumpsit. Et sic necesse est ponere subita-
neam Christi fuisse conceptionem, scilicet, quòd in
eodem instanti conuersus est sanguis menstrualis in
carnem, & perfectè organizatum est corpus, & anima
sibi vnita est, & persona diuina illam naturam assum-
psit. Et sic non fuit Christus prius homo, quàm esset
natura humana assumpta à verbo. Et ista est causa,
quare Deus, & homo in Christo non sunt duæ perso-
næ, sicut dixerunt quidam hæretici, sed vnica, scilicet,
quia natura humana Christi nunquam fuit per se sup-
posita, sed idem fuit instans, quo ista facta sunt, & ver-
bo vnita sunt: ita vt non potuerit acquiri ibi aliqua p̄-
pria suppositalitas in natura humana: fuisset tamē hoc
factum, si persona verbi non assumpsisset naturam hu
manam in ipso in instanti, quo cepit esse, si autem po-
stea assumpsisset necesse erat, quòd destruxisset sup-
positalitatem præexistentem, vt partes naturæ incipe-
rent suppositari, & subsistere subsistentia verbi. Hoc
autem non erat conueniens, quia destruere præexisten
tem suppositalitatem non erat aliud, nisi occidere vnū
hominem, qui iam esset, & partes eius sumi à uerbo,
vt iam non essent partes illius hominis, qui prius fue-
rat: sed partes ipsius personæ verbi. Nam licèt potuerit
Christi assumptio fieri de partibus iam præexistētibus
in suppositō, non tamen fuit conueniens propter cau-
sam dictam, sed, solùm, quòd Verbum diuinum assu-
meret quandam naturam humanam particularem,
quæ simul, ideſt, in instanti formaretur, uel ad esse de-
duceretur. Amplius considerandum est, quòd in con-
ceptione corporis Christi tria posumus inuenire. Pri-
mò motum localem sanguinis ad locum generatio-
nis. Secundò formationem corporis ex tali materia.
Tertiò augmentum, quo perducitur corpus ad quan-
titatem perfectam, in quorum medio ratio conceptio
nis consistit. Nam primum est ad conceptionem præ-
ambulum, tertium autem conceptionem sequitur.
Primum autem non potuit esse in instanti, quia hoc
est contra rationem motus localis cuiuscunque, cuius
partes successiuè subintrant locum: tertium etiam nō
est sine motu locali: tum quia augmentum cum suc-
cessione etiam motu locali est: tum etiam quia proce-
dit ex virtute animæ iam in corpore formato, quæ nō
operatur nisi in tempore. Secundum autem, scilicet,
ipsa formatio corporis, in qua consistit ratio cōceptio-
nis principaliter fuit in instanti, licèt in alijs hominibus

Conceptio Christi fuit quo ad facta perfecta.

A

B

C

D

Tria inueniuntur in cōceptione corporis Christi.

E

sit per successionem, ut supra dictum est. Fuit autem
duplex ratio ad hoc præter supra assignatas. Prima, p̄-
pter uirtutem infinitam agentis. Scilicet, Spiritus san-
cti per quem corpus Christi formatū est. Tanto enim
citius agens potest materiam disponere, quanto fuerit
maioris uirtutis. Vnde agens infinitæ uirtutis potest in
instanti materiam disponere ad debitam formam. Se-
cunda est ex parte personæ filij, cuius corpus formaba-
tur. Non enim erat congruum, ut corpus humanum
assumeret nisi formatum, quia ut superius probatum
est, si ante completam formationem aliquod tempus
conceptionis præcesisset, non poterat attribui tota cō
ceptio filio Dei, quæ non attribuitur ei nisi ratione as-
sumptionis, & ideo in primo instanti, quo materia adu
nata preuenit ad locum generationis fuit corpus Chri
sti perfectè formatum, & anima infusa, & totum as-
sumptum. Et per hoc dicitur filius Dei conceptus: qā
non fieret si per successionem fuisset facta conceptio:
quia tunc non diceremus filium Dei conceptum, sed
corpus illud fuisse conceptum, quod post conceptio-
nem filius Dei assumpsit. Amplius considerandum,
quòd licèt conceptio Christi fuit facta in instanti, non
tamen fuit corpus illud completa conceptione tantæ
quantitatis, sicut alia corpora humana quando finitur
in eis conceptio, sed postea augmentatum est, ita ut
expletis quadraginta diebus, post quos corpus maris
est completum in utero, erat corpus Christi tantæ
quantitatis sicut corpora quorumlibet aliorum fetuū,
quando primò sunt completa, scilicet, in ipso quadra-
gesimo die. Pro hoc autem considerandum, quòd
quantitas debita alicui speciei non est determinata se-
cundùm aliquid indiuisibile, sed habet aliquam latitu-
dinem, & sic in specie humana inuenitur maior quan
titas in diuersis indiuiduis secundùm diuersa tempo-
ra, ut patet ad sensum, minima autem quantitas, quæ
est in uno indiuiduo, est in ipso in primo instanti suæ
figurationis, & licèt fuerit minor ante perfectam fi-
gurationem, quantitas tamen quę est in illo tempore,
non dicitur esse ipsius indiuidui, quia illud non est, do
nec formatum est, quia tūc animatur, & per formam
incipit esse. Ista autem quantitas est ualde parua, ita
quòd interdum non excedat quantitatem unius ma-
gnæ formicæ, ut dicit Ari. 9. de Animalibus, scilicet,
quòd in quadragesimo die, quando completur conce
ptio muliere patiente aborsum inuentum est corpus
prolis omnia membra distincta habere, quamuis in
quantitate esset sicut una magna formica: maxima
autem quantitas in aliquo indiuiduo est in ultimo ter-
mino augmenti, differt in diuersis hominibus, ita pro-
portionaliter minimum quod est in conceptione dif-
fert in quantitate in diuersis. Potuit ergo esse, ut cor-
pus Christi in primo instanti conceptionis suæ perfe-
ctæ signatam haberet quantitatem sufficientem spe-
ciei humanæ, ita quòd sub illa poset existere natura
speciei minor tamen, quam sibi deberetur in prin-
cipio suæ humanitatis, si naturaliter conceptus esset
respectu quantitatis, quam habuit in ætate completa
proportionaliter ad alios homines, & usque ad qua-
dragesimum, uel quadragesimum sextum diem cre-
scendo peruenit usque ad illam quantitatem, quam
alij homines habent, quando in eis minima est, & inci
piunt esse homines, & sic nullum corpus humanum
proportionaliter fuit unquam tam paruæ quantitatis,
aut esse potuit in principio suæ humanitatis, sicut cor-
pus Christi. Dixi autem proportionaliter, quia ali-
quod corpus potuit esse, uel fortè multa fuerunt ita
parua in quadragesimo die suæ completæ forma-
tionis sicut corpus Christi in primo instanti, quo fuit
perfectum, & tamen isti homines postea uiuentes
non poterant peruenire ad magnitudinem corporis

Corp' Christi licet esset in instanti cōpletum, tamen fuit paruissimæ quantitatis.

Christi

Universidad de Sevilla Biblioteca

Christi sicut corpora Pygmæorum, quæ sunt cubitales generaliter, & rarò excedunt istam quantitatem: necesse est enim corpora istorum in utero primo instanti suæ completæ formationis, scilicet, die quadragesimo minora esse corporibus aliorum hominum. Si tamen esset aliquis homo æqualis Christo in quantitate sua maxima, ille non potuit habere corpus sub tam parua quantitate in primo instanti suæ completæ formationis, sicut Christus. Quando tamen exiuit corpus Christi de utero, erat æquale corporibus aliorum hominum sui temporis, qui ad æqualem magnitudinem, uel quasi perueniebant. & sic corpus Christi toto tempore, quo fuit in uirginis utero creuit. In aliis autem hominibus non incipit augmentum nisi post diē quadragesimū, quia res nō dicitur augeri nisi quando est: & tamen non est homo in utero usque ad primum instans post completam conceptionem, quæ accidit masculis die quadragesimo: & fœminis die nonagesimo. Ideo tunc possunt incipere crescere. Christus autem a primo instanti, quo materia corporis eius scilicet sanguis uirginis adunatus confluxit in locum conceptionis, fuit perfectus, ut supra declaratum est: ideo nullum tempus fuit, quo ipse, uel aliqua pars eius esset in utero uirginis, qđ non pertinuerit ad augmentum eius: quia in conceptione non fuit expensum aliquod tempus, sed solum instans. Et per hunc modum potest tolli illorum obiectio, qui dicunt corpus Christi fuisse formatū in quadraginta sex diebus. Ita enim dicit Augustſ. super illud Ioan. 2. cùm Christus dixit de templo, ꝙ illud in triduo reædificaret, & illud dicitur, ꝙ quadraginta sex annis ædificatum est. Ita dicit Aug. & alii quadraginta sex diebus corpus Christi fuisse formatum. Et non est intelligendum, ꝙ incepit formatio a primo die, & cōpleta fuerit in quadragesimo sexto, sicut fit in aliis hominibus: sed ꝙ corpus Christi in instanti formatum est, sed in illis quadraginta sex diebus creuit, & peruenit ad tantam magnitudinem in quanta sunt alia corpora humana in principio suæ conceptionis, quæ finitur illo die quadragesimo.

An conceptio Christi sit omnino naturalis: uel omnino miraculosa. Quæst. LIIII.

QVAERITVR Vlterius, an conceptio Christi sit omnino naturalis, vel omnino miraculosa. Dicendum, ꝙ nec fuit omnino miraculosa, nec omnino naturalis, quia ait Ambrosius in libro de Incarnatione: In hoc mysterio multa secūdùm naturam inuenies, & multa supra naturam. Si enim consideremus ex parte uirtutis actiuæ in matre ad preparandum materiam pro conceptione, & ex parte uirtutis passiuæ, scilicet, ad habendum materiā, quę posset formari, totum est naturale. Quia sicut probatum est præcedentibus quæstionibus, Maria habuit in Christi conceptione quidquid aliæ matres habent in conceptione filiorum suorum: & tamen illæ operātur naturaliter disponendo materiam, ante quam incipiat fieri conceptio, & ministrando illam, quæ possit formari, quod est uirtutis passiuæ: ideo hoc Maria egit naturaliter in conceptione Christi: nec dicit ad hoc, aut potest poni aliquod miraculum. Si autem consideremus ex parte uirtutis actiuæ formantis sanguinem menstruum, totum est supernaturale: quia solus Spiritus sanctus illud operatus est. Et quia res nominatur a forma, & non a materia, & potentia actiua ad passiuā habet se sicut materia ad formam, ideo nominabitur conceptio a uirtute formatiua, & non a passiua ministrante materiam. Actiua tamen supernaturaliter egit, ideo uocabitur ipsa conceptio absolutè supernaturalis. Ad magis hoc cognoscendum considerandum, ꝙ propter unionem duarum naturarum in unam persona, uel hppostasim, quæ unio completa est in conceptione Christi, est ista unio miraculum miraculorum: cùm nihil maius esse possit, quàm, quòd homo sit Deus, & Deus sit homo. Est etiam aliud miraculum, scilicet, ꝙ Virgo manens concipiat hominem Deum. Ad hoc autem, ꝙ generatio naturaliter fiat, oportet duo esse, scilicet, ꝙ fiat ab agente naturali, & ex materia naturaliter disposita, & proportionata. Quodcunq; autem istorum deest non erit generatio naturalis, sed miraculosa. Si enim fiat generatio per agens naturale, cùm illud sit uirtutis finitæ, nō potest effectum producere ex materia non proportionata sibi. Est autem materia proportionata agenti, quando non est tanta resistentia materiæ ad recipiendum formam, quam intendit agens, sicut uirtus agentis ad illam inducendū: & esse materiam taliter proportionatam est eam esse naturaliter disposita: ideo non solùm requiritur, ꝙ sit agens naturale: sed etiam materia naturaliter disposita, ut sit actio naturalis. Agens autem supernaturale, cùm sit uirtutis infinitæ, potest operari tam ex materia disposita, quàm non disposita. Ideo duobus modis erit operatio miraculosa. Primò qñ agens supernaturale operatur ex materia indisposita: quia tunc agens non est naturale, & materia non est naturalis, ideſt, non est se habens naturaliter ad formam: sicut quòd de limo terræ formetur corpus humanū. Nā huiusmodi nō est materia naturaliter se hñs ad formā hoīs: sed uirtꝰ formās illud corpus, & introducēs aīam fuit supnaturalis. Alio modo est supernaturalis operatio: ut si materia sit naturalis, ideſt, naturaliter se habens ad susципiendā formam: agens tamen introducens non sit naturale. Sicut si homo sanetur miraculosè a febre: nam homo est substantia naturaliter dispositus, ut possit recipere curationem a febre: quia tamen operans fuit hic supernaturale, fuit ipsa curatio supernaturalis. Sic enim fuit in conceptione Christi. Materia enim, quam uirgo ministrauit erat materia naturaliter disposita, ex qua corpus hominis naturaliter formari poterat, scilicet, per semen masculinum: tamen uirtus formans fuit diuina, ideo conceptio fuit simpliciter diuina, uel miraculosa. Et non uocabitur absolutè naturalis, licèt quantum ad aliquid fuerit naturalis, scilicet, quantum ad omnia illa, quæ fecit, & ministrauit uirgo. Ista tamē non faciunt conceptionem esse naturalem: sed faciūt, ꝙ beata Virgo fuerit mater Christi naturalis: & hoc ei sufficit. De veritate autem miraculi conceptionis Christi ita se habet, ut dictum est. De hoc tamen ponendo errores quorundam, & fundamenta uaria dissoluendo, dictum est magis in libro nostro de quinque figuratis peradoxis parte prima.

Quomodo Angelus in somnijs reuelauit conceptionem uirginis Ioseph. Quæst. LV.

QVAERITVR, Vlterius, cùm dicatur hic de Ioseph, ꝙ in somniis angelus reuelauit sibi conceptionem uirginis, quomodo possit stare. Quidam dicunt falsum esse, quoniam nō licebat ipsi Ioseph attēdere ad aliquid, qđ esset in somnio: quia Deus iusserat perire de terra obseruatores somniorum Deuteronomii 18. scilicet. Non inueniatur apud te, qui obseruet somnia. Item quia non poterat per somnium certificari de aliqua re: cùm somnia habeant uarios euentus, & proueniant ex diuersis causis: maximè quia anima in somnio non potest esse intenta ad aliquid: quia uirtutes suæ animales, & rationales sunt ligatæ: solæ autem naturales intensæ operantur, sicut uult Arist. 2. de Somno, & Vigilia, scilicet. Somnus est quies uirtutum animalium cum intensione

tensione naturalium. Dicendum, quòd Ioseph potuit in somno habere reuelationem à Deo, & certificari per illam de quacunque re sibi reuelata, sicut si esset uigilans. Pro hoc dicendum, quòd sicut latius declaratum est Deuteronomij. 13. & 2. Paralipom. 18. reuelatio prophetalis, aut quæcunque facta à Deo fit quinq; modis. Primò modo apparente angelo in effigie humana. Gen. 16. & 18. Secundò modo, quando auditur vox formata ab angelo, & non videtur formans, sicut erat de Moyse audiente responsum super propitiatorium. Numeri. 7. & de populo Iudæorum in datione legis: Deuteronomii. 45. Tertiò modo, per immutationem phantasiæ, quæ fit communiter in somniis. Gen. 20. ubi Deus apparuit Abimelech Regi Philisthinorum per somnium. Quartò modo, per immutationem solius intellectus in uigilia. 4. Reg. 3. de ipso Elisæo. Quintò modo, per extasim in uigilia, sicut est de illis, qui rapiuntur, ut in Paulo. 2. Corin. 12. & Balaam, licèt non eodem modo. Numeri. 24. Nunc dicēdum, quòd unus modus istorū erat per somnia, quia Deus multa solet reuelare per somnia. Gen. 40. & 41. de Pharaone uidente uaccas, & spicas, & dixit ibi Ioseph: Qđ futurum est, Deus uoluit reuelari Pharaoni. Et sic conueniens modus est reuelandi per somnia. Patet etiam de somno Nabucodonosor, quod Daniel interpretatus est: & tamen si non fuisset à Deo, non interpretaretur illud propheta Dei. Maximè, quia Daniel ostendit, quòd Deus uoluerat ostendere, & reuelare Nabucodonosor ea, quæ uentura erant in nouissimis diebus. Daniel. 2. Item patet, quia non solùm per somnia Deus reuelabat hominibus, quæ uolebat, sed etiam unus de modis communibus consulendi Deum erat per somnia. primo Regum 28. scilicet, Cō suluit Saul Dominum, & non respondit ei, nec p somnia, nec per sacerdotes. nec per prophetas. Quis tamen esset modus consulendi Dominum per somnia. eo. c. declaratum est. Sciendum autem, quòd cùm Deus per somnia uult alicui declarare ueritatem futurorū, quòd immutat phantasiam eius nouas species formādo ad significandum illas res, quas Deus uult declarare; uel ueteres species nouo modo mutat, ut sic causetur quædam phantastica cognitio de illa re, quam Deus intendit, & sic sufficiēter reuelatur alicui in somnio, quod Deus uult indicare. Cùm autem obiicitur, quòd non liceat obseruare somnia, uerum est de somniis, quæ proueniunt ex uariis accidentibus, maximè cùm aliquando dæmones illudant homines per somnia. Quando tamen somnium est à Deo, licitum est obseruare illud, quia non est purè somnium, sed magis prophetia. Differentia autem somniorum an sint à Deo, uel non, potest apparere ex ipsa immutatione. Nam somnia, quæ naturaliter, uel ex uariis causis accidunt, parum immutant, ita ut uere uideantur somnia. Ipsum autem somnium, quod à Deo uenit, est tam efficax, quòd non uidetur esse somnium, sed magis, ꝙ res actualiter fiat. Et hoc rationabile est, quia alias cū prophetæ sæpe à Deo reuelationes accipiant per somnium. Numeri. 12. scilicet. Si quis fuerit inter uos propheta domini, aut in uisione apparebo ei: aut per somnium loquar ad illum. Si nō esset ista immutatio somnii ualde magna ita ut prophetæ cognoscerent distinctionem eius ab aliis somniis, quæ naturaliter patiuntur, nescirent quando Deus eis aliqua reuelabat. Ideo oporteret, quòd aut tacerent nihil annunciantes de eo, quod Deus iubebat annunciari: aut aliquando annunciando errarent putantes fuisse somnium a Deo missum, & esset fortè naturaliter ueniens, aut ex uariis causis. Et tamen prophetæ nunquam in hoc errabant: ideo erat specialis immutatio ī somniis a Deo missis, quæ distinctè cognoscebatur ab aliis somniis differre.

Reuelatio per somnia quomodo fiat.

Item, quia si iste modus reuelādi per somnium fuisset deceptorius, uel incertus, Deus non consueuisset reuelare propheticè aliquid per eum. Et tamen erat iste modus communissimus, ut innuitur Numeri. 12. Ergo erat distincta immutatio somniorum. Item quia aliquando Deus per somnium apparebat alicui, cui nunquam apparuerat, & iubebat ei aliquid mox facere, quod si illico non faceret sequeretur pœna: si in illo immutatio somnii non esset tam efficax, ut appareret manifestè distinctum ab aliis somniis, & quòd illud a Deo erat, non deberet puniri, cui somnium immissum erat, si immediatè non exequeretur quod iubebatur. Sic fuit de Abimelech rege Palæstinorum, cui Deus nunquam apparuerat. Et cùm haberet apud se Saram uxorem Abrahæ, quam intendebat accipere in uxorem, uel concubinam, apparuit ei Deus p somnium, dicens. En morieris propter mulierem, quam tulisti. Habet enim uirum. Si autem nolueris reddere cito morieris tu, & omnia quæ tua sunt. Et dicitur, ꝙ statim surrexit per noctem, & uocauit seruos, & fecit, quæ Deus dixerat. Gen. 20. Et sic fuit illud somnium tam efficax, quòd Abimelech, qui nunquam à Deo reuelationem habuerat, non solum cognouit Deum sibi hoc reuelasse, sed etiam immediatè euigilauit, & surrexit, fecitque iniuncta sibi per somnium. Ad secūdum dicendum, quòd licet somnia ex uariis causis accidant, tamen cognosceretur an sint ex Deo, vel nō per modum supra dictum, & tunc homo per ista somnia sufficienter certificatur, sicut si angelus Dei loqueretur homini in uigilia. Et ob hoc per istum modum sæpe in nouo testamento fiebat reuelatio, sicut hic fuit, & iterum angelus apparuit Ioseph in somniis iubens portare puerum, & matrem in Aegyptum se. c. & iterum in somniis iussit ei redire de Aegypto eo. c. Regibus quoque Magis in somniis dictum est, ne rediret ad Herodem. eodem capitulo.

An quando angelus ei apparuit Ioseph vigilabat, vel non. Qnæst. LVI.

QVAERITVR, an quando angelus apparuit Ioseph hic, erat Ioseph vigilans. Dicunt aliqui, quòd uidetur, quòd erat uigilans, quia alias non potuisset uidere angelum, & tamen dicitur, quòd apparuit ei angelus. Item quia si Ioseph dormiret angelus non loqueretur ei, & tamē locutus est, quia dicitur hic, quòd dixit ei: Ioseph fili Dauid noli timere &c. Item quia si Ioseph dormiret, quando postea euigilaret, nō esset certus de isto, qđ in somniis habuisset. Dicendum, quòd Ioseph erat uerè dormiens, quando ista facta sunt & nihil uidit, nec audiuit, cùm in somno sint ligatæ omnes potentiæ animales, quales sunt omnes potentiæ sensitiuæ. Et appa ret hoc, quia dicitur, quòd Angelus apparuit in somniis, & tamen si Ioseph esset uigilans, non posset appa rere ei in somniis, sed uigilanti. Item quia dicitur infra, exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præceperat ei angelus. Et sic uidetur, quòd in somno erat quando angelus ei apparuit. Dicunt quidam, quòd Ioseph dormiebat, quando apparuit ei angelus, & tamen Angelus excitauit eum, & tunc stant omnia hæc, scilicet, quòd Angelus uisus fuerit a Ioseph, & quòd locutus fuerit ei. Est dicendum, quòd non stat, quia non solùm quando Angelus uenit ad Ioseph, erat ipse dormiens, sed etiam dum omnia ista facta sunt, quia dicitur in litera. Exurgens Ioseph a somno, fecit sicut præcepit ei Angelus. Præceperat ei quidquid præcepturus erat, & receſserat ab eo, & istud est uerum. Ad primum dicendum, quòd Angelus non simpliciter apparuit Ioseph, sed apparuit in somniis: apparere autem in somniis

Universidad de Deusto
Biblioteca

niis diminuit de ratione hominis simpliciter, sicut homo pictus, vel mortuus diminuit de ratione hominis simpliciter. Ideo licèt dicatur, quòd apparuit Angelus Ioseph, non sequitur, quòd Ioseph vidit eum, quia nõ dicitur simpliciter quòd Angelus apparuit Ioseph, sed quòd apparuit ei in somniis. Apparitio autem in somniis non est per rei præsentiam, quæ comprehendatur exteriori sensu, sed solùm per phantasticam immutationem, qua uidetur res præsens, quæ non est, vel res fieri, quæ non fit. Sed dicetur, quòd hoc modo non diceretur, quòd Angelus apparebat Ioseph potius quam, quòd apparebat Deus, cùm solùm esset illa apparitio immutando phantasiam eius, & illam immutationem Deus facit. Dici potest dupliciter vno modo, quòd immutatio phantasiæ potest fieri tam per Deum, quam per Angelum. De Deo notum est, de Angelo patet, quia immutatio phantasiæ est aliquid naturale cùm etiam homo naturaliter habeat somnia sine aliqua speciali immutatione Dei, vel Angeli. Poterit ergo Angelus illud facere, maximè cùm dicamus dæmones sæpe hoc facere. Nunc autem istam immutationem fecit Angelus, ideo dicitur ipse apparuisse. Aliter potest dici, & melius, quòd siue Deus fecerit istam immutationem, siue Angelus, dicitur Angelus apparuisse, quia videbatur ipsi Ioseph, quòd ipse videret Angelum sibi præsentem, & loquentem. Dato ergo, quòd immutationem illam phantasticã non faceret Angelus, sed Deus, angelus tamen est qui apparebat, & non Deus: sicut apparet de præstigiis apparitorum, qui faciunt nobis apparere serpentes, vel gallos portantes trabes magnas. Illam apparitionem nullus facit nisi homo apparitor per artes maleficas: id tamen quod apparet, non est homo, sed serpens, vel gallus, quia imaginem illius causat apparitor. Sic Deus mouens phantasiam facit apparere imaginem repræsentantem Angelum: ideo dicitur tunc angelus apparere. Sic patet Apoca. 19. & 22. vbi Ioannes dicit, quòd apparuit ei Angelus, & quòd uoluit adorare eũ, sed prohibitus est: & tamen illa non fuit apparitio realis, sed imaginaria: quia tota visio Ioannis fuit in spiritu Apoca. primo, & sic Angelus dicitur hic apparuisse, licèt solùm esset per immutationem phantasiæ. Sed adhuc obiicietur, quòd non sit ista conueniens reuelatio, quia falluntur in ea illi, quibus fit: cùm putent se aliquid uidere, uel audire, & nihil audiunt, nec uident. Dicendum, quòd nulla falsitas est in hoc, quia non dicitur res uera, vel falsa nisi respectu illius, ad quod significandum, uel operandum introducitur. Ita nunc uisio immaginaria non introducitur nisi ad certificandum de aliqua re eum, cui fuit reuelatio. Et tamen ita plenè certificatur per uisionem phantasticam, sicut per uisionem oculorum quantum ad id quod Deus reuelat: ergo nulla falsitas est, & si sit ista uisio phantastica, sicut patet de columna ignis, quæ præcedebat Iudæos per noctem, & manebat singulis noctibus super castra manentibus castris. Exod. 14. & 40. Nam illa uocatur columna ignis, & tamen non erat ignis uerus, sed species ignis. Numeri. 9. i. Fulgor ignis: non tamen dicebatur esse ibi aliqua falsitas, licèt non esset ignis uerus, quia illa columna ignis non erat ad calefaciendum, uel cremandum aliquid, sed ad illuminandum castra per noctem. Et quia illud ita plenè faciebat fulgor, uel species ignis: sicut uerus ignis, uocabatur simpliciter columna ignis: si autem esset illa columna ad calefaciendum, & non esset ignis uerus, sed species, uel fulgor ignis, ibi esset tunc falsitas: quia non posset fulgor ignis calefacere, sicut uerus ignis. Cùm autem dicitur, quòd decipiuntur illi, quibus fiunt istæ reuelationes putantes se aliquid videre, & nihil uidentes: dicendũ, quòd non decipiuntur in eo, ad quod fit ista apparitio, scilicet, ad cognoscendum veritatem rerum, quæ reuelantur. Nã Deus non facit tales reuelationes, vt illi, quibus fiunt, credãt se videre, vel audire. Ideo licèt circa hoc fallantur, est per accidens, & non pertinet ad id quod Deus intendit per tales reuelationes: maximè, quia licèt isti videãtur falli quandiu sunt in somno, euigilantes tamen nõ falluntur, quia illico cognoscunt, quòd fuit somniũ, & non visio realis. Sicut patet 3. Reg. 3. de Salomone, quando Deus per noctem dedit ei sapientiam. Nam dicitur. Igitur euigilauit Salomon, & intellexit, quòd esset somnium. In somniis tamen non dicitur propriè aliquis decipi, sicut nec verum dicere: cùm non sit ibi aliqua operatio potentiarum animalium, nec rationalium, quia omnes ligatæ sunt, vt supra dictum est. Ad secundum principale dicendum, quòd licèt dicatur hic, ꝙ angelus dixit ista Ioseph, non est putãdum, ꝙ aliquid dixerit. Non enim fuit ibi aliqua vox formata, nec realis locutio: quia non proficeret, cùm existens in somno nihil audiret, sed dicitur angelus locutus: quia secundùm phantasiæ immutationem videbatur Ioseph, ꝙ angelus Dei esset præsens ei, & loqueretur ista, quæ habentur hic. Et non solùm videtur in talibus apparitionibus qđ aliquis loquatur ad ipsum, cui fit reuelatio, sed etiam, quòd ipse sæpe respõdeat, & aliquando nihil interrogatus aliqua petat. Patet de apparitione facta Abimelech regi Palæsthinorum. Gen. 20. Nam ibi introducitur Deus ei loquens, & ipse se excusans de crimine. Magis autem fuit in collatione sapientiæ Salomoni, vbi multa locutus ipse introducitur, & Deus multa respondens, quæ vix in vigilia homo sciret ita ordinatè proponere, sicut ibi introducuntur 3. Reg. & 2. Paralipom. 1. Ad tertium dicendum, quòd per istud somnium sufficienter Ioseph certificatus est, & poterat certificari, sicut si fuerat in vigilia, vt declaratum est præcedenti quæstione. Nam in Dei reuelationibus hoc accidit, quòd sæpe illa, quę est in somno est efficax, sicut si esset in vigilia, & videtur homini, ꝙ fit verè in vigilia, & illa quæ est in vigilia, aliquãdo apparet, quasi esset in somnijs, ita vt homo ignoret, an vigilet, vel sit in somno. De primo patet: nam apparitio illa in qua data est Salomoni sapientia fuit per somnum. 3. Reg. 3. & tamen ita efficaciter Salomon immutabatur, quod putabat se verè vigilare, & quod illa verè fierent. Nam dicitur eod. cap. Igitur euigilauit Salomon, & intellexit quod esset somnium. Quasi dicat: ante hoc putabat, quod erat res vera sine phantasia, & tamen postquam euigilauit, cognouit quod fuerat somnium. Et tamen inuenit verum esse, quod per somnium significabatur, scilicet, collatam esse sibi sapiẽtiam, sicut si verè in vigilia omnia illa accidissent. De secundò patet Actu. 12. de Petro, qui tenebatur in carcere, cui angelus astitit, & percusso latere eius excitauit eum, & dixit. Præcinge re, & calcia te caligas tuas, & Petrus fuit tunc verè vigilans, Nam præcinxit se, & calciauit, & circundedit sibi vestimentum suum, & secutus est angelum. Et in omnibus his adhuc Petrus putabat se esse in somnio. Nam dicitur, exiens sequebatur eum, & nesciebat, quia verum esset, quod fiebat per angelum: existimabat autem se visum videre. Et adhuc post hoc Petrus sequens angelum transiuit primam, & secundã custodiam, & venit ad portam ferream, per quam exibatur in ciuitatem, & processit per totum vnum vicum, & adhuc Petrus putabat ista esse somniũ, quousque pertransito vico angelus disparuit ei. Nam tũc dicitur, & Petrus ad se reuersus ait: nunc scio verè, qđ misit Dominus angelum suum, & eripuit me. Quasi dicat: ante hoc non sciebam verè, sed putabam esse somnium. Ideo reuelationes, quæ à Deo fiunt siue per

per somnium, siue in vigilia fiant tam efficaces sunt, quod non plus certificatur homo in vigilia, quàm in somno.

An Ioseph fuit propheta, quia apparuit ei angelus in somnijs. Quæstio. LVII.

QVAERITVR vltimo, an Ioseph fuit propheta, quia apparuit ei Angelus, & locutus est in somnijs. Dicendum, quòd vt ait Sanctus Tho. secunda secundæ. q. 171. art. 1. tria requiruntur ad hoc, quòd aliquis sit propheta. Primum est cognitio, scilicet, quòd cognoscat quædã, quæ sunt procul remota ab hominũ cognitione. Vnde possunt dici prophetæ à pro, quod est procul, & phanos, quod est apparitio, scilicet, quia aliqua eis apparent, quæ procul sunt. Et ob hoc dicit Isid. 6. Etymol. quòd prophetæ vocabantur in veteri testamento videntes, scilicet, quia videbant quæ cæteri non uidebant. Et apud gentiles isti vocabantur uates à vi mentis, scilicet, quia habebant in mente quandam uim cognitiuam ad occulta. Secundum est, quòd prophetæ annuncient ea, quæ sibi reuelata fuerit, quia prophetia est quoddam donum, per quod constituitur aliquis homo pars ministerialis Ecclesiæ: sicut est esse Apostolum, & Euangelistam, Doctorem, aut pastorem. Nam omnes istos Deus dicitur posuisse in Ecclesia ad Ephe. 4. & prima Corin. 12. & ibi ponuntur prophetæ. Istud autem donum non datur homini propter seipsum, sed propter alios, scilicet, propter Ecclesiam cuius pars est. Nam omnia ista dona ministerialia data sunt à Deo in ecclesia ad consumationem corporis Christi mystici. ad Ephe. 4. Et dicuntur esse ad utilitatem proximorum prima Corin. 12. scilicet. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem, ideſt, Spiritus sanctus concedit hominibus dona sua, per quæ manifestetur ipse spiritus: vel opera sua ad vtilitatem, scilicet, proximorũ. Et specialiter dicitur esse propheta ad utilitatem ecclesiæ, vt patet primo Corin. 14. Ideo comparat ibi Apostolus dona Spiritus sancti inter se, dicens: illa esse maiora, quæ ecclesiæ magis proficiunt, cùm ait: Maior est, qui prophetat, quàm qui loquitur linguis: nisi forte interpretetur, vt ecclesia ædificationem accipiat. Et iterum. Qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem. Et iterum: Vos quoniam emulatores estis spirituum ad ædificationem ecclesiæ, quærite, vt abundetis. Et sic prophetæ dicunt se annunciare, quæ a Deo audierunt: iuxta illud Isai. 29. scilicet. Quæ a Domino Deo Israel audiui, annunciaui uobis. Et hoc modo possunt uocari prophetæ, ut ait Isido. quasi præfato res, ideſt, ante loquentes, quia prius rem enunciant, quàm eueniat, uel prophetæ quasi profatores, ideſt, porro, vel procul fatores: quia procul fantur, scilicet, antequam res sit, vel dato quòd sit, prænunciant antequàm ab aliis cognoscatur. Tertium est operatio miraculorum. Nam ea, quæ à prophetis dicuntur, excedunt naturalem cognitionem: ideo ad hoc quòd cognoscantur ab aliis uera dicere, oportet quòd aliquod miraculum ostendant. Et sic dicũtur quidam prophetæ interdum maiores aliis, propter ostensionem plurium, uel maiorum miraculorum. Sicut dicitur de Moyse Deuteronomii. 34. quòd non surrexit ultra propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem in omnibus signis, atque portẽtis. Dicendum autem, quòd ista tria sunt necessaria ad plenissimam prophetiam: ita quòd nihil desit prophetæ de eo, quod est consequens sibi: sæpe tamen in Sacra scriptura uocantur prophetæ illi, qui non habent ista, ut infra declarabitur. Considerandum tamen primò, quòd nõ sufficit ad hoc, quòd aliquis dicatur prophe-

ta, quòd Deus ei aliquid reuelet. Nam Pharaoni Deus uoluit ostendere ea, quæ futura erant. Genes. 41. cùm dixit Ioseph: Somnium Regis unum est. Quę facturus est Deus ostendit Pharaoni. Non tamen uocatur Pharao propheta in sacra scriptura: nec aliquis eum prophetam uocat. Sic etiam fuit de Nabucdonosor: quia per somnium Deus noluit ei ostẽdere statum regnorum futurorum. Dan. 2. scilicet, Deus in cœlis reuelãs misteria indicauit tibi rex quæ uentura sunt in nouissimis temporibus. Tamen Nabucodonosor non uocatur propheta. Ratio est, quia ad prophetam non solũ debet esse reuelatio, sed etiam, quòd ille, cui fit, intelligat illam. Daniel. i. scilicet. Anno tertio Regni Cyri regis Persarum reuelatum est uerbum Danieli, intellexitque sermonẽm. Et sic ponit duo, scilicet, reuelari uerbum, & intelligere istud. Et ostendit hoc magis, cũ sequitur. Intelligentia enim opus est in uisione, ideſt. Ad hoc, quòd sit aliquis propheta, oportet quòd intelligat uisionem, siue reuelationem, quæ ei fit. Secundũ est, quòd etiam non sufficit ad esse, uel uocari prophetam, quòd fiat reuelatio alicui, & intelligat illam: sed etiam, quòd illa reuelatio sit ad utilitatem aliorum multorum: & non sit solùm quantum ad statum eius cui reuelatur: sicut patet de Abimelech rege Palæstinorum. Nam Deus apparuit ei per noctem. Et intellexit ea quæ dicebantur, & fecit illa. Gen. 2. Et tamen ipse non uocatur propheta, immo potius innuitur ibi, quòd non erat propheta: quia dixit ei Deus, quòd reddet uxorem Abrahę, & cùm ille esset uir propheta oraret dominum pro ipso, & remitteretur sibi peccatum. Quocunque autem modo fiat reuelatio alicui præsuppositis his duobus, scilicet, quòd intelligat, & quòd sit illud, quod reuelatur ad multorum utilitatem, potest uocari propheta, & consueuit uocari propheta in scriptura. Patet hoc in Abraham. Nam ipse uocatur propheta. Genes. 20. & nulla miracula fecit unquam: immo & non legitur annunciasse aliquibus illa, quæ Deus reuelauit sibi: cùm Deus non iniungeret ei, quòd reuelaret illa. Intelligebat tamen ea, quæ reuelabantur sibi, & erant illa ad utilitatem totius sæculi, cùm sibi reuelatum sit primò de Messia, in quo benedicendæ erant omnes gentes. Ge. 12. Et sic de illis tribus, quę supra posuimus nõ habuit Abraham nisi primum, & uocatur propheta. De tertio, scilicet, operatione miraculorum, dicẽdum, quòd non est necessaria ad prophetiam: quia multi prophetæ fuerunt, quos nunquam legimus fecisse miracula, etiam de prophetis maximis: vt patet de Ieremia, & Ezechiele, & Daniele. Nam non inuenitur quod aliqua miracula isti fecerint, nec in libris suis, nec in aliis libris historicis Sacræ Scripturæ. Patet etiam de duodecim prophetis minoribus, quorum libros habemus in canone. Nam nulla miracula eorum sunt: rari autẽ sunt prophetæ, qui leguntur fecisse, ut Moyses, & Elias & Elisæus. Item patet, quia miracula non pertinent ad prophetam nisi per accidens, scilicet, in quantum sibi non creditur quia tunc prẽmittendo aliqua miracula, creditur quòd ille a Deo missus est: & ita res eueniet sicut ille prædixerit. Deuteronomii 13. & 18. Miraculum tamen nihil addit ad cognitionem propheticam, quæ est propriè i psius prophetæ: cùm etiam ad alios, qui non sunt prophetæ pertineat interdum miracula facere: immo quod plus est, operatio miraculorum, & prophetia ponuntur tanquam dona distincta prima Corinth. 12. Si tamen operatio miraculorũ pertineret ad prophetiam, vnum concluderetur in altero, & non distinguerentur sicut gratiæ, uel dona distincta. Dicendum autem, quod modus communis accipiendi prophetam est, scilicet, quòd reuelatio fiat ei a Deo, & ille annunciet illa aliis. Ita accipit Apostolus

Ad prophetam nõ sufficit reuelatio sola, sed & intelligẽtia, & veritas aliorũ.

Miraculorũ operatio non est necessaria ad prophetiã.

prima

prima Corinth. 12. & 14. & Corinth. in nouo testamẽto, & etiam in ueteri: ideo illi, qui nihil annunciant, cõmuniter non uocantur prophetæ, licèt eis fiat reuelatio. Aliquando tamen prophetæ uocantur largè etiam aliqui, qui nihil annunciant: sicut diximus de Abrahã. Strictissimè autem propheta accipitur pro illo, in quo concurrunt omnia tria, quæ supra assignauimus. Et talis non solùm habet ea, quæ sunt de necessitate prophetæ: sed etiam ea, quæ sunt de bene esse, & perfectione quadam. Quia nulla maior perfectio potest esse in propheta, quantum ad genus prophetiæ, quàm ꝙ habeat illa tria. De Ioseph dicendum nunc, quòd ipse potest vocari propheta: quia habuit reuelationem a Deo, & intellexit illam: & fuit de rebus utilibus non sibi soli, sed toti generi humano, scilicet, de uirginitate Mariæ, & de conceptione Messiæ. Siue autem ista reuelauerit Ioseph, siue non: potest dici propheta. Nam ita fuit de Abraham, qui nihil annunciauit aliis de eo, quod sibi reuelatum est, uel saltem non sibi impositũ, quòd annunciaret: & uocatur: propheta. De regibus tamen Magis, de quibus dicitur. sequenti cap. quod in somniis responsum est eis, ne redirent ad Herodem, dicendum est, quòd non fuerunt prophetæ: quia reuelatio illa solùm erat ad vtilitatem eorum, scilicet, ut nõ redirent ad Herodem, ne inciderent in periculum. Sic etiam dicendum est de omnibus Israelitis, quando data est sibi lex loquente angelo ad eos in uoce tubæ Exo. 20. & Deuteronomii. 4. & 5. Et iterum, quando erant Iudæi congregati in loco sientium, & apparuit eis angelus ibi, & locutus est, Iudicum 3. Nam illis facta est reuelatio solùm pertinens ad statum ipsorum, & inquantum pertinebat ad eos, ideo non uocantur prophetæ propter illam reuelationem: quia aliàs quilibet Iudæus esset propheta, quòd non concederetur licèt videbatur esse quædam sanctitas specialiter illius populi super cæteros: eo quod Deus locutus fuerat hominibus illis palam. Sic enim dixit Core ad Moysem, & Aaron Numeri. 16. scilicet: Sufficiat uobis, quod omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus. Cur eleuamini super populum Domini? Dicebantur sancti omnes, quia erant specialiter ad Deum pertinentes per modum dictum.

Ioseph potest dici propheta.

Quare nomen Christi annunciatum est Ioseph antequam nasceretur. Quæst. LVIII.

QVAERITVR, Quare nomen Christi annũciatum est hic Ioseph, antequam ipse Christus nasceretur. Dicendum quòd in hoc fuit significatum aliquid speciale debere esse in Christo. Pro quo sciendum quod quinque inueniuntur nominati ante quàm nati. Primus Ismahel Gene. 16. Secundus est Isaac, Gene. 17. Tertius Iosias. 3. Reg. 13. Quartus Ioãnes Baptista. Luc. primo. Quintus fuit Christus, vt patet hic, & Luc. 1. Sciẽdum autem, quod iste pronunciationes nominum factæ fuerunt ex causa speciali, scilicet, propter aliqua priuilegia, uel excellentias, quæ in istis apparere deberent. De primo patet, scilicet de Ismahel: quia quando Angelus apparuit Agar matri suæ dixit ei. Ecce concepisti, & paries filiũ, vocabis nomen eius Ismahel. Et subditur sibi causa, scilicet, eo quod audierit Dominus afflictionem tuam. Fuit etiam spetiale in eo, scilicet, quod fuit uir bellator, & fortis animi: cùm dixit Angelus eo. c. scilicet, Hic erit uir ferus: manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum: & è Regione uniuersorum fratrũ suorum figet tabernacula. Et fuit speciale, quod de isto multæ gentes natæ sunt. e. cap. scilicet, multiplicãs multiplicabo semen tuũ, & nõ numerabitur præ multitudine. Et Gen. 21. dr. Surge, & tolle puerum, & tene manum eius, quia in gentem magnam faciam eum. Fuerunt etiam duodecim principes tribuum filii Ismael. Gen. 25. etiam Deus exaudiuit Ismahelem antequam sciret orare, scilicet, cùm mater proiecisset eũ sub arbore in deserto non habens quid daret ei ad bibendum. Et fleuit tunc puer, & dicitur, quòd exaudiuit tunc dominus uocem pueri de loco suo. Gen. 21. Et tunc propter puerum ostendit matri puteum, quẽ nunquam uiderat, ut hausta aqua refocillaretur puer, & non moreretur. eo. ca. De secundo, scilicet, de Isaac patet. Nam ipse supernaturaliter genitus est, licèt ex semine uiri, quia erant Abraham & Sara proiectæ ætatis, desierantque Saræ fieri muliebria. Genes. 18. Et erant impotentes ad gignendum, uel ualde indispoti. Vnde uocat Apostolus corpus Abrahæ emortuum, & emortuam uuluam Saræ. Ad Roma. 4. & ad Hebr. 11. Fuit etiam Isaac genitus propter repromissionem, quia dixit Deus, quòd benedicerentur gentes in illo, ideſt, in semine eius. Gen. 12. & dixit Deus, quòd ipse Isaac benediceret, & cum illo poneret pactum suum, & prenunciauit natiuitatem eius ante unum annum. Gen. 17. & 18. De tertio, scilicet, de Iosia patet, quia istu prenunciauit Deus futurum ad destructionem Idolatriç, & idolatrarum: sicut dixit uir Dei cõtra Ieroboam stantem super altare Bethel. scilicet. Hęc dicit dñs, ecce filius nascetur domui Dauid Iosias nomine, & immolabit super te Sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succẽdunt, & hominum ossa incendet super te. 3. Reg. 13. Et nõ solùm prænunciatus est, sed etiam in prenunciatione sua miraculum accidit, scilicet, ꝙ altare scissum est, & effusa est cinis eius: & aruit manus regis, quam extenderat cõtra prophetam, qui ista prædixerat: nec ualuit eam ad se retrahere. e. c. Fuit autem Iosias famosissimus regum. Nam de eo dicitur. 4. Reg. 23. ꝙ similis illi non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad Dominum in corde suo iuxta omnem legẽ Moysi: nec post eum surrexit similis illi. Iste maximè persecutus est idolatras occidendo eos: & diruẽdo omnia templa, quæ reges præcedentes non destruxerant: & fecit Phase excellentius, quàm factum fuerat post quàm cæpit esse lex Moysi. e. c. & 2. Paralipo. 35. Fuit enim laudabilior iste cæteris regibus: & memoria eius gloriosior. Vnde dicitur Eccl. 49. quòd memoria Iosiæ quasi mel in ore indulcabitur: & ut musica in conuiuio vini. Nullius autem regis mors tam amarè, & inconsolabiliter a Iudæis deplorata est. 2. Paralipom 35. De quarto, scilicet, Ioanne Baptista maiores laudes apparent. Nam Pater eius fuit mutus vsque ad tempus, quo scripsit nomen eius: & illico soluta est lingua eius. Luc. 1. Et mater erat sterilis, & concepit in senectute sua. In quo apparet fuisse conceptum supernaturaliter datum, cùm ista duo impedimenta obstarent conceptui. e. c. Pater etiam illius prophetauit propter eum faciens illud canticum, scilicet. Benedictus Dominus, &c. e. c. Mater quoque illius ante hoc, cum haberet illum in utero, prophetauit de Christi conceptione, ait: Vnde hoc mihi, ut ueniat mater Domini mei ad me? e. c. Omnes quoque admirati sunt, & posuerunt in corde suo, ꝙ iste puer aliquid magnum esset. e. c. Fuit etiam admirabile in austeritate uitæ infra. 3. in tantum ꝙ Christus dicebat eum non manducantem, nec bibentem, scilicet. Venit Ioannes non manducans, nec bibens, & dicunt quia dæmonium habet, infra. 11. Et vt in breui omnes laudes eius colligantur: ipse uidetur maior omnibus hominibus. Nam Christus ait de eo, ꝙ inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. e. c. De quinto scilicet, de Christo laudes alias quas dicere non solùm superfluum, sed etiam ridiculum est. Nam ut dicitur primo Ethic. Deos non laudamus, sed honoramus. Christus autem non solùm est bonus,

Quinq; inueniunt nominati ante quam nati.

bonus, sed est omne bonum, & totius bonitatis fons: & non oportet dici aliqua specialia fuisse in eo, quia nihil est in eo, quod speciale non sit. Decuit ergo nomen eius annunciari ante natiuitatem, vt signaretur eum inter cæteros homines futurum insigniorem. Ratio tamen in speciali fuit, vt postquam nasceretur non imponeretur ei aliquod nomen, quod sibi non conueniret. Nam Deus volebat, quòd sibi poneretur nomen cõsonum. Primò propter actum suum. Nam cùm ipse veniret Messias redempturus sæculum, voluit Deus, quòd nomen cõueniret huic actui, scilicet, ꝙ vocaretur Iesus, quod interpretatur saluator. Et patet, quòd ista fuerit intentio, quia quando angelus prædixit nomen istud Ioseph, subiunxit illico causam dicens. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Secundò fuit, quia nomen Christi fuerat iam prænũciatum per Isaiam, cùm uocauit eum Emmanuel: & si sic non annunciaretur nunc Ioseph nomen eius, fortè imponeret ei aliud, quod non conueniret nomini, quòd prædixerat Isaias, quia fortè vocaret eum Ioseph sicut seipsum, qui habebatur vt pater eius: sicut fuit de Ioanne Baptista, quia quidam volebant eum vocare Zachariam nomine patris sui. Luc. 1. Oportebat tamen, quòd nomen, qđ nunc imponeretur Christo, esset conueniens nomini, quod prædixerat Isaias, ideo debuit prænunciari. Patet hoc, quia Matthæus ad probandum ea, quæ angelus dixerat hic Ioseph, scilicet, de conceptione Christi ex virgine, & de nomine Christi induxit auctoritatem Isa. scilicet. Ecce virgo concipiet &c. *Et vocabitur nomen eius Emmanuel.* Et dixit. *Hoc totum factum est, vt impleretur, quòd dictum est per prophetam.* Et sic apparet, quòd necesse erat Christum vocari Iesum: sicut necesse fuit nasci de Virgine, scilicet, quia vtrumq; prænunciatum erat per prophetam, qui non solùm de conceptu virginali, sed etiam de nomine Iesu dixit, scilicet, quòd vocaretur Emmanuel. Nullum tamen aliud nomen potuisset corrispondere huic nomini Emmanuel nisi Iesus, quia Emmanuel idem est, quòd nobiscum Deus, ideſt, Deus in natura, vel cum natura humana. Et hoc significat Iesus, ideſt, saluator, scilicet, quia non poterat saluare nisi, qui esset simul Deus & homo, vt declaratum est super literam.

Quare nomen Iesu Ioseph, & non alij prænunciatum est. Quæst. LIX.

QVAERITVR, dato quòd nomẽ Iesus prænunciandum esset, quare nunc prænunciatum est, & quare potius Ioseph, quàm alicui alteri. Dicendum, quòd Deus non facit aliquid frustra. Et cùm oporteret, quòd nomen Iesu aliquando pronunciaretur propter causas dictas, & nunc angelus appareret Ioseph ad denunciandum conceptũ Virginis, fuit conuenientius nunc etiam prænunciari nomen Christi, quàm quòd iterum pro hoc solo deberet apparere Ioseph: potissimè cum conceptio, & annunciatio nominis pertineant ad eandem rem, & debuerunt simul dici. Cùm autem quæritur, quare potius Ioseph quàm alteri. Dicendum, quòd non soli Ioseph annunciatum est, sed prius Mariç, quando Angelus ei apparuit, ante quam conciperet. Luc. 1. Alijs autem non legitur fuisse istud nomen prænũciatum, nec creditur, quia non attinebat ita specialiter ad alios scire hoc sicut ad Mariam, & Ioseph, qui uocabantur parentes Christi. Sed dicetur: ad quod fuit istud nomẽ prænunciatum Ioseph, cùm fuisset iam prænunciatum Mariæ? Dicendum, quòd ad patrem pertinebat imponere nomen filio potius quam ad matrem, cùm ipse sit caput: quia vir est caput mulieris, sicut Christus caput viri. primæ Cori. 11. Et ita fuit de Ioanne Baptista, quia cùm natus est, innuebant patri eius, quem vellet vocari eum. Luc. 1. ipse scripsit, Ioannes est nomen eius. Item fuit conueniens, vt annunciaretur vtrique, ne discordarent in nomine: quia licèt Maria vellet eũ vocare Iesum præmonita ab Angelo, quia fortè Ioseph non crederet Angelum hoc dixisse, potissimè, cùm sibi annunciasset conceptionem, si taceret de nomine. Et sic fortè vellet vocare eum aliter. Ideo vtriq; propter concordiam annunciatum est nomen. Ita fuit de nomine Ioannis Baptistæ, quia tam patri, quam matri annunciatum est nomen. De patre patet Luc. 1. de matre non apparet ita manifestè, & tamen necesse est dici, quòd ipsi reuelatum fuerit nomen Ioannis, quia quando natus est, & vellent cognati vocari illum Zachariam, dixit mater, nequaquam, sed uocabitur Ioannes. Et tamen Elisabeth non didicerat hoc à Zacharia, quia ille semper fuit mutus a tempore, quo locutus est ei Gabriel, vsquequo scripsit, Ioannes vocabitur nomen eius. Et tamen prius mater uocauit eum Ioannem, quàm pater scriberet hoc. Luc. 1. Ita ergo hoc conueniens fuit matri, & patri, ideſt, Ioseph tenetis locum patris prænunciari nomen Iesu: cùm non fuerint minoris dignitatis, sed maioris, quàm Zacharias, & Elisabeth.

An Christus apud Hebræos Iesus sit vocatus. Quæst. LX.

QVAERITVR de hoc nomine Iesus, an sic vocatus fuerit Christus apud Hebræos. Dicendum, quòd habuit tria nomina, scilicet, Emmanuel & Christus, & Iesus. De primo patet, hic & Isa. 7. Istud autem non est nomẽ personale proprium, sed potius appellatiuum. Quia licèt esse Emmanuel, ideſt, habere id, qđ significatur per Emmanuel, non conueniat nisi soli Christo: tamen Emmanuel non est nomen personale, sed est quoddam nomen commune, significans quid esset illud, quod reperiretur in Christo, quia Emmanuel idem est, quòd nobiscum Deus, ideſt, Deus cum natura nostra humana, quod erat in Christo, qui habebat naturam diuinam cum humana. Et Christus nunquam fuit uocatus isto nomine apud Iudęos, nec Isa. illud prænunciauit, quasi aliquando Christus Emmanuel deberet uocari, sed, vt per istud nomen signaret eum esse Deum, & hominem. De secundo nomine, scilicet, Christus dicẽdum, quòd non est nomen proprium, nec personale, sed appellatiuum: signans regem, sacerdotem, prophetam, & Messiam. Quæ omnia licèt Christo conuenirent, non vocatus est Christus nisi in quantum Messias. De quo supra satis declaratum est super illam partem, scilicet, de qua natus est Iesus. Et ob hoc Matthæus non posuit istud quasi nomen eius, sed Iesum supra in litera, scilicet. De qua natus est Iesus, qui uocatur Christus, ideſt, Messias. De tertio nomine, scilicet, dicendũ, quòd est proprium nomen eius, & personale. Et istud est quo semper vocabatur a Iudæis, qui nondum cognoscebant Christum, ideſt, Messiam ipsum esse. Nos autem qui vtrumque cognoscimus, aliquando vocamus eum Christum, & aliquando Iesum. Sciendum tamen, quòd in Hebræo non uocatur Iesus, sed Iehosua: nos autem in Latino, & Greco mutato aliqualiter nomine, quod quasi semper fit, eum Iesum dicimus. Et istud nomẽ corrumpitur dupliciter. Nam pro hoc nomine Iehosua, quod est propriè Hebraicum, aliquãdo dicimus Iesus, & aliquãdo Iosue. Nam pro eodem accipiuntur ista duo nomina, vt patet in quodam sacerdote magno, qui uocatur Iesus filius Iosedech, de quo Zachariæ. 3. Et iste uocatur aliquando Iesus, & aliquando

Christus habuit tria nomina:

quando Ioſue. Nam primo Eſdræ 3. uocatur ipſe Ioſue filius Ioſedech: & utrobique narratur eadem hiſtoria omnino. Idem patet in prologo Hierony. ſuper Ioſue, qui incipit: Tandem finito. Nam dicitur: ad Ieſum filium Nauæ manum mittimus, quem Hebræi Ioſue Bem Num. ideſt, Ioſue filium Num uocant. Dicendum tamen, quòd magis corrumpitur iſtud nomen ab hebraica proprietate, cùm dicitur Ieſus, quã cùm dicitur Ioſue: quia huic nomini quod eſt Iehoſua propinquius eſt Ioſue, quàm Ieſus. Et hoc innuitur in allegato prologo Hieronymi, cùm ipſe dicat, q̃ nos uocamus eum Ieſum filium Nauæ, & Hebræi uocant eum Ioſue Bem Num, ideſt, Ioſue filium Nũ. Iam tamen non liceret nobis Chriſtum uocare Ioſue, ſed Ieſum: quia iſtud nomen tota Eccleſia ſuſcepit. De uirtute huius nominis, & priuilegiis eius dicetur ad Philip. 2. vel Act. 4.

CAP. II.

CVM ergo natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iudæ in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Ieroſolymam dicentes: Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum? vidimus enim ſtellam eius in oriente, & uenimus adorare eum.

DECLARAVIT Matthæus in præcedentibus Chriſti deitatem ex conceptione mirabili: hic oſtendit rurſus eum eſſe uerum Deum, & uerum hominem ex illuſtratione cæleſti, & ueneratione legali. Et diuiditur in duo, quia primò ponitur huius rei manifeſtatio: ſecundò Chriſti manifeſtati perſecutio ibi. *Qui cum receſſiſſent*. Prima in tres, quia primò ponitur Chriſti ſollicita inquiſitio. Secundò eius certa inuentio ibi. *Qui cum audiſſent Regem*. Tertiò eius deuota adoratio ibi. *Et procidentes*. Prima in duas, quia primò ponitur Chriſti inquiſitio ad eum uenerandum. Secundò eiuſdem inquiſitio ad ipſum occidendum, ibi, *Audiens autem Herodes Rex*. Circa primum dicitur. *Cùm ergo natus eſſet Ieſus*. Hic importatur quædam conſequentia ad præcedentia. Nam ſupra Angelus annunciauerat de natiuitate Chriſti futura: & de nomine ſibi imponendo: & dictum fuerat quomodo Ioſeph non cognoſcebat Mariam donec peperit primogenitum ſuum: hic dicitur: cùm ergò natus eſſet Ieſus, ideſt, quãdo natus eſt acciderunt iſta, quæ habentur hic. Conſiderandum, quòd modus natiuitatis Chriſti fuit, quòd in anno illo quo Virgo concepit Chriſtum, accidit q̃ poneretur edictum ab Octauiano Auguſto, ut deſcriberetur uniuerſus orbis: & irẽt ſinguli in ciuitates ſuas ad profitendum ibi ſe eſſe ſubditos Romanorum. Et tunc accidit, quòd cùm Ioſeph eſſet de Ciuitate Bethlehem, licèt habitaret in Galilæa, ire debuit in Bethlehem ad profirendum ibi, & iuit cum eo Maria uxor eius, quæ erat iam propinqua partui. Et accidit, q̃ ibi pareret. Hoc totum patet Luc. 1. & 2. *In Bethlehem Iudę*. Matthæus aſſignat hic locum natiuitatis Chriſti, & tempus. De loco dicit, quòd fuit in Bethlehem Iudæ. Eſt Bethlehem quædam Ciuitas parua in ſorte Tribus Iuda: Ioſue. 25. & diſtat duobus milliaribus, ideſt, Leucis a Ieruſalem, vel quaſi: & eſt ad meridiem reſpectu eius, & inter Ieruſalem, & Bethlehem tranſit linea diuiſionis diſtinguens ſortem tribus Iuda a ſorte tribus Beniamin. Vnde Ieruſalem pertinet ad tribum Beniamin. Ioſue 18. Bethlehem pertinet ad tribum Iuda, Ioſue. 15. Et dicitur hic in Bethlehem Iudæ ad differentiam alterius Bethlehem, quæ eſt in tribu Zabulon. Ioſue. 15. quia ſæpe erant multa loca, quæ eodem nomine uocabantur, vt patet in iſto loco ſeu ciuitate Iezrahel, quòd erat quædam ciuitas Iezrahel in ſorte Iudæ Ioſue. 15. & alia Iezrahel in ſorte Ephraim. Ioſue. 17. Sic etiam erant ciuitates quæ uocabatur Aſor: duæ erant in tribu Iuda. Ioſue. 15. & alia erat in tribu Nephthalim Ioſue. 19. Iſta Bethlehem ſolet vocari Bethlehem Iudæ, ſicut hic, & 1. Reg. 17. vel Bethlehem Ephratà, ut Gen. 48. & Michææ. 5. Aliquando autem uocant eam uocatam fuiſſe Ephratam, & mutatum eſſe nomen eius, ut uocaretur Bethlehem propter abundantiam panis: quia Bethlehem interpretatur domus panis: ſed an uerum ſit declaratũ eſt Gen. 48. & Ruth 1. *In diebus Herodis Regis*. Hic deſignatur tempus natiuitatis Chriſti, ſcilicet, quòd fuit in diebus Herodis regis Iudæorum. Iſte fuit primus Herodes: quia alii fuerunt eiuſdem nominis de progenie ſua, qui regnauerunt poſt eum. De iſto Herode, quis fuerit, & unde habuerit originem, & quomodo peruenerit ad regnum, declarabitur infra in quadam. q. & de aliis regibus huius nominis cum eo. Ieſus autem natus eſt poſtquàm incæperat regnare iſte primus Herodes. *Ecce Magi*. Illi ſunt qui uenerunt ad adorandũ Chriſtum, & qui fuerunt infra dicetur. *Ab oriente uenerunt*. ſcilicet, de quadam terra, quæ erat orientalis reſpectu terræ Iudææ. *Ieroſolymam*. Non ſolùm uenerũt in Ieroſolymam, ſed etiam in alias partes terræ Iudeæ, quæ erant ante Ieroſolymam: & tamen nõ fit mentio de aliis locis, ad quæ prius uenerunt: quia ibi non accidit eis aliquid ſpeciale, ſicut accidit in Ieruſalem, ſicut dicitur in litera. Et eadem cauſa fit mentio de Bethlehem infra, ſcilicet, quia ibi accidit aliud ſpeciale, cùm ibi inuenerint quod quærebant, *Dicentes, Vbi eſt qui natus eſt rex Iudęorum*. ideſt, vbi eſt rex Iudæorum, qui nunc natus eſt. Iſti ſciebant natiuitatẽ, & non quærebant de illa, ſed præſupponebant eam: ſed cum autem natiuitatis ignorabant: ideo de illo quærebant. Et dicunt regem Iudæorum ipſum Meſſiam, ut infra dicetur. *Vidimus ſtellam eius in oriente* ideſt, nos exiſtentes in oriente uidimus ſtellam, uel nos non exiſtentes in oriente uidimus ſtellam eius in oriente, ideſt, exiſtentem in parte orientali cœli. Et dicitur ſtella eius, ideſt, deſignans eum natum. *Et uenimus adorare eum*. Ideſt, quia uidimus ſtellam ſignificantem eius natiuitatem parauimus nos, & uenimus ad adorandum eum.

Modus natiuita. Chriſti.

Quo tempore ſæculi Chriſtus natus ſit.
Quæſt. 1.

QVAERITVR, De tempore natiuitatis Chriſti quantum ad tempora ſæculi. Dicendum, quòd variè computantur anni a diuerſis inter latinos. Nam inter Hebræos unus modus computandi eſt, & inter Græcos unicus. Inter Latinos autem ſunt duo modi computandi. Ratio uaritatis eſt, quia cùm a principio ſæculi non poſſunt haberi ex aliqua hiſtoria gentium: quia antiquiſſimæ hiſtoriarum, quæ habentur apud Gentes, cęperunt a tempore regis Nini, quando regna cęperunt eſſe in orbe, & bella, & facta inſignia: & omnes inter ſe homines cęperunt habere maiorem communicationem, ut ait Auguſt. 4. de Ciuit. Dei: & Paulus Oroſius primo de Or-

de Ormeſta mundi: reliqua tẽpora. ſ. ab Adã vſque ad diluuium, & a diluuio uſque ad tempora regis Nini a Gentib. ignorantur: ideo oportet ea haberi per Sacrã Scripturam, quæ cõputat tempora ab orbe cõdito, & enarrat geſta aliqua illorũ tẽporũ. Hoc dato, apud Hebræos eſt vnicus modus cõputandi, quia Biblia ſua vnica eſt, & vnico modo ſe habens: Græci aũt cõputant vnico modo, quia Biblia ſua eſt unica. ſ. quam tranſtulerunt ſeptuaginta interpretes: quia illã fecit transferri Ptholemæus Philadelphus rex Aegypti, qui Græcus erat natione De tranſlatione, & pertinentibus ad eã latè declarauimus in prologo Hiero ſuper Paralipo. Gręci autẽ ſuſceperunt iſtã translationẽ, & nunquã aliam: ideo per iſtam computant. Latini aũt, licèt habuerint multas tranſlationes, duæ tamen ſunt quæ auctoritatẽ habuerũt. ſ. trãſlatio prædicta interpretũ: & tranſlatio Hierony. Trãſlatio interpretũ fuit, quę primò ſuſcepta eſt, & in ea fuit fundata Eccleſia primitiua, ut ait Hier. in prologo: Si ſeptuaginta. ſuper Paralip. Iſtam habuerunt oẽs Eccleſiæ Latinorũ de Græco, quia mox, ut ad Chriſtũ cõuerti cęperunt Latini, ut haberent libros Sacræ Scripturæ tranſtulerunt de Græco totum uetus teſtamentum. Et illud habitum fuit ſemper in Eccleſiis Latinorũ, vſq; ad tẽpora Damaſi Papę, & Hierony. Licèt autem eſſent plurimæ aliæ translationes, vt teſtatur Hieronymus in prologo Paralip. Non erat in honore aliqua ipſarum, ſicut translatio ſeptuaginta interpretum. Poſtea autem Hier. ex cauſis neceſſariis, quas aſſignat in prologo ſuper Gen. ſ. Deſiderii mei, & in prologo ſuper Paralip. ſcilicet. Si ſeptuaginta. tranſtulit de Hebræo in Latinum. Et iſtam translationem tãquã puriorem, & magis emendatam ſuſcepit tota Eccleſia Latinorum: & iſtam nunc ſequitur, nec manet apud nos iam trãslatio interpretum. Quia tamen antiqui ſequebantur illam, reperimus multas auctoritates apud Aug. & Ambro. ſecundùm literam illius tranſlationis. Iſtæ duæ tranſlationes, licèt in multis aliis differant: maximè tamen differũt in numeris aſſignandis. Nam valde maiores numeri inueniuntur apud interpretes, quã in ueritate Hebraica. Et iſtud eſt quantum ad primã, & ſecundam ętatem ſæculi, ſcilicet, vſque ad Abrahã. Nam poſtea numeri vtrobique concordant. Nunc autem, licèt non habeatur tranſlatio interpretum: quia tamen antiqui ſecuti ſunt illam, inuenimus numeros ſecundùm illam, qui diſcrepant a numeris Bibliæ noſtræ, quæ eſt ſecundùm Hebraicam veritatẽ. Hoc modo, quando quęrimus quot anni fuerunt ab orbe condito vſque ad Chriſti natiuitatem ſequentes translationem interpretum, ponunt quinque millia, & centum, & nonaginta, & octo, uel quaſi. Et alii ſequentes quaſdam hiſtorias gentium ſimul cum trãslatione interpretum ponunt plures anuos. Et etiam fit in hoc diſcordia ex tabulis aſtrologicis, in quibus differentiæ horarum annotantur. Quia ſecundùm quaſdam tabulas reſultat maior numerus, & ſecundùm alias minor: ut patet in tabula regis Alphonſi. Nos autem ad hoc attendere non pertinet: quia cùm habeamus ueritatẽ Sacræ Scripturę, quæ eſt infallibilis, & cuius auctoritas eſt ſuper omnem auctoritatẽ: non expedit curare quid homines dicant, qui errare pñt: immo quos cõſtat errare q̃cumq; obuiant Sacræ Scripturæ. De differẽtia aũt numerorũ inter hebraicã veritatẽ, & trãslationẽ interpretũ loquitur Aug. 7. de Ciui. Dei: aſſignando aliquas cauſas illius, ſed qũocumq;, uel vndecumq. acciderit non põt eſſe uerum, q̃ Sacræ Scripturæ diſſonat. Cõputando ergo ſm veritatẽ Hebraicam, quam nos ſequimur, ab orbe ꝓdito uſq; ad Chriſti natiuitatẽ fuerit anni tria millia nongenti ſexagĩta tres. Patet hoc ex annis cõreſpõdẽtib. ætatib. ſingulis. Nã ab orbe ꝓdito vſq; ad diluuiũ fuerũt anni mille ſexcenti q̃nquaginta

Alph. Toſt. in Matth. Comm.

ſex. hoc patet inducẽdo p oẽs gñationes, q̃ fuerunt ab orbe condito vſq; ad annum ſexcenteſimũ Noe, qñ incepit diluuium. vt patet Ge. 5. qa ibi hñr oẽs iſtę gñationes. Et ibi induximus per generationes iſtam ſummam annorum, & declarauimus iſtam differentiã, & cauſas differentiæ interpretum à veritate hebraica. Secunda ætas eſt à diluuio vſq; ad natiuitatem Abrahæ. Et ſunt anni ducenti nonagintaduo, vt patet ex generationibus, quæ fuerunt poſt diluuium vſq; ad natiuitatem Abrahæ. ſincipiẽdo à natiuitate Arphaxad, qui natus eſt duobus annis poſt diluuium. Geneſ. 11. Computando ergo ab Arphaxad vſque ad natiuitatem Abrahæ omnes generationes, quæ habentur Geneſ. 11. inuenientur prædicti anni. Et ibi induximus iſtã ſummam. Tertia ætas, quæ fuit à natiuitate Abrahæ vſque ad natiuitatem Dauid fuit annorum nongentorum, & viginti vnius. Deductio iſtius poteſt patere partim ex lib. Geneſ. vbi habentur anni Abrahæ, & Iſaac, & Iacob, & vſque ad exitum de Aegypto, quæ poſſunt haberi ex his, quæ declarauimus Gen. 15. & partim ex illis annis, qui ponuntur. 3. Reg. 6. qui fuerunt ab exitu de Aegypto vſq; ad fundationem templi Salomonis: detrahendo ex illis ſeptuaginta annos, quibus vixit Dauid. ſ. triginta antequã regnaret, & quadraginta poſtq̃ cępit regnare, vt patet. 2. Reg. 5. & quatuor annos, qui tranſierunt à principio regni Salomonis vſq; ad fundationem templi. Nã iſti ſeptuaginta quatuor anni ſunt de quarta ætate, reliqua autem ſumma annorũ eſt de tertia ætate. Quarta ætas incępit a natiuitate Dauid vſque ad captiuitatem Babylonis, quæ fuit vltimo anno regis Sedeciæ. 4. Reg. 25. & durauit annis quadringentis nonaginta tribus. Iſtud autẽ poteſt faciliter induci ex. 3. & 4. Reg. lib. in quibus ponuntur anni quibus ſinguli reges regnabant. Iſtud autem deduximus ſatis plene præcedẽti. c. in quadam quęſtione. Quinta ætas fuit à primo anno captiuitatis Babylonicę, vſq; ad Chriſti natiuitatem: & ſunt anni ſexcenti & vnus. Iſtud non poteſt deduci ex ſacra ſcriptura totaliter: quia à captiuitate Babylonis vſq; ad Chriſti natiuitatem non ſunt ſacri libri, qui contineant hiſtoriam totius medii tpis, ſed colliguntur iſti anni ex hiſtoriis certiſſimis oĩum gentium, in quibus non eſt aliqua diſcordia. Et ſatis poteramus inducere, niſi quia iſtud non pertinet tã particulariter ad intentionem noſtram. Collectis ergo annis iſtarum quinq; ætatum reſultant ab orbe condito vſq; ad Chriſti natiuitatem anni tria millia nongenti ſexaginta ſex. A diluuio vſq; ad Chriſti natiuitatẽ ſunt anni duo millia quingenti, & ſeptem. Quod patet detrahendo de tota ſumma annos primę ætatis. A natiuitate Dauid vſq; ad Chriſti natiuitatem ſunt anni mille ducenti nonaginta quatuor. Qđ patet ſubtrahendo de tota ſumma annos trium primarum ætatum. A natiuitate Abrahę vſque ad Chriſti natiuitatem ſunt anni duo millia ducenti, & quindecim. Quod patet ſubtrahẽdo annos duarum primarum ætatũ. A primo anno captiuitatis Babylonicę vſque ad Chriſti natiuitatẽ ſunt anni ſexcẽti & unꝰ, q̃ ſunt anni ipſius q̃ntę ętatis.

Cõputatio annorũ ab orbe cõdito vſq; ad Chriſtum.

Quare Matthæus dixit hic, quòd Chriſtus natus eſt in Bethlehem. *Quęſt. 11.*

QVAERITVR, quare Matthæus dixit hic, q̃ Chriſtus natus eſt in Bethlehem. Quidam dicunt, q̃ hoc fuit, quia ita erat veritas: ideo nõ poterat Matthęus mutare veritatem. Dicẽdum, q̃ non ſtat, quia licèt Matthæus non poterat mutare veritatem contrarium ſcribendo, poterat tamen nihil dicere, ſicut multa alia ſubticet de Chriſto, quæ alii Euangeliſtæ dixerunt. Ideo non fuit veritas cauſa quare ipſe ſcriberet, ſed aliqd aliud. Eſt ergo dicẽdum,

quòd intentio Matthæi præcipua in principio euangelij sui fuit probare Christū esse Messiam promissum Iudæis in lege: quia quidam Iudæi recusabant recipere legem Christi: putantes eum non esse Messiam, scilicet, quia non constabat eis, quòd ipse haberet omnes conditiones, quas scriptura de Messia dixerat. Et ob hoc Matthæus est conatus probare Christum esse Messiam applicādo ad eum omnia, quę in lege, & prophetis de Messia dicta erant. Et quia Messias fuerat promissus de quodam genere certo venturus, scilicet, de Dauid, & etiam primò fuerat promissus Abrahæ, ostēdit Matthæus præcedenti. c. quomodo Iesus descendit de stirpe Abrahæ, & Dauid. Et ista fuit causa sola, vel saltem precipua, quare Matthæus descripsit Christi genealogiam. Et quia scriptura etiam dixerat Messiam nasciturū de Virgine, & quòd vocaretur Emmanuel. Isa. 7. ostendit Mat. quomodo Christus natus est de Virgine, & quòd vocatus est Iesus, qđ idem est, quòd Emmanuel, & ad hoc induxit ipsam auctoritatē Isai. præcedenti. c. & quia etiam de Messia dictum erat, ꝙ nasceretur in Bethlehem, vt patet Mat. 5. & etiam Iudæi allegauerunt ipsam auctoritatem, quando q̄siuit ab eis Herodes, vbi Christus nasceretur, ut patet infra in litera. ſ. Et tu Bethlehem terra Iuda &c. voluit Matthæus ostendere Iesum natum esse in Bethlehem, vt per hoc pateret ipsum posse esse Messiā: & istud erat dubiū inter Iudæos, propter quod plurimi non credebant eum esse Messiam, vt patet Io. 7. ſ. Quidā autem dicebant nunquid à Galilea Christus venit. Nōne scriptura dicit, ꝙ ex semine Dauid, & de Bethlehē castello, vbi erat Dauid venit Christus. Item, quia Nicodemus volebat defendere partem Christi contra pharisæos, dixerunt ei pharisæi. Scrutare scripturas, & vide, quia propheta a Galilæa non surgit. i. Messias nō venit de Galilæa, sed de Bethlehem. co. c. Hoc idem dicebāt illi, qui Christum diligebant dubitantes super hoc. Nā Philippus dixit ad Nathanael. Quem scripsit Moyses in lege, & prophetæ inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. Et dixit Nathanael: à Nazareth potest aliquid boni esse? Io. 1. i. nunquid aliquod bonum potest nasci de Nazareth? q. d. bonum, quod speramus, i. Messias non debet nasci in Nazareth, sed in Bethlehem. Cùm ergo Iudæi obiicerent Iesu, ꝙ non poterat esse Messias, quia non erat de semine Dauid, nec de Bethlehem ciuitate. Io. 7. oportebat, ꝙ Matthæus ista duo probaret. Probauerat autem primum. ſ. Christum esse de semine Dauid præcedenti, cap. ideo hic fuit conueniens, ꝙ declararet ipsum natum esse in Bethlehem.

Quare Matthęus posuit, quòd Christus tempore Herodis natus sit. Quæst. 111.

QVAERITVR, quare Matthæus dixit in diebus Herodis Christum natum esse. Nō potest respōderi, quòd hoc dixit Matthæus, quia sic verum erat, quia hoc excluſum est præcedenti. q. Sed dicendum, quòd hoc introduxit Matthæus ad probandum etiam Iesum esse Messiā. Quia sicut scriptura prænunciauerat de progenie Messiæ, & de loco natiuitatis, ita prænunciauerat de tempore. Nam Iacob in benedictione filiorum suorum loquēs de Messia venturo de stirpe Iuda dixit: Non auferetur sceptrum de Iuda, nec Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est. Gen. 49. Et iste erat Messias, vt declaratum est ibi. In quo significabatur, ꝙ Messias nasciturus erat in fine regni Iudæorum, quia ante natiuitatem Messiæ non poterat penitus auferri sceptrū de Iuda. Ita fuit nunc: nam Herodes non erat Iudæus ex genere. quia pater suus Antipater erat Idumæus, & cōuersus est ad Iudaismum. Et sic erat Herodes filius eius. Ideo necesse erat, ꝙ regnum Iudæorum tunc esset ablatum, quando Messias nasceretur: quia, donec tenetur propriè in predicta auctoritate. ſ. donec veniat qui mittendus est. i. Messias. tante illum non auferetur totaliter. Et tamen, quando ipse natus fuerit, erit immediatè ablatum sceptrum. Et sic fuit, quia ante Herodem semper fuerant rectores Iudæorum de genere ipsorum, Herodes aūt fuit primus, qui de alienigenis regnauit super Iudęos. Sed obiicietur, ꝙ Christus nō debuit nasci Herode regnante, sed antequam inciperet regnare, cùm dicatur. Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat, qui mittendus est. Dicēdum, ꝙ Iesus natus est in principio regni Herodis, & tunc non erat vere ablatum sceptrum de Iuda, vel saltem non oīno, quia adhuc uiuebat Hyrcanus, qui erat summus Sacerdos, & fuerat rex: licèt in contentione cum fratre suo Aristobolo. Et non erat sibi omnino ablatum regnū, sed Herodes ministrabat de mandato dominorū Romanorum. Manebat autem quidam nepos filius eius adolescens, qui erat summus sacerdos, & in eū erant intenti oculi omnium Iudæorum, quasi ipse regnaturus esset, & ita Herodes uidebatur quasi tenere regnū pro illo, & acceperat sororem eius Mariannē in uxorem: ipsum vero adolescentem regaliter nutriebatur, quasi aliquando regnaturus esset: & tñ postea dolosè ipsum fecit suffocari natādo, de quo Iosephus. 15. Antiquitatum. Mortuo autem isto adolescente, omnino periit sceptrum de femore Iuda, & non manebat spes iam Iudæis de habendo principem de genere suo. Et sic Herodes confirmatus est in regno, & tunc propriè cepit regnare, de quo magis declarabitur. ī. in quadā q. in qua agetur de Herode. Et sic, licèt Christus natus sit in principio regni Herodis, nondum sceptrū erat ablatum de femore Iuda: sed pauco tpe post Christi natiuitatem factum est. Scđa causa fuit ad ostendendū persecutionem, q̄ fecit Herodes Christo. Nam occidit oēs pueros in Bethlehem pp ipsum, ut patet ī. in Iſa. & ipsum coegit fugere in Aegyptum, & mansit ibi vq; ad mortem Herodis: oportuit ergo dici, ꝙ Christus natus esset in diebus Herodis, quia aliàs non videret, qūo Herodes ipsum posset persequi: qđ aūt dictum est Christum natum esse in principio regni Herodis, non est intelligendū, qđ oīno in principio eius natus esset, quia post Christi natiuitatem non regnauit Herodes nisi septem annis, quibus māsit Christus in Aegypto, & tunc reuersus est Ioseph cum eo in terram Iuda, ut asseritur cōiter, & tenet hoc historia scholastica, & in Herodes regnauit maiori tpe, sed dī ī principio regni. ſ. quia multo tpe ante finem regni fuit ista natiuitas. Quod aūt dictum est. ſ. ꝙ nondum ablatū erat regnū oīno de genteiudæorum, qñ Christus natus est, verū est: & tñ ēt si ablatū esset, quia tunc nouiter auferebāt, videbatur esse tunc non oīno ablatum: Et sic queniebat prophetia de Messia ipsi Iesu: licèt natus esset ablato sceptro de stirpe Iuda. Et patet hoc, quia licèt Iudæi fecerunt contra Christum aliquas obiectiones volēdo ostendere, ꝙ non erat Messias. ſ. quia non esset de semine Dauid, & ꝙ non esset de Bethlehem: nunquā dixerunt, ꝙ natus erat post ablatum sceptrum de stirpe Iuda. Et sic ipsi non putabant, ꝙ obstaret ei illa auctoritas. Et ista respōsio est firmior, & quæ magis tenenda. Ista sufficit, etiā si dicamus ante Christi natiuitatē mortuum fuisse illū filiū Hyrcani, in quo erat spes regni.

An Christus conuenienter natus sit in Bethlehem. Quæst. 1111.

QVAERITVR, an Christus conuenienter natus sit in Bethlehem. Dicendum, ꝙ conuenienter ibi natus est: immo necesse fuit ibi eū nasci. qa sic predictū erat Michææ. 5. & allegatus per Iudæos, infra in litera. Necesse est tamen implerī totum, qđ in scriptura habetur, vt Christus dixit infra, 5. scilicet. Amē dico vobis, donec transeat cœlū, & terra, iota vnū, aut apex vnus non præteribit a lege, donec omnia fiant. i. Facilius potest destrui cœlum, & terra, quàm, ꝙ maneat aliquid in lege, & prophetis, quod nō impleatur. Et specialiter Christus dixit de seipso, ꝙ oportebat impleri in eo omnia, quæ de ipso scripta erāt in lege, & Prophetis, & in Psal. Luc. 24. Nūc igitur non quæritur, an conueniens fuit eum nasci in Bethlehem, postquàm sic scriptū erat, sed dato, ꝙ non esset aliqua scriptura de hoc, an fuerit satis conueniens Iesum nasci in Bethlehem potiusquàm in alio loco. Dicendum autem, ꝙ conueniens fuit ibi eum nasci. Primò, quia ipse erat de semine Dauid secundùm carnem. ad Ro. 1. Et fuerat ei facta specialis promissio de Christo. 2. Reg. 23. ſ. Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Iacob, ideſt, cui facta est promissio de Messia, qui missus est a Deo Iacob: Dauid autem natus est in Bethlehem 1. Reg. 16. & Iere. 7. ibi ergo Christum nasci conueniens fuit: vt appareret, ꝙ erat de stirpe illius. Nam inter Iudæos erat tota terra diuisa per sortes, vt declaratum est præcedenti. ca. & in vrbibus pertinentibus ad vnam tribum, vel familiam non habitabant viri de aliis tribubus, vel aliis familiis, vt non transiret hæreditas de vna tribu in alteram. Numeri 36. Et sic Ioseph, qui erat de stirpe Dauid, erat de Bethlehem, & ibi natus fuerat. Ideo licèt tpe professionis, quam iusserunt facere Romani singulis hominibus in ciuitatibus suis, Ioseph moraretur in Galilæa in Ciuitate Nazareth. Luc. 1. iuit ad profitendum in Bethlehem. eo. cap. Secunda causa est mistica, quam ponit Grego. in homilia quadam dicens, ꝙ Bethlehem interpretatur domus panis. Ipse autem Christus erat panis, sicut ipse dixit, ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Ioan. 6. Debuit ergo ipse in domo panis nasci, ideſt, in Bethlehem. Quidam dicunt, ꝙ Christus debuit nasci in Ierusalem: quia Isa. 2. dicitur: De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. Sed Christus est verbum Dei consubstantiale patri: ergo debuit nasci in Ierusalem, quod est exire de Ierusalem. Alii autem dicunt, ꝙ debuit Christus nasci in Nazareth, quia infra in litera dicitur, ꝙ Christus Nazarenus uocabitur. Et sumitur hoc ex eo quod habetur Isa. 11. vbi dicitur. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius ascendet. Nazareth tamen florem significat. Homo tamē maximè denominatur a loco suæ originis; ergo debuit nasci in Nazareth. Alii dicunt, ꝙ debuit nasci in vrbe Romæ, quia Christus natus est ad annunciandum veritatem. Io. 19. scilicet. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Hoc autem facilius potuisset fieri, si Christus natus fuisset in vrbe Romæ, quæ tunc dñium orbis tenebat, & id, quòd ibi erat famosum in toto orbe erat cognitum. Sic enim Paulus Romanis scribens; ad Rom. 1. dixit. Fides vestra annunciatur vniuerso mundo. Quasi dicat. Per hoc qđ estis in capite mundi, fides vestra per omnes gentes cognoscitur, quia de omnibus gentibus plurimi ad vrbem Romæ confluebant. Ad primum dicendum, ꝙ non debuit Christus nasci in Ierusalem, sed in Bethlehem, vbi prænunciatum erat. Et cùm dicitur, Verbum Domini exiuit de Ierusalem, intelligitur de prædicatione Christi. Quod patet, quia dicitur, de sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. Lex, aūt & verbū ad idem pertinēt. Et hoc verum est, Quia licèt Christus nō esset natus in Ierusalem, sed in Bethlehem, prædicauit tamen in Ierusalem, & non in Bethlehem, quia Bethlehem erat parua Ciuitas. Vnde uocatur castrum. Ioan. 5. Prædicatio autem debet fieri in loco, ad quem plurimæ gentes conueniunt. Sic autem cognati Christi dixerunt: Trā-

si, & vade in Iudæam, si hoc facis, manifesta te ipsum mundo. Ioan. 7. Erat autem Ierusalem locus famosissimus, ad quem Iudæi conueniebant de omnibus nationibus terræ: immo habitabant ibi Iudæi de omni natione, quæ sub cœlo est. Actu. 2. Et conueniebant illuc, etiam gentiles de partibus remotissimis terræ, sicut patet de Eunucho Reginæ Aethiopum, Actu. 8. Ideo Christus debuit maximè prædicare in Ierusalem. Pro quo considerandum, quòd Christus voluit similari Dauid. Dauid enim natus est in Bethlehem. primo Reg. 16. & Ioan. 7. sedem tamen regni cōstituit in Ierusalem. 2. Reg. 5. & 6. & 3. Reg. 1. Ibi etiam voluit ædificare templum Domini. primo Paralipom. 21. & 22. Itē fecit Ierusalem esse ciuitatem regalem, & sacerdotalem: Christus autem fuit rex, & Sacerdos, & tā regnū eius, quàm sacerdotiū fuit habitum perfecte per mortem. Nam moriens fuit Sacerdos: quia se obtulit pro nobis in cruce hostiam Deo patri. Fuit etiam rex: quia per mortem acquisiuit, quòd esset caput totius Ecclesiæ. Actu. 2. Et data est sibi per hoc potestas in cœlo & in terra. infra. 28. Ideo in Ierusalem debuit Christus mori, & prædicare, scilicet, tanquam rex, & tanquam sacerdos, & in Bethlehem debuit nasci. Dicunt autem Doctores hoc esse morale documentum ad confutandum gloriam superborum: qui gloriantur, quòd de nobilibus ciuitatibus originem ducunt, & in illis præcipuè volunt honorari: Christus autem è contrario in ciuitate ignobili nasci voluit: & in nobilissima ciuitate uoluit pati opprobrium. Ad ſm dicendum, quòd Christus vocatur Nazarenus non quòd in Nazareth natus sit, sed, quòd ibi nutritus sit, & conuersatus ex eo tempore, quo rediit de Aegypto defuncto Herode vsque ad principiū suę prædicationis, vt patet infra in litera. De quo magis ibi dicetur. Moraliter dicunt quidam, quòd Christus voluit florere non secundùm carnalem originem, sed secundùm virtuosam conuersationem. Ideo in ciuitate Nazareth voluit educari, & nutriri. In Bethlehem autem voluit quasi peregrè nasci: quia eundo ad professionem faciendam quasi in itinere natus est. Vnde ait Grego. quòd per humanitatem, quam assumpsit, quasi in alieno nascebatur. Alienum autem non secundùm potestatem, sed secundùm naturam, scilicet, quia ipsum habere naturam nostram erat sibi alienum: & tamen ipsum habere potestatem super naturam nostram erat sibi naturale. Beda etiam dicit, quòd per hòc, quòd Christus in diuersorio loco eget: nobis in domo patris sui multas mansiones præparauit. Ista sunt moraliter dicta: causa tamen vera, quare non habitauit in Bethlehem, vbi natus est, sed in Nazareth, fuit propter metum Archelai regnantis in Iudæa, quādo Christus rediit ex Aegypto. vt patet infra in litera. Ad tertium dicendum, quòd Christus non debuit nasci in vrbe Romæ: quia prænūciatum erat ipsum debere nasci in Bethlehem. Item Christus promissus erat venturus de semine Dauid, & primo in salutem Iudæorum, sicut ipse dixit, non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel, infra, 15. Debuit ergo nasci in terra Iudæorum: quia si nasceretur in urbe Roma, quæ pertinebat ad gentiles poterat sibi obiici, quòd non esset Messias: sed quòd esset de stirpe Gentilium. Cùm autem dicunt, quòd ibi potuisset ueritas magis manifestari mundo: dicēdū quod verum est, & tamen Christus non quæsiuit istas opportunitates, q̄ erant ex parte hominū, ne obiiceretur in calūniam legis ab eo iniroductæ, quod per potētiam, uel fauorē hominum introducta fuit. Et ob hoc Christus elegit pauperē matrem, & pauperem patrē putatiuū: noluit ēt fauores principum, nec familiaritates eorū, quas habuisset, nisi eas īpreuisset: noluit etiā

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædicatores legis suæ uiros potentes, ac sapientes, sed rudissimos uiros, & ignobiles: ut constaret quod non per potentiam, aut fallaciã argumẽtorũ introduxissent legem Christi: sed per solam Dei uirtutem in opere miraculorum. Omnia ergo contẽptibilia elegit Christus. 1. Corin. 1. scilicet. Quæ stulta sunt mundi elegit Deus: ut confundat sapientes, & infirma mũdi elegit, ut confundat fortia. Et ignobilia mundi, & contemptibilia elegit, & quę sunt destrueret. Vt non glorietur coram eo omnis caro. Ideo non decuit quod Christus nasceretur in Vrbe Roma: ne putaretur, aut ne obiiceretur, quod fauore Imperatorum lex sua fuisset introducta: cùm potius ipsi Imperatores fuerint sibi obuij, & occiderunt plurimos de confitentibus Christum. Et sic nulla calumnia manet in Deo, aut Gentilibus de introductione legis Christi.

An Christus conuenienti tempore natus sit, Quæst. V.

QVAERITVR, an Christus fuerit natus cõuenienti tempore, uel debuisset nasci prius, aut post. Dicendum quod cæteri homines nascuntur subditi legi temporum: ita quod non est in potestate eorum nasci, quando uoluerint, sed secundùm seriem temporum pendentem ex diuina uoluntate, accedentibus determinatis temporibus, & in locis certis, & determinatis parentibus: Christus autem, qui est Dominus temporum, natus est quando uoluit, Elegerat enim tempus, in quo nasceretur, & matrem, de qua conciperetur, & locum, ubi nasceretur, & natus est, quando elegit. Et sic dicitur completum tempus, in quo Christus nasci deberet, ideſt, completum tempus, in quo elegerat nasci. Nam sicut in aliis hominibus est completum tempus natiuitatis eorum, quando ex cursu particularium causarum dependentium à prima eos nasci necesse est: ita in Christo fuit completum tempus nascendi, quando fuit cõpletum tempus istud, post quod nasci elegerat: sic patet ad Gala. 4. scilicet. Cùm venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Istud autem tempus fuit, quando cessauit principatus Iudæorum, quia ita ipse elegerat, ut patet Genes. 49. scilicet: Non auferetur sceptrum de Iuda donec ueniat, qui mittendus est, ideſt Messias. Istud autem completum est in principio regni Herodis: ideo tunc fuit tempus conueniens, quo Christus uenit, ut nos in libertatem reuocaret. Natus est tamen tempore seruitutis, scilicet tempore, quo totus orbis præcepto Augusti describitur, quasi tributarius factus. Luc. 2. Ergo non fuit tempus conueniens nascendi. Item non fuit conuenienter natus in diebus Herodis, quia promissiones factæ de Christo non fuerunt gentilibus, sed Iudæis factæ. ad Rom. 9. Natus est tamen Christus tempore, quo dominabantur alienigenæ super Iudæos, scilicet, Herodes: ergo non fuit natus tempore congruo, sed potius debuisset nasci tempore, quo dominabantur Iudæi reges. Item Christus erat lux in mundo, & præsentia eius in mundo comparatur luci. Vnde ipse dicit Ioan. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est, ideſt, dum dies est, dies tamen sunt longiores in æstate, quam in hyeme: ideo potius debuit nasci in æstate: & tñ natus est in hyeme cùm sunt dies minimi. Dicendum, quòd Christus conuenienti tempore natus est. Conueniens erat eum nasci tempore, quo instituerat nasci. Dicendum ergo ad primum, quòd Christus uenit ad reducendum nos in libertatem de statu seruitutis, ideo sicut mortalitatem nostram assumpsit, ut nos ad uitam reduceret, ita ut Beda ait, eo tempore dignatus est incarnari, quo mos natus censu Cæsaris scribitur, tempore etiam illo, quo totus orbis sub uno principe uiuebat, & maxima pax fuit in mundo. Et ideo decebat ut tempore summæ pacis illius Christus nasceretur: qui est pax nostra faciens utraque unum. Ad Ephe. 2. Vnde Ioan. ait super Isai. Veteres renouemus historias, & inueniemus usque ad uigesimum octauum annum Cæsaris Augusti in toto orbe fuisse discordiam: orto autem domino omnia bella cessauerunt. Iuxta illud Isa. 2. & Michæ. 4. scilicet. Non leuabit gens contra gentem gladium. Non est tamen intelligendum, quòd Christo nato cessauerint ista bella: immo antequam ipse nasceretur fecit illa cessare per duodecim annos. Nam Christus natus est anno quadragesimo secundo. Octauiani: bella tamen cessauerunt anno uigesimo octauo Octauiani, ut Hieron. ait: & ista magna pax erat signum, q ipso tempore Messias nasci deberet. Item conueniens fuit, ut Christus illo tẽpore nasceretur, quo unus princeps dominabatur in orbe: cùm ipse uenisset congregare suos, ut fieret unum ouile, & unus pastor. Ioa. 10. Ad secundum dicendum, quòd licèt promissiones factæ fuissent Iudæis: tamen pro maiori parte completæ fuerunt in gentilibus, qui ad Christum conuersi sunt, quam de Iudæis, ut colligitur ad Rom. 11. scilicet. Ceciderunt ex parte contingit in Israel: donec intraret plenitudo gentium: ideo conueniens fuit Christum nasci tempore, quo alienigenæ dominabantur. Item quia licèt fuerint factæ promissiones Iudæis non intelligitur de Iudæis secundùm carnem, sed ipsi gentiles, qui ad Christum conuersi sunt Israelitæ sunt, & Iudæi: & in eis verè complentur promissiones factæ Israelitis, quia ipsi sunt Israelitæ, quibus factæ sunt, ut patet ad Roma. scilicet. Non enim q in manifesto Iudæus est, nec quæ in manifesto in carne circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu non in litera: cuius laus non est ex hominibus, sed ex Deo. Et ad Rom. 9. dicitur. Non enim omnes, qui ex Israel hi sunt Israelitæ: nec qui semen Abrahæ sunt omnes filii Abrahæ. Et non solùm non fuit inconueniens Christum nasci tempore Herodis: immo non debuit alio tempore nasci, nisi uel regnante Herode, uel paulo ante regnantibus Aristobolo, & Hyrcano, scilicet tempore quo sceptrum Iuda auferendum erat, uel ablatum est, ut conueniret prophetiæ iam dictæ. Genes. 49. Dicit autem Chryso. q quãdiu gens Iudaica sub iudaicis regibus tenebatur quamuis peccatoribus prophetæ mittebantur ad remedium eius. Nunc autem quando lex Dei sub potestate regis iniqui tenebatur, nascitur Christus, quia magna, & desperabilis infirmitas medicum artificiosiorem quærebat. Ad tertium dicendum, quòd Christus natus est octauo Kalendas Ianuarii, scilicet, die uigesima quinta Decembris, & conceptus est octauo Calend. Aprilis, scilicet, die uigesima quinta Martii. Est autem uerum, quòd tempora uidentur mutata ab illo statu, quo erat tempore Christi, quia non computamus annum precisè. Nam ut ait Beda legimus Christo nato solsticium fuisse. Erat autem solsticium hyemale, & est ibi dies minimus anni, quod nunc accidit ad diem undecimum, uel duodecimum Decembris, & tempore natiuitatis Christi fuit solsticiũ die uigesima quinta decembris. Et sic propter inconuenientem calculationem calendariorum, quia non præcisè annis omnibus computatur, & quia non emendatur Calendarium, quod patitur errorem ex multis annis, & semper maiorem errorem patietur, quia quotidie crescit error, quousque emendetur, de quo magis diximus in nostro Defensorio trium quæstionum contra æmulos Christus

Christus ergo natus est in minimis diebus anni, quãdo dies incipit crescere: ut ostẽderetur, quòd Christus uenerat, ut homines crescerent in lucem diuinam. Luc. 2. scilicet. Illuminare his, qui in tenebris, & umbra mortis sedẽt, ideſt, Ad hoc Christus uenit, ut illuminet homines. Natus est etiam in diebus magni frigoris, in quo designauit, q pro nobis afflictionem pati uenerat, & ideo incepit in ipsa natiuitate temporis incommoda pati. Quidam autem dicunt, q Christus natus est quando dies incipiunt crescere, quia Christus crescere debebat in cruce per membrorum extensionem. Et ob hoc dicunt, q Ioan. Baptista natus est quando dies sunt maximi, & incipiunt decrescere: quia ipse debebat minui, amputando sibi caput. Et sic exponunt illud, quod dixit Ioan. Baptista. Ioa. 3. scilicet. Illum oportet crescere, me autem minui. Veritas tamen literæ aliud uult.

Magi, qui uenerunt ad Christum quot erant, & qui erant. Quæst. VI.

QVAERITVR, de istis Magis, qui uenerãt ad adorandum Christum, qui erant, & quot. Respondent quidam, q erant tres: sed hoc nõ apparet ex litera, quia nõ ponitur quot fuerint. Motiuum autem eorum ad hoc est, quia dicitur, quòd obtulerunt aurum thus & mirram: quę sunt tria munera. Et sic essent ipsi tres. Dicẽdum tamen, q hoc nõ probat sufficienter, quia poterat esse, quòd quilibet eorũ offerret ista tria munera: imò uerisimilius est, ut infra declarabitur, q qlibet tria obtulerit, q̃ q qlibet vnũ: ut infra declarabitur. Cõmuniter tamen tenetur, quòd fuerint tres Magi: licèt cum illis multi uenerunt, quia erant uiri potentes. Ad aliud dicendum, q asseritur cõmuniter istos tres fuisse reges: ita Ecclesiæ communis uox tenet, & sic Doctores asserunt. Et tamen etiã hoc non constat, quia nõ uocãtur reges hic, sed solũ Magi. Hoc tñ poterat sciri ex historiis illorũ temporũ, quia qui fuerũt cõtẽporanei scripserũt res istas diligenter, & inde habitum est de istis, quòd tres fuerint, & quòd reges fuerint. Quod tamen fuerint reges, & quòd tres infra declarabitur in quadam quæstione. Tamen, quia isti uocãtur Magi cõsiderandũ est, quòd tripliciter Magus dr. f. Magus. i. illusor, uel maleficus, uel sapiens. Dicitur Magus illusor ille, qui facit præstigia, quæ hominibus apparent aliquid esse, & nihil sunt eorum, quæ uidentur, & sic illudũt sensus hominum. Magus, ideſt, maleficus dicitur incantator, uel inuocator dæmonũ, uel exercens similia maleficia, sicut Leui. 19. dicitur, scilicet. Ne declinetis ad Magos, nec ab ariolis aliquid scisciteminí. Magus dicitur sapiens, quia multi ipsos philosophos Magos uocant: & maxime ipsi uulgares, ut ait Hieron. in Epistola ad Paulinum, scilicet, Apollonius, siue ille Magus, ut uulgus loquitur, siue Philosophus, ut Pythagorici tradunt. Dicuntur isti Magi, ideſt, illusores ab effectu: ex eo quòd Herodem illuserunt: quia ad eum non redierunt. Vnde dicitur de Herode, quòd uidens, quòd esset illusus a Magis, &c. Secundò modo possunt uocari Magi, ideſt, malefici, sic enim malefici Pharaonis Magi uocantur Exod. 7. & 8. hoc tenet Chrysosto. dicens istos uocatos fuisse Magos, ideſt, maleficos: postea tamen ad Deum conuersos, quibus Dominus uoluit natiuitatem suam reuelare: & eos ad se adducere; ut per hos peccatoribus spes ueniæ tribueret. Tertiò modo possunt uocari Magi, ideſt, sapientes, ut dicantur Magi, ideſt, in sapientia magni. Et ita sapientes uocantur Magi apud Persas: apud Hebræos uocantur Scribæ: sicut dixit Christus. Omnis scriba doctus in regno cœlorum profert de thesauro suo noua, & uetera, infra 13. ideſt, Omnis homo doctus in sacra scriptura, quæ uocatur regnum cœlorum. Apud Græcos uocantur philosophi, apud Latinos uocantur sapientes, & maximè dicuntur esse Magi sapientes in Astrologia. Tales autem isti uidebantur, cùm per stellam Deus direxerit illos: ideo Magi uocati sunt. De istis Magis dicit Chryso. super Matthæum, quosdam dicere, quòd quidam secretorum inspectores elegerunt de seipsis duodecim studiosiores, & si quis moriebatur filius eius aut aliquis propinquorum loco eius substituebatur. Hi verò per singulos annos post mensem ascendebant super montem victorialem, & tribus diebus ibidem morantes se lauabant, & orabant Deum: ut eis illam stellam, quam Balaham prædixerat ostenderet. De istis dicit Augustꝰ. quòd fuerunt primitiæ gentium, ideſt, primi de gentibus ad Christum conuersi: sicut pastores, quibus angelus apparuit fuerunt primitiæ Iudæorum. Hi Magi fuerunt postea in fide Christi excellentes, quorum tria corpora diu manserunt in urbe Mediolani. Nunc uero in Vrbe Coloniæ apud Germaniam requiescunt.

De qua terra uenerunt isti Magi ad adorandum Christum. Quæstio. VII.

QVAERITVR, de qua terra uenerunt isti reges ad adorandum Christum. Respondendum, q uenerunt de Oriente sicut in litera dicitur. Cõsiderandum autem propter hoc, quòd oriens si proprijssimè accipiatur, ita quòd aliquis locus sit oriens, & nullus alius in toto orbe, non poterit inueniri talis locus, quia in omni loco est Oriens, & in omni loco est Occidens. Dicitur enim oriens primus punctus horizontis ab ea parte, à qua sol mouetur procedendo uersus nos. Et quia non est aliquis locus in toto orbe, in quo non sit punctus orientale alicuius horizontis, non erit aliquis locus in quo non sit Oriens. Idem est de Occidente: quia nullus locus est, in quo non sit punctus occidentalis alicuius horizontis. Et sic in omni loco est oriens, & occidens. Et ille met punctus, qui est oriens est occidens: & isto modo nunquam accipitur oriens in scriptura, quia nihil determinaretur magis dicendo esse aliquid in Oriente, quàm esse in Occidente: cùm in eodẽ puncto, in quo est Oriens in eodem sit Occidens. Alio modo accipitur oriens magis largè. Et tunc potest sumi absolutè, uel respectiuè. Absolutè enim dicimus Orientem esse primam partem terræ habitabilis uersus locum illum, de quo sol oritur. Et hoc modo dicimus Orientem esse in terra Indiæ, quia illa est prima pars terræ habitabilis, & iste est modus communis loquendi de Oriente. Alio modo accipitur Oriens respectiuè. Et isto modo dicimus unum locum esse ad Orientem alterius. Nam quicunque locus magis appropinquat parti illi, de qua sol mouetur uersus nos, dicitur esse magis orientalis, quam alius. Et hoc modo non est aliquis locus, qui non sit orientalis respectu alicuius alterius, & si non distat ab eo nisi per unum pedem. Hoc præsupposito communiter dicitur, quòd uenerunt isti reges de oriente, accipiendo Orientem secundo modo, scilicet, absolutè, ut est prima pars terræ habitabilis. Sed tunc est dubium quomodo in tam paruo tempore, scilicet, in tredecim diebus, qui sunt à die natalis Domini usque ad Epiphaniam, quo die Ecclesia asserit Christũ a regibus adoratum, potuerint uenire de terra tam remotissima: maximè, quia non ambularent omnibus istis tredecim diebus, sed uisa stella, parauerunt se quasi itineraturi, & tunc uenerunt. Quidam dicunt, quòd isti reges non poterant uenire naturaliter

Oriens multipliciter accipitur.

Universidad de Navarra Biblioteca

Opinio prima Remigij.

liter in tam pauco tempore, sed miraculosè venerunt. Hoc enim dicit Remigius, scilicet, ꝙ ille puer, ad quē properabant adorandum, eos in tam breui spacio temporis perducere potuit. Sed hoc non stat. Primò, quia isti asserunt orientem esse partem remotissimam orbis, quæ opponitur occidenti nostro, quòd falsum est, vt infra patebit, cùm necesse sit poni orientem respectiuè. Secundò, quia miraculum non est ponendum sine causa vrgente, cùm non sit ponenda pluralitas sine necessitate, cū peccatum sit per plura facere, quòd potest fieri per pauciora. 8. Topic. & tamen poterant isti reges venire naturaliter, & sine labore graui in isto pauco tempore, vt infra declarabitur, ergo non est ponendum, quòd venerunt miraculosè. Tertiò patet hoc, quia repugnat literæ. Nam dicitur in litera, quòd stella dirigebat Magos in via, in quo innuitur, quòd aliàs nescirent viam: & tamen si mouerentur Magi miraculosè à Deo, non oportebat, quòd stella dirigeret eos, sed ipse, qui mouebat eos, miraculosè perduceret illos, quò vellet: & sic esset superuacuum officiū stellæ, quod est inconueniens: quia omne quod est à Deo, ordinatum est. Ad Rom. 13. Superuacuum autem non potest reduci in ordine, quia ex eo quòd superuacuum est, non competit ei locus aliquis, in quo ordinetur. In diuinis ergo operibus nihil superfluum est. Simile patet de Abacuch, qui portatus est ab Angelo de Iudæa in Chaldæam quasi in momento per capillum capitis, Dan. 14. & ille non indiguit aliqua stella præcedente, nec aliquo alio dirigente: & tamen ista stella non præceffit Magos frustra. Ergo Magi non mouebantur a Deo miraculosè. Quartò, quia si isti Magi sic venissent, non dicerentur ipsi venisse, sed duci, vel portari: sicut dicitur de Abacuch, Dan. 14. De istis tamen dicitur, quòd venerunt, & ipsi dicunt, quòd videntes stellam venerunt: ergo non mouebantur miraculosè. Quintò patet, quia si mouerentur miraculosè, deducti fuissent ad locum illum, in quo erat Christus, ad quem adorandum veniebant: & tamen ipsi iuerunt in Ierusalem, & quæsiuerunt ibi de loco natiuitatis Christi. Ergo videtur, quòd à voluntate sua mouebantur, & ibant sicut uolebant. Patet de Abacuch, quia ille, quando iussus est ire in Babylone dixit. Domine Babylonem non noui, & lacum nescio. Dan. 14. Et tunc Angelus appræhendit eum, & portauit miraculosè. Et cùm portaretur, non oportuit, quòd quæreret de via, nec de termino: sed ab ipso angelo positus est super lacum Leonū, ad quem ibat. Sextò patet, quia si mouerentur miraculosè non mouerentur per terram, sed Deus portaret eos per aerem, sicut fuit de Abacuch: & tamen isti ambulabant per uiam, & stella dirigebat eos, vt tenerent semper viam rectam, ergo non mouebantur miraculosè. Secunda positio est Hieron, scilicet, quòd isti tres reges venerunt de extremo orientis, quod est in principio Indiæ, & quòd in tredecim diebus venerunt super dromedarios, quæ sunt animalia velocissima. Et dicitur de eis, quòd tantum ambulant in vna die, sicut vnus equus in tribus. Sed contra istam positionem militant duæ primæ rationes factæ contra præcedentem positionem: sed adhuc non potest stare. Primò, quia dato, quòd uenirent super dromedarios, non possent in tam breui tempore venire, quia fortasis non itinerauerunt decem diebus. Quod patet considerato tempore, quo se parauerunt ad veniendum, visa stella, & tempore, quo morati sunt in Ierusalem, vocando sapientes, & quærendo ab eis vbi Christus nasceretur, ut patet in litera. Et dato, quòd dromedarius tantum de itinere pertranseat una die sicut equus in tribus, non possent venire in Bethlehem, quia tunc in istis decem diebus perambularent dromedarij tantum, sicut equi in triginta diebus, & tamen in triginta diebus non poterant ad plus ambulare, nisi quadringentas leucas. Et à Ierusalem vsque ad principium orientis est distantia ferè tripla, quàm ab isto loco vsque in Ierusalem. Nam ab vrbe Toleti vsque in Ierusalem est precisè spacium trium horarum secūdùm distantiam meridianorum, quia inter ambos meridianos sunt quadraginta quinque gradus de longitudine, qui complent tres horas, vt patet hoc per Ptolemæum in lib. de Cosmographia: & sic habetur in omnibus tabulis communibus astrologicis. Et istis tribus horis correspondent quasi octingentæ leucæ. Et tamen a Ierusalem vsque ad principium orientis sunt nouem horæ, vel quasi, de longitudine inter Meridianos, cùm ab extremo Occidentis vsque ad extremum Orientis ponantur duodecim horæ, quæ est medietas cœli: ideo à Ierusalem usque ad principium orientis erit quasi triplum de spacio quàm sit ab vrbe Toleti vsque in Ierusalem. Ideo equi non possent illud ambulare in triginta diebus, immo nec in centum, & sic etiam dromedarii quantumcunque sint veloces, oporteret quòd morarentur in itinere plusquam triginta diebus. Non ergo potuerunt venire in tam breui tempore propter dromedarios. Sed obiicietur contra prædicta, quia Ierusalem dicitur in medio mundi: ideo si sunt tres horę, aut parum plus a nostro meridiano occidentali vsque Ierusalem nō erunt plures inde vsque ad Orientem. Dicendum, quòd Ierusalem non est in medio mundi, secundùm longitudinem, quæ est distantia inter meridianos ab Oriente in Occidentem, sed est in medio secundùm latitudinem, quę computatur a Septentrione in Meridiem. Item non est Ierusalem etiam in medio mundi secundùm latitudinem, sed est in medio terræ habitabilis. Nec est simpliciter in medio terræ habitabilis prout nunc est terra habitata, sed est in medio latitudinis septem climatum, per quæ solebat ab antiquissimis astrologis diuidi tota terra habitabilis. Nunc uerò habitatio multa est extra septem climata versus septentrionem, vt patet in tota Anglia, & multis partibus Alemaniæ, & insulis maris Athlantici siue Britanniæ, quia omnia hæc sunt extra septem climata: locus vero, qui est in medio mūdi simpliciter tam secundùm longitudinem, quam secundùm latitudinem est ciuitas Arin, quæ est sub æquinoctiali, & distat nonaginta gradibus ab Oriente, & totidem ab Occidente. Est etiam in medio secundùm latitudinem, quia cùm sit sub æquinoctiali distat ab vtroque polorum nonaginta gradibus, & secundùm aliquos dicitur ibi esse Paradisus terrestris, sed non uidetur uerum, de quo magis diximus Genes. 2. Non poterant ergo isti reges venire etiam in quadraginta diebus super dromedarios. Secundò patet, quia ponitur hic labor grauissimus sine necessitate: nam poterat esse, quòd isti reges uenirent in istis tredecim diebus equitando molliter: non est ergo ponendum, quòd uenerint in tanta uelocitate, quæ erat eis laboriosissima. Tertiò, quia dato quòd isti reges essent in Oriente, non esset vllo modo credendum, quòd isti tantum se uellent affligere, vt venirent in tam breui tempore ad adorandum Christum, quia dato, quòd esset aliquod animal, ꝙ posset tam velociter moueri, scilicet, ducentis leucis in una die, nullus tamen homo esset, qui tantum laborem mouere posset tollerare: potissimè, quia esset hoc in tredecim diebus continuis, quia esset iste labor ad mortem. Nulla tamen causa uidebatur, quare Magi se deberēt tam grauiter affligere, quia nihil referebat, quòd uenirent in tredecim diebus potiusquam in quadraginta, uel in quocunq; alio termino. Quartò quia motiuum istius positionis est satis leue. s. quia in die Epiphaniæ legitur illa

Opinio secunda D. Hieron.

illa epła: Surge illuminare Ierusalem. Isai. 60. Et ibi dī inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madiā, & Epha. Secundùm hoc non obstat, quia non intelligitur tota illa prophetia de adoratione Christi, licèt conueniat ei aliquid de illa prophetia. Et patet, quia dicitur ibi: omne pecus Cedar congregabitur tibi: & arietes Nabaiot ministrabunt tibi. Istud tamen non cōuenit adorationi Christi: quia ibi nec fuerunt pecora Cedar, nec arietes Nabaioth: quę sunt quędam prouinciæ non multum distantes a terra Chanaan. Non enim est intelligendum, quòd prædicta ꝓphetia totaliter conuenit adorationi Christi, idest, quātum ad singulas partes suas: sed legitur propter illam, quæ est in fine, scilicet; Aurum, & thus deferentes. Item dicitur ibi inundatio camelorum operiet te: & tamen non fuerunt cameli in isto aduentu regum: quia si venissent in dromedariis non poterant secum afferre camelos, qui sunt animalia pigra: & habent pedes molles ad uiam, quæ non progrediuntur tantum sicut equus. Item quia dicitur, quòd tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus: quia si ista accipiantur sic in sensu literali, non fuit tunc aliqua tenebra, aut caligo super populos. Si autem accipiatur tenebra pro errore, & ortus Domini pro veritatis manifestatione, etiam non conuenit: sed magis è contrario: quia ueritas manifestata est nunc gentibus: quia reges isti ad adorandum Christum venerunt: & habitantes in Ierusalem Christum natum non agnouerunt, uel cognoscere noluerunt: sed potius in tali annunciatione turbati sunt: cùm dicatur hic, quòd audiens Herodes turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Multæ quoque aliæ particulæ illius prophetiæ repugnant isti adorationi. Item dato, quòd isti reges uenirent super dromedarios, non faceret ista prophetia ad propositum: quia non uenirent super dromedarios Madian, & Epha: quia ambę istæ prouinciæ sunt circa terram Chanaan, & circa Aegyptum, scilicet, circa desertum. Nam Madian fuit filius Abrahæ ex Cetura uxore sua. Genes. 25. Epha autem fuit filius Madian, ut patet eod. capit. & sic isti habitauerunt simul, quia erant quasi una gens. Et ob hoc pronuntur simul in prophetia cùm dicitur: Dromedarii Madian, & Epha. Madianitæ tamen habitant circa terram Chanaan, in qua erant Iudæi: quod patet, quia quando uenerunt Iudæi de Aegypto in terram Chanaan per desertum, pugnauerunt contra Madianitas, & deleuerunt totam terram ipsorum. Numeri. 31. Et sic modicum distaret terra Madian a Ierusalem: quod etiam declaratum est Numeri. 22. Si autem isti venirent in Ierusalem de Madian, & Epha in tredecim diebus, non oportebat vt venirent in dromedariis: quia etiam super equos, immo etiam pedestres possent conficere istud iter in tredecim diebus. Si autem uelis, quòd reges sint de extremo orientis, & isti dromedarij, in quibus venerunt, sint de Madian, & Epha, non est conueniens, quia inter orientem uerum, & terram Madian erunt plusquam duo millia leucarum, ut patet ex declaratis: ideo non possent accipere dromedarios de Madian, & Epha ad veniendū de Oriente: sed oporteret, quòd acciperent ipsos de oriente, de quo ueniebant. Tertia positio est, quòd isti Magi uenerunt de oriente, vt dictū est, & nō uenerunt in tredecim dieb. sed in vno anno, & tredecim diebus: Et tūc non oportebat, ꝙ uenirent super dromedarios: quia in tanto tempore facile erat uenire, etiam de principio orientis vsque in Ierusalem. Sed hoc non stat, primò quia rationes positæ contra primam positionem militant contra istam: quia ponunt istos reges uenire de Oriente uero, quod est falsum: vt infra

Opinio ter.

Alph. Tost. in Matth. Comm.

dicetur. Secundò, quia dato ꝙ isti reges venirent de principio orientis, non morarentur tanto tempore in via: quia ipsi inciperent venire illico, vt stella eis apparuit: cùm eam diligenter a multo tempore obseruassent. Ideo in principio huius anni inciperent venire, & multo ante finem anni uenirent: etiam si essent in fine Orientis. Tertiò, quia quando isti reges venerūt ad adorandum Christum, inuenerunt eum in diuersorio, vbi natus fuerat: & tamen non debet existimari, quòd staret ibi tanto tempore, cùm esset locus valde inconueniens: & solùm ex necessitate temporis manserit ibi Ioseph cum Virgine tempore professionis. Sed ibi inuenerunt Christum Magi: vt patet infra in litera, ergo non venerunt Magi post annū; & tredecim dies, sed solùm post tredecim dies. Quartò patet, quia si Magi venissent post annum, & tredecim dies, non solùm non inuenissent Iesum in diuersorio, sed etiā non inuenissent eum in Bethlehem, sed in Galilęa in urbe Nazareth, quæ multum inde distabat. Et non venerunt in Bethlehem nisi propter necessitatem professionis, quā quilibet facere debebat in loco, de quo erat sua progenies: vt iusserat Octauianus. Luc. 2. Et qa Ioseph erat de progenie, & domo Dauid, qui erat de Bethlehem ſm originem, ibi professus est. eo. ca. Alio aūt tempore nunquā leguntur Ioseph & Virgo habitasse in Bethlehem, sed semper in Nazareth. Expleta ergo professione, & eis, quæ pertinebant ad partū Dominę nostrę recederent inde, & nō manerēt in Bethlehem: potissimè, quia nō habebāt ibi, de quo possent viuere, cùm non esset ibi habitatio sua. Quintò patet, & efficatius: quia Virgo mansit in Bethlehem post partū quasi quadraginta diebus: & die quadragesimo venit in Hierusalem offerens Iesum sacerdotibus secūdùm legem. Luc. 2. Et dicitur ibi, quòd postquàm perfecerunt omnia secundùm legem Moysi, scilicet, offerendo puerū, & redimendo eum: reuersi sunt ī Galilæam in Ciuitatem suam Nazareth. Si ergo Magi venissent post quadraginta dies a Christi natiuitate non inuenissent eum in Bethlehem, sed in Nazareth, & tamen inuenerunt eum in Bethlehem, vt patet hic. Ergo nondum transierunt quadraginta dies. Quarta positio est Chrysost. super Matthæum, & August. in sermone quodam de Epiphania, scilicet, ꝙ stella apparuit istis Magis per duos annos ante Christi natiuitatem. Et tunc parantes se ad iter, venerūt a remotissimis partibus orientis ad Christum tertiodecimo die postquā natus est. Motiuum autem ipsorum est, quia Herodes post recessum Magorum videns se ab eis illusum, mandauit occidi pueros a bimatu, & infra, & dicitur, infra, in litera, ꝙ hoc fecit secundùm tempus stellæ qđ a Magis exquisierat. Dicendum autem, ꝙ ista positio nō tenetur communiter etiam per doctores ueteres, nec per nouos. Nam aliam sequitur hic Nicolaus. Etiam Sanctus Tho. 3. parte summæ. q. 36. articul. 6. magis tenet aliam positionem, de qua infra dicetur. Et non uidetur ista opinio conueniens. Primò quia motiuum istorum de stella repugnat eis: nam Herodes voluit scire ætatem pueri per tempus stellæ, infra in litera: & dicitur, quod occidit pueros a bimatu, & infra secundùm tempus, quod exquisierat a magis: & sic ipse præsupponebat puerum non fuisse natum ante stellæ ortum, & in hoc diligenter a magis instructus fuerat: ergo non apparuit stella ante eius natiuitatem. Secundò patet, quia Magi dixerunt: Vidimus stellam eius in oriēte, i. stellam significantē natiui tatem eius: ergo iā natus erat. Tertiò patet, quia nō est verisimile, ꝙ Magi uenirent duob. annis, & tredecim dieb. post ortū stellæ: quia illico, ut stella appareret, verisimile erat eos incipere iter, cùm tandiu expectassent ortum illius: & tñ non possent morari in uenien-

4. Opinio Chr. & August.

Universidad de Deusto Biblioteca

do duobus annis: immo nec uno anno, etiam si venissent à principio orientis, vt supra dictum est. Quartò patet, quia non est verisimile, quòd stella appareret ante Christi natiuitatem, quia possent illudi ipsi reges, scilicet, quia festinarent venire, & contingeret eos venire ante Christi natiuitatem: potissimè, si duobus annis stella ante Christi natiuitatem appareret. Ideo est verisimilius, quòd in ipsa hora natiuitatis apparuerit per noctem, & tunc ceperint se parare Magi ad veniendum. Quinta positio est, quòd ista stella apparuit in hora natiuitatis Christi: Magi tamen non venerunt vsque ad duos annos, & tredecim dies post Christi natiuitatem: istis conuenit aliqualiter motiuum præcedentis positionis, scilicet, quòd Herodes occidit pueros mox: vt Magi recesserunt: & tamen dicitur, quod occidit eos à bimatu, & infra secũdum tempus, quod exquisierat à Magis. Ergo innuebatur, quòd iam erãt plusquam duo anni a natiuitate illius, quando Magi adoraturi venerant, Dicendum, ꝙ ista positio non est verisimilis, & procedunt contra eam omnes rationes, quæ assignatæ sunt contra tertiam positionem. Nã si non est verisimile, vel non potest stare, quòd venerunt Magi post vnum annũ, & tredecim dies: à fortiori non erit verisimile, ꝙ venerint post duos annos, & tredecim dies. Sexta positio est, ꝙ isti fuerunt de aliqua regione propinqua ad terram Chanaan, & tamen esset extra terram Iudæorum, cùm isti Magi essent gẽtiles, & quòd apparuerit eis stella in ipsa hora natiuitatis Christi: & venerint in tredecim diebus sine miraculo, & sine dromedarijs: quia via erat tanta quæ posset cõpetenter in illis diebus sine graui labore confici. Hoc tenet Nicolaus: & hoc sanctus Tho. 3. parte summæ. q. 36. arti. 6. Et tunc accipietur oriens respectiuè prout quælibet pars terræ est orientalis respectu alicuius alterius. Et ita ista terra, de qua venerunt Magi licèt esset satis propinqua ad terram promissionis, erat tamen ad orientalem partem eius. Ideo dicebantur venire de Oriente. Et hoc modo consueuerunt loqui nautæ, & etiam est communis vsus. Nam dicimus mare Athlãticum, & Hispanum esse mare Occidentale & mare Græcorum, & Italorum dicimus mare Orientale: & omnia ista maria sunt citra Ierusalem, quia mare Mediterraneum non peruenit ultra, nec defluit per alias partes in mare Occeanum: sed solùm de mare Athlãtico quod est in fine Hispaniæ in occidente apud fretum Galicanum per angustias terræ intrat illa aqua tota, quæ diuidit Africam ab Europa: & uocatur a nobis mare Mediterraneum. Considerandum autem, quòd etiam si reges essent de aliqua terra, quæ distaret per decem leuchas à terra promissionis versus Orientem, dicerentur uenire de Oriente: quod patet ex modo loquendi scripturæ quæ vocat Orientalem plagam omnem regionem, quæ est magis orientalis quã alia. Genes. 25. ubi dicitur, quod Abraham separauit filios suos de concubinis a filio suo Isaac ad Orientalem plagam. Manifestum est tamen, quod alii filii Abrahæ habitauerunt circa terram Chanaan in qua habitabat Isaac. Nam Ismahel habitabat in Arabia. Gen. 21. scilicet, inter Sur & Chades in solitudine, & illa solitudo uocatur desertum Arabiæ. Et Madian filius Abrahæ habitauit in quadam terra, quæ ab eo nominata est terra Madian, & alius filius eius, scilicet, Cedar habitauit in alia terra, quæ ab eo nominatur terra Cedar, & istæ sunt propinquæ terræ Chanaan, sicut supra probauimus de terra Madian. Item Isai. 11. dicitur, quòd Iudæi prædabuntur filios Orientis. Et tamen uocantur filii Orientis illæ gentes, quæ habitabant extra terram Chanaan: & cum aliis nunquam Iudæi habebant bella: maximè quia non possent ire ad uerum Orientem ad prædandum: quia distat a ter-

F ra eorum plusquam duabus millibus leucis, ut supra declaratum est. Item Syria, dicitur esse in Oriente lib. 11. & 4. Regum 13. & tamen Syria stat coniuncta terræ Iudæorum, tam in latere orientis, quam in latere aquilonari, ita quòd nulla regio sit media inter Syriam, & terram Iudæorum. Dicendum quòd uidetur, quòd isti reges erant de terra Mesopotamiæ, & de terra Ammonitarum, quæ sunt regiones coniunctæ terræ promissionis. Quod patet, quia isti reges erant de progenie Balaam prophetæ, ut asseritur tam per Nicolaum, & sanctum Tho. quam communiter. Et est rationabiliter dictum, & sic ex suasione Balaam expectabant istam stellam, quam ipse dixerat: Orietur stella ex Iacob. Et hoc tenet etiam Historia
G scholastica, & ferè omnes Doctores Latini. Prędixerat autem istud Balaam Numeri. 28. habitabat autem Balaam in confinibus Mesopotamiæ: & terræ Ammonitarum. Ideo dicitur Numeri. 22. ꝙ habitabat Balaam super flumen terræ filiorum Ammon, & Numeri. 23. dicitur ꝙ dixit Balaam, de Aram adduxit me Balac. Aram autem in Hebræo dicitur apud nos Syria, uel Mesopotãmia: & ambæ sunt terræ coniunctæ terræ Chanaan: immo ipsa Mesopotomia est pars Syriæ accipiendo Syriam largè. Ipsa autem terra, in qua habitabãt Balaam dicitur terra orientis absolutè Numeri. 23. scilicet. De Aram uocauit me Balac rex Moabitarum de montibus orientis. Cùm ergo uenirent isti reges cognati Balaam de terra, in qua habitauerat Ba-
H laam, dicerentur uenire de oriente. Et non moueat aliquos, quòd hic ponitur oriens absolutè. Nam etiam terra illa, in qua habitabat Balaam, uocabatur oriens absolutè, sicut ipse dixit Numeri. 23. scilicet, de Aram uocauit me Balac de montibus orientis: ita ergo dicerentur isti absolutè uenire de oriente. Ostenso autem, quòd isti reges uenerunt de oriente, & quòd apparuit eis stella in oriente: ostendendum est, quomodo in tam breui tempore potuerunt uenire in Bethlehem. Et dicendum quòd isti reges non solùm in tredecim diebus potuerunt uenire, sed etiam in octo, uel nouem. Quod patet, quia Iacob habitabat in Mesopotamia in ciuitate Nachor. Genes. 29. & fugit nesciente Laban socero suo: uenitque usque ad montem Ga-
I laad. Genes. 31. Mons autem Galaad est in terra promissionis, scilicet, in terra duorum regum Amorrheorum, & est iuxta Iordanem: & medietas montis Galaad pertinebat ad tribum Gaad, & medietas ad tribum Ruben: Deuteronom. 3. Et tamen ab urbe Nachor usque ad montem Galaad poterat quis uenire in quatuor diebus. Quod patet, quia Laban in septem diebus uenit de loco, in quo erat tondendo greges usque ad montem Galaad. Genes. 31. Et tamen locus in quo tondebat greges distabat per tres dietas ab urbe Nachor, de qua recesserat Iacob. Quod patet, quia quando recesserat Iacob iuerunt domestici Laban ad nunciandum ei, quòd Iacob fugerat, & asportabat omnia, quæ habebat: & tamen illi peruenerunt ad Laban post tres dies Genes. 31. Subtrahendo ergo istas tres dietas de septem dietis, quas fecit Laban de
K loco tonsionis ouium, usque ad montem Galaad, manebunt quatuor dietæ ab urbe Nachor, quæ erat in Mesopotamia usque ad montem Galaad. Et sic in quatuor diebus poterant uenire isti Magi de Mesopotomia, usque ad montem Galaad, quæ est circa Iordanem. Et tamen de Iordane usque ad Ierusalem non possunt esse ad plus nisi decem, & octo leucæ: quia tota latitudo terræ Chanaan accipiendo a Iordane usque ad mare Mediterraneum, scilicet, ab Oriente in Occidentem est solùm uiginti octo leucarum, ut declarat planissimè Marinus Venetus in lib. quem fecit ad Papam Clementẽ, in quo diligẽtissimè de-

scribit totum situm terræ sanctæ, & distantias singulorum locorum inter se; & tamen à Ierusalem vsque ad mare mediterraneum sunt nouem leucæ, vel quasi, scilicet à Ierusalem vsque ad vrbem Iopem, quæ vulgariter appellatur Iapha, & est portus, ad quem omnes peregrini euntes in Ierusalem naues applicãt. Subtrahendo ergo nouem de viginti octo manebunt ad plus duæ dietæ de Iordane vsque in Ierusalem. Et addendo istas præcedentibus quatuor dietis, erũt sex, vel septẽ dietæ de vrbe Nachor, quæ est in Mesopotamia, vsque ad Ierusalem. Istud tamẽ præsupposito, ꝙ illæ tres dietæ, scilicet, de loco tonsionis ouium vsq; ad vrbem Nachor, debeant subtrahi de septem dietis, quas fecit Laban de ipso loco vsque ad montem Galaad. Posset autem aliquis calumniari, ꝙ non sint
B subtrahendæ: quia fortè locus tonsionis erat ad latus vrbis Nachor, ita quòd non plus distaret mons Galaad à prædicto loco tonsionis, quàm ab vrbe Nachor. Dicendum, quòd subtrahendæ sunt: quia necesse est plus fuisse de loco tonsionis ad mõtem Galaad: quàm de vrbe Nachor. Nam propter hoc Iacob tũc fugit quasi credens, quòd tunc Laban non posset eum consequi, & tamen si tantum distaret mons Galaad, ad quem ibat Iacob ab urbe Nachor, sicut à loco tonsionis, non captaret Iacob conuenientem opportunitatem ad recedendum tunc uersus montem Galaad. Idem potest intelligi ex multis aliis, quæ habentur Gene. 31. Et tamen dato, quòd non debeant subtrahi istę
C tres dietæ, erunt nouem, uel decem dietæ ad plus de urbe Nachor, quæ est in Mesopotamia, usque ad Ierusalẽ. Cùm ergo isti Magi uenerint de Mesopotamia, ut declaratum est; potuerunt conuenienter, & sine aliquo labore die tertiodecimo à Christi natiuitate uenire in Bethlehem ad adorãdum ipsum, & non oportet poni dromedarios, nec aliquod miraculum.

Quare isti Magi venerunt in Ierusalem, cùm Christus non esset ibi. Quæst. VIII.

QVAERITVR, quare isti reges uenerunt in Ierusalem: nam non erat ibi Christus, quem uolebant adorare. Dicendum, quòd prima cã fuit, quia stella dirigebat illos, & ipsa dedu-
D xit eos usque in Ierusalem, ideo oportebat, quòd intrarent in Ierusalem. Sed tũc dicetur, quare Magi quęsierunt de Christi natiuitate in Ierusalem: quia stella sufficienter dirigebat eos, & non oportebat, quòd q̃rerent viam, per quam ituri essent, nec locum: quia ipsa deduceret eos usque ad locum, ubi erat puer adorandus, sicut factum est, ut patet infra in litera. Dicendum, quòd Magi quæsierunt nunc de loco, ubi Christus nasceretur: quia prius dirigebantur per stellam, nunc autem cum intrauerunt in Ierusalem disparuit eis stella, ideo putauerunt Magi, quòd iam non uiderent eam, ideo uoluerunt scire ꝑ humanã solicitudinem locum natiuitatis Christi, cùm iam destituti ui-
E derentur signo diuinitus ostensiuo. Et hoc patet, quia infra in litera dicitur, quòd quando exierunt de Ierusalem uenientes uersus Bethlehem uiderunt rursus stellam, quam uiderant in oriente, & gauisi sunt gaudio magno ualde. Et sic innuitur, quòd iam uisum stellæ perdiderant. Et ob hoc cùm rursus uiderunt eam, gauisi sunt ualde. Vel potest dici, quòd Magi interrogauerunt in Ierusalem de natiuitate Christi propter duo. Primò quia, cùm stella dirigeret eos ad ostendẽdum eis locum, in quo natus est Christus, & nunc introeuntibus eis in Ierusalem disparuisset, putauerunt rationabiliter, quia ibi Christus natus esset, & sic quærerẽt: ubi est, qui natus est rex Iudæorum, i. in qua parte istius urbis est rex Iudæorum, qui natus est. Et satis

Magi interrogauerunt de Christi natiuitate ĩ Ierusalem ꝓpter duo.

A innuitur ex uerbis eorum, quòd putarent in ciuitate illa esse Christum, quia non dixerunt in quo loco natus est Christus, sed dixerunt, ubi est, qui natus est. Quasi dicat: hic natus ẽ, & hic est, sed uellemus scire ĩ qua parte urbis est. Si .n. dubitasset Magi, an ĩ Ierusalẽ, uel in alio loco Christus nasceretur, non dixissent, ubi est, qui natus est, sed dixissent: in quo loco natus est rex Iudæorum? Secundò, quia cùm Ierusalem esset ciuitas regia, uerisimilius ibi puer regius nasceretur, quã in aliquo loco alio, ideo ipsi crediderunt eum ibi natum, & interrogauerunt de illo. Remigius tangit quatuor causas qualiter Magi uenerunt in Ierosolymam. Prima est, quia Magi tempus natiuitatis agnouerunt, sed locum ignorauerunt. Ideo quæsierunt. Di-
B cendum tamen, quòd istud solum non fuit causa, quia hoc modo quærerent etiam in alijs locis Iudæorum, in nullo tamen quæsierunt nisi in Ierusalem. Et hoc fuit, quia ibi solùm disparuerat eis stella. Secunda est, ut citius natiuitatis locum scire possent, cùm ibi sapientes, & sacerdotes Iudæorum præsiderent: qui de ista re magis, quàm cæteri certificare possent. Sed istud procedit præsupposito, quòd ipsi per stellam nescirent locum, & tamen si stella nunquam eis disparuisset, sicut dirigebat eos in uia, ita ostendisset eis locum, cùm uia sit solùm propter terminum. Tertia est, ut Iudæi inexcusabiles manerent. Quia Iudæi possent dicere: nos quidem locum natiuitatis Messiæ scimus, sed tẽpus ignoramus. Ideo ad ipsum adorandum nõ
C uadimus. Nunc autem Magi tempus ostenderunt, & sic manserunt inexcusabiles. Quarta fuit, ut per studiũ Magorum condemnaretur incredulitas Iudæorum: quia Magi fuerunt solliciti ueniendo ad adorandum Christum, Iudæi autem fuerunt negligentes, immo de eius natiuitate turbati sunt, ut patet infra in litera.

Quare magis quæsierunt Christi Magi in Ierusalem quam alibi.

Quare Deus ostendit istis Magis natiuitatem Christi. Quæst. IX.

QVAERITVR, quare Deus ostendit istis Magis natiuitatem Christi. Dicunt quidam, quòd non debuisset fieri manifestatio eis, sed potius aliis hominibus. Nam Deus an-
D nunciat de seipso amicis suis, ut patet Iob 37. scilicet. Annunciat Deus amico suo. Isti tamen Magi uidebantur esse inimici Dei: quia dicitur Leui. 29. Ad Magos non declinetis. Magi etiam sunt, qui resistunt Deo. Nam Magi Pharaonis resistebant miraculis, quæ fiebãt per Moysem ex parte Dei. Exo. 7. & 8. Ergo nõ debuit Magis manifestari natiuitas Christi. Item ꝙ Christus promissus fuerat Iudæis, & non gentilibus, ad Roman. 9. Et de semine Iudæorum ueniebat, & non Gẽtilium, ideo debuit Iudæis manifestari eius natiuitas, & non Gentilibus. Item, quia licèt fides Christi gentilibus communicata est, hoc non fuit à principio, sed postquam Iudæi noluerunt recipere Christum, & discipulos eius. Nam à principio Christus non prædica-
E bat, nec faciebat miracula inter Gentiles, sed inter Iudæos solùm. infra 15. scilicet. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. De discipulis Christi idem fuit uiuente eo. Nam iussit, quòd non prædicarent Gentilibus. infra Ioan. scilicet. In uiam gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intrauẽritis, sed potius ite ad oues, quæ perierunt domus Israel. Post resurrectionem autẽ sciens Christus, quòd Iudæi indurandi erant, dixit apostolis, quòd docerent omnes gentes prædicando per totum orbem. infra 28. & Mar. 16. Et ipsi non iuerunt ad Gentiles quousque Iudęi indurati fuerunt. Vt patet Act. 13. cùm dixit Paulus Iudæis. Vobis quidem primò oportebat loqui de regno Dei, sed quia repulistis uerbum Dei, & in di-

Secũda rõ.

Tertia rõ.

indignos iudicastis vos æternæ vitæ: ecce conuertimur ad gentes. Sic enim nobis præcepit Deus. Non ergo debebat notificari Christus Gentilibus antequã indurarentur Iudæi. Natiuitas tamen Christi fuit primum, quod in eo fuit respectu nostri: ergo nõ debuit notificari Gentilibus Christus antequam indurarentur Iudæi. Dicendum, quòd conueniens fuit Christi natiuitatem manifestari istis Magis. Primò, quia aliàs Deus non manifestasset eam, cùm omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sint, ad Rom. 13. Secundò, quia videbatur sic necessarium, cùm iam prænunciatum fuisset. Nam de Christi adoratione per Magos exponitur cõmuniter illud. Isai. 6. scilicet. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. De hoc etiã exponitur illud communiter Psal. 71. scilicet. Reges Arabum, & Saba dona adducent. Si ergo ista de Christo prænunciata erant, necesse erat illa compleri in aduentu Magorum. An verò de Christo intelligantur, declarabitur locis suis. Tertiò fuit hoc cõueniens, quia Christus non solùm nascebatur in salutem Iudæorum, sed etiam in salutem omnium gentium. Natiuitas ergo sua ita debuit Gentilibus sicut, & Iudæis manifestari. De Gentilibus autem fuerunt isti tres Magi. Ideo dicit Augustinus, quòd isti fuerunt primitiæ gentium ad Christum cõuersarum. Quartò fuit hoc conueniens ad ostendendum magnum honorẽ Christi, scilicet, quòd ipso existente recenter nato in paupere domo, reges venirent de terra longinqua ad eũ adorandum, & offerendum sibi munera, & quòd stella præcederet eos, ostendendo illis viam. Quod manifestè indicabat Deum esse illum, cui astra quoque seruiunt. Non poterat esse maior honor Christo exhibitus: ideo conueniens fuit istum honorem ei impendi, ne propter opprobria, & angustias quas postea sem per tollerauit opinio de eius deitate omnino periret, vel non posset apparere. Quintò fuit hoc conueniens propter Iudæos ad conuincendum eorum duritiam, & vt non manerent excusabiles, scilicet, quia istud factum erat valde famosum, quòd tres reges venirent de oriente ad adorandum Christum, & in Ierusalem publicè peterent de loco natiuitatis eius asserentes eũ natum. Ideo non poterant Iudæi hoc ignorare, & cõsequenter si non inquirerent eum, vel si postea audiẽtes eum prædicantem non crederent sibi manerent inexcusabiles: quia poterant scire, quòd ille erat, ad quem tres Magi venerant adorandum. Ad primum dicendum, quòd sicut supra dictum est, quidam putãt vocari istos Magos, idest, maleficos, vel incantatores, & sic tenet Chrysostomus, & tamen debuit eis reuelari Christi natiuitas, vt per hoc innueret, quòd Christus non veniebat solùm propter iustos, sed etiam ꝓpter peccatores, immo magis propter peccatores, vt patet infra 9. scilicet. Non veni vocare iustos, sed peccatores. Et ita ait Augustinus in sermone de Epiphania, scilicet. Sicut ꝑualet imperitia in rusticitate pastorum, ita prævalet etiam pietas in sacrilegiis Magorũ. Vtrosque tamen sibi lapis ille angularis accersiuit: quippe, qui venit stulta eligere, vt confunderet sapientes, & non vocare iustos, sed peccatores, ut nullus magnus superbiret, nullus infirmus desperaret. Alij putant, quòd isti vocantur Magi, idest, sapientes in astrologia, qui apud Chaldæos, & Persas vocantur Magi. Et tunc Christus potuit illis tanquam iustis, & amicis suis natiuitatem suam manifestare: quia fortè erant sapientes, & iusti. Ad secundum dicendum, quòd licèt promissiones de Christo non fuerint factæ Gentilibus, sed Iudæis, completæ tamen fuerunt magis in Gẽtilibus, quã Iudæis, cùm plures de Gentilibus fuerint conuersi ad Christum, quàm de Iudæis. Ideo natiuitas Christi eis conuenienter manifestari potuit: maximè, quia ipsi Gentiles, licèt non sint de semine Abrahæ secundùm carnem, vocantur tamen magis filij Abrahæ, quàm Iudæi, qui ad Christum conuerti noluerunt, vt patet ad Rom. 2. & 9. vt & supra declaratũ est. Et sic isti inquantum credunt in Christum, assequuntur promissiones cum fideli Abraham. ad Gala. 4. Eis igitur natiuitas Christi debuit rationabiliter manifestari. Ad tertium dicendum, quòd manifestatio natiuitatis Christi fuit quasi quoddam signũ manifestationis eius per fidem in cordibus eorum, qui crederent. Christus autem per fidem manifestatus est primò Iudæis, deinde Gentilibus, postea iterum Iudæis. De primo patet, quia Christus in principio suæ prædicationis solis Iudæis prædicauit, immo ipse nunquam prædicauit nisi Iudæis. Discipuli etiam sui non prædicauerunt Gentilibus, quousque de Iudæis omnes conuersi sunt quotquot conuerti voluerunt. Et de istis conuersis fuerunt apostoli, qui fuerunt primi credentes. Et ita Paulus vocat se, & alios apostolos primitias creaturæ Dei, vt patet ad Rom. 8. Idest, primos conuersos ad Christũ. Fuerunt etiam multi alij, quos Petrus conuertit in Pentecoste, scilicet, una vice tria millia, & alia vice duo millia. Vt patet Act. 2. & 4. Deinde prædicauerunt apostoli gentilibus, & cõuerti sunt plurimi, & fere totus orbis. Deinde in fine sæculi Iudæi conuertentur, vt dicitur ad Ro. 11. scilicet. Cæcitas ex parte contingit in Israel donec intraret plenitudo gentium, & tunc vniuersus Israel saluus fiet. In signum autem harum conuersionum ad Christum Deus ostendit tripliciter natiuitatem Christi. Primò ostendit eam pastoribus annunciante eis angelo in ipsa hora, qua Christus natus est. Luc. 2. Secundò fuit manifestata natiuitas Magis: q tertiodecimo die post natiuitatem ipsum viderunt, vt patet hic. Tertiò fuit manifestata Iudæis die quadragesimo à natiuitate, scilicet, quando in templo Simeon, & Anna filia Phanuel Christum cognouerunt. Luc. 2. Prima manifestatio correspondet primæ manifestationi per fidem prædicatam à Christo apostolis. Et sicut isti, quibus primò angelus apparuit, fuerunt pastores, ita qui in Christum primò crediderunt fuerunt pastores, scilicet apostoli, & discipuli, qui constituti fuerunt pastores totius orbis, sicut dicitur in præfatione apostolorum, scilicet. Quos operis tui vicarios eidem contulisti præesse pastores. Secunda manifestatio facta Magis signat diuulgationem fidei Christi factam in gentibus. Tertia manifestatio facta Simeoni, & Annæ prophetissæ signat vltimam manifestationem fidei Christi, quando in fine sæculi reliquiæ Israel saluæ fient.

Conuenienter manifestata fuit, Christi nati uitas.

Ad primam rationem.

Ad secũdã.

Quare reges Magi quæsierunt, vbi erat rex Iudæorum.
Quæst. X.

QVAERITVR quare Magi quæsierunt, vbi erat rex Iudæorum, qui natus erat. Nam videtur, quòd erat stultum quærere regem alicuius regni, cùm viuetet rex ipsius regni. Non enim debebat quæri de rege nato, donec rex præcedens esset mortuus. Et tamen viuebat tunc Herodes rex, & in præsentia eius quærebant de rege nato. Dicendum, quòd isti reges non veniebant ad quærendum pro aliquo rege, qui modo humano regnaret, sed pro quodam rege, qui excelleret alios reges, & esset ille Deus: nam videbant, quòd stella præcedebat eos ad ostendendum illum regem, stellæ tamen non seruiunt hominibus, sed Deo. Et ob hoc non quæsiuerunt de ipso sicut de aliquo particulari rege denotantes eum ex nomine, vel ex aliqua circunstantia particulari, sed dixerũt absolutè, vbi est qui natus est rex Iudæorum. Sic dicit Augustinus in sermone quodam Epiphaniæ, scilicet. Cùm multi Reges Iudæorum nati fuissent, atque defuncti, nullum eorum Magi adorandum quæsierunt. Non itaque Regi Iudæorum quales illic esse solebant hunc tam magnũ honorem lõginqui alienigenæ ab eodem regno prorsus extranei a se deberi arbitrabantur: sed talem natũ esse didicerunt, in quo adorando se salutem, quę secũdum Deum est consecuturos minimè dubitarent. Vel potuit esse, quòd isti Magi quærerent de rege Iudæorum, idest, de Messia qui specialiter regnaturus erat, scilicet, sapienter, & iustè, & differentius, quàm cæteri. Iere. 23. Hoc autem patet ex intentione Herodis: quia cùm isti quæsiuissent, vbi natus erat Rex Iudæorum, ipse quęsiuit a sapientibus ubi Christus, idest, Messias nasceretur: ut patet in litera. Ad rationem in contrarium dicendum, quòd isti non quæsiuissent regem aliquem vsitato modo regnaturum, quia viuente Herode nullum quærerent: quia tamen quærebant regẽ cælestem in terris, cui astra quoque obsequium præstabant: ideo viuente Herode illum quærere potuerunt. Item, quia cùm Magi dirigerẽtur a stella, erant quasi a Deo missi ad quærendum regem, quem illa stella designabat: ideo non debebant erubescere propter homines quærere regem in Ierusalem, quò stella illos deduxerat.

Qualis fuerit ista stella, quæ Magos perduxit.
Quæst. XI.

QVAERITVR circa istam stellam, quæ direxit Magos, qualis fuit. Quidam dicunt, ꝙ fuit de septem planetis, vel de stellis fixis in firmamento cæli. Sed dicendum, quòd nõ stat. Primò propter tempus: quia stellę fixæ, & erraticæ nũquàm apparent nisi per noctem. Ista autem potius apparebat per diem, quia tunc dirigebat Magos per viam, & non per noctem, quia non est verisimile, ꝙ per noctem ambularent. Et tamen siue per diem, siue per noctem procederent semper dirigeret eos: sicut colũna ignis, & nubis, quæ præcedebat Hębreos in uia per diem, & noctem. Exod. 14. & 40. Secundo patet ex differentia, quam habebat ista in figura, uel magnitudine ad alias stellas. Nam opportuit istam stellam, quæ apparuit, esse talem, ꝙ illico, vt appareret cognosceretur distincta ab aliis: ita, vt scirent aliquod nouum esse, propter quod ista stella apparebat. Si autem esset de fixis stellis, vel erraticis, non haberet aliquod nouum per quod a cæteris appareret distincta. Tertiò, quia ista stella nouiter orta erat ad hoc, vt illa apparente Reges illico mouerentur venire ad adorandum Christũ. Si tamẽ esset aliqua de fixis, uel erraticis, non haberet aliquam causam, quare nunc potius, quàm prius mouerentur ad veniendum: quia omnes tam fixæ, quam erraticæ a principio orbis conditæ fuerunt. Quarto die. Gen. 1. Quartò quia ista stella erat ad dirigendum Magos in uia: & tamen nulla de fixis, uel erraticis poterat dirigere in via: quia multæ simul sunt: & non appareret quæ illarum potius, quàm alia dirigeret. Quintò patet ex motu, quia quælibet stellarum fixarum, vel erraticarum mouetur motu circulari ascendendo, & descendendo: ista autem mouebatur motu recto, & plano secundùm conditionem uię, scilicet, sicut viantes semper sunt in plano super terram, ita stella vno modo & conformi semper distabat a terra. Sextò quia ad hoc, quòd stella demonstraret uiam: oportebat, quòd illa esset multum proprinqua terræ propter electionem itinerum, quæ sunt simul sicut in biuio, uel triuio: aut pluralitate viarum. Stellæ autem erraticæ, uel fixæ, quia sunt multum eleuatę a nobis, non possunt ostẽdere nobis potius unam viã, quàm aliam: quia ita uidetur esse quælibet stella in directo unius viæ, sicut in directo alterius propter magnam eleuationem ipsarũ a nobis. Oportebat ergo, ꝙ modicum à terra eleuaretur ista stella, vt distinctè appareret, quam viam designabat, etiam ubi sunt multæ viæ. Septimò, quia licèt stellæ fixæ, uel erraticæ moueantur circulariter, sunt tamen illi circuli recti, ideo vocantur paralelli, idest, equidistantes. Ista tamen stella non mouebatur rectè, sed circunflexè secundùm circulationes, & declinationes viarum: quia aliàs nõ dirigeret eos. Octauò, quia tam stellæ fixæ, quam erraticæ mouentur motu continuo, qui nunquam cessat, ista autem mouebatur motu interpollato. Quia quando reges stabant, illa stabat, & quãdo incipiebant moueri illa incipiebat moueri, cùm ipsi reges nõ possent omni tempore ambulare. Nonò, quia tam fixæ, quã erraticæ mouentur in vna nocte ab oriente vsque ad occidentem, ista autem in tredecim diebus non fuit mota uisi à terra Mesopotamiæ de qua reges veniebant vsque in Bethlehem. Decimò, quia stellæ fixæ, & erraticæ habent apparitionem vnimodam. Ista autem habuit appatitionem, & occultationem quasi voluntariam, eo quòd quandiu fuerunt in Ierusalem Magi, nunquam apparuit quousque exeuntes de vrbe inciperent ire in Bethlehem, vt patet infra in litera, scilicet, videntes autem stellam &c. Vndecimò patet, qa omnes stellæ habent motum suum regulariter ab oriente in occidentem, quantum ad id, quod apparet, ista autem habebat motum à septentrione in meridiem. Quia terra Mesopotamiæ, de qua isti venerunt, vel terra Persidis, ut aliqui uolunt, respectu Iudææ est sicut terra septentrionalis respectu meridianæ, & sic terra illa erat aliqualiter septentrionalis. Sicut respectu urbis Salamantinæ ciuitas Burgensis est orientalis, & septentrionalis. Duodecimo, quia si ista fuisset de stellis fixis, uel erraticis, existens in cœlo non ostendisset natiuitatem Christi in terra. Ista tamen deorsum descendit ad ostendendum locum natiuitatis. Nam quando Magi intrauerunt in Bethlehem accedentes ad illud diuersorium, in quo erat Christus, stella inclinauit se ita, ut staret super ipsum diuersorium, ut innuitur in litera. scilicet. *Et ecce stella antecedebat eos usque dum ueniens, staret supra ubi erat puer.* Decimotertiò, quia Augustinus dicit in libro contra Faustum, quòd ista stella non erat ex illis stellis, quæ ab initio creaturæ itinerum suorum ordinem sub creatoris lege custodiunt, sed nouo Virginis partu, nouum sidus apparuit. Alij dicunt, quòd ista stella erat de cometis, quæ non sunt in cęlo, sed gignuntur in aere. Hoc tamen non stat: primò quia cometæ apparent solùm ꝑ noctem, licèt moueantur per diem, & noctem, sicut stellæ fixæ, & erraticę omni tempore mouentur, solũ tamen per noctem uidentur. Ista autem stella uidebatur per diem. Secundò, quia cometæ mouentur circulariter. Nam licèt illi orbes, qui quasi singulis noctibus apparent, moueantur in diuersas partes, cometæ tamen mouentur motu totius orbis, ideo mouentur circulariter, & aliquando ascendunt, & aliquando descendunt. Ista autem mouebatur motu recto, & plano, non eleuando, nec deprimendo se. Tertiò, quia cometæ mouentur in aere superiori, & non appropinquant nobis, ideo per illas non possunt uiæ ostendi, sicut nec per stellas fixas, aut erraticas, vt supra dictũ est. Ista tamen erat in aere inferiori iuxta nos, ita ut posset ostendere manifestè uias. Quartò, quia cùm cometæ moueantur ad motum aeris superioris, in quo sunt, & aer & ignis moueantur ad motum firmamenti propter contactum ſpherarum in die & nocte una circulatione perfecta, mouentur cometæ per diem & noctem complentes unam circulationem. Ista autem

stella

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtella ſolùm mota eſt à terra Magorũ,uſque ad Bethlehem,& in tredecim diebus,qui non ſunt pars unius completæ circulationis. Quintò, quia cometæ poſtquam incipiunt apparere ſemper mouentur circulariter quouſque conſumatur materia ipſorum, & euaneſcant, & poſtea nunquam apparent. Iſta autem ſtella aliquando apparebat,& aliquando non. Sextò,quia motus cometarum eſt motus naturalis,motus autem iſtius ſtellæ erat quaſi uoluntarius, quia regibus ſtantibus ſtabat,& eis ambulãtibus mouebatur. Septimò, quia cometæ non ſemper apparent ęquales, ſed paulatim materia ipſorum conſumitur quouſque penitus euaneſcant, & ſic à principio ſunt maiores quàm in fine. Iſta autem ſtella ſemper apparuit æqualis, ut Magi non errarent in cognitione eius, ideo non erat cometa. Octauò, quia cometa non erat conueniens ſignum ad manifeſtandam Chriſti natiuitatem: quia ſicut illa erat ſupernaturalis, ita ſignum debuit dari ſupernaturaliter: quia naturalia non poſſunt eſſe conuenientia ſigna rerum ſupernaturalium, cùm naturalia habent ſe determinatè, & ex neceſſitate, ſupernaturalia autem ſunt purè libera, ſcilicet, ex uoluntate diuina. Cometa autem eſt ens naturale,quod habet naturalem, & determinatam cauſam ſuæ generationis, & ita etiam ſignificatio cometarum eſt determinata. Ideo non debuit cometa dari tanquam oſtenſiua iſtius natiuitatis, ſed aliquid quod eſſet magis liberum,ſicut iſta ſtella,quæ videbatur moueri quaſi uoluntariè,ut patet ex dictis. Et confirmatur, quia ſi per cometam potuiſſet Chriſti natiuitas deſignari,& manifeſtari, putaretur, quòd omnia quæ Chriſtus faciebat, ex aliqua ſpeciali influentia naturali tantùm proueniebant,quod aliqui hæretici putauerunt,& erat inconueniens. Nonò,quia non conueniebat iſta manifeſtatio naturæ cometarum: quia cometæ non apparẽt in natiuitatibus regum, ſed potius ſunt ſigna mortis eorum, quando apparent. Iſta autem ſtella ſignabat Chriſti natiuitatem,ſicut Magi dixerunt, ſcilicet,vidimus ſtellam eius in oriente, ideſt, ſtellam ſignantem natiuitatem eius:non ergo fuit conueniens, quòd eſſet cometa.

Reſponſio auctoris.

Dicendum, quòd iſta ſtella, quæ Magos direxit non fuit aliqua de cęleſtibus ſtellis, ut ait Chryſoſtomus ſuper Matthæum, nec etiam fuit de cometis: vt innuitur ex verbis Auguſtini in lib. contra Fauſtum cùm ait, Nouo Virginis, & partu nouum ſidus apparuit. Stellæ tamen cęleſtes non ſunt nouæ: quia ſemper fuerunt ab vrbe condito, cometæ quoque noui non ſunt,quia licèt non ſemper appareant, à principio tamen ſæculi ſecundùm diuerſa tempora & regiones cometæ varij apparuerunt, & apparent. Sed dicendum,quòd iſta ſtella fuit quædam impreſſio facta ſupernaturaliter in aere infimo circa terram, & fuit illud corpus valde denſum multum habens de lumine. Et propter ſui ſphericitatem, & flammas uocabatur ſtella. Non ſolent autem tales impreſſiones fieri naturaliter, ſed facit Deus illas propter aliquem finẽ ſpecialem,ſicut fuit in exitu Iſrael de Aegypto. Nam, quia populus neſciebat viam, fecit Deus eis columnã ignis,& nubis, quod erat quoddam corpus de vaporibus denſum valde præcedens per diem, & illuminans per noctem, vt dicetur ſequenti quæſtione. Aliàs autem Deus non legitur feciſſe talia corpora, licèt aliquando fecerit impreſſiones aliquas per modũ ignis, vt patet 3. Reg. 19. quando Deus voluit oſtendere ſe Eliæ manenti in ſpelunca. De iſta ſtella dicit Chryſoſtomus ſuper Matthæum,quòd videtur habuiſſe quãdam virtutem rationalem, & quòd fuerit aliqua virtus inuiſibilis transformata in talem apparentiam. Vnde quidam dicunt,quòd Spiritus ſanctus, qui deſcendit ſuper Chriſtum baptizatum in ſpecie columbæ apparuit Magis in ſpecie ſtellæ. Alij dicunt, quòd angelus,qui apparuit paſtoribus in ſpecie humana,apparuit Magis in ſpecie ſtellæ. Iſta tamen non ſunt vera, vt declarabitur infra in quadam quæſtione. Dicit autem Sanctus Thomas,quòd probabilius eſt,quòd iſta fuerit quædam ſtella de nouo creata non in cœlo,ſed in aere vicino terræ, quæ ſecundùm diuinam uoluntatem mouebatur. 3. par. Summæ. q.36. artic.3. Hoc autem verum eſt intelligendo, quòd ſit ſtella de nouo creata, ſcilicet, corpus denſum factum de vaporibus, & non intelligas, quòd fuerit talis ſicut cœleſtes ſtellæ, ideſt, de tali materia, & natura, quia hoc eſſet fruſtra, cùm illæ ſint incorruptibiles, quia factæ ſunt ad ſemper manendum, iſtam autem non opportebat eſſe incorruptibilem, quia non erat facta ad ſemper manendum,ſed ad modico tempore miniſtrandum, & illico ceſſandum. Potiſſime cùm communiter aſſeratur, quòd ipſa reſoluta fuerit in præiacentem materiam,& tamen quod incorruptibile eſt non poteſt ſolui in aliud:quia reſolutio corruptio quædam eſt. De motu autem eius, quem dicit fuiſſe per diuinam uoluntatem,dicetur infra in quadam quæſtione,ubi agetur de principio mouente iſtam ſtellam. Quidam dicunt,quòd iſta ſtella habebat formam cuiuſdam pueri pulcherrimi, & iſta ſtella locuta eſt Magis dicens. Ite velocius in terrã Iuda, & ibi regem, quem quæritis natum inuenietis, ſic Chryſoſtomus ſuper Matthæum refert quoſdam dicere. Aliqui dicunt, quòd iſta fuit vna de ſtellis cœleſtibus: quia Auguſtinus in quodam ſermone Epiphaniæ ait, Dum pendet ad vbera, & vilium patitur Deus inuolumenta pannorum, repente nouum de cœlo ſidus efulſit, ergo fuit ſtella de cęlo. Item ait idem Auguſtinus in quodam ſermone Epiphaniæ, ſcilicet, Paſtoribus angeli Magis ſtella Chriſtum demonſtrat, vtriſque loquitur lingua cœlorum, quia lingua ceſſauit prophetarum: ſed angeli paſtoribus apparentes fuerunt verè de angelis cœleſtibus,ergo & ſtella Magis apparens fuit verè de cœleſtibus ſtellis. Item quia aut fuit vera ſtella, aut fuit cometa, ſed non fuit cometa, quia non eſt ad ſignificandum natiuitatem alicuius, ſed potius mortem, iõ fuit vera ſtella. Ad primum dicendum,quòd iſta non fuit vera ſtella, vt ſupra probatum eſt. Et cùm dicit Auguſtinus, quòd ſidus nouum de cœlo efulſit accipitur cęlum pro regione aeris,vt Pſal.8. ſcilicet. Volucres cœli, ideſt,aeris,& infra 13. Aues cęli comederũt illud. Et ſic non fuit vera ſtella, ſed impreſſio facta in aere. Ad ſecundum dicendum, quòd angelus qui apparuit paſtoribus fuit cœleſtis, ſtella tamen quæ apparuit Magis non fuit cęleſtis. Ratio diuerſitatis eſt, quia angeli cœleſtes habent ex officio ſuo, quòd ad nos deſcendant in miniſterium. ad Hebr. 14. ſcilicet. Sunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi. Stellæ autem cœleſtes nunquam ſuum ſitum mutant, ideo non eſt ſimilis ratio. Ad tertium dicendum,quòd non eſt ſufficiens diuiſio, quia aliquid eſt quod apparet ſtella,& tamen non eſt ſtella, nec cometa, ſed aliqua alia impreſſio facta in aere habens aliquam ſimilitudinem cum cometa,vel ſtella. Et ita fuit hic,& tamen non fuit cometa,nec ſtella, ut probatum eſt.

Quare Deus non miſit columnam ignis, vel nubis ad dirigendos Magos, ſed ſtellam. Quæſt. XII.

QVAERITVR, quare non miſit Deus columnam ignis, uel columnam nubis ad dirigendum Magos,ſed miſit ſtellam. Nam ad dirigendum Iudæos columnam nubis, & ignis miſerat. Exod. 14. Pro hoc conſiderandum quid fuerit columna illa,& dicendum, quòd Deus volebat educere Iſraelitas de Aegypto per deſertum, in quo non erat via, nec ambulauerat per illud vir. Ierem. 2. Et quia neſciebat populus viam, oportuit, quòd Deus daret eis aliquod directiuum. Nam neſciebant viam, & nullus erat in deſerto,qui eis illam indicaret. Et quia neſciebant loca, in quibus caſtramentari deberent, nec locum ad quem illos Deus deducere uolebat. Ideo Deus dedit eis columnam nubis, & ignis, per quã dirigebantur. Exo.14. Erat autem iſta columna nubis, quia erat admodum in duobus, ſcilicet, in colore, & figura. Erat enim aliqualiter alba, & denſa ſicut nubes. Habebat etiam figuram nubis, quia erat lata, & extenſa. Vocatur autem columna propter figuram: quia columna eſt magis longa, quàm lata, ita erat de iſta nube. Columna ignis eiuſdem figuræ erat. Aliqui putant fuiſſe duas columnas: vnam nubis,quæ per diẽ dirigeret,aliam ignis, quæ per noctem illuminaret. Errant tamen,quia erat eadem columna, quæ per diẽ erat alba quaſi nubes, & per noctẽ erat lucida ad modum ignis,vt probatum eſt Exo.14. & Numeri 9. Iſta columna erat quædam impreſſio facta de vaporibus ad modum veræ nubis, niſi quòd iſta erat denſior,& aliqualiter ſolidior:quia aliàs non poſſet eſſe multum lucens, cùm corpora diaphana non poſſint eſſe lucida niſi modicum, ſed ſolùm corpora terminata, & quanto fuerit magis terminatum corpus, erit magis lucidum,ideſt,poterit recipere maiorem lucem. Conſeruabatur autem iſta columna ſupernaturaliter: quia aliàs,ſicut nubes aliquando ingroſſantur, & aliquando rareſiunt, & ſoluuntur in præiacentem materiam, ita iſta columna fuiſſet cito ſoluta. Deus tamen conſeruauit eam per quadraginta annos,vt maneret ſemper in eadem quantitate,& figura, & colore, ita vt nihil videretur in ea mutatum, ne Iudæi de hoc turbarentur. Nam ſi concedemus eam totam fuiſſe ſolutam:quia non erat poſſibile vnam,& eandem nubem manere per quadraginta annos, cùm continue generentur,& corrumpantur,vt in breui gignitur, & corrũpitur nubes,cùm ſit mixtum imperfectum. Iſta nubes præcedebat caſtra Iſraelitarum per diem dirigens in via,& vbi nubes ſtetiſſet,figebant caſtra. Cùm autem occubuiſſet ſol eadem nubes vertebatur in colorem ignis ſplendentis,& illuminabat ipſa caſtra. Et ſic erat ſemper eadem columna,quæ variabat colores per tẽpora. Nam per noctem ſi contingeret inter Iudæos ambulare, indigebant lumine præcedente, & ſi manerent caſtra fixa, pendebat illa columna ignis ſuper medium caſtrorum, & illuminabat tota caſtra. Et ita proficiebat eis columna ignis. Magis autem oſtendebat viam ſtella quædam, quæ erat impreſſio facta ex vaporibus lucens ualde,& præcedens eos. Sciendum autem quòd tam ſtella Magorum,quàm columna Iudæorum habebant fulgorem illum, vel colorem ſupernaturaliter. De columna patet,primò,quia non poterat tantam lucem habere,ſi naturalis eſſet lux. Nãq; in diebus æſtatis, & aliis diebus ſerenis, nubes, vel diſſoluuntur,vel ſole impediente non videntur, iſta autẽ manebat indiſſoluta in vniformitate coloris, ergo nõ habebat illum naturaliter. Secundò, quia mutabatur color iſte qualibet die, ita vt per diẽ videretur nubes, & per noctem videretur purus ignis. Non poterat tamen eſſe tanta mutatio naturalis,potiſſimè cùm quolibet die, & qualibet nocte fieret, non magis in æſtate,quàm in hyeme. Tertiò, quia eadem columna, licèt regulariter eſſet tota fulgens, vt ignis, tamen aliquando viſa eſt ex vna parte eſſe tota fulgens, & ex alia parte eſſe nigerrima,& obſcura, ſicut fuit in tranſitu maris rubri, quãdo Aegyptij voluerunt appropinquare caſtris Hebræorum, vt comprehenderent eos, & nubes, quæ præcedebat caſtra, conuertit ſe ad poſteritatem partem caſtrorum, & erat lucida ex parte Hebræorum, & obſcura ex parte Aegyptiorum, vt Aegyptij tota nocte non auderent terrore nubis irrumpere ad caſtra Hebræorum. Exo. 14. Hoc tamen non poterat fieri naturaliter, ideo ſicut ſeruiebat illa nubes tanquam inſtrumentum diuinæ uoluntatis,ita colores, & cætera accidentia mutabantur, vel manebant non naturaliter, ſed ad placitum diuinæ voluntatis ſecundùm exigentiam illius miniſterij, ad quod Deus eam dederat. De ſtella Magorum dicendum eodem modo,quòd fuit corpus ſatis denſum, vt eſſet ſuſceptiuum magnæ lucis, & fulgor ille manebat in ea ſupernaturaliter. Primò patet,quia ſi fuiſſet naturalis lux obſcuraretur à ſole: quia nulla eſt lux, quam non vincat,& obſcuret ſol,ſicut apparet de aſtris,quæ per diem non videntur, & tamen videbatur iſta ſtella per diem, immo maximè per diem, quia tunc reges ambulabant. Secundò patet, quia ſi naturaliter fulgeret quouſque deſineret omnino,vel obſcuraretur maiori luce,& tamen aliquando apparebat,& aliquando abſcondebatur non ſuperueniente maiori lumine, ſed quaſi ex cauſa voluntaria, ſicut quando Magi introierunt in Ieruſalem diſparuit ſtella, & quando exierunt de urbe,iterum apparuit, & direxit eos, vt patet infra in litera. In naturalibus autem non eſt hic, ſed ſemper manent quandiu poſſunt manere quouſque omnino pereant. Tertiò patet,quia iſta ſtella poſtquã deduxit Magos in Bethlehem nunquam amplius viſa eſt, & tamen ſi naturaliter fulgeret, non potuiſſet ſic ſubito deſinere fulgor eius, ſed paulatim minueretur quouſque omnino deficeret. Ipſa tamen ſubito defecit nunquam amplius viſa, ſicut ſubito eſſe inceperat. Ideo apparet, quòd non naturaliter conſeruabatur in ea ille fulgor, ſcilicet ex cauſa voluntaria.

Rñſio auctoris ad q̄ſitũ q̄ōnis.

Cùm autem quæritur quare Magos non præceſſit columna,ſicut Iudęos,dicendum quòd Deus facit omnia ordinatè. ad Rom.13. Eſt autem opus ordinatum, quando talis eſt res, quale eſt illud, propter quod eſt, ſcilicet,ut congruat illi fini. Quia quidquid ſupra illum finem eſt, ſuperfluum eſt, & quidquid infra illum eſt, diminutum eſt. Debent ergo eſſe res ſecundùm exigentiam,& proportionem ad ſuum finem. Populus autem Iudęorum fuit ualde magnus, quia erant ſexcenta millia peditum præter paruulos, & fœminas, & populum promiſcuum multum nimis, qui de Aegypto cum eis aſcendebat. Exo. 12. Egebat ergo magno lumine ad illuminandum omnia caſtra. Ideo fuit magna columna lata in modum nubis, & longa in altum,ita ut omnia caſtra clariſſimè lucerent. Reges autem Magi erant tres ſolùm, & non habebant ſecum magnas copias famulorum. Ideo non fuit eis neceſſaria columna nubis, ſed ſufficiebat paruum corpus lucidum ad modum ſtellæ. Ideo uocabatur ſtella. Erat adhuc ratio potiſſima, quia Iudæi indigebant magna columna potius pro nocte,quàm pro die:quia per diẽ etiam ſi eſſet corpus illud dirigens paruulum ſicut ſtella, ſufficiebat ad dirigendum, ſaltem ut uideretur à paucis, qui præcederent, cæteri autem ſequerentur illos, etiam ſi nullam columnam, uel ſtellam uiderent. Pro nocte autem, quia manebant in campo, egebant magno lumine, ut omnia caſtra illuſtrarentur. Magi autem ſolùm egebant directione uiarum per diem. Nam per noctem non ambulabant, quia nulla eos ad hoc neceſſitas cogebat. Ideo ſufficiebat, etiam ſi illud corpus dirigens eos eſſet paruũ, ſicut ſtella. Et ita uocatur ſtella, quia fuit ad modum ſtellæ in quantitate,& figura, & colore.

Quomodo se habebat illa stella dirigendo Magos, Quæst. XIII.

QVAERITVR, quomodo se habebat ista stella dirigendo Magos. Aliqui dicunt, quòd se habebat omnino sicut columna ignis, & nubis, quæ præcedebat Iudæos. Et hoc videtur prima facie verum: quia sicut erat data ista ad dirigendum in via, ita etiam columna erat ad dirigendum, & sicut stella data est supernaturaliter, ita & columna. Dicendum tamen, quòd non dirigebant eodem modo. Modus enim directionis columnæ erat, quòd Iudei mouebantur ad motum columnæ, & si inciperet moueri columna in aurora, & non cessaret vsque ad solis occasum, oportebat Iudæos tota die incessanter ambulare, & si cùm incepissent moueri postea horā quiescerent, oportebat Israelitas illico quiescere. Idem si media nocte inciperet moueri, vel quocunque alio tempore. Et postquam quieuerat, si maneret per annum, vel duos menses, aut magno, vel paruo tēpore, erant Iudæi præstolantes, quando Dens vellet columnam mouere. Exo. 4. & Numeri 9. De modo autem mouendi castra, & figendi, quando columna incipiebat moueri, vel quiescere declaratum est Numeri. 2. Et ideo de Magis non erat sic, quia nō mouebantur ipsi ad motum stellæ, sed magis stella ad motum eorum, & patet: quia quando ipsi ceperunt exire de Ierusalem stella incepit eos præcedere, & ante hoc non videbant eam, vt patet infra in litera. Et sic dicendum, quòd mouebatur stella ad nutū Magorum, scilicet, quandocunque ipsi uolebant itinerare ipsa incipiebat moueri, & cùm illi quiescere vellēt, illa manebat: & sic Iudæi mouebantur ad motum columnæ, & Magi non mouebantur ad motum stellæ, sed stella ad motum Magorum. Ratio diuersitatis est. Primò, quia Magi non habebant pro nunc aliud officium nisi itinerare, quousque peruenirent ad locum Christi, ideo expediebat eis ambulare quandocunque possent, saltem temporibus opportunis. Ideo conueniens erat, quòd stella moueretur ad voluntatem eorum. Quia aliàs sæpe uellent ambulare, & si stella nō moueretur expenderent tempus inaniter, & aliquando esset eis opus quiescere, siue propter fatigationem, siue propter opportunitatem locorum, & non possent, sed oporteret eos moueri ad mōtum stellæ. In Iudæis autem non erat sic: quia non erat intentio Dei, vt semper ambularent quandiu possent, sed quòd aliqñ manerent longo tempore in aliquibus locis ex aliquibus causis, sicut in monte Sinai manserunt quasi per vnum annum: quia ibi lex data est, & fabricatum fuit sanctuarium Domini. Exo. 40. Et sic in multis alijs locis propter similia volebat Deus, quòd manerent. Si autem nubes moueretur ad motum Iudæorum non fierent ista quæ Deus volebat in temporibus, & locis quibus ipse uolebat, nisi qualibet vice Deus expressè Iudæis iuberet propter talia, vel talia manere in tali loco. Vt autem non oporteret ista Deū iubere, manebat nubes, quandiu ipse uolebat sine aliquo mandato expresso, quia motus, & quies nubis erat pro mandato. Secundo, quia Magi erant pauci viri, & concordes inter se, cùm tenderent ad vnum finem, scilicet, ad inueniendum illum, quem adorare desiderabant: ideo concordabant faciliter de tempore itinerandi. Iudæi autem quia erant plurimi, & viri discordes: nam erāt sexcenta millia, & amplius. Exo. 12. Et sic quidam vellent manere, alij ambulare. Vt ergo non fierent inter eos seditiones, Deus noluit, quòd moueretur nubes ad motum eorum, sed ipsi ad motum nubis. Tertiò, quia Iudæi erant viri timidi, & increduli, & timerent moueri nisi Deus expressè iuberet eis itinerare, quia aliàs putarent, qnòd euenirent eis aliqua mala. Sicut Exo. 33. dixit Deus Moysi, quòd ipse non præcederet populum, sed angelus eius præcederet. Et dixit Moyses, si non tu ipse præcedis, non educas nos de loco isto. Putabant enim, quòd si Deus specialiter non præcederet eos, quòd illico perirent. Et ob hoc nollēt mouere castra de aliquo loco, quousque Deus specialiter iuberet. Et postquam inciperent pergere nollent in aliquo loco castrametari nisi Deus iuberet. Et sic Deus iubebat illis stare, & ambulare, & ut non oporteret, quòd singulis uicibus Deus loqueretur Moysi, uel prophetis, & quòd postea mandatum eius diuulgaretur per castra: quia erat magni laboris. Fuit igitur conuenientius, quòd Iudæi mouerentur ad motum nubis, & tunc non oportebat fieri singulis vicibus preceptum de stando, uel de mouendo castra: & maxime, quia adhuc magis constabat Israelitis, quòd mouebantur ex Dei mandato, quando mouebantur, & quiescebant ad motum, & quietem nubis, quàm si per prophetam eis diceretur. Quia in motu nubis erat ingnum manifestum, quod omnis populus uidebat, & nemo poterat negare. Et sic dicitur Exo. 4. & Numeri. 8. quòd per mandatum Dei Israelitæ mouebant castra, & per mandatum Dei figebant tentoria: & uocatur mandatum Dei motus ille, & quies nubis. Magi autem non erant ita uiri timidi, nec increduli, ut non auderent moueri, uel quiescere sine speciali mādato Dei, ideo conuenientius erat, quòd stella ad eorum nutum moueretur. Quartò, quia Iudæi mouebantur per desertum, in quo non erant humanæ habitationes, & ipsi nesciebant in quo loco expediebat eis manere longo tempore, & in quo paruo, quia nesciebant, quæ loca essent opportuna ad manendum, & quæ non: maximè quia in circuitu illius deserti habitabant aliquæ gentes, scilicet, Amalecitæ, Medianitæ, Arabes, Idumæi, Ammonitæ, & Moabitæ. Et si in quibusdam locis manerent Iudæi longo tempore superuenire possent hostes, & nocere eis. eos quasi incautos aggrediendo: sicut factum est, quando erant in Raphidim, & superuenerunt Amalecitæ, & percusserunt extrema castrorum. Exo. 17. & Deuteronomij 26. Non poterant autem Iudæi scire, qnæ loca secura eis erant, & quæ non. Ideo non fuit conueniens, quod mouerentur ipsi ad nutum suum, sed Deus moueret eos, scilicet, faciendo nubem moueri, & quiescere qñ uellet. In Magis non fuit sic, quia ipsi procedebant per terram habitatam, in qua erant conuenientes mansiones, & ipsi poterant eligere sibi quas uellent ad manendum, & non oportebat, quòd stella designaret eis locum, in quo deberent manere. Ideo conuenientius ipsa mouebatur ad nutum eorum. Quintò, quia dato quòd Israelitæ inter se concordare possent, quando mouerent castra, non poterant tamen concordare, quando deberent ea figere. Nam oportebat fieri unū de duobus, scilicet, quòd Iudæi manentes in uno loco castrorum mitterent aliquos ad uidendum ubi conuenienter post hoc possent locari castra, & quod non recederent de loco, quousque nuncij inquisito loco futuro pro castris redirent, uel cùm Iudæi inciperent progredi, inuento aliquo loco, inciperent deliberare, an ibi manendum esset. Primus modus uidetur melior: quia istum consueuerunt tenere homines bellatores, uel magna castra quando mouentur per loca ignota. Non poterat tamen stare, quia Iudæi nunquā ambulauerant per desertum illum, & nemo sciret ire ad quærendum locum castrorum nisi nubes præcederet eum, & tamē nubes manebat semper in castris. Ideo non poterant ire aliqui ad inquirendum loca. Secundò, quia dato, quòd scirent progredi per desertum,

Stella mouebatur ad motum Magorum.

tum, sicut exploratores sciuerunt discurrere per terram Chanaan. Numeri. 13. Nescirent tamen, quo irēt ad quærendum locum castrorum, quia nesciebant, an nubes contra illam partem vellet eos mouere. Nā dato, quòd moueretur nubes quando ipsi vellent, nō moueretur quò ipsi vellent. Quia tunc ad nihil proficeret eis. Sicut etiam erat in Magis: quia licèt moueretur quo ipsi volebant, non tamen per viam quam ipsi vellent, cùm ipsa dirigeret eos: quia ipsi nullam viā sciebant, cùm terminum nescirent. Non poterant ergo mittere Iudæi aliquos ad quærendum loca castrorum. Aliud non potest stare, scilicet, quòd postquam Iudæi incęperunt moueri occurrente eis aliquo loco, qui videretur esse conueniens pro castris locandis inciperent super hoc deliberare. Nam hoc non posset esse: quia cùm esset innumerabilis multitudo in castris, scilicet, plusquam sexcenta millia peditum præter paruulos, & feminas, & vulgus promiscuum Aegyptiorum, & haberent pecora multa, & totam substantiam suam secum afferrent, esset longa series procedentium fortè plusquam per duas leucas, & ita nō possent congregari ad deliberandum: maximè, quia principes, ad quos pertinebat diffinire non poterant ire simul, sed singuli in locis suis secundùm ordinem tribuum suarum, qui ordo ponitur Numeri 2. & Ioā. Multæ quoque aliæ difficultates ad hoc sequerentur, ideo non fuit aliquis modus conueniens, quo Iudei procederent per desertum, nisi quòd mouerentur ad motum nubis. Secus autem de Magis, quia ipsi proce debant per terram habitatam, & erant pauci, & sic nō erat difficultas aliqua in quærendo loca ad manendum. Ideo conuenientius fuit in eis, quòd moueretur stella ad nutum eorum, & Iudęis è contrario, scilicet, quòd moueretur ipsi ad motum nubis.

Quid erat de stella, quando Magi manebant in hospitijs. Quæst. XIIII.

QVAERITVR circa istam stellam, quomodo se hēbat quando Magi manebant in diuersoriis, an apparebat, vel occultabatur: aliqui dicunt, quòd occultabatur: quia cæteri non erant digni videre illam stellam. Et tamen si maneret super locum, in quo ipsi manebant, omnibus constaret istud miraculum. Dicendum videtur, quòd stella ista manebat super locum, in quo Magi manebant. Primò, quia ita erat de columna, quæ dirigebat Iudæos. Nam ipsa manebat semper pendens super castra ipsorum, & quousque ipsa inciperet moueri semper apparebat stans omnibus Iudæis. Exod. & Numeri. 9. Ita ergo esset de ista stella, quia ad idem officium erat. Nec apparet hic ratio diuersitatis inter columnam & stellam, sicut erat in eis, quæ dicebantur prædicenti quæstione. Secundò patet, quia quando stella subtraxit se, & occultauit in Ierusalem, admirati sunt Magi, & ob hoc incęperunt quærere de Christo. Et postea quando in exitu de Ierusalem rursus apparuit eis, gauisi sunt valde, vt patet infra in litera. Si tamen in singulis locis manentibus Magis cōsueuisset stella occultari, & non apparere quousque rursus inciperent progredi, non admirati fuissent nūc, nec gauisi valde. Ergo fuit hic aliquid nouum, & consequenter in aliis locis ista stella nō disparebat, sed manebat super loco, in quo erāt Magi. Tertiò, quia cùm disparuerit stella Magis ad introitum Ierusalē, putaue runt ibi esse Christū natū, & quęsierunt de eo. Si aūt in singulis locis, in quibus manerēt dispareret, quousque rursus inciperēt pgredi, in quolibet loco qrerent de natiuitate Christi, saltē postquàm essent: in Iudęa, vel in nullo. Et tamen in Ierusalem quæsierunt, vbi cō stat, quòd disparuerit stella: & in aliis non quærebant. Ergo in omnibus locis stella manebat semper apparēs manentibus Magis, nisi in Ierusalem, & ob hoc ibi quę sierunt, & non alibi. Dicendum ergo, quòd stella ista postquàm semel incæpit apparere Magis, nunquàm occultata est: sed in quemcunque locum intrassent, & manerent ibi aliquantulum, stella quoque manebat super ipsum locum, uel domum, vbi ipsi manerent: & quādo ipsi vellent discedere, ipsa quoque præcedebat dirigens in via. Cùm autem obiicitur, quòd non erant digni cęteri uidere istam stellam, dicendum, quòd ista stella apparuit ad manifestationem natiuitatis Christi, ideo non erat conueniens, quòd stella se occultaret, vt nemo præter Magos sciret istam natiuitatem: sed potius erat conueniens, quòd stella a multis videretur, & multi cognoscerent natiuitatem Christi: quia istud redundabat in gloriam eius. Et hoc modo nullus est indignus videre talia miracula: cùm ipsa fiant immediatè magis propter gloriam Dei, quàm propter nostrā vtilitatem: licèt ibi utrunque concurrat. Simile erat in columna nubis Iudæorum: quia toto tempore quadraginta annorum, quibus Iudæi manserunt in deserto, columna nunquàm disparuit, sed semper pendebat super castra, vel præcedebat ipsa castra. Et licèt venirēt Gentiles in castra Iudæorum, non disparebat illa columna, sed omnibus nota erat. Et per hoc Deus magis laudabatur. Nam per omnes Gentes diuulgatum erat quomodo Deus præcederet Iudęos in columna nubis, & ignis. Numeri 14. Sicut ergo illa apparebat ad ostensionem cuiusdam dignitatis Iudæorum, quibus nouiter erat data lex Moysi: ita decuit istam stellā semper apparere, quàmdiu officium suum exercendū erat ad ostensionem dignitatis noui testamenti: quod per illum incipere debebat, quem hæc stella demonstrabat.

Ista Stella a quo mouebatur. Quæst. XV.

QVAERITVR de ista stella, a quo moueba-tur, vel quomodo. Quidam dicunt, quòd Spiritus sanctus, qui in specie columbæ descendit super Christum baptizatū, ipse in specie stellę præcessit Magos. Sed non stat, quia non poterat Spiritus sanctus præcedere Magos, vel facere aliquam aliā operationem solus circa nos: sed necesse erat omnes tres personas concurrere: quia operationes earum sunt indiuisæ: ut declaratum fuit præcedenti capitulo in quadam quæstione. Item, nec poterant omnes tres personæ assumendo corpus stellæ præcedere Magos: quia Deus non potest facere aliquid, quòd sit cum successione: quia sicut totum esse Dei est simul per conditionem æternitatis: ita necesse est operationem suā totam esse simul, ita quòd pars non præcedat partem. Et hoc esse in instanti: ut declaratum est. 2 Paralip. 21. & tangetur Luc. 3. scilicet, an Spiritus sanctus in specie columbæ potuerit super Christum apparere. Item dato, quòd Deo ista facere non repugnaret, non faceret illa: quia Deus nō facit aliquid per se, nisi quod per alios non potest fieri: quia aliàs Deus per se calefaceret, & combureret, & perduceret omnes effectus naturales non operantibus naturalibus causis: & hoc est falsum, & inconueniens: quia tūc fieret miraculum sine necessitate: etiam superfluè ponerentur causæ naturales, cùm non deberent habere operationem, sed Deus illam haberet. Habet tamen Deus angelos, tanquam ministros suos, & alia naturalia agentia obedientia nō luntati suę, per quæ poterat ista res fieri: ergo non est conueniens, quòd dicamus Deum per seipsum fuisse ista operatum. Alii dicunt, quòd angelus, qui apparuit pastori-

pastoribus in figura humana ad denunciandum Christi natiuitatem: ipse præcessit Magos nunc in figura stellæ. Non est autem cogitandum, quòd angelus præcesserit in figura stellæ, ideſt, transformauerit ſe in ſtellam, quæ præcedebat Magos: quia angelus eſt ſpiritualis naturæ, & non poteſt transformari in corpus, quia non corpora non poſſunt mutari in corpus. Dicit S. Tho. 3 parte. fu. q. 36. articulo 7. quòd iſta ſtella mouebatur per diuinam uoluntatem: & erat de nouo creata non in cælo, ſed in aere. Non eſt tamen intelligendum, quòd moueretur per diuinam volũtatem, ideſt, quòd non haberet aliud principium motus, quia iſtud non ſufficiebat ad motum eius, ſed oportebat dari formam, a qua moueretur tanquàm a principio intrinſeco, vel aliud exterius agens, & impellens. Pro quo cõſiderandum, quòd iſta ſtella non poterat moueri niſi vel a ſe ipſa, uel a Deo, vel ab aliquo Angelo. A Deo autem non poterat moueri: vt ſupra dictum eſt. Deus enim nullam rem mouet ſaltem ſucceſſiuè in ratione cauſæ efficientis: ſed bene in ratione cauſæ finalis, ſcilicet, ut amatum, & deſideratum. Si autem dicas, quòd per diuinam uoluntatem non exiſtente alia re moueretur iſta ſtella, non ſtat: quòd, aut moueretur tanquã obediens diuinæ uoluntati: aut tanquàm realiter mota ab ipſa uoluntate efficiente motum eius: non primo modo, quia non poteſt diuinę uoluntati obedire, niſi quod intelligens eſt, ſicut angelus, uel homo. Stella autem iſta erat corpus purè materiale nihil intelligens: ideo non poterat obedire Deo. Accipiendo autem large obedire, non prout eſt intelligere præceptũ, ſed exequi illud: dicuntur etiam res irrationabiles, uel etiam inanimatæ Deo obedire: quia faciunt id quod Deus uult per illas fieri: licèt non intelligant quid faciant, nec ſciant an Deo obediant. Adhuc non poſſet ſtella illa obedire diuinæ uoluntati: quia res iſto modo obedientes habent in ſe principium ſui motus, per quod ſufficienter facere poſſunt id, quod Deus vult eas agere. Non erat autem ſic de iſta ſtella, ut immediate dicetur: ergo non poterat obedire diuinæ voluntati. Si accipiatur obedire diuinæ voluntati, ideſt, quia ipſa diuina voluntas realiter, & effectiuè moueret illam ſtellam: & illa paſſiuè obediret illi motui: ſicut dicimus omnes res reſpectu Dei eſſe in potentia obedientiali. Adhuc non ſtat, quia iſtud verum quantum ad productiones rerum, quæ poſſunt fieri in inſtanti. Nam quantum ad hoc de qualibet re poteſt Deus facere quid voluerit per ſubitam productionem. Et ita fuit de creatione, quam in inſtanti dicimus fieri. Et hoc propriè fit per voluntatem diuinam: ſic dicit propheta. Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt. Secus autem hic: quia proceſſio ſtellæ non poterat fieri niſi per verum motum localem in ſucceſſione. Ideo licèt Deus poſſet formare iſtam ſtellam per ſolam voluntatem, non poterat mouere eam localiter per ſolam uoluntatem. Non quidem ex defectu potentiæ Dei, ſed quia repugnat perfectioni ſuæ, & naturæ, quæ eſt agere cum motu, & ſucceſſione. Non poteſt etiam dici, quòd iſta ſtella a ſeipſa mota fuerit, quia ad hoc quòd aliquid moueatur a ſeipſo, oportet, quòd ſit ens perfectum, & moueatur per ſuam formam, quæ ſit ſibi principium ſui motus: iſta autem ſtella erat ens imperfectũ, quia pertinebat ad entia meteorica: ideo non habebat formã ſpecificam, ſecũdùm quam competeret ei aliquis motus. Et dato, quòd ſecundùm formam elementi, vel illius ſpeciei, in qua eſſet competeret ſibi aliquis motus: non tamen iſte motus, quem habebat: quia motus rectus eſt motus quaſi uoluntarius, ideo ſi ſit ab intrinſeco non poteſt eſſe niſi animalis: ſtella autem illa non erat animal: ergo non mouebatur a ſeipſa, ſed ab aliquo ente rationali. Dicendũ autem, q̃ non poterat moueri niſi ab angelo. Angelo autem cõpetit ſic mouere, & ſpecialiter illam ſtellam. Primò, quia angeli ſunt miniſtri ſalutis noſtræ, ad Hebræ. 1. ſcilicet. Sũt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis. Hic autem procurabatur ſalus noſtra, ſcilicet, quia vocabantur Gentiles ad fidem manifeſtando eis Chriſtum natũ, iõ ad angelos pertinebat iſta manifeſtatio. Secundò, quia per angelos factæ ſunt aliæ manifeſtationes natiuitatis Chriſti. Nam angelus apparuit paſtoribus Luc. 2. ſed per ſtellam Magis Chriſtus manifeſtabatur, ideo ad angelum pertinebat mouere illam ſtellã. Tertiò, quia ſic fuit de columna nubis, & ignis, quæ præcedebat Iudæos. Nã ab angelo mouebatur. Exo. 14. ſcilicet. Tollenſque ſe angelus Domini, qui præcedebat caſtra Iſrael abiit poſt eos, & cum eo columna nubis, ſcilicet, angelus mouebat columnam, & cùm moueret eam præcedendo caſtra conuertit ſe cum columna ad poſteriorem partem caſtrorum, quando Aegyptij voluerunt appropinquare Iudæis. Exo. 13. dicitur. Dominus præcedebat ad oſtendendam viam in columnam nubis. Dominus erat in columna illa, & & mouebat eam, & accipitur Dominus pro angelo, ſicut immediatè dicitur. Exo. 14. ſcilicet. Quòd angelus præcedebat caſtra in columna, & tamen modus ſonandi ſcripturæ, maximè in veteri teſtamento eſt ponere Deum, vel Dominum pro angelo. Quare tamen in quibuſdam locis angeli vocentur Deus, & in quibuſdam angeli, quod non ſit ſine cauſa, declaratum eſt Exo. 10. Et hoc modo ſtat conuenienter quaſi voluntariè, eo quòd principium mouens erat ens rationale, ſcilicet, angelus.

Quid factum eſt de illa ſtella, poſtquam perduxit Magos in Bethlehem. Quæſt. XVI.

QVAERITVR, quid factum eſt de iſta ſtella, poſtquam aduxit Magos in Bethlehem. Nam poſtea nunquam viſa eſt, nec reduxit Magos in terram ſuam, vt infra dicetur. Dicunt quidam, quòd cum cęteris cœpit poſtea lucere in firmamento. Dicendum tamen, quòd non ſtat, quia iſta ſtella erat de natura elementorum, ſcilicet, corpus de vaporibus, vt ſupra declaratum eſt, & ſic erat corruptibile, & tamen cœli, & aſtra ſunt incorruptibilia, ideo non poterat ibi manere, quia corrumperetur, niſi dicas, quòd Deus miraculosè illam ſtellam conſeruaret. Et iſtud eſt inconueniens, ſcilicet, ponere miraculum ſine neceſſitate. Secundò, quia non conueniebat iſtam ſtellam poni inter cęteras, etiam ſi eſſet de natura incorruptibili: quia in operibus Dei nihil eſt ſuperfluum, & nihil diminutum: quia aliàs eſſent entia inordinata, & tamen entia non volunt malè ordinari. 12. Metaphy. Stella enim iſta, aut erat neceſſaria ad aliquem influxum in vniuerſo, vel non. Si non erat neceſſaria, ſuperfluè poneretur in cœlo. Si autem erat neceſſaria: ergo ante hoc deficiebat, & non fieret influxus completus ad generationem, & corruptionem rerum naturalium, cùm illa non exiſteret: quia per motum aſtrorum generantur, & corrumpuntur omnia naturalia. primò de generatione, & corruptione. Ergo non poſita fuit in cœlo. Dicendum ergo ſecundùm veritatem, & communẽ poſitionem, quòd peracto officio ſuo rediit in præiacentem materiam. Nam ipſa ſtella non fuit ad aliud niſi vt Magos conduceret in Bethlehem: hoc ergo facto non fuit conueniens eam manere: quia ad nihil erat utilis, ſed rediit in materiam illam vaporalem. Hoc autem erat facile, & ſine miraculo. Nam ad hoc, quòd illa ſtella eſſet, & moueretur, oportebat poni miraculum, & tamẽ ad hoc, q̃ eſſe deſineret, ſufficiebat ſolùm, q̃ Deus illam conſeruare miraculosè deſineret, etiam ſi conſeruaret naturaliter. Nam ſtella iſta erat corpus imperfectum: & conſeruabatur ille fulgor in ea in actu ſupernaturaliter: ideo illico, vt Deus ceſſaret illum fulgorem conſeruare, periret ſtella: & naturaliter rediret in ea, quæ prius erat. Hoc autem eſt cùm eſſet ens imperfectum ſicut nubes, & glacies, & gelu, & pruina, quæ per ſeipſa faciliter ſoluuntur: quia non ſunt mixta determinata ad aliquam ſpeciem. Nam inter omnia meteorica nullum eſt in aliqua ſpecie niſi pluuia: cætera autem ſunt in illa ſpecie, cuius ſunt materię: ſicut glacies, nix, & gelu in ſpecie aquę: & ſic de aliis. Sic erat de iſta ſtella, quæ erat corpus de vaporibus compoſitum. Si autem fuiſſet iſta ſtella ens perfectum, non deſineret eſſe per ſe: ſed ad hoc, q̃ ſubitò eſſe deſineret, neceſſariũ erat miraculũ: ſicut anima ſupernaturaliter producitur, & tamen non poteſt deſinere eſſe ſine miraculo. Conſiderandum, q̃ in iſta ſtella erant duo, ſcilicet, fulgor, & ſoliditas. Nam erat corpus valde lucidũ, cùm etiam in die non ofuſcaretur a ſole: erat etiam ſolidum, quia non poſſet eſſe tantus fulgor in re diaphana. Fulgor erat purè ſupernaturaliter, quia in nulla materia corruptibili poterat eſſe tantus fulgor, q̃d in meridie non vinceretur a ſole. Soliditas, licèt fuiſſet cauſata ſupernaturaliter, cùm tota ipſa ſtella a Deo facta fuiſſet: erat tamen ſoliditas quædam qualitas, quæ naturaliter poterat cauſari in ipſa materia: licèt fulgor ille nõ oportuiſſet ibi cauſari niſi Deo agente. Ideo dicendum, q̃ mox, vt Deus deſineret conſeruare illam ſtellam ſupernaturaliter, ceſſaret fulgor eius, & tamen nõ propter hoc ceſſaret ſoliditas ſaltem immediatè: licèt pauco tempore poſſet ſic manere illud corpus, cùm non haberet aliquam formam ſpecificam, quæ determinaret ſibi illum gradum ſoliditatis. Ad hoc tamen, q̃ ſubitò deſineret apparere illa ſtella, non ſolùm requirebatur, vt ceſſaret fulgor: ſed etiam, vt ceſſaret ſoliditas corporis: quia aliàs videri poſſet in meridie, ſicut uidentur nubes propter denſitatem, ſiue ſint albæ ſiue obſcuræ. Ideo cum ſubitò iſta ſtella apparere deſierit, oporteret, quòd fieret ibi aliqua operatio diuina. Qualis tamen iſta eſſet, ſiue deſinendo eſſe, ſiue per ocultationem dicetur infra in quadam quæſtione, ſcilicet, de ſtella quando ſe occultauit ad introitum Ieruſalem. De columna nubis idem fuit, quæ per quadraginta annos Hæbreos direxerat, & peruenerunt ad Iordanem, vbi iam non erat neceſſaria columna, deſiit eſſe, & nũquam ultra viſa eſt. Nam etiam illa ſupernaturaliter conſeruabatur: quia corpus de vaporibus non poſſet multis diebus manere ſine alteratione, & augmentatione, vel diminutione, & rarefactione quadam, vel condenſatione: cùm nõ habeat aliquam formam ſpecificam, q̃ determinet ſibi illos gradus qualitatis. Idẽ fuit de columba, in qua Spirirus ſanctus dicitur deſcendiſſe ſuper Chriſtum in Iordane, quia iſta erat corpus denſum de vaporibus ſiccis, & puris, licèt quidam aliter putent, de quo magis dicetur Luc. 3.

An conuenienter Chriſti natiuitas per ſtellam Magis nunciata ſit. Quæſt. VII.

QVAERITVR, an conueniens fuit, q̃ Magis notificaretur Chriſti natiuitas per ſtellam. Quidam dicunt, q̃ non: quia Deus non debuit dare alicui occaſionem errandi, & tamen per apparitionẽ ſtellæ in Chriſti natiuitate fouebatur ille error quorundam, qui putabant aſtra dominari na-

tiuitatibus hominum. Ergo non debuit apparere. Et patet hoc ex verbis Magorum dicentium. Vidimus ſtellam eius, ideſt, quæ ad eum pertinet. Item ſi nulli homini per hoc erat danda occaſio errandi per apparitionem huius ſtellæ: minus danda erat iſtis Magis, qui erant Gentiles. Nam Gentiles putabant aſtra cœli præeſſe hominibus, & imponere illis neceſſitatẽ infortuniorum, ſecundùm figuram cæli, quæ in aſcendente natiuitatis fuerat: & ob hoc timebant aſtra, & colebant ea. Quod etiam faciebant Iudæi imitati Gentiles. 4. Reg. 23. Hoc autem Deus valde intendebat auferre de mentibus hominum Ierem. 10. ſcilicet. Iuxta vias Gentium nolite diſcere, & a ſignis cæli nolite metuere, quoniam leges populorum vanæ ſunt, ideſt, Gẽtes putantes aſtra nocere hominibus, vel bene facere, & ob hoc iubentes ea coli in legibus ſuis vana dicunt. Notificando autem nunc Chriſti natiuitatẽ per aſtrũ, erat inuuere, quòd aſtra haberẽt aliquam virtutem ad natiuitates hominum, ideo non fuit cõueniens. Item, quia notificando natiuitatem per ſtellam, putaretur, q̃ iſta natiuitas erat naturalis ſecundùm curſum aſtrorũ, & ſic putaretur de omnibus factis Chriſti, q̃ purè naturaliter fierent ex quadam ſpeciali virtute naturali, & occulta: quod valde derogat fidei, quia per hoc dicere tur Chriſtum non fuiſſe Deum, ſicut dixit Porphirius, & ſacerdotes idolorum tempore Aug. aſſerebãt Chriſtum non fuiſſe Deum, ſed hominem ſapientiſſimũ: qui per quædam ſecreta, & artes feciſſet omnia miracula. vt ait Auguſ. 1. lib. de concordia Euangeliſtarum. Item ad ſignificandum Chriſti natiuitatem debuit dari certum ſignũ, q̃ determinatè hoc ſignificaret, ſtella autem apparens, etiam ſi apparuiſſet iuxta terram, & apud Magos, non magis oſtendebat Chriſtum natũ quàm aliam rem, cùm talis ſtella non eſſet ſignum determinatum ad aliquid ſpecialiter innuendum, ideo debuit dari aliud ſignum Magis, per quod intelligerẽt determinatè Chriſtum natum. Dicendum, q̃ manifeſtatio Chriſti natiuitatis per ſtellam fuit conueniens: quia Deus aliàs non ſic manifeſtaſſet, quia omnia opera Dei perfecta ſunt. Deuteronomii 32. Hoc autem patet, quia ſi quis conetur ſyllogiſticè aliquid manifeſtare, manifeſtat per ea, quæ ſunt magis nota illi. & ſic generaliter quæcunque manifeſtatio fieri debeat, fit per ſigna familiaria eis, quibus res manifeſtatur. Certũ eſt autem, quòd iuſtis eſt familiare, & conſuetum edoceri a Spiritu ſancto quodã interiori inſtinctu abſq; ſignorum exteriorum oſtenſione. Et hoc aliquando fit per Spiritum prophetiæ, per quem habetur veritas certiſſima de occultis, aliquando autem per ſolum inſtinctum, qui non eſt Spiritus prophetiæ, immutat tamen hominem ad tenendum aliquam certam viam de re, in qua homo dubitabat, vel cogitabat. Alii verò corporalibus rebus dediti per ſolas res ſenſibiles ad intelligibilia, & ſpiritualia deducuntur. Iudæi autem erant conſueti diuina reſponſa per angelos accipere, per quos etiam legem a principio acceperant, ut patet. Ac. 7. ſ. Accepiſtis legem in diſpoſitione Angelorũ. Gẽtiles vero, & maximè aſtrologi cõſueti ſunt ſtellarũ curſus inſpicere. Ideo Iudæis viris iuſtis, ſcilicet, Simeoni, & Annæ Filiæ Phanuelis manifeſtata eſt Chriſti natiuitas per interiorem inſtinctum Spiritus ſancti. Luc. 2. ſcilicet. Reſponſum accepit Symeõ a Spiritu ſancto non uiſurum ſe mortem: niſi prius uideret Chriſtum Domini. Paſtoribus autem tanquam magis deditis rebus corporalibus manifeſtata eſt Chriſti natiuitas per viſibiles apparitiones. Et quia iſta natiuitas non erat purè terrena, ſed magis cœleſtis, non fuit paſtoribus per prophetas annunciata, ſed per angelos, qui cœleſtes ſunt. Ipſis quoque Magis per cæleſte ſignum, ſcilicet, ſtellam notificata eſt. Vt enim

ait Augu. in sermone quodã Epiphaniæ. Cęlos angeli habitãt, & sydera ornant. Vtriq; cęli enarrant gloriam Dei. Rationabiliter aũt pastoribus, tãquã Iudæis, apud quos frequenter fiebant apparitiones angelorum, reuelata est ista natiuitas per angelos. Regibus autem Magis tãquam assuetis in consideratione cœlestiũ corporũ, manifestata est per signum stellæ. Sic. n. ait Chryso. super Matthæũ, ꝙ per consueta voluit Deus eos vocare, eis condescendens. Alia ratio est ſm Gregorium. s. ꝙ Iudæis tanquam ratione utẽtibus rationale animal, ideſt, angelus prædicare debuit: Gentiles uerò quia ratione uti nesciebãt ad cognoscendum Dominum nõ per uocem, sed per signa perducuntur: & sicut Dominum iam loquentem annunciauerũt muta elementa Gentibus prædicatores: ita eum necdum loquentem prædicauerunt. Alia ratio est secundùm August. in quodam sermone, scilicet. Abrahæ innumerabilis fuerat promissa successio: non carnis semine, sed fidei fæcunditate generanda: ideo stellarum multitudini est comparata, vt cœlestis progenies speraretur. Et ideo Gentiles in fæderibus designati ortu noui syderis excitantur, vt perueniant ad Christum: per quẽ efficiuntur semen Abrahæ. Potest aliter deduci ista comparatio, scilicet, quòd Deus dixerat Abrahę semẽ suum futurum sicut stellas cæli. Gen. 15. Christus autem erat uerum semen Abrahæ, in quo erant benedicendę omnes Gentes. Genes. 12. & ad Galat. 4. Ideo natiuitas Christi conuenienter per stellam designata est. Dicendum autem, quòd omnes istæ sunt causæ per applicationem, & mysticę; vera autem causa literalis fuit: quia Magi deducendi erant ad Christum adorandum; & non poterat hoc fieri nisi per aliquod signum, quod præcederet eos ostendendo uiam. Ideo necesse erat, quòd stella, vel columna nubis, vel aliquid simile præcederet eos semper ad ostendendum viam, sicut fuit de columna nubis, & ignis, quæ præcedebat Iudęos. Sed dicetur, quare non fuit manifestata istis Magis Christi natiuitas per interiorem inspirationem, aut reuelationem aliquam: sicut fuit ostensa Simeoni, & Annæ. Luc. 2. Quidam dicunt, quòd fuit, quia erant Gentiles, & non erant assueti recipere reuelationes a Deo. Dicendum, quòd non stat: quia Abimelech rex Philisthinorum Gentilis erat, & tamẽ Deus locutus est ei per noctem. Gen. 20. Pharao quoque rex Aegypti erat Gentilis, & Deus reuelauit ei famem, & fertilitatem. Genes. 41. Ipsi etiam Nabucodonosor reuelatus est status futurorum regnorum. Danielis. 2. Erant quoque prophetæ de Gentilibus, quibus Deus apparebat, sicut Balaam, qui fuit prophęta magnus, Gentilis tamen. Numeri. 22. & 24. Fuerunt quoque multæ Sybillæ, quibus Deus multa prophetice reuelauit, de quibus recitat quædam Augustinus 18. de ciuitate Dei: & plurima Lactantius in lib. de diuinis institutionibus: qui vulgariter dicitur natura Deorum. Dicendum ergo, quòd non fuit propter hoc. Nam necesse est, quòd Magis non solùm stella apparuerit: sed etiam aliqua alia reuelatio præcesserat: vt declarabitur infra in quadam quæstione. Duobus enim Magi indigebant, vt ad Christum adorandum in Bethlehem venirent. Prima erat quædam certificatio de eius natiuitate, & quis ipse futurus esset: ad hoc quòd Magi putarent dignum esse adorare eum, & ad hoc mouerentur. Secundum erat, vt scirent locum, in quo natus erat, & viam qua illuc irętur. Ad primum istorum non sufficiebat stella, ꝙ cùm sit signum irrationale, non potest determinatè significare ad quid sit, ideo oportebat, quòd ad hoc præcederet aliqua reuelatio. ut infra dicetur. Ad secundum proficiebat stella, scilicet, quia ipsa poterat cõueniẽter dirigere eos in via, & perducere vsque ad locum, in quo Christus manebat. In Simeone aũ non fuit necessarium nisi primum, quoniam ipse erat in Ierusalem, vbi Christus præsentandus erat in templo, & acceperat responsum a Spiritu sancto multo tempore ante hoc, ꝙ non moreretur, quousque videret Christum Domini. i. Messiã. Et illa die, qua Christus in templo præsentandus fuit, præmonuit eum Spiritus sanctus ire illuc, quia ibi videret Messiam. scilicet. Et venit in spiritu in templum. Luc. 2. Ideſt, Spiritus sanctus mouit eum ad veniendum tunc in templum. Et sic fuit sibi ostensus Christus. Huic sufficiebat interior inmutatio. Quæ etiam fuit in Magis. Et nõ requirebatur aliquod directiuum in via: quia ipse erat in Ierusalem, vbi Christus præsentandus erat. Secus fuit de Magis, qui erant in terra longinqua, & sine directiuo venirę nescirent. Sed dicetur, quare non fuit reuelatus Magis locus natiuitatis, & sic venirent sine aliquo directiuo, sicut pastoribus angelus reuelauit locum. Luc. secundo. scilicet. Natus est Saluator mundi in Bethlehem Iudæ ciuitate Dauid. Et si sic reuelaretur Magis, non erat necessaria stella. Dicendum verum esse, quòd Magis non fuerit reuelatus locus natiuitatis Christi: quia aliàs cùm essent in Ierusalem, non quęrerent de hoc, maximè quia Herodes responso accepto à sapientibus, quòd nasceretur Messias in Bethlehem, illuc Magos misit, & ipsi illuc ibant, etiã nondum videntes stellam, vt patet infra in litera. Et tamen etiam si reuelatus fuisset locus natiuitatis Christi in regione sua, nescirent ire in Bethlehem: quia terra sua distabat à terra Iudææ, & non poterant scire existentes in terra sua, in qua parte terrarum esset Bethlehem: quia non erat ciuitas famosa, sed parua quasi castrum, ideo oportebat, quòd daretur eis stella dirigens, vt scirent, vbi erat locus ille, ad quem ibant, & non paterentur maximos errores viarum, quia aliàs fortè difficultas viarum distraheret eos ab ista via, & peregrinatione. De pastoribus non fuit sic: quia ipsi erant iuxta Bethlehem ubi Christus natus fuit. Nam in hora natiuitatis Christi reuelatum fuit eis hoc, & immediatè iuerunt in Bethlehem, dicentes: Transeamus vsque in Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est. Luc. secundo. Non egebant ergo isti directiuo, quia non distabant à Bethlehem, nisi per mediam quasi leucam, vt hodie ostenditur locus, in quo ipsi pascebant greges. Ad primum dicendum, quòd nullus error per hoc fouetur. Nam si stella, quæ apparuit in Christi natiuitate fuisset de stellis cœli, & moueretur, ad modum ipsarum, & significasset Christi natiuitatem, deretur locus errori: & tamen ista stella non fuit de cœlestibus, nec in cœlo, sed iuxta terram ad modum vitoris procedens: & non erat ad significandum tanquã habens potestatem efficienter super Christum nati, sicut dicitur de stellis manentibus in cœlo, quæ influunt super omnia naturalia, & ob hoc putantur prę esse omnibus natiuitatibus: sed ipsa stella magis erat ad seruiendum, cùm præcederet Magos ad ostendendum locum, in quo puer natus erat. Ideo nullus error ex hoc fouebatur. Sic. n. ait Augustinus in libro contra Faustum, scilicet. Nulli astrologi ita constituerunt hominum nascentium facta sub stellis, vt aliqua stellarum homine aliquo nato cursus sui ordinem reliquisset, & ad eum qui natus est perrexit assererent, sicut accidit circa stellam, quæ demonstrauit natiuitatem Christi. Et ideo per hoc non confirmatur error eorum, qui sortè nascentium hominum astrorum dini colligari arbitrantur. Nõ autem credunt astrorum ordinem ad hominis natiuitatem posse mutari. Sic ẽt dicit Chrysostomus, ꝙ non est opus astronomię stellis scire eos, qui nascuntur, sed ab hora natiuitatis futura

futura prædicere. Magi autem tempus natiuitatis non cognouerunt, vt hinc sumentes initium à stellarum motu futura cognoscerẽt, sed potius cognito, ꝙ Christus natus erat, cognouerunt illum esse stellam suam. Vel dato, ꝙ cognouerunt tempus natiuitatis per stellam, non fuit hoc quasi stella ish naturaliter hoc significaret, & ipsi per viam astronomiæ istud cognoscerent, sed solum, quia de ista stella aliquando apparitura per prophetam reuelatum fuerat. De quo infra &c. Ad secundum dicendum, ꝙ nec Gentilibus, nec aliquibus hominibus dabatur per hoc cã errandi, & colendi astra, cũ ista stella non dominaretur, sed seruiret, sicut quædam creatura rationalis, vt dictum est. Ad tertium dicendum, ꝙ non poterat per hoc putari natiuitatem Christi accidisse naturaliter, nec opera sua, quæ postea facit, sed potius ex hoc erat testimonium certissimum, ꝙ Christus erat Deus: quia astra illi seruiebant ꝫ totius naturę ordinem: veniente aliquo astro ad ostendendum locum natiuitatis eius. Si autẽ circa Christi natiuitatem accidisset aliqua coniunctio mirabilis planetarum, in locis insignibus cœli, & per hanc isti Magi potuissent cognoscere Christi natiuitatem naturaliter, putaretur tunc rationabiliter, ꝙ ea, quæ Christus fecerat euenissent naturaliter. Istud autem non fuit, cùm stella ostenderet Christi natiuitatẽ non fuerit in cęlo, sed iuxta terram, per qualem nihil indicant astrologi, immo nunquam talem astrologi viderunt: quia solũ apparuit in Christi natiuitate ad conducendum Magos in Bethlehem. Ideo non erat hoc occasio cogitandi contra Christum, ꝙ acta sua naturaliter euenirent, sed potius erat argumentum firmum suæ deitatis. Ad quartum dicendum, ꝙ stella fuit conueniens signum: quia ipsa sola non fuit, sed ei ea fuit aliqua reuelatio vel tunc, vel prius, sicut infra dicetur. Et per vtrumque simul sufficienter, & determinatè Christi natiuitas, & natiuitatis locus ostendebatur.

Quomodo Magi dixerunt vidimus stellam eius in oriente: Quæst. XVIII.

QVAERITVR de istis Magis, quomodo dixerunt: stellam eius vidimus in oriente. Considerandum circa istos Magos, ꝙ sicut supra tetigimus in quadam quæstione, non cõstat de his per Matthæum quot fuerint, nec cuius dignitatis, scilicet, an reges, vel non, & tamen nos asserimus eos fuisse tres reges, & ita communiter tenetur, ꝙ ex historiis illius temporis cognitum est, & sic assentiunt sancti. Nam tres eos fuisse asserit Leo Papa in sermone Epiphaniæ. s. Tribus Magis in regione orientis stella nouæ claritatis apparuit: quæ illustrior cæteris syderibus in se intuentium oculos, animosque conuerteret. Quod autem essent reges tenetur conuenienter ex eo quod habetur Isai. 60. scilicet. Gentes ambulabunt in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Et legitur hoc ipsa die Epiphaniæ tanquam de Christi adoratione intelligatur. Sic etiam dicitur Psal. 71. scilicet. Reges Tarsis, & insulæ munera offerẽt, reges Arabum, & Saba dona adducent. Et intelligunt hoc de Christo adorato ab istis Magis offerentibus munera. Cùm autem quęritur, quomodo dixerunt, ꝙ viderunt stellam eius, intelligunt quidam. i. stellam cõuenientem natiuitati eius. Nã quidam credunt singulis hominibus natis singulas stellas conuenire, & ꝙ illa, quæ apparuit in natiuitate Christi, fuit stella, quæ cõueniebat ei, ideo uocata est stella eius. Sed nõ stat, ꝙ non est uerum, ꝙ singulis hominibus cõpetant singulæ astra, sed super quemlibet hominem inquantũ habet corpus naturale, & super omnia elementata domi

Alph. Tost. in Matth. Comm.

nantur omnia astra secundùm leges inditas eis à creatore, licèt variè super homines iuxta temporum, & locorum natiuitates. Nam, & ipsi astrologi, qui purè sequuntur viam naturæ, & attribuunt aliquam potestatem astris super homines, non tribuunt singulis hominibus singula astra, sed pro singulo homine iudicant per omnia astra ſm diuersam figuram cęli, & habitudinem planetarum, quæ est in ascendente natiuitatis cuiuslibet hominis. Secũdò patet, qa dato, ꝙ pro quolibet homine esset vnum astrum, per illud tamẽ, ideſt, per apparentiam illius non posset iudicari de natiuitate illius, vel morte: cùm omnia astra à principio semper fuerint, & non nascantur aliqua astra de nouo, nisi fortè sequamur ridiculam poetarum fictionẽ, scilicet, couuerti homines in astra. Sic introduxit Ouidius Parrasim, & Archadem raptos per inania, & conuersos in astra, scilicet, in duas vrsas iuxta polum arcticum, & Iunonem orantem Nereum, & Deos maris, ne astra recepta in cœlo mercede stupri tingantur in æquore, vt patet. 2. Metamorphoseos, & de septem Pleiadibus, & Perseo, & Ariadna, & cæteris. Seneca in prima Tragedia carmine primo, scilicet, soror tonantis. Ista autem puerilia sunt, ideo non posset per ortum alicuius stellæ aliquod nouum designari, cùm stellæ omnes quotidie oriantur, & occidant, ideſt, faciant circulos suos, ideo tali modo non poterat Christi natiuitas ostendi per stellam suam. Tertiò, quia dato, quòd singuli homines haberent singula astra propria, illa tamen nunquam apparent iuxta terram, sicut apparuit ista stella Magorum, ideo non poterat dici, quòd stella, quam viderunt Magi, erat stella Christi, ita quòd sibi corresponderet specialiter, sicut cuilibet homini alia particularis stella corresponderet. Dicendum ergo, ꝙ Magi dixerunt: vidimus stellam eius, quia inuebant, ꝙ viderant stellam, quam Deus specialiter apparere fecerat præter naturæ cursum ad ostendendum tempus, & locum natiuitatis eius. Et qtum ad hoc dicitur stella eius. i. pp eum solum facta, Vel dicitur stella eius. i. quam propheta prædixerat apparituram in natiuitate eius. Numeri. 24. f. Orietur stella ex Iacob. Cùm autem dixerunt, ꝙ uiderunt eã in oriente, intelligitur i. Nos existentes in terra nostra, quæ est terra orientis, siue orientalis respectu huius, vidimus ipsam existentem ibi iuxta nos, & direxit nos vsque huc. Alij exponunt, vidimus stellam eius in oriente, ideſt, nos existentes in oriente vidimus stellam eius, scilicet, pendentem super Iudæam super locum natiuitatis Christi. Sed non stat, quia tunc parum prodesset Magis. Nam si existeret super Iudæam pendens, non ex hoc determinaretur locus natiuitatis Christi, immo non iudicaretur, an super Iudæam, vel aliam terram penderet, nisi actualiter Iudæa oculis conspiceretur, maximè quia stella quando est multũ eleuata, sicut sunt stellæ cęli, propter suam altitudinẽ non apparet quam partem terræ specialiter aspiciat, sed omnes partes super ipsum orizontem videtur aspicere: ideo non proficiebat magis stella sic apparẽs, quia non constaret ex hoc Christum potius natum in Iudæa, quàm in Arabia, vel terra Philisthinorum, cùm sint istæ terræ coniunctæ. Secundò patet, qa cùm aut ista stella esset multum eleuata, ita vt esset in primo cœlo cùm aliis. Aut esset propinqua terræ sed primo modo, non sufficiebat, quia non uideretur distincta à cæteris: & sic nihil specialius quàm cætere designaret. Et dato, quòd in magnitudine, vel figura, aut fulgore distingueretur ab aliis, tamen non appareret, quam terram respiceret. Sicut nos uidentes aliquam stellam oriri, vel esse eleuatam nisi sit directè super nos, nescimus quam terram specialiter, vel directè illa respiciat, & sic non ostenderet locum natiuita-

Risio auctoris ad qõnem.

Universidad de Deusto Biblioteca

tiuitatis ſtella. Si ſecũdo modo. ſ. ꝙ eſſet iuxta terram, poſſet quidem ſpecialiter deſignare locum, uel regionem, & tamen tunc ipſi exiſtentes in terra ſua nõ poſſent eam videre pendentem ſuper Bethlehem, immo nec ſuper totam Iudæam: quia tumor terræ, cũ ipſa ſit rotunda, & montes impedirent, ne illa poſſet videri: & ſic ſi eſſet terra Magorum diſtans à terra Iudææ, etiam ſi eleuaretur ſtella illa per decẽ, uel viginti leucas in aere, non videretur à viris exiſtentibus in terra remota, cùm viſio fiat per lineas rectas, & modica interpoſitio montis faciat lineam viſualem ualde dirigi: cùm interdum aliqui exiſtentes in uallibus obiectu montium impediãtur videre ſolem quouſque ſit eleuatus ſuper viginti, vel triginta gradus. Quod ſatis apparet in figuris geometricis. Et ſic iſti exiſtentes in oriente non poſſent videre ſtellam pendentem ſuper Iudæam. Tertiò patet, quia ſi ſic ſtella penderet, non moueretur, ſed ſolum ſtaret ad deſignandum locum natiuitatis Chriſti, & tunc Magi non haberent per quid dirigerentur in uia, & neſcirent ire ad locum illum. Quartò patet, quia in litera manifeſtè apparet, quòd ſtella iſta præcedebat Magis in via dirigendo eos. Nam quando exierunt de Ieruſalem dicitur, ꝙ ſtella antecedebat eos vſque dum veniens ſtaret ſupra locum, vbi erat puer, infra in litera: ergo non ſtabat pendens ſupra Iudæam, ſed iuxta eos erat ſemper dirigendo ipſos. Ideo oportuit, quòd in oriente appareret eis iſta ſtella, ideſt, ipſis exiſtentibus in oriente, ſtella quoque appareret in oriente, ſcilicet, iuxta eos, & tunc ad motum eius inceperunt ipſi moueri. Et patet hoc in litera, ſcilicet. *Ecce ſtella, quam viderant in oriente antecedebat eos.* Ideſt, ſtella, quam viderant iuxta ſe in oriente, incœpit eos præcedere exeuntes de Ieruſalem, ſicut prius præcedebat, & ibi occultata fuerat. Nam ſi ante hoc ſtella non præceſſiſſet Magos venientes de terra ſua vſque in Ieruſalem per tantam terrarum diſtantiam fruſtra erat, quòd nunc à Ieruſalem vſque in Bethlehem, ſcilicet, per duas leucas præcederet eos. Sed ſatis erat, ꝙ penderet ſuper diuerſoriũ, in quo Chriſt' natus erat, ſicut etiã hoc iſti ponunt pependiſſe. Ideo neceſſe eſt dici, quòd iſti viderunt ſtellam in oriente, ideſt, in terra ſua iuxta ſe eos dirigere, & ſic ſemper præceſſit eos vſque in Ieruſalem. vbi eis occultata eſt, & rurſus in exitu de Ieruſalem verſus Bethlehem apparuit eis, & direxit illos.

Quomodo Magi propter iſtam ſtellam moti ſunt ad veniendum. Quæſt. XIX.

Diuerſæ opiniones de ſtella.

QVAERITVR, quomodo iſti Magi moti ſunt ad veniendum de terra ſua propter ſtellã, quia non poterat eis deſignare Chriſtum natum potius, quàm aliquam aliam rem, etiam ſi iuxta illos appareret. Dicit Chryſoſtomus ſuper Matthæum, quoſdam dicere, quòd quidam ſecretorum inſpectores elegerunt de ſeipſis duodecim ſapientes, & ſi quis moriebatur filius eius, aut aliquis ꝓpinquorum loco eius ſubſtituebatur. Hi verò, per ſingulos annos poſt menſem aſcendebant ſuper montẽ Victorialem, & tribus diebus ibi commorãtes orabãt Deum, vt eis illam ſtellam oſtenderet, quã Balaã prædixerat. Quadã autem nocte. ſ. in die natalis Domini ſtella quædam ad eos ſuper montem venit, quæ habebat formã pulcherrimi pueri, ſuper cuius caput crux pendebat, quę Magos allocuta eſt, dicens: Ite velocius in terram Iuda, & ibi regem, quem quæritis, natũ inuenietis. Sed Sanctus Thom. 3. par. Sum. q. 36. ar. 5. aliter refert. ſ. Chryſoſt. dicere, ꝙ in quibuſdam ſcriptis apocryphis legitur, ꝙ quædam gens in extremo orientis

Chryſoſto.

F iuxta oceanum ſcripturam quandam habebat ex nomine Seth de hac ſtella, & muneribus huiuſmodi offerendis, quæ gens diligẽter obſeruabat huiuſmodi ſtellæ ortum poſitis exploratoribus duodecim, qui certis temporibus de nocte aſcendebant in montem, qui poſtmodum eam viderunt habentem in ſe quaſi paruuli formam, & ſuper ſe ſimilitudinem crucis. Alter dicitur in libro de queſtionibus noui & veteris teſtamenti, ſcilicet, quòd Magi iſti traditionem Balaã ſequebantur, qui dixit: Orietur ſtella ex Iacob. Videntes ſtellam extra ordinem cæterarum, intellexerunt hanc eſſe quam Balaam futuram prædixerat indicatricem regis Iudæorum, vt infra dicetur. Aliter dicit Auguſtinus in ſermone de Epiphania. ſ. ꝙ angelus

G reuelauit iſtis regibus, quòd ſtella iſta ſignificaret Chriſtum natum. Quaſi diceret. Iſta ſtella, quam videtis Chriſti eſt: ite, & adorate illum. Aliter dicit Leo Papa in ſermone de Epiphania, ſcilicet, quòd non ſolùm Magi ſtellam viderunt, ſed etiam fuerit quædam illuminatio mentis per Spiritum ſanctum oſtendentem, ꝙ illa ſtella Chriſtum natum deſignabat, cũ præter illam ſpeciem, quæ corporeum excitauit obtutum, fulgentior veritatis radius eorũ corda perdocuit, quę ad illuminationẽ fidei pertinebant. Oẽs iſtæ tres immediatæ poſitiones rationabiles ſunt: quia veriſimile eſt, ꝙ Spiritus ſanctus iſtos tres reges docuerit, uel angelus eis apparuerit. De Balaã tñ magis dicendum eſt, cũ ipſe vr̃ aliquid ſignificaſſe de hac ſtella.

H Pro quo ſciendũ, ꝙ iſte Balaam fuit propheta in terra Meſopotamiæ tempore, quo Iudæi exierunt de Aegyptu, & fuit propheta maximus. Nam & quidam Iudæi aſſerunt illum fuiſſe maiorẽ Moyſe ſuper illud Deuteronomij 24. Et non ſurrexit vltra in Iſrael. Dicunt quòd verum eſt, quòd non fuit in Iſrael maior propheta Moyſe, & tamen inter Gentiles fuit Balaã maior propheta, quã Moyſes. Vnde Moyſes deſcripſit prophetiam illius Numeri 24. Prænunciauit enim multarum gẽtium clades, & Romanorum bella contra Iudæos, & quomodo Romani poſt hæc omnia perirent. eo. ſcilicet. Venient in triremibus de Italia, ſuperabũt Aſſyrios, vaſtabuntque Hebræos, & ad extremum etiam ibi peribunt. Inter cetera autem, quæ Balaam prophe-

I ciauit, dixit de Saluatoris natiuitate, & de ortu ſtellæ oſtendentis eum, ſcilicet. Orietur ſtella ex Iacob, ſcilicet ſtella materialis de Iacob. Nã Chriſtus erat ſtella, quæ erat de Iacob: quia naſcebatur de ſtirpe Iacob. Et dr̃: Et virga conſurget ex Iſrael. Idẽ ſenſus eſt. ſ. Chriſtus, qui eſt virga, conſurgit ex Iſrael. i. de ſemine Iacob, qui uocatur Iſrael Gen. 32. & 35. Et dr̃ virga, quia percutiet terram virga oris ſui, arguendo vitia, & puniendo peccata. Et ſic uocatur Iſai. 11. Egredietur virga de radice Ieſſe. Iſtud Balaam prænunciauit etiam in terra ſua, & commendauit cognatis ſuis, quòd aſpicerent in tẽporibus futuris. ſ. ꝙ qñ naſceretur illa ſtella Nam ſurgeret quædam virga de Iſrael rex Meſſias. Iſta ſtella in dictis Balaam poterat accipi pro ipſo Meſſia, uel pro ſtella oſtendente eius natiuitatem, ſed magis propriè pro Chriſto, & pro ſtella per attributionem,

K vt declaratum eſt Numeri 24. Dixit etiam, quod illi regi Meſsiæ ſubderentur omnes homines: ideo, quod ipſi irent ad adorandum eum, quando naſceretur, & efficerent ſe ſeruos uoluntarios eius. Hoc autem ſignificauit, cùm dixit: Conſurget uirga de Iſrael, & percutiet duces Moab: vaſtabitque omnes filios Seth, tñ filij Seth ſunt omnes homines: quia ab eo deſcenderunt, quotquot ſunt in orbe, & oẽs qui fuerunt poſt diluuium, cùm tota progenies Cain in diluuio perierit. Et dicitur Chriſtus uaſtare oẽs homines. ſ. faciendo eos non eſſe impios, ſicut prius erant. Sicut dr̃: Verte impios, & nõ erunt. Et Paulus de ſeipſo dicit ad Galatas Viuo

Viuo ego, & iam non ego. ſ. quia prius eram malus, & nunc ſum conuerſus ad Chriſtum. Dixit autem Balaã, ꝙ multo tempore poſt mortem eius iſta accidèrent. Nam ait: videbo eum. ſ. per generationes meas, uel in gloria, uel quando deſcenderit in lymbum, ſed non modo. i. nondum uiuo, intuebor illum, ſed non propè, pro eadem ſententia. i. poſt multum tempus videbo illum. Ideo dixit, ꝙ diligẽter ſemper poſt mortem eius ſeruarent ortum illius ſtellæ. Expectauerunt igitur poſteri Balaã de cuius progenie fuerunt iſti reges Magi, vel fortè fuerunt de habitatoribus terræ illius, qui crediderũt uerbis Balaam, & obſeruauerunt ortum iſtius ſtellę ſemper. Cùm verò orta eſt, illico parauerunt ſe ad veniendum ad Chriſtum. Et tunc non oportebat, quòd apparente ſtella fieret eis aliqua reuelatio per angelum, vel Spiritum ſanctum: quia per doctrinam Balaam erant ſufficienter inſtructi.

Quare iſti reges voluerunt adorare Chriſtum. Quæſt. XX.

QVAERITVR, quare iſti reges uoluerunt adorare Chriſtum. Dicendum, ꝙ ex eo ꝙ cognouerunt eum eſſe verum Deum, cui aſtra quoque ſeruirent. Nam à ſeculis nunquã viſum fuerat, quòd in natiuitate alicuius hominis aſtrum aliquod ſic appareret ad dirigendum hoĩes in ipſum natum. Secundò hoc habuerunt ex doctrina Balaam. Nam ipſe prædixerat oẽs homines ſubdẽdos huic regi Meſſiæ. Ideo, ꝙ ipſi ſponte ſe ei ſubijcerent, & illum adorarent, vt præcedenti qõne declaratum eſt. Tertiò, quia videbatur neceſſitas quædam iſtis regibus imponi à Deo ad hoc faciendum, cũ ſtella appareret ſolùm ad hoc, vt conduceret eos in locum natiuitatis, & ipſis conſtabat hoc, quia aliàs non incepiſſent progredi de terra ſua niſi putaſſent, ꝙ illa ſtella directura eſſet eos vſque illuc. Quartò, quia reges iſti tendebant per hoc conſequi ſalutem animarum ſuarum adorando illum, qui erat verus Deus, & pro ſalute hominum venerat, & non erat ſicut cæteri reges. Sic enim ait Auguſtinus in quodã ſermone Epiphaniæ. ſ. cũ multi reges Iudæorum nati fuiſſent atq; defuncti nullũ eorum Magi adorandũ q̃ſierunt. Nõ itaque regi Iudęorum quales illic eſſe ſolebant, hunc tã magnum honorem longinqui alienigenæ ab eodem regno prorſus extranei à ſe deberi arbitrati ſunt, ſed talem eſſe natum crediderunt, in quo adorando ſe ſalutem, quæ ſecundùm Deum eſt, conſecuturos minimè dubitarent.

Quomodo iſti reges auſi ſunt venire ad adorandum aliquem regem in Iudęa viuente Herode. Quęſt. XXI.

QVAERITVR, quomodo iſti Magi auſi ſunt venire ad adorandum aliquem regem in Iudæa viuente Herode, in cuius pręiudicium hoc fieri uidebatur, & etiam ipſe de hoc ualde turbatus eſt, ſicut dicitur in litera, quòd audiens Herodes turbatus eſt. Quidam dicunt, quòd putauerunt Magi iſtum, qui natus eſt, eſſe filium Herodis: quia Herodes erat rex Iudęorum, ſicut dixerunt Magi. ſ. vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum. Et ſic veriſimile erat, quòd eſſet filius Herodis regis. Et tunc Herodes gauderet, quòd filius ſuus adoraretur à regibus. Sed dicendum, ꝙ nõ ſtat: quia iſte rex quem uolebãt adorare Magi, erat de ſtirpe Iudæorum. Et hoc ipſi ſciebant, quia prædixerat eis Balaam: orietur ſtella ex Iacob, & uirga conſurget ex Iſrael. & etiam dicitur ibi, ꝙ de Iacob erit qui dominabitur. Herodes tamen non erat de Iudæis, ſed de ſtirpe Idumæorum, iõ non

A putarent, ꝙ iſte rex, quem adoraturi erant, eſſet filius Herodis. Forte aliquis dicet, ꝙ iſti reges putauerunt Herodem eſſe de ſtirpe Iudæorum, & iſtum regem poſſe eſſe de ſtirpe eius. Sed non ſtat, quia iſti tres reges non erant multum diſtantes à terra Chanaan, vt declaratum eſt ſupra, ideo non erat veriſimile, quòd ignorarent ſtirpem Herodis ſaltem in generali. Quia cùm reges ſint viri clariſſimi, & apud plurimos cogniti, etiam apud extraneas nationes progenies eorum cognoſcuntur: maximè, quia etiam ſi iſti reges neſciuiſſent progeniem Herodis, antequam intrarent in Iudæam, ſcirent illam poſtquam intrarent: quia erant viri prudentes, & de ſingulis, quæ pertinebant ad eorũ actus diligenter inquirerent: potiſſimè cùm circa hoc

B poſſet magnum periculum verſari ignorata progenie Herodis. Ideo non ignorarent illam. Aliqui dicunt, ꝙ Magi ſciebant iſtum naſciturum non eſſe filium Herodis, ſed quòd putauerunt eum eſſe alicuius amici Herodis filium, & ſic non doleret Herodes de hoc. Dicendum, ꝙ non ſtat, quia immo ex hoc valde doleret. ſ. ꝙ periret regnũ eius, & non regnaret aliquis de eius progenie, ſed de extraneis. Nihil. n. eſt, ꝙ hominẽ ad maiora impellat mala, quàm deſiderium conſeruandi honorem magnum, quem ſemel conſecutus eſt. Vnde ob hoc non ſolùm amicis, ſed etiam fratribus, & patri nulla fides, nullum fędus, nullus amor ſeruatur. Sic ait Lucanus lib. 1. ſcilicet.

Nulla fides regni ſocijs, omniſque poteſtas
C *Impatiens conſortis erit, nec longe fatorum.*
Exempla petantur:
Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

Ideſt, Romulus occidit fratrem ſuum Remum ſuper nouos muros urbis, vt ſolus regnaret. A fortiori Herodes quoſlibet amicos ſuos occideret, de quibus putaret, ꝙ regnare poſſent, aut cuperẽt. Nam & filios ſuos ꝑ hoc occidebat, vt ait Ioſephus, & infra dicẽt. Patuit ẽt hoc: quia, qñ Herodes audiuit iſtum regem natum conatus eſt occidere eũ. Dicendũ igit, ꝙ iſti reges non putauerunt Herodem gauiſurum ex hoc, ſed ꝙ moleſtè ferret, & tñ auſi ſunt venire in Iudęã, quia fortè putauerunt, ꝙ non occurreret eis ire ad Herodẽ ad hoc, ꝙ irent ad adorandum Chriſtum, & ſic non eſſet cã

D timendi. Adhuc tñ melius dr̃, ꝙ iſti reges non timuerunt Herodẽ, nec queq̃ hominum, ẽt ſi putarent multos hoc grauandos, & moleſtè paſſuros: quia ſciebant, ꝙ iſte, ad quẽ adorandum ibant, erat Deus, & defenderet eos ab omnibus. Etiam videbant ſe dirigi miraculosè cũ ſtella eos regeret, iõ credebant, ꝙ nemo poterat eis nocere, quia Deus iuuabat eos. Et ſi Deus ꝓ nobis, quis contra nos? ad Rom. 8. Et ſi Dominus protector uitæ meæ, à quo trepidabo? Pſal. 26. Et ſi dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi hõ. Pſal. 117. Et ſic factum eſt: quia qñ iſti reges fuerunt in periculo adorato Chriſto, angelus Domini apparuit eis in ſomniis dicens, ꝙ per aliam viam reuerterentur in regionem ſuam, & non redirent ad Hero-

E dem, quia occiderentur, niſi dicerẽt ubi erat puer. Vñ per iſtos Magos ſignificabatur conſtantia Gentilium poſtea confitentiũ Chriſtum uſque ad mortẽ, ſic dicit Chryſoſt. ſuper Matthæũ. ſ. ꝙ dum conſiderabant regẽ futurũ, non timebant regẽ præſentem. Et adhuc non viderant Chriſtũ, & iam parati erãt pro eo mori.

An Magi conuenienter ſe habuerint volentes Chriſtum adorare. Quęſt. XXII.

QVAERITVR, an iſti Magi conuenienter ſe habuerint uolendo Chriſtum adorare, ſcilicet, an conſiderauerint, an eſſet hoc iuſtũ, & quõ deberet fieri. Quidam dicunt, ꝙ non ſe ha-

se habuerunt conuenienter, quia reuerentia non debetur alicui regi nisi a suis subditis. Cùm ergo Magi per stellam cognouerunt natum esse regem Iudęorũ, non conueniebat eis ire ad adorandum eum, quia nõ
2. Ratio in opp. erant de regno Iudęorum. Item stultum est viuente rege alicuius regni annunciare alium regem eiusdem regni, & venire ad adorandum ipsum: in Iudæa tamen regnabat Herodes, & hoc constabat ipsis Magis: ideo stultè faciebant, maximè præsente Herode annũciare de rege Iudæorum, qui natus esset. Item, quia reuerentia adorationis, & oblatio munerum non debetur nisi regibus iam regnantibus; Magi tamen non inuenerunt Christum regnantem, sed in diuersorio in paupertate iacentem: ideo non debuerunt eum adorare, nec offerre munera. Dicendum ꝙ Magi ex causis iustissimis moti sunt ad veniendum ad Christum, & ad adorandum eum, vt declaratum est supra, in duabus quæstionibus: & fuit conueniens istos Magos uenire. Quia, ut ait Augusti. Magi sunt primitię Gentium in Christum credẽtium, in quibus apparuit sicut in quodam præsagio fides in deuotione Gentium, quæ est sine errore per inspirationem Spiritus sancti. Et ita credendum est Magos a Spiritu sancto inspiratos Christo reuerentiam exhibuisse. De cærimoniis autem munerum, & de omnibus quæ præcesserunt istam adorationem, etiam dicendum est, quòd sapienter facta sũt. Quia sicut Spiritus sanctus mouit eos principaliter ad Christum adorandum: ita, & instruxit eos in modo adorãdi, & in omnibus accessoriis. Quia ea, quæ a Deo sunt perfecta sunt: & nihil est in eis repræhensibile. Deuteronomii 32. scilicet. Dei perfecta sunt opera. Iste autem aduentus Magorum fuit totus per diuinam operationem: cùm stella diuinitus eos semper in via direxerit. Et tamen grauius est errare in uia morum, quã in via pedum. Et Deus direxit eos semper in via pedũ per stellam, ne errarent: ergo a fortiori dirigeret in via morum ne deficerent in aliquo, quod pertinebat ad istam adorationem. Ad primùm dicendum, quòd isti Magi cognoscebant se esse subditos isti regi Iudæorũ, ad quem adorandum ibant: non inquantũ erat rex Iudæorum, sed inquantum erat verus Deus, & redemptor mundi. Ideo nullos alios reges Iudæorum ante hunc natos adorauerunt: quia erant solùm reges Iudæorum nihil ultra habentes, sicut ait Augustinus in quodam sermone Epiphaniæ, scilicet, quòd multi reges Iudæorum nati fuissent ac defuncti: nullum eorũ Magi adorandum quæsierunt. Non itaque regi Iudęorum, quales illi esse solebant, hunc magnum honorẽ longinqui alienigenæ ab eodem regno prorsus extranei a se deberi arbitrabantur: sed talem natum didicerunt esse, in quo adorando se salutem, quæ secundùm Deum est, consecuturos minimè dubitarent. Ad secundùm dicendum, quòd stultum fuisset regnante alio quo rege annunciare alium regem, si ille eodem modo regnaturus esset, & viuens. Iste autem quem annũciauerunt Magi non erat regnaturus, sicut mortales, sed spiritualiter in salutem animarum nostrarum, vt faceret nos Deo nostro regnum, & sacerdotes per sanguinem suum. Apocaly. 5. Talis autem rex poterat annunciari quocumque alio humanitus regnante. Est autem verum, quòd isti reges exponebant se periculo propter Herodem annunciando talem regem: & tamen non timuerunt, vt declaratum est supra in quadam quæstione. Ad tertium dicendum, quòd Magi obtulerunt munera Christo regnanti, non quidem humanitus, sed diuinitus. Nam ipse dixit. Regnum meũ non est de hoc mundo. Ioan. 18. ideſt. Non erat ipse regnaturus ſm modum regum temporalium in illo apparatu, & honore. Paupertas autem, in qua tunc erat nihil diminuebat de regno eis: immo erat propria

F conditio regni sui. Zacha. 9. & infra 21. scilicet. Ecce rex tuus venit tibi pauper, & mansuetus sedens super asinam. Ideo Magi a Deo instructi maiorem honorem illi Puero iacenti in paupere diuersorio exhibendum putauerunt, quàm omnibus regibus, & principibus sæculi: sic ait Chrysostomus super Matt. scilicet. Si Magi regem terrenum quærentes inuenissent, confusi fuissent: quia tanti itineris laborem sine causa susciepissent. Vnde nec adorassent, nec munera obtulissent. Nunc autem, quia cœlestem regem quærebant: & si nihil regalis excellentiæ in eo uiderent; tamen solius stellæ testimonio contenti adorauerunt. Vident enim hominem, & cognoscunt Deum, & offerunt munera Christi dignitati conuenientia, de quaG bus infra dicetur.

Audiens autem Herodes rex, turbatus est; & omnis Ierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum, & scribas populi; sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei; In Bethlehem Iudæ. Sic enim scriptum est per prophetam; Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus H Iudà; ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.

Audiens autem. Hic ponitur inquisitio Christi ab Herode, quæ fuit ex malignatione. Et primò ponitur eius inquisitio quam fecit a Iudæis, secundò inquisitio quam fecit a Magis, ibi. *tunc Herodes*. Circa primum dicitur. *tunc Herodes turbatus est*, scilicet, quando audiuit, quòd Magi quærebant regem Iudæorum, quem iam natum asserebant. Fuit turbatio, quia auditum ex insperato, quod non putabat se auditurum, & inducebat ei causam timendi. *& omnis Hierosolyma cum illo*. Ideſt, tota ciuitas, quia hoc non solùm auditum I est ab Herode, sed etiam ab omnibus habitantibus in Ierusalem: quia ista erat res cœlebris, quæ latere non poterat, scilicet. quòd uenirent tres reges extranei in Ierusalem. Quomodo autem turbati sunt Iudæi, & eur infra dicetur. *Et congregans omnes principes sacerdotum*. Isti vocantur summi sacerdotes communiter per Mar. 14. qui per Matthæum, & Lucam uocantur principes sacerdotum, & erant præcipui inter sacerdotes, quos uocauit, ut sciret ab eis de loco natiuitatis Christi. Isti omnes principes sacerdotum erant in Ierusalem, & potuit eos faciliter congregare Herodes. Nam Magi pauco tempore manserunt in Ierusalem, cùm in tredecim diebus venerint de terra sua vsque Bethlehem, vbi erat Christus, vt supra probatum est. *Et scribas populi*, ideſt, sapientes, qui erK rant in toto populo. Sæpe Euangelistæ vtuntur hoc nomine iuxta modum loquendi Hebraicum, quia Hebræi vocant scribas ipsos sapientes. Sic vocatur Esdras scriba velocissimus in lege Dei, ideſt magnus sapiens. Sic enim vocauit eum rex Persarum 1. Esdre. 7. Sic etiam accipit Apostolus 1. Cor. 1. scilicet. Vbi Sapiẽs, vbi Scriba, vbi cõquisitor huius sæculi? Et totum accipitur pro sapiente. Dicitur, & scribas populi, ad differentiam sacerdotum: quia isti sapientes non erant de sacerdotibus, sed de popularibus. Et dicitur hoc notanter, quia sacerdotes tenebantur esse sapientes circa ea, quæ pertinent ad legem: & ipsi debebant diffinire de om-

de omnibus dubiis, quæ acciderant secundũ legẽ: sic A patet Aggæi. 2. vbi Deus posuit unũ dubiũ. s. de veste cõtingẽte carnẽ sanctificatã, qd fieri deberet, & dẽ interroga sacerdotes legum, ideſt, interroga eos, vt respondeant tibi de hoc dubio. Et Malachiæ. 2. Deus iussit sacerdotes habere plenam scientiam legis dicens: labia sacerdotis custodient scientiam, & legem exquirent de ore eius: quoniam angelus Domini exercituũ est. Vnde si sacerdos non haberet sapientiam circa legem, repelleretur de sacerdotio. Oseæ. 4. scilicet. Quia tu scięntiã repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Et non solùm sacerdos tenetur habere scientiã, sed etiam si ignorauerit imputabitur ei tota ignorantia populi. Oseæ. 4. scilicet. Conticuit populus meus, B eo quòd non habuit scientiam. Et sequitur: quia tu scientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris. Et sic quanquam Deus dixit populum ignorantẽ, non imposuit ei culpam, nec comminatus est penam, sacerdoti comminatus est dicens, quia tu repulisti &c. quasi dicat, populus ideo non habuit scientiam, quia tu non habuisti, & quia non habuisti, repellam te de sacerdotio. Nam pertinet ad sacerdotes annunciare plebi necessaria ad salutem: quia si tacuerint, imputantur eis omnes animæ pereuntes: quia Deus posuit eos speculatores domui Israel. Ezechiæ. 3. & 33. Et ob hoc præsupponebatur, quòd sacerdotes erant sapientes, ideo vocati sunt isti scribæ populi, ideſt, sapientes de populo, quia præter sacerdotes erant multi laici, C qui vacabant sapientiæ legis, & etiam ab istis scire poterat Herodes quod quærebat: & specialiter in quibusdam tribubus erant homines, qui magis dediti erant sapientiæ legis, & omni doctrinæ, ficut fuerat aliquando in tribu Issachar. vt patet primo Paralipom. 12. scilicet. De filiis quoque Issachar viri eruditi, qui nouerant singula tempora ad præcipiendum quid facere deberent Israel principes ducenti. Ita nuncjesset tempore Herodis. Istos scribas sæpe nominant Euangelistæ, contra quos Christus plurima loquebatur, sicut contra pharisæos, qui etiam erant de seculatibus, de quo magis postea dicetur. *Sisćitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur*. Ideſt, interrogabat de loco natiuitatis Messiæ. Nam putabat Herodes, quòd lex, vel D prophetæ declarassent ubi Messias nasci deberet. Et hoc poterant scire sapientes, ideo ab eis quæsiuit. Accipitur Christus pro Messia, & specialiter pro persona Iesu: quia Herodes nesciebat talem hominem natum esse, nec sciuit vsque ad tempora multa, ut aliqui uolunt. Nam si sciuisset illum natum esse, & credidisset illum aliquid esse, persequeretur eum determinatè ad mortem, & tamen non persecutus est, cùm iusserit occidi infantes in Bethlehẽ, quia nesciebat quis esset ille, quem persequi desiderabat. Et tamen, vt verius loquamur, nunquam iste Herodes sciuit determinatè de natiuitate Iesu. Nam priusquam ipse iubere occidi infantes, fugit Ioseph in Aegyptum cum matre, & puero, infra in litera, & mansit ibi vsque post E mortem Herodis. ut patet ibidem. Si autem Herodes audiuisset illum natum esse, etiam si nesciuisset illum esse Messiam, dum tamen sciret eum esse de natiuitate in Bethlehem, & fugisse in Aegyptum, propter hoc persequeretur eum ad mortem, & mitteret in Aegyptum, vt ibi eum occideret. Et tamen nec misit, nec persequutus est, ideo nunquã sciuit de natiuitate eius. Nec est putandum, quòd omisisset eum persequi postquam recessisset in Aegyptum, quasi non posset persequi eum in Aegyptum. Nam ibi faciebat eum persequi, vel reducere inde ad occidendum, sicut fuit Vrias propheta, qui prophetauit contra Ierusalem in diebus Ioacim, & audiens, quòd uellet eum occidere rex, fugit in Aegyptum. Et inde fecit eum reduci Ioacim, & occidit illum in Ierusalem Ierem. 26. Non ergo cognitum est, quòd mater Iesu fugisset in Aegyptum, quia ibi persecutus fuisset eam Herodes. Nunquam ergo Herodes audiuit Iesum natum, sed accipitur Christus pro Messia. Et de hoc audiuerat Herodes, quòd venturus esset: quia ita omnes Iudęi expectabãt, ideo Messiam vocauit Christum, & non ipsum Iesum. Verum est autem, quòd Iesus erat Messias, ideo vocatur Christus. Ioan. primo. Herodes tamen nesciebat, an ipse vel aliquis alius esset Messias. Vnde quandocunque Christus ponitur in Euangelio, semper accipitur pro Messia, & non ꝑ persona Iesu, vt erat quidam homo: & sic Iudæi dicebant Christum esse venturum, & tamen dicebant, ꝙ Iesus non erat Christus. quia erat de Galilæa. Ioan. 7. *At illi dixerunt ei, in Bethlehem Iudæ*. Ista est responsio sacerdotum, & scribarum. Et dicitur in Bethlehem Iudæ: quia erat duplex Bethlehem, vna in sorte Iuda, & alia in tribu Zabulon, vt probatum est supra in principio cap. *Sic enim est scriptum per prophetam*. Ideſt, per Michæam. 5. cap. Nos quando dicimus prophetam absolutè, consueuimus accipere pro Dauid, quasi per excellentiam, aliorum autem nomina exprimimus: Matthæus tamen non curat exprimere nomina, sed quemlibet vocat prophetam absolutè. Sic patet præcedenti capitulo, scilicet, quod dictum est per prophetã, scilicet. Ecce Virgo. Et ille fuit. Isaias: & infra in litera dicitur. vt impleretur quod dictum est per prophetam, scilicet, ex Aegypto vocaui. & ille est Oseæ. Et infra 21. dicitur: quod dictum est per prophetam, scilicet. Dicite filiæ Sion. Ecce rex tuus. Et ille fuit Zacha. Aliquando autem exprimit nomina prophetarum. vt infra in litera exprimit Ieremiam, scilicet, quod dictum est per Ieremiam. Vox in Rama audita est, & aliquando exprimit Isai. sequenti cap. & infra. *Et tu Bethlehem terra Iuda*. Ista est litera prophetię, & loquitur Deus ad Bethlehem fingendo nomen personæ, sicut homo sæpe loquitur ad lapides, & res inanimatas, vt patet 3. Regum 13. de viro Dei, qui exclamauit ex parte Dei contra altare dicens: Altare, altare, hoc dicit Dominus: Ecce filius nascetur domui Dauid nomine Iosias, & immolabit super te sacerdotes. Et dicitur terra Iuda, ideſt, de sorte tribus Iuda ad differentiam alterius Bethlehem, quæ erat de tribu Zabulon. Iosue 19. *Nequaquam minima es in principibus Iuda*. Ideſt, quamuis sis parua murorum ambitu, & paucitate plebis in principibus Iuda, ideſt, inter ciuitates, quæ sunt principes, ideſt, principales in tribu Iuda. *Ex te enim exiet dux*. Ideſt, Messias: quia ita ponitur in Chaldæo in libro Michææ. Quasi dicat, propter Messiam, qui nascetur in te tu es maior dignitate alijs ciuitatibus magnis de tribu Iuda. *Qui regat populum meum Israel*. Messias regere deberet, quia rex futurus erat, & regeret melius, & iustius quàm cæteri reges, sic dicitur Iere. 23. scilicet. Suscitabo Dauid germen iustum. & regnauit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiã in terra. Regimen autẽ Messiæ laudat valde Isai. 11. c. quia iudicaret speciali modo, quàm cæteri, scilicet. Non secundùm visionem oculorum iudicabit. nec secundùm auditum aurium audiet, sed iudicabit in iustitia pauperes. De regno autem Messiæ dicetur fortè infra vigesimoprimo. vel Ioan. 18.

Quare Matthæus mutauit uerba prophetiæ hic allegatæ.
Quæst. XXIII.

QVAERITVR circa istam prophetiã, quare Matthæus mutauit hic uerba. Nam non habetur sic in Michæa: quia Michææ. 5. dicitur. Et tu Bethlehem Ephrata paruulus es

in millibus Iudæ: ex te.n. mihi egredietur, qui sit domi
nator in Israel. Dicunt quidam ꝙ Matthæus scripsit
sicut habebatur in Michæa, & tñ hēmus nos aliam
translationē, iō est q̄dā dria in verbis, licèt non in sñia.
Sed dicendum est, ꝙ non stat. Nā verum est, ꝙ B. Mat
theus sequebaī veritatē Michææ sm literā hebraicā,
quia nulla tunc alia erat translatio, maximè quia in
ter Iudæos nunquam fuit nisi unus modus literę, cùm
inter eos nunquam fuerit facta aliqua translatio, sed
manserunt verba, sicut scripta sunt ab ipsis primis au
ctoribus, vel ab Esdra, qui postea propheticè omnia
transtulit. Nos tamen habemus nunc translationem
secundum literam hebraicam, ideo si Matthæus scri
psisset, sicut habebatur in Hebræo, concordasset lite
ra nostra cū sua. Et patet hoc magis: quia si vellimus
inquirere libros Hebræorum, eadem verba habent ip
si in illa auctoritate Michææ, quæ nos habemus. Ideo
necesse est dici, ꝙ Matthæus non scripsit sicut habeba
tur in Michęa, & hoc verum est. Causa autem potest
esse duplex: vna est, quia quādo Matthæus, & alij Euā
gelistæ allegant dicta prophetarū, quasi nunquā obser
uant uerba eorum omnino, sed solùm sententiam.
Patet infra in litera, cùm dicitur: vt impleretur, quod
dictum est per Ieremiam prophetam dicentem: Vox
in Rama audita est ploratus, & ululatus multus, Ra
chel plorans filios suos. Et tamen Ierem. 21. dicitur.
Vox in excelso audita est lamentationis, fletus, & lu
ctus. Et ita est de omnibus aliis, quæ allegantur hic:
quia nulla earum tenet omnino eadem uerba, quæ
habentur in libris prophetarum, ut patet exquirenti
singula. Alia causa potuit esse, scilicet, ꝙ Matthæus
noluit hic allegare verba Michęæ, sicut ipse dixit, sed
sicut isti sacerdotes, & scribæ dixerunt Herodi. Nam
uoluerunt isti sapientes dare certum, & clarum respō
sum Herodi. Et quia si ipsi posuissent uerba, quæ Mi
chæas dixit, Herodes non intellexisset, dixerunt eandē
sententiam per alia uerba. Nam Herodes, cùm esset
uir nobilis, & semper deditus principatui, nunquam
uacauerat studio legis, & sic non intelligeret uerba
prophetarum. Hoc tenet Nicolaus. Mutationes autē
aliquæ factæ sunt, vt patet concordanti, & conferenti
utramque auctoritatem. Nam Matthæus dixit hic se
cundùm scribas. Et tu Bethlehem terra Iuda, in Mi
chæa autem dicitur, & tu Bethlehem Ephrata. Itē lo
cus est diuerso nomine uocatꝰ. Dicit enim Nicolaus,
ꝙ ista ciuitas uocata fuit antiquitus Ephrata ab vxore
Caleph noīe Ephrata, sed postea facta est ibi fames
magna tempore Helimelech, & Noemi uxoris suæ,
propter q̄ famē iuerunt ad peregrinandum in terram
Moab. Ruth primo. Transeunte autem fame facta est
maxima abundantia in eadem ciuitate Ephrata, &
tunc mutato nomine uocata est ciuitas Bethlehem,
idest, domus panis propter abundantiam euentuum.
Hoc tamen non stat, quia ista ciuitas uocabatur Beth
lehem etiam ante famem illam. Nam tempore Moy
si uocabatur Bethlehem, & Ephrata. Gen. 48. Ideo di
cendum, ꝙ ista ciuitas à principio habuit duo nomi
na. s. Bethlehem, & Ephrata. Et tunc apud antiquos
fuit magis vsitatum istud nomen Ephrata, apud poste
ros autem istud nomē Bethlehem, & ideo unum no
tificatur per alterum. Nam quando uocabatur princi
paliter Ephrata adiungebatur ei istud nomen Bethle
hem, quasi ad notificationem. Gen. 48. s. Et ingredie
bar Ephratam, & sepeliui eam iuxta viam Ephrata,
quæ alio nomine Bethlehem appellatur. Cùm verò
vocatur Bethlehem principaliter adiungitur ei Ephra
ta ad notificationem. Sic accipitur Michææ. 5. scilicet.
Et tu Bethlehem Ephrata, & tamen istud nomen E
phrata etiam mansit post illam famem, de qua loqui
tur Nicolaus: quia Dauid vocauit eam Ephratam.

F Psalm. 131. scilicet. Audiuimus eum in Ephrata, in
uenimus eum in campis syluæ: idest, audiuimus eum
in Bethlehem. Quod autem ista duo nomina sibi si
mul competerent colligitur Gen. 48. scilicet, & sepe
liui eam iuxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appel
latur Bethlehem. De quo magis declaratum est eo. c
& Ruth primo. Dixit autem Michæas Bethlehem
Ephrata ad differentiam alterius Bethlehem, quæ e
rat in tribu Zabulon, quia sicut notificatur, quæ Beth
lehem sit dicendo in Bethlehem Iudæ, ita notificatur
G dicendo Bethlehem Ephrata: nam eadem est: uolue
runt autem sacerdotes potius dicere Bethlehem terra
Iuda, quàm Bethlehem Ephrata, eo quòd istud no
men Ephrata non erat ita vsitatum tempore Hero
dis, sicut istud nomen Bethlehem. Per hoc autem, ꝙ
dicerent Bethlehem terra Iuda constaret Herodi, de
qua Bethlehem loquebantur. In auctoritate Michæ
dicitur. Paruulus es in millibus Iuda. Matthæus dixit.
Nequaquam minima es in principibus Iuda. Et vide
tur esse contrarietas, & tamen non, quia Matthæus di
xit, nequaquam minima es. i. verè non es minima,
Quia licèt in murorum ambitu, & populi numero sis
parua, tamen non es parua in dignitate propter Mes
siam, qui nascetur in te. Michæas dixit paruulus es. i.
H paruus locus, scilicet tu Bethlehem paruus locus es,
& subintelligitur, sed non eris paruus in dignitate, qa
ex te egredietur mihi, qui sit dominator in Israel.
Messias. Nam si nihil subintelligeretur non esset ad
positū, cùm dicitur, paruulus es, ad ea, quæ sequun
tur, scilicet, ex te mihi egredietur, &c. ideo oportet
subintelligi sicut diximus. Vel potest intelligi paruu
lus es, idest, licèt paruulus sis, non obstabit quin ex te
egrediatur mihi dominator in Israel. Et tunc idē est,
quod dicere, paruulus es loco, sed es magnus dignita
te, scilicet. Quia ex te egredietur &c. Et hoc intelligi
Matthęus, scilicet, nequaquam minima es, idest, non
es minima in dignitate, licèt sis minima loco. Cùm
autē dicit Micheas, in millibus Iuda, & Matthæus, in
principibus Iuda, idē est: quia Matthæus dixit in prin
cipibus Iuda, idest, inter ciuitates principales terræ Iu
da. Michæas dixit in millibus Iuda, idest, in multitudi
nibus tribus Iudæ. Quasi dicat, inter ciuitates tribus Iu
I dæ, in quibus sunt multitudines eius, scilicet, populo
rum est minima Bethlehem. Sic accipitur Deutero
nomij. 33. scilicet. Hæ sunt multitudines Ephraim, &
hæc millia Manasse, idest, multitudines Manasse. Mi
cheas dixit. Ex te mihi egredietur, qui sit dominator
in Israel. Matthæus dixit, ex te enim exiet dux, qui re
gat populum meum Israel. Et idem sunt: quia domi
nator in Israel, uel dux, qui regat populum Israel, idē
sunt. Vtraque istarum causarum est satis rationabilis,
verisimilius tamen videtur, quòd Matthæus ista ver
ba mutauerit à seipso, quàm secutus mutationem,
quam fecerunt sapientes respondentes Herodi: cùm
de illa nobis non constet, licèt sit satis verisimilis, &
constet, quòd tam Matthæus, quàm alij Euangelistæ
quasi nunquam ponant verba prophetarum ad lite
ram, quando illa allegant, vt patet discurrenti per om
K nia allegata ab eis.

Tunc Herodes clam vocatis Magis, dili
genter didicit ab eis tempus stellæ, quæ ap
paruit eis: & mittens illos in Bethlehem, di
xit: ite, & interrogate diligenter de puero,
& cùm inueneritis, renunciate mihi, ut &
ego veniens adorem eum.

Tunc Herodes. Hic ponitur inquisitio Herodis facta
a Magis. Nam postquam se informauit per sapientes
Iudæo-

Iudæorum de loco natiuitatis Christi: voluit se infor
mare per Magos de tempore natiuitatis. Et dicitur.
Tunc Herodes clam vocatis Magis. Scilicet, postquam sa
pientes Iudæorum responderunt sibi, quòd in Bethle
hem Iudæ nasceretur Christus, vocauit Magos clam,
idest, occultè, vt secretè haberet cum eis consilium. Et
sic patet, quòd in isto consilio, vel conquisitione non
fuerunt sapientes Iudæorum. Etiam, quòd quando
Herodes certificatus est per sapientes Iudæorum de
loco natiuitatis Christi, non erant præsentes Magi: sed
postea vocati sunt. *Diligenter didicit ab eis tempus stellæ*,
idest, informauit se ab eis de tempore, quo apparuerat
stella, scilicet, quantum tempus erat, quo apparere ce
perat. Et hoc diligenter voluit scire, quia multum de
factis suis pendebat ex hac cognitione: vt ipse putabat. B
vt infra dicetur. *Quæ apparuit eis*. idest, quæ apparuerat
eis in oriente in terra sua, quando primò ceperūt profi
sci, & præcesserat eos semper vsq; in Ierusalem, vbi
se occultauerat. *Et mittens illos in Bethlehem*. In hoc re
spondet Herodes quæstioni Magorum. Nam intran
tes in Ierusalem dixerant, vbi est, qui natus est rex Iu
dæorum? Et licèt ipsi putarent ibi eum esse natum, vt
supra declaratum est in quadam quæstione, & in lite
ra: tamen comperto ab Herode per sapientes Iudæo
rum quòd non nasceretur ibi Christus, sed in Bethle
hem, misit Magos in Bethlehem quasi certificās eos,
quòd ibi inuenirent natum, quem quærebant, vel fal
tem, quòd ibi erat locus natiuitatis suæ, dixit. *ite, & in
terrogate diligenter de puero*. Idest, inquiritè diligenter C
de puero, quis sit, & cuius dispositionis, & ætatis: & nō
fallamini circa illum. Et dixit diligenter: quasi dicat:
Iste puer est tanti honoris, quòd circa illum non se de
ber habere homo negligenter. Herodes tamen vole
bat, quòd illum cognoscerent diligenter, vt per hoc
ipse diligenter, & certissimè eum cognosceret, vt non
erraret occidendo alios pro eo, & quòd ipse euaderet.
Et dixit. *Dē puero*. Quia secundùm quòd didicerat
Herodes à Magis paucum tempus transierat ab ortu
stellæ signantis Christi natiuitatem, & sic apparebat
ipsum esse puerum. *Et cum inueneritis renunciate mihi*.
idest, mittite mihi ad dicendū, vel venite vos, & dicite
mihi, postquam diligenter quærentes inueneritis illū.
Vt & ego veniens adorem illum. Nō intendebat hoc He- D
rodes, sed solùm interficere puerum. Vt tamen Magi
non recusarent ei annunciare de puero inuento: dixit,
ꝙ etiam ipse volebat ire ad adorandum eum.

Quare Hero. audiens regem Iudæorum natum turbatus est.
Quæst. XXIIII.

Propterea quod Herodes turbatꝰ est.

QVAERITVR, quare Hero. audiens regem
Iudæorum natum esse, turbatus est. Dicendū,
quòd propter multa. Primò, quia timebat per
dere regnum propter eum, quia ipse erat
alienigena: & iste nunc natus significabatur esse de
stirpe Iudæorum, & Iudæi fauentes illi opponerent se
contra Herodem, & de regno expellerent. Secundò E
turbatus est propter magnam excellentiam istius re
gis, qui natus esse annunciabatur. Nam non poterat
esse nisi aliquod valde magnum, in quo tanta signa
apparerent, scilicet, quòd natiuitas eius cognosceretur
à regibus extraneis, & longinquarum nationum, & ꝙ
venirent ad adorandum eum, & quòd stella præcede
ret eos in via. Hæc enim diuina erant, & maiora susp
cari posset Herodes verisimiliter accidere circa illum
regem natum, cùm esset in maiori ætate, & sic ei resi
stere fortè se non posse putabat. Tertiò turbabatur
propter potentiam eius temporalem. Nam isti reges
tres, qui nunc mox natum adoraturi venerant, verisi
mile erat, quòd pro eo se exponerent ad mortem. Et

A sicut venerant isti tres poterat Herodes verisimiliter
putare, quòd etiam alij venirent, & omnes hi essent in
auxilium illius regis nati contra Herodem, & contra
quemcunque impugnatorem: cùm illum tanquam
dominum recognoscerent venientes ad adorandum.
Erat ergo magna causa timoris, & turbationis Hero
di. Quartò, quia etiam si nihil horum existeret sola
annunciatio alterius regis turbaret Herodem. Quia
nulli sunt, qui magis, & facilius turbentur, quàm qui
magnos gerunt magistratus, & tenent alta dominia:
potissimè quādo iniustè possident sicut Herodes erat
sibi conscius, cùm violenter inuasisset regnum Hyrca
ni ipse & pater eius antipater: ut ait Iosephus. 14. An
tiquitatum, & ipse occultè, & fraudulenter occidisset
B adolescentem filium Hyrcani iam summum sacerdo
tem: qui pro patre regnaturus erat: ideo mox vt quæ
dam de regno audiret turbaretur cōscius sibi suorum
scelerum. Et ait Chryso. Ramum arboris in excelsum
positum leuis etiam aura, & sic & sublimes homines
in culmine dignitatum existentes leuis etiam aure fa
ma conturbat. Quintò, quia timebat Herodes perī
culum à Romanis, si aliquis intra Iudæos rex uo
caretur, quem Octauianus non constituisset. Sic
enim Romani ordinauerant, ut nullus rex, uel Deus
sine eorum licentia diceretur. Et si Herodes per
mitteret aliquem regem uocari, uel non impediret,
culparetur à Romanis. Sic enim fuit de Iudæis
quando habuerunt consilium de morte Christi di
centes, ꝙ homo ille multa signa faciebat, & si dimit
terent eum, totus mundus sequeretur illum, & venien
tes Romani tollerent locum eorum, & gētem. Io 11.
Sextò turbatus est Herodes, ut per hoc manifestetur
Chri dignitas, & appareret dignitas eius cœlestis: sicut
ait Greg. in Homilia: Cœli rege nato rex terræ turba
tus est: quia nimirum terrena altitudo confunditur,
cùm celsitudo cœlestis aperitur. Septimò, quia hoc
congruebat ad significandum Christi iudiciariam po
testatem, de qua Herodes tanquam terrenus timebat.
Sic ait Aug. in quodam sermone Epiphaniæ, scilicet.
Quid erit tribunal iudicantis, quando superbos reges
cuna terrebat infantis? Octauò congruebat ista turba
tio ad significandum deiectionem Diaboli, qui per
Christum deiectus est: sicut ipse dixit. Nunc iudicium
est mundi, & princeps mundi huius eijcietur foras. Io.
12. Et ligatus est Satanas per Christum, ut dicitur A
pocaly. 2. Et apprehendit draconem serpentem anti
quum, qui est diabolus, & Satanas, & ligauit per an
nos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & signa
uit super eum. In ista autem turbatione Herodis si
gnabatur turbatio diaboli, qui in membris suis turba
tur, sicut erat Herodes. Sic ait Leo Papa in sermone
Epiphaniæ, scilicet. Non tantum Herodes in seipso
turbatur, quantum diabolus in Herode. Herodes
enim hominem existimabat, sed diabolus Deum: &
vterque regni sui successorem timebat. Diabolus cę
lestem: sed Herodes terrenum. Superfluè tamen,
quia Christus non venerat regnum terrenum in terra
habere. Vnde Leo Papa Herodi loquens, ait. Non
capit Christus regna tua, nec mundi Dominus pote
statis tuæ, & loco sceptri est contentus angustiis. Quin
que primæ causæ sunt literales, tres ultimæ sunt po
tius mysticæ.

Quare tota Ierosolyma turbata est, audita Christi natiuitate.
Quæst. XXV.

QVAERITVR quare Ierosolyma tota turba
ta est audito, quòd natus esset rex Iudæorum:
cùm potius gaudere debuissent: quia Herodes
erat rex alienigena. Et erat in eis maior
gloria

Universidad de Deusto
Biblioteca

gloria habere regem de stirpe sua: potissimè, quia iste erat rex Messias, quem lex, & prophetæ prædixerant venturum ad redimendum Israel. Dici potest vno modo, quòd non fuit turbata tota Ierosolyma, sed solùm aliqui de principibus, & quòd cæteri non turbarentur. Essent autem isti principes, qui erant accepti Herodi: & per eum putabant se fælicem statũ habere: ideo necesse erat, quòd ipsi non tantum pro Herode, quantũ pro statu suo turbarentur: cùm penderet status eorum de prosperitate Herodis: adueniente autem alio rege tam ipsi quàm Hero, periclitarentur: ideo iustè turbabantur. Et turbatis istis dicitur turbari tota Ierosolyma: quia id quod principes ciuitatis faciunt, dicitur facere tota ciuitas: quia ipsi sunt præcipua pars eius, & in ipsis tota ciuitas continetur eminenter. Hunc sensum sequitur Nicolaus. Secundò potest dici, quòd turbata est tota ciuitas, idest, magna pars eius: hoc est verũ quantum ad adulatores regis. Nam ipsi fingunt se gaudere de omnibus, de quibus reges gaudent, & dolere de quibus dolent, sed præstant illis assensum acommodatum propter quæstum, quem sic extorquent. Et isti vocantur assentatores ab assentiendo dicti: quia fingũt se assentire omnibus, quibus domini assentiunt, siue in bono, siue in malo. Nam magna pars Ierosolymæ erat de istis assentatoribus Herodis: ideo turbata esse dicitur tota Ierosolyma, quia omnes isti assentatores finxerunt se turbatos. Tertiò potest dici, quòd tota ciuitas turbata est, idest, nemo ausus est ostendere se gaudere, licèt in corde suo gauderent: quia Herodes erat crudelis valde, cùm etiam filios suos occideret. vt infra dicetur: & dominabatur valde Iudæorum opprimens eos. Vnde si sensisset aliquos eorum gaudere, quando ipse turbabatur, occidisset illos. Ideo nemo ausus est ostendere gaudium, licèt in corde haberent. Sic enim semel Herodes quasi hoc tempore cùm ægritudine magna laboraret, & in vinculis haberet filium suum Antipatrum propter quasdam suspitiones, licèt illum regnare post se uoluisset: accidit, vt quadam die Herodes gladium manu tenens præ impatientia ægritudinis percussit se volens occidere, sed nequiuit, impediẽte eum quodam de ministris. Fama tamen subito percrebuit occubuisse Herodẽ: qđ audiẽs Antipater filius eius in uinculis, exultans valde quasi mox regnaturus esset, multa locutus est, & plurima custodi carceris, vt eum solueret. Herodes autem ad se reuersus, cognita exultatione Antipatri iussit eum occidi, quem prius successorẽ regni instituerat. De hoc Iosephus. lib. 17. Antiquitatum. Item etiam circa mortem suam plurimos de nobilibus Iudæorum Hærodes tenebat in vinculis. Sentiens autem omnium Iudæorum lætitiã de morte sua propinqua, iussit Salomæ sorori suæ, qp eo mortuo occideret omnes nobiles Iudæorum, quos vinctos tenebat, vt sic omnes Iudæi lugerent in morte Herodis propter liberos suos occisos. Quod sic se facturam spopondit Salome, ut placeret Herodi. Eo tñ mortuo soluit oẽs illos vinctos, & donauit parentibus: nolẽs auferre seditiones post mortẽ Herodis, & confirmare regnũ in posteris eius, quod forte non fieret exasperatis Iudæis si occiderentur omnes illi nobiles, qui vincti tenebantur, vt ait Iosephus. eo. lib. Iudæi igitur tantam Herodis crudelitatem in multis experti gaudere palã ausi non sunt, sed turbatos se ostenderunt in eo in quo turbabatur Herodes, licèt fortè de hoc gauderent. Quartò fortè Iudæi non putabant hunc esse regem Messiam, quem nunc natum Magi asserebant: sed aliquem fortè de genere Hyrcani, qui vltimus fuerat rex de stirpe Iudæorum, vel de progenie fratris sui Aristoboli, uel de progenie aliquorum aliorum Machabæorum: quia omnes isti reges, qui fuerunt intra Babylonis captiuitatem, & Christi natiuitatem fuerũt de stirpe Machabæorum, vt infra declarabitur. Et forte pro tali rege non multum gauderent Iudæi, quia tẽporibus eorum grauia mala passi sunt. & propter ipsos reges de stirpe sua facti sunt tributarii, & serui Romanorum, cùm prius essent amici eorum, & confederati: de quo infra declarabitur. Si autem putassent, quòd erat rex Messias non turbarentur, saltem verè, quia ille multa bona Israelitis allaturus erat. Quintò potest dici, quòd totus populus uerè turbatus est, etiam si putarent istum, qui regnaturus erat, esse Messiam: quia populus cognoscebat animositatem, & potentiam Herodis, & astutiam bellicam, & res ab eo semper fæliciter gestas. Oportebat autem, ut si alius regnaturus esset, etiam si Messias esset, haberet bella magna cum Hero de: in quibus verisimile erat magnas clades futuras considerata probitate bellica Herodis: ideo timebant res tam graues incipere: etiam si ad ultimum Messias regnaturus esset deuicto Herode: quia putabant, quòd prosperitas esset pro illis, qui manerent post bellũ, pro eis tamen, qui nũc erant magna pericula, & rerum vastationes, & calamitates plurimorum poterant uerisimiliter expectari. Præeligebant ergo potius sub Hero de in pace viuere, licèt esse rex alienigena, quàm vt posteris statum honorabilem relinquentes seipsos omnibus malis exponerẽt. Rationabiliter ergo turbati sunt audito quòd rex Iudæorum natus esset. Hanc rationẽ tangit Chrysost. scilicet. Sicut ventis contrauenientibus vnda concutitur: sic regibus inuicem contrariantibus populus conturbatur. Et ideo ex hoc timuerunt, scilicet, ne præsente & uenturo rege adinuicem certantibus, ipsi perturbationibus inuoluerentur. Sextò potest dici, quòd turbatio est duplex: vna est quasi admiratio ex re insolita: licèt illa prospera sit. Sicut si alicui, cuius pater mortuus esset a plurimis annis diceretur: ecce Pater tuus uiuit: licèt ista esset res prospera, turbaretur tamen primò, licèt postea gauderet. Sic fuit de Iacob, qui credebat Ioseph mortuum. Cum verò audisset: Ioseph uiuit, & dominatur in omni terra Aegypti dicitur, quòd quasi de graui somno euigilans nõ credebat, & illa erat turbatio. Gen. 25. Alio modo accipitur turbatio pro quadam passione prouenienti ex enunciatione, uel cognitione alicuius aduersi. Et isto modo accipitur communiter in scriptura turbatio: & etiam in modo nostro loquendi. Hic potest dici, quòd turbati sunt isti, non quòd ista res esset aduersa, nec timerent eam, aut odissent, sed propter nouitatem eius admirati sunt, & redditi quasi stupidi. Et istud est quod dicit eos turbatos fuisse. Septimò secundùm Chrysò. fuerunt isti turbati, quia iniusti non possunt gaudere de aduentu iusti. Erant autem Iudæi mali: ideo nõ gaudebant de aduentu Christi. Hoc autem non est intelligendum de omnibus Iudæis: sed de multis & peccatoribus. Erant tamen alii viri iusti, qui expectabant Messiam: & desiderabant redemptionem, quam facturus erat. Sic patet de Simeone & Anna filia Phanuelis, quibus Christus tanquum iustis se manifestauit in templo, Luc. 2. Dicitur etiam de Ioseph de Arimathia, qui erat nobilis decurio, quòd ipse erat expectans regnum Dei, & petiit corpus Iesu ad sepeliendum. Mar. 15. Ex quo innuitur, quòd non expectabant, nec desiderabant omnes Iudæi, quod inducendum erat per aduentum Messiæ, quia erant viri carnales, & solùm desiderabant bona huius sæculi, eisque contenti erant. Plurima autem multitudo erat huius opinionis. Nam etiam quotidie istud experimur in credentibus in Christum. Ideo poterat dici, quòd tota ciuitas turbaretur, quia illi iniqui, qui erant maxima pars urbis, turbabantur.

Qui

Qui sint isti principes sacerdotum, quos congregauit Herodes, Quæst. XXVI.

QVAERITVR, qui sint isti principes sacerdotum, quos congregauit Herodes. Nam uidetur, quòd non poterat congregare principes sacerdotum. Dicendum, quòd secundũ legem erat unicus summus sacerdos. Nam quando Deus voluit, quòd Aaron, & posteri eius essent sacerdotes, instituit quòd de nulla tribu, vel familia essent sacerdotes præter quam de progenie Aaron. Et si aliquis extraneus, scilicet, non de hac progenie uellet ministrare in officio Sacerdotali, quòd occideretur. Numeri. 3. & 18. Et ad hoc Deus occiderat ducentos, & quinquaginta proceres, qui voluerunt vsurpare sacerdotium. Nume. 16. & fecit turribula eorum extendi in laminas, & affigi altari holocaustorum, ut manerent ibi in memoriam, scilicet, quòd Deus occidisset illos, qui conati fuerant ministrare in sacerdotio, cùm non essent de progenie Aaron, & omnes uidentes a similibus abstinerent. eo. ca. Fecit etiam quòd omnes tribus ponerent virgas coram Domino vnam pro qualibet tribu: & cuius virga floreret, pertineret sacerdotium ad illam tribum. Floruit autem uirga Aaron: & mansit ex tunc sacerdotium indubitatè in Aaron, & posteris eius, & virgam illam quæ fronduerat, fecit Deus custodiri inter cætera, quę erant in arca: vt maneret in testimonium ne amplius de sacerdotio contenderent Israelitę. Numeri 17. Fecit autem Deus tũc quòd Aaron vngeretur in summum sacerdotem, & filii eius in sacerdotes minores. Exo. 29. Nõ est autem putandum, quòd Aaron diceretur sacerdos magnus, eo quod respectu filiorum ipse erat maior, & dignior: etiam si in sacerdotio non excederet. Nam non solùm in hac dignitate excellebat: sed etiã ex parte sacerdotii erat distinctus a filiis suis. Primò in nomine, quia ipse uocabatur pontifex, filii autem sui solùm uocabantur sacerdotes. Exo. 29. & Leu. 8. Secundò ex parte consecrationis: quia ualde multæ cærimoniæ obseruabantur in consecratione Aaron, quæ non obseruabantur in filiis eius. Et tamen omnes obseruabantur in patre. Exod. 29. & Leui. 8. vbi ponuntur omnes cæremoniæ consecrationis Aaron, & filiorũ eius siue sacerdotis magni, & minorum. Tertiò ex parte vestium, uel ornamentorum, quia summus sacerdos habebat quasi decem ornamenta, minores autem habebant tria, vel quatuor solùm: & illa quæ habebant minores sacerdotes habebat maior, & non è contrario. Nam summus sacerdos habebat fæminalia sacra, & tunicam lineam siue byssinam, & cingulum byssinum, & cidarim lineam, & baltheum, & rationale, & ephod, & tunicam totam iacynthinam, & thiaram iacynthinam, & laminam auream pro fronte, & cingulum de multiplici colore. De his omnibus, etiã de omnibus fabricaturis, & figuris patet. Exod. 28. & ibi declaratum est. Filii autem Aaron solùm habebant quatuor prima ornamenta. eo. ca. Quartò differebant ex parte redditũ. Nam sacerdotes minores habebant redditus suos de oblationibus, & primitiis, & votis, & redemptionibus primogenitorum, & de partibus sacrificiorum, & similibus, quę plenè ponuntur Numeri. 18. Aaron autem, siue sacerdos magnus habebat decimam decimæ, idest, centesimam partem fructuum totius Israel. Nam leuitæ accipiebant omnes decimas Israel: & iubebat Deus illis, quòd illarum decimarum partem decimam darent Aaron, scilicet, summo Sacerdoti. eo. c. Quintò differebant in officio, vel ministratione, quia summus sacerdos poterat ministrare in omnibus, in quibus minores. Et vltra hoc habebat quasdam proprias ministrationes, scilicet, ipse solus ministrare debebat in die expiationis, quæ est die decima mensis septimi. Leui. 16. Vnde Iosephus dicit in lib. Antiquitatum, quòd cùm semel illa die ministraturus esset quidã summus sacerdos vir iustus, & præcedenti nocte accidisset ei illusio per somnum, & pollui contigisset: alius factus est summus sacerdos loco eius, qui mansit postea in summo sacerdotio, de quo declaratum est primo Paralipo. 6. Etiam soli summo sacerdoti licebat intrare in Sancta sanctorum. Leu. 16. & ad Hebr. 9. minoribus autem non licebat. Quod nõ solùm non licebat: immo etiam quãdo intrabat summus sacerdos in Sancta sanctorum, non licebat alicui de Sacerdotibus minoribus manere in exteriori tabernaculo. Leui. 16. Sextò differebant sacerdos magnus & minores in obseruantijs. Nam tenebatur summus sacerdos abstinere à quibusdam, à quibus non tenebantur abstinere minores. Nam de minoribus dixit Deus Leui. 21. quòd non contaminarentur in mortibus suorum, idest, non exirent ad plangendum mortuos: nec accederent ad res ipsorum: nisi in morte patris, & matris, & filii, & filiæ, & fratris, & sororis virginis, quæ nondum accepit virum: & tamen summus sacerdos non poterat exire ad mortem alicuius, nec etiam patris sui. eod. c. Item sacerdotes minores tenebantur non accipere meretricem in uxorem, nec viduam, nec repudiatam. Leui. 21. summus sacerdos nõ solùm tenebatur non accipere viduam, vel repudiatã, vel meretricem, sed tenebatur accipere in vxorem virginem generosam. Nam dicitur: non commisceat stirpem generis sui vulgo gentis suæ. Septimò differebãt in quibusdam priuilegijs honoris, nam de solo summo sacerdote dicitur, quòd quando exules fugerent in ciuitates refugii, non liceret eis exire impune inde vsque ad mortem summi sacerdotis, alioquin poterãt occidi licitè. Numeri. 35. Octauò differebãt, quia summus sacerdos erat vnicus, & sacerdotes minores erant plurimi. De minoribus manifestum est, cùm distincti essent per vigintiquatuor sortes ad ministrandum, & in qualibet sorte erant multi sacerdotes. 1. Paralipom. 28. De summo sacerdote patet, quòd esset vnicus, quia Deus fecit Aaron vngi in summum sacerdotem siue pontificem, & omnes filios eius in sacerdotes minores. Exo. 29. & Leui. 8. Sic etiam mortuo Aaron fecit Deus, quòd Eleazar fieret pontifex pro patre suo Aaron. Numeri. 20. Si tamen non differret summus sacerdos à minoribus, non oportebat, quòd Eleazar poneretur nunc pro Aaron, quia iam ipse fuerat consecratus in sacerdotem minorem. Exo. 29. & Leu. 8. Etiam si essent plures summi sacerdotes, non iussisset nunc Deus poni Eleazar specialiter pro Aaron, sed possent esse multi. Item patet hoc magis Exod. 29. Nam posito ritu consecrationis dicitur: vestem autem sanctam, qua vtetur Aaron, habebunt filii eius post eum, vt vngantur in ea, & consecrentur manus eius. Septem diebus vtetur illa, qui pontifex pro illo fuerit constitutus de filiis eius. Et sic uidetur, quòd vnus summus sacerdos succedebat alteri, quia vnus dicitur vngi pro altero, sicut in regno, vbi est vnicus rex, & moritur, & succedit alius dicitur, quòd mortuus est talis rex, & regnauit filius eius pro eo, vt sæpe dicitur in 3. & 4. libris Regum, & in toto, 2. Paralipom. Hic tamẽ dicitur, quòd pontifex vngeretur pro patre suo, ergo vnicus erat. Etiam quia dr: septem diebus vtetur illa, qui pontifex fuerit constitutus. & sic unicus significatur. Etiam, quia dicitur, qui pontifex fuerit cõstitutus de filiis eius, & sic innuitur, quòd licèt Aaron, vel alius summus sacerdos haberet multos filios, non erat omnes summi sacerdotes, sed unicus. Item patet, quia vt supra declaratum est, vestes summi sacerdotis, & cæterorum

Summus sacerdos Iudæorũ vnus erat.

norum differebant. Si ergo essent multi sacerdotes summi fierent multæ vestes, scilicet, pro quolibet omnia ornamenta summi sacerdotis. Deus tamen iussit fieri uestes summi sacerdotis solùm pro Aaron. Exo. 28. Vnde uocat eam unam vestem, scilicet, faciesque vestem sanctam Aaron fratri tuo, & sic iussit fieri unicum rationale, & unicum Ephod, & unicam laminā auream, & unicam tunicam iacinthinam, & sic de cæteris. Si tamen essent multi sacerdotes summi, fierent multa rationabilia, & multa Ephod, & cætera ornamenta pontificis, ergo vnicus erat. Item patet, quia Exo. 29. dicitur: uestem sanctam qua utetur Aaron, habebunt filii eius post eum. Et sic uestis erat unica, ergo unicus summus sacerdos. Etiam quia dicitur, ꝙ illam habebunt filii eius post eum: ergo uiuente Aarō nullus poterat indui illa uestę, nisi ipse. Et tamen necesse erat summum sacerdotem indui illis uestibus, quibus induebatur Aaron, ergo uiuente Aaron nullus fuit summus sacerdos nisi ipse. Ita ergo post eum, quia eadem habitudo, quæ erat Aaron ad filios suos, erat cuiuslibet summi sacerdotis ad cæteros sacerdotes, quia Deus ponebat hoc in lege, ut ita apud omnes posteros obseruaret. Et patet quia postquam posita est cōsecratio Aaron & filiorum suorum subditur, quòd ita debeant seruari omnia illa apud posteros. Exo. 29. & Leui. 8. Item patet, quia uidebatur ualde irrationabile esse multos summos sacerdotes. Nam unius Ecclesiæ non potest esse nisi unus pontifex, & summus sacerdos erat pontifex apud Iudæos. Leui. 21. & Nume. 35. ergo unicus esse debebat. Et adhuc magis repugnabat inter Iudæos esse multos pontifices, quam in eodem Episcopatu esse multos Episcopos. Quia licèt in unico Episcopatu sit unica ecclesia, quæ est sedes, sunt tamen multæ particulares subiectæ illi. Inter Iudæos tamen erat unica ecclesia, siue unicum tēplum in unico loco terrę Chanaan, & non licebat in aliquo alio loco esse templum, nec altare aliquod ad ministrandum in sacrificiis. Deuteronom. 12. Et colligitur Iosue. 22. ubi uoluerunt nouem tribus & dimidia pugnare contra duas & dimidiam, quia erexerunt vnum altare apud tumulos Iordanis. In eadem particulari ecclesia, siue templo non videtur quomodo possent esse multi summi sacerdotes, quia ista pluralitas principum seipsam confunderet, quia quod unus iuberet alius destrueret: ideo Arist. 12. Metaphy. posuit unicū rectorem uniuersi, quem Deum, vel causam primam nos appellamus, dicens: Entia nolunt malè ordinari: mala est autem pluralitas principum, bonus est ergo unus princeps. Item patet hoc ex deductione, quam facit Iosephus in libris Antiquitatum, ubi enarrat omnes summos sacerdotes simul, nisi per contētionem, uel ex aliquo accidenti particulari aliàs semper est unicus. Item, quia si possent esse multi summi sacerdotes, non diceretur aliquando de aliquo sacerdote specialiter, quòd erat præpositus in templo, uel quòd ministrauerat in templo, & tamen dicitur de aliquibus hoc, ut patet Iudicum. 20. scilicet, Eo tempore erat arca domini in Silo, & Phinees filius Eleazari, filii Aarō erat præpositus domus. Ergo unicus erat iste præpositus, & iste erat summus sacerdos, cui Deus promiserat summum sacerdotium in æternum, quia pro eo zelauerat occidens coeuntes in contemptum Dei. Numeri. 25. & primo Macha. 2. Et etiam omnes, qui ibi nominantur fuerunt summi sacerdotes. Nam dicitur, quòd Phinees filius Eleazari filii Aaron erat præpositus domus, & tamen Phinees fuit pontifex, ut nunc dictum est, & Eleazar pater suus, siue Eleazarus fuit pontifex. Nume. 20. & Aaron fuit primus pontifex. Exod. 29. Item dicuntur aliqui ministrasse specialiter in templo: sicut dicitur primo Paralipom. 6. Iohanam genuit Azariam. Ipse est, qui sacerdotio functus est in domo, quam ædificauit Salomon in Ierusalem. Et sic dicitur specialiter de isto, quòd sacerdotio functus est. Si tamen multi essent, qui similiter sacerdotio fungerentur, non diceretur de hoc absolutè, quòd sacerdotio functus est, ergo unicus erat in isto modo fungendi sacerdotio, & tamen iste fuit summus sacerdos, ut declaratum est eo. c. & ut Iosephus dicit, ergo unicus erat summus sacerdos. Nonò differebant, quia summus sacerdos erat semper primogenitus inter fratres: ita quòd non erat aliquis maior illo: & talis debebat esse summus sacerdos, vel eo moriente sequens fratet eius, si ille nondum habebat filios. Leui. 21. scilicet, pontifex, ideſt, sacerdos maximus inter fratres suos. Item quia generale erat apud Iudæos, quòd omnis honor, qui ueniret per successionem, pertineret ad primogenitos, quia primogeniti succedebant in duplo in possessionibus, quàm quilibet de fratribus. Deuteron. 21. In honore etiam, & imperio primogenitus erat maior aliis. Gen. 49. Maximè, cùm honor esset indiuisibilis, qui non posset diuidi per omnes fratres, pertinebat solùm ad primogenitum. Sicut nunc fit de successione in regno. Sacerdotes autem minores erant tam primogeniti, quàm nō primogeniti, cùm omnes filii sacerdotum necessariò essent sacerdotes, quia tota posteritas Aaron applicabatur ad sacerdotium. Numer. 3. & 16. Aliæ differentiæ possent assignari inter sacerdotem magnum, & minores, quæ reducentur ad supradictas. De materia summorum sacerdotum est magis declaratum Exod. 29. & Numeri. 20. De istis etiam sacerdotibus quot fuerint, scilicet, quòd fuerint octogintatres, uel quatuor, & nomina eorum, & actus aliquorum declaratum est latè primo Paralipom. 6. Sciendum, quòd multa nomina, habet sacerdos magnus, scilicet, uocatur pontifex, & sacerdos magnus, & sacerdos maximus, & summus sacerdos, & princeps sacerdotum: de primo patet Exod. 29. & Leui. 21. & Numeri. 35. De secundo patet, quia Elcias uocat summus sacerdos magnus. 4. Reg. 22. & 2. Paralipom. 34. & Eliasib sacerdos magnus Nee. 3. c. De tertio patet Leui. 21. ubi pontifex uocatur sacerdos maximus. De quarto patet Act. 23. scilicet, summum sacerdotē Dei maledicis, & Marci. 13. & 15. Nam conuenienter Marcus uocat summos sacerdotes, quos alii uocant principes sacerdotum. De quinto patet Actuum. 13. scilicet, nesciebāt quia princeps esset sacerdotum, & Luc. 20. & 22. & hic in litera, & infra 26. & 27. & Ioan. 18. Apparet autem ex præcedentibus, quòd summus sacerdos unicus erat, & non poterant esse plures simul. Scriptura tamen maximè apud Euangelistas dicit multos principes sacerdotum, uel summos sacerdotes, ut hic in litera, & infra 26. & 27. & Mar. 13. & 15. & Luc. 2. & 22. & 10. 8. & 19. Quidam dicunt, quòd licèt à principio institutum fuerit unicū esse summum sacerdotem: postea tamen Dauid instituit esse duos, quando reformauit cultum Dei. Nam posuit unum summum sacerdotem de familia Eleazar, & alium de familia Ithamar. primo Paralipom. 24. & fuerunt isti scilicet, Abiathar, & Sadoc. Ita ergo post istud esse saltem duo summi sacerdotes semper simul, & isti uocantur principes sacerdotum, uel summi sacerdotes. Dicendum, quòd non stat, quia licèt Dauid posuit Sadoc, & Abiathar, ut summos sacerdotes, non mandarunt ambo in summo sacerdotio, & coegit eum manere exulem usque ad mortem, ita ut non solùm non ministraret, immo etiam quòd non intraret in Ierusalem, sed quòd maneret in agro suo in Anathoc, quia erat parua ciuitas apud Ierusalem. patet hoc. 3. Reg. 2. & post hoc nullus de stirpe Abiathar fuit summus sacerdos. Et sic Deus prædixerat contra Heli, quòd nō

mo de domo sua ministraret in sacerdotio summo: sed essent sic extranei, & quasi laici, vt reciperentur inter sacerdotes minores. primo Reg. 2. & erat iste Abiathar de progenie Heli summi sacerdotis. Et in eo completa fuit maledictio domus Heli. 3. Reg. 2. & ibi declaratum est. Et ideo postea nunquam fuit sacerdos aliquis de stirpe Abiathar, sed solùm de stirpe Sadoc. Et ille iam mansit unicus. Nec fuerunt postea aliquo tempore duo summi sacerdotes, nisi quando assumebantur in discordia, vel per aliquod accidens, vt supra dictum est. Hoc patet magis ex discursu Iosephi in libris Antiquitatum vsque ad finem, vbi ponit omnes summos sacerdotes, & tempora, quibus ministrauerunt, & tamen nunquam duo simul erāt. Patet etiam ex his, quæ declarata sunt primo Paralip. 6. vbi omnes summi sacerdotes, & tempora eorum describuntur. Item hoc colligitur ex verbis Euangelistarum. Nam Io. 18. dicitur. Et aduxerunt eum ad Annam primum. Et sequitur: Erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Et ibi solus Caiphas vocatur pontifex. Idem dicitur Ioan. 11. scilicet, quòd cùm Caiphas esset pontifex anni illius prophetauit. Sic etiam alij Euangelistæ vocant absolutè Caipham principem sacerdotum. Et Luc. 22. dicitur magis absolutè, scilicet. Comprehendentes eum duxerunt ad domum principis sacerdotum. Si tamen essent multi principes sacerdotum, non uocaretur aliquis eorum princeps absolutè: maximè non exprimendo nomen eius. Ideo vnicus erat. Dici ergo potest dupliciter: vno modo quòd summus sacerdos semper fuit vnicus. Quia tamen postquam Romani cœperunt dominari super Iudæos fuit sacerdotium venale, non ministrabat aliquis sacerdos secundùm legem vsque ad mortem suam, vt sic succederet ei filius suus: sed vendebatur sacerdotiū, & vnus erat sacerdos magnus in vno anno, & alius in alio. Sic patet Ioan. 11. de Caipha, qui erat pontifex anni illius, & Ioan. 18. Et tunc ille, qui semel fuisset summus sacerdos, poterat vocari summus sacerdos, vel princeps sacerdotum. Vnde poterant esse multi summi sacerdotes simul, & isti sunt, quos Euangelistę vocant summos sacerdotes, vel principes sacerdotum, licèt vnus de eis esset solùm summus sacerdos actualiter. Aliter potest dici, quòd licèt esset vnicus summus sacerdos, secundùm tamen diuersa officia templi erāt diuersi, qui principabantur in illis officiis, & illi erant præpositi multorum sacerdotum. Ideo vocantur summi sacerdotes. Hoc maximè potest intelligi de principibus sortium. Nam erant diuersi sacerdotes per vigintiquatuor sortes, & in qualibet erant multi sacerdotes, præcipuus autem in qualibet sorte uocabatur princeps sacerdotum illius sortis. Sic accipitur primo Paralip. 24. scilicet. Diuisit autem eis, hoc est filijs Eleazar principes per familias. 16. & filiis Ithamar per familias, & domos suas octo. Primò de familia Eleazar erant. 16. principes propter sexdecim sortes, & de familia Ithamar erant octo principes propter octo familias. Et sic sape, eo. cap. vocantur isti vigintiquatuor principes sacerdotum, ideſt, familiarum sacerdotalium. Mānerunt autem istæ sortes vigintiquatuor distinctæ usque ad Christi tempus, & ministrabant sacerdotes secundùm illas. Ergo poterant esse nunc multi principes sacerdotum, quia semper essent uigintiquatuor principes. Patet hoc Luc. 1. vbi dicitur de Zacharia patre Ioannis, quòd fuit sacerdos de vice Abia, & illa erat octaua sors sacerdotalis. primo Paralipo. 24. Et etiam dicitur, quòd sorte exijt, vt poneret incensum. Isti autem principes familiarum sacerdotalium uocantur ab Euangelistis aliquando principes sacerdotum, ut vocant Matthæus, Lucas, & Ioannes, aliquando pontifices Ioā. 28. scilicet. Gens tua, & pontifices tui tradiderunt te mihi: & aliquando summi sacerdotes. Mar. 13. & 15. Magis tamen propriè uocantur principes sacerdotum, quam summi sacerdotes, & pontifices, quia princeps sacerdotum potest uocari quicunque præest aliquibus sacerdotibus, sicut præerat quilibet istorum. 24. principum familiarum sacerdotalium. Summus Sacerdos est, qui super oēs sacerdotes est, & super quē nullus sacerdos est, & tñ sup quemlibet istorū uigintiquatuor erat unus summus pontifex, qui erat respectu omniū. Etiam non dicuntur propriè pontifices, quia pōtifex solùm accipitur pro sacerdote maximo. Leui. 21. Omnes tamen principes familiarum sacerdotalium erant sacerdotes minores præter unū eorum, qui erat summus sacerdos. Ideo oportet dici, quòd uocentur largè pontifices, vel summi sacerdotes, licèt propriè uocentur principes Sacerdotum. Et sic semper erat unicus summus sacerdos, qui absolutè uocabatur summus sacerdos, uel pontifex, uel princeps sacerdotum solus, sed solùm quando sic multi uocantur. Ratio differentiæ est, quia si aliquis uocetur solus summus sacerdos necesse est, quòd conueniat sibi per aliquam rationē specialem. Et istud est, quod sit simpliciter super omnes sacerdotes. Si autem multi uocantur simul summi sacerdotes, non oportet alicui horum conuenire per aliquam rationem specialem. Sicut si dicamus Propheta dixit, uel Apostolus dixit, intelligimus de aliquo cui per excellentiam conuenit istud nomen, scilicet, de Dauid, & Paulo. Si autem dicamus, prophetæ dixerunt, uel apostoli fecerunt, non accipitur propheta, uel apostolus secundùm aliquam rationem specialem, sed communem. Ita autem est de pontificibus, quia sæpe uocatur aliquis pontifex uel princeps sacerdotum absolutè in singulari, & non expresso nomine eius, & tunc accipitur pro eo, qui erat uerè summus sacerdos, sicut Caiphas uocatur absolutè princeps sacerdotum non expresso nomine Luc. 22. Et uocatur pontifex absolutè, & singulariter Io. decimo octauo, & sic ipse erat tunc solus summus sacerdos. Et hoc satis patet, quia de eo solo dicitur Ioan. 11. & 18. quòd erat pōtifex anni illius, quod frustra diceretur si istum eundem gradum alii tenerent. Idem patet, quia nullus de principibus sacerdotum iudicauit de Christo, nisi Caiphas. Item ad domum nullius principis sacerdotū ductus est Christus, nisi ad domum Caiphæ. Et si dicas, quòd ad Annam ductus est primò. Ioā. 18. ibidem respondetur, quòd hoc fuit, quia Annas erat socer Caiphę, qui erat pontifex. Ergo propter Caipham ductus est ad Annam. Satis tamen apparet, quòd Annas non erat in eodem gradu sacerdotij, in quo Caiphas: quia licet iste honor fuerit ei delatus, scilicet, ꝙ Christus ad eum ductus est primum propter Caipham, ipse tamen tanquam sibi conscius, quòd non erat in dignitate illa, in qua erat Caiphas, nihil uoluit iudicare de Christo, sed interrogauit quædam ab eo, & remisit eum ad Caipham. Ioa. 18. Ipse autem Caiphas iudicauit de illo, quòd esset reus mortis. infra 26. & Luc. 22. Et sic ipse solus uidebatur habere potestatem. Item patet, quia in domum Caiphæ conuenerant omnes principes sacerdotum, & Seniores infra 26. & Luc. 22. & Mar. 15. Et sic ille erat præcipuus, qui erat uerus summus sacerdos, & cæteri autem erant solum principes familiarum sacerdotalium. Si autem obijcias, quòd etiam Annas uocatus est pontifex absolutè. Ioan. 14. Dicēdum, quòd postquam positum est nomen suum uocatur pontifex, & tunc non oportet uocari eū pontificem propter aliquam rationem specialem. Cùm autem nō expresso nomine uocatur aliquis pontifex, oportet quòd intelligatur secundùm rationem specialem, licèt posset adhuc dici de Anna: quòd ipse fuerat verus summus pontifex, quem Iosephus vocat Anna-

ni

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni pontificem,de quo declaratum est primo Paralipo. 6. Ideo posset ipse vocari pontifex absolutè, licèt illo anno non esset pontifex ipse, sed Caiphas. Si autem obiiciatur, quòd ponuntur duo summi sacerdotes simul,qui essent summi sacerdotes veri,scilicet, Annas, & Caiphas,Luc.3. scilicet, sub principibus sacerdotũ Anna & Caipha.Ibidem declarabitur. Vterque istorũ modorum est satis rationabilis, sed secundus magis placet, eo quòd de illo habemus exemplum in scriptura,& non de primo,vt dictum est:& tamen per primum modum possunt vocari omnes isti summi sacerdotes vel pontifices, & non per secundum, vt declaratum est.

Quare Herodes quæsierit summos sacerdotes, cum Magi solum ab eo quæsissent de rege nato. Quæst. XXVII.

QVAERITVR, cùm Magi solùm dixerint Herodi, vbi est qui natus est rex Iudæorum? quare ipse quæsiuit a sacerdotibus vbi Christus,ideſt,Messias nasciturus erat? Dicendum,quòd Herodes putauit, quòd iste rex cuius natiuitas annunciabatur,erat Messias:ideo quæsiuit de loco natiuitatis eius. Causa autem quærendi fuit: quia putauit,quòd in lege, vel prophetis scriptum esset de loco natiuitatis Messiæ. Nam audiebat Herodes promissum esse Messiam in lege, & prophetis, ideo licèt ipse nihil sciret de sacra scrip. verisimiliter ad credendum,mouebatur discere multa de eius moribus,& loco,& tempore:vt per hoc cognosceretur. Causa autẽ quare putauit esse Messiam istum regem, qui annunciabatur fuit multiplex.Prima,quia Herodes vidit nũc, qualia nunquam viderat in natiuitate alicuius regis, siue Iudæorum,siue aliorum Gentium.Nec etiam talia quisquam audierat, scilicet, quòd appareret aliqua stella ad ostendendum illum natum,& quòd reges de longinquis venirent ad adorandum eum antequam natiuitas eius diuulgata foret, & etiam, quòd stella præcederet reges dirigendo eos in via. Et quia Herodes audierat Messiam futurum aliquid magnum super cæteros reges,putauit Herodes,quòd nulli poterat conuenire hoc nisi Messiæ: & sic ipse esset cuius natiuitas annunciaretur. Secunda,quia Iudæi tempore illo expectabant Messiam venturum, quia secundùm prophetiam Iacob ipso tempore venturus esset, quia iam incipiebat transire Sceptrum de femore Iuda ad alienigenas,cùm Herodes rex esset de stirpe Idumæorum: vt supra dictum est. Forte autem Herodes sæpe audisset Messiam tunc venturum: quia non poterat istud abscondi, cùm Israelitæ istud valde desiderarent, & de hoc sæpe loquerentur: & sic putaret Herodes istum esse Messiam quẽ Iudæi tunc sperabant. Tertia est,quia eo tempore erat magna fama de Messia: ita vt aliqui videntes impletum esse tempus prænunciatum a prophetis de aduentu Messiæ, & ille nondum venisset, dicerent se esse Messiam. Sic fuit de quodam Iudæo, qui dictus est Theodas, & dixit se esse Messiam, cui consenserunt viri quasi quadringenti, sed tandem ipse occisus est, & qui credebant in eum, dissipati sunt. Post istum fuit Iudas Galilæus, qui etiã dixit se esse Messiam,& periit ipse, & qui consenserũt ei.Act.5. Fuerunt isti quasi in tempore natiuitatis Christi. Nam de Iuda Galilæo dicitur,quòd fuit in diebus professionis,eo.ca. Vocantur dies professionis quando Octauianus iussit, vt describeretur vniuersus orbis, & iret quilibet ad profitendum in ciuitatem suam Luc. 2. Et tamen in diebus professionis Christus natus est: quia cùm iret Ioseph, & Maria vxor eius in Bethlehẽ ad profitendum,natus est ibi Christus. eo.ca. Et sic Iudas Gali. fuit quasi tempore natiuitatis Christi. Theodas fuit aliquanto tempore ante natiuitatẽ:cũ dicatur, quòd fuerit ante Iu.Gali.Act.5. propter ista ergo scandala ab omnibus cõsiderabatur tunc de aduentu Messiæ.& erãt circa hoc solliciti:ideo Herodes audiens natum regem Iudæ, de Messia putauit dici. Quarta est, quia ex modo loquendi Magorum videbatur, quòd loquerentur de Messia. Nam non quæsiuerunt de natiuitate alicuius regis specialiter, sed dixerũt. *Vbi est, qui natus est rex Iudæorũ.* Et sic specialiter erat iste rex Iudæorũ,de quo annũciabant.Istud autẽ soli Messiæ cõpetit,qui specialiter regnaturus erat, scilicet,sapiẽtius, & iustius, quàm cæteri reges. Hiere. 23. & specialem modum regendi,& iudicandi haberet.Isa.11. Et ipse restitueret Israel faciendo eum habitare confidenter. Ierem. 23. quod nulli alteri regi competebat:ideo dicendo simpliciter regem Iudæorum, non possumus intelligere nisi Messiam.Sic accipitur.Zach 9.& infra 21.scilicet:Dicite filiæ Siõ:Ecce rex tuus venit.Ille autem est Messias.Sic etiam Michæas vocauit Messiam specialiter dominatorem Israel, nec expresso nomine. Michææ.5.scilicet.Ex te mihi egredietur,qui sit dominator in Israel. Cũ ergo Herodes audiuit nominari regem Iudæorum absolutè,de Messia intellexit.

Ad quid Herodes uoluit scire locum natiuitatis Christi. Quæst. XXVIII.

QVAERITVR ad quid Herodes voluit scire locũ natiuitatis Christi,ideſt,Messiæ.Dicendũ, quòd cùm Herodes audisset natum esse regem Iudæorũ,credidit q̃ ille, si uiueret, auferret sibi regnum,vel filiis suis. Et quia putauit Herodes illum esse puerum sicut innuebant Magi ex orta stellæ:credidit,q̃ maneret in loco natiuitatis,& sic cognito loco natiuitatis posset inuenire eum. & occidere:& si non posset eum determinatè cognoscere,saltẽ occidendo omnes coætaneos occideret ipsum, sicut conatus est postea facere. Sed dicetur quomodo Herodes auderet talia quærere a Iudæis: quia ipsi nolent respondere ei ad istum finem, sed potius persequerentur eum,si intenderet occidere Messiam eorum, quẽ ipsi pro summo bono expectabant: dicendum quòd Herodes non ostendit Iudæis se velle occidere Messiã eorum: quia si hoc Herodes innueret,ipse se impediret,quia Iudæi resisterent ei pro viribus,etiam occultarent ei Messiam. Item non responderent ei de loco natiuitatis.Et dato,quòd aliqui propter timorem responderent, subticerent ei veritatem, & exprimerent ei alium locum, in quo Messias non esset nasciturus: & sic nunquàm eum inueniret. Sed potuit Herod.diuis causas verisimiles ad interrogandum prætendere.Prima propter Magos. Nam erant reges alienigenæ, & venerant ad Herodem, quærentes, vbi erat natus rex Iud. Dignum erat,quòd Hero.faceret illis responderi per sapientes. Et ad hoc quæsiuit vbi Christus nasceretur. Et quòd propter hoc esset innueretur: apparet,quia postquam sapientes responderunt Christum debere nasci in Bethlehem:dicitur,quòd Herod.misit Magos in Bethlehem. Secunda propter se ipsum:quia cum Messias a Iudæis putaretur futurus excellentior omnibus regibus & hoc innuerent Magi venientes ad adorandum eum. Volebat quoque innuere, quòd ipse vellet eum adorare sicut Magi,vel honorare in aliquo. Patet, quia sic innuit ipse Magis, dicens, scilicet. *cùm inueneritis, renunciate mihi, ut & ego ueniens adorem eum.*

Quomodo Herodes intendebat occidere Messiam, cùm occidi non posset,quia Deus erat. Quæst. XXIX.

QVAERITVR, quomodo Herodes intendebat occidere Messiam, cùm non posset occidi Messias,nisi quando ipse vellet,quia Deus erat. Item, quia lex prædixerat multa de Messia, quæ facere deberet, scilicet,quòd regnaret iuste,& sapienter, & in diebus suis saluaretur Iuda, & Israel habitaret confidenter.Iere. 23. Ante ergo quam ista impleret,non poterat occidi,quia necesse est quòd omnia, quæ scriptura dicit compleantur,sicut dicitur infra. 5. scilicet. Donec cœlum, & terra trãseat,Iota vnum aut apex vnus non præteribit a lege donec omnia fiant, ideſt, facilius est quòd cœlum & terra trãseant, ideſt, esse desinant,quàm,quòd vnum verbum minimum maneat de lege, quòd non compleatur:& Christus dixit de se ipso quòd oportet impleri omnia, quæ de ipso scripta erant in lege, & in prophetis, & in Psal,sed nihil horum erat impletum,ergo non poterat nunc Hero.occidere Messiam.Item quia non poterat occidi in loco natiuitatis suæ, quia propter hoc voluit de illo certificari, vt supra dictum est.Non poterat tamẽ Christus occidi in Bethlehem loco natiuitatis suę, sed in Ierusalem necesse erat eum mori, vt dixit ipse Christus infra.14. scilicet. Non capit prophetam perire extra Ierusalem, ideſt, non est possibile, quòd propheta, ideſt, Messias, qui vocatur propheta per excellentiam pereat,ideſt,moriatur extra Ierusalem. Dicendum,quòd verum est,quòd Herodes non poterat nũc occidere Christum, nec quisquam hominum, nec ẽt totus mundus, quia cùm ipse haberet potestatem ponendi animam suam,& sumendi eam.Ioan.1.ideſt,potestatem moriendi quando vellet,& surgendi quando vellet,& nunc mori nollet quousque impleret omnia, quæ de eo dicta erant,non poterat eum quisquam occidere. Et sic etiam fuit aliis vicibus quando Iudæi conabantur occidere ipsum,& tamen non poterant.Sed dicitur, quòd nemo misit manum in eum, quia nondum venerat hora eius, ideſt, hora, qua ipse volebat mori.Ioan.7. A fortiori nunc,quia nihil adhuc fecerat de eis,pro quibus missus erat.Herodes tamen putauit, quòd posset eum occidere,sicut quidam dicunt, quia ita etiam putauit Pilatus.Ioa. 18. scilicet.Mihi non loqueris? Nescis,quia potestatem habeo dimittere te,& potestatem crucifigere te? Et sic ipse postea illum occidit. Christus tamen dicit,quòd ille non habebat potestatem occidendi eum, scilicet. Non haberes potestatem in me,nisi datum esset tibi desuper. Et hoc erat quia tunc erat hora mortis Christi, sicut dicitur Luc. 22.scilicet:Quotidie eram vobiscum in tẽplo docens, & non me tenuistis: sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.quasi dicat, licèt essem uobiscũ quotidie in templo, non me tenuistis, ideſt, non potuistis me tenere. Nunc autem tenuistis me, quia est hora vestra, ideſt, concessa vobis, & potestas tenebrarum, ideſt, potestas peccatorum hominum, qui sunt tenebrosi. Sed non stat, quia Pilatus nesciebat de Iesu, an esset Messias, sed solùm putabat, quòd per inuidiam traderent eum:ipse autem esset vir bonus.Herodes tamen nitebatur occidere Messiam, non quidem specialiter aliquem hominem, sed ipsum Messiam in generali, secundùm quòd erat in lege, & prophetis promissus. Nam quæsiuit ubi nasceretur Christus, ideſt, Messias:& etiam patet,quia postea iubẽs occidi infantes in Bethlehem, intendebat occidere eum, qui erat Messias, vel quem ipse putabat esse Messiam. Aliter ergo dici potest,quòd licet Herodes sciret Messiam in lege promissum,& magnalia facturum audiret,credidit tamen, quòd ipse posset occidere eum,& quilibet potens in sęculo. Sic patet de alio Herode de progenie istius,qui occidit Ioannem Baptistam, quem credebat esse virum sanctissimum, ita vt in uirtute eius alij operarentur miracula, & tamen credidit, quòd facilè erat occidere eum sicut ipse occidit, sic dicitur infra.14. scilicet. Herodes audiens famam Iesu,ait Ioannes,quem ego decolaui,surrexit à mortuis,& ideo virtutes operantur in eo. Si autem obiicias, quòd erat Messias Deus,& nemo poterat eum occidere: dicendum quòd Herodes non credebat istud, immo nec cogitabat, quia Iudæi communiter non asserebant Messiam esse Deum, licèt multi eorum sic putarent, & ex lege sua, & prophetis colligatur: & sic Herodes fortè nunquam audierat, quòd Messias esset Deus, & dato quòd audiret fortè non crederet, quia Herodes erat vir iniquus cultum Dei despiciens,sola temporalia bona sequens, & fauorem principum Romanorũ: ideo istud,quod erat difficillimum,non crederet. Aliter potest dici, quòd etiam si Herodes crederet vera esse, quæ dicebantur de Messia, & quòd ipse non posset occidere eum, excæcabat eum desiderium: sicut quotidie videmus in aliquibus, quæ homo scit se non posse consequi, quia tamen illa nimium desiderat,fallit se ipsum:fingens quasi sit facile illa consequi, & sic illis se exponit.Ita Herodes,cùm desideraret nimis occidere Christum tanquam hostem regni sui: licèt putaret, quòd non posset hoc efficere, excæcabat, & credebat quòd posset efficere, & conabatur ad illud. Adhuc potest dici, quòd licèt putaret quòd non posset hoc facere, tamen quasi ex quadam desperatione conabatur se opponere: sicut interdum homines sciẽtes, quòd non possent euadere quædam pericula, exponunt se totaliter eis. Magis tamen credendum est, quòd Herodes crediderit, q̃ ipse posset occidere Messiam,quia putabat eum esse solùm aliquem virum iustum,& tales per temporalem potentiam possunt occidi:ideo ipse conatus est eum occidere. Cùm autem dicitur, quòd Messias non posset occidi, nisi quando vellet,quia Deus erat:dicendum,q̃ verum est,& tamẽ Herodes nesciebat istud,scilicet,an esset Deus,& an in potestate sua esset mori, quando vellet. Et si dicas, q̃ istud constabat ex lege, & prophetis: dicendum, q̃ licèt inde colligatur,Herodes tamen nesciebat illud,qa non erat studiosus in lege, nec deditus ad audiendum illam, sed erat de illis, qui dicunt Deo,recede à nobis scientiam viarum tuarum nolumus.Iob.21. Maximè, quia inter Iudæos non erat communiter notum, nec diuulgatum, q̃ Messias deberet esse Deus. Ad secundum, cùm dicitur q̃ multa erant prædicta de Messia, quæ oportebat prius impleri,uerum est:& tamen Herodes putabat ista posse impediri,scilicet,quòd si Messias ueniret ad ætatem adultam, q̃ faceret illa, quæ de eo prænunciata erant, & tamen q̃ posset impediri, ne ueniret ad ætatem adultam, per humanam potentiam. Et si dicas, quòd ista erant prænunciata per prophetas,& legem. Dicendum,q̃ Herodes non multum credebat prophetis, nec legi, quia erat totus uir mundanus,,sicut plurimi inter nos nihil credunt, sicut dicitur ad Rom.1. Non omnes credunt Euangelio.prophetæ etiam conquerebantur, q̃ non credebatur eis. Nam Isa,specialiter loquens de Messia conqueritur,q̃ sibi nõ credatur.Isa. 53.f. Quis credidit auditui nostro, & brachium domini tui reuelatum est? Quasi dicat. Pauci uolunt credere nobis: maximè quia viri mundani plurimi putant Deum res mundanas non aduertere,nec illas regi aliqua lege,ideo est locus malitiæ,& potentiæ humanæ. Et sic uiri iusti possunt occidi ab impiis.Dato etiam,q̃ Herodes crederet uera esse,quæ lex, & prophetæ prænunciarent, credebat tamen illa

Universidad de Deusto Biblioteca

posse impediri, ideo conabatur impedire. Ad tertium dicendum, quòd verum est, quòd Christus non poterat occidi extra Ierusalem, & tamen Herodes nesciebat istud, ideo putabat quòd posset occidi vbicunque pœna temporalis in eum insurgeret. Et hoc modo respondetur ad omnes similes confirmationes.

Quare Herodes clam vocauit Magos. Quæst. XXX.

QVAERITVR, quare Herodes vocauit Magos clam. Dicendum, quòd postquam se informauerat de loco natiuitatis Messiæ per sapientes: voluit se informare de tempore natiuitatis per Magos, & ad hoc uocauit eos clam. Primò vt Iudæi hoc non viderent, vt auferret eis occasionem suspicandi contra eum. Erat enim Herodes alienigena regnans super Iudæos, & non confidebat eis. Et ipse sciebat, quòd ipsi oderant eum, licèt paterētur in Dominum, quia vitare non poterant. Et si nunc de Messia suo tam sollicitus inquisitor esset, suspicarentur, quòd aliquid mali ei inferre vellet, & Iudæi se opponerent ipsi, & non posset facere quæ conceperat, & persequerētur ipsum. Ideo voluit eis nescientibus ista quærere, & sic clam uocauit Magos. Sed dicetur, ꝙ Iudæi non suspicarentur ex hoc cōtra Herodem, nec etiam ipse deberet hoc putare, quia non quæsiuisset ab eis de loco, vbi Christus nasceretur, & tamen omnibus vocatis quæsiuit illud. Dicendum, quòd non stat: nam in illa quæstione non potuit, vel non debuit verisimiliter aliud præsumi contra Herodem, poterat tamen præsumi in ista secunda propter duo. Primò, quia primum, scilicet, de loco natiuitatis nō putaretur Herodes propter se ipsum quærere, sed propter Magos, quia venerant ad eum, & petebant. *Vbi est, qui natus est rex Iudæorum?* Ad Herodem ergo tanquam regem pertinebat facere eis responderi: cùm ad eum venissent, quasi se ei commendantes: & sic Iudæi putarent, quòd istud quærebat ad satisfaciendum Magis, & non propter Herodem. Si autem peteret à Magis de tp̄e natiuitatis, iam istud uideretur propter se ipsum, ideo suspicarentur Hebræi, quòd propter aliquid istud uellet. Secundò, quia conquirendo solùm de loco natiuitatis Mesiæ, cùm nihil ante hoc quæsiuisset de Messia nihil præsumeretur, quòd tamen quæreret secūdo, scilicet, de tempòre natiuitatis iam apparebat magna diligentia. Ideo uerisimile erat, quòd propter aliquem finem peteret, & sic Iudæi suspicarentur, ꝙ aliquid intenderet contra Messiā: ideo noluit eis præsentibus hoc quęrere. Secunda causa quare clam quęsiuit videtur esse, ut Magi non cogerentur aliquid dicere de secretis suis coram multitudine, scilicet. Magi putabant aliquid magnum esse scire natiuitatem eius, ad quem adorandum uenerant, cùm ista fuisset sibi specialiter reuelata. Noluit ergo Herodes cogere eos ad dicendum coram multis, quod faceret si coram Iudæis quæreret: ideo secretè quæsiuit ab eis, & sic ipsi faciliores essent ad respondendum soli regi declarantes secretum suum, quàm si toti multitudini declararent. Et in hoc erat maior honor ipsorum Magorum, scilicet, quo ad secretam regis collocutionem, quàm, quòd coram multitudine interrogarentur. Tertia causa fuit, ꝙ Herodes non uocauit multitudinem sacerdotum, & scribarum nisi per accidens, scilicet, quòd accidit, quòd Herodes non potuit respondere Magis, nisi uocaret sapientes: ideo oportuit illos vocari. Nunc autem non erant necessarii, quia ad hoc, quod ipse nunc quærebat, scilicet de tempore natiuitatis Christi per stellam, non debebant respondere sapientes, sed Magi: ideo non uocauit eos. Quarta causa fuit, vt

F quando Herodes vellet exequi id, quod nunc intendebat, nesciretur quid uellet, scilicet, quia post biennium ipse iussit occidi omnes pueros, qui erant in Bethlehem à bimatu & infra, & noluit, quòd Iudæi intelligerent ad quem finem faciebat. Si tamen ipse nunc peteret de tempore stellæ coram Iudæis, per quam notificabatur tempus natiuitatis Christi: quando postea viderent pueros occidi, colligerent ex circunstantia temporis quid intenderet. Voluit ergo secretè à Magis quærere. Quælibet harum quatuor causarum est rationabilis, prima tamen, & quarta sunt rationabiliores propter duo. Primò, quia quidquid Herodes hoc faciebat, erat propter mortem Christi, quā præcipuè intendebat, vt ex litera apparet: ideo veri- G similius est singula, quæ dicuntur hic, pertinere potius ad istum finem, quàm ad aliquem alium, & ad hunc pertinent prima, & quarta causa. Secundò, quia dicitur hic, clam uocatis, & tamen clam sonat in malum. Nam si dixisset secretè poterat in bonum interpretari, sed clam ad malum est. Ita dicit ecclesia matrimonia clandestina, quæ occultè sunt facta, puta propter aliquid malum, uel turpe, & talia non approbat, sed potius punit, ut patet extra de clan. spon. per totum. Malum autem aliud ibi non erat, nisi desiderium mortis Christi. Ideo quòd Magi clandestinè uocati fuerunt, ad procurationem mortis Christi pertinet, & hoc uult prima, & quarta causa.

H *Quare Herodes uoluit à Magis discere tempus stellæ. Quæst. XXXI.*

QVAERITVR, quare Herodes uoluit à Magis discere tempus stellæ diligenter. Dicendum, quòd Herodes intendebat occidere Messiā, ne priuaretur regno per ipsum. Et ad hoc uolebat scire tempus natiuitatis eius, ut ex ignorantia ætatis non falleretur occidendo alium loco eius, & quia stella apparuerat in eius natiuitate, uoluit scire tempus stellæ, idest quantum erat, quòd stella apparuerat, & sic per hoc sciret ætatem Messiæ. præsupponebat autem Herodes, quòd stella tunc apparuit quando Messias natus est. Et hoc uidebatur rationa- I bile. Nam stella illa erat ad ostendendam natiuitatem eius, ideo rationabile erat, aut uerisimile tunc ipsam apparere quando Mesias nasceretur: quia aliàs possent falli Magi si stella prius nasceretur, quā Messias. Nam possent venire in Iudæam antequam nasceretur Mesias, & non inuenirent quem adorarent. Si autem dicatur, quòd post eius natiuitatem oriretur, iam posset oriri duobus, uel tribus annis, vel viginti post natum Mesiam, sicut quolibet alio tempore, quia non erat maior ratio, quòd potius uno tempore, quā alio appareret. De natiuitate autem erat specialis ratio, quia tunc incipiebat Mesias esse in mundo, ideo tūc competebat, quòd stella ipsum indicaret. Item patet hoc efficacius ex Magorum intentione: quia ipsi putabant tunc Mesiam natum, quando stella orta est. Quod patet ex uerbis eorum. Nam dixerunt. Vbi est K qui natus est rex Iudæorum? idest. Vbi est rex Iudæorum, qui nunc natus est. Si tamen præsupponeretur stellam apparuisse post eius natiuitatem, poterat apparere uigesimo, uel trigesimo anno sicut quolibet alio tempore: quia non erat maior causa de uno, quàm de alio, ut dictum est. Et tamen de illo, qui est iam natus, & si quantæ ætatis non dicitur: vbi est, qui natus est, & Magi putabant siue præsupponebant, quòd tunc stella apparuit, quando Christus natus est. Hoc fortè per dixerat Balaam posteris suis, quando informauit eos de ortu stellę, scilicet, quòd mox, ut nasceretur ille, stella appareret, uel fortè angelus apparuit Magis dicens.

A cens. Nunc natus est Christus, quem ista stella significat: ite & adorate eum. Vel hoc idem Spiritus sanctus eos docuit per interiorem inspirationem, vt declaratū est supra in 6. & magis 19. q. s. Quare Magi moti sunt ad ueniendum, & sic Herodes petens de tempore stellę, petebat de tempore natiuitatis Christi. Sed dicetur, ꝙ non oportebat, quòd Herodes peteret istud, quia ad occidendum Christum sicut ipse intendebat, erat alius modus apertior, scilicet, quòd postquam Magi inuenirent Christum, & adorarent, ipse iret illuc fingens se uelle adorare, & tunc distinctè cognosceret Christum, & esset facilius eum occidere, immo hoc uidetur ipse Herodes uoluisse. Nam dixit Magis, ꝙ interrogarent diligenter de puero, & renunciarent ei, ut ipse iret, & adoraret eum. Dicendum uerum ese, ꝙ B iste eset modus facilior, & tamen istud primum, scilicet, de tempore stellæ petiuit Herodes quasi in subsidium, scilicet, deficientibus aliis modis certioribus, & hoc fuit propter duo. Primò, quia fortè poterat deludi à Magis. s. ꝙ postquam ipsi inuenisent puerum, ꝙ nō ostenderent ei illum, sicut factum est, quia admoniti ab angelo ne redirent ad Herodem, reuersi sunt per aliam uiam in regionem suam, & sic Herodes non potuit per eos cognoscere puerū: ideo uoluit Herodes, quòd si contingeret sibi deficere istam cognitionem, de qua tamen ipse non suspicabatur, quòd maneret sibi aliud, pro quo poset saltem in generali habere cognitionem de Christo. s. per ætatem. Secūdò fuit hoc, quia fortè Magi deciperētur in stella sua, ita quòd per C illam non inuenirent puerum, scilicet, quia quando Magi intrauerunt in Ierusalem disparuit eis stella, qđ ante hoc nunquam fecerat. Et hoc videntur ipsi significase Herodi. Vnde putabat Herodes, ꝙ fortè iam non appareret stella, & sic Magi non posent determinatam habere cognitionem de Messia: ideo fortè non inuenirent eum, uel si inuenirent fortè non certificarentur omnino an ille eset, uel alius, & sic nō posent renūciare Herodi per certitudinem de illo. Et ad hoc uoluit Herodes scire tempus stellæ, scilicet, dato, quòd Magi non inuenirent Christum: ipse per tempus stellę saltem in generali cognosceret eum, & posset occidere occidendo omnes coętaneos sibi. Et ista est uera intentio Herodis. Et sic uoluit, quòd si Magi inuenirent D puerum ipsi renunciarent, vt iret ad adorandum eum. & sic posset eum occidere nullum alium occidendo. Si autem non inuenirēt illum: recurreret ipse ad aliud remedium per tempus stellæ, vt dictum est. Sed quare dicitur, quòd diligenter didicit tempus stellæ. Dicendum, quòd propter duo opportuit hoc diligenter sciri: primò, vt occidendo alios quasi coætaneos Christi, non contingeret eum euadere propter ignorātiam ætatis. Hoc tamen non posset fieri, si non diligenter sciret tempus stellæ: vtpotè si stella fuisset orta tribus annis antequam Herodes vellet occidere pueros, & ipse putaret fuisse illam natam solùm duobus annis ante hoc, occideret solùm pueros à biennio, & infra, & euaderet Christus, qui iam esset triennis, ideo opor- E tuit, quòd diligenter sciret, scilicet, nihil errando de tempore. Secundò, vt Herodes cum minori scandalo, quàm fieri posset istam rem ageret. Nam si non sciret Herodes determinatè tempus stellæ, oporteret ꝙ occideret multos etiam supra ætatem Christi, vt non maneret sibi dubium, quòd fortè Christus euaderet. Si autem determinatè sciret tempus stellæ, non oportebat, quòd occideret aliquos nisi, qui nati fuerāt tempore ortus illius stellæ, & post, & sic pauciores occideret, & esset minus scandalum, ideo oportuit diligenter hoc sciri.

Quare Herodes non quęsiuit à Iudæis de tempore natiuitatis Christi. Quęst. XXXII.

QVAERITVR, quare Herodes non quæsiuit à Iudæis de tempore natiuitatis Christi. Quidam dicunt, quòd Herodes putauit non posse hoc constare sapientibus Iudęorum, quia talia fortè non essent in lege eorū, nec in prophetis scripta. Sed non stat, quia Herodes petiuit à sapientibus Iudæorum de loco natiuitatis Christi, & non petiuisset, nisi putasset, quòd illi hoc scire possent per legem suam, vel prophetas. Sed sicut locus est circunstantia natiuitatis, ita etiam tempus: ideo qui putat prophetas, vel legem dicere de loco natiuitatis Messię, vel alterius, verisimiliter putare potest, quòd etiam scriptura de tempore dicat: cùm ista sint accidentia coniuncta, quæ sunt circunstantiæ eiusdem rei. Ideo non est dicendum, quòd Herodes putauerit hoc non haberi in lege, nec in prophetis. Sed dicendum, ꝙ ideo quęsiuit à Iudęis ad tollendam suspitionem contra se, quia si ab eis peteret, appareret, ꝙ aliquid volebat facere contra Messiam, vel saltem erat verisimile, ꝙ Iudæi hoc præsumerent: ideo noluit petere ab eis, ne ipsum in hoc impedirēt, vt dictum est supra penultima quæstione ante hoc. Secundò, quia Herodes fortè putabat, quòd licèt in lege, & prophetis aliquid scriptum esset de tempore natiuitatis Messiæ, quòd Iudæi non bene certificantur per illud, quia fortè erat breuiter, vel obscurè dictum, vel propter aliam causam, & ita ipsi nesciebant dicere determinatè quando nasceretur Messias. Hoc autem manifestè apparebat, quia si Iudæi determinatè scirent istud tempus, non possent inter eos varij insurgere, qui se dicerent Messiam, & diuersis tēporibus: vel saltem si insurgerent appareret manifestè eorum falsitas, & nemo eos reciperet. Et tamen pauco tempore ante hoc venit Theodas asserens se esse Messiam, & crediderunt in eum aliqui. Et post ipse occisus est, & illi perierunt. Post istum venit Iudas Galilæus dicens se ese Messiam, & crediderunt ei multi. Et etiam isti, & ipse perijt. Act. 6. Etiam post Christi mortem veniebant aliqui dicentes se ese Mesiam, & recipiebantur à multis. infra. 24. scilicet. Tunc si quis vobis direxit, ecce hic est Christus, aut illic, nolite illi credere: Et tamen Christus Messias est. Et sequitur, surgēt enim Pseudochristi, & Pseudopropheta, & dabunt signa magna, & prodigia: ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Et sic multos Christos, idest, Messias dixit post se venturos, scilicet, qui se sic vocarent. Et Luc. 21. dicitur: Multi venient in nomine meo dicētes, quia ego sum Chr̄s. i. ego sum Messias. Quilibet tamen istorum habebat sequaces multos, cùm infra. 24. dicatur, quòd isti falsi Christi inducerent in errorem, si fieri poset, etiam electos: ergo Iudæi nesciebant determinatum tempus aduentus Messiæ, idest, natiuitatis eius, cùm istud sit valde præcisum tempus. Tertiò, quia dato, ꝙ Iudæi scirent determinatum tempus natiuitatis Messiæ, non peteret ab eis Herodes, quia non petebat ab eis quidquam nisi ex necessitate: nam propter hoc quæsiuit ab eis de loco natiuitatis Mesiæ, quia ad respondendum Magis non poterat per alios certificari. Nunc autem de tp̄e natiuitatis Mesiæ poterat certificari per Magos, per stellam: ideo nō curauit quærere à Iudæis. Nam etiam de loco natiuitatis non quæsiuisset ab eis, si per Magos scire potuisset. Quartò, quia etiam si Iudæi hoc scirent, & nulla suspitio oriretur contra Herodem ista interrogando: magis tamen volebat hoc scire per Magos, quia verisimilius erat eos scire, & magis determinatè. Nam scriptura etiam

si interdum loquatur de tempore, quo aliqua res debet fieri, non ponit determinatè diem, quo fiet, vel fieri incipiet, sed ponit quasdam generales determinationes. Iudei tamen non poterant scire nisi per scripturam: Magi autem sciebant per stellam. Et ista determinatè poterat certificare, cùm præsupponatur eam ortam die illo, quo Christo natus est, vt declaratum est præcedenti quæstione: etiam quia ista stella ad nihil aliud fuit, nisi vt ostenderet Christum natum, & viam, qua illuc iretur, & postea locum, in quo esset: ideo per istam magis determinatè poterat homo instrui de tempore natiuitatis Messiæ, quàm per aliquid aliud, & sic Herodes potius voluit quærere à Magis, quàm à Iudæis.

Quare Herodes misit Magos in Bethlehem. Quæst. XXXIII.

QVAERITVR, quare nunc Herodes misit Magos in Bethlehem. Dicendum, quòd Magi postquam sibi occultata fuit stella ad introitum Ierusalem, quæsierunt vbi natus erat rex Iudæorum: Herodes autem fecit respondere per sapientes: & inuentum est, quòd in Bethlehem: ideo misit eos in Bethlehem, quasi certificans eos, quòd ille erat locus natiuitatis eius, & ibi inuenirent eum si iam natus esset. Sed dicetur ad quid Herodes mittebat eos illuc, quia cùm stella dirigeret eos, irent quo stella eos duceret, siue in Bethlehem, siue in alium locum, & sic non oportebat eis nominari locum, ad quem irent: sicut factum est: quia dicitur infra in litera, quòd *stella præcedebat eos vsque dum veniens staret supra, vbi erat puer.* Dicendum, quòd Herodes putabat, quòd stella iam non appareret Magis amplius, cùm semper direxisset eos per viam, & occultata fuisset ad introitum Ierusalem, ideo oportebat, quòd diceretur eis locus, ad quem deberent ire. Et ista est causa quare petierunt vbi est, qui natus est rex Iudæorum. Si autem stella eis non disparuisset non quæsiuissent hoc: ipsi etiã Magi putauerunt, quòd iam stella non appareret eis, vnde quando ad exitum de Ierusalem viderunt stellam, gauisi sunt gaudio magno valde, scilicet, quasi ex insperato eis appareret, quia aliàs non esset istud gaudium tam magnum, quantum litera significat. Et sic ipsi voluerunt ab Herode informari de loco, ad quem deberent ire. Et cùm dixit eis, quòd irent in Bethlehem, inceperunt illuc ire. Nam quando stella eis apparuit illuc, iam erant in viam Bethlehem, & iuissent illuc etiã si stella non apparuisset rursus. Sed dicetur ad quid mittebat Herodes Magos in Bethlehem, quia dato, ꝙ ibi Messias nasceretur, poterat esse, quòd ibi non esset, sed in alio quocunque loco terræ Iudææ. Dicendum, quòd præsuppositis eis, quæ Magi præsupponebant, & eis, quæ nunc per Herodem inuenta sunt, erat quasi necesse, vel saltem omnino verisimile, quòd inuenirent eum in Bethlehem. Nam nunc inuentum fuerat, quòd deberet nasci in Bethlehem: Magi autem præsupponebant ipsum natum esse, sicut stella significauerat: etiam præsupponebant, quòd non efluxerãt tredecim dies à natiuitate eius, quod apparebat per ortũ stellæ. Nã die tertiodecimo venerunt Magi in Bethlehem, & tamen in tam parua ætate non erat verisimile, quòd puer portatus esset ad alium locum extra locum natiuitatis suæ, quia propter tantam teneritudinem pueri, noceret ei diuersitas, siue propter motum localem, siue per varietatem aeris. Sed adhuc magis erat hoc propter matrem, quia in tam paucis diebus fortè nondum esset curata de puerperio, & sic maneret in loco, in quo peperisset. Et potissimè istud erat secundum consuetudinem legis Iudæorum. Nam fœmina, cùm pareret filium erat septem diebus immunda iuxta legem mulieris menstruatæ, & erat separata, & sic in illis non posset discurrere hinc, & inde. Postea manebat triginta tribus diebus immunda in purificatione sanguinis sui. Leui. 12. ideo vsq; ad istos quadraginta dies, non erat verisimile, quòd mulier recederet de loco, in quo pepererat. In die autem quadragesimo vẽtura erat in templum ad offerendum filium. cod. cap. ideo vsque ad illud tempus poterat in Bethlehem quæri verisimiliter Christus natus, & sic factum est. Nam vsq; ad diem quadragesimũ manserunt ibi domina nostra cũ puero, & die quadragesimo obtulit ipsum in Ierusalem in templo. Luc. 2. & tunc redijt in Galilæam in ciuitatem Nazareth. eo. c.

Quare Herodes non iuit cum Magis in Bethlehem. Quæst. XXXIIII.

QVAERITVR, quare Herodes non iuit nunc cum Magis in Bethlehem, quia ibi potuisset nunc inuenire Christum, & fuisset opportunitas ad occidendum eum, sicut ipse desiderabat. Nam Magi eum inuenerunt. Dicendum, ꝙ noluit ire nunc illuc propter multa. Primò, quia Deus inclinauit cor eius ad non eundum. Sic enim Deus solet mouere corda hominum, & præcipuè Regum ad faciendum, vel non faciendum aliquid secundùm quòd ei placet. Prouer. 21. scilicet. Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini, & quocunque voluerit, vertet illud. Hoc modo Deus facit quidquid vult in nobis, & de nobis, quia non solũ nos nihil possumus facere contra id, quòd ipse vult, sed etiã non possumus velle facere contra id, quòd ipse vult: ideest, quòd homo non potest velle aliquid, ꝙ Deus vellit eum non velle, quia aliàs esset aliquis actus positiuus ad quem Deus nõ concurreret etiam in ratione primæ causæ, & vniuersalis, quod est impossibile, vel cogeretur ad faciendum, quòd non vult. Et si Deus interdum mouet corda hominum ad volendum aliquid quod non est eis expediens quantum ad statum temporale: vel ad omittendum aliquid, quod erat eis vtile & hoc in pœnam ipsorum: nunquam tamen Deus homines mouet ad volendum id, quòd est malum culpæ. Quomodo autem possit stare pura libertas arbitrii mouente Deo voluntatem nostram ad id, quæ vult, declaratum est latè, 3. Reg. 12. in quibusdam quæstionibus. Causa autem quare Deus mouit nunc cor Herodis ad uolendum non ire in Berhlehem, fuit quia manebat ibi Christus, & si illuc iret Herodes cũ Magis, necesse erat, uel quòd Magi non inuenirent Christum, uel Herodes illum inueniret. Primum erat inconueniens, cùm Deus solum ad hoc fecisset Magos venire de terra sua, vt Christum uiderent, & adorarent: ideo non debebat impediri diuina intentio, & bonum istorum Regum propter Herodem: Secundum erat inconueniens magnum, quia si Herodes Christum inueniret occideret eum, uel Christus se liberaret per quod miraculum, & utrumque erat inconueniens. Primum patet, quia Christus uenerat, ut legem daret, & ut taliter operaretur nostram redemptionem. Si autem tũc occideretur, nihil fieret de eo qđ scriptum erat de ipso: ſm ẽt erat inconueniens, quia si nunc Chr̃s per miraculum se liberaret, constaret Herodi ueritas rei & tunc persequeretur eum semper, quia cognosceret eum esse Messiam. Ideo oporteret, ꝙ Chr̃s recederet de Iudæa: uel ꝙ ibi semper miraculosè se defenderet ab Herode. Et hoc non cõueniebat, quia sic nõ posset operari nostram redemptionem sicut operatus est. ꝙ cognosceretur ab omnibus esse Messias, & tñ nõ decuit: sed postea procedente tẽpore debuit manifestari. An

An verò natiuitatem suam Christus pluribus notificare debuerit, & an debuit esse nota omnibus hominib. declarabitur Luc. 2. & sic ut omnia hoc euitarentur, Deus mouit cor Herodis, vt non iret tunc cum Magis. Secunda causa fuit, quia Herodes nondum erat certificatus de natiuitate Messiæ, sed putabat, ꝙ illi Magi poterant falli per stellam: maximè, quia non viderat Herodes illam stellam. Nam illico vt introierunt in Ierusalem disparuit stella, & post hoc quæsierunt ab Herode. *Vbi est, qui natus est, &c.* Et sic Herodes non erat adhuc confirmatus circa intentionem Magorũ, ideo noluit moueri quousque sciret veritatem. Tertia causa, quia dato ꝙ constaret Herodi natum esse Messiã: tamen adhuc nesciebat, quis ille erat, quia Magi non dirigebantur nunc a stella, quando recesserunt ab eo. Et sic non habebant aliquod signum per quod determinatè cognoscerent Messiam. Et sic fortè non inuenirent illum. Vt ergo non iret in vanum Herodes noluit ire cum eis, sed mansit in Ierusalem. Quarta causa, quia facilius erat Herodi aliter inuenire Messiam, s. ꝙ Magi irent prius, & inquirerent sollicitè, & si inuenirẽt illum iret mox illuc Herodes, si autem non inuenirẽt ipse postea faceret, qđ præcogitauerat. Et ista fuit uera intentio Herodis. Nam dixit Magis, ꝙ diligenter inquirerent de puero, & cum inuenirent renunciarent ei, ut ipse iret ad adorandum illum. Si autem non inuenirẽt illum intẽdebat Herodes occidere omnes pueros, qui nati fuissent post ortum stellæ, sicut postea fecit, & sic non oportebat ire cum Magis. Sciendum tamen, ꝙ Herodes non iuit cum Magis, quia vidit eos ire in dubium, cùm non dirigerentur a stella: si tamen sciret, ꝙ stella apparitura erat eis in exitu de ciuitate, iuisset cũ eis: quia tunc putaret se ire ad rem certam. Nõ cognouit tamen hoc Herodes. Nam etiam Magi, quando recesserunt ab Herode, non putauerunt se dirigendos per stellam: sed apparuit eis quasi ex insperato. Et ob hoc gauisi sunt gaudio magno valde. ut patet infra in itera. Quinta, ut Herodes non irrideretur a Iudæis. Nã si iuisset cum Magis, & nõ inuenirent regem natum, quem annunciauerant Magi, irrideretur Herodes, ꝙ leuiter mouebatur ad dictum extraneorum hominũ super re incerta. Voluit ergo expectare certitudinem. Sexta, quia si Herodes iuisset cum Magis, parentes pueri timerent, & erat verisimile, ꝙ absconderent eum, & postea nunquam posset inuenire Herodes. Nam de Herode eunte ad puerum nihil boni poterant suspicari parentes pueri, quod nõ esset circa extraneos reges. Et tunc si illi semel illum adorarent, & cognoscerent, ꝙ non poterat latere, quia isti cognoscerent eum vbi eumque esset. Ideo aptius erat ad intentionem Herodis non ire cum Magis. Et ista etiam est causa quare non iuit ante Magos. Poterat enim facere, ꝙ illi manerent in Ierusalem, & ipse iret ante eos, ut inueniret puerum: & non fecit, quia præter alias causas obstantes obstabat sibi, quia contra eum solum uenientem præsumeretur malum, & occultaretur puer. Septima ad tollendum suspitionem sapientum Iudæorum, quos nunc congregauerat, quia illi dixerant Messiam nasciturum in Bethlehem, Magi autem dixerant illum iã natum. Si igitur uiderent Iudæi Herodem euntem in Bethlehem, clarè cognoscerent, quòd hoc uolebat, ideo cessauit dimittens Magos ire.

Quare Herodes dixit Magis, quòd postquam inuenissent puerum, ei renunciarent de eo. Quæst. XLV.

QVAERITVR, quare dixit Herodes Magis, ꝙ postquam inuenirent puerum diligẽter quæsitum, renunciarent ei. Dicendum, ꝙ Herodes suaserat Magis diligenter puerum quærere, vt non errarent in eo: quia Herodes intendebat occidere illum quem ipsi adorassent: & timebat decipi si forte aliquem qui nõ erat Messias occideret, & Messias euaderet. Ad hoc ergo diligens inquisitio erat necessaria. Secundò, quia non habebãt tunc Magi aliquod signum certum. Nã si habuissent stellam dirigentẽ sicut prius, ipsa ostenderet eis Messiam indubitate, & tunc non oportebat esse aliquam diligentiam in quærendo illum. Quia tamen quando recesserunt Magi ab Herode, non habebant stellam præuiam, nihil erat, per quod possent inuenire puerum natum, nisi per diligentem inquisitionem, ideo dixit, quòd diligenter inquirerent. Quod autem dixit, quòd renunciarent ei, potest intelligi dupliciter. Vno modo, quòd postquam adorarent, redirent in Ierusalem, & nunciarent Herodi de puero. Alio modo, ꝙ non redirent, sed mox, ut inuenirent eum, mitterent aliquem nuncium ad Herodem, & ipsis manentibus ibi, iret Herodes illuc. Istud secundum intellexit Herodes: primò, quia non dixit eis, ꝙ redirent ad eum, sed ꝙ renunciarent ei: & tamen renunciare poterat fieri per nuncium, vel per literas, ideo non oportebat, ꝙ reges redirent. Secũdò, quia erat contra vrbanitatẽ, ꝙ Herodes iniungeret regibus id quod per simplicem nuncium fieri poterat, & melius, & tutius fieret. Tertiò, & principaliter, quia istud specialiter conueniebat intẽtioni Herodis, vt puerum inueniret. Quia si semel adorato puero redirent reges, posset occultari puer, & fortè postea non inueniret eum Herodes. Si autem manentibus regibus cum puero nuncius renunciaret Herodi de illo, illico Herodes iret illuc, & non posset occultari puer propter regum præsentiam. Hoc ergo ipse uolebat.

Quare Hærodes dixit Magis, quòd ipse veniens adoraret eum. Quæst. XXXVI.

QVAERITVR, quare Herodes dixit Magis, ꝙ ipse veniens adoraret puerum. Dicendum, ꝙ primò dixit hoc, qa istud uidebatur satis rationabile. Quia cùm isti tres reges de longinquis regionibus uenissent ad illum adorandum, iustũ erat, vt Herodes, qui erat in terra illa eum adoraret. Secundò dixit hoc ad dandum rationem dicti sui. Nam dixerat Magis, ꝙ quærerent diligenter de puero, & renunciarent ei. Si autem non daret causam, uideretur istud dictum irrationabile, & inane: ideo dedit causã verisimilem, scilicet, vt ego ueniẽs adorem eum. Quasi dicat. Ego uellem adorare puerum hunc, & tamen nollem errare adorando alium pro eo. Ideo quærite illum diligenter, & nunciate mihi, & tunc ego ibo ad adorandum eum. Tertiò ad tollendam suspitionem: Quia cùm diceret, ꝙ diligenter quærerent de illo, & renunciarent ei, si non daret causam quare hoc iubebat, putarent verisimiliter, ꝙ ipse vellet nocere illi regi nato, cùm non esset de progenie sua, & timeret per illum regnum perdere. Hoc autem nolebat Herodes ab aliquo putari: ideo dixit, ꝙ hoc dicebat, quia volebat ire ad adorandum eum. Quartò, quia timebat Herodes, ꝙ impediretur ab eo, qđ intendebat si reges isti contra eum aliquid præsumerent. Nam ipse uidebat, ꝙ isti Magi diligebant valde illum regem natum, cùm propter eum ueniissent de longinquis regionibus desiderio adorandi eum: ob hoc si suspicarẽtur, quòd Herodes uolebat nocere illi puero, opponerẽt se pro eo, vel saltem, non renunciarent ei de illo postquã inuenissent, sed magis occultarent eum: ideo Herodes voluit auferre Magis occasionem suspicandi dicens, ꝙ ipse uolebat uenire ad adorandum eum.

Qui cum audissent Regem, abierunt. Et ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos vsque dum veniens staret supra, vbi erat puer. Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde: & intrantes domum inuenerunt puerum, cum Maria Matre eius.

Qui cum audissent. Hic ponitur Christi inuentio per Magos, & dicitur. *Qui cum audissent regem.* Idest, postquam locutus est Herodes cum eis, de tempore apparitionis stellæ, & commendauit eis, quòd diligẽter inquirerent puerum, & renunciarent ei: abierunt. i. inceperunt ire in Bethlehem. Quòd dicitur supra ꝙ misit illos Herodes in Bethlehem. *Et ecce stella quam viderant in oriente.* Cùm recesserunt ab Herode nõ præcedebat eos stella, sed quæsiuerunt de via Bethlehem, & intendebant sequi illam. Et cùm egressi fuissent de vrbe apparuit eis stella, quæ occultata fuerat eis ad introitum Ierusalem, & iam desperauerant se visuros illam. Et dicitur. *Quam viderant in Oriente.* i. quam viderant, quãdo erant in terra sua, quæ erat orientalis respectu Ierusalem, & viderant eam iuxta se. *Antecedebat eos.* i. precedebat eos in viam dirigendo, sicut solita erat facere, & erat modicum eleuata a terra, & satis iuxta eos: vt sic determinatè ostenderet, quam viam deberent tenere. *Vsque dum veniens staret supra, vbi erat puer.* Idest per totam illam viam præcessit eos dirigendo, & intrauit cũ eis in Bethlehem dirigendo per vicum quousq; veniretur ad illam domum, vel diuersorium, vbi erat puer, & stabat pendens supra domum. Per quod determinatè cognouerunt Magi in quam domum deberent intrare. Postquam autem stetit stella supra domum, & Magi intrauerunt, nunquam amplius visa est, quia ibi finitum est officium suum. *Videntes autem stellam.* i. qñ eam viderunt in exitu de Ierusalem incipientes ire in Bethlehem. *Gauisi sunt gaudio magno valde.* Istud ponitur ad significandum magnam lætitiam, quæ fuit de apparitione stellæ, quæ occultata fuerat: & putabant se iam non visuros eam, & per illam nunc liberabãtur à multis curis, vt infra dicetur. *Et intrantes domum.* Lucas vocat diuersorium. Nam dicit, ꝙ non erat ei locus in diuersorio. Quid autem fuerit istud diuersorium, an fuerit domus cõmunis, i. hospitium, vel aliquis locus opertus, & non habitatus, dicetur Luc. 2. *Inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* Erat enim tredecim dierum, quia hoc fuit die Epiphaniæ, vt supra probatum est. Et sic teneret eum mater sua in manibus fouens eum, vel lactans, sicut illa ætas exigit, quia omnes passiones, & defectus, qui proueniunt hominibus secũdum naturam assumpsit Christus. Vnde dicit Leo Papa in sermone Epiphaniæ, ꝙ Magi inuenerunt Christum paruulum nihil differentem ab alijs paruulis secundùm ætatem.

Quare stella Magis se occultauit ad introitum Ierusalem. Quæst. XXXVII.

QVAERITVR, quare quando Magi introierunt in Ierusalem occultata fuit eis stella, quę semper ante hoc eis apparuerat. Prima causa secundùm quosdam est, quòd Magi meruerũt illam perdere, quia recurrerunt ad humanum adiutorium, cùm haberent diuinum. Nam stella dirigebat eos sufficienter, quæsierunt autem ipsi præter hoc in Ierusalem vbi natus erat Christus, ideo disparuit stella. Sed hoc non stat, quia isti præsupponunt, ꝙ Magi prius petiuerunt: vbi natus est Christus, quàm stella eis dispareret. Sed falsum est: nam manente stella nunquam ipsi peterẽt vbi Christus nasceretur, quia aliàs diceremus, quòd in quolibet loco Iudææ peterent, cùm de quolibet possent dubitare, an ibi Christus nasceretur. Secunda dicitur esse, quia signa sensibilia dantur infidelibus, & prophetia fidelibus secundùm Apostolum, ideo signum stellæ, quod datum est istis, quando erant inter infideles dicunt, quòd nõ debuit manere inter Iudæos, qui erant fideles. Sed hoc non stat, Quòd tunc sequeretur, quòd non solùm isti perdidissent stellam in Ierusalem, sed ꝙ in introitu Iudææ occultaretur eis stella, quia ibi ceperunt esse iam inter fideles. Item sequeretur, quòd postquam semel perdiderunt eam inter Iudæos, non deberent amplius inuenire: maximè postquam essent certificati p prophetiam in Ierusalem, & tamẽ in exitu Ieru. rursus apparuit eis stella dirigens vsq; ad Christum, ergo non disparuit eis propter hoc. Tertia causa potuit esse ad hoc, ꝙ magis certificarentur Magi. s. vt qui fuerant certificati cœlesti signo certificarentur nunc testimonio prophetico, cùm in Ierusalem responsum fuerit eis ex dictis Micheæ de loco natiuitatis Christi. Quarta causa, & præcipua est, quòd factum est hoc, vt Magi cogerentur in Ierusalem quærere de loco natiuitatis Christi, & annunciarent ibi Christum natum. Nam si stella nunquam disparuisset, nunquam Magi quærerent aliquid, quia superfluum erat, cùm stella eos sufficienter dirigeret. Si autem in aliquo alio loco occultaretur, ibi quærerent de Christo nato. Et quia nullus locus erat, in quo magis conueniret ipsos quærere, quàm in Ierusalem, fecit Deus, quòd stella dispareret ad introitu Ierusalem. Ratio autem quare petere deberent in Ierusalem fuit multiplex. Prima propter eos, scilicet, vt magis certificarentur per duo testimonia, quam per vnum: nam stella directura erat eos in Bethlehẽ, quæ testaretur ibi esse Christum natum. Cùm autem nunc petentibus eis de loco natiuitatis Christi responderet, ꝙ in Bethlehem nasceretur, & postea stella illos dirigeret vsque in Bethlehem, esset istud opus firmius, & non putarent per hoc se deludi, cùm inuenirent prophetias gentis Iudæorum conueniri cũ dictis Balaam patris eorum, vel doctoris loquentis de hac stella, & cũ reuelatione eis facta, quando ad veniẽdum moti sunt. Secunda etiam ex parte ipsorum, scilicet, vt non dubitarent postquam ingrederentur in Bethlehem. Nam si non quæsiuissent Magi de loco natiuitatis Christi, nec stella eis dispariuisset, sed vsque in Bethlehem, quando ingrederentur, & staret stella supra ubi erat puer, licèt esset aliqua certitudo, tamen adhuc poterant aliqualiter dubitare, an rectè dirigerentur. Nunc verò, cùm prius in Ierusalem responsum esset eis, ꝙ Christus nasceretur in Bethlehem: & nunc stella deduceret in Bethlehem, apparebat manifestè, quòd nullus error erat, sed ista à Deo fiebant. Tertia etiam ex parte ipsorum, quia per hoc cognouerunt quis erat ille rex natus. Nam etiam si stella deducente eos ad Christum non dubitassent illum esse, ad quem adorãdum veniebant: tamen nescirent quis esset ille rex. Nũc autem cum quęsierunt in Ierusalem, ubi natus est rex Iudęorum, & responsum fuit eis, ꝙ rex Messias nasceretur in Bethlehem, & stella postea illuc deduceret eos, ibi rerent manifestè, quòd ille erat rex Messias, quem Iudæi expectabant, & de quo tanta magnalia dicebant. Quarta, quia hoc pertinebat ad magis ostendendum excellentiam istius, quem Magi adorabant, scilicet, quia non solùm astra ei seruiebant, & atestabantur ibi, sed etiam prophetæ ab antiquo de eo prædixerant, etiam quantum ad locum natiuitatis. In quo

quo apparet, ꝙ excellentissimus erat, quem Deus tantis testimoniis illustrem redderet. Quinta, & præcipua fuit ex parte Iudæorum. Quòd Deus nõ solùm voluit natiuitatem Christi sciri ab istis Gentilibus, sed etiam a Iudæis. Et licèt quibusdam esset reuelata in particulari sicut pastoribus. Luc. secundo, & postea Simeoni, & Annæ eodem capitu. videbatur non sufficere. Ideo voluit Deus, quòd etiam omnibus Iudæis manifestaretur: hoc autem fuit per hoc, ꝙ stella occultata est, qa tunc necesse fuit, ꝙ Magi quærerent in Ierusalẽ, quis erat locus, in quo Christus natus esset, & per hoc annunciabant ipsum esse natum: & quia Ierusalem erat locus, ad quem conueniebant omnes Iudæi propter templum, ꝙ solum erat in tota Iudæa, quia quid notũ esset in Ierusalem faciliter notum erat in tota Iudæa. Hanc notificationem voluit Deus facere Iudæis de Christo nato propter multa. Primò, vt ipsi possent eũ adorare, & cognoscere, sicut Magi ad adorandũ eum venerant. Secundò, vt non maneret Iudæis aliqua excusatio. Quòd dicere poterant nos scimus Messiam futurum esse, & scimus locum, vbi nascetur, nescimus tamen tempus natiuitatis eius, ideo nõ vadimus ad adorandum eum. Nunc autem Magis venientibus ablata erat ista excusatio, cùm ipsi annunciarent Christũ esse natum. Et sic Iudæi etiam si non crederent illis, saltem tenerentur esse solliciti ad inquirendum, an verũ erat, qđ Magi annunciabant. Tertiò ad reddendum verisimile, ꝙ Christus erat Messias, quando postea faceret miracula. Nam sæpe Iudæi conquærebant inter se de Iesu, an esset Messias. Ioan. 7. Considerata autem ætate eius poterant inuenire, quòd ille fuit, ad quem tanquã Messiam venerant Magi in Bethlehem, per ea, quæ nunc publicè facta fuerant, & non poterant ignorare, nec negare. Et sic atestarentur ea, quę in Christo prius fuerant, miraculis, quæ postea faceret, vt sic ex his collatis plenè appareret ipsum esse Messiam. Quartò, vt per studium, & diligentiam Magorum condemnaretur pigritia Iudæorum, & indeuotio. Nam Magi venerunt de oriente, vt Christum quærerent, & Iudæi, qui habebant eum in foribus, ipsum videre contemperũt sic enim Christus arguit contra Iudæos. ℣. 12. s. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire sapiẽtiam Salomonis. Et ecce plus quam Salomon hic. Quasi dicat. Ego sum maior, quàm Salomon, & regina Austri venit ad audiendum sapientiam eius de finibus terræ, & isti nolunt me audire, cùm sim inter eos: ideo peccatum eorum est grauissimum. Aliquas istarum causarum ponit Remigius, & aliquas ponit Aug. in sermonibus Epiphaniæ. Dic, quòd stella, quæ Magos perduxit ad locum, vbi erat cum matre virgine Deus infans poterat eos ad ipsam perducere ciuitatem Bethlehem in qua natus est Christus. Sed subtraxit se, donec de ciuitate, in qua Christus nasceretur etiam Iudęi testimonium perhiberent: ut sic geminato testimonio confirmati, ut ait Leo Papa ardentiori fide expeterent, quem, & stellæ claritas, & prophetiæ manifestabat auctoritas. Igitur ipsi annunciant Iudæis Christi natiuitatem, & interrogant locum. Credunt, & quærunt: tanquam significantes eos, qui ambulant per fidem, & desiderant spem. Dicit etiam August. in sermonibus Epiphaniæ, quòd Iudæi fuerunt indicantes locum natiuitatis Christi, & facti sunt similes fabris arcæ Noe, qui aliis, ubi euaderent præstiterunt, & ipsi diluuio perierunt. Audierunt, & abierunt inquisitores: dixerunt, & remanserunt Doctores: similes lapidibus milliariorum, qui uiam ostendunt, nec ambulant. Diuino etiam nutu factum est, ut aspectu stellæ subtracto Magi humano sensu in Ierusalem irent, quærentes in ciuitate regia regem natum, ut in Ierusalem primò Christi natiuitas annunciaretur.

Quare stella apparuit Magis exeuntibus de Ierusalem, quæ in vrbe eis se occultauerat. Quæst. XXXVIII.

QVAERITVR, quare exeuntibus de Ierusalem stella apparuit, quæ non apparuerat dum essent in urbe. Dicendum primò, quòd stella non fuit necessaria Magis in Ierusalẽ, immo fuit opportunum, quòd ibi eis occultaretur, quia aliàs non quærerent de Christo nato, ubi natus esset, nec annunciarent illum natum Iudæis. Et tamen istud fieri decebat propter illa quæ præcedenti quæstione declarata sunt. Secundò non apparuit ibi, quia Iudæi erant indigni non solùm stellam eis apparere, sed & reuelationem natiuitatis Christi eis tam manifestè fieri. Volebat enim Deus, quòd Iudæis habitantibus in Ierusalem, & in tota Iudæa natiuitas Christi reuelaretur, ita ut eam non posset ignorare: noluit tamen, ꝙ fieret tam manifesta reuelatio, ut ipsum Christũ apertè cognoscerent. Quòd istud specialiter ad quosdam uiros iustos pertinebat, sicut ad pastores, quibus Ang. apparuit in hora natiuitatis, & euntes in Bethlehem uiderunt Christum. Luc. secundo, sic etiam Simeoni, & Annæ Christus personaliter ostensus est. Viderunt enim illum, & lætati sunt eod. cap. Iudæis autem omnibus generaliter non decebat fieri istam reuelationẽ, quia per eam impedirentur opera nostræ redemptionis. De quo declarabitur Luc. 2. fuit tamen conueniẽs illis declarari in generali, ita, ut non ignorarent, & qui deuotè inquirere uellent, inuenirent. Qui autem mali essent, & nocere intenderent, non inuenirent. Qui uerò pigri non haberẽt excusationem pigritiæ suæ, quia poterant illũ inquirere, si uoluissent, cũ annunciaretur eis iã natus: & scirent ipsi, ꝙ nasci deberet in Bethlehẽ. Non ergo apparuit stella in Ierusalẽ: ne omnes Iudæi illam uiderẽt, & tñ apparuit extra Ierusalem, vt Magi illa non priuarentur. Tertiò factum est specialiter propter Herodem. Qu iasi ipse vidisset stellam præcedentem mansisse in Ierusalem cum eis, manifestè cognosceret uerum esse, ꝙ Magi dicebant de Christo nato, & iret cũ eis sequens stellam vsque ad locum, vbi esset puer. Et tunc sequeretur inconueniens, scilicet, quia Herodes haberet opportunitatem ad occidẽdum puerum. Quod Deus voluit euitare. Vnde non solũ tunc noluit, ꝙ veniret cum Magis, vt declaratum est, supra. q. 34. scilicet. Quare Herodes non iuit cum Magis in Bethlehem, sed etiam voluit, ꝙ Magi renũciarent Herodi de Christo inuento. Sed admoniti sunt redire in terram suam per aliam viam. Postquam autem Magi exierunt de ciuitate, Herodes dispositerat non ire cum eis: quia nõ uidebat aliquod signum certitudinis, ideo tunc propter Magos stella debuit apparere.

Ad quid stella apparuit Magis, quando certificati erant de loco natiuitatis Christi. Quæst. XXXIX.

QVAERITVR vlterius, ad quid stella apparuit nunc Magis, postquam certificati erant de loco natiuitatis Christi. Nam uidetur, ꝙ non erat necessarium, quia stella erat ad ostendendum locum natiuitatis, ipsi tamen erant iam de illo certificati, ideo non erat necessaria stella. Secundò patet, quia etiam non præcedente stella iam Magi cæperant ire in Bethlehem, cùm egressis de Vrbe stella apparuerit. Dicendum, quòd stella debuit apparere. Primò ad consolationem Magorum. Quod patet, quia quãdo eam uiderunt gauisi sunt gaudio magno valde. Deus tamen nolebat affligere illos, qui de nouo

Stella debuit Magis apparere.

Alph. Tost. in Matth. Comm.

Universidad de Alcalá
Biblioteca

eum sequi incœperant. Secundò, quia stella data fuit Magis, vt semper eos præcederet, vsque ad locum nati pueri. Quod autem in Ierusalem se occultauerit, fuit propter causas speciales, supra expressas, exeuntibus tamen eis de Ierusalem cessabant illę causæ: ideo debuit rursus eis apparere exeuntibus de vrbe. Tertiò ad tollendum suspitionem Magis. Nam cùm stella direxisset ante hoc eos semper in via: si postea non appareret eis deducens vsque ad locum intentum: putarent, ꝙ propter aliqua eorum peccata Deus offensus subtraxerat eis stellam. Sed ipsi nō offenderant Deum postquam incœperant venire, sed instanter laborauerant, vt peruenirent ad illum regem natum, ideo non debuit eis relinqui iste scrupulus, quia erat pœnalis, sed pro bona actione maximè incipientibus Deus non infligit pœnam. Quartò, quia si stella rursus non appareret eis, putarent Magi, quòd Deus nolebat iam ostendere eis illum regem natum, quia cùm subtraheret eis stellam, quæ dirigebat ad regem natum, satis erat verisimile, ꝙ vellet eis occultare illum, & ideo dato, quòd inuenirent eum, fortè nō essent certificati. Quintò ad totalem Magorum certitudinem: quòd dato, ꝙ fortè sine stella possent inuenire puerum, non essent certificati per vnicum testimonium, sicut si etiam stella astaretur determinatè illum ostendens. Sextò, & præcipuè debuit eis apparere stella, quia sine illa videretur, ꝙ non possent certificari. Nam saltem ex præmissis non poterant certificari, quia in Ierusalem certificati fuerant, quòd nasceretur Christus in Bethlehem. Ex hoc tamen non plenè cognoscerent Christum, quia multi pueri nati essent in Bethlehem, & nescirent quis illorum esset: maximè quia non essent certi an esset aliquis eorum, qui erant in Bethlehem, quia poterat esse, ꝙ ibi natus fuisset, & translatus fuisset ad aliū locum. Nam licèt verisimilius esset puerum recenter natum in eodem manere loco, quàm translatum esse ad alterum, non tamen sufficiebat hoc ad plenam certificationem: & etiam, quia fortè nō contingeret Magis videre omnes pueros recenter natos in Bethlehē: quia parentes videntes, ꝙ isti extranei inquireret pueros, non haberent causam suspicandi bonum: ideo occultarentur. Ideo ex premissis non manebat aliqua certitudo Magis ad inueniendum puerum, nisi stella rursus appareret. Cùm autem ipsa apparuit, plenè potuerunt certificari, quia ipsa præcessit eos. quousq; veniēs staret super domum illam, in qua erat puer, vt patet supra in litera. Et sic non poterant errare. Ideo adhuc fuit necessarium, ꝙ rursus stella appareret Magis. Ad primum in contrarium dicendum, ꝙ stella adhuc erat necessaria, quia illa præcedebat ad certificandum de tribus. s. de via, & de loco, & de persona. Magi autē poterant esse certificati de loco, & via ad illum per ea, quæ dicta fuerant sibi in Ierusalem, de persona tamen non poterant per hoc certificari, vt supra dictum est. Et istud erat maximè necessarium. Aliter potest dici, ꝙ fortè Magi adhuc per dicta Iudæorum non erant certificati, quia ipsi nesciebant quid prophetæ Iudæorum dicerent, nec obligabantur credere illis, maximè, quia nesciebant an sapientes Iudæorum vere respondissent eis, sm prophetas suos. Primum tamen melius est. Ad sm dicendū, ꝙ Magi incipiebant pergere in Bethlehē, non tñ pp hoc erant certificati an inuenirent, sed fortè hērent fidem, ꝙ Deus eis illum oñderet, quē q̄rebāt.

Quid facerent Magi, vel quomodo Christum inquirerent, si stella eis non apparuisset. Quæst. XL.

QVAERITVR, si stella nō apparuisset rursus Magis, quid facerent, an redirent in terram suam, vel inquirerent Christum, & quomodo inquirerēt. Dicendum, ꝙ Magi etiam si nō appareret stella Christum inquirerent. Quod patet, quia q̄n parauerūt ad eundum in Bethlehem, non videbant stellam, & tñ ire volebant, & ire inceperunt: postea verò in via eis apparuit. Cùm vero dicitur quomodo illum inuenirent: dicendum, ꝙ quærerent quantum esset eis possibile via humana. Et patet ex eis, quæ prius fecerūt. Nā cùm stella disparuisset eis ad introitum Ierusalem, & nondum certificati essent de loco, quæsierunt. *Vbi est qui natus est rex Iudæorum?* Ita ergo nunc, cùm iām constaret eis de loco, quærerent de persona quantum sollicitè possent. Et patet hoc, quia ita videbantur cōcordasse cum Herode, qui dixerat eis. *Ite, & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis renunciate mihi.* Modus autem ad certificationem suam erat diligētior inquisitio, quam facere possent: & ista esset per considerationem ortus stellæ. Nam tertiusdecimus dies erat, quo stella apparere cœperat. Inquirerent ergo solùm paruulos recenter natos, & ita per coniecturas possent habere aliqualem certitudinem. Et patet hoc, quia iste fuit modus, quem Herodes accepit à Magis ad certificandum se de natiuitate pueri, quia dicitur supra in litera, ꝙ diligenter didicit ab eis tempus stellæ. Quando etiam occidit infantes, istam cōiecturam habuit, vt dī infra. s. occidit omnes pueros in Bethlehem à bimatu, & ỹ. secundū tempus, qđ exquisierat à Magis. In quo innuebatur, ꝙ in hac re non poterat haberi certior cognitio, quàm per ortum stellæ. Dici potest tñ, ꝙ cùm Magi essent boni viri habebant fidem, ꝙ Deus eis aliquem modum ostenderet, per quem certificarentur de puero, ad quem venerant adorādum. s. Quòd cùm Deus solū fecisset eos exire de terra sua, vt istū puerū adorarent, & dedisset eis stellam præcedentem, credebant, ꝙ non desereret eos, ita ut fraudarentur aspectu eius. Hoc erat verisimile, quia sic fuit in Abraham, qui fuit pater omnium credentium, & maxime fuit caput populi Iudæorum. Ipsi. n. Deus promiserat, ꝙ in Isaac vocaretur sibi semen, & in semine illius benedicerentur omnes tribus terræ. Gen. 12. & iussit ei, ꝙ occideret illum. Gen. 22. Credidit tñ Abraham, ꝙ ex hoc non intabatur diuina promissio, quia potens erat Deus suscitare eum à mortuis, vt sic implerētur promissiones. ad Hebr. 11. Isti autem Magi erant primitiæ gentium ad Christum conuertendarum, vt ait Aug. ideo verisimile erat, ꝙ Deus eis daret fidem magnam, vt inuenirēt illum, ad quem ueniebant, qui erat: sicut dederat fidē Abrahæ, qui erat primitiæ Iudęorum circa ipsum Messiam futurum de semine suo. Aliter potest dici, quod etiam non apparente stella Deus poterat eis dare aliū modum certitudinis de puero, & inuentionis eius mouendo cor ipsorum, vt directè irent ad locum illum, in quo puer erat, & Spiritus sanctus erudiret eos interius, certificans illum esse puerum, ad quem quærendum veniebant: quia sicut Spiritus sanctus per solam interiorem admonitionem certificat hominem de rebus occultis, ita ut nullo modo de eis dubitet: sic per sentia pueri posset Magos certificare, quòd ille erat, qui adorandus erat. Et sic de uia, & domo eos instrueret. Nam non minus certificantur prophetæ per interiorem mentis illustrationem, quàm certificentur alii homines per exteriora signa. Et tamen per stellam Magi certificabantur de his hominibus, & ideo etiā si illa non apparuisset, poterant certificari per interiorem illustrationem. Voluit tamen Deus, quod apparerent eis stella propter causas dictas præcedenti. q. Credendū autem est quomodocunque dicatur, ꝙ Magi exeuntes de Ierusalem fidem habuerunt, ꝙ illum inuenirēt, & per fidem mouebantur. Quòd non erat verisimile, ꝙ illi quos de omnibus gentibus Deus tanq̄ primitias elegerat, & quibus Deus stellam suā ostenderat ad manifestandum fidem perderent: quæ Deo maxime placeret: sed qui eis catera bona dederat, fidem quoque daret.

Quomodo stella potuit occultari, & quando apparebat, an ab omnibus, uel a solis Magis uideretur. Quæst. XLI.

QVAERITVR, quomodo stella potuit occultaris Magis in Ierusalem: & an illa, quando apparebat, videretur ab omnibus, vel a solis Magis. Ad primum dicendum, quòd stella poterat disparere dupliciter, vno modo, quòd ipsa redderetur inuisibilis: alio modo, quòd ipsa manens non videretur propter aliquem defectum ex parte hominum. Primus modus adhuc potest distingui, quia redditur suisibilis res dupliciter, scilicet, si esse desinat, vel si manens acquirat conditionem inuisibilitatis. De primo patet, quia si res esse desinit, etiam videri desinit, quia non potest uideri, quod nihil est, licèt possit uideri aliter quàm sit. Hoc modo stella poterat desinere esse, scilicet, quòd Deus auferret ei fulgorem illum, per quem notabiliter uidebatur, vel totaliter anichilaret. s. dissoluendo materiam illā in aliquod aliud, ita ut non maneret sub illa densitate, sub qua prius erat quando habebat fulgorem. Quia illa magna densitas erat necessaria in ipsa stella, vt haberet fulgorem, sicut declaratum fuit supra in 16. quæst. Et tūc quando exirent Magi de Ierusalem, rursus illam stellam de nouo faceret sub eodem fulgore, & magnitudine, & figura sicut prius: ita, vt Magi putarent eandē esse stellam. Alio modo poterat fieri inuisibilis, & hoc absolutè. Et istud est si res priuetur omni colore, & luce, cùm visio solùm sit ad lucem, vel colorem: fieri potest etiam si res deducatur ad indiuisibile, quia potest manere res cum omnibus speciebus quantitatus suæ, & cum omnibus partibus suis integralibus in indiuisibili, & erit vna pars, vbi est alia. Ita assignant doctores de vero corpore Christi in sacramento. Nam aliàs non posset esse corpus Christi sub quacunq; particula hostiæ quantumcūque parua. Et sicut illud corpus opere Dei manet cum omnibus partibus suis sub indiuisibili: ita, & quodlibet aliud corpus potest reduci per Deum, & erit illud tunc indiuisibile: quia repugnat indiuisibile videri: cùm omnis visio sit per piramidem radiosam: cuius basis est in re visa, & conus in oculo videntis. Indiuisibile autem non potest esse basis, cùm basis sit superficies quædam. Reducendo ergo rem ad indiuisibile est facere eā inuisibilem: sicut si esse desineret. Et hoc etiam modo poterat fieri stella inuisibilis. Si autem ipsa maneret visibilis poterat adhuc non videri a nobis: si in sensibus nostris esset aliquod impedimentum: vel si fortè stella subito eleuaretur ad locum altissimum, in quo videri non posset, licèt secundùm se maneret visibilis. Nam dictum est supra, quòd ista stella erat iuxta terram, & apud Magos quando præcedebat eos. Et ad hoc sufficiebat, ꝙ esset satis paruum corpus. Si autem eleuaretur valde versus cælum lunæ: iam non posset uideri propter paruitatem suam: quia causaret tam paruulum angulū, quòd sub illo non posset oculus immutari. Et sic non videretur etiam si maneret fulgida, & sic etiam potuit in Ierusalē occultari: ita, vt a nullo videretur: & postea exeuntibus Magis de Ierusalem reduceretur ad locū suum iuxta terram, & circa Magos: & ex tunc eam videre inciperent. Ad secundum dicendum, quòd stella omnibus apparebat dum Magi eam videbant, licèt quidam voluerint, quòd nullis appareret nisi Magis:

Alph. Tost. in Matth. Comm.

quia alii non erant digni videre: sed iam respondimus istis supra in quæstione. 14. Poterat tamen stella videri a Magis, etiam quòd non videretur ab aliis: quia poterat turbare oculos aliorum, vt illam non viderent: quod scriptura vocat percutere eos cæcitate: sicut dicitur de Sodomitis. Genes. 19. qui nunquam potuerūt inuenire hostium domus Loth. Sic etiam fuit de Syris, quos duxit Elisæus in Samariam. 4. Reg. 6. q. putabant se deduci ad locum, in quo erat Elisæus, vt caperent eum: & tamen ipsemet Elisæus dirigebat eos, & deduxit in Samariam ponens eos in manibus inimicorum suorum. Ista tamen non erat vera cæcitas, quia si Sodomitæ uerè effecti fuissent cæci, iam non inquirerent hostium domus Loth: quia non possent inuenire, cùm omnes essent percussi cæcitate, & maximè, quia viderant Deum contra se miraculosè operantē, & illico cessarent. Continuauerunt tamen tota nocte inquirere hostium: ideo cæci non erant. Idem patet de Syris quærentibus Elisæum: quia si fuissent cæci, desiissent persequi Elisæum. Et tamen postquam percussi erant, inquirebant eum, etiam quia postquam sunt percussi cæcitate uenerūt cum Elisæo de Dothain vsque in Samariam. Si tamen essent cæci nullam uiam viderent, & sic non venirent cum eo: sed erat ista cæcitas quædam passio, quam græci acrisiam uocant. Sic enim appellat eam Aug. 22. de ciuitate Dei. Et ista est quando homo omnia videns, quæ ei obiiciuntur, aliquid, quod specialiter quærit, & coram ipso est, non uidet. Sic enim Sodomitæ totam domum Loth, & omnia alia uidentes, solum hostium domus, quod quærebant, & coram eis erat, inuenire non poterant. Et aliquando fit ista passio, vt homo rem uideat, quam uidere solitus est, & tamen eam non cognoscat. Sic erat de Syris, qui Elisæum quidem cognoscebant, cùm ad eū tenendum venirent, & tamen nunc erat coram eis, & videbant eum, quia aliàs non possent ipsum sequi dirigentem eos in via, & tamen non cognoscebant eum vsquequo fuerunt in Samaria. Sic etiam Syri sciebant terram illam, & quæ esset ciuitas Samariæ, & sæpe illam viderant, & tamen accedentes ad eam non cognouerunt, & securi intrauerunt, quousque in platea urbis existentibus eis aperti sunt oculi eorum, & tunc viderunt se esse in medio Samariæ. Ista cæcitas, siue acrisia poterat esse ad hoc, quòd nemo uideret stellam præter Magos, & non esset nociua alicui ista cæcitas, quia omnia alia uidendo solam stellam non uiderent stellam. In exitu de Ierusal. gauisi sunt gaudio magno valde. Quidam dicunt, quòd hoc ponitur ad innuendum lætitiam, quam Magi conceperunt de multiplici stella, quam uiderunt. Dicunt enim eos vidisse quinque stellas, scilicet, stellam materialem, stellam spiritualem, stellam intellectualem, stellam rationalē, stellam supersubstantialem. Stella materialis fuit, quā viderunt in Oriente, & præcedebat eos. Stella spiritualis fuit fides, quam uiderunt in cordibus suis: nam dicunt isti, quòd nisi stella, ideſt, fides prius in cordibus Magorum radiasset: nequaquam ad uisionem primæ stellæ uenissent. Habuerunt enim fidem de Christi humanitate cum dixerunt. *Vbi est, qui natus est.* Et de eius regali dignitate, cùm dixerunt. *Rex Iudęorum.* Et de eius deitate, cùm dixerunt. *Venimus adorare eum.* Tertia stella est intellectualis, scilicet, Angelus quem dicunt istos Magos vidisse in somno admonentem eos, ne redirent ad Herodem. Quarta stella, scilicet, rationalis fuit Beata Virgo, quam viderunt in diuersorio. Quinta stella, scilicet, supersubstantialis fuit Christus, quem uiderunt, ut isti asserunt in præsepio. Quamlibet harum dicunt uocari stellam. De prima, Psalm. 8. scilicet, Lunam, & stellas. De secundo

Opi. quorūdam de gaudio Magorū propter visionem plurium stellarum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesiast. 43. scilicet, species cœli, ideſt, hominis cœ- F
lestis, & gloria stellarum, ideſt, virtutum. De tertia Ba-
ruch. 3. scilicet, stellę dederunt lumen in custodiis suis,
ideſt, Angeli. De quarta canit Ecclesia, Aue maris
Stella. De quinta Apocal. vltimo: ego sum radix, &
genus Dauid, stella splendida, & matutina. Dicunt
autem, quòd propter visionem primæ, & secundæ
stellę Magi gauisi sunt, & propter uisionē tertię gauisi
sunt gaudio: propter visionem quartæ gauisi sunt gau
dio magno: propter visionem quintæ gauisi sunt gau-
dio magno valde. Manifestum est tamen, quòd istæ
sunt applicationes mysticæ, quia in sensu literali, quē
sacra scriptura intendit, non vocantur stellæ istis mo-
dis. Et patet ex applicatione auctoritatum, quia sal-
tem duæ illarum, scilicet, de secunda, & tertia stella, G
non possunt intelligi in sensu literali, sicut applicatæ
sunt, sed intelligit scriptura ibi de stellis materialibus.
Item patet hoc, quia scriptura non loquitur hic nisi
de stella, quæ præcedebat Magos, cùm dicatur. *Et ec-
ce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos.* Et se-
quitur, *Videntes autem stellam gauisi sunt.* De illa ergo in-
telligebatur. Item non stant applicationes de gaudio
secundùm quinque stellas, quia solùm viderant stel-
lam materialem, & fidem quando dicitur. *Videntes
stellam gauisi sunt gaudio magno valde.* Ideo totum hoc
mysticum est. Dicendum autem, quòd secundùm
veritatem Magi vnicam stellam viderunt, scilicet, ma-
terialem, & de illa gauisi sunt gaudio magno valde.
Ponitur autem hoc ad signandum immensam læti- H
tiam quam Magi conceperunt, cùm viderūt stellam.
Nam, licèt ante hoc fidem haberent, quòd Deus eis
per aliquem modum ostenderet illum puerum, quē
quærebant: tamen modum adhuc non uidebant, cùm
verò stellam viderunt, manifestè cognouerunt per
quid Deus eis puerum ostensurus esset. Et per hoc li-
berabantur à multis curis, quia aliàs ex eis quæ audie-
rant in Ierusalem non poterant plenè certificari de
puero, pro quo videndo tantum laborauerant. Valde
ergo gaudere debuerunt, quando stella apparuit, quæ
eis certissimè illum ostenderet, & auferret eis suspi-
tiones, de quibus dictum est supra in 39. q. scilicet,
Quare stella apparuit Magis, cùm iam scirent locum
natiuitatis Christi. I

*Per quid Magi cognouerunt Christum, quando domum intra-
uerunt. Quæst. XLII.*

QVAERITVR, quando Magi intrauerunt
in domum, in qua erat puer, per quid eum co-
gnouerunt, & an vltra stellam fuerit ibi aliud
signum necessarium. Dicendum videtur,
quòd stella sufficienter designabat puerum, & sic Ma
gi intelligebant. Nam propter hoc videntes stellam
gauisi sunt, scilicet, quia putabant, quòd per istam suf-
ficienter cognoscerent puerum. Et patet hoc, quia K
stella direxit Magos vsque dum staret supra domum,
vbi erat puer. Ex quo manifestè apparebat, quòd puer
quæsitus ibi esset, quia aliàs stella falsè designaret ma-
nendo fixa super illam domum, & non se determi-
nando ad aliam nisi ad illam. Vnde non signabatur
solùm, quòd puer ibi natus fuisset, sed quòd ibi actua-
liter esset. Nam si fuisset translatus ad aliam domum:
frustra immo falsè stella super domum illam mansis-
set, quia non petebatur locus natiuitatis pueri, sed
ipse puer. Apparebat ergo puerum in domo illa esse,
Non ergo manebat dubium aliquod, nisi in domo il-
la alij pueri quasi coętanei essent. Sed tunc Magi per
tempus stellæ poterant discernere inter eos, quia ipsa
dies, qua intrauerunt in domum illam erat tertia decī-
ma ab ortu stellæ: & sic cognoscerent, quis esset, nisi
forte contingeret plures esse ibi pueros coętaneos
eodem die natos: quod non erat satis uerisimile. Vel
forte mater eius vellet illum occultare, ut Magi eum
non inuenirent: quod etiam non est satis uerisimile.
Et sic satis apparet, quòd stella sufficeret sine alio si-
gno ad Christum cognoscendum. Dici tamen po-
test, & valde rationabiliter, quòd aliquod signum a-
liud apparuit ad magis distinctè cognoscendum, ut
tolleretur omnis dubitatio possibilis. Et hoc pote-
rat esse per interiorem mutationem factam à Spiritu
sancto, qui eis innueret illum esse, quem quærebant:
sic enim fuit de Simeone, quem non solus Spiritus
sanctus certificauerat, quòd videret Christum ante G
mortem, sed etiam die illo, quo Christus ductus est in
templum Spiritus sanctus mouit cor Simeonis, vt ve-
niret in templum, & vt illum cognosceret, & accipe-
ret in vlnas suas. Luc. secundo. Sic etiam mouit ibi
cor Annæ prophetissæ ad cognoscendum eum, &
loquendum de ipso Iudæis. eod. cap. Aliter potest di-
ci, quòd non fuit mutatio aliqua in corde ipsorū prin-
cipaliter, sed apparuit aliqua dignitas in vultu pueri
Iesu supra humanum modum, per quam appareret
illum esse, qui adorandus erat. Hoc autem videtur
sæpe Christus ostendisse incutiens quibusdam timo-
rem, & quosdam ad amorem mouens. De timore
patet infra 21. & Ioan. secundo, quando Christus fa-
cto flagello de funiculis eiecit de tēplo omnes emen-
tes, & vendentes, & oues, & boues, & effudit omnem
pecuniam, quæ erat super mensas numulariorum, ip- H
sasque mensas subuertit. Manifestum est autem, quod
de hoc valde nocerentur Iudæi maximè nummulari,
qui effusis pecuniis aliquid perderent. Nemo tamen
ausus est resistere ei, sed cedebant quasi in patuo fla-
gello suo de funiculis facto, esset omnis pœnarum
acerbitas. Et hoc fuit, ut dicunt multi Doctores,
quia ipse ostendit eis uultum terribilem, & timentes
fugerunt. Vel aliquid aliud insolitum apparuit in vul-
tu eius, propter quod Iudæi timuerunt. Sic etiam fuit
instante passione, quando ministri Iudæorum quære-
bant Christum in horto, & cùm Christus eis diceret:
Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terrā.
Ioan. 18. Hoc autem ex magno timore fuit propter ali-
quod, quod eis Christus ostenderet. De amore idem
erat: quia quandoque ad subitum sermonem eius ho-
mo mouebatur, vt omnia desereret: sicut quando in-
ta mare existens uocauit Petrum, & Andream, qui
erant piscantes, & illi continuò relictis retibus secū
sunt eum. infra 4. Idem fecerunt Ioannes, & Iaco. qui
audito hoc uerbo relinquentes patrem, & retia secum
sunt Christum. eo. cap. Matthęus quoq; ad unum ver-
bum eius totam mundanam occupationem reliqui.
infra. 9. Hoc autem esse non poterat nisi, quia tunc
Christus aliquid specialiter in vultu suo ostendebat:
quo viso isti mutabantur, vel in cordibus eorum aliqd
diuinum efficaciter operabatur. Ita nunc est satis ve-
simile fuisse in Magis, vt Christum sine dubio cogno-
scerent: maximè quia Christus erat circundatus pau-
pertate, & infirmitate carnis propter ætatem, & ista
nihil dignum regio apparatu ostendebant. Deitas er-
go suppleret, quod exterior apparatus non poterat: er-
go tam per stellam, quàm per aliquod de signis, quæ
nunc deducta sunt fieret: & istud valde esset ad confir-
lationem Magorum.

Et procidentes adorauerunt eum: & aper
tis thesauris suis obtulerunt ei munera, au-
rum, thus, & myrrham. Et

Et procidentes. Hic ponitur Christi inuenti deuota A
adoratio, & dicitur. *Et procidentes adorauerunt eum.* Id-
est, flexis genibus, vel fortè toto corpore prostrato, vel
secundùm varias cæremonias, quia non est eadem cō
suetudo apud omnes gentes exhibendi reuerentiam.
Expositio Modus tamen communior, est flectendo genua, &
hoc vocamus nos procidere. Ista fuit adoratio diuina,
quia Magi non adorauerunt Christum, vt hominem,
sed vt Deum. *Et apertis thesauris suis.* Erant reges, & di
uites, & habebant thesauros magnos, quos aperuerūt
Nicolaus de Lira. ad dandum munera Christo. Nicolaus dicit, quòd nō
Magis ex- aperuerunt eos tunc, sed quando cœperunt venire
positio pri- de terra sua ad expendendum in viam. Sed in hoc nō
ma. est difficultas. Potest tamen dupliciter dici, quod nūc
aperuerunt thesauros suos, vno modo, quòd the sau- B
rus vocetur vas repositorium, siue arca in qua pecu-
niæ, & res præciosæ conseruantur: quia propriè the-
saurus est positio auri, & sic non est ipsum aurum the
saurus, sed locus, in quo conseruatur. Fortè autem isti
reges habebant aliquas arcas, vel uasa in quibus segre-
gauerant in terra sua munera, quæ portare deberent
huic regi nato, ad quem adorandum veniebant, & ni-
hil aliud erat in istis arcis, ideo vsque in Bethlehē non
aperuerunt eas. Et sic dicuntur ibi aperuisse thesau-
ros. Alio modo potest dici, quòd Magi portabant mu
nera in repositorijs, in quibus cætera pertinentia ad
expensas suas tenebant, & nunc ad dandum ista mu-
nera aperuerunt thesauros, ideſt, illas arcas commu-
nes, quæ sæpius apertæ fuerant, & etiam nunc apertæ C
sunt, sicut sępe homo dicitur bursam aperire, & clau-
dere, & non solùm prima vice, qua aperitur. *Obtule-
runt ei munera.* Postquam adorauerunt obtulerunt, vt
sic compleretur honor debitus. *Aurum, thus, & mir-
rham.* Ista tria solùm obtulerunt, & ponuntur hoc à
Matthæo, vel propter magnitudinem suam, vel pro-
pter aliquam significationem mysticam, quam Ma-
gi intendebāt in istis donis, ita quòd essent quasi quę-
dam professio eorum, quæ Magi credebant de Chri-
sto, ut infra dicetur.

An Magi bene fecerunt adorando Christum.
Quæst. XLIII.

QVAERITVR, an Magi bene fecerunt a- D
dorando Christum. Aliquis dicet, quòd non,
quia ipse erat homo, & apparebāt in eo signa
humanæ infirmitatis, ideo non debuerūt
adorare. Dicendum, quòd etiam si Christus fuisset pu
rus homo, non peccassent Magi adorando eum, quia
homines adorantur. 3. Regū 1. dicitur, quòd Bethsa-
bee adorauit regem Dauid. Est autem quædam ado-
De adoratione latriæ, duliæ, hyperduliæ. ratio, quam latriam uocamus, quæ soli Deo debetur.
Et talis adoratio nulli creaturæ facienda est. De hac
dixit Christus infra 4. scriptum est. Dominum Deum
tuum adorabis. Quasi dicat. Ipsum solum, cùm sequa-
tur, & illi soli seruies. Illa tamen adoratio nihil est, ni-
si quædam pars illius seruitutis soli Deo debitæ. Huic E
adorationi quam vocamus latriam opponitur idola-
tria, ideſt, cultus idolorum, vel quorumcunque rerum
creatarum. Alia adoratio uocatur dulia, quàm cuili-
bet homini excellenti, vel virtuoso tribuimus. Alia vo
catur hyperdulia, ideſt, excellens duliam, vel supra du-
liam, & ista est honor quidam specialis, minor tamen
diuino honore, qui tribuitur illis rebus per quas spe-
cialiter nostra salus procurata est, scilicet, cruci Chri-
sti, & Beatæ Virgini, & carni Christi, vt consideratur
sine deitate. Nam vt est coniuncta deitati adoratur
eadem adoratione, qua deitas, scilicet, latria. De his
patet per Magistrum. 3. Senten. dist. 9. Quandocunq;
ergo in scriptura dicitur, quòd aliquis homo adorat
alium, intelligitur de adoratione duliæ. Quomodo di-
stinguantur istæ adorationes, dicunt quidam distingui
per cæremonias, in quibus exhibentur. Sed dicendū,
quòd non est verum. Quòd sicut Deo genua flecti-
mus, ita & interdum hominibus. Et omnes aliæ incli-
nationes, quæ fiunt in vna possunt fieri in alia. Solùm
ergo distinguuntur ex intentione, scilicet, quia ille, q
adorat Deum licèt exterius non ostendat alias cere-
monias, quàm ostendit circa homines, in corde de-
bet facere differentiam, scilicet, quòd coram Deo se
inclinat tanquam coram Deo, & Domino vniuersali
conditore, & gubernatore, & redemptore, & in quo
est totum bonum nostrum, cui homo seipsum debet,
& totum quidquid est, & habet. Regibus autem, &
B Dominis temporalibus, uel quibuscunque constitu-
tis in honore exhibet homo eisdem cœremonias
reuerentiæ exterius, non tanquam illis, in quibus con-
sistit aliquod bonum nostrum, nec in quibus sit pote-
stas vitæ, aut mortis, sed tanquam quibusdam morta-
libus hominibus similibus nobis, differentibus autē
per illum gradum honoris, quem Deo uolente ha-
bent. Cùm ergo Dei nutu factum sit, ut illi præsint
etiam si mali sint, reuerentia illis exhibenda est. si-
cut dixit Beatus Petrus: Serui subditi estote Dominis
non solùm bonis, & modestis, sed etiam discolis,
ideſt malis, & discordibus, & semotis ab omni virtu-
te. Sub hoc respectu Beatus Petrus iubet hominibus
constitutis in dignitate, uel potestate honorem esse
C dandum. prima Pet. 2. scilicet. Subiecti estote omni
creaturæ humanæ propter Deum: siue regi, tanquam
præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vin
dictam malefactorum, laudem verò bonorum: quia
hæc est voluntas Dei. Hoc mō debet homo exhibere
reuerentiam regibus, & principibus, & Dominis, &
exhibere talem reuerentiam cadit sub debito. ad Ro-
man. 13. scilicet. Reddite ergo omnibus debita. Cui
tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorē
timorem, cui honorem honorem. Nunc tamen dicē-
dum de Magis, quòd Christum adorauerunt non ado
ratione duliæ, uel hyperduliæ, sed adorauerunt eum
adoratione latriæ, quæ soli Deo debetur: quia credi-
derunt eum esse uerum Deum, cùm astm quoque ei
seruirent, nulli tamen homini seruiunt. Etiam, quia
cùm supra declaratum sit, quòd angelus apparuit istis
regibus, vel Spiritus sanctus docuit eos, quòd venirent
ad adorandum Christum, declaratum est eis, quòd ip
se erat Deus, & sic adorabant ipsum vt Deum. Item
patet, quia si Magi credidissent illum purum homi-
nem, etiam si scirēt esse regem excellentem, non ve-
nissent de regione sua procul in Iudæam ad ipsum
adorandum: quia ad nihil ei tenebantur. Vnde licèt
multi alij reges Iudæorum nati fuissent, & mortui, ad
nullum eorum venerunt Magi adorandum, nec an-
tecessoris sui, quia istum non putauerunt esse simi lem
cæteris, sed per cuius adorationem salutem suam con
sequerentur. vt ait Augustinus in quodam sermone
Epiphaniæ. Item isti Magi, aut nullam adorationem
Christo exhiberent, aut exhiberent latriam. Patet, q
si duliam exhiberent eum purum hominem esse pu-
tarent. Quod si crederent, nec etiam duliam ei im-
penderent, quia paupertate circundatus erat puer
paruulus, & in paupere domo, & infirmis parentibus,
& nullo extrinsecus apparatu. Adorauerunt tamen
eum procidentes in terram, ideo plus homine ipsum
esse crediderunt: cui tantam reuerentiam etiam a re-
gibus impendi dignum esse putarent. Ideo Magi nō
solùm non peccauerunt puerum adorando, sed valde
laudabiles fuerunt. Vnde meruerunt esse primitiæ gē
tium ad Christum conuertendarum. Et per hoc pa-
tet responsio ad argumentum, scilicet, quia licèt Ma-
gi ho-

Magi crediderūt Christum esse Deum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gi hominem viderunt: Deum tamen illum certissimè crediderunt, quem non solùm iustè adorare potuerunt, sed etiam debuerunt.

An Beata Virgo timuit aduentum Magorum.
Quæst. XLIIII.

QVAERITVR, quãdo isti tres reges introirent ad adorandum Christum, an Virgo mater eius timuit propter filium suum: videns homines incognitos, & apparatu grandi. Quidam dicunt, quòd Virgo nihil poterat timere, ga sciebat filium suum esse Deum, & nihil posset ei accidere contra voluntatem suam. Dicendum istud nõ videtur stare: nam Christus de seipso timebat, & præ timore contristabatur, cùm dicatur de eo, quòd cœpit pauere, & tedere, uel mæstus esse. infra 26. & Luc. 22. A fortiori Virgo de illo poterat timere, quòd aliqua ei acciderent nociua. Item si non timeret Virgo de puero, non esset sollicita nutriendo eum, obseruãs ne quid deesset, cùm nihil mali posset accidere ei, & tamen ipsa erat valde sollicita circa ipsum, & anxiabatur, & timebat, & dolebat: vt patet quando ipsa, & Ioseph perdiderunt eum, & non inuenerunt vsque ad tertium diem. Nam ipsa turbata dixit. Fili quid fecisti nobis sic? Nam ego, & pater tuus dolentes quærebamus te. Luc. secundo. Item licèt Virgo sciret, ꝙ Christus non poterat aliquid pati contra uoluntatem suam: quia tamen verus homo erat, & susceperat omnes infirmitates nostras, poterant multa ei nociua accidere: nisi miraculosè se vellet liberare. Et tamen ipse non venerat, vt per miraculum se ab omni passione liberaret, sed potius, vt multa pateretur. Nunc autem maximè cùm esset in tenerrima ætate, in qua nõ erat compos sui ex parte corporis, multa timere poterat Virgo circa illum, quæ verè ei acciderent nisi ipsa solicitè caueret. Item Virgo erat mater, & non poterat tolli ei, quod erat matris, scilicet, timere pro filio, & solicitam esse de illo. Maximè ergo timeret cùm videret aliquid insolitum sicut nunc, scilicet, quòd tres reges venirent ad adorandum puerum. Considerandum autem, quòd Virgo sciebat filium snũ esse Deũ, quia sic annunciauerat angelus. Luc. primo. scilicet: antequam conciperet. Et hoc experiebatur: quia sine corruptione illum conceperat, & sine dolore pepererat. Ideo licèt circa eum acciderent magnalia, vt quòd nunc isti tres reges venirent ad adorandum eũ, non timeret, nec suspicaretur aliquid mali, sciens, quia filius suus ista facere poterat, quia ipsa nesciebat omnia, quæ circa illum accidere deberent: quando videbat res de nouo, admirabatur. Sicut fuit quando post partum eius ipsa die natiuitatis Iesu per noctem venerunt pastores, & narrauerunt quomodo viderant angelos annunciantes de puero. Et dicitur, quòd Maria obseruabat omnia uerba hæc conferens in corde suo, Luc. secundo. Quasi admirata de his cogitabat quomodo hæc acciderent, & quomodo Simeon, & Anna cognoscentes Christum puerum in templo magnificauerunt eum, cùm dicitur. Erant pater eius, & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. eo. cap. Ista autem regum adoratio fuit maximum saltẽ in honore, quod circa puerum Iesum accidit. Ideo cùm subito Virgo hoc videret, nõ est dubium, quin admiraretur, & tamen non suspicaretur aliquid mali. Quòd sicut die natiuitatis pueri Deus misit pastores ad eum per noctem, & Maria sciuit hoc per Deum fieri, ita & nunc crederet istos reges mitti à Deo ad adorandum filium suum. An tamen primo aspectu timuerit non est mirandum, quia insolita, & maxime incognita terrorem gignunt. Credendum est autem,

Rõsio auctoris.

quòd saltem verecundiam pateretur Virgo in conspectu regum. Erat enim puella tenera vix annorum quindecim, aut sexdecim, vt asseritur, noua mater, & Virgo, quæ à quorumlibet virorum aspectibus fugeret, & erubesceret, maximè autem in conspectu trũ regum, & tanti apparatus, potissimè cùm ipsa paupercula esset, & extra natalem terram in angusta domo nihil boni nisi filium habens. Sed credendum, quòd reges illi venerarentur eam summo honore, vt matrem conditoris sui, quem de longinquo venerant adorare, & consolarentur eam dulci alloquio, bonam habere spem, quam Deus tanto filio illustrauerat.

Quare Magi obtulerunt munera Christo.
Quæst. XLV.

QVAERITVR, quare isti Magi obtulerũt Christo munera. Dicendum, quòd primò fecerunt hoc ad complementum honoris. Nã Magi volebant Christum perfectè honorare sicut poterant. Honor autem iste non solùm cõsistit in exhibitione reuerentiæ, sed etiam in præstatione aliquorum munerum in signum subiectionis, & reuerentiæ. Ideo postquam adorauerũt, munera quoque obtulerunt. Est enim verè honor Dei in hoc, ꝙ homo ei dat de rebus quas possidet in signum cuiusdam recognitionis, scilicet, quòd ista, quæ damus ei, de manu eius accepimus. Sic dixit Dauid. primo Paralipo. 29. Quando ipse, & principes obtulerunt multa donaria ad ædificationem templi, scilicet, quis ego, & quis populus meus, vt possimus tibi hoc vniuersa promittere? Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Secundò fecerunt hoc Magi ad seruandum communem consuetudinem. Nam cùm quis iret coram regibus, aut dominis apud antiquos erat consuetudo, quòd semper eis aliquid offerret. Et ob hoc Deus etiam fecerat, quòd obseruaretur ista consuetudo erga eum. Exo. 23. scilicet. Non apparebis in conspectu meo uacuus: quia Deus volebat seruari ad se ceremonias honoris, quæ seruantur circa Dominos temporales. Malachiæ primo, scilicet. Offer illud duci tuo si placuerit ei, & si acceperit faciem tuam. Quasi dicat. Non offeratis mihi animalia, nisi quæ sine verecundia potestis offerre Dominis temporalibus. Sed illis non placebunt, nec accipient facies uestras, idest, non respicient vos bono vultu, si offeratis eis animalia clauda, & cæca, ideo non offeratis mihi talia. Magi sciebant Christum esse Deum, & Dominum, ideo ex utroque capite fuit conueniens, ꝙ ea munera offerrent. Tertiò fuit fortè ex misericordia, uel charitate ad subuentionem paupertatis Christi. Nam pauper erat, & parentes eius pauca possidentes, ideo erat quasi quædam inhumanitas, vt adorantes Christum tanquam Deum, & hominem, permitterent ipsum, & parentes suos in paupertate, & angustia viuere. Largiti sunt ergo munera ad reuelationem paupertatis.

Quare Magi obtulerunt Christo aurum, thus, & mirrham.
Quæst. XLVI.

QVAERITVR, quare isti reges obtulerũt Christo ista tria munera, scilicet, aurum, thus, & mirrham. Quidam dicunt, quòd obtulerũt tria munera, quia tres erãt, ita quòd unus offerret aurum, alius thus, alius mirrham. Sed hoc nõ est uerisimile, immo quòd potius quilibet istorũ obtulerit ista tria. Primò, quia munera istorum regum debebant esse solemnia sicut decebat ipsos reges dare, & sicut decebat dari ipsi Christo. Quem tanquam Deum

Deum adorabant. Et tamen, quòd unus eorum offeret mirrham, & alius thus, etiam si de illo multũ offerret parui ualoris esset tale munus, & maxime in illa terra, vbi plurimum ista abundant. Secundò, quia dicitur hic, quòd apertis thesauris suis obtulerunt munera, & tamen ad dandum modicum de thure, vel de mirrha non diceretur quis aperire thesaurum, immo etiam ad dandum multam mirrham, uel thus, quia ibi paucis denariis ista emuntur. Tertiò, quia isti reges erant inter se quasi æquales. Nam scriptura non ponit inter eos aliquam differentiam prælationis, ideo munera eorum essent æqualia, uel quasi, & tamẽ qui offerret aurum, etiam si paucum daret, erat magna offerens, qui autem mirrham, aut thus offerret, etiam si multum in quantitate daret, nihil offerebat in ualore. Et sic non essent tam inæquales eorum oblationes. Ideo nõ est verisimile, quòd unus obtulerit unũ, & alius aliud, sed quilibet de omnibus tribus obtulerit siue æqualiter, siue inæqualiter obtulerint. Quartò, quia etiam si quilibet unum de istis tribus obtulisset non reddebatur ex hoc ratio, quare potius ista tria, quàm quælibet alia tria obtulissent. Quòd si propter hoc, quòd tres erant tria obtulissent, ita possent offerre quæcunque alia tria. Dicunt autem quidam, quòd obtulerunt ista tria, quia ista erat consuetudo regum Arabiæ, scilicet, quòd offerrent ista tria munera. Et istud tenet Nicolaus. Alij dicunt, quòd factum est in significationem, quasi per hanc oblationem reges profitebantur quid erat illud, quod de Christo credebant. Offerunt aurum quod conuenit regiæ dignitati: quia Christus rex erat. Iere. 23. Offerunt thus signantes illum esse Deum. Nam thus in sacrificio Dei ponitur, & est unum de libamentis sacrificij. Numeri. 15. Etiam quotidie sacerdos cremabat thus in altari thymiamatum intra templum. Exo. 3. Immo thus, & maximè thymiama, quod erat de thure soli Deo conueniebat, & nulli hominum licebat facere talem compositionem. eod. cap. Mirrham offerunt ad significandum Christum moriturum, & esse verum hominem. Nam mirrha ponitur corporibus mortuorum, ne putrefiant. Istam secundam rationẽ approbat ecclesia in quodam hymno Epiphaniæ, qui incipit. Nuncium fero de supernis. Alij dicunt, quòd istę oblationes sunt mysticæ, scilicet, quia per has innuitur, quæ nos offerre debeamus. Christo enim tam præcipuè offerre debemus, vt ei placeamus, scilicet, sapientiam, orationis deuotionem, & carnis mortificationem. Hæc ponit Gregorius in quadam homilia dicens. Instruimur, vt nato regi aurum per quod significatur sapientia offeramus, in conspectu eius in sapiẽtiæ lumine resplendentes: thus autem per quod exprimitur orationis deuotionem offeramus Deo, ut per orationum studia Deo redolere ualeamus. Mirrham, quæ significat mortificationem carnis offerimus, si carnis uitia per abstinentiam mortificamus. Alij dicunt, quòd aurum obtulerunt in substentationem paupertatis matris, & filij, thus contra fœtorem loci, & mirrham ad consolidanda membra pueri. Harum quatuor positionum sola prima est literalis, aliæ sunt mysticæ, licèt quarta aliqualiter sit literalis. Dicendum tamen, quòd quarta non conuenit. Primò, quia dicitur, quòd Magi dederunt thus contra fœtorem loci. Nam Magi, quando recesserunt de terra sua tulerunt secum ista munera ad offerendum, cùm dicatur. *Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera.* Et sic ista munera de terra sua portabant in thesauris suis, quæ tunc aperuerunt corã Christo, & nõ emerunt ea in Bethlehem. Et tamen non poterant scire Magi, an esset Christus in loco immundo, & fœtido, nisi postquam fuerunt in Bethlehem: ergo non obtulerunt ista tria munera propter istam causam. Secũdò, quia isti presupponunt locum illum in quo Christus natus est fuisse immundum, & fœtidum, quia dicunt fuisse stabulum quoddam, cũ Christus fuerit positus in præsepio. Luc. secundo. Istud tamen non stat, quia domus illa magna erat, in qua virgo peperit. Quod tamen accidit illo tempore fuisse multitudinem ibi cõfluentium ad professionem, ad quam venerat Ioseph: accidit, quòd Domina nostra non habens locum secretum in quo posset parere, & maneret separata a reliquis: diuertit ad quoddã præsepium & ibi reclinauit paruulum mox natum. Luc. secundo, scilicet. Peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio, quia non erat locus in diuersorio. Non est tamen uerisimile, quòd omnibus illis tredecim diebus, qui fluxerunt à Christi natiuitate, vsque ad aduentum regum manserit paruulus in præsepio, & virgo in stabulo: sed haberet aliquem locum aptiorem in domo, quem ipsa propter puerum conaretur inquirere. Et sic non oporteret, quòd ad fœtorem loci tollendum offerretur thus. Tertiò, patet, quia si ad hoc offerretur, sufficiebat parum de thure: ita, vt de illo nõ deberet fieri mentio inter oblationes regum: maximè, cùm dicantur eductæ de Thesauris: ideo de quolibet istorum oportebat multum offerri. Et sic non offerretur thus ad tollendum fœtorem loci. Quartò patet idem de mirrha, quam dicunt oblatam ad consolidationem membrorum pueri. Hoc tamen rarum est: & tamen dato, quòd fieret, paucissimũ de mirrha ad hoc sufficiebat: & non poneretur tanquam unum de tribus regiis muneribus. Ideo ista positio non est verisimilis. Secunda & tertia positio mysticæ sunt. Non autem conueniunt secundùm literam: quia non essent istæ causæ, quæ mouerent reges ad ista offerendum: cum istæ significationes non proueniant ex natura rei: sed sunt quædam applicationes, quas consueuerunt facere doctores in sacra scriptura. Vtraque autem est rationabilis applicatio. Vnã enim secundam approbat Ecclesia: aliam verò, idest, tertiã ponit Grego. Prima ipsa est allegorica, quia conuenit secundùm ea, quæ de Christo credenda sunt: alia est tropologica, siue moralis, quia competit secundùm ea, quę a nobis agenda sunt. Si tamen aliqua earum deberet accipi, vt motiua regum, acciperetur ipsa, quę est allegorica: quia per illam quasi profiterentur reges, quid est, quod de Christo credebant. Prima autem est vere literalis: quia uerisimile est, quòd isti portarent munera secundum consuetudinem terræ suæ, scilicet, de melioribus rebus, quæ erant in terra sua. Sic enim dixit Iacob filiis suis volens, quòd inuenirent propitiũ dominum Aegypti, scilicet. Sumite de optimis terræ fructibus in vasis vestris: & deferte uiro munera, scilicet, modicum resinæ, & mellis, & storacis, & stactes, & terebinthi, & Amygdalarum. Gen. 43. Ita isti reges, cũ essent circa terram Arabiæ, in qua abundabant ista: offerrent ista tria munera tanquam præcipua terrę suæ. Aurum enim in omni terra super cætera metalla præcipuius est, ideo tanquam precipuum illud obtulerũt: maximè, quia istud conueniebat ad sustentationem regis nati pauperis. Thus, & Mirrham obtulerunt tanquã consueta offerri in terra sua: sicut patet ex muneribus reginæ Sabæ, quæ obtulit auri talenta. cxx. & aromata multa nimis ad Salomonem. 3. Reg. 11. & 2. Paralip. 9. Nomine aromatum intelliguntur Thus, & mirrha, & omnia similia, ut colligitur. Exod. 3. Vbi iubentur summi aromata pro thymiamate, & oleo unctionis. Et ponitur ibi thus. Putant autem quidam reginam Saba fuisse de terra istorum regum, uel de terra propinqua: ideo concordauerũt in muneribus, quæ obtulerunt.

Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid factum fuerit de istis regum oblationibus.
Quæst. XLVII.

QVAERITVR, quid factum est postea de istis oblationibus regum. Quidam dicunt, ꝙ Domina nostra, & Ioseph erant pauperes: & expenderunt hoc in sustentationem suã. Sed contra, quia quando Christus erat vir erant parentes sui valde pauperes, & de labore manuum suarum viuentes. Vnde ipse Ioseph faber lignarius erat. Et sic dixerunt Iudæi de Christo. Nonne hic est filius fabri? Ipse etiam Christus dixit se esse pauperem: cùm dixisset quidam, quòd uolebat sequi eum, scilicet. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, & filius hominis non habet vbi reclinet caput suum. Quidam dicunt, ꝙ in triginta annis, qui fuerunt a natiuitate Christi, vsque ad tempus, quo incæpit prædicare, & fieri mentio de actibus eius, potuerunt ista consumi, & ita post hoc Christus dicebat se pauperem, & nihil habere, & parentes eius erant pauperes. Dicendum, quòd non stat, nec est uerisimile, quòd isti tres reges ueniebant de longinquo ad offerendum munera regi nato, quem sciebant Deum, & hominem. Facerent ergo oblationes meliores, quàm possent sicut decebat regiam dignitatem, & sic ex illis possent Ioseph, & Virgo, & omnes posteri sui, & etiam cognati non solùm ditari, sed etiam locupletari nimium: cùm quilibet de regibus offerret aurum, ut probatum est supra, & illud non esset modicũ, quia dicitur in litera, quòd apertis thesauris suis obtulerunt munera, & tamen non diceretur aperiri thesaurus ad offerendum paruam rem, sed aperiri bursa. Multum ergo dederunt, ita ut possent Christi parentes esse diuites. Dici potest uno de duobus modis. Primo modo, quòd isti reges obtulerunt Christo valde magna munera: Domina tamen nostra edocta per Spiritum sanctum, ut ostenderet summam virtutẽ filii sui, tanquam despiciens omnia terrena, noluit accipere totas illas oblationes, sed modicum de singulis, & illud in breui tempore poterat consumi, ita ut non ditarentur inde parentes Christi. Secundo modo potest dici, quòd accepit Virgo totas oblationes regũ. Et tamen sciens, quòd filius suus non uenerat ditari in terra, sed potius, ut pro nobis se pauperem faceret, & vt doceret nos gratis erogare, quæ haberemus, & anhelare ad perfectionem negligendo pecuniam, iuxta illud: Nolite possidere pecuniam. Luc. 12. Et nolite thesaurizare in terra. Luc. 7. Retentis ergo quibusdam pauciſſimis ad subleuandam necessitatem aliquorum temporum, cætera in breui pauperibus distribuit. Vtraque positio est satis rationabilis, sed magis, & communius tenetur secunda. Et probantur aliqualiter istæ positiones per oblationem Virginis in die purificationis in templo. Nam mulier, cùm purificaretur deferebat agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ, siue turturem pro peccato. Leu. 12. Et dicitur ibi, quòd si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum: sumet duos turtures, uel duos pullos columbæ. Et sic non poterat mulier offerre tures, aut pullos columbarum, nisi quando non poterat offerre agnum. Et tamen Domina nostra obtulit par turturum, & non agnum, ut patet. Luc. 2. Ergo erat pauperrima. Et sic post oblationem Magorum, vsque ad diem quadragesimum, quo Christus in templo oblatus est, iam uirgo omnia expenderat, ita, ut pauper posset dici. Sed dicetur: cur Euangelista non expressit hoc, quia istud erat magna eruditio moralis. Dicendũ, quòd quidquid istorum duorum esset, erat valde ad mores conferens: Euangelistæ tamen breuitati studẽtes, uel ꝙ verisimilius est, à Spiritu sancto moti multa de maximis omiserunt. Ioan. 2. scilicet. Multa quidem & alia signa fecit Iesus, quæ in hoc libro scripta non sunt Et Ioan. 21. dicitur: Multa quidem & alia fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, arbitror mundum capere non posse eos, qui scribendi sunt, libros.

Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

Et responso accepto. Hic ponitur Magorum recessus. Nam postquam obtulerunt Christo munera, non expediuit ad aliquid eos manere lõgo tempore in Bethlehem. Et dicitur. *Responso accepto in somnis.* Hoc credendum est fuisse sequenti nocte, postquam uenerũt in Bethlehem. Non enim longius ibi morarentur: quia expleuerant, qđ desiderauerant, & nõ erat aliqua causa iam ibi manendi. Et tunc in somno admoniti sunt à Deo, uel ab angelo, quid facere deberent. Ne *redirent ad Herodem.* Volebant reges ad Herodem redire, Deus autem hoc fieri perhibuit propter causam, quæ infra tangetur. *Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.* Idest, non redierant in Ierusalem, per quam uenerant, ubi tunc erat Herodes, sed per aliam viam declinando, reuersi sunt in terram suam.

Quomodo isti Magi responsum acceperunt in somnis.
Quæst. XLVIII.

QVAERITVR, quomodo dicitur hic, quòd isti reges acceperunt responsum in somnis. Quidam dicunt, quòd quæsiuerant aliquid a Deo, & de illo responsum est sibi in somniis. Istud autem videbatur esse de via, scilicet, per quam ire deberent, cùm responsum de hoc sit, scilicet, ne reuerterentur ad Herodem, sed per aliam viam irent in terram suam. Dicunt autem isti, ꝙ Magi perceperant hoc à Deo, & uolebant sibi responderi per somnia: quia non solùm Deus solebat reuelare hominibus nihil petentibus ea, quæ ipse uellet per somnia, sed etiam quandoque homines petebant à Deo sibi responderi per somnia, & sic dicebantur consulere Dominum per somnia. Et erat iste unus de modis præcipuis consulendi, ut patet primo Reg. 28. scilicet. Consuluit Saul Dominum, & non respondit ei, nec per somnia, nec per sacerdotes, nec per prophetas. De modo, & cęremoniis consulendi Dominum per somnia. eod. cap. declaratum est. Sic isti Magi petierunt responderi sibi per somnia: & respõdit illis Deus. Et sic dicitur: Et responso accepto in somnis. Sed dicendum, quòd non stat. Nam non est uerisimile, ꝙ Magi hic aliquid quæsierint à Deo. Primò, quia non ponitur hic eorum quæstio, & tamen, si aliquid quæsiuissent, ad quod Matthæus uellet ponere responsum datum, præposuisset eorum quæstionem, & non fecit. Secundò, quia non erat uerisimile, quòd saltem ipsi quærerent de hoc, qđ hic ponitur: quia non habebat aliquam causam dubij, scilicet, an redire deberent ad Herodem. Nam per illam viam uenerant, & forte nesciebant aliam: maximè quia Herodi promiserant redire ad ipsum renunciaturi de puero, ideo nõ quærerent à Deo, an deberent redire ad Herodem: quia nulla causa motiua ad hoc dubium apparebat. Homines tamen non petunt à Deo sibi responderi nisi in rebus illis, quæ graues sunt, & habent magnam rationem dubij: quia aliàs nemo dignum iudicaret talia Deo petere, nec etiam credere deberet, ꝙ Deus sibi in talibus responderet. Dicendum ergo, ꝙ Magi de nullo dubitauerunt, & nihil à Deo petierunt, sed solùm

lùm Deus uoluit reuelare eis, ne redirent ad Herodem. Et ista reuelatio vocatur responsum largè secundùm modum loquendi Hebraicum, cùm tamen propriè responsum sit uerbum satisfaciens dubio. Et ita sæpe non solùm in veteri testamento, sed etiã apud Euãgelistas inuenitur, sic patet Mar. 11. Nam dicitur, quòd cùm uidisset Christus à longè ficum habentẽ folia, & cùm venisset ad eam, nihil inuenit præter folia, & respondens dixit: Iam non amplius in æternum quisquam ex te fructum manducet. Ibi tamen Christus incipiebat loqui, & nulla locutio præcesserat ab alio, & tamen dicitur, ꝙ respondens, dixit hoc. Item, quia dicitur, ꝙ Christus respondens, dixit hoc ficulneæ, & tamen ficulnea nihil petierat Christo loqui, ad hoc, ꝙ Christus deberet sibi respondere. Sic etiam accipitur infra 26. scilicet. Respondens Iesus, dixit ei: Beatus es Simon Bariona, & tamen Petrus nihil quæsiuerat à Christo, ad quod Christus deberet respondere, vt patet ibidem. Sed dicitur respondens, idest, loquens, uel dicens. Et sic accipitur hic responsum pro simplici locutione: quam nulla interrogatio præcesserat.

Quomodo Magi habuerunt istam reuelationem.
Quæst. XLIX.

QVAERITVR, per quem habuerunt Magi istam reuelationem in somnijs, per Deum, an per angelum. Dicendum, ꝙ vtroque modo fieri poterat. De Deo patet, quia Gen. 23. dicitur ꝙ Deus loquutus est ad Abimelech regẽ Palæstinorum per noctem, idest, in somniis. De Salomone quoque dicitur, quòd Deus per noctem loquutus est ei quando dedit sibi sapientiam. 3. Reg. 3. & 2. Paralipom. 1. De angelo patet: quia præcedenti cap. dicitur quòd angelus Domini apparuit Ioseph in somnis. Dicendum tamen, quòd istud factum est per angelum, idest, ꝙ videbatur Magis, ꝙ angelus loquebatur eis per noctem ista. Et patet hoc: quia præcedenti cap. posuerat Matthæus quomodo angelus Domini apparuerat Ioseph in somnis. Et iterum infra in litera dicitur, ꝙ apparuit angelus in somnis. Et rursus ponitur idem. Ideo intelligendum est, quòd cùm omnes reuelationes, quæ habentur hic, dicantur factæ per angelos in somnis, quòd etiam ista, de qua nõ exprimitur, fuerit facta per angelos, cùm ponatur inter illas, & uerisimilius est pertinere ad illas, quàm ad aliũ extraneum modum reuelationis. Secundò patet hoc, quia Matthæus ponens istam reuelationem, non certificauit modum eius, ideo videtur voluisse, quòd ista esset similis alijs, de quibus loquebatur ipse. Et tamen semel ponit supra reuelationẽ factam per angelum, & bis ponit illam infra, & nunquam ponit hic aliquã reuelationem factam per Deum. Ideo manifestè videtur velle, ꝙ etiam ista per angelum facta sit. Tertiò patet: quia Matthæus uult hoc declarare per quaudã similitudinem, quam ponit inter istas reuelationes. Nam dicitur de tribus reuelationibus factis Ioseph præcedenti cap. & infra in litera, ꝙ factæ sunt in somnis, & per angelum, de ista aurem dicitur, ꝙ facta est in somnis: ideo videtur, ꝙ voluerit subintelligi etiam aliam conditionem, scilicet, ꝙ facta sit per angelum.

Quomodo facta fuit reuelatio Magis, an ipsis dormientibus, vel uigilantibus. Quæst. L.

QVAERITVR, quomodo facta est ista reuelatio Magis, scilicet, an erant tunc dormientes, vel vigilabant. Dicendum, ꝙ dormiebant, & non fuit eis facta aliqua locutio, nec audierunt quidquam, cùm dicatur, quòd in somnis acceperunt responsum. Et tamen in somnis nihil auditur, nec quisquam loqueretur dormienti, nisi vellet eum excitare, sicut declaratum est latè præcedenti capit. quæstio. 55. & magis 56. de Ioseph, cui apparuit angelus Domini in somnis. Et tamen ibi erat adhuc difficilius, cùm dicatur, ꝙ angelus locutus est Ioseph. Hic autem non dicitur, ꝙ fuit aliqua locutio, sed solũ accepto responso &c. Poterat autem fieri responsum per solam immutationem phantasiæ, ita quòd nihil quisquam loquatur. Difficilius etiam erat de Salomone, quando petiuit sapientiam. 3. Reg. 3. Nam ponuntur ibi multa, qnæ dicitur ipsum petiuisse à Domino: & multa, quæ Deus ei responsisse dicitur. Et tamen nihil istorum fuit uocaliter, sed Salomon verè dormiebat, cùm dicatur ibi, ꝙ erat somnium. De istis Magis licèt apparuerit eis angelus per somnium, qđ tamẽ non dicunt prophetæ: ratio satis declarata est præcedenti cap. q. 57. Cùm quærebatur, an Ioseph esset propheta, quia apparuit ei angelus.

Quare reuelatum est istis Magis, ne redirent ad Herodem.
Quæst. LI.

QVAERITVR, quare reuelatum est istis Magis, ne redirent ad Herodem. Dicendum, ꝙ Magi intendebant redire ad Herodem, eo quòd Herodes erat in Ierusalem. Et illa erat uia eorum: etiam, quia ipsi promiserant Herodi, ꝙ inuento puero renunciarent ei. Nam ipse dixerat eis, ꝙ diligenter inquirerent de puero, & cùm inuenirent, renunciarent sibi, vt patet supra. Non est autem verisimile, ꝙ Magi recusarent istud facere: quia erat satis rationabile: maximè, quia ipsi nihil auderent negare Herodi. Ideo concederent, ꝙ ei renunciarent de puero. Hoc patet magis, quia dicitur infra, quòd Herodes uidens, ꝙ illusus esset à Magis, iratus est valde: & tamen non esset illusus, nisi Magi promisissent ei aliquid, quod non obseruarent ei. Sic ergo intendebant redire ad Herodem, Deus autẽ vetuit hoc: quia si redirent ad eum, & renunciarent de puero, ipse ueniret, & conaretur occidere eum, sicut postea fecit. Et sic Christus, vel occideretur, vel defenderet se miraculosè. Vtrumque autem erat inconueniens. De occisione manifestum est, de defensione miraculosa etiam patet: quia tunc manifestè cognosceretur Christus esse Messias, quẽ Herodes quærebat, ideo semper persequeretur eum, & per hoc apud omnes esset cognitũ illum puerum esse Christum. Quod non decebat pro tunc: vt magis dictum est supra in quæst. quadam, scilicet. Quare Herodes non iuit cum Magis in Bethlehem. Sed dicetur, cur non faciebat Christus se portari in Galilæam in urbem Nazareth, quia tunc etiam si Herodes eum inquireret, non inueniret: quia ipse solùm quæreret in Bethlehem, & finibus eus, sicut postea fecit ibi solùm occidi infantes, ut patet in litera. Dicendum, ꝙ hoc non fiebat. Primò, quia non poterat fieri reuertentibus Magis in Ierusalem. Nam ibi erat Herodes, & distabat Ierusalem solùm duabus leucis à Bethlehem, & si reges illuc redirent, illico Herodes veniret, uel mitteret pro puero in Bethlehem. Et dato, ꝙ virgo inciperet recedere cum filio de Bethlehem, quando Magi inde recederent, parum inde distaret, quãdo Herodes veniret in Bethlehem. Et cũ à Magis scire posset in qua domo puer fuerat, ibi inquireret de recessu, & mitteret in breui per omnes vias illum inquiri. Vnde necesse erat eum inueniri, nisi miraculosè se absconderet. Christus tamen nolebat se defendere per miraculum, quandiu res conuenienter fieri poterat modo humano: ideo non debuerunt reges

Magi non debebant redire.

ges redire ad Herodem. Secundò, quia Christus nole F
bat matrem suam, & Ioseph vexare laboribus supra
modum. Et tamen si nunc recederent de Bethlehem
in Galilæam, oportebat rursus ante diem quadrage-
simum à partu redire de Galilæa in Ierusalem: quia die
quadragesimo puer offerendus erat in templo, sicut
& factum est. Luc. 2. Ideo uoluit Christus, ꝙ mater
sua maneret in Bethlehem, quæ erat juxta Ierusalem,
usque ad diem purificationis, qui erat quadrage simus
à natiuitate. Et tunc oblato ipso Iesu in templo redi-
ret mater sua, & Ioseph in Galilæam in Nazareth vr-
bem habitationis suæ. Et sic factum est. Luc. 2. Ideo,
vt non cogerentur superfluè itinerare, non debuerũt G
recedere de Bethlehem vsque ad diem quadrage si-
mum à natiuitate. Quod tamen necesse erat si Magi
redijssent ad Herodem. Tertiò, quia etiam si Virgo
redijsset in Galilæam antequam Magi redirent ad He
rodem, non sufficiebat hoc ad securitatem pueri: qa
Magi non redierunt ad Herodem, & Christus iuit in
Galilęam. Et tamen ibi vidit non esse securum mane-
re. Vnde angelus mandauit Ioseph, ꝙ fugeret cũ pue-
ro, & matre eius in Aegyptum, ut patet infra in litera:
ergo non sufficiebat, ꝙ Iesus rediret in Galilæam, &
Magi redirent ad Herodem. Quartò, & præcipuè non
debuerunt Magi redire ad Herodem: quia si redirent
cognosceret Herodes per eos, ꝙ puerum inuenerãt.
Et tunc dato, ꝙ Chtistus se occultaret miraculosè, nõ
cessaret Herodes tota uita sua illum inquirere, & etiã
posteri sui inquirerent illum. Et ita non liceret Chri- H
sto manere vllo tempore in Iudæa, maximè quando
inciperet se manifestare, quin Herodes, uel filij sui illũ
occiderent, & sic impediretur ordo redemptionis no
strę, quem Christus tenuit. Cùm autem Magi non re-
dierunt ad Herodem, fuit ualde conueniens Christo:
quia posset tunc putare Herodes, quòd Magi decepti
fuerant per stellam suam, & nihil inuenerant, ideo prę
confusione non ausi fuerunt redire ad eum. Et ꝓ hoc
negligentius se haberet in persecutione Christi: qa
non esset certus, an natus esset. Si autem Magi iuissent
ad eum, & dixissent se inuenisse puerum, nunquam
cessaret inquirere Herodes, & haberet exactissimam
diligentiam, ita vt per hoc posset deprehendere fugã
Domini in Aegyptum, & inde eum reducere, vel oc- I
cidi ibi facere, nisi defenderet miraculosè se, sicut Ioa-
cim rex Iuda fecit reduci Vriam prophetam, qui pro-
phetauerat contra Ierusalem, & fugerat in Aegyptũ,
& fecit eum coram se occidi. Ierem. 26. Quinto, quia
sequerentur ex hoc innumerabilia mala. Nam si He-
rodes ex Magis didicisset tĩ qua domo fuerat ille puer
in Bethlehem, inde sciret, quæ fuit mulier, quæ pepe-
rit eum, & qualis vir eius, & inde sciret vnde venerãt,
scilicet, quomodo venerant ex Galilæa, quousque ve-
niret necessariò ad cognoscendum determinatè quis
erat puer, & quæ erat mater. Et si non inuenirentur
in Galilæa, sciret qui erãt, qui de terra illa deerant, &
inueniret deesse Mariam, & Ioseph. Item dato, ꝙ in
Bethlehem non potuisset certificari vnde venerant il
la mulier, & vir suus: per totam terram Iudæorum fa- K
ceret inquiri talem fœminam, & talem senem, qua-
les ei Magi enunciarent. Et si manerent in terra Iu-
dæorum necessariò inueniret illos. Si autem recessis-
sent in Aegyptum, vel in aliam regionem, Herodes
poterat in quolibet loco terræ Iudæorũ facere inqui-
ri, quis deficiebat de illo loco, & tanto tempore quan
tum erat, ꝙ Ioseph venerat cum Virgine in Bethlehẽ.
Et sic manifestè inueniret, ꝙ Ioseph, & Maria deficie-
bant de vrbe Nazareth, & faceret eos inquiri diligen-
tissimè per signa in quacũque parte orbis, ita ut quasi
naturaliter non esset possibile latere propter exactissi-
mam diligentiam, quam Herodes ad hoc apponeret,
& multitudinem ministrorum ad hoc promptè ser-
uientium: maximè quia facile erat sciri, de quo loco
erat Ioseph & Maria: quia Ioseph & Maria venerunt
ad profitendum in Bethlehem. Luc. 2. Et descripti
sunt in libro professionis cùm iuberet Cæsar totum
orbem describi. eod. cap. Ibi autem erat Ioseph, & Ma
ria uxor sua, & cuius loci eranr habitatores: quia ista,
& multæ aliæ circunstantiæ ad cognoscendum distin
ctè personas solent apponi in contractibus, & in simi-
libus descriptionibus, potissimè cum ista descriptio
nunc fieret, vt cognosceretur, quæ & quot erant per-
sonæ subditæ Romanis, de quibuslibet locis, & cogna
tionibus. Et sic Herodes ex libro professionis factæ in
Bethlehem poterat scire nomen illius viri, & coniu-
gis suæ: quia ambo profitebantur, vt asseritur: de quo
dicetur Luc. 2. Sciret etiam eorum cognationem, &
terram habitationis, & sic Christus distinctè cogno-
sceretur per Herodem, & nullo iam tempore viuen-
te Herode, aut filijs suis, qui eandem haberent solici-
tudinem, vt regnum conseruarent, posset Christus re-
dire in Iudæam, aut Maria & Ioseph, quin cognosce-
rentur. Et sic Christus non solùm non posset prædica
re, immo nec posset viuere in Iudæa, nisi per miracu-
lum. Idem esset de Maria & Ioseph, quod erat valde
inconueniens, & omnino contrarium eis, quæ Deus
de Christo homine disposuerat. Item Herodes occi-
deret tunc omnes de cognatione Christi, si non inue-
niret eum: ne quis de illa cognatione posset aliquan-
do obtinere regnum Iudæorum, aut nocere filijs He-
rodis. Et hoc erat inconueniens. Item Herodes non
occidisset tunc infantes in Bethlehem, & finibus eius:
quia vt patet ex dictis: Herodes per Magos cognosce-
ret distinctè quis erat ille puer, & tunc iam non dubi-
taret: quia de quolibet puero, qui erat in Bethlehem,
& finibus eius poterat cognoscere manifestè ex si-
gnis datis, & non erat ille quem Magi dixerant, po-
tissimè cùm reperiret parentes suos abesse. Occidit ta-
men Herodes infantes propter dubium, vt inter eos
Christum occideret: quia nullum signum potuit ha-
bere de Christo, cũ Magi non redirent ad eum, ideo
si redijssent, non occidisset infantes, sed solum Chri-
stum persequeretur. Prænunciauerat tamẽ iam Deus
hoc per Ieremiam, vt allegat Matthæus in litera, ideo
Deus non permitteret Herodem habere signum al-
quod de Christo per Magos, & sic haberet occasio-
nem ad implendum, quòd prænunciatum fuerat de
occisione infantum, licèt Deus ad hoc nec cogat, nec
impellat, nec moueat, sed sola iniquitas Herodis eum
ad hoc mouit, cùm non inueniret alia remedia, aut
viam ad intentionem suam complendam. Fuit ergo
valde necessarium, ꝙ Magi non redirent ad Herodẽ.

Quare Herodes cum tanto desiderio Christum persequebatur.
Quæst. LII.

QVAERITVR, quare Herodes cum tanto
desiderio persequebatur Christum. Dicendũ,
ꝙ ille annunciabatur rex Iudæorum, & Hero-
des tunc regnabat super Iudæos. Tunc
bat ergo, ne per eum perderet regnum ipse, & potes-
tas eius. Sed dicetur, ꝙ Christus non venerat accipe
re regnum temporale, sed regnaturus erat spiritual-
ter. Sic enim dixit Ioan. 18. Regnum meum non est
de hoc mundo, idest, non est tale quale regnum hujus
mundi. Non ergo debuisset timere Herodes. Et ec-
clesia increpat Herodem de iniusto timore in quo-
dam hymno Epiphaniæ, scilicet. Hostis Herodes im-
pie, Christum venire quid times? non eripit mortalia
qui regna dat cœlestia. Dicendum, quòd Herodes non
erat instructus circa ueritatem status Christi per le-
gis

aut prophetas. Sed cùm audisset eum futurum regẽ A
Iudæorum: putauit, quòd ita regnaturus esset, sicut cę
teri, qui præcesserant inter Iudæos. Nam multi fuerũt
reges iusti, quos valde laudabant Iudæi, sicut Dauid,
Ezechias, & Iosias, & tamen isti temporaliter regna-
uerunt, & nemo fuit, qui aliter vnquam regnaret. Sed
si ita regnaturus esset Messias, oportebat, ꝙ tolleret
regnum Herodi, ideo timuit Herodes, & persequeba-
tur eum tanquam hostem suum. Secundò quia He-
rodes audiebat à Iudæis de Messia magnalia. Putabãt
enim Iudæi, ꝙ Messias liberaturus esset eos de iugo
Romanorum, & omnium gentium, & essent per eũ
in excellentiori statu, quàm fuerant tempore alicuius
de regibus præcedentibus. Quia Ierem. 23. dicitur de
Messia, ꝙ regnabit rex, & sapiens erit. In diebus illis sal B
uabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. Et hoc
non solùm putabant Iudæi antequam Christus veni-
ret, sed etiam de Iesu postquam cognitum est à cre-
dentibus in eum, ꝙ esset Messias. Licèt enim vidissent
eum semper habentem formam paupertatis, putabãt
tamen, quòd reducturus esset Israel in pristinam
gloriam, siue statum priorum regum: ideo mater fi-
liorum Zebedæi petiuit à Christo, vt duo filij eius se-
derent, vnus ad dexteram eius, & alius ad sinistram ip
sius in regno suo infra. 20. Et post resurrectionem, cũ
Christus ascensurus esset in cœlum, petiuerunt qui-
dam de circunstantibus: Domine si in tempore hoc C
restitues regnum Israel? Actu. 1. Herodes ergo putans,
quòd Messias sic manifestè regnaturus esset, iustè ti-
muit, idest, verisimiliter, ideo persecutus est eum.

Quare Herodes non obseruauit Christum in Ierusalem in die purificationis. Quæst. LIII.

QVAERITVR cùm Herodes tantum desi-
deraret Christum occidere, quare non obser-
uauit eum in Ierusalem, vt occideret die puri-
ficationis, quando præsentatus est in tem
plo. Dicunt quidam, ꝙ Herodes non potuit scire diẽ
purificationis Christi, ideo nec sic potuit eum occi-
dere. Dicendum, ꝙ non stat, quia Herodes potuit hoc
scire saltem ex coniectura, quam ipse veram purabat.
Ipse namque didicerat à Magis tempus stellę quæ ap- D
paruerat eis, & præsupponebat Herodes, ꝙ die, quo
stella apparuit natus est ille puer, cùm dicatur infra, ꝙ
iussit occidi omnes pueros in Bethlehem, & in fini-
bus eius à bimatu, & infra secundùm tempus, qđ ex-
quisierat à Magis. Et istud est tempus ortus stellæ, qđ
diligenter Herodes didicit à Magis, vt patet supra in li
tera. Si tamen ipse non præsupponeret stellam appa-
ruisse illa die, qua natus est puer, non occideret pue
ros iuxta tempus illud, quod didicerat à Magis. Ergo
præsupponebat puerum natum fuisse die, qua appa-
ruit stella. Sciebat tamen Herodes, quando erat dies
quadragesimus ab ortu stellæ, cùm didicisset à Ma-
gis. ergo sciret, quòd illa die paruulus deducendus es- E
set in tẽplum, & mater sua se deberet purificari tunc,
poterat ergo illo die obseruare Herodes, q pueri por-
tarentur in templum, & quæreret de qua regione por
tabantur. Et cùm inueniret aliquem portari de Beth-
lehem cognosceret, ꝙ ille erat, vel poterat esse puer,
quem Magi adorauerant, cùm sciret eũ nasci in Beth-
lehem, sicut responderant sapientes Hebræorum He
rodi supra in litera. Et tunc si unicus puer duceretur
de Bethlehem illo die quadragesimo ab ortu stellæ,
constaret illum esse Messiam. Si autem plures duce-
rentur, inter illos discerneret si posset, sinautem occi-
deret omnes illos. Potuisset autem discernere inqui-
rendo, quem illorum Magi adorassent, vel si magis
uellet certificari omnes illos occideret, quia non con-
tingeret multos esse, qui eodem die nascerentur in lo-
co tam paruo sicut erat Bethlehem: etiam illos sine
scandalo magno poterat Herodes occidere. Et adhuc
si uellet esse magis securus, posset accipere omnes pue
ros, qui de Bethlehem portarentur aliquot diebus an-
te illum diem 40. & aliquot dies post. Dicendum, ꝙ
iste erat conueniens modus ad inueniendum Christũ:
& tamen Herodes non tenuit illum propter multa.
Primò quia Deus excæcauit eum, ne posset Christum
inuenire: quia hoc esset ualde inconueniens: sicut su-
pra dictum est. Et non solùm excæcauit eum in hoc,
sed etiam in aliis: quia cùm Herodes tanto desiderio
anhelaret ad occisionem Christi, & mitteret Magos
in Bethlehem, vt inuento puero renunciarent sibi, de-
buerat mittere cum eis saltem unum simplicem nun-
cium, qui uideret, an Magi inueniebant puerum, uel
non, & quid faciebant: & ille referret Herodi ueritatẽ
rei, & non posset Herodes illudi a Magis etiam si ipsi
nollent redire ad Herodem: quia per illum nuncium
cõstaret Herodi, qui erat puer, quem adorauerant Ma
gi, & qualis etat, & cuius ætatis, & in qua domo erat,
& qui erant parentes eius, uel quis tenebat eum: & sic
de cæteris circunstantiis, per quas Christus manifestè
cognosceretur, & nõ posset latere naturaliter sicut de
claratum est supra penul. q. 52. & sequerentur omnia
inconuenientia, quæ ibi dicta sunt, & tamen Herodes
non misit tunc saltem unum nuncium simplicem, un-
de ualde excæcatus fuit. Item licèt Herodes non misis-
set nuncium aliquem cum Magis ad sciendum quid
illi facerent, saltem postquam illi iuerunt in Bethlehẽ,
& non redibant debuerat mittere aliquem. Et tamen
multis diebus Herodes dimisit istud negocium, ita, ut
Magi potuerint recedere de Iudæa eo nesciente, & ta-
men Bethlehem erat iuxta Ierusalem: ideo ualde excę
catus est, quòd tantum esset negligens circa ea, quæ tã
ardenter cupiebat. Secundò potest dici, quòd Hero-
des fortè putauit, quòd Messias, cùm esset iustissimus,
& mittẽdus esset tanquã redẽptor Israel, ꝙ nõ obligare
tur ad istas legales cærimonias: ideo ꝙ fortè mr sua nõ
portaret eum in templum die quadragesimo, sicut
cæteri portabantur: vnde non curauit istum diem qua
dragesimum obseruare. Tertiò potest dicit, quòd He-
rodes sciebat hoc modo posse illum puerum inueni-
re, & tamen credidit, quòd alio modo certiori illum
inueniret, scilicet, quia Magi renunciarent ei postquã
inuenirent eum. Et antequam Herodes sciret Magos
recessisse, transiit ille quadragesimus dies purificatio-
nis: & sic iam non potuit Herodes eum inuenire per
hanc uiam. Sed dicetur, quomodo potuit transire dies
ille antequam Magi cognoscerentur ab Herode recef
fisse? Nam iuerunt Magi in Bethlehem die 13. a natiui
tate pueri, & debebat presentari die quadragesimo in
templo. Magi tamen recesserunt de Bethlehem mox,
vt adorauerunt Christum. Et sic poterat Herodes sci-
re de eorum recessu ante diem quadragesimum. Di-
cendum, quòd uerum est, & tamẽ Herodes nutu Dei
excæcatus est, ne ad ista aduerteret. Vnde non conside
rauit de Magis, an recessissent usq; ad multos dies post
eorum recessum. Fortè enim putabat, quòd inquire-
bant puerum, quia ipse nesciuerat, quòd stella direxit
eos exeuntes de Ierusalem usque in Bethlehem, & sic
credebat, quòd solùm per humanam coniecturam in-
quirebant eum, sicut ipse dixerat eis, scilicet. Ite, & in-
terrogate diligenter de puero. & credidit, quòd mora-
bantur inquirendo eum, Cùm autem multi dies tran-
sissent, Herodes uidens eos nõ redire, cognouit eos re-
cessisse. Et tunc iratus est uidens, quòd illusus esset ab
eis: ut patet infra in litera, & tamen tunc transierat dies
quadragesimus, qno puer præsentandus erat in tem-
plo. Vnde non potuit Herodes eum hoc modo inqui-
rere.

rere. Sed dicetur, quòd poterat inuenire eum, quia die, quo Christus præsentatus est in templo occurrit ei Simeon, & Anna prophetissa. Et dicitur, ꝙ isti ambo loquebãtur de ipso puero omnibus, qui expectabant redemptionem Israel. Luc. secundo. Ergo per hoc Herodes audiret de illo, & certificaretur. Dicendum, quòd Simeon, & Anna non locuti sunt publicè de Christo, sed quibusdam, quos sciebant uiros bonos. Nam isti ambo erant prophetæ, & a Spiritu sancto moti sunt, vt venirent in templum, & uiderent Christum: ut patet, eo. cap. Deus autem nolebat, quòd diuulgaretur pro nunc Iesum esse Messiam propter periculum pueri, cùm fecerit eum cum matre fugere in ægyptum: ideo non moueret istos ad taliter loquẽdum, quòd per eos agnosceretur puer. Vnde non loquebantur isti omnibus: sed illis solis, quos sciebant desiderare redemptionem Israel spiritualem. Et sic dicitur, quòd loquebantur de ipso omnibus, qui expectabant redemptionem Israel. Isti autem pauci erant, quos tamen illi cognoscebant spiritu prophetico, & illis Deus volebat reuelari natiuitatem Christi sicut reuelauit pastoribus. Sed per istos Christus non diuulgaretur cùm Spiritus sanctus moueret eos ad tacendum, qui eis ista faciebat reuelari: vnde nihil ex his potuit Herodes scire.

Quare iubetur Magis, ut per aliam uiam reuertantur. Quæst. LIIII.

QVAERITVR, quare iubetur regibus Magis, ut per aliam uiam reuertantur. Dicendum, ꝙ non debebant ire ad Herodem, ut supra dictum est. Viam tamen quam tenuerant prius, & quæ uidebatur certa ad terram suam, erat ut irent in Ierusalem ubi erat Herodes. Et si tenerent illã viã sciret eos Herodes recedere, & necesse esset, quòd dicerent ei veritatem de puero, uel occideret eos. Ipsi autem si uiderent intentionem iniquam Herodis contra puerum non reuellarent ei de illo, & essent in periculo: ideo angelus iussit, ut irent per aliam uiam. Iuerunt autem satis secrete Magi, licèt non poterat occultari recessus suus, nisi Herodes esset ualde negligens, vel excæcatus cùm recederent de Bethlehem, quæ distabat solùm duabus leucis a Ierusalem ubi erat Herodes.

An Magi directi fuerint per stellam in redeundo. Quæst. LV.

QVAERITVR, an Magi directi fuerint nũc per stellam redeundo in terram suam. Aliqui dicunt, quòd licèt hoc non pateat ex litera, potest tamen concedi, ꝙ stella præcederet eos recedendo sicut præcesserat veniendo. Dicendũ, quòd stella non direxit nunc Magos redeuntes, & patet. Primò, quia istud erat miraculum, & cùm agatur hic de reditu eorum si directi fuissent per stellam, diceret illud Euangelista. Secundò patet, & clarius, quia præsupponitur hic quòd Magi sciebant, quòd stella non debebat eos dirigere, & ob hoc volebant redire per viam, qua venerant. Ideo angelus dixit eis in somnijs, ne redirent ad Herodem. Si autem stella Magos præcederet redeuntes, non oportebat dici, quòd non redirent ad Herodem: quia non irent nisi per uiam, per quam iret stella. Et tamen dictum est, quòd non redirent ad Herodem: ergo stella non debebat eos pcedere, sed relinquendi erant arbitrio suo, & prudentiæ. Modus autem fuit, scilicet, quòd postquam stella dirigens Magos stetit supra domum, in qua erat puer, & Magi adorauerunt Christum, disparuit stella, & nunquam amplius visa est. Et licèt ipsi manserint ibi die eadem, non viderunt illam post: ideo disponebant redire per viam, qua venerant: tum quia promiserant Herodi renunciare ei: tum quia non habebant dirigentem, & illam viam, per quam venerant, iam sciebant. Quia tamen periculum erat, si redirent per illam viã qua venerant, angelus dixit eis ne redirent per illam. Et sic stella iam non dirigebat eos, nec ipsi illam expectabant. Quidam dicunt, quòd stella non direxit nunc Magos: quia prius fuit conueniens eos miraculosè dirigi, quia veniebant ad Christum, & stella præcedens eos deseruiebat in hoc Christo. Nunc tamen redibãt in terram suam, & iste motus erat propter se, & non propter Christum. Ideo non fuit conueniens, quòd tunc dirigerentur à stella. Dicendum, quòd non stat, quia Deus non facit miracula nisi propter necessitates nostras. Si igitur maneret necessitas redeundo sicut veniendo, esset idem miraculum: quia à principio stella non direxit Magos, nisi quia ire nescibant. Si autem redire nescirent, etiam dirigeret eos stella, tanquam sibi necessaria. Sic fuit in Tobia iuniore quem angelus duxit, & reduxit eũdo in Rages, eo ꝙ vtrumque erat necessarium. Et ita dixit ipse angelus Tobiæ seniori, Ego adducam, & reducam eum. Tob. 5. Alij dicunt, quòd nunc non fuit necessaria stella, quia a principio Magi nescibant viam veniendo: nunc autem scirent redeundo. Dicendum, quòd non stat, quia istud esset si redirent per eandem viam, & tamen illud est, quòd per aliam viam reuerterentur. Alij dicunt, quòd non indiguerunt Magi nunc stella: quia reuerterunt per mare in naue quadam Tharsensium, & ibi sufficiebat ars nautica, ideo stella non erat necessaria. Hoc tamen falsum est, vt dicetur sequenti quæstione. Dicendum, quòd miracula nunquam fiunt nisi propter necessitatem, scilicet, ubi humana potentia deficit, operatur diuina. In aduentu autem Magorum fuit necessaria stella propter tria, scilicet propter locũ & viam, & personam. Nam Magi nesciebant in quo loco erat puer adorandus, ideo nõ possent scire viam, & etiam si scirent locum, vtpote, quòd angelus nominasset eis locum natiuitatis Christi, nescirent ipsi ire illuc. Et ista duo ostendebat stella, cùm semper duxerit eos exeuntes de terra sua vsque in Bethlehem vbi Christus natus est. Personam etiam cognoscerẽt, & in hoc erat maior difficultas, & ad hoc profuit stella: quia stetit supra domum, ubi erat puer, & per hoc ostendit in illa domo esse puerum, qui aliàs non cognosceretur. Nunc non erat aliquis inquirendus erat sibi terra, ad q̃ ibant. s. in terram suã, ideo etiam si viam ignorarent, cùm cogerentur non redire per illam, per quam venerant, poterant quærere, & ostenderetur eis alia via: maximè quia Deus non obligatur eos ad hoc, quòd per nullam partem illius viæ, per quam uenerant redirent, sed solùm, quòd non redirent ad Herodem. Et sic cùm dicitur, quòd per aliam viã reuersi sunt, est sensus, quòd non redierunt in Ierusalem, ubi erat Herodes, sed declinauerunt modicum, vt non intrarent in Ierusalem, ne Herodes agnosceret eorum recessum. Et postea redirent in viã priorem, & sic non erat opus, ꝙ stella eos dirigeret.

Quæ fuit via per quam Magi redierunt. Quæst. LVI.

QVAERITVR vlterius, quæ fuit via ista, q quam iuerunt nunc Magi. Nicolaus dicit, ꝙ cùm recepissent Magi responsum peracto officio sequio suo descenderunt ad mare, & [illegible] per nauem transfretantes in Tharsis abierunt, Propter quod Herodes iratus naues Tharsensium incendit, sicut prædixerat Dauid, scilicet. In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. Psal. 46. Dicendum tamen ꝙ hoc

ꝙ hoc non videtur stare, quia isti non poterant ire cõ uenienter in Tharsis. Nam hic dicitur, ꝙ Magi, ut nõ redirent ad Herodem reuersi sunt per aliam uiam in regionem suam, & tamen redire in regionem suam per Tharsim erat difficultas maxima, & nullo modo conferebat ad Magorum utilitatem, ideo non iuerunt illuc. Videtur autem decipi Nicolaus ex errore maris, & terrarum: quia ad hoc ponit ipse istud quasi facile esset Magis existentibus in Bethlehem intrare nauem, & ire in terram suam: & hoc esset si mare mo dicum distaret à Bethlehem: & tamen mare illud p quod ituri erant in Tharsim distabat ualde à Bethlehem, ita vt potius esset magnus labor, & impedimẽtum, q̃ conferret eis securitatem. Pro quo sciendum, ꝙ duo maria sunt apud Iudæam, per quæ nauigari potest. s. mare mediterraneum, quod in scriptura vocatur mare magnum, vel mare occidentale, vel mare Palesthinorum. Exo. 23. & Numeri 33. & Deuteron. 11. & Iosue 1. Et istud est ad partem occidentalem terræ Iudæorum: ideo uocatur in scriptura mare occidentale Deuteron. 11. vel mare contra solis occasum Iosue 1. Aliud est mare rubrum quod tangit Aegyptũ, per quod transierunt Iudæi. Et istud etiam tangit partem maximè orientalem terræ Iudæorum, scilicet, tribuum & dimidiæ, ideo ponitur tanquam terminus terræ Iudæorũ. Exo. 23. s. Ponam terminos tuos à mari rubro, vsque ad mare Palesthinorum, & à deserto, vsque ad fluuium. Istud erat in deserto Arabię ubi terra Iudæorum & Idumæorum se contingebant. Ideo classes, quæ nauigabãt per istud mare rubrum ex parte terrę Iudæorum, non habebant portum nisi in quadam ciuitate Idumeæ, quæ uocatur Ahilat, & in his portibus habebat Salomon classes suas, quando uolebat mittere pro auro in orientem, ut patet 3. Reg. 9. & 2. Paralipom. 8. Et ibi etiam Iosaphat rex Iuda, & Ochozias rex Israel fecerunt classem, vt iret pro auro in Tharsim, & cõfracta est in portu. 3. Reg. 22. & 2. Paralipom. 20. Aliud mare est in Iudæa, quòd uocat mare Genesareth, vel Galilęę, vel Tiberiadis, de quo sæpe Euangelistæ loquuntur. Hoc tamen non est propriè mare, sed quidam lacus magnus, qui intra Iudæã claditur. Et non nauigatur per eum ad aliquam regionem, sed solùm est ad piscandum: ideo si Magi irent per mare non irent nisi per vnum de duobus primis. Considerandum etiam, ꝙ multi falluntur in isto nomine Tharsis. Nam est quædam regio quæ uocatur Tharsis, & est quædam ciuitas, quæ uocatur Tharsus. Ista ciuitas est in prouincia Ciliciæ, & de ista erat oriũdus Beatus Paulus. Act. 21. s. Et dixit Paulus ad eum: ego homo quidem sum Iudæus à Tharso Ciliciæ nõ ignotæ ciuitatis municeps. Tharsis nomen regionis est multum orientalis, ut plurimi uolunt in India: Quod patet ex eis, quę inde deducuntur. Nam Salomon mittebat illuc seruos suos, & deferebant aurum, & argentum, ebur, & simias, & pauos, ut patet 3. Reg. 10. & 2. Paralipom. 9. Illuc quoque rex Iosaphat mittebat pro auro. 3. Reg. 22. & 2. Paralipom. 20. Tharsis quæ est ciuitas Ciliciæ, non est valde distans à terra Iudæorum, & est ad latus aquilonare eius. Est enim inter Iudæam & Græciam circa terram Antiochiæ. Vnde christiani, qui transierunt ad conquirendum Ierusalem, transierunt de Constantinopoli vsque in Ierusalem & uenerunt ad urbem Tharsum antequam uenirent in Antiochiam, & in Ierusalem. Et idem de Alexandro, qñ de Grecia ibat uersus urbem Tyri, & de Ierusalem uenit ad urbem Tharsum, & ibi in flumine, qui dicitur Cignus fuit in periculo mortis, ut patet Alexãdreidis li. 2. Et ibi dicitur, ꝙ illa ciuitas Tharsus erat, in qua natus est Paulus. Ad hanc ciuitatem de Iudæa melius itur per terram, quàm per mare, quia non est iuxta mare. Et tamen si quis uelit ire per mare, oportet ire per mare mediterraneum, ꝙ tota Cilicia est satis propinqua mari mediterraneo, Tharsis prouincia est ualde distans à Iudæa in parte orientis. Vnde dicitur, ꝙ in tribus annis ibant semel serui Salomonis in Tharsis, & aurum deferebant, & ebur. 3. Reg. 10. & 2. Paralipom. 9. Et tamen ista non sunt in Tharso Ciliciæ, sed solùm in partibus orientis. Et ad eundum in Tharsis oportebat nauigare per mare rubrum. Nam mare mediterraneum non potest illuc peruenire, vt patet 3. Reg. 22. & 2. Paralipom. 10. Si autem aliquis consideret, nunc apparebit falsum esse quod dicit Nicolaus, scilicet, ꝙ iuerũt reges Magi per mare in Tharsis: quia ad hoc oportebat, quòd irent ad mare rubrũ, sed hoc non erat eis facile. Nam si debuissent Magi nauigare per mare mediterraneum erat eis facile illuc descendere: quia de Ierusalem vsque ad Iopem, quę ciuitas est portus maris dicuntur esse nouem leucę, & sunt quasi totidem à Bethlehem vsque in Iopem, ió possent descendere faciliter Magi illuc, & per hoc magis elongabantur ab Herode, ut nesciret eorum recessum. Et tamen per istud mare non poterant ire in Tharsis, ut supra dictum est. Oportebat ergo, quòd irent ad mare rubeum, & ad hoc erat necesse, quòd transirent totam longitudinem terrę Iudęorum, cùm esset mare rubrum terminus orientalis terrę Iudęorum. Et hoc non conueniebat Magis, quia antequem ipsi in Bethlehem irent ad mare rubrum possent exire de Iudæa eundo in Syriam, vel in alias regiones cõiunctas terræ Iudææ: quia ex nulla parte erat magis lõgum regnum Iudæorum, quàm ex loco, in quo erant Magi vsque ad mare rubrum quod erat in oriente. Item, quia semel tantum elongati essent Magi ab Herode, ꝙ possent peruenire ad mare rubrum, non erat opus intrare in mare: quia iam Herodes non posset illos consequi. Item videbatur hoc aduersum intentioni Magorum. Nam Magi venerant de Mesopotamia Syriæ, quæ aliquo modo est orientalis terræ Iudæorum, & aliquo modo aquilonaris. Vnde dicit Sanctus Thom. tertia parte Summæ. quæstio 36. articu. 7. quòd isti reges procedebant à septentrionem in meridiem, & ita stella mouebatur. Ire tamen ad mare rubrum erat ire ad orientem declinando aliquo modo ad meridiem, & sic declinarent Magi à terra sua. Item ipsemet Nicolaus confitetur, & est communis positio, quòd isti Magi erant de terra non multum distante à Iudæa, ita quod in tredecim diebus potuerant de terra sua venire in Bethlehem, & tamen Tharsis erat terra distantissima à Iudæa in oriente, ideo non irent illuc reges: quia ad redeundum de Tharsis in terram suam oportebat eos morari multis diebus, sicut si quis uolẽs de Hispania ire Romam eat prius in Aegyptum, & redeat inde Romam. Putauit autem Nicolaus, quòd per mare mediterraneum, quod erat satis coniunctum Bethlehem possent nauigare Magi in Tharsis, sed non poterant, & sic deceptus est. Ad hoc mouentur quidam dicentes istos reges esse de Tharsis, quia Psalm. 71. dicitur. Reges Tharsis, & insulæ munera offerent, reges Arabum, & Saba dona adducent. Sed hoc non stat, quia illud intelligitur de Salomone ad literam maximè. Qui applicãt istud Christo dicunt, quòd cùm dicitur reges Arabum, & Saba dona adducent, intelligitur de regibus Magis, quos dicunt esse de terris coniunctis Arabię, & Saba, & etiam Nicolaus hoc vult. Vnde dixit, quòd isti obtulerant aurum, thus, & mirrham, quia talia munera offerebantur apud reges Arabum. Aliud motiuum Nicolai, scilicet, quia dicitur in Psal. in spiritu uehementi conteres naues Tharsis, nihil facit, quia non intelligitur de hoc, ut Psal. 46. declarabitur.

Qui cùm recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi, vsque dum dicam tibi. Futurum est enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum. Et erat Oseæ 11. ibi vsque ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetam dicentem: Ex Aegypto vocaui filium meum.

Qui cùm recessissent. Hic ponitur Christi nati persecutio. Et diuiditur in tria: quia primò ponit Matthæus quoddam præcedens persecutionem. Secundò ponit ipsam persecutionem, ibi. *Tunc Herodes videns*. Tertiò, quia describit quoddam consequens ipsam persecutionem, ibi. *Defuncto autem Herode*. Circa primum dicitur, qui cùm recessissent, idest, postquam Magi recesserunt de Bethlehem non redeūtes ad Herodem, sicut fuerant admoniti. *Ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph*. Recedentibus Magis quando primū Herodi constaret de eorum recessu inciperet persequi Christum, Quod præuidens Deus misit angelū, vt reuelaret Ioseph, quòd fugeret in Aegyptum. Et dicitur, quòd apparuit ei in somnis, idest, dormienti, scilicet, ꝙ angelus nihil dixit Ioseph, nec audiuit Ioseph aliquid, quia dormiebat, sed in phantasia eius facta est immutatio, secundùm quam apparebat, quòd angelus ei loquebatur ista, quæ habentur de quo declaratum est latè præcedenti cap. vbi iterum apparuit angelus Ioseph in somnis. *Dicens, surge, & accipe puerum & matrem eius*. Erat Ioseph quasi Dominus Mariæ, quia erat vir eius, & ad mandatum eius moueri debebat, ideo iussum est Ioseph, quòd acciperet Mariam & puerum. *Et fuge in Aegyptum*. Est Aegyptus regio coniuncta terræ Chanaan, licèt sint quædam deserta intermedia, & iter laboriosum propter arenam, & raritatem habitationis, de quo magis infra dicetur. *Et esto ibi, vsque dum dicam tibi*. Idest, maneas ibi quousque iterum appaream tibi, & iubeam redire. Et sic factū est, quia mortuo Herode dixit angelus Ioseph, ꝙ rediret de Aegypto; quia defuncti erant, qui quærebant animam pueri. *Futurum est enim*. Idest, accidet post hoc. *Vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum*. Quasi dicat, licèt Herodes nunc nihil agat contra puerum, conabitur tamen postea perdere eum, idest, occidere. *Qui consurgens*. Angelus dixerat Ioseph; & surge, & hic dicitur, quòd surrexit. *Accepit puerum & matrem eius*. Primò ponitur puer, quia dignior erat, etiam quia propter ipsum fiebat ista fuga, & quia ipsum intendebat Herodes perdere, & non parentes eius. *Nocte*. Non recessit Ioseph per diem, ne videretur, & vt tolleret suspitionem, vt infra dicetur. *Et secessit in Aegyptum*. Idest, recessit, separans se à terra Iudæorum, in qua periculum erat puero manere. *Et erat ibi vsque ad obitum Herodis*. Idest, mansit ibi vsque ad mortem istius primi Herodis, qui occidit infantes in Bethlehem: quia eo viuente nō fuit securum Christo redire in Iudæam, & fuit ibi hoc toto tempore, qa angelus non iusserat ei redire, & tamen Ioseph mansurus erat ibi semper quousque angelus ei diceret, ꝙ rediret, vt patet supra. s. esto ibi vsque dum dicam tibi. *Vt adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetam*. Scilicet Oseæ. 11. Et non obseruat Matthæus differentiam quā nos solemus obseruare. s. ꝙ propheta non expresso nomine accipiatur pro Dauid, quasi per excellentiam ei competat, pro aliis aūt exprimimus nomina ipsorum: Matthæus tamē, de quocunq; propheta dicit prophetam non expresso nomine. Et ista solēt facere antiqui. Cùm autem dicitur hic, ꝙ factum est hoc, vt impleretur, ꝙ dictum est per prophetam, non est sensus, ꝙ ad istum finem ista res facta est, vt impleretur, quod propheta dixerat: quia potius ex eo, ꝙ res s̄m Dei voluntatem futura erat, propheta illam prænunciauit, ideo, vt, non importat hic causalitatē finis, sed habitudinem concomitantiæ. s. vt impleretur qđ dictum est &c. i. quando istud factum est impletū est, ꝙ per prophetam dictum est. Sæpe ponit Matthæus istum modum loquendi infra in litera, & præcedenti cap. & infra 4. & in alijs locis, & sic exponendum est. *Dicentem, ex Aegypto vocaui filium meum*. Deus loquitur, s. vocaui filium meum ex Aegypto. i. reduxi eum. Nā non poterat reduci Christus de Aegypto, nisi illuc iuisset, cùm non fuerit natus in Aegypto. Ideo ad cōplendum istam prophetiam, necesse erat, quòd Christus iret in Aegyptum, & postea inde rediret, & tunc uocaretur de Aegypto, scilicet, per angelum, quia defuncto Herode angelus dixit Ioseph ꝙ reduceret puerum & matrem in terram Israel.

An ista auctoritas, ex Aegypto vocaui filium meum, intelligatur de Christo. Quæst. LVII.

QVAERITVR circa istam auctoritatem, quam calumniantur quidam dicentes, quòd non intelligatur de Christo, sed de populo Israel. Dicendum, quòd necesse est illam intelligi verè de Christo ad literam. Nam si solùm intelligeretur de eo in sensu mystico, cùm non sit intentio prophetiæ id, quod significatur in sensu mystico, non diceretur prophetia compleri. Nam non dicitur impleri prophetiam, nisi quando fit id, quod per eam significatur. Illud autem signatur per prophetiam, quod propheta intendit significare, cùm necesse sit prophetam intelligere ea, quæ dixit: quia aliàs non esset propheta propriè. Daniel 10. s. intelligentia opus est in visione. i. in prophetia: sed ista ꝓphetia cōpleta est quā Christus reductus est de Aegypto, ergo Oseæ ꝓpheta hoc intendit per illam. Item, quia, ut ait Dionysius, theologia mystica non arguit. i. non est ad faciendum probationem, ergo nec s̄m mysticum sensum cōpleri dicetur scriptura, quia ex eo, ꝙ scriptura completur, non est necesse, immo non est possibile eam vltra cōpleri, quia res non potest habere nisi vnicum complementum. Si ergo compleretur scriptura in sensu mystico, non oporteret eam compleri in literali. Et cùm ille est, quem inteudit scriptura, ideo non completur in mystico, sed necesse est compleri in literali. Itē si diceretur scriptura compleri in sensu mystico, liceret argui ex illo sensu, quia ex hoc quòd aliqua scriptura completa est, uel non completa, est magnū argumentum, immo tota vis arguendi, & ueritas, ideo liceret argui ex mystico, & esset argumentum efficax. Item non stat, quòd compleatur aliqua scriptura in mystico, quia nunquam possemus esse certi quādo esset completa, vel non: eo quòd sensus mysticus non est aliquod certum, quia quilibet potest facere allegorias, & tropologias, sicut uoluerit: sicut apparet in sacris doctoribus, qui varios sensus mysticos ponunt, sicut diximus supra de tribus muneribus Magorum. Et omnes illi sensus approbantur, nec vnquam quis dicitur errare in sensibus mysticis, sed qualitercunque voluerit applicare licitum est. Et sic quia non est scriptura aliqua, cui non possimus dare aliquem

aliquem sensum mysticum, secundùm quem sit cōpleta: & etiam nulla est scriptura, cui non possimus dare mysticum sensum, in quo speretur complenda: nulla esset scriptura, quæ non iudicaretur completa, & nō completa: & istud est contradictio: ideo necesse est sensum sacræ scripturæ, in quo ipsa dicitur compleri, esse aliquid certum, quòd non possit variari per uoluntatem humanam. Istud autem solùm conuenit sensui literali, quia nō potest applicari quilibet sensus literalis literæ, sicut potest applicari quilibet sensus allegoricus, vel tropologicus. In solo ergo sensu literali scriptura completur: & tamen hic dicitur, quòd cōpleta est prophetia ista, quando Christus de Aegypto reductus est. Ergo istud intendebat propheta, & est sensus literalis. Aliquis dicet, verum esse, quòd in solo sensu literali scriptura completur: & tamen ista prophetia non fuit completa in Christo. Dicendum, quòd necesse est asseri completam esse in Christo, cùm Matthæus hoc asserat, per quem loquebatur spiritus sanctus, qui per prophetam Oseæ locutus est, quando ista verba dixit: & tamen nullus melius interpretatur aliquod dictum, quàm ille, qui dixit. Et propter hoc de iure ad illum pertinet iura interpretari, ad quem pertinet condere: fuit tamen Matthæus plenissimus Spiritu sancto potiusquàm prophetæ ueteris testamenti: cùm omnes apostoli haberent Spiritum sanctum sibi promptissimum; qui per eos loquebatur, quandocumque uolebant. infra. 10. & Luc. 21. ideo non potuit Mattheus errare, siue decipi circa id, quòd propheta Oseæ locutus est, nisi Spūs sanctus uellet fallere eū. Et non est possibile: quia Spiritus sanctus nunquàm mentitur: quod tamen fieret, si per vnum diceret unā prophetiam debere sic intelligi, & per alium diceret non debere sic intelligi. Si autem Iudæus dicat, quòd non intelligitur de Iesu, sed de populo Israel, non possumus eum cogere, cùm verum sit, quòd etiam intelligatur de populo Israel, & non habeamus probationem, nisi dictum Matthæi, cui Iudæus non credit. Satis tamen nobis est, ꝙ nos scimus hoc uerum esse, ꝙ Matthæus illud dicat. Et non est necesse, ꝙ nos probemus contra Iudæos illud dictum intelligi de Christo: cū non sit in hoc aliquis articulus fidei, vel punctus de illis, in quibus Iudæi differunt a nobis. Nam in illis est necessarium, ꝙ nos habeamus probationem ex sacra scriptura ad conuincendum Iudæos. Considerandum autem, quòd istud dictum Oseæ intelligitur de Christo, & de populo Israel, & de vtroque in sensu literali: quia multa sunt huiusmodi in sacra scriptura, quæ habent duos sensus literales: & vnū intendit scriptura magis principaliter, & alium minus: nemo tamen illorū est mysticus: sicut patet Exo. 12. vbi dicitur de agno paschali. Os non cōminuetis ex eo. intelligitur aūt ad literam de agno paschali, cuius ossa nō erant frangenda ad comedendū medullas eorum: sed integra manere debebant, & solæ carnes comedi. Intelligitur etiā ad literam de Christo, qui etiam erat agnus paschalis: & dicitur Io. 19. ꝙ crura latronum, qui cum Christo crucifixi sunt confracta fuerunt, vt citius morerentur, ad Christum autem cùm venissent, videntes eum mortuum, non fregerunt crura eius. Et dicit ibi beatus Ioa. quòd hoc factum est, ut impleretur scriptura, scilicet. Os non comminuetis ex eo. Et sic oportet intelligi, ꝙ in sensu literali dictum fuit illud de Christo: quia aliàs Sensus literalis quid sit non diceretur impleri scriptura per hoc: cùm probatum sit, quòd scriptura nō dicitur impleri in sensu mystico, sed solùm in literali: quia aliàs Euangelistæ non allegarent nisi scriptura illud intendisset. Quidquid autem scriptura intendit sensus literalis est: quod autem nos applicamus scripturæ, est sensus mysticus. Sic etiā. 2. Reg. 7. & primo Paralipo. 22. dicitur de Salomone ad literam, Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et tamen istud idem intelligitur ad literam de Christo, ut ait Apostolus ad Hebræ. primo. scilicet. Cui aliquando angelorum dixit Deus, filius meus es tu. &c. Et illud: Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filiū. q. d. nulli dictū est hoc nisi Christo, & hoc in sensu literali. Nā nō allegant aliàs Euāgelistæ, nec apostoli, & si allegarent aliquid in sensu mystico, delararent illud esse mysticū. Sic. n. dicit Apostolus ad Gal. 4. s. Scriptū est q̃m Abraham duos filios habuit, unū de ancilla, & unū de libera. Et dr̄ ibi. Hęc sunt duo testamenta, & ut intelligamus, ꝙ iste non est sensus literalis, dr̄ ibi. Quæ sunt per allegoriā dicta. i. iste est sensus allegoricus. Ita in p̄nti dictū Oseæ intelligitur de Christo ad literam, quia ipse est filius Dei, & uocatus est de Aegypto, q̄n rediit de Aegypto, & intelligit̄ magis propriè de Christo, quā de Israel, quia ipse uocat̄ propriè filius Dei: cū ipse sit unicus, & naturalis Dei filius: nos autē nō sumus filii Dei nisi ꝑ creationē. Deu. 32. s. Nūquid nō ipse est pater tuus, q possedit te, fecit, & creauit te? Sumus etiam filii Dei adoptione. i. per gratiam, & fidē. Ioan. 1. s. Dedit eis potestatē filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Et intelligitur de toto Israel ad literam. Quod satis apparet Oseæ 11. cùm dicitur, Sicut manè transit, pertrāsijt rex Israel, quia puer, Israel & dilexi eum: & ex Aegypto vocaui filium meum. Nam Israel vocatur filius Dei. Et non solùm filius, sed etiam specialiter filius. Vnde vocat Deus Israel filium suum primogenitum. Exod. 4. scilicet. Hæc dicit Dominus: Filius meus primogenitus Israel: dimitte filium meum, vt seruiat mihi. Et hunc filium suum Deus vocauit de Aegypto, quia eduxit illum populū de Aegypto. Et tunc quando educebat, vocabat eum filium: sicut dicitur supra, scilicet, dimitte filium meū, vt seruiat mihi. Matthæus autem allegauit istam auctoritatem, vt de Christo intelligitur.

Quo tempore, & de quo loco Ioseph incepit recedere in Aegyptum. Quæst. LVIII.

QVAERITVR, quo tempore, & de quo loco Ioseph incepit recedere in Aegyptum cum puero, & matre. Quidam dicunt, quòd mox, ut Magi recesserunt, factum est hoc. Quod patet, quia dicitur supra. Qui cùm recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge &c. Et sic mox, ut Magi recesserunt, recessit Ioseph, & tamen Ioseph fugit in Aegyptum mox ut angelus sibi dixit, quia dicitur: qui consurgens accepit puerum, & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum, & sic uidetur, quòd nulla fuit mora: quia mox, ut Angelus locutus est, surrexit Ioseph. Item, quia hic erat periculum de uita pueri, & mora poterat esse nociua, ideo audito hoc Ioseph nihil moraretur. Ex hoc etiam inferunt, quòd erat Ioseph in Bethlehem, quando incepit recedere in Aegyptum, quia quando Magi recesserunt, Ioseph erat in Bethlehem die. 13. a Christi natiuitate, ut supra probatum est, & adorato Christo mox inde recesserunt, quia nihil expediendum habebant: Maximè, quia si ibi aliquandiu mansissent esset ex hoc periculum puero, scilicet, quia Herodes sciset eum esse in Bethlehem: & tamen Deus cauebat, ut hoc Herodes non intelligeret, & ob hoc admonuit Magos in somnis ne redirent ad Herodem: ideo non manerent ipsi aliquanto tempore in Bethlehem, sed credendum est, quòd sequenti die inde recesserunt ad euitandum periculum ipsorum, & pueri. Si ergo Ioseph recederet mox, ut Magi recesserunt, recederet die. 15. uel 16. à natiuitate. In contrarium est, quòd Christus die 40. præsentatus est. Lucę. 2. ergo non fuit hoc post recessum Magorum im-

immediatè. Item patet, quia Luc.2. dicitur, ꝙ postquã parentes Christi præsentauerunt eum in templo, & fecerunt secundùm consuetudinem legis pro eo, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Ergo non fuit adhuc recessus iste immediatè post purificationem Virginis. i, præsentationem Christi in tẽplo, quæ fuit die quadragesimo à natiuitate. Nec recessit Ioseph de Bethlehem ad eundum in Aegyptũ, quia postquam Ioseph & Maria cum puero Iesu venerunt in Ierusalem ad præsentandum eum in tẽplo, nunquam reuersi sunt in Bethlehem, sed iuerunt in Nazareth. Luc.2. In Bethlehem autem nihil habebãt ad hoc, ꝙ ibi manerent. Vnde quando iuerunt illuc ad professionem, non habuerunt domum, in qua manerent, sed fuerunt in diuersorio. Et adhuc non erat G locus eis, ita vt oportuerit Virginem reclinare paruulum in præsepio. Luc.2. Nazareth autem vocatur ciuitas sua, & sic habebant ibi aliquid ad viuendum, ideo illuc iuerunt. eod. cap. In Bethlehem autem nõ iuerunt nisi ex necessitate professionis faciendæ, & non tanquam aliquid haberent, vt iunuitur eo.c. Dicẽ dum ergo, ꝙ Magi recesserunt de Bethlehem die 14. vel 15. à natiuitate Christi, & mansit ibi Ioseph cũ puero, & virgine vsque ad diem quadragesimum, qñ in templo præsentatus est. Et post presentationem receſſerunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Et cùm ibi mansissent aliquanto tempore, apparuit angelus Ioseph in somnis, iubens ei ire in Aegyptũ, & H illico iuit. Quantum autem tempus fuerit à natiuitate Christi vsque ad recessum in Aegyptum non apparet ex litera. Satis tamen potest dici, ꝙ potuerit Christus manere in Iudæa quasi duobus annis post natiuitatem suam, quia Herodes non occidit pueros vsque duos annos post Christum natum, cũ dicatur infra, ꝙ occidit pueros à bimatu & infra ſm tps, qđ exquisierat à Magis, i. ꝙ duo anni erant, ꝙ stella apparuerat Magis. Et pp hoc occidit pueros à bimatu & infra. Et tamen non vr aliqua cã timoris ex litera antequã Herodes vellet occidere pueros, iõ potuit manere quasi duobus annis in Galilæa, & tunc fugeret in Aegyptum. Sed an prius recesserit, non apparet. Vltra biennium tamen non poterat manere, eo quòd tunc occidit pueros Herodes. Satis tamen verisimile est, ꝙ recesserit cito de Iudæa, ne aliqua suspitio haberi posset de fuga eius. Cùm autem obijcitur, quòd factum est mox, vt recesserunt Magi: dicendum, ꝙ non fuit immediatè, nec litera hoc signat, sed solũ ostendit, ꝙ fuit post recessum Magorum, & cũ nihil ponatur inter recessum Magorum, & fugam Ioseph in Aegyptum, non est sensus, ꝙ immediatè factũ sit. Quia iste est modus loquendi scripturæ. Sicut dicitur de aliqua muliere, ꝙ concepit, & peperit, & tamen non est sensus, ꝙ statim vt conceperit pariat, cũ oporteat magnũ tempus intercidere. Scriptura tamen solùm curat de eis, quæ sunt de intentione sua, omittens cætera intermedia. Et ob hoc cautè obseruandum est legentibus in sacra scriptura. s. quòd non putent omnes res continuatas esse ſm ordinem sine intercessione tps, sicut continuantur in narratione. Sic patet infra in litera. s. ꝙ qñ venit Ioseph de Aegypto cum puero & matre habitauit in Nazareth. Et sequitur immediatè in principio sequentis cap. s. in diebus illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ. Et tamen non fuit in diebus illis, quia inter aduentum Christi de Aegypto, & prædicationem Ioannis interciderunt plusquã triginti anni: quia qñ rediit de Aegypto erat puer, qui portabatur à matre, & non erat 12. annorum: quia quando fuit duodecim annorum mansit in templo disputando. Luc.2. & sic iam redierat de Aegypto. Et tamen Ioannes Baptista cepit prædicare ante Christũ, F quasi per vnum annum, & non completum, vt colligitur Luc.3. cùm dicatur ꝙ anno.15. Tyberij Cæsaris cepit prædicare, ut ibi declarabitur. Et sic dicitur, ꝙ in diebus illis venit Ioannes prædicans, & tamen inter unum & alterum interciderunt pluſquam triginti anni. Cùm autem dicitur, ꝙ Ioseph recessit in Aegyptum mox ut sibi angelus iussit, verum est, & tamen nõ iniunxit ei hoc mox vt recesserunt Magi de Bethlehem, sed aliquanto tempore post.

An Ioseph recesserit ea nocte, qua angelus ei apparuit, Quæst. LIX.

QVAERITVR, an recesserit Ioseph ea nocte qua angelus sibi apparuit. Quidam dicunt, quòd sic; quia dicitur, quòd angelus apparuit ei in somnis dicens: Surge, & accipe &c. & postea dicitur, qui consurgens accepit puerum, & fugit. Etiam, quia dicitur, ꝙ accepit puerum & matrem nocte, & tamen per noctem fuerat sibi dictum: hoc videtur quod ipsa nocte fugit. Item, quia angelus monebat fugere periculum pueri: ideo ipse non moratur, ne mora induceret periculum. Dicendum, quòd Ioseph non recessit ipsa nocte, qua angelus ei apparuit: quia indigebat Ioseph aliquibus præparatoris pro via, pro matre, & puero: maximè cùm via esset longa, & laboriosa, scilicet, per desertum, vt infra dicetur, ideo non posset subito nocte ipsa parare se, & recedere. Item, quia Ioseph ibat in Aegyptum ad manendum longo tempore, cùm angelus dixerit ei: Fuge in Aegyptum, & esto ibi, vsque dum dicam tibi. Nam oportebat, quòd disponeret aliqua de necessariis, quæ afferre secum poterat in solatium vitæ, vel auxilium pro tanto tempore. Item, quia licèt Ioseph & Virgo essent pauperes, aliquid tamen habebant, ideo cũ recederent de terra nescientes quando redituri essent, disponerent aliquid de rebus suis eo modo, quo possent cautius: vt saltem non omnino perirent in absentia eorum. Et sic non recederet Ioseph ipsa nocte, sed aliquot diebus post, licèt paucis, quia accelerare negocium, quantum posset. Ad primum dicendum, quòd cùm dicitur, Ioseph surgens accepit puerum, & matrem, non est sensus, quòd mox, vt surrexit accepit eos, & recessit, sed est sensus, quòd nullas moras substituit, sed quantum se potuit citius expedire ad viam recessit. Ad secundum dicendum, quòd verum est, quòd per noctem recessit, non tamen ipsa nocte, qua angelus apparuit ei, sed aliqua alia paucis interiectis. Recessit autem per noctem ad tollendum suspitionis causas, scilicet, ut nemo esset testis sui recessus, nec sciret quisquam quò ibat, quia si videretur recedere interrogaretur, & poterat sciri ab aliquibus de Nazareth: & si nollet respondere, causaret suspitionẽ, & posset peruenire ad aures Herodis, uel suorum detectum de recesse illius pueri, & per coniecturas tempus natiuitatis eius. Et quia habitatores Nazareth scirent, quòd ille non erat natus in Nazareth, sed in Bethlehem, quando parentes eus iuerant ad professionem, posset Herodes cognoscere, uel habere manifestas coniecturas, ꝙ erat ille puer, quem Magi uenerant ad adorandum in Bethlehem. Nunc autem ꝙ nemo sciuerit, quòd iuit Ioseph, nec etiam uidit eum recedentẽ, non potuit quidquã euenire ad Herodẽ de Iesu, uel de recessu Ioseph, ad hoc, ꝙ posset psequi, vel quærere Iesum in aliqua parte orbis. Et sic fuit conueniens nocte recedere. Ex hoc morale documentum nobis est, ꝙ quandocunque aliquid homo agit, in quo potest verti periculum, quantumcunque habeat firmam spem de Deo: non omittat aliquã de cautelis, & securitatibus, quæ prudentia humana hri pñt.

Sic

Sic erat de Ioseph: quia ipse puerum Iesum, qui erat A verus Deus portabat, & tamen in defendendo ipsum, & custodiendo ab iniquitate Herodis apposuit omnẽ diligentiam, & cautelam, quæ humanitus poterat apponi. Et si homo non faciat hoc, tentare Deum dicitur. Nam non solùm Ioseph adhibuit diligentiã, sed angelus iussit illam adhiberi, dicens ei, quòd fugeret in Aegyptum cum puero, & Magis iussit, ꝙ non rediret ad Herodem. Hoc verum est quando homini nõ est iussum, vt totã curam relinquat Deo, omittendo cautelas humanæ prudentiæ: & tunc peccaret, & esset modicæ fidei si ad securitatem suam ageret id, qđ humanitus posset fieri. Sic patet de apostolis, quibus Christus dixit, ꝙ quando essent ante reges, & præsides non cogitarent quid loquerentur: quia in illa hora daretur eis per Spiritum sanctum. infra Io. & Luc. 22. Si ergo hoc non obstante vellent apostoli cogitare quantum possent via humana ad respondendum, peccarent: quia essent modicæ fidei, & mererentur perdere Spiritum sanctum, cui non confidebant. Sic etiam patet de Iudæis, quia Deus iubebat, ꝙ ter in anno omnes masculi de genere Iudæorum ascenderent in templum in tribus festiuitatibus. Exo.23. & 34. Et sic in illis nullus vir manebat in ciuitatibus Iudæorũ, & poterat verisimiliter accidere, quòd hostes sui vicini eorum irent ad capiendum ciuitates Iudæorum in illo tempore, quia non inuenirent aliquem resistentem: & ob hoc recusarent Iudæi ascendere in templum: quia saltem non irent omnes, & manerent aliqui in custodijs vrbium. Deus autem dedit eis certitudinem, quia isto tempore nullus inimicorum insidiaretur eis, nec posset accipere ciuitates ipsorũ. Exo.34. Facta autem hac securitate per Deum, si Iudæi vellent dimittere aliquos in vrbibus secundùm humanã cautelam ad tuendum ipsas, peccarent: quia manifestè diffiderent de Deo, non credentes uerbo eius, & etiam facerent contra mandatum ipsius, qui iusserat nullas apponi custodias. Ideo in talibus solùm cessare debet humana eautela: in cæteris autem quantumcumq; homo videatur propinquus Deo, semper debet facere quidquid potest secundùm humanam prudentiam: quia aliàs erit in culpa negligere, vel videbitur tentare Deum. Ad tertium dicendum, quòd verum est, quòd Ioseph non passus est moras in faciendo, quod dixerat ei angelus: non tamen ob hoc fecit ipsa nocte, sed interiectis paucis diebus propter causas supra positas.

De mansione Virginis in Aegypto, & via laboriosa. Quæst. LX.

QVAERITVR circa mansionem Virginis in Aegypto, & circa uiam laboriosam, quam habuit. Occasione huius: quoniam sæpe de terra Aegypti tam in veteri testamento, q̃ in nouo dicitur, & ignorantia situs, & conditionis eius facit lectores sacræ scripturæ interdum ignorare, declarabitur aliquid hic de ipsa. Dicẽdum autem, quòd Aegyptus est terra quędam quasi inaccessibilis ex omni parte, nisi per mare ex parte occidentis. Ab occidẽte enim habet mare mediterraneum, & per nauigiũ ad eam accessus est. In quadam tamen parte occidentis, quæ est uersus Austrum vltra Alexandriam ad meridiem habet confinia cum quadam prouincia Barbariæ, quæ uocatur Varcha, & est inter eam & Aegyptum desertum. 15. dietarum. Ab Austro terræ Aegypti est desertum Aethiopiæ duodecim dietarum, & vltra, vsque ad Nubiam. Est enim ista prouincia quædam pars Aethiopiæ, in qua prædicauit Beatus Matthæus, & gentes illius regionis christiani sunt vsque hodie, de quo magis diximus supra in primo prologo Hieronymi qui incipit. Matthæus cùm primò. q.3. Ab oriente est desertum Thebaidos vsque ad mare rubrum per tres dietas ad locum, qui Beronice dicitur, & est portus Aegypti in litore maris rubri uolentibus uersus Indiam nauigare. Contra Vulturnum uero, & Septentrionem est desertum magnum vsq; ad terram Chanaan siue Iudæorum, in quo 40. annis morati sunt Israelitę: quod desertum non potest minus, quàm octo diebus transiri. Ex omni ergo parte terra Aegypti circundata est desertis magnis, & arenosis prẽter quandam partem eius, quæ est ex parte occidentis, & mari coniungitur, habens loca, & portus, de quibus infra dicetur. Est autem Aegyptus ferè in situ triangulari posita duobus lateribus æqualibus, & tertia breuiore. Et sunt in tribus cornibus, vel angulis huius trianguli ciuitates tres, scilicet, Lachis, Babylon, & Alexandria. Est Babylon in oriente posita circa Nilum, & mare. Alexandria vero ad Austrum, & ex parte occidentis iuxta mare, & quoddam magnum brachium, vel portum Nili fluminis. Lachis est in parte aquilonari. Voluitur autem Aegyptus in gyro de Lachis per Babyloniam vsque ad Alexandriã, & inde in Lachis iterum milliaribus nongentis & quinquaginta, ideſt, quòd totus iste circuitus non est maior. Ista est magnitudo laterum trianguli, ex quibus posset sciri area eius secundùm regulas geometricas de inueniendo areas figuratum per lineas claudentes. De Babylone autem in Sienem, & inde in Meroen, licèt sit longitudo magna, quæ pertineat ad Aegyptum, latitudo fere nulla est: quia ista via procedit per ascensum Nili contra orientem aliqualiter, sed mox declinat in Austrum contra Nubiam. Habet autem Nilus montes altissimos, hinc, & inde, & terram destructam, & pessimam nisi super ipsum fluuium, sed, & ipsa loca sunt Barbaræ habitationis. Igitur longitudo illa, quæ est super Lachis uersus orientem, vsque Meroen non computatur communiter de terra Aegypti, & ita procedit computatio quam supra fecimus. Est autem in Aegypto aer bonus, & cuique conueniens, & terra magis temperata, quàm Syria, & Palesthina, ideſt terra Iudęorum, licèt ex situ terræ deberet esse magis temperata in calore terra Iudęorum, quia est magis septentrionalis, q̃ Aegyptus, & tamen Aegyptus magis temperata est in calore, & est terra magis sana ad viuendum. Totũ autem bonum terrę Aegypti est ex Nilo flumine, quia tota irrigatur Nilo, qui fluuius contra conditionem omnium aliorũ fluminum crescit, & decrescit quolibet anno statutis, & certis temporibus, & nunq̃ est error in hoc, nec uarietas. Incipit enim crescere die natiuitatis Sancti Ioannis, & crescit continue vsque ad diem exaltationis Sanctæ Crucis in mense Septembris. Et ab illa die incipit decrescere usque ad diem Epiphaniç continue decrescendo. Et cùm apparet terra arida proijcit agricola semen, scilicet, in mense Ianuarij, & maturas fruges colligit in Martio. Est autem posita quędam columna marmorea in insula quadam parua in medio fluminis, quæ est ante ciuitatem antiquam nomine Mespẽ, quę est iuxta Chairum, & in illa columna ponunt signa, ſm quæ cognoscunt sequentis messis copiam. s. sunt facta signa in columna in diuersis locis eius, & secundùm ꝙ aqua Nili crescentis pertingit vsque ad vnum signũ, uel alterum cognoscitur quantitas frugum futurarum. Vnde viso augmento fluminis cognoscit certissime agricola quantos fructus habiturus sit. Nec eum fallit opinio. In singulis locis prope Nilum erant antiquitus, & sunt virgæ positę, secundùm quas mensurabatur crementum Nili. Et istæ ponebã-

Forma terræ Aegypti.

Circuitus Aegypti.

Aegyptus à Nilo fluuio irrigatur.

Universidad de Deusto Biblioteca

tur quondam in templis idolorum in laudem ipſorum: quaſi ab eis proueniret crementum Nili & fæcūditas anni. Vnde in Alexandria ponebatur uirga illa in templo Iſidis quæ erat maxima dearum, & deorum Aegypti. Sed poſtquàm fides Chriſti ſuſcepta eſt in Aegypto, poſita fuit illa virga in Eccleſia Chriſtianorum in honorem Chriſti: vt patet in hiſtoria eccleſiaſtica. Nilus poteſt rigare quaſi totam Aegyptum, & de eo uiuunt omnes Aegyptii. Et hoc quia Nilus diuidit Aegyptum in duas partes intrans per caput orientis Aegypti, & proueniens vſque ad occidentem eius, & ibi a mari Mediterraneo abſorbetur dimittens vnam medietatem Aegypti verſus Auſtrum, & aliam uerſus Aquilonē, ideo. Hoc ſuppoſito non eſt difficultas, q̄uo tota Aegyptus ab oriente vſque in occidentem poſſit irrigari Nilo: ſed ſolum dubiū, an a ſeptētrione in meridiē poſſit latitudo Aegypti tota irrigari. Et dicendū, ꝙ ſic, & ad hoc adiuuant quatuor. Primū eſt, ꝙ licèt Aegyptus ſit ſatis longa ab oriente in occidentem: nō eſt tñ valde lata a ſeptentrione in meridiem, ideo pōt extendi aqua. Secundum eſt, quia Nilus cùm intrat Aegyptum, ſcilicet, apud Babylonem diuiditur in multas partes. Nam ſeptem riui, vel brachia fiunt, quæ extenduntur per latitudinem Aegypti: vt infra declarabitur. Tertium, quia Aegyptus eſt terra planiſſima, & faciliter aqua poteſt deduci, & extēdi per alueos per totam eius ſuperficiem, qđ non fieret in terris montuoſis. Et iſtam differētiam poſuit Deus inter Aegyptū, & terrā Chanaan loquens Iudæis Deuter. 11. ſcilicet: Terra, ad quam ingredieris poſſidendam, non eſt ſicut terra Aegypti, de qua exiſti, ubi iacto ſemine in hortorū morem aquæ ducuntur irriguæ: ſed montuoſa eſt, & campeſtris de cælo expectans pluuias. Quartum eſt, quia aqua Nili creſcit quolibet anno ualde: & iſtud eſt potiſſimùm. Nam omnia alia tria ſimul ſumpta non ſufficerent ad irrigationem Aegypti ſine hoc, & ſic tota Aegyptus poteſt irrigari Nilo: & partes illæ deſerti a lateribus Aegypti ad quas non poſſunt peruenire aquæ Nili non habitantur. Sciendum autem, quòd licèt quolibet anno creſcat Nilus tempore ſtatuto ſupra poſito, tamen non creſcit æqualiter quolibet anno, quia quando maximè uiſus eſt creſcere non peruenit niſi ad cubitos uiginti duos, quando autem minimè creſcit ad quindecim, uel quaſi peruenit. Modus autem medius ad habendum frugum copiam eſt, ut creſcat ſexdecim cubitis, uel quaſi, quidquid autem eſt infra quindecim cubitos famem facit. Et ex hoc colligitur etiam parua, uel magna fames. Non eſt autem viſus Nilus creſcere minus unquam, quàm quinque cubitis, & tunc non ſolum grauiſſimam famem fecit, ſed etiam malorum grandium prodigium fuit, quia ipſo anno fuit bellum Pharſalicum inter Iulium Cæſarem & Pompeum, quod Romanam rem publicam ualde deſtruxit. De hoc Solinus in Polyhiſtor. cap. de Aegypto. Conſiderandum autem, quòd apud alueos Nili ſūt facti multi aquæductus, per quos deducatur aqua in omnia plana Aegypti, & uiæ illæ per quas intrant aquæ ſunt obſtructæ, & quando creſcit Nilus aperiuntur tunc, & quando rumpuntur, vel aperiuntur ſubito replebitur aliquis magnus campus aqua. Et ita ſemel fuerunt capti Chriſtiani a Sarracenis apud Damiatam urbem, cùm eſſet ibi Sanctus Ludouicus rex Franciæ, quia aperuerant Saraceni vias Nili, & clauſerant eos aquis, ita quòd tam homines, quàm iumenta erant intra aquam, & ex omni parte clauſi. Vnde erat periculū mortis, & ut permitterentur liberè exire, oportuit, quòd Chriſtiani redderēt Saracenis Damiatā, quam iam acquiſiuerāt. Et illæ clauſuræ uiarū Nili uocantur aggeres Nili. Et ita eſt unus titulus in C. de Nili aggeribus non rumpendis. Cùm

De aquaductis Nili per Aegyptum.

F autem Aegyptus ſit terra temperata, licèt magis calida aliqualiter, quàm oporteat: ſunt ibi fructus priori tempore, quàm apud nos. Nam a feſto Beati Martini vſque ad Martium, legumina, & recentes colligunt fructus: Oues, & Capræ bis in anno pariunt.

Nunc autem conſiderandum eſt de itinere Ioſeph & Mariæ in Aegyptum, & de peregrinatione eorum ibi, & propter hoc oportebit plura adhuc declarari de Aegypto. Aliqui dicunt, quòd Ioſeph & Virgo peruenerunt in Aegyptum in longo tempore. Nam Iſraelitæ exeuntes de Aegypto non peruenerunt in Iudæam vſque ad quadraginta annos, & ſic magno tempore morarentur Ioſeph & Maria in via. Dicendum, quod non eſt arguendum viam eſſe longam, vel breuem, ex G eo quòd Iſraelitæ quadraginta annis manſerunt in ea, quia iſtud eſſet ſi quotidie itineraſſent: & tunc Maria & Ioſeph non potuiſſent peruenire in Aegyptum minus quam in quadraginta annis quod abſurdum eſt: quia etiam ſi quis debeat perambulare totam terram ab extremo occidentis, vſque in extremum orientis eſſet iter quingentorum dierum; niſi eſſent alia impedimenta quorundam locorum inacceſſibilium propter beſtias, vel ſolitudines, & peſſimas regiones: quanto magis ab Aegypto in terram Iudæorum, quæ ponuntur terræ vicinæ? Quia etiam hoc modo tota uita Chriſti non ſuffeciſſet ad eundum in Aegyptum, quia non peruenit ad triginta quatuor annos completos: quanto magis ad enndum, & redeundum? Et tamen H Chriſtus ante annum duodecimū ſuū redierat de Aegypto: quia ipſo anno manſit in templo diſputando inter Doctores Luc. 2. Conſiderandum autem, quòd ab Aegypto vſque ad Iudæam non erat illa via recta, per quam venerunt Iſraelitæ: ſed Deus fecit eos valde declinare: quia ab Aegypto in Iudæam eſt via per latus aquilonare Aegypti: ad latus auſtrale Iudææ. Et iſta eſt via per terram Philiſthinorum, quæ eſt valde breuis, de qua dicitur Exod. 13. Deus autem fecit, ꝙ Iudæi aſcenderent ad oriētē terræ Aegypti, ſcilicet, ad mare rubrum. Nam ipſum mare rubrum diſtat tribus dietis ab Aegypto contra orientem: vt ſupra dictum eſt, & tamen Iudæi tranſierunt mare rubrum Exod. 14. & poſtea circuierunt per deſerta Arabiæ, & intrauerunt I per partem orientalem terræ Chanaan, ſcilicet per terram duorum regum Amorrhæorū, quæ eſt ad orientem Iordanis. Numeri 32. Et tamen Iordanis ponitur in oriente terræ Chanaan Numeri 34. Deus autem noluit, quòd venirent Iſraelitę in terram Chanaan per viam rectam Philiſthinorum, ne videntes bella inſurgere contra ſe non redirēt in Aegyptum: ſicut dicitur Exod. 13. ſcilicet. Cum Pharao emiſiſſet populum, non eduxit eos Dominus per viam terræ Philiſthijm, quæ vicina eſt, reputans ne fortè pęniteret eum ſi vidiſſet aduerſum ſe bella conſurgere, & reuerteretur in Aegyptum: ſed circumduxit per viam deſerti, quæ eſt iuxta mare rubrum. Hoc autem erat, quia per illam uiam non poterant tot bella inſurgere contra Iudæos: quia erat terra magis deſerta: & maximè, quia dato, quòd Iudæi uellent regredi in Aegyptum K iam non poſſent: quia claudebat eos mare rubrum ex una parte; ex aliis autem erant variæ gentes habitantes in deſerto, ſcilicet, Amalecitæ, Madianitæ, & Arabes, per quas non poſſent tranſire niſi pugnando contra eos. Et ſic cogerentur ire in terram Chanaan, ad quam deducebat eos. Non eſt tamen cogitandum, quòd etiam per iſtam viam circunflexam morarentur Iſraelitæ annis quadraginta ſemper itinerando: quia potuiſſent peruenire minus quàm in duobus menſibus. Morati ſunt tamen tanto tempore: quia peccauerunt, & Deus noluit introducere eos, quouſque morerentur omnes illi, qui peccauerant contra ipſum

ſum murmurādo, ſcilicet, omnes qui in exitu de Aegypto fuerunt maiores vigeſimo anno. Nam de illis ſoli duo ſuperfuerunt, qui intrarent in terram promiſſionis, vt patet Numeri 13. & Deuteronomij. 2. Conſiderandum tamen, ꝙ per viam breuem, & rectam, quæ eſt de Aegypto per terram Philiſthinorum eſt paruum iter, licèt quaſi totum per deſertum. Sunt enim fere. 70. leucæ. Et hoc eſt computando à ciuitate Gaza, quæ eſt de terra Chanaan, vſque ad ciuitatē Chairum, quæ eſt maxima in Aegypto: ſed de hac via ſunt quaſi viginti leucæ arabiles, & competentis habitationis. 50. autem reliquæ ſunt verum deſertum. Et ſic ſecundùm veritatem inter terminos Aegypti, & Iudææ ſiue terræ Chanaan ſolùm ſunt leucæ 50. de vera ſolitudine: quia quando computamus. 70. incipimus à Gaza, & tamen non terminatur Chanaan ex parte auſtrali in vrbe Gaza, ſed in quodam loco, qui vocatur Darum, & eſt iuxta mare mediterraneū, vel uerius terminatur in Berſabee, quæ eſt magis intra deſertum. Et iſta ſolet poni in ſcriptura tanquam terminus terræ Chanaan, ſicut dicitur primo Reg. 3. Cognouit vniuerſus Iſrael à Dan vſque Berſabee, & 2. Regum 17. Et ſic ponitur ibi Dan tanquam terminus terræ Iſrael ex parte aquilonari, & Berſabee terminus ex parte auſtrali. Aegyptus etiam non incipit in Chairo ex parte aquilonari, ſed multo ante in vrbe, quæ uocatur Pharamia. Et tamen ipſa ciuitas non habitatur, & etiam Taphnis, quæ eſt poſt illam, ſed habitatio incipit in Chairo, ideo ibi incipit computari Aegyptus. Vt magis tamen cognoſcatur via iſta, conſiderandum eſt, quòd in Aegyptum de terra Chanaan via facilior eſt per mare, maxime quia de Ieruſalē vſque ad mare mediterraneum, quod eſt ad occidentem ſunt nouem leucæ. ſ. ad vrbem Iopem, & inde nauigando in Aegyptum ſunt quaſi 80. leucę, ſi quis tamen velit ire via terreſtri, ibit de Ieruſalem, vel de Bethlehem ad vrbem Gazę, quæ eſt una de quinque ciuitatibus terræ Philiſthinorum, & pertinet ad terram Iudææ, & per iſtam viam reuertebatur Eunuchus reginæ Aethiopiæ, qui ibat in Aegyptum, & inde in Aethiopiam, ſicut dicitur Act. 8. ſcilicet. Angelus Domini locutus eſt ad Philippum, ſcilicet. Surge, & vade contra meridianum ad viam, quæ deſcendit à Ieruſalem in Gazam. Et eſt Gaza circa finem terræ Iudææ in latere auſtrali. De Gaza vſque ad quindecim milliaria eſt in littore maris mediterranei quidam locus, qui dicitur Darum, vel Dorum, & in eo eſt finis terræ promiſſionis in littore, licèt vltra habeat aliquid terra Iudææ, non tamen in littore maris. De Daro vſque ad locum, qui dicitur Caput Boroaldi, ſunt triginta milliaria. Et inde vſque ad fundum cuiuſdam ſtagni, qui dicitur Deriſa, ſunt milliaria triginta, & inde vſque ad aliud caput eiuſdē ſtagni ſunt milliaria triginta, & inde vſque ad locum, qui dr̄ Raſacharon ſunt milliaria 50. & inde uſque Pharchaniam ſunt milliaria 30. & hic incipit Aegyptus. Hæc fuit ciuitas bene murata, & munita, ſed poſtea à ſerpentibus totaliter occupata eſt, nec eſt ibi quiſquam habitator, & eſt poſita in hoſtio Nili fluminis iuxta mare, ſcilicet, quia ibi unum brachium Nili abſorbetur à mari mediterraneo. Hoc ſufficiebat ad cognitionem itineris de Iudæa in Aegyptum. Et iſtud iter credendum eſt, quòd tenuerit Ioſeph cum Virgine, quia nullum aliud eſt niſi iretur per mare. Quod Ioſeph non fecit: quia fortè, cùm eſſet pauper, non haberet ad hoc ſumptus. Maxima tamen cauſa eſt, vt lateret fugam Ioſeph: quia ſi uoluiſſet nauigio ire, oportebat eum fortè manere aliquot diebus in portu maris, expectando nauigium, & ibi eſt locus communiſſimus, ubi ſolent eſſe collectores pro-

A uentuum regalium. Et ſic aliqui de ſatellitibus Herodis poſſent videre Ioſeph fugientem cum paruulo: quod erat magnum inconueniens, cùm ipſe uellet omnino latere fugam ſuam: quia propter hoc per noctem receſſerat, vt ſupra dictum eſt. Alia ratio eſt, quia uia maris erat ualde nociua puero tenero, cùm uix viri integri non aſſueti nauigare poſſint ſuſtinere labores maris propter maximam immutationem, quæ fit in eis. Iuit ergo Ioſeph via terreſtri ſupra poſita, quæ eſt uia breuis. Et illa eſt quam Deus Exo. 13. vocat viam per terram Philiſthinorum: quia vt ſupra dicitur, de Ieruſalem, vel Bethlehem veniendum eſt in Gazam, quæ eſt una de ciuitatibus Philiſthinorum. Ioſue. 17. & primo Reg. 6. Adhuc tamen vt coB gnoſcantur aliqua, quæ facta ſunt exiſtente Ieſu puero in Aegypto, dicetur amplius de Aegypto. Et ſciendum, quòd de ciuitate Pharaunia, de qua ſupra diximus, quæ eſt in principio Aegypti vſque ad flumen ciuitatis Taphnis, ſunt milliaria 25. ciuitas tamen Taphnis eſt ultra fluuium, quaſi per quindecim milliaria ſupra quendam locum. In hac urbe ante aduentum Iſraelitarum in terram Chanaan fuerunt gigantes, de quorum ſtirpe fuerunt illi tres gigantes, de quibus dicitur Numeri. 13. & Ioſue. 15. Et ꝑpter hoc dicitur. 13. quando ſit mentio de iſtis gigantibus, & Taphnis ante Ebron ſeptem annis condita eſt. In Taphnis erat Pharao quando Moyſes, & Aaron petiuerunt ab eo, quòd dimitteret recedere Iſraelitas C de Aegypto, vt aliqui dicunt, & ob hoc facta ſunt ibi miracula à Deo ſicut dicitur Pſalmo 77. ſcilicet. Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti, & in campo Taphneos. Ad veritatem autem iſta ciuitas fuit de terra Geſſen, in qua habitauerunt Iſraelitæ, quando fuerunt in Aegypto, & de hac dixit Ioſeph fratribus ſuis Gen. 46. Dicetis Pharaoni, paſtores ouium ſumus nos, & patres noſtri. Et hoc dicetis, ut habitare poſſitis in Geſſen. Eſt hęc terra in fine Aegypti tam ex parte aquilonis, quàm ex parte occidentis: quia eſt iuxta mare, & Nilum fluuium. Hoc autem uoluit Ioſeph, ut fratres ſui non eſſent in medio Aegyptiorum, ſed ſeparati ab eis propter tria. Primò, quia Aegyptij deteſtantur paſtores oD uium, ſicut dixit Ioſeph Gen. quadrageſimoſexto. Et ſi manerent inter Aegyptios deteſtarentur eos. Nunc verò cùm eſſent in fine Aegypti quaſi extra Aegyptum, non conuerſabantur cum Aegyptiis, nec deteſtarentur eos. Secundò, quia terra Geſſen erat paſcualis, & Iſraelitæ habebant pecora, quibus alendis erat terra conueniens. Gen. quadrageſimoſexto. Tertiò, quia ſciebat Ioſeph, quòd Deus viſitaret Iſraelitas, & faceret eos aſcendere aliquo tempore de Aegypto. Gen. quinquageſimo. Ideo uoluit, quòd eſſent in extremitate Aegypti apud uiam maritimam, ideſt, circa littus maris, per quam itur in terram Chanaan, ſiue in Syriam. Iſta ciuitas Taphnis fuit antiquitus ualde munita, in firmo loco poſita, ſed E hodie eſt omnino deſtructa, & pauci Saraceni, qui uocātur Bediuini, & ſunt dę ſtirpe Moabitarum, & Ammonitarum, habitant in ea, ſcilicet, apud riuos eius propter paſcua, & ubertatem terræ, & abundat piſcibus, & auibus ſupra modum. A fluuio Taphnis vſque ad urbem Damiatam Aegypti ſunt milliaria ſexaginta nauigando per mare de Taphni in Damiatam. Iſta ciuitas Damiatæ olim Memphis dicebatur, ubi floruerunt prima ſtudia literarum. Nam prius fuit ſapientia apud Aegyptios, quàm apud Græcos Philoſophus uocatus fuit Pytagoras, ut ait Auguſt. 4. de ciuitate Dei. Ipſe tamen iuit ad diſcēndum in Mēphim. Et etiam Pilato, qui fuit de maximis Philoſophis Gręcorum illuc iuit, ſicut ait Hierony. in Epiſt. ad Paul. i.

Ioſeph uoluit, ut fratres ſui ſepararētur ab Aegyptiis, iō dedit eis terram Geſsē.

Damiata olim dicebatur Mēphis.

 legi-

Universidad de Deusto Biblioteca

legimus in veteribus historia quosdam lustrasse prouincias,vt eos quos ex libris nouerant coram quoque viderent, sic Pitagoras Memphiticos vates, & Plato Aegyptum adijt.i.Pitagoras iuit ad sapientes vrbis Mēphis, qui vocantur Menphitici vates, & Plato etiam iuit in Aegyptum,scilicet, in Memphi, quia ibi erant studia solennia. Est autem nuuc ista Memphis, siue Damiata antiqua totaliter destructa, sed fecerunt Saraceni circa illam unum casale longum distans à mari per duas leucas ad naues collocandas, & merces colligendas, & abundat fructibus, & piscibus, & frumento, & omnibus bonis sicut Taphnis. Aliam Damiatam construxerunt Saraceni, quæ dicitur noua Damiata, & est distans à mari duabus leucis. Inter eam & Damiatam veterem fluit quidam riuus, qui procedit de alueo Nili ad occidentalem partem huius Damiatæ transiens, & procedit contra aquilonē, in Taphnim,& inde per quoddam fretum, quod Bagera dicitur, vsque Pharauniam, & ibi coniungitur mari mediterraneo:& iste est primus portus Aegypti uersus terram Iudææ,scilicet, Pharaunia,ipse vero maior riuus Nili ad duas leucas de Damiata intrat in mare.

Portus terre Ægypti.

Et iste est portus secundus Aegypti. Tertius portus est in Alexandria,vbi intrat maior pars Nili, distat autem Alexandria à Pharaunia, vbi est primus portus per milliaria ducenta, & triginta. Et hoc est tota longitudo quam habet Aegyptus iuxta mare.

Alexandria Aegypti.

Considerandum tamen, quòd Alexandria consistit in angulo australi,& orientali maris mediterranei,ita quòd vltra Alexandriam non extenditur mare versus austrum,nec etiam versus orientem: quia non potest vltra ascendi iam per mare,sed solùm per Nilum ad ipsam terram Aegypti. De Alexandria vsque ad Babyloniā Aegypti sunt milliaria ducenta ascendendo per Nilum cōtra orientem,de Pharaunia verò per Taphnim,& Damiatam ascendendo vsque Babylonem via terrestri sunt ducenta milliaria, & totidem sunt ascēdendo fluuium Nili, de Babylone verò vsque ad Sienem ciuitatem, quæ est vltima pars Aegypti contra Austrum,& Aethiopiam vbi Nilus declinat versus austrum sunt milliaria ducenta & quadraginta contra Aethiopiam. Ista Aethiopia est Nubia, in qua prædicauit Beatus Matthæus, vt dictum est supra. A ciuitate autem Siene per ipsum Nilum nauigando vsq; ad locum vocatum Chus, vbi onerantur nauigia de mercimonijs delatis de prouincia Adena, quæ est orientalis,sunt milliaria ducenta sexaginta. De Damiata tamen ascendendo per Nilum versus Babylonem primò inuenitur locus, qui dicitur Abdela, & deinde locus,qui vocatur Mansora, & ibi separatur à Nilo ille riuus paruus, qui vadit iuxta Pharauniam, ubi est primus portus Aegypti,vt supra diximus. Considerandum autem, quòd Nilus quando venit de oriente per Aethiopiam,& postea intrat in Aegyptum habet unicum alueum, & est unicum flumen, & quando

Descriptio Nili & eius diuisio.

peruenit apud Babylonem,etiam est vnicum. Sed postea apud locum, qui dicitur Masoia separatur vnus riuus siue brachium ab eo, & uadit contra Pharauniam, vt dictum est, deinde apud quendam locum, qui vocatur Delta diuiditur Nilus in modum figuræ deltæ, quæ est in litera apud Græcos bifurcata, & ibi constituitur maxima pars Aegypti, quasi insula in medio illarum magnarum diuisionum Nili. Sed ante hoc apud quandam villam magnam, quæ uocatur Seminith separatur aliud brachium Nili siue riuus,& est tertius riuus Nili,qui uadit contra austrum intrans mare,iuxta villam, quæ dicitur Fames. Sed nō est iste riuus nauigabilis:quia est paruus descendendo de prædicta villa Seminith versus occidētem antequam perueniatur ad ciuitates,scilicet, Phiton, & Ramesses se-

F paratur à Nilo aliud brachium,& est quartum, & vadit contra austrum intrans mare iuxta quandam uillam,quæ dicitur Sturion,ideo ille portus uocatur cōmuniter os Sturionis. Istæ due ciuitates, scilicet Phiton,& Ramesses sunt illæ, quas coacti sunt Iudei ædificare quando erant in Aegypto. Exod.primo,& sunt coniunctæ, & de eis vsque ad portum Sturionis sunt quasi decem leucæ, & sunt istæ duæ ciuitates iuxta Nilum positæ, una ex parte australi, & alia ex parte aquilonari. Et ab istis ciuitatibus vsque ad locum, qui dicitur Delta, ubi principaliter diuiditur Nilus, idest in partes maiores, sunt triginta milliaria, & sic habentur
G quinque brachia Nili, siue quinque hostia eius, quibus intrat in mare. De prædicto loco, ubi dicitur Delta,usque ad ciuitatem Eliopolim sunt tria milliaria, & ibi separatur quidam paruus riuus à Nilo qui procedit contra aquilonem usque ad ciuitatem, quæ dicitur Belbeis,& olim Pellusium uocabatur,& vadit inde per desertum semper contra aquilonem, & peruenit ad terram Iudææ, & intrat mare mediterraneū iuxta ciuitatem quæ dicitur Laris, & distat per unam dietam à ciuitate Gaza, & à Bersabea, uel quasi duabus. Iste riuus propriè in scriptura sacra uocatur riuus Aegypti,& in ipso erat terminus terræ sanctę, siue Iudæorum ex parte australi,sicut dicit Gen. 15. scilicet. Semini tuo dabo terram hanc,à flumine Aegypti, usque ad flumen magnum Euphratem. Et est Euphrates terminus ex parte aquilonari, & riuus Aegypti ter-
H minus ex parte australi. Et est paruus riuus,& non est nauigabilis,& est sextum brachium Nili. Ex hoc autem soluuntur contrarietates, quæ uidentur esse in litera sacræ scripturæ,cùm Iosue 13.dicatur, quòd fluuius qui irrigat Aegyptum,scilicet, Sior, sicut dicitur in Hebræo, uel Nilus, sicut nos dicimus, sit terminus terræ Chanaan. Quod videbatur quibusdam impossibile,cùm Nilus fluat per medium Aegypti, & tamē inter Aegyptum & terram Chanaan est magnum desertum, est tamen verum. Et tamen Nilus, siue Sior non accipitur ibi pro toto Nilo, sed solùm pro isto paruo riuo,qui uocatur ibi Sior,siue irrigans Aegyptum, & secundùm ueritatem est brachium illius, vt dictum est, & uocatur istud brachium binocoru-
I la,licèt ab aliis uocetur rinocorula, in Hebræo autem uocatur Siorioſue. Si autem objiciatur, quòd tota terra Chanaan est inter Bersabee, & Dan, vt supra dictum est. Dicendum,quòd uerum est, & tamen iste riuus, qui dicitur binocorula, non longe transit à Bersabee,& sic in utroque est terminus. Et tamen magis verè est terminus in riuo, quàm in Bersabee: sed ipse riuus non tangit Bersabee, sed postea iuxta occidentem apud ciuitatem Laris, vt supra dictum est, intrat in mare, & ibi magis coniungitur terræ habitatæ de terra Chanaan. In cæteris autem partibus magis elongatur fluens per desertum,quod est inter Aegyptum, & Iudæam. Origo istius Nili fluminis nondum inuenta est ab aliquo determinatè. Nam de Babylone Aegypti vsque ad Sienem, & Meroem ciuitates
K Nilus uidebitur, & inde usque ad quosdam montes altissimos, qui sunt ad sinistrā partem Nubiæ, per quos descendit Nilus,& ultra illos non est locus accessibilis:ita,vt possit ultra quis procedere ad quærendū originem Nili,licèt uarij circa hoc laborauerunt. Nunc aūt cōsiderandū est de locis,in quibus mansit Ioseph cum Virgine in Aegypto.Et dicitur, ꝙ mansit in Heliopoli,& in Babylone,& ibi ostenduntur loca,in quibus māserūt. Est aūt Heliopolis ciuitas valde bona,sed non est murata,sicut nec aliqua ciuitas in Aegypto. Et est inter Babylonem, Alexandriam, & Chairum. Et in Græco vocatur ciuitas solis, Isaiæ. 19. Nam Heliopolis in Græco idem est, quòd ciuitas solis, & est vna de quinque ciui-

tatibus Aegypti, quæ loquerentur lingua terræ
A Chanaan. Est ista ciuitas diues valde abundans fructibus, & omnibus delitiis mundi. Babylon est alia ciuitas magna in Aegypto: & non est ista, quam scriptura vocat Babylonem:quia illa est in Chaldæa,de qua erat Nabuchodonosor.Istam Babylonem Aegypti condidit Cambyses Rex persarum filius regis Cyri postquā destructa est Babylon, quæ erat in Chaldæa, vt retineret nomen illius, quia in illa fuerat caput regni Chaldeorum,& postea Persarum,& Medorum,& Cambises volebat manere in Aegypto, & constituere ibi caput regni:ideo fecit ciuitatem, quàm vocauit Babylonem.In Heliopoli fuit primo virgo cum Christo,quā in alio loco Aegypti. Et cùm primò venisset non habens aliquem locum, in quem ingrederetur, vel ad
B quem diuerteret,intrauit quoddam templum, in quo erant Idola trecenta sexaginta quinque: iuxta numerum dierum anni, quibus singulis diebus, diuinus exhibebatur cultus.Ad Christi autem,& matris eius ingressum vniuersa Idola corruerunt. Et impletum est illud Isai.decimonono,scilicet.Ascendet Dominus super nubem leuem,& ingredietur Aegyptum, & mouebuntur simulacra Aegypti : idest Christus, qui erat Deus ascendens super nubem leuem : idest super asinam, super quam portabatur in Aegyptum, quæ erat nubes leuis:idest parua,vel super nubem leuem, idest humanitatem, in qua deitas vehebatur quasi operiretur nube,vniuersa Idola Aegypti coram eo mota sunt, in quantum illa trecenta sexaginta quinque corrue-
C runt: quæ fortè erant omnia Idola Aegypti,scilicet,ꝙ non essent plura nomine differentia: licèt essent multa alia differentia numero ab illis. Et valde rationabile istud erat,quia si ad ingressum arcæ Domini in templum Dagon corruit ipsum Idolum, & confractum est, iustius erat, vt ad ingressum veri filij Dei in carne in templum Idolorum corruerent Idola. De arca patet. primo Regum quinto. Quo facto,cùm esset nunciatum Aphrodisio Principi Sacerdotum, venit in templum cum omni exercitu suo. Et accedens adorauit puerum Iesum, & alloquens exercitum, ait: Hic nisi esset Deus deorum nostrorum,coram eo non se prosternerent.Nos ergo,quòd Deos nostros fa-
D cere videmus,nisi cautè fecerimus omnes, sicut Pharao periculum incurremus. Et sic pius Deus, qui in ira sua non continet misericordias suas filium suum in Aegyptum misit, dans Aegypto magnum reconciliationis signum. Et sic decem plagas, quas Deus Aegyptijs prius iratus intulerat,per filium suum sanauit. Nam in Aegypto fides Christi postea floruit valde:& ibi fuerunt Monachi vita excellentissimi.

Babylon Aegypti.

De Eliopoli ad septem leucas est Babylon magna valde ciuitas,& bene munita sita supra Nilum in eius latere Aquilonari. Transit tamen vnus riuus satis magnus de Nilo per medium Babylonis,& per Chairum,quæ ei contigua est, & reuertitur ad fluuium principale iuxta Chairum. De Babylone, vsque ad quinque leu-
E cas sunt quædam pyramides de lapidibus triangulatæ in modum narium altæ valde,quæ dicuntur fuisse horrea Ioseph,in quibus seruauit fruges septem annis fertilitatis collectas pro fame futura. Et iuxta istas pyramides ad duas leucas sunt ruinæ ciuitatis Thebæ, de qua fuit legio Thebeorum quam trucidauit Imperator Maximianus super Rodanum. Et iuxta istam ciuitatē est desertum Thebaides, vbi fuit antiquitus multitudo monachorum strictè viuentium, qui manserunt ibi vsque ad tempora Mahometi, cuius immediati successores occupauerunt totam Aegyptum, & desierunt esse monachi ibi, & etiam quasi christiani: & tamen non omnino, quia non multis temporibus ante hoc, scilicet,tempore Papæ Ioannis vigesimi pri-

Marin' Venetus.

mi,sicut scribit frater Brocardus Theutonicus,& Marinus Venetus, erant in Aegypto vltra trecenta millia Christianorum,& ecclesiæ & claustra monachorum. In Babylone etiam Aegypti,& in Chairo erant plures quàm quadraginta Ecclesiæ.Et sic in omnibus alijs ciuitatibus Aegypti. Inter Heliopolim, & Babylonem in medio satis iuxta Chairum est hortus balsami habens in latitudine quasi iactum lapidis in longitudine aliquantulū plus.Et est terra quasi tota alba. Est enim arbuscula balsami sicut lignum vitis trium annorum: folia vero eius sunt quasi folia parui trifolii, vel quasi folia ruthæ, albiora tamen sunt. Est enim arbor parua : scilicet palmi,& dimidii in altitudine.Modus autē colligendi balsamum est, ꝙ cultores discerpunt folia de ipso stipite:quia folia stipiti adhærent,& vnū tātum stipitem habēt : licèt in vno cespite sint plures stipites, scilicet sex, vel septem, & interdum plures.Discerpto autem folio contra radium solis statim de ipsa ruptura egreditur gutta lucidissima odorifera valde.

De modo colligendi balsamū, & vbi reperitur.

Et iste est liquor balsami, qui colligitur in phialis vitreis modo debito,& balsamus efficitur.Et si istud folium discerperetur contra aliam partem quàm contra ortum solis,nō stillaret gutta aliqua de ruptura. Alius modus colligendi balsamum est : scilicet tempore maturitatis foliorum,quòd accidit,quod est circa mēsem Maij scinditur cortex ligni : idest aperitur,& liquor inde fluens colligitur vasis vitreis, & illa reponuntur in stercore columbino, & desiccatur ille humor : & sic
C efficitur balsamus probatus. Rigatur autem iste hortus de quodam fonte paruo : sed abundanter fluente : in quo beata Virgo benedictissimum puerum Iesum dicitur sepe lauisse,& pannos eius abluisse cum maneret in Aegypto. Et ibidem est lapis, in quo prædictos pannos dicebatur exiccasse. Et hæc omnia in magna veneratione habentur vsque hodie, tam a Saracenis, quam a Christianis terrę incolis.Est autem dictus fons valde paruus : ita quòd non sufficeret ad rigandum totum hortum : ideo Saraceni fecerunt alium quasi puteum profundum : iuxta illum,de quo quatuor boues per quandam rotam aquam trahebant sperātes, quòd propter vicinitatem fontis haberet iste puteus virtutem,vt faceret arborem balsami germinare quam irri-
D garet.Sed deceptos se videntes cum aqua illa nō proficeret : vt nasceretur arbor balsami canale quoddam fecerunt de fonte suo ad fontem Christi: vt sic miscerentur aquæ, & copiosius fluerent, & virtus ab vna in alteram transfunderetur, & sufficeret ad irrigandum totum hortum,& non fefellit eos ista opinio. Nunc.n. per ipsas aquas mixtas fęcundatur hortus balsami.Qđ aliàs fieri non posset. Est ibi præterea vnum valde mirabile attestans nimium fidei Christianæ,scilicet quòd à meridie diei Sabbathi,vsq; ad ortum Solis diei Lunę boues,qui trahunt aquam de puteo siue fonte cessant a labore : & nullo modo volunt postea aquā trahere, etiam si occidantur,vel excorientur : & post in die lunæ orto sole trahunt aquam vsq; ad diem Sabbathi ad

Miraculum fidei Christiane atestans vsque hodie.

E meridiem : hoc plurimi Christiani quotidie vident, quorum aliqui apud nos manent. Et testatur in libro suo Frater Brocardus se vidisse,cum non crederet omnibus asserentibus. Ad istum fontem Christi in die Epiphaniæ cōueniunt Christiani, & lauant ibi corpora sua ex deuotione. Saraceni etiam conueniunt ad hunc fontem ex deuotione,& lauantur ibi.Habent.n. Saraceni quendam fetorem grauissimum, quem tollere nullo modo possunt nisi cùm sæpe lauantur, & maxime tollitur,si lauentur in fonte illo. Vnde se,& filios suos sæpe in fonte illo lauant. Iuxta Chairum est quædam arbor palmæ antiquissima,quæ beatæ Virgini intranti in Aegyptum inclinauit, vt dactylos inde colligerent,& iterum se erexit:videntes idolatræ suc-

Miraculum palme.

ciderunt

Magnũ miraculũ vsq; hodie.

ciderunt eam, sed nocte sequenti consolidata est, & erecta. Et apparent adhuc incisiones eius in ipsa. Est ẽt aliud miraculum memoria dignum. Est enim in Babylone Aegypti quoddam monasterium in honorẽ beati Ioannis Baptistæ constructum, vbi sunt quædam reliquiæ eius inclusæ in quodam scrinio non magno. Consuetudo autem est non solùm Christianis, sed ẽt Saracenis in festo eius frequentare Monasterium ipsum. Saraceni quippe valde honorant Beatum Ioannem Baptistam, & anno quolibet in dicto festo Christiani cum Saracenis portant prædictum scrinium per quinque leucas descendẽdo per flumen Nili ad aliam Ecclesiam Monachorum constructam similiter in honorem beati Ioannis Baptistæ. Postquam verò ibi fuerint missarum solemnia celebrata, ponunt prædictum scrinium in flumine, probare volẽtes an Beatus Ioannes velit reliquias suas manere in hoc monasterio, vel redire ad priorem locum. Sed mox videntibus omnibus Scrinium ipsum contra impetum Nili fluminis, qui vtique est valde violentus, tanta velocitate sursum currit, & redit ad locum suũ priorem, quòd nec hi, qui in equis currũt possunt velocius ad dictum monasterium peruenire. Hoc singulis annis fit. Hæc propter Christum in Aegypto mãentem dicta sunt de Aegypto: quorum quædam supra a nobis probata sunt ex certis locis: quæ verò probata non fuerunt habentur omnia ex libro Fratris Brocardi Thetonici, & ex libro Marini Veneti, qui diligentissimè scripsit librum vnum ad Papam Ioannem vigesimumprimum de omnibus rebus terræ sanctæ, & Aegypti. Quanto tempore manserit Christus in Aegypto non potest patere ex sacra scriptura: sed Historia scholastica asserit eum septẽ annis mansisse, quod ex aliquibus antiquis historijs colligi potest. De modo quo Ioseph, & Virgo in Aegypto vixerunt, dici potest, quòd de operibus manuum suarum, quia pauperes erant: sic etiam viuebant quando erant in terra Iudæorum, sicut communiter asseritur, & satis verisimile est, cùm pauperes essent, Christo dicente, quòd non habebat vbi reclinaret caput suum, ideſt nihil proprium habebat in terra, in quo tanquam in proprio posset caput reclinare: si tamen parentes eius diuites essent, haberet ipse aliquid, vbi caput reclinaret.

I

Quare potius Ioseph iuit in Aegyptum, quam in aliam regionem. Quæst. LXI.

QVAERITVR, quare potius nunc iuit Ioseph cum Iesu in Aegyptum, quàm in aliam regionem: quia multa regna erant in circuitu terræ Iudæorum, ad quæ posset fugere Ioseph. Dicẽdum, quòd hoc fuit, quia sic iussit angelus, vt patet in litera. Si autem quæras quare angelus iussit potius illuc ire, quàm in aliam terram: dicendũ quòd Deo iubente factum est, quia angelus nihil iussit nisi, quod Deus voluit. Hoc autem fieri nunc oportebat, quia prænunciatum erat per Osee, vt allegat hic Matthæus, scilicet: ex Aegypto vocaui filium meum. Etiã prædictum fuerat Isa. 19. scilicet. Ecce ascendet Dominus nubem leuem, & ingredietur Aegyptum. Quod de Christo intelligitur, vt declaratum est supra. Si autẽ nunc Christus iret in aliam regionem, non implerentur prophetię istę: ideo debuit sic fieri. Non est tamẽ credendum, quòd ideo ita factum est, quia sic scriptũ fuit, cùm potius sic scriptum est, quia Deus volebat illud sic fieri, quia sic videbatur expedire. Putant aliqui, quòd hoc fuerit, quasi Christus nõ posset euadere gladiũ Herodis in alia regione, nisi in Aegypto. Sed hoc non stat, quia istud esset præsupponendo, quòd Herodes sciret eum esse in Aegypto, vel esse in alia regione. Sed & hoc falsum est, quia si Herodes cognouisset Christum esse in aliqua parte orbis, non posset euadere, quia illuc mitteret satellites ad occidendum ipsum secretè: vel procuraret eum occidi per incolas terræ. Et dato, quòd hoc fieri non posset, saltem nunquam Christus posset redire in Iudęam, postquam semel Herodes cognosceret eum distinctè, & sciret eum esse in aliqua parte orbis. Et dato, quòd moreretur Herodes, eadem uoluntas maneret filiis eius, si scirent viuere Messiam Hebræorum, qui regnaturus erat. Et tamen Christus rediit in Iudæam mortuo Herode, ergo non cognouit Herodes eum fugisse in Aegyptum. Dici potest, quòd fugit illuc, quia Deus voluit per istam fugam Christi dare principium reconciliationis Aegyptiis: ostendendo miracula conterendo idola, vel dejiciendo ea ad terram, & conuertendo Aphrodisium, & exercitum suum ad se adorãdum, vt supra dictum est. Aliter potest dici, quòd fuit hoc, vt magis esset lęta fuga Christi, quia nullum regnum erat ad quod minus verisimile esset, quòd Ioseph cõfugeret, quàm in Aegyptum, cùm distaret Aegyptus à terra Iudæorum deserto magno intermedio, quæ erat uia valde difficilis. Ad alia autem regna erat uia breuior, & facilior, ideo minus putaretur eum fugisse in Aegyptum, quàm in aliquam aliam terram. Etiam quia eundo in Aegyptum, quasi à nullo uideretur, cùm illa uia non ita frequentaretur, sicut uiæ ad cæteras regiones coniunctas terræ Iudæorum.

H

Ad quid oportuit Christum fugere in Aegyptum. Quæst. LXII.

QVAERITVR, ad quid oportuit Christum fugere in Aegyptum. Nam uidetur, quòd non esset aliqua causa timoris manendo in Nazareth, quia Herodes solùm occidit pueros, qui erant in Bethlehem, & finibus eius, ut patet infra in litera, neminem autem occidit in Galilæa, ubi erat Iesus, ideo non oportuit inde fugere. Et non solùm nullum occidit in Galilæa, sed etiam non suspicatus est aliquid contra pueros Galilææ, quia aliàs occidisset aliquos eorum, sicut occidit pueros Bethlehem propter solam suspitionem. Dicendum, quòd causa timendi fuit, & fugiendi de Galilæa rationabilis, quia in Nazareth manebat Ioseph quando Angelus dixit ei, quòd fugeret in Aegyptum, & tamen non iuberet Angelus, nisi subesset uera causa timoris, cùm ait. *Futurum est enim, vt Herodes quærat Puerum ad perdendum eum.* Dicendum ergo uidetur, quòd aliquæ causæ timoris poterant subesse, quas nos manifestè uidere non possumus: eo quòd Matthæus nõ descripsit omnes circunstantias temporis, & loci & omnia alia, quæ possunt pertinere ad hoc negotium, ex quibus arguì posset causa timoris, sicut in moralibus ex singulis circunstantijs negotiorum uir prudẽs potest arguere ad colligendum quid inde sperari debeat boni, aut mali. Possumus tamen dicere, quòd si Ioseph mansisset in

K

Nazareth, quòd poterat esse periculum, quia Herodes per stellam Magorum sciebat tempus quo Christus natus fuerat, & sic posset quærere, quot, & qui nati fuerunt illo tempore in Bethlehem, & per diligentem inquisitionem posset inuenire, quòd quidam puer Galilæus natus fuerat eo tempore, ibi uenientibus parentibus ad profitendum. Et posset scire quomodo erat de Nazareth, quia per libros professionis Bethlehem poterat cõstare Herodi, quot, & qui uiri, & fœminæ tam de Bethlehem, quàm alienigenæ fuerunt ipso tempore in Bethlehem, & ex hoc inquireret, quæ fœminæ ibi tunc pepererant, & posset inuenire Mariam de Nazareth ibi tunc peperisse Puerum Iesum. Et sic facet

ret fortè Herodes inquiri eum in Nazareth. Oportuit ergo ad securitatem habendam fugere etiam de Nazareth in Aegyptum. Quidam soluere volũt apertius dicentes, quòd erat periculum, si non fugeret Ioseph cum Iesu, quia quando istud dictum est Ioseph ab angelo, erat Ioseph in Bethlehem, Herodes autem occisurus erat pueros Bethlehem, ideo oportuit fugere. Dicendum, quòd non stat, quia Ioseph erat in Nazareth Galilææ quãdo dixit ei angelus, quòd fugeret, qa Ioseph non fugit ante purificationem Marię, cùm purificata fuerit in templo. Lucæ. 2. Et cùm post purificationem Ioseph cum Virgine non rediit in Bethlehẽ, sed in Nazareth Galilææ. eo. cap. & ibi semper mansit, nec vnquam postea rediit in Bethlehem, vt probatum fuit supra in quæstione qua quærebatur de loco, & tempore quo angelus ista dixit Ioseph: ergo non fugit Ioseph de Bethlehem in Aegyptum, sed de Nazareth in Aegyptum. Item quia isti volunt præsupponere, qꝑ maneret in Bethlehem, quando angelus apparuit nõ stat, quia si securum esset manere in Nazareth, non præcipẽretur Ioseph fugere de Bethlehem in Aegyptum, sed de Bethlehem in Nazareth: quia ibi melius essent parentes Christi, cùm esset terra natalis eorum, si securi manere possent, & tamen non iussit angelus fugere in Nazareth, sed in Aegyptum. Ergo non erat securitas in Nazareth, & sic etiam si esset Ioseph in Nazareth, quando angelus ei apparuit iuberet, quòd fugeret in Aegyptum. Sed dicetur, cur non fugeret in aliam partem terræ Iudæorum? dicendum, quòd in nulla parte Iudææ poterat manere securus Ioseph, qa in quocunque loco esset cognosceretur ab incolis, qꝑ non esset de terra illa, & oportebat sciri quare recessisset de terra sua. Et si ipse uellet istud occultare præstaret contra se suspicandi occasionem. Et ex hoc cũ Herodes inquireret pueros natos in Bethlehem: posset ex suspitione procedi contra illum puerum, quem parentes de terra sua extulerant. Nam semel supposita suspitione poterat inquiri, ubi puer iste natus fuerat, & quando: & sic peruenireturad ueram coniecturam, quòd iste esset puer, quem quærebat Herodes, uel saltem unus de illis, de quibus uerisimiliter poterat dubitare: ideo non debuit manere Ioseph in aliqua parte terræ Iudæorum, sed fugere in Aegyptum.

A

Tunc Herodes videns, quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens, occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem & in omnibus finibus eius à bimatu & infrà, secundùm tempus, quod exquisierat à Magis. Tunc adimpletum est, quod dictum est per Ieremiam Prophetam dicentem. Vox in rama audita est ploratus, & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.

Tunc Herodes. Hic ponit Matthæus ipsam Christi persecutionem, qua Herodes eum, & membra sua pse cutus est, & dicitur. *Tunc Herodes videns, quòd illusus esset à Magis.* Ideſt, cognouit se illusum esse, quia Magi non seruauerant ueritatem: nam promiserant ei, qꝑ redirent ad ipsum, siue quòd renuntiarent ei de puero, & tamen nec redierunt, nec renunciauerunt, sed per aliam uiam reuersi sunt, ut nõ redirent ad ipsum. *Iratus est valde.* ideſt, quia non consecutus est; quod desiderabat. *Et mittens.* Scilicet, ministros suos, qui ei faciebant in hoc crudeli mandato: ipse autem non iuit ad hoc in Bethlehem, sed mansit in Ierusalem, ubi esse solebat. *Et occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem.* Quia ibi putabat natum esse Messiam, sicut Iudæi asseruerunt ei. *Et in omnibus finibus eius.* ideſt, in quibusdam Villulis, & Viculis paruulis non muratis consistentibus in territorio Vrbis Bethlehem, quia ẽt pueri ibi occisi sunt. *A bimatu & infrà.* Ista erat ætas puerorum, scilicet omnes, qui erant nati a duobus annis, & infra, ideſt, omnes, qui nondum peruenerant ad duos annos ætatis, etiam si essent unius mensis, uel unius hebdomadæ, occidebantur etiam usque ad pueros unius diei. Sic communiter exponitur. Sed de hoc magis dicetur. j. in septuagesima scda qõne: bimatus est ætas duorum annorum, & bimus est habens duos annos ætatis, sicut trimatus est ætas trium annorum, &

B

trimus habens ætatem trium annorum: sic accipitur. Ge. 15. cùm dixit Deus Abrahæ. Sume inquit uaccam mihi trimã, & capram trimam, & arietem trium annorum: ecce singula aĩalia iussit esse trium annorum. *Secũdum tempus, quod exquisierat a magis.* Quasi dicat, ętas occidendorum ab Herode fuit secundum tẽpus. i. fm quantitatem temporis, quod à Magis quæsierat. Istud fuit tps stellæ, quia dr supra, qꝑ Herodes clam uocatis Magis, diligenter didlcit ab eis tps stellæ. Et sic qa iam erant duo anni, uel quasi, quòd ista stella apparuerat, fecit occidi pueros ætatis duorum annorum. *Tunc adimpletum est, quòd dictum est per Ieremiam prophetam.* Scilicet: In occisione istorum puerorum impletum est dictum Ieremiæ, quod habetur infra. Ista locutio est

C

proprijssima potius, quã cùm solet dicere Matthæus hoc factum est, vt impleretur, quòd dictum est per prophetam, ut patet supra in litera, & infra, & supra primo, & infra quarto, ideo illi modi loquendi exponendi sunt per istum, cùm idem uelit Matthæus in omnibus his locis significare. *Dicentem, uox in rama audita est.* Ideſt, vox in excelso audita est. Rama in Hebræo potest esse nomen appellatiuum, & proprium. Quando est proprium est nomen urbis, quando est appellatiuum significat excelsum. Et sic accipitur hic, scilicet, qꝑ uox audita est in rama, ideſt, in excelso, quia mulieres plorantes pro filiis occisis acriter, & inconsolabiliter plorabant. Vnde clamabant excelsa uoce. Ploratus multus, ideſt, magnus ploratus, & ululatus fuit in Bethlehem, & finibus eius, quia erant multi paruuli occisi. Et ponitur ploratus, & ululatus, quia vlulare differt à plorare, cùm plorare consistat in emissione lachrymarum, ululare verò in quibusdam vocibus funestis, & terribilibus. *Rachel plorans filios suos.* Ideſt, Rachel plorauit nunc filios suos, qui occidebantur in Bethlehem. Sciendum tamen, quòd isti pueri, qꝑ occidebantur, non erant filij Rachel, quia Rachel fuit uxor Iacob, de qua genuit duos filius, scilicet, Ioseph, & Beniamin. Gen. 30. & 35. Isti autem, qui occidebantur nunc erant de filiis Iuda, & Iudas erat filius Liæ. Gen. 29. Patet hoc, quia Bethlehem erat de tribu Iuda, ut patet supra in litera, & Messias etiam quem nunc intendebat occidere Herodes, de tribu Iuda erat, de semine Dauid, & de urbe Bethlehem. Ioan. 7.

D

E

Dicuntur tamen isti filij Rachel, quia sepulta erat Rachel iuxta urbem Bethlehem, ut patet Gen. 25. & 38. & manet usque hodie pyramis sepulchri eius excelsa, quę uidetur ab omnibus euntibus de Ierusalem in Bethlehem, vt ibi declaratũ est. Et ob hoc Rachel videbatur specialis mr oĩum, qui erant in Bethlehem. *Et noluit consolari.* i. noluit cessare à fletu, qđ est recipere cõsolationẽ. *Quia non sunt.* i. qa filij sui iam nõ sunt, nec pñt haberi cùm occisi sint, quasi dicat. De malo qđ reparabile est, potest homo recipere consolationẽ pp spem, uel pp actualem reparationem, quæ aliquãdo fiet: & tamen occisis pueris nulla erat reparatio, qa iã nõ erãt, iõ noluit cõsolari Rachel cessando à fletu.

An He-

Universidad de Deusto
Biblioteca

F

An Herodes peccabat volens Christum occidere.
Quæst. LXIII.

QVAERITVR, an Herodes peccabat volendo Christum occidere. Aliquis dicet, q̃ non, quia faciebat in defensionem iuris sui, scilicet, quia ipse erat rex, & timebat perdere regnum, si Messias viueret. Dicendum, quòd peccabat Herodes, & grauissimè volens occidere hominem innocentissimum, scilicet, puerum Iesum, etiam si nihil extimaret in eo esse supra hominem. Cùm autem dicitur, quòd faciebat in defensionem iuris sui, non est verum. Primò, quia si fecisset in defensionem iuris fecisset iuridicè, quasi sibi competeret, & tamẽ faciebat per fraudes, & inimicitias. Secundò, quia non erat defensio iuris, cùm potius Herodes crederet se facere cõtra ius. Nam ideo Herodes timebat illum puerum, quia prophetę prędixerant de eo, quòd regnaret in Israel. Et istud per Deum prænunciabant. Vnde Herodes timens hoc euenturum esse, quod Deus prænunciauerat, conabatur si quomodo posset impedire istũ euentum occidendo Messiam. Et sic Herodes non solùm mouebatur iniustè volens occidere Messiam, vt non assequeretur regnum, quod sibi competebat de iure, sicut scriptura dicebat, sed etiam conabatur impedire id, quod Deus simpliciter intendebat facere. Tertiò, quia dato, quòd Herodi competeret istud regnũ, & non illi puero, & suspicaretur, quòd per illum posset perdere regnum: non poterat propter hoc occidere ipsum, quia nondum quicquam mali faciebat, cùm esset puer. Cùm verò inciperet impedire, vel turbare Herodem in regno posset eum Herodes occidere. Et tamen nunc non solùm non turbauerat eum, sed etiã nec poterat turbare propter ætatem, ideo non licebat ei occidere, vel persequi illum. Quartò, quia dato, q̃ iam esset vir, & posset turbare Herodem in regno: si tamen non turbaret, non poterat Herodes eum iustè occidere propter solùm timorem, sed solùm liceret ei incarcerare illum, quia pœna occisionis non debetur nisi peccato, quod malum est actualiter: potentia autẽ peccandi nõ est aliquod malum, sed est bonum cùm sit potentia naturalis, ideo pro potentia nocendi non debetur alicui pœna. Quia tamen potentia ista potest exire in actum, & tunc erit malum actualiter, debet impediri habens istam potentiam, sed nõ puniri, quia malum nondum commissum. Et sic liceret Herodi tenere Christum in vinculis, vt non turbaret eum in regno præsuppositio iusto timore, vt dictum est: non licebat tamen ei adhuc occidere illum propter istum solum timorem. Quintò, quia etiam si Christus mansisset semper in Iudæa, & vixisset Herodes, nunquam turbasset eum super statu regni, quia Christus non erat regnaturus temporaliter, idest, secundùm illas cœrimonias, quas reges principantur, sicut dixit ipse Ioan. 18. Regnum meum non est de hoc mundo. Non tamen est tale quale regnum, quod homines exercent in hoc mundo, ideo iniustè mouebatur Herodes contra eum, qui nunquam illum turbaturus erat. Si autẽ dicas, quòd hoc Herodes nesciebat, sed potius credebat Messiam regnaturum, sicut regnabant alij reges sęculi, & sic iustè timeret, quòd per eum priuaretur regno: dicendum quòd hoc non sufficiebat, quia ex sola præsumptione non solùm non debet aliquis occidi, sed etiam nec puniri, sed necesse est veram esse causam pro qua puniatur quis, vt iustè puniatur. Et sic iniustè mouebatur Herodes ex sola præsumptione, quæ falli poterat, & erat verè falsa volens Christum occidere.

G

H

I

K

An peccauerit Herodes occidendo pueros.
Quæst. LXIIII.

QVAERITVR, an peccauerit Herodes occidendo pueros in Bethlehem. Dicendum, q̃ sic: & omnes causæ ferè quæ probant iniustè Herodem voluisse occidere Christũ, probant iniustè occidisse pueros, cùm ipsos propter Christum occideret. Insuper tamen dicendum, quòd Herodes iniustè egit, quia pro iniusto fine, scilicet, vt conseruaret regnum, quod iniustè tenebat, & pertinebat ad progeniem Iudæorum, de qua ipse non erat. Secundò, quia isti paruuli nihil mali fecerant, nec facere poterant. Tertiò, q̃ adhuc magis iniustum erat, quam de Christo, quia de illo poterat habere suspitionem, & timere, & tamen de omnibus his non timebat, quia certus erat, quòd non erat quilibet istorum, vel non erãt omnes isti simul ad quos regnum Iudæorũ posset pertinere. Et sic Herodes certus esset, q̃ occideret aliquos, qui iniustè moriebantur, ita quòd mors illorũ nihil faciebat ad id, quod ipse intendebat. Et ob hoc Herodes iste pessimus, qui paruulos non solùm iniustè, sed etiam crudelissimè occidit, simili pena mulctatus est, scilicet, vt qui alienos filios occiderat iniustè, propriis filiis iustè priuaretur: & quod atrocius erat, & miserabilius, scilicet, quòd per seipsum. Nam Herodes septem filios habuisse legitur, scilicet Antipatrum, Alexandrum, Aristobolum, Archelaum, Herodem, Antipam & Philippum. Tres autem istorum ipse occidit. Nam Alexandrum, & Aristobolum occidi fecit suspicatus, quòd eum occidere uellent, vt ait Ioseph. 16. Antiquitatum. Antipatrum etiam de morte propinqua immo de præterita, vt ipse crediderat exultantem occidi fecit, vt ait Ioseph. 17. Antiquitatum, de quo infra magis declarabitur, asseritur etiam quòd in ipsa morte innocentum Herodes punitus est, sicut ait Macrobius in quadam historia, scilicet, quòd Herodes tradiderat vnum paruulum filium nutriendum in Bethlehem, qui casu cum cęteris paruulis à carnificibus occisus est.

Quare Herodes fecit occidi pueros in Bethlehem.
Quæst. LXV.

QVAERITVR, quare Herodes fecit occidi pueros in Bethlehem. Dicendum, quòd ipse timuerat se priuandum regno per Messiam: & ob hoc proposuerat illum occidere, & ad istud dixerat Magis, quòd diligenter interrogarent de puero, & cùm inuenirent renuntiarent ei, vt ipse iret ad adorandum eum, scilicet vt, fingens se velle adorare, occideret, postquam inuenirent. Nunc verò Magi recesserant, & iam Herodes non poterat certificari de puero: ideo, vt auferret sibi ipsi timorem, voluit occidere omnes coætaneos eius, vt inter illos eum occideret. Et quia sapientes dixerant, quòd Messias nasceretur in Bethlehem uoluit occidere omnes pueros, qui erant in Bethlehem secundùm illam ætatem, quam credebat Messiam habere. Et sic putauit, quòd non euaderet, quia inter cęteros occideretur. In aliis autem locis, non fecit Herodes occidi paruulos, quia de paruulis Bethlehem solùm dubitabat, cùm ibi, & non alibi Messias nasciturus esset.

Aij

An Magi peccauerint illudendo Herodi.
Quæst. LXVI.

QVAERITVR, an Magi peccauerunt illudendo Herodem, scilicet non redeundo ad eũ. Aliquis dicet, quòd sic: quia Magi promiserãt Herodi redire ad ipsum, siue renunciare ei de puero: & tamen neutrum fecerunt, tenebantur tamen seruare ueritatem promissam. Quod autẽ promiserint apparet, quia si nõ promisissent redire ad Herodem, non diceret se illusum à Magis: ergo promiserant ei renunciare de puero, & renunciarent ei, & tamen non est dubium, quin Magi concederent se facturos, quòd Herodes petebat, quia leue erat: maximè quia uidebatur rationabile. Et quia Magi non auderẽt aliquid negare Herodi, cùm essent in regno suo, & sub potestate eius. Dicendum, quòd Magi promiserant Herodi redire ad ipsum, siue renunciare de puero, & non fecerunt, tamen non peccauerunt, immo peccassent si rediissent ad Herodem, vel renunciarent ei de puero, vt seruarent promissa. Primò, quia Deus hoc vetuit, cùm angelus in somniis reuelauit eis, ne redirẽt ad Herodem. Et tenebantur obedire ei. Et contra istud mandatum Dei nulla promissio uel pactio, aut iuramentum poterat eos obligare, quia Deus est super omnem legem naturalem, vel positiuam, ex qua causantur obligationes. Nam si Deo iubente, non solùm potest homo licitè occidere innocentem, sed etiã tenetur, sicut patet de Abraham, qui filium voluit occidere, quia Deus iussit. Genes. 22. & laudatur ibi laude magna propter hoc. Israhelitæ quoque ea, quæ ab Aegyptiis accommodata bona fide acceperãt furati sunt Deo iubente. Exo. 3. & 11. Ita in promissionibus a fortiori Deo iubente contrarium licebit ab eis recedere, immo oportebit quantumcunque illæ aliàs iustæ sint, & quantumcumque eorum non obseruatio uergat in damnum eius, cui ex illis ius acquisitum erat. Secũdò quia etiam Deo non iubente, nec reuelante, Magi propria auctoritate facere hoc poterant, immo tenebantur, quia ut ait Isidorus, in malè promissis rescinde fidem: Magi tamen licèt a principio, quando promiserunt Herodi redire ad ipsum, crederent hoc bonum esse, postea informati sunt esse malum. Nam a principio non crediderant, quòd Herodes aliquid malum contra puerum concepisset, sed putabant, quòd volebat ire ad adorandum eum sicut ipse dixit, scilicet, ut & ego veniens adorem eum. Postea verò edocti sunt, q̃ Herodes intendebat occidere puerũ, & hoc p ange lum cognouerunt, etsi ẽt per aliquem alium certificati fuissent de hoc, tenebantur nõ redire ad Herodem, nec ei renunciare de puero, quia aliàs ipsi præstarent causam ad mortẽ eius. Et sic, si quis petat a me, quòd ego dicam sibi ueritatem, & promittam, & ille petat, quòd indicem sibi aliquem, quem intendit occidere, non teneor seruare promissum. Tertiò patet, quia non solùm tenet hoc in simplici promissione, sed etiam in iuramentis. Nam quandocumque inuenitur iuramentum vergere in deteriorem exitum, nunquam est seruandum. Vnde siue iurans a principio intenderit malum esse id, quod iurabit, vt si iurauerit occidere, uel fornicari: siue a principio putauerit licitum esse, quod iurabat, & postea appareat malum esse, uel malum inde sequi: non est tenendum iuramentum, sed potius tenere uolens illud peccaret mortaliter: quia iuramentum non est inuentum, vt esset uinculum iniquitatis, sed obligatio ad bonum firmius tenendum. Quartò, quia Magi periclitarentur ex hoc, nam si ad Herodem redirent, sicut promiserant, oportebat, quòd aut indicarent puerum, aut ipsi morerentur. Primum non erat faciendum, quia melius erat eis omnia mala pati, quã puerum ad mortem prodere: secundum, scilicet vitam suam Magi tenebantur potius conseruare, quàm tenere promissionem, quã dolosè Herodes eos facere induxerat, ideo non tenebantur redire, sed potius tenebantur non redire, sicut fecerunt reuersi per aliam viam.

A

B

C

D

E

Quare iratus sit Herodes: & an iuste iratus sit.
Quæst. LXVII.

QVAERITVR, quare Herodes iratus est, & an iustè iratus est. Ad primum dicendum, q̃ iratus fuit. Primò, quia frustrabatur desiderio suo. Nam valde optauerat occidere Messiam, quem Magi adorare uolebant. Et hoc valde desiderabat, quia per hoc credebat pacificare regnũ suũ, quod aliàs perdere timebat. Nunc uerò Magis recedẽtibus putabat se non posse inuenire illum puerum, quia non manebant ei signa certa ad inueniendum, ideo non solùm iratus est, sed iratus est valde. Secundò, quia Magi fefellerant eum non seruantes promissa, & putabat se ex hoc læsum, & vilipensum. Ad secundum dicendum, quòd Herodes iniustè iratus est, quia pro re iniusta, scilicet, quia non poterat inuenire determinatè ad occidendum puerum, quem Magi venerant ad adorandum. Et tamen istud velle erat iniustissimum, vt supra declaratum est. Item non iustè irascebatur contra Magos, quasi contra uiolatores promissi, quia illi habuerunt causas iustissimas ad non seruandum, ut declaratum est præcedenti quęstione, licèt ipsę non constarent Herodi ideo quousque sciret, cur non redierant ad ipsum, non poterat eis iustè irasci tanquàm violatoribus promissi, quia non erant. Nam sicut non est periurus, qui non seruat iuramentum, quod uergit in deteriorem exitum, ita non est, nec vocari debet promissi violator, qui illud non obseruat, quod si obseruatur malum est. Et ita erat hic: Herodes tamen qui non respiciebat nisi desiderium suum, irascebatur supra modum.

Quando iratus fuit Herodes.
Quæst. LXVIII.

QVAERITVR, quomodo dicitur hic, quòd tunc Herodes uidens quòd illusus esset a Magis, occidit pueros, scilicet quando fuit istud tunc, quod hic ponitur, cùm Herodes dicitur iratus. Quidam dicunt, quòd istud fuit mox ut Magi recesserunt, scilicet post duos, uel tres dies postquam recesserant ab Herode. Nam Herodes erat in Ierusalem, & Iesus natus erat in Bethlehem, quæ distat duabus leucis a Ierusalem: Magi autem euntes in Bethlehem mox Christum adorauerunt, & sequenti nocte in somniis admoniti sunt, ne redirent ad Herodẽ, sequenti die redierunt in terram suam, ut supra declaratum est in quadam quæstione, & sic Herodes post paucos dies poterat scire de eorum recessu, cũ locus, de quo recesserant, distaret a loco, in quo erat Herodes solùm per duas leucas, & sic tunc iratus est. Dicendum, quòd non stat, quia tunc manebat Christus in Bethlehem, & si irasceretur eo manente ibi, esset in periculo, quòd esset ibi. Patet, quia Christus fuit in Bethlehem vsq; ad diem quadragesimum quando præsentatus est in templo, & tunc iuit in Nazaret. Luc. 2. Ergo uidetur, quòd ante diem quadragesimum in Christi natiuitate non iratus est Herodes, & sic non cognouit ante tempus illud Magos recessisse.

Alij autem dicunt, quòd istud fuit post fugam Christi in Aegyptum, & deinde sequitur, scilicet tunc Herodes

rodes videns, quòd illusus esset à Magis, ergo necesse est, quòd fuerit hoc post fugam Christi in Aegyptũ. Secundò patet, quia dicitur, quòd tunc videns, quòd illusus esset à Magis, mittens occidit pueros, & tamen non occidit pueros vsque ad biennium post Christi natiuitatem, cùm dicatur, quòd occidit pueros à bimatu & infra: ergo vsque ad illud tempus non iratus est. Sed tunc videtur esse inconueniens, scilicet, quòd Herodes vsque ad biennium post Christum natum non videret se illusum à Magis, quia tunc oportebat, quòd quasi per biennium lateret eum recessus Magorum: & nullo modo est verisimile. Patet hoc, quia Magi venerunt in Bethlehem die. 13. post Christi natiuitatem, vt supra probatum est in octaua quæstione, & sequenti die recesserunt de Bethlehem, scilicet, die quarto decimo, vel quinto decimo à Christi natiuitate, vt supra etiam probatũ est quęstione. 5. supra. Nunc autem quando iratus est, erat biennium post Christũ natum, & sic per totum istud biennium lateret Herodem recessus Magorum. Et hoc non est verisimile, cùm Herodes duabus leucis solùm distaret à loco, in quo erant Magi. Dicunt quidam aliter, quòd Herodes iratus est, & agnouit Magos recessisse post diem quadragesimum à Christi natiuitate, cùm iam præsentatus fuisset in templo, & iuisset in Nazareth: & sic sine periculo fuit Christus, quando iratus est Herodes. Sed obijcitur, quòd non erat verisimile Herodem tanto tempore ignorasse fugam Magorum, cùm esset tam propinquus ei locus, de quo recesserant. Dicendum, quòd necesse est dici Herodem supra modum in hac re fuisse remissum, & recessum Magorum maiori tẽpore, quàm verisimile erat eum ignorare debere. Qđ patet, quia Magi recesserunt de Bethlehem, quæ erat propinqua Ierusalem, in qua erat Herodes: ait, quòd poterat Herodes ipsa die, vel sequenti scire eorum recessum. Et tamen necesse est dici, quòd ignorauerit, quia si mox, vel post vnam diem, aut duos à recessu eorum sciuisset Herodes, fecisset eos præoccupari ante redditum in terram suam, cùm valde iratus fuerit de eorum recessu, vt dicitur hic. Et tamen non potuit hoc facere Herodes, ergo non sciuit de eorum recessu vsque post aliquantum tempus, quando iam non poterat eos consequi fugientes. Et istud non poterat prouenire nisi ex aliqua cæcitate, vel negligentia Herodis. Ita ergo potest dici, quòd Herodes ignorauerit recessum Magorum, vsque post diem quadragesimũ à Christi natiuitate: & tunc cognito recessu iratus est. Cùm autem obijcitur, quòd non erat verisimile Herodem hoc ignorare quadraginta diebus, dicendum, ꝙ hoc poterat prouenire, quia Deus excæcabat Herodẽ, ne ad ista aduerteret, ut euitaretur periculum Magorum, & Pueri: sicut in quibusdam aliis circa hoc negotium Herodes excæcatus est, vt probatum est supra in quæstione, qua quærebatur: quare Herodes non venit cum Magis in Bethlehem. Aliter potest dici, quòd interim acciderunt Herodi aliqua magna negocia, quibus implicatus ad Magos nihil aduertit. Aliter potest dici, & melius, quòd Herodes hoc tempore non erat oblitus Magorum, & tamen non poterat suspicari, quòd eo nesciente recederent: quia promiserant, ꝙ venirent ad ipsum. Etiam, quia non apparebat aliqua causa, quare eo nesciente vellent recedere: cũ potius ipse in reditu iuxta regiam magnificentiam intenderet eis largiri munera, quia magnificus valde erat Herodes: vt declarat Iosephus sæpe à 14. lib. vsque ad 19. Antiquitatum. Et quia putabat Herodes, quòd ipsi nõ crederent se posse recedere de regno illius ipso nolente, scilicet, quia non auderent se exponere periculo, & verecundiæ sine vlla causa. Ideo licèt morarentur ad redeundum ad ipsum: non putabat, quòd recessissent: sed credebat, ꝙ occupati erant inquirendo de puero. Nam quando Magi recesserunt ab Herode dimiserat eos stella, quam iam nõ sperabant redituram: ideo per humanam prudentiam petiuerant informari de loco, in quo Christus natus erat. Vnde Herodes misit eos in Bethlehem, quasi ibi inuenturi essent Messiam. Iratus enim erat, & putabat, quòd eum non poterant inuenire nisi per coniecturas, & prudentiam, ac sollicitudinem humanam: ideo dixit eis: Ite & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis renunciate mihi. Et ob hoc, cùm ad inquirendum illum, vt non errarẽt in eo, adorantes quem nõ debebant, requireretur magna inquisitio, putabat fortè eos manere faciendo istã inquisitionem. Istud autem crederet vsquequo transiret magnum tempus, scilicet post quadragenarium diem à natiuitate Christi, vel plus. Et tunc admiratus de eorum magna mora mitteret ad sciendum de illis, & inueniret eos recessisse, & tunc irasceretur. Ista positio aliqualiter videtur rationabilis, & tamen nõ stat, cùm dicatur in litera, quòd Herodes videns se illusum à Magis iratus est, & mittens occidit pueros, qui erant in Bethlehem: ergo quando iratus est, occidit pueros, sed non occidit illos vsque ad biennium post Christi natum: ergo vsque tunc non iudicauit se illusum, nec iratus est. Dicendum ergo videtur, quòd Herodes cognouit de recessu Magorum paucis diebus, post eorũ recessum, & tamen non iratus est, nec iudicauit se illusum, quia putauit, quòd Magi stultè moti fuerant, & fefellerat eos stella, quam dicebant sibi apparuisse. & non inuenientes puerum reuersi sunt occultè in terram suam erubescentes redire ad ipsum. Sed post aliquanta tempora audiuit Herodes, ꝙ Messias natus erat, & quòd fuerat præsentatus in templo, cùm istud nũciasset Simeon, & Anna prophetissa omnibus, qui sperabant redemptionem Israel. Luc. 2. Quo audito putauit Herodes, quòd Magi puerum inuenerant, & tamen nolentes ei indicare illum, reuersi sunt occultè in regionem suam. Et tunc Herodes putauit se ab eis delusum. Et iratus est, & fecit immediatè occidi pueros, & sic fuerunt omnia ista simul. Ista positio est multum rationabilis, quia non patitur aliquod de inconuenientibus aliarum positionum, quia secundùm istã non ponitur, ꝙ Herodes longo tempore ignorauerit recessum Magorum, sed ꝙ sciuerit satis cito. Et dato ꝙ sciuerit fuit causa valde verisimilis ad hoc, ꝙ tunc non iudicauerit se illusum, sed magis iudicaret Magos fallacis stellæ visione deceptos erubuisse ad eum redire: sic ait August. 2. lib. de Concordia Euange. Et hoc erat valde verisimile: quia Herodes non solùm putabat Magos posse falli per stellam: sed etiam poterat putare, ꝙ stella nunquam eis apparuisset, quia ipse nunquam uiderat eam. Nam quando venerant Magi ad Herodem, occultata fuerat eis iam stella ad introitum Ierusalem, & quando recesserunt ab Herode etiã non præcedebat eos stella: sed postea in via eis apparuit, vt patet supra in litera. Ideo poterat putare Herodes, ꝙ Magi non viderant stellam, licèt satis esset, ꝙ putaret eos deceptos visione stellæ. Et tunc stat, ꝙ iratus fuerit post fugam Domini in Aegyptum, sicut litera significat, cùm dicitur. Tunc Herodes uidens, ꝙ illusus esset &c. Et ponitur hoc post Christi fugam in Aegyptum: etiam stat litera, scilicet, ꝙ tunc, quando iratus est, misit, & occidit pueros sicut litera dicit. Qui autem tenent alias positiones, necesse est, ꝙ dicãt aliqua quæ videantur contra literam. Nam solet teneri à multis, ꝙ Herodes pauco tempore post Magorum recessum videns se illusum, voluit pueros occidere, & iratus est, sed impeditus ab executione huiusmodi, non occidit tunc pueros vsque post biennium, de quo infra dicetur. Sed obijcitur quare dicitur hic, ꝙ Herodes credidit se illusum, quando audiuit ea quæ dicebantur per Simeonem, & Annam prophetissam? Nam tunc Herodes posset ab illis cognoscere, quis esset ille puer Messias, & sic non occideret pueros Bethlehem, sed persequeretur ipsum determinatè. Potest dici, quòd Herodes audiuit aliquam famam de Messia nato, & ista peruenerat ex eis, quæ Simeon & Anna prophetissa dixerant in templo, & tamen non peruenit ad Herodem, quòd illi dixissent, sed fuit ista fama quasi ab incerto auctore, sicut quotidie accidit, & sic non potuit Herodes habere aliquos, per quos se informaret de Messia, quis erat, uel unde, uel quando steterat in templo. Et tamen ex ista fama, quæ attestabatur dictis Magorum licèt esset ab incerto auctore, Herodes credidit, uel suspicatus est uehementer natum fuisse Messiam, & quòd Magi illum inuenissent, & tamen nolentes ei illum indicare, non redierunt ad ipsum, & sic crederet se illusum ab eis.

Quare occidit Herodes pueros in finibus Bethlehem.
Quæst. LXIX.

QVAERITVR, quare occidit pueros, qui erant in Bethlehem, & in finibus eius: quia sufficiebat occidi pueros, qui erãt in Bethlehem: cùm Messias determinatè nasciturus esset in Bethlehem, sicut certificauerant sapientes supra in litera. Dicendum, quòd hoc fecit Herodes propter duo. Primò, quia dictum erat, quòd nasceretur in Bethlehem, & tamẽ Bethlehem potest accipi dupliciter. Primò pro ciuitate ipsa, quæ murorum ambitu continetur. Secundò pro urbe cum territorio, sic enim aliquãdo solet accipi in scriptura, ut Iosue 5. ubi litera nostra dicit, quòd angelus Domini apparuit Iosue in agro Iericho, dicit in Hebræo, quòd apparuit ei in Iericho. Et sic accipitur Iericho pro ciuitate cum territorio. Et quia Herodes nesciebat quo istorum modorũ acciperetur Bethlehem, vt non erraret, occidit pueros tam in vrbe, quàm in territorio. Secundò potest dici, & fortè melius, quòd Bethlehem secundùm consuetudinem Hebræorum habebat territorium, in quo essent vineæ, & agri vrbis, & in his agris erant aliquæ paruæ congregationes domorum, quæ vocantur in scriptura villulæ, & uiculi, & erant præcipuè istæ domus propter necessitatem agriculturæ, & illi, qui habitabant in ciuitate habebant istas domos, & manebant aliquando in urbe, & aliquando in his domibus. Poterat autem esse, ꝙ quando Herodes vellet occidere pueros Bethlehem, essent aliqui in illis domibus agrorum, uel territorij, & vt nõ euaderet sic ille puer, iussit quòd non solùm in vrbe, sed etiam in territorio occiderentur pueri. Et hoc erat occidere pueros in Bethlehem, & in omnibus finibus eius.

An Herodes putaret sibi auferre timorem, si occideret pueros Bethlehem. Quæst. LXX.

QVAERITVR, an Herodes putaret sufficienter sibi auferre timorem, per hoc, quòd occidebat pueros solùm Bethlehem. Aliquis dicet, quòd nõ, quia licèt natus esset puer in Bethlehem, poterat esse alibi, & sic non occideretur cum pueris Bethlehem. Dicendum, quòd Herodes intendebat puerum istum inuenire determinatè per Magos, & ire ad adorandum, vt ipse fingebat, & tunc occideret illum, & sic esset certificatus, & auferret sibi omnem timorem. Cùm tamen Magos comperit recessisse: putauit, quòd iam non posset determinatè, sed posset fraudari desiderio suo. Et ad hoc valde iratus est, vt supra dictum fuit. Credidit tamen Herodes aliqualiter se esse securum occidendo pueros Bethlehem: quia non credebat esse verisimile, quòd puer alibi esset. Nam certus erat Herodes, quòd natus erat puer ibi, & non alibi, si adhuc natus erat, quia sapientes ei hoc ostenderant per prophetas, ideo licèt esset possibile puerum ibi natum alibi esse, nõ credebat tamen esse verisimile: quia si esset vir, aut iuuenis, vel in quacunque ætate, in qua homo potest per seipsum discurrere hinc & inde non indigens totaliter cura alterius, posset credi, quòd illo tempore fortè non esset in Bethlehem, ubi natus fuerat, & tamẽ erat puer paruulus, qui adhuc penderet ad ubera matris, ideo non erat verisimile eũ esse extra locum, in quo natus fuerat. Aliter potest dici, quòd licèt Herodes crederet puerum alibi esse posse, & non esset certus, ꝙ esset in Bethlehem, non ausus est tamen extra Bethlehem, & fines eius occidere pueros, quia eadem ratione, qua occideret pueros vnius loci occidere debebat pueros omnium locorum: quia non erat magis verisimile eum esse in uno loco, quàm in alio, si putaretur esse extra Bethlehem locum suæ originis. Herodes tamen non auderet occidere omnes pueros, qui essent in tota terra Iudæorum: quia si consurgetent omnes de regno contra ipsum, cùm esset causa communis, subitò eum delerent. Et non haberet ipse vires ad faciendum hoc in terra tota Iudæorum: ideo fecit solùm in Bethlehem, in qua erat vehementissima præsumptio, quòd ibi esset puer paruulus, qui ibi natus fuerat. Sed dicetur: quare non fecit Herodes occidi pueros, qui erãt in Nazareth? Quia licèt Christus natus fuisset in Bethlehem, erant tamen de urbe Nazareth parentes eius, & morabantur ibi. Vnde uocatur Nazareth ciuitas eorum. Luc. 2. Et sic poterat ibi esse puer, & poterat ibi verisimiliter præsupponi: sicut quòd esset in Bethlehem. Dicendum, quòd Herodes non cognouit determinatè Christum, nec parentes eius: ideo nesciuit an illi essent de Nazareth, sed potius putauit, quòd erant de Bethlehem, vbi puer nascebatur. Si autem sciuisset Herodes parentes pueri esse de Nazareth, iam cognoscceret eos distinctè saltem per coniecturas, & tunc non occideret pueros in Nazareth, nec in Bethlehem, sed per parentes puerum cognosceret, & illum solùm determinatè persequeretur.

Quare Herodes occidit pueros à bimatu.
Quæst. LXXI.

QVAERITVR, quare Herodes occidit pueros à bimatu & infra, ideſt pueros duorum annorum: In litera dicitur, secundùm tempus, quã exquisierat à Magis, ideſt, secundùm obseruationem illius temporis seruauit ætatem puerorũ occidendorum, vt occiderentur illi, de quibus verisimiliter poterat dubitari, & non alij. Et quia istud erat tempus ortus stellæ, sicut dicitur supra, quòd Herodes didicit diligenter a Magis tempus stellæ, secundùm ꝙ variè de stella dicitur, ita etiam variè dicitur de ista assignatione temporis. Quidam dicunt, quòd isti pueri fuerunt occisi paucis diebus post Christi natiuitatem: scilicet fortè non duobus mensibus, & tamen iussit Herodes occidi eos à bimatu & infra. Quia dicunt, ꝙ stella apparuit per duos annos ante Christi natiuitatẽ. Et quando venerunt Magi ad Christum effluxerant iam duo anni, & tredecim dies ab ortu stellę: & a Christo nato transierant solùm tredecim dies. Sed hoc nõ stat, falsum enim præsupponunt. Nam supra probatũ est, quòd ipsa die natiuitatis Christi stella apparuit, & non prius. Item quia isti non dant causam quare dicatur, quòd occidit pueros infra bimatum: quia hoc modo

do ſolùm debuiſſet occidere pueros,qui erant in biẽnio, aut parum plus, & non eos, qui erant infra bimatum. Alii dicunt,quòd Herodes fecit occidi pueros à bimatu & infra,ideſt,a duobus annis,vſque ad quinq; annos: ſcilicet,quia Herodes quando iuſſit fieri iſtam occiſionem tranſierant duo anni ab ortu ſtellæ:ideo à bimatu occidi debebant, & deinde vſque ad quinque annos,& ante bimatum nullus occidendus erat. Iſta opinio eſt irrationabilis, primò,quia infra non ſignificat id,quod eſt vltra:ſed id,quòd eſt citra:cùm dicitur a bimatu & infra, ideſt infra bimatum,non poteſt intelligi, quòd ſit vltra bimatum ſed citra,ſcilicet minus quam bimatus,ideo ex hoc non debebant occidi pueri, qui erant vltra bimatum, ſed ſolùm qui peruenerãt ad bimatum:& qui nondum peruenerant.Qui autem transierant non erant occidendi. Item quia dicunt, ꝙ vſque ad quinquennium erant occidendi pueri,& tamen non apparet aliqua ratio, quare potius vſque ad quinquennium, quam vſque ad ſeptennium, vel decennium occidi deberent.Et ſi dicas,quòd ſtella apparuerat per duos annos ante natiuitatem pueri, & aduentum Magorum,& poſtea quaſi per triennium Herodes impeditus eſt occidere pueros, & ſic effluxiſſet per quinquennium ab ortu ſtellæ: etiam eſt hoc irrationabile, Quia aut Herodes putabat puerum natum tunc, quando ſtella orta eſt, aut quando Magi venerunt. Si primo modo debebat occidere ſolùm pueros, qui erant iam in quinquennio conſtituti, & non citra,& ſic non a biennio in quinquennium. Si ſecundo modo,occideret pueros conſtitutos in triennio, & non ante, & non occideret vſque ad quinquennium conſtitutos, quia ad illud nulla ratio mouebat. Alij dicunt,quòd Herodes pauco tempore poſt receſſum Magorum, cognito receſſu eorum videns ſe deluſum iratus eſt,& voluit occidere pueros Bethlehem, & tamen impeditus eſt: quia vocantibus eum filiis ſuis Ariſtobolo, & Alexandro ſuper ſtatu regni coram Cæſare Romam iuit. Et antequã iret,non auſus eſt occidere pueros,ne de tãta crudelitate accuſaretur. Cùm verò diffinitum eſſet, ꝙ Herodes regnaret, & filij ſibi obedirent:reuerſus eſt in Iudæam. Et quia tunc confirmatus erat in regno,auſus eſt occidere pueros quaſi nemo ſibi reſiſtere poſſet. Et quia eundo Romam, & manendo,& redeundo tranſierat quaſi biennium: occidit pueros a bimatu & infra,quia tantum tempus iam tranſierat ab ortu ſtellæ. Sed hoc non conuenit omnino:cùm dicatur in litera, quòd Herodes videns ſe illuſum a Magis iratuſe ſt, & mittens, occidit pueros. Et ſic oportet, ꝙ tunc quando iratus eſt occiderit pueros.Sed non occidit ante biennium tranſactum ab ortu ſtellæ,ergo non iratus eſt ante iſtud bienniũ. Nicolaus tamen, & multi alii tenent iſtam poſitionem. Magis tamen uidetur dicendum, ꝙ Herodes occiderit pueros a bimatu & infra, quia tunc quando credidit ſe illuſum a Magis, tranſierat biennium ab ortu ſtellæ,& credebat Herodes natum eſſe puerum quando ſtella apparuit,& non ante, nec poſt. Quomodo autem Herodes non crediderit ſe illuſum a Magis ante biennium,declaratum eſt ſupra in 67.quæſtione.Et hoc modo concordamus literæ, ſcilicet, quòd tunc quando Herodes iratus fuit, occiderit pueros. Et quia non cogimur iſto modo ponere aliqua,quę non appareant ex litera,ſicut ponit Nicolaus, ſcilicet, ꝙ Herodes uocatus fuerit Romam a filiis: quia licèt verum ſit,ꝙ Herodes accuſatus ſit ab illis:non tamen conſtat an accuſatus ſit mox poſt aduentum Magorum,ita,vt impediretur, vel non auderet occidere pueros, & tamen pluralitas nunquam eſt ponenda ſine neceſſitate:ideo iſte modus eſt conuenientior qui literæ conuenit,& nihil ſuperfluum ponit.Sed dicetur quare Herodes occidit pueros infra bimatum,quia non uidens hoc conuenire intentioni ſuæ. Dicendum,quòd dupliciter ſolet exponi iſtud verbum, infra. Quidam dicunt,quòd occidit pueros a bimatu & infra,ideſt pueros omnes,qui erant inter bimatum & quinquennium & minores bimatu nullos occiderit. Iſtam tamen poſitionem ſupra oſtendimus eſſe irrationabilem. Dicit tamen Iacobus de Voragine, quòd huic oppoſitioni atteſtatur,quòd quædam oſſa innocentum reperiuntur ita magna,quòd puerorum ſolùm in bimatu conſtitutorum eſſe non poſſunt. Ipſe tamen non tenens hanc poſitionem dicit,quòd homines erant tunc quantitatis maioris,quàm nunc: Ideo poterant oſſa pueri duorum annorum tũc eſſe ſicut oſſa pueri trium,vel quatuor annorum nunc.Dicendum, ꝙ etiam illa oſſa non multum inferunt: quia non conſtat nobis an omnia illa,quę oſtẽduntur ſint oſſa Innocentum, potiſſimè cùm multi fuerint, & potuerint oſſa aliquorum aliorum eis admiſceri,& etiam oſſa aliquorum innocentum nondum inuenta eſſe, ſed manere inter oſſa prędicatorum hominum,ſicut de innumerabilibus Martyribus, qui adhuc maioris meriti fuerunt, concedi neceſſe eſt,ideo de hac poſitione non eſt curandum. Alii dicunt, quòd Herodes occidit pueros a bimatu & infra, ſcilicet, quòd non occiderit maiores biennio, omnes tamen minores occiderit etiam uſque ad paruulos unius noctis. Cùm autem obiicitur, quòd hoc non conueniebat intentioni Herodis, quia cùm ipſe non dubitaret puerum iam eſſe duorum annorũ,inutile erat occidi pueros unius menſis, uel hebdomadæ, de quibus nullum dubium erat, dicunt, quòd timuit Herodes,quòd ille puer,cui ſydera famulabantur, ſpeciem ſuam ſupra ætatem, uel infra ætatem mutaret, & ita poſſet oſtendere ſe eſſe puerum vnius noctis, licèt eſſet duorum annorum. Ideo ad tollẽdum voluit occidere pueros, qui erant infra bimatum:hoc tenet Augu. in quodam ſermone Epiphaniæ.Sed dicendũ, quòd hoc non ſtat.Primò quia ſi puer crederetur poſſe mutare figuram,uel quantitatem,non ſolùm mutaret infra ætatem, ſed etiam ſupra ætatẽ mutare poſſet,& ſic non ſolum diceretur a bimatu & infra, ſed a bimatu & ſupra. Secundò,quia ſi crederetur pueri poſſe mutare quantitatem,nõ proderat dici,quòd occiderentur pueri a bimatu & infra,uel ſupra, quia poterat mutare quantitatem ſuam,& figuram iuxta ætatem hominis annorum quinquaginta, aut uetuſtiſſimi.Tertiò,quia ſi Herodes hoc timeret,oportebat, ꝙ crederet puerum hoc ſcire,& velle mutare vultum,ne agnoſceretur,& tunc ueriſimilius erat,quòd mutaret vultum ſuum ad illam ætatem, in qua nullo modo agnoſceretur,ſcilicet,ad maximam ſenectutem,quàm quòd omitteret modicum ab ætate ſua, ſcilicet, ſupra biennium,vel parum infra biennium,& ſic non daret aliquem terminum ætatis ad occidendum pueros.Quartò,quia ſi Herodes credidiſſet iſtum puerum poſſe facere miracula, deſperaret poſſe occidere illi: quia poterat facere diuerſa miracula, ut nec occideretur. Quintò, quia non uidetur conuenire hoc intentioni Herodis, qui ſolùm voluit aſſignare terminum ætatis occidendorum per ortum ſtellæ, cùm dicatur in litera,quòd occidit pueros a bimatu & infra ſecundùm tempus,quod exquiſierat a Magis. Ergo non cõſiderauit,ꝙ puer poſſet mutare uultum,ſed ſolùm tẽpus natiuitatis eius: non dubitans,quin iuxta ætatem ſuam eſſet uultus,& corpus eius, ſicut in aliis hominibus,Sextò,quia ſi crederet iſtum puerum poſſe facere miracula, crederet quòd poterat facere ſe inuiſibilẽ, & maneret in Bethlehem,& non occideretur,uel exiret de Bethlehem,& finibus.Et ſic fruſtra Herodes occideret pueros.Et in hoc non erat dubitandum, quia ſi ipſe

ſi ipſe crederet, ꝙ puer poſſet mutare vultum ſuum, & quantitatem, & mutaret quando occiderentur infantes, oportebat, ꝙ præſupponeret illum puerũ ſcire,ꝙ quærebatur ad mortem. Et tunc, ꝙ taliter ſe defenderet,ꝙ Herodes non poſſet eum occidere. Et ſic ſciret,ꝙ non poſſet eum occidere, & occiſio puerorũ eſſet inutilis. Septimò, quia ſuppoſito, ꝙ puer poſſet facere miracula non ſolùm Herodes deberet deſperare ſe poſſe occidere illum, ſed deberet potius timere,ꝙ ille puer occideret eum: quia ipſe conabatur occidere illũ,& alios pp ipſum:iõ non vr dictum rõnabiliter, ꝙ Herodes ſuſpicaretur, ꝙ puer poſſet mutare vultum,aut facere aliqua miracula ad defendendum ſe ab Herode.Sed obiicietur, quia Herodes ſciuit miraculum factum eſſe in natiuitate pueri. ſ. ꝙ ſtella apparuit,& deduxit Magos vſque in Bethlehem. Dicendum,ꝙ nihil ſequitur ex hoc. Nã non conſtabat Herodi miraculum illud factũ fuiſſe,quia ipſe nunquam uidit ſtellã Magorũ,eo ꝙ,qñ Magi venerunt ad Herodẽ,iam diſparuerat eis ſtella ad introitum Ieruſalẽ, & qñ receſſerunt ab Herode,nõdum apparuerat eis, ſed poſtea in via apparuit,ut colligitur ſupra ex litera, iõ poterat credere nullam ſtellam Magis apparuiſſe.Aliter poteſt dici, ꝙ licèt Herodes crederet ſtellam apparuiſſe Magis,tamen non conſtabat illam indicare natiuitatem Meſſiæ.Vnde Herodes credidit,quãdo Magi receſſerunt à ſe non redeundo eos fallaci ſtellæ viſione deceptos erubuiſſe, & ad ſe non redijſſe, ut ait Augu.in lib. de Concor. Euang. & ſic non conſtabat Herodi miraculum apparuiſſe in natiuitate pueri. Vt per hoc crederet eum poſſe mutare uultum, vel facere nunc aliqua miracula. Omiſſa ergo iſta poſitione, dici poteſt uno modo,ꝙ Herodes fecit occidi omnes pueros, qui erant infra bimatum vſq; ad puerũ unius noctis,propter duo. Primò propter ſuperabundantẽ cautelã,ne accideret aliquis error, per quem ille puer euaderet. Quia licèt ille eſſet in bimatu,uel quaſi, cũ nimis deſideraret Herodes occidere illum,potius uoluit peccare ex ſuperabundantia, quàm propter malam,uel nõ diligentem conſiderationem circa ætatẽ, ne puer iſte poſſet euadere.Secundò poteũ dici,& veriſimilius, ꝙ iſta occiſio puerorum facta fuit ſubitaneè, & non poterant miniſtri immorari circa ſingulos pueros conſiderando de eorum ætate, an eſſent in bimatu conſtituti,uel parum plus,aut minus,ideo occiderunt omnes, de quibus poterat dubitari.Et ſic ẽt ipſos recenter natos occiderunt. Quod autem fieret ſubito iſta occiſio,veriſimile eſt propter duo. Primò, quia ſi fieret cum aliquali deliberatione, & mora,patres paruulorum pararent ſe fortè ad reſiſtendum regi,ne morerentur filij ſui, & alius populus conſurgeret,& obſtaret ei occidenti pueros ſine cauſa, potiſſimè quia cognoſcerent, quòd hoc faceret ad occidendum Meſſiam,qui erat verus rex ipſorum. Secundò, quia ſi fieret mora in occiſione,parentes paruulorum haberet locum abſcondendi pueros, vel transferendi eos extra terminos Bethlehem. Et ſic Herodes non conſequeretur intentum.Ideo neceſſe eſt, ꝙ perfecta fuerit iſta occiſio repentinè multis miniſtris uenientibus ſimul ad occidendum pueros, ita ut uix audiretur fama,antequam eſſet malum finitum. Et ad iſtam tantam celeritatem hñdam non poterant miniſtri Herodis morari aliqualiter ad diſcernendũ ætatẽ puerorũ,ex uultu,uel ex quantitate corporis,Vt ergo nõ erraret,iubebat eis,ꝙ occiderent oẽs, q erant à bimatu & infra, qa oĩbus talibus quaſi cõpetit eadẽ conditio, .ſ. ꝙ teneantur in brachiis matrum, uel maneant in trepũdiis,ſiue cunis.Iſta poſitio eſt ſatis veriſimilis,nec oportet eã negare. Poſſumus tñ dicere rõnabilius, ꝙ Herodes iuſſerit occidi pueros à bimatu & ĩfra.ſ.eos, qui erant in bimatu, & q erant parũ infra bimatũ, de quibus non poſſet faciliter cognoſci dria ætatis.In illis tñ quorũ ętas cognoſceretur diſtincta pp paruitatẽ, ut ſi eſſent pueri unius menſis, vel parum plus, non erat ullatenus ueriſimile, ꝙ Herodes iuberet eos occidi,cum fruſtra eſſet hoc ad intentionẽ ſuam. Et tñ ipſe inquantum poſſet euitaret videri crudelis, ideo nõ occideret oẽs,qui erant infra bimatũ,ſed ſolùm eos de quorum ætate poterat dubitari, an eſſent in bimatu, uel quaſi.Et hoc oportet ſubintelligi, cũ dicatur in litera, ꝙ Herodes occidit pueros à bimatu & infra ſm tps,qđ exquiſierat à Magis: & ſic non occideret illos, de quibus manifeſtum fuiſſet, ꝙ nati fuiſſent multo poſt illud tps, qđ didicerat à Magis.Et ita erãt paruuli unius,vel duorum mẽſium, & infra, ergo non occiderentur,& neceſſe eſt ſm hoc tps ſubintelligi literam non ſolùm à bimatu,& infra,ſed ẽt aliquos,qui eſſent parum ſupra bimatum,de quibus non conſtaret, ꝙ eſſent maiores bimatu,oportebat occidi,quia aliàs poſſet ſequi error. ſ. ꝙ aliquis qui erat ſolum in bimatu non occideretur ſi uideretur aliqualiter eſſe ſupra bimatũ,uel nõ conſtaret oĩno eſſe in bimatu,vel oportebat dari,ꝙ miniſtri Herodis inqrerẽt de ſingulis,an eſſent in bimatu, uel aliqualiter ſupra. Et hoc falſum eſt, qa ſi cognitio fieri deberet, non potuiſſet fieri illa occiſio infantiũ,ut ſupra dictũ eſt. Iõ oportebat, ꝙ ex aſpectu corporis iudicaretur ætas.Et ſic aliqui ſupra bimatum occiderentur,ſicut aliqui infra bimatum. Et eadem ratio erat de utriſque, cùm conſtaret Herodi biennium tranſijſſe ab ortu ſtellæ, & tunc credebat puerum natum.Si autem obijciatur,quòd in litera dicitur, quòd Herodes occidit omnes pueros à bimatu & infra.Dicendum,ꝙ li omnes ſolùm refertur ad pueros qui erant in bimatu. Et uerum eſt, quòd omnes qui erant iu bimatu occiſi ſunt. non tamen omnes, q erant infra bimatũ.Aliter põt dici,ꝙ oẽs pueri, qui erant in bimatu, & qui erant infra occiſi ſunt nõ quidẽ oẽs ſimpliciter,ſed ſm intentionẽ Herodis. ſ. oẽs,q erant infra bimatum, de quibus poſſet dubitari ex aſpectu corporis,an eſſent in bimatu.Conſiderandum autem, ꝙ ad hoc, ꝙ Herodes iſtam occiſionem puerorum faceret minus crudeliter, quàm fieri poſſet, & tolleret ſibi ſuſpitionem timoris,oportebat,ꝙ ipſe ſecretè faceret ſciri quot pueri parui erant in Bethlehẽ ætatis duorum annorum,uel quaſi, & hos faceret deſcribi nomina parentum ſuorum. Tunc ſubito mitteret miniſtros ad occidendum eos. Et hoc modo miniſtri iam ſcirent quos pueros occidere deberent, & in quibus domibus. Et ſic ſubito poſſent facere nihil cogitantibus parentibus de hoc, vt non poſſint eos occultare, nec in alia loca transferre. Et hoc modo Herodes certificaretur ex numero interfectorum, an occiſi eſſent omnes illi de quibus poterat dubitari, an eſſent coætanei Meſſiæ. Et etiam minorem crudelitatem ſic exerceret: quia non occideret niſi pueros conſtitutos in bimatu, & parum infra,& parum ſupra : quia tunc miniſtri non occidere debebant indifferenter omnes, de quibus dubirarent, ſed illos ſolùm, qui deſcripti erant, & ad quos mittebantur, & quorum iam patres, & domos cognoſcebant ipſi miniſtri, vel aliqui dirigentes eos in hoc. Et ob hoc iſta poſitio eſt adhuc rationabilior, quàm præcedens: quia iſta ponit minorem crudelitatem, ſcilicet, quia ualde pauciores hoc modo Herodes occideret, quàm illo, & tamen omnino credendum eſt, quòd ipſe quantum poſſet euitaret crudelitatem, vt non inſurgerent contra eum regnicolæ. Item quia exercẽdo totam illam crudelitatem, non eſſet certificatus, an occidiſſet omnes pueros Bethlehem,de quibus poterat dubitari.Nam ſi ſubito

facta fuisset ista occisio, & non præcessisset illa consideratio, & descriptio puerorũ, de qua supra diximus poterat accidere, quòd aliq de illis pueris casu essent tunc extra Bethlehem, & fines eius, etiam quòd aliqui essent tunc intra Bethlehem in talibus locis positi, in quibus non inuenirentur, licèt perentes de hoc non præcogitassent, & sic aliqui euadere possent, & maneret Herodes adhuc dubius. Facta autem præcognitione, & descriptione prædicta non poterat hoc accidere, ideo ista positio est ualde rationabilior.

Quid uult dicere, uox in rama audita est.
Quæst. LXXII.

QVAERITVR, quomodo dicitur hic, quòd G uox in Rama audita est. Nam ploratus, & ululatus solùm fuit in Bethlehem, ubi occisi fuerunt infantes, & non in Rama: ideo non audiretur in Rama. Quidam dicunt, quòd licèt ploratus esset solùm in Bethlehem & finibus eius, auditus est tamẽ in Rama, quia erat locus propinquus Bethlehem. ſ. plus quam ciuitas Ierusalem. Nam procedẽdo de Bethlehem in Rama uenitur per urbẽ Ierusalem, ut patet Iudicum 19. de illo Leuita, qui accepit uxorẽ de Bethlehem. Et dicitur ꝙ redibat cum ea de Bethlehem In terram suam, & iuxta solis occasum uenit in Ierusalem. Et dixit puer Leuitæ, ꝙ manerent in Ierusalem. Et dixit Leuita, non ingrediar oppidum gentis alienę, quæ non est de filiis Israel, sed transibo usque H Gabaa. Et cùm illuc peruenero, manebimus in ea, aut certè in urbe Rama. Et sic apparet, ꝙ Rama erat ultra Ierusalem uenientibus de Bethlehem, & tamen à Ierusalem in Bethlehem sunt duæ leucæ, ut supra dictũ est, ergo non poterat ploratus, & ululatus Bethlehemitarũ audiri in Rama: maximè, quia de Bethlehem usque Rama sunt quatuor leucæ recto itinere, ut ait Marinus Venetus in libro suo in quo descripsit diligentissimè totam terram sanctam, & distantias singulorum locorum artificioso modo valde in quadam area geometrica diuisa per leucas quadratas. Idem patet in lib. Fratris Brocardi Thetonici de eadem re. Ad quatuor tamen leucas non poterat aliquis clamor audiri plorantium. Item quia non uidetur esse aliqua cã quare diceretur, ꝙ uox plorãtiũ audiretur in Rama, quia potius ad hoc dici debuisset, quòd audiretur in Ierusalem, quæ erat ciuitas magis propinqua, & erat ualde insignis. Dicendum igitur sicut supra dictũ est exponendo literam. Rama accipitur uno modo, ut nomen proprium, & tunc est nomen ciuitatis, quæ est in tribu Beniamin, & distat quasi duabus leucis à Ierusalem existens iuxta Gabaa. Iud. 19. Alio modo est nomen commune, & significat excelsum. Ita accipitur hic: & sic accipitur, uox in rama audita est, ideſt, in excelso. Sed obijcietur, ꝙ non accipiatur hic, ut nomen cõe, quia tunc cùm sit translatum istud Euangelium de Hebræo, non diceretur uox in rama, sed uox in excelso audita est. Et tñ Hieron. posuit nomen Hebræũ K ergo accepit illud, ut nomen proprium: Dicẽdum, ꝙ cõiter nomina, quę in Hebræo sunt cõia, quando fit interprætatio in latinum uertuntur in nomina latina, & quando manet nomen sicut in Hebræo semper accipitur tanquam nomen proprium, nisi quando fortè Euangelistæ uolunt allegare id, ꝙ Christus allegauit in Hebræo, ga ponunt in Hebræo, sicut ipse posuit, sicut infra 27. dicitur Eli, Eli, lammasabacthni, & est hebraicus sermo. Et Mar. 5. dicitur Tabita cumi, & etiã est Hebræum. Quando tamen Euangelistæ ipsa dicũt immediatè declarant: sicut. ſ. infra 27. ubi dicitur Eli, Eli &c. dicitur immediatè, hoc est, Deus Deus meus, cur me dereliquisti? Et Mar. 5. cùm dicitur Tabita cumi, dicitur immediatè, ꝙ est interpretatum: puella tibi dico surge. Hoc aũt fuit speciale, qa cùm sit nomẽ ꝙ pellatiuum, & ponatur in Hebræo, non ponitur expo- sitio eius. Necesse est tñ dici, ꝙ Rama sit nomẽ cõe, excelsum, qđ patet, quia Ier. 31. ponitur ista eadẽ auctoritas. Nam de ipso loco allegat eam hic Matthæus, & tñ ibi non ponitur rama, sed excelsum. ſ. uox in excelso audita est lamentationis fletus, & luctus Rachel plorantis filios suos. Et tñ in Hebræo ponitur ibi rama, & sic Hieron. fecit hic, ꝯ cõem consuetudinem suam, & aliorum interpretum, & nisi ista eadem auctoritas Ier. 31. nos compelleret, necessariò diceremus, ꝙ accipitur rama, ut nomen proprium.

Quare Matthæus allegat hic sæpius auctoritates veteris testamenti. *Quæst. LXXIII.*

QVAERITVR quare Matthæus allegat hic sæpe auctoritates ueteris testamenti. Aliqui dicet, ꝙ fit ut adhibeamus fidem dictis eius. Dicendum, ꝙ non ſtat, quia Matthæus nihil probans est tantæ auctoritatis, sicut quilibet propheta ueteris testamenti, & nõ oportet, ꝙ inducat aliquas probationes, quia tũc eodẽ mõ nõ crederemus Isaiæ, nec Moysi, nec alicui prophetæ, cùm nihil probent, sed solũ dicant. Et hoc falsum est. Patet propositũ, ꝙ Matthæus, & omnes scriptores sacræ scripturæ Spiritu sancto dictante scripserunt. 2. Pet. 1. & tamen Spiritus sanctus ita uerax est in uno, sicut in alio, quia per nullum potest mentiri. Ergo ita credẽdum Matthæo, sicut Isaiæ, & Ieremiæ, & non debet peti ab eo aliqua probatio, immo maioris auctoritatis est Matthæus, & quilibet de scriptoribus noui testamenti, quã Moyses, Isaias, Ieremias, & omnes scriptores ueteris testamenti, ut declaratum est supra in prologo nostro in 6. qa Dicendum, ꝙ Matthæus allegat auctoritates ueteris testamenti sicut allegant Euangelistæ, quia nemo eis eorum, qui aliquas non alleget, ut patet discurrendo in libris eorum. Considerandum tamen, ꝙ Matthæus allegat auctoritates, quas cæteri Euangelistæ, & inter plures. Nam quædam sunt auctoritates Euangelistarum, quas Christus allegauit contra Iudæos ad probandum aliquid, & Euangelistæ scribunt illas scribentes gesta Christi. Aliæ sunt, quas Euangelistæ inducunt interdum ultra eas, quas Christus induxit. Plurimas auctoritates non inducũt Euangelistæ, sed Christus, & illas scribunt tanquam historici descriptores rerum gestarum, & dictarum à Christo, sicut est illa, infra 22. scilicet. Dominum Deum tuum &c. & alia, scilicet, Dixit Dominus Domino meo, eod. cap. & illa, Ex ore infantium, & lactẽtium perfecisti laudem, infra 21. & illa. Domus mea domus orationis uocabitur. eod. ca. Et sic de multis aliis. Alias autem Christus non allegauit, & inducunt Euangelistæ illas, sicut sunt omnes, quæ habentur hic, & præcedenti cap. & seq. & infra 4. Illas quas Christus induxit, ad hoc solùm induxit, ut conuinceret Iudęos, uel ipsos, contra quos arguebat. Nam Iudæi non credebant Christo: ideo ipse inducebat auctoritatibus contra illos: ut contra diabolum tentãtem triplici auctoritate usus est infra 4. & Luc. 4. Quantum ad istas auctoritates non est differentia inter Euangelistas, quia omnes allegant illas, licèt quidam plures illarum, alii pauciores. Matthæus quippe magis solicitus est inducendo illas, ꝙ cæteri, ut patet legendo librum eius, & cęterorum Euangelistarum. De aliis allegationibus, quæ non sunt Christi, dicendum, quod quasi nullus inducit aliquas nisi Matth. Alij uero rarissime: Matth. autem sæpissime, ut patet sequenti cap. & hic, & prece. c. & infra 20. & in multis locis, ubi ipse inducit illas, & nemo aliorũ Euangelistarũ illas ponit.

Ratio

Ratio huius fuit, quia Matth. scripsit Iudæis, qui legẽ A Moysi, & prophetas tenebant, in quibus plurima de ipso Messia, & de actibus eius scripta erãt. Et quia erat impossibile Messiam esse eum, qui non impleret oĩa illa: habuit specialiter Matthæus hanc sollicitudinẽ, ꝙ ubicunq; aliquid de Christo scripsit, qđ prænũtiatum esset in lege, aut prophetis, allegaret loca illa, ostendẽs quomodo in Iesu completa erant. Et per hoc si Iudæi non plenè credebant, crederent ablatis sibi dubijs circa Iesum per hoc. Si autem plenè credebant, consolarentur saltem uidentes quomodo Iesus in quem credebant, erat ille uerus Messias, quem lex, & prophetæ prædixerant, sicut dicitur Ioã. 1. ꝙ Philippus dixit Nathanaeli: Quem scripsit Moyses in lege, & prophetæ B inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. Et ista est causa, sicut declaratum est præcedenti. cap. quare Matthæus incepit à generatione Christi, ꝓbans ipsum esse filium Dauid, & Abrahæ: de quorum semine promissus erat uenturus Messias. Cæteri autem Euangelistæ non habuerunt hanc sollicitudinem, quia non scripserunt Iudæis, sed Gentilibus, qui non credebant in Christum, ex eo quòd prænunciatus erat in lege, & prophetis: sed ex eo, quòd miracula fecerat ipse, & discipuli eius, qualia nunquam uisa, nec audita sunt. Et sic non erat necesse allegari illis auctoritates ueteris testamenti. De Matthæo, quòd scripsit Iudæis, patet in prologo primo Hieronymi supra, scilicet, Matthæus, cum primò. & in prologo eiusdem, scilicet. Plures fuisse. & in prologo super Marcum. De Ioanne patet, quia C scripsit ad preces Episcoporum Asianorum, & aliarũ Ecclesiarum, quę erant extra Iudæam, & principaliter propter hæreticos, scilicet, Cherinthianos, & Ebionitas supra in prologo. Plures fuisse. ideo non oportebat allegare uetera. De Luca dicẽdum, quòd scripsit Theophilo uiro præcipuo in urbe Antiochena. Et iste, ut dicitur, non erat Iudæus, sed de gentilitate conuersus, quia Antiochia extra terram Chanaan est, licèt non multum distans ab illa. Et dato, quòd esset Iudæus, erat iam uir perfectus in fide, & non erat necesse allegare ei auctoritates ueteris testamenti, sed hanc curã Matthæus habuit præ omnibus.

Defuncto autem Herode, ecce Angelus D Domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto, dicens: Surge, & accipe Puerum, & Matrem eius: & uade in terram Israel. Defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri. Qui consurgens accepit puerum, & matrem eius: & uenit in terram Israel. Audiens autem, quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire. Et admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. Et ueniens habitauit in ciuitate, quæ E uocatur Nazareth, ut adimpleretur, quod dictum est per prophetas: Quoniam Nazaræus uocabitur.

Defuncto autem. Hic ponitur quoddã ꝓns ad Christi persecutionem. ſ. ꝙ factum est postq̃ cessauit persecutio, quæ inferebatur per Herodẽ, & dr. *Defuncto autem Herode.* Iste fuit primus Herodes, cuius tpe Christus natus est, & pp quem fugit in Aegyptum. Et dum ipse uixit, semper ibi mansit. Alij post istum uocantur Herodes de progenie istius, de quibus in scriptura fit mentio, & de his. j. dicetur in historia Herodis. q. 91. *Ecce angelus Domini apparuit Ioseph in somnijs.* Sępe apparebat angelus Ioseph. Nam hic quater apparuit. ſ. semel in Christi conceptione, præcedenti cap. & semel ad fugiẽdum in Aegyptum, supra in litera, & semel ad redeundum de Aegypto, ut patet hic, & semel ad eundum in Nazareth. j. in litera. Qualis esset ista apparitio præcedẽti. c. declaratum est. q. 55. & 56. *In Aegypto.* ſ. manente in Aegypto in ciuitate Heliopoli, ut asseritur, uel Babylone. Sic enim Cassiodorus refert in historia tripartita, & manebat ibi Ioseph quasi nunquam recessurus esset inde quousq; angelus ei appareret, quia supra dixit ei. Fuge in Aegyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi. *Surge, & accipe puerum, & matrem eius.* Erat Ioseph dormiens, cùm angelus ei apparuit, quia dicitur, ꝙ apparuit ei in somnis. Et non est sensus, quòd immediatè teneretur Ioseph surgere, & recedere, quia de Aegypto non recessit per noctem, sicut de terra Israel, ut patet supra in litera, eo quòd de terra Israel timebat uideri fugiens: de Aegypto autem non timebat uideri recedens, quia nemo ibi persequebatur eum, sicut in terra Israel. Sed est sensus, ꝙ Ioseph surgeret. i. inciperet parare se ad redeũdum de Aegypto. *Et uade in terram Israel.* Vocatur terra Israel tota terra Iudæorum. Et distinguitur hic terra Israel contra Iudæam eo modo, quo superius distinguitur ab inferiori: quia Israel includit totam terram Chanaan, in qua Iudæi habitabant. Iudæa autem uocatur pars illa, quæ pertinebat ad tribum Iuda specialiter, de qua Iosue. 15. Et sic Galilæa erat de terra Israel, sed non de Iudæa, cùm dicatur infra quòd timuit Ioseph ire in Iudæam, & iuit in Galilæam in ciuitatem Nazareth, & angelus dixit nunc Ioseph, quòd iret in terram Israel, & non dixit in quem locum, sed iterum admonitus per angelum iuit in Nazareth. *Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.* Quasi dicat. Non est iam aliqua causa manendi hic: quia illi, qui quærebant animam pueri defuncti sunt, scilicet, Herodes. Quærere animam alicuius, est petere illum ad mortem, & sic dixit Helias. Ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. 3. Regum. 19. Et Dauid dixit ad Abiathar. Mane mecum ne timeas. Si quis quæsierit animam meam, quæret & animam tuam, mecumque saluaberis. Quasi dicat. Si aliquis uoluerit me occidere, uolet occidere te: & è contrario. 1. Regum. 22. *Qui consurgens accepit puerum, & matrem eius.* Non est sensus, quòd mox accepta reuelatione per noctem cõsurgens recesserit, quia oportebat eum aliqua necessaria uiæ disponere, cùm itineraturus esset per desertum, ut supra declaratuimus: etiam si Ioseph manserat in Aegypto multo tempore, scilicet, septem annis, ut asserit Historia scholastica: & haberet in tanto tempore aliquem mundum œconomiæ, & aliqua utensilia, & res domesticas, de quibus dispositurus esset: etiam, quia aliquas amicitias propter communicationem ibi contraxisset, & fortè ex collatione beneficiorum susceptorum. Erat ergo inurbanum, ꝙ insalutatis amicis recederet: maximè quia istud erat prestare causam suspicandi contra se, quia quæ in tenebris, & absconditè aguntur, suspecta sunt de malo, quia qui malè agit, odit lucem. Ideo, ut nemo haberet ius querelæ, nec suspicari quicquam posset contra Ioseph & Virginem: decuit illos prius alloqui amicos significantes recessum suum, & sic palam recedere. Scriptura tamen non ponit nisi id, quod est ad propositum suum, cętera subticens. Ideo dicitur hoc, ꝙ consurgens cepit puerum, & matrem: quia cętera, quæ inter hoc egit Ioseph, ad sacrã scripturam non pertinent. *Et uenit in terram Israel.* ſ. Intrauit in terram Iudæorum pertransito deserto, qđ erat inter Aegyptum, & Iudæam. *Audiens autem, quòd Archelaus regnaret in Iudæa.* Hic ponitur causa timoris Ioseph, quia ipse ueniebat directè in Iudæã, & audiens nunc, quòd regnaret Archelaus, timuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam ante hoc non timebat, cùm Angelus dixisset ei: Defuncti sunt, qui quærebant animam pueri. Iste Archelaus erat quartus filius Herodis, qui regnauit loco Herodis. Nam tres priores scilicet Antipater, Alexander, & Aristobolus ab ipso Herode occisi fuerunt, de quo infra dicetur. Et dicitur, quòd regnabat in Iudæa, scilicet non in tota terra Iudæorum. Nam in Galilæa non regnabat, quia aliàs non ausus fuisset ire illuc Ioseph pro Herode patre suo, scilicet, pro primo Herode, qui nunc defunctus fuerat, quem vocāt Herodem Ascalonitam, & vocatur pater istius, non quòd istum solum haberet filium, quia septem habuit, quos supra nominauimus, & quatuor illorum viuebant quorum iste erat maior. Et vocatur specialiter filius Herodis, quia ipse solus ei succedebat in regno. *Timuit illò ire.* Putauit enim, quòd ille vellet persequi puerum, sicut pater eius Herodes, *Et admonitus in somnis.* Subintelligendum est, quòd Ioseph pendebat in dubio, scilicet, an iret in Iudæam, vel nō: & nesciebat quid faceret. Et interim apparuit ei angelus ī somnis, sicut solitus erat apparere, & dixit ei, quòd iret in Galilæam. *Secessit in partes Galilæę.* Ideſt, diuertit ad Galilæam. Quasi dicat: nūc erat in terra Iuda, vel in principio eius, & ad illam directè veniebat, & tamen admonitione angelica diuertit in Galilæam. Quæ autem sit Galilæa, & quomodo vocantur duæ Galilææ declarabitur infra 4. quando dicetur de Galilæa gentium. *Veniens habitauit in ciuitate, quę vocatur Nazareth.* Est Nazareth in Galilæa, in qua etiam habitauerant parentes Iesu antequam recederent in Aegyptum: quia postquam præsentatus est in templo, dicitur quòd recesserunt parentes eius in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth, de qua magis infra dicetur. *Vt adimpleretur quod dictum est per prophetam: Quoniam Nazarenus vocabitur.* Debet exponi. Vt, vt importet concomitantiam, & non causalitatem, scilicet, vt adimpleretur, quòd dictum est &c. i. Tunc adimpletum est, quòd dictum est per prophetam. Sic accepit ipsemet Matthæus supra in litera, quia postquam posuit de morte puerorum subdidit. Tunc adimpletū est, quòd dictum est per Ieremiā: & dicitur hic, quòd dictum est per prophetam, scilicet, Isaiam. 11. c. 1. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Dicit litera Hebraica, & Nazarenus de radice eius consurget, & iste erat Christus, qui uenit de radice Iesse, ideſt, stirpe Dauid, qui erat filius Iesse præcedenti c, & vocatur Christus Nazarenus, nō quòd fuerit in Nazareth natus, quia natus est in Bethlehem, supra in litera, sed quia conceptus est in Nazareth. Luc. 2. & ibi nutritus est, antequam iret in Aegyptum. Luc. 2. & ibi mansit, & conuersatus est vsque ad principium prædicationis suæ, vt colligitur hic, tunc enim cepit Christus discurrere per diuersas ciuitates, & prædicauit in Ierusalem, quæ erat caput terræ Iudæorum. Cùm autem dicitur hic, quoniam Nazarenus vocabitur, non est sensus, q̄ sic dixerit propheta, quia Isaiæ. 11. unde hoc accipitur non habetur sic, sed solū Nazarenus de radice eius consurget. Sed allegauit Matthæus quātū ad sententiam, & non quantum ad literam: sicut sæpe Christus facit, & apostoli, & ipse Matthæus, vt patet, s. Et tu Bethlehem terra Iuda, quia illud habetur Michæę. 5. & tñ non est eadem litera, vt s̄ declaratum est.

Quare post mortem Herodis, & non ante, iussus est Ioseph redire in terram Israel. Quæst. LXXIIII.

QVAERITVR, quare dicitur hic, q̄ defuncto Herode dixit angelus Ioseph, quòd rediret de Aegypto, & cur non ante mortem eius. Nā uidetur, q̄ ante mortē ipsius potuisset securè uenire. Quia Christus recessit de Iudæa, quia futurum erat, quòd Herodes quæreret eum ad perdē. ipsum, sicut dixit angelus supra in litera. Istud autem fuit, quando Herodes occidit pueros in Bethlehem. Illis autem occisis Herodes non persequeretur pueri propter duo. Primò, quia iam cessaret timor eius credendo, quòd inter illos pueros Bethlehem occidisset illum, quem timebat. Secundò, quia dato, q̄ Herodes uellet aliquem iam persequi, nesciret quis esset ille. Et tamen multo tempore ante mortem suam Herodes occidit istos pueros, quia postea in pœnam istius occisionis datum est ei, q̄ occideret tres filios suos, scilicet, Alexandrum, Aristobolum, & Antipatrum. Postquam ergo occisi erant pueri posset Christus redire in Galilæam. Dicendum, quòd non fuit ei securū redire dum uiuebat Herodes, cū dixerit hic angelus, defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri. Quasi dicat. Nō est securum redire, & ante hoc non erat securum. Ratio huius est, quia Herodes licèt occidisset oēs pueros Bethlehem, nondum erat animus suus quietus, quia nesciebat per certitudinem an occiderat illum, quē quærebat, cū eum distinctè cognoscere non potuerit. Hoc est. n. quod ipse ualde cupiebat scire, & per Magos sperabat illud scire, cùm dixit eis: quòd diligenter interrogarent de puero, & cùm inuenirent renunciarent ei, ut ipse ueniens adoraret eum, supra in litera. Et quia hoc non potuit consequi, iratus est ualde de recessu Magorum, & se illusum iudicauit. Occidendo ergo pueros fecit, quod potuit ad occidendum illum, quem ignorabat. Et tamen non plenè sibi ipsi satisfecit, quia nesciuit an illū occidit. Vnde hoc facto Herodes nesciebat quid ultra faceret. Et tamen animus suus non omnino quiescebat, sed adhuc intētus erat si aliquid ultra hoc scire posset. Si autem uiuēte Herode Christus rediret de Aegypto in Iudæam, cū adhuc Herodes semper haberet animum inquirendi illum, de quo dubitabat, & haberet satellites suos per diuersa loca, posset aliquis ei dicere, quòd redierat nunc quidam puer Iudæus de Aegypto, & ſm consideriationem ętatis poterat præsumi, quòd erat de illis, qui in Bethlehem q̄rebantur ad mortem, & maximè qa uenire de Aegypto faciebat quandā prę sumptionem, cū nihil in Aegypto facere haberent parentes cū puero paruulo. Iō forte inquirereī sup eo, existentibus his causis suspicandi, & poterat inueniri clarè, q̄ ipse fugerat de Bethlehē antequam occiderent alij pueri, & qūo postea de Nazareth fugerat in Aegyptum. Et sic esset ei periculum graue, ideo uiuente Herode securè redire non potuit.

Quare post mortem Herodis iussus est Ioseph redire in terram Israel, cum ibi posset habitare. Quæst. LXXV.

QVAERITVR, quare post mortem Herodis iubetur Ioseph redire de Aegypto, quia tā bene poterat ibi manere, & nutriri puer sicut in Iudæa. Quidam dicunt, quòd factū est, quia peccatum erat uiro Iudæo manere extra terram Iudæorum sine causa necessaria: quia non poterat in templum tribus temporibus anni, quibus ire recebatur. Exodi. 23. & 24. Dicendum, quòd falsum est: primò quia hoc dato, obligarentur omnes Iudæi habitare in terra Chanaan, in qua manentes possent ire in templum temporibus statutis, & tamen falsum est, quia poterat quilibet Iudæus habitare in quacunque terra uellet, etiam nunquam ueniendo ad templum Domini, & non peccabat in hoc, ut latè declaratum est ptæcedenti cap. in q. tricesima nona, qua quærebatur, An liceret Ioseph recedere de terra Israel quando uoluit occultè dimittere Mariam. Secundò, quia in Aegypto vbi nunc erat Ioseph, habitabant plurimi Iudæorum ex antiquis temporibus

bus. Nā tempore Iudæ Machabæi ipse Iudas, & totus populus Iudæorum scripserūt Iudęis, qui erant in Aegypto, ut obseruarent diem purificationis templi, & diem ignis: quas festiuitates ipsi in Iudæa incæperant obseruare. 2. Machabæo. 1. Ergo poterat Ioseph licitè manere cum illis Aegyptiis obseruando iudaicas cæremonias: etiam non redeundo in templum ter quolibet anno: nec etiam semel. Quia non solùm nunc existente causa tam ardua, non tenebatur redire: sed & nulla existēte causa Iudæus, qui semel habitaret extra terram Chanaan, non obligabatur ascendere in templum temporibus statutis: vt eadem quæstione declaratum est. Tertiò, quia non solùm nō peccaret Ioseph non redeundo in terram Israel mortuo Herode, & cessantibus omnibus causis timoris, sed potius peccaret, si rediret, quousque ei Deus mandaret: quia angelus ei dixit: Fuge in Aegyptum: & esto ibi, vsque dum dicam tibi. Supra in litera. Ergo si in tota uita Ioseph angelus non apparuisset ei: tursus etiā si mortuus fuisset Herodes, & omnes de progenie sua, tenebatur manere in Aegypto per totam uitam, & sic angelus non dixit ei, quòd rediret, vt non peccaret, quia non manebat ibi uoluntate sua, sed mandato Dei, & Deus non obligabatur ad legem, scilicet, ut expleta causa timoris, pro qua iusserat Ioseph manere in Aegypto, teneretur ei iubere, quòd rediret in Iudæam: ideo non propter hoc iubebat ei redire. Dicendum autem, quòd angelus iussit Ioseph redire de Aegypto. Primò, quia ire in Aegyptum non fuit iussum Ioseph tanquam bonum esset ei, aut puero simpliciter, sed solùm ex necessitate, ad euitandum periculum. Cessante ergo periculo non fuit opus manere in Aegypto. Hanc causam tetigit angelus iubendo ipsi Ioseph redire, cùm ait: Defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri. Quasi dicat. Iam non est necessarium, quòd maneas hic in Aegypto, quia defuncti sunt, qui quærebant animam pueri, ideſt uolebant eum occidere: ideo reuertere in terram tuam. Secundò, vt tolleretur pœna Ioseph, & Mariæ: quia manendo in Aegypto erant exules. Est tamen homini pœna manere omnino extra natale solum. Nam propter hoc iura dederunt exilium in pœnam, & ipsa conuersatio terræ natalis est cuilibet dulcior, maximè quando ex necessitate quis relinquit terram suam. Voluit ergo Deus istam pœnam tollere Ioseph, & Marię. Puero enim non erat pœna, quia nūquam se cognouerat nutriri in alia terra secundùm cognitionem competentem ætati, licèt aliàs ipse sem per sciret omnia. Ideo poterat terram Aegypti diligere sicut terram natalem, & vellet in ea manere. Erat etiam pœna Mariæ, & Ioseph, quia priuabātur communicatione, & aliis parentum, & cognatorum, & amicorum, cum quibus totam transactam uitam egerāt. Et consistit maxima delectatio in talibus communicationibus. Quia conuenire est actus proprius amicorū, in quo maxime delectantur. 9. Ethic. Carere ergo hoc longo tempore erat grauis pœna. Item quia commodius Ioseph, & Maria possent viuere in terra sua quā in Aegypto. Quia licèt pauperes essent, fortè habebāt aliquā in Nazareth, aut in aliis locis terræ Israel, ex quibus aliquod substentationis ad uitam capere possent, quod non poterant facere in terra Aegypti. Item quia qui sunt extra terram suam, sunt semper timidiores, & habent animum afflictum magis nihil audentes facere. Et si quis eis molestus est, oportet tollerare, quia non confidunt se habere adiutores contra eos, qui sūt incolæ. Ideo est eis uita amarior, quàm in natali solo viuentibus. Et ob hoc Deus ualde uetuit affligi aduenas. Exo. 22. scilicet. Aduenam non contristabis, nec affliges eum: Aduenæ enim fuistis in terra Aegypti. Et Exod. 23. dicitur. Peregrino molestus non eris: scitis enim aduenarum animas, quia & uos aduenæ fuistis. Quasi dicat, Bene scitis quales sunt animæ aduenarum, scilicet semper afflictę timentes malum sibi inferri, & non sperantes auxiliatorem. Et ob hoc inter se affliguntur semper, ideo uos non affligatis eos. Vt ergo his pœnis carerent Maria, & Ioseph, & aliis multis, quæ consequuntur exules, & peregrinos, & aduenas, debuerunt uocari de Aegypto, ut redirent in terram suam. Tertiò, quia fuit ualde necessarium ex parte Christi quòd rediret in terram Israel. Quia si Ioseph & Maria mansissent in Aegypto post mortē Herodis, & Christus non rediisset nisi tempore, quo prædicaturus esset, scilicet, anno tricesimo, non cognosceretur a Iudæis esse de stirpe Iudæorum, sed magis putaretur esse Aegyptius, cùm non cognouissent eum ante annum tricesimum, quando rediret de Aegypto. Istud autem erat ualde inconueniens, & contra intentionem Christi, quia ipse uolebat Iudæis ostendere se ut Messiam, quia sic erat. Et si mansisset in Aegypto usque ad annum tricesimum, nunquā eum recepissent, quia constabat Messiam uenturum esse de semine Dauid, de isto autem non constaret, sed potius præsumeretur Aegyptius, si semper mansisset in Aegypto vsque ad tricesimum annū. Debuit ergo in tenera ætate, scilicet, in 6. uel 7. anno redire in terram Israel, & ibi semper conseruari, ut Iudæi non possent ignorare, uel dubitare eum esse de stirpe ipsorum, & inter eos semper nutritum. Et sic non esset difficile ostendere se esse Messiam. Quartò erat hoc necessarium ad eandem rem propter operationem miraculorum, quæ facturus erat ad ostendendum se Messiam, & Deum. Nam si in Aegypto mansisset vsque ad annum tricesimum, poterant Iudæi putare, quòd illa sapientia prædicandi prouenisset ei ex humana eruditione, quia inter Aegyptios fuerunt olim clarissima studia in vrbe Memphis, ut supra dictum est tractando de Aegypto, & fuerunt semper ibi magni sapientes. Vnde Moyses in Aegypto eruditus est in omni doctrina, & sapientia Aegyptiorum. Act. 7. Et sic de Christo poterat putari. De miraculis autē eius poterat esse magna suspitio, quia in Aegypto fuerunt semper maximi malefici, & incantatores, & in omni arte pessima eruditi: unde Magi Pharaonis contendebant de paritate miraculorum cum Moyse, & Aarō, qui faciebant uera miracula ex parte Dei, & fecerunt isti Magi aliqua, scilicet, conuerterunt aquam in sanguinem sicut Aaron, & Moyses. Exo. 7. & etiam malefici fecerunt ranas in Aegypto sicut Moyses. Exo. 8. & fecissent etiā alia signa nisi Deus prohibuisset eos. Qđ satis apparet, qa quādo Moyses cynifes fecit, & nō potuerūt Magi Pharaonis illos facere, dixerunt: digitus Dei est hic. Exod. 8. ideſt potestas Dei est hæc, quæ impedit nos facere hoc, quia aliàs bene possemus. Posset ergo dici de Christo, quòd ibi didicisset artē magicā, & oē genus maleficii, per qđ faceret miracula, & dicerent, q̄ ipse peruenerat ad apices istius artis, & secreta eius magis quàm præcedentes, ideo admirabilio ra opera faciebat. Ita. n. putauit Porphyrius de Christo, & multi de Pontificibus idolorum dicētes Chrm fuisse uirū sapientissimū omniū hominū, non tñ fuisse Deū, & q̄ ipse scripsit quendam librū ad Petrum & Paulum discipulos suos de artibus illis, per quas miracula faciebat, ut ait August. 1. li. de concordia Euangelistarum. Christus autem uoluit ostēdere, q̄ sapientia pdicationis suæ non ueniebat ex humana institutione, & miracula non proueniebant ex aliquibus artibus nephariis, sed sola Dei uirtute. Ideo oportebat, quòd ipse uiueret inter Iudæos a tenera ætate tali modo, ut tota sua conuersatio sciretur, & an aliquid posset addiscere, uel non, & an magicas artes ex

aliqua parte posset consequi. Ita factum est: nam Christus postquam de Aegypto reductus est in teneris annis, scilicet, in septennio, vt asseritur, mansit semper in Nazareth vitam pauperem ducens, & erat subditus parentibus, s. suis. Luc. 2. faciebat omnia, quæ sibi imperabantur: seruiens in procurando necessaria ad vitam. Et ita, nec literas vnquam didicit, nec aliquibus sapientibus viris communicabat, sed inter illos pauperes viros in vrbe Nazareth conuersatus est semper sciente hoc toto populo. Et sic nemo poterat calumniari eum alibi didicisse, vel aliunde consecutum artes ad faciendū miracula: sic patet Magister. 6. Quia, cùm esset in terra sua dicitur, quòd multi audientes eum mirabantur in doctrina eius, dicentes, Vnde huic hæc omnia? Et quæ est sapientia, quæ data est illi, & virtutes tales, quæ per G manus eius efficiuntur? Nonne iste est fabri filius, & Mariæ, & frater Iacobi, & Ioseph, & Simeonis, & Iudæ? Nonne & sorores eius hic nobiscum sunt? Et sequitur: Et scandalizabantur in illo. Et sic isti de Nazareth mirabantur de doctrina Christi, quia cognoscebant totam præteritam eius conuersationem, & fuerat semper apud illos ipse, & parentes eius, nec erat de stirpe aliquorum sapientum, ideo scandalizabantur nescientes vnde ista prouenirent. Si autem fuisset in Aegypto vsque ad annum tricesimum, & tunc mox veniens inciperet prædicare, & miracula facere, manifestè dicerent, quòd per Aegyptiorum incantationes & sapientiam ista omnia habuerat; quia erat satis verisimilis præsumptio saltem prima facie, & maximè vo- H lentibus malignari, quibus etiam leuissimæ præsumptiones videntur esse violentæ. Ideo dicendum, quòd Christus non solùm non debuit manere in Aegypto vsque ad annum tricesimum: sed etiam non debuit ibi manere aliquanto tempore ætatis suæ: in quo iam sit puer capax disciplinæ: quia etiam si Christus anno, 18. ætatis suæ redijsset de Aegypto, posset præsumi, q̄ didicisset artes nepharias ibi tempore illo. Nam Christus non fuit in Aegypto, nec alibi aliquo tēpore conuersatus cum hominibus, à quibus posset præsumi, q̄ aliquid boni, aut mali addisceret in doctrinis, & tamen Iudæi dixerunt, q̄ in Beelzebub principe dęmoniorū eijciebat dęmonia. ℣. 12. & Luc. 11. A fortiori ergo istud dixissent si in Aegypto moratus fuisset in aliqua I parte ætatis suæ, in qua esset capax disciplinæ. Et ob hoc rediit de Aegypto in septennio, vt asseritur, & tū manifestum est, quòd ante septennium non poterat ista didicisse. Et ob hoc Christus non debuit conuersari aliquo tempore antequam inciperet prędicare, & facere miracula in aliqua terra extra terram Iudæorū, quia tunc posset præsumi, quòd inde consecutus fuisset artes maleficas ad faciendum miracula. Fuit ergo valde necessarium propter Christum, vt cito rediret Ioseph de Aegypto. Quinta, quia Christus debuit conuersari in sua tenera ætate inter Iudæos non solùm in Nazareth ciuitate sua, sed etiam in aliis locis Iudæorū; vt aliqualiter inciperet cognosci, vt quando inciperet prædicare, non haberetur omnino incognitus. Hoc au tem fieri poterat, quia quolibet anno ibat ipse in Ierusalem in die solemni paschali cum parentibus suis. Lucæ. 2. Et sic ascendendo quolibet anno in Ierusalem poterat cognosci à multis Iudæorum, cùm omnes cōuenirent in Ierusalē in illo festo: quia ter in anno omne masculinum apparere debebat coram Domino in templo. Exod. 23. & 24. Hoc non potuisset fieri si mansisset in Aegypto vsque ad annum tricesimum. Sexta, quia Christus antequam prædicaret, oporteret quòd cognosceretur à Iudæis tanquam obseruans legē per continuam conuersationem in actibus legis Moysi, sicut alij Iudæi conuersabantur, quia istud requirebatur ad hoc, q̄ aliqui vocarentur iusti, vt patet Luc. 1. scilicet. Erant ambo iusti ante Deū incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Dñi sine querela. Et non solùm operari s̄m legem, sed ēt cogitare in illa requiritur ad esse iustum. Psal. 1. s. Sed in lege Dñi fuit voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte. Hoc Christus ostendere non poterat Iudęis de seipso, si mansisset in Aegypto vsq; ad annum tricesimū, qn inciperet prædicare. Ideo oportuit, q̄ multo tpe ante ipse esset inter Iudęos, & per opera ostenderet se obseruatorem legis Moysi, cū ipse vellet ostēdere se esse iustum. Hoc aūt Christus ostendebat non solū eis, inter quos cōtinuè morabatur. s. in vrbe Nazareth, qui videbant eum s̄m legem Moysi viuere sine querela, & offensione: sed ēt toti Israel hoc ostendebat, cū ascenderet quolibet anno in die solenni paschæ in Ierusalem, quando totus Israel ascendebat. Luc. 2. Et sic totus Israel erat testis, quòd ipse saltem in hoc obseruaret legem Dei. Septimò erat hoc necessarium ad tollēdum timorem, & suspitionem quādam Iudæorū circa prædicationem suam. Quia si Iudæi nunq̄ vidissent eū viuere s̄m legem Moysi: putarent, q̄ prædicando conaretur introducere aliquem nouum errorem p̄ legem. Si autem vidissent eū tota vita sua præcedente viuere s̄m legem Moysi, non putarent, q̄ contra illam nunc prædicaret. Quia non erat verisimile, q̄ aliquis vir prudens prædicando vellet subitò destruere ea, quæ tota vita operando approbauerat: potissimè cū in moralibus magis credatur operibus, quàm sermonibus, vt ait Ari. 4. Ethi. Et ille, qui reprobat in uerbo, quæ facto approbauerat, ostendit se præuaricatorem, vt patet ad Gala. 2. scilicet. Si enim, quæ destruxi, hoc iterū ædifico: præuaricatorem me constituo. Et sic erat necesse, ut prædicatio Christi sine timore, & suspitione à Iudæis reciperetur: q̄ multo tempore. s. a parua ætate viderent eum operari s̄m legem. Et hoc innuit Lucas, Act. 1. s. Primum sermonem feci de oībus, quæ cepit Iesus facere, & docere. Et ponitur prius facere, quàm docere. Hoc autem fieri non poterat si Christus mansisset in Aegypto vsque ad annū tricesimū, ideo debuit reuerti in parua ætate. Octauò fuit necessarium ad tollendum calumniam. Quia quando Christus cepit prædicare, multi Iudęorum calumniabantur eum, q̄ nō obseruaret legem, quia curabat sabbathis infirmos, & dicebant: iste homo à Deo non est, qui sabbathum non seruat. Et Christus excusabat se, dicens: q̄ ipse ℥ legem non ageret, nec prædicaret ℥ eam. ℣. 5. s. Non ueni soluere legem, sed implere. Et quia ut dictum est, in moralibus magis creditur operibus quàm sermonibus, magis ipse tolleret hanc suspitionem, si tota uita ꝑterita uixisset s̄m legem Moysi, quàm si nunc multis uerbis se excusaret. Ideo oportuit, q̄ ante hoc Iudæi cognouissent eum tanquam perfectum obseruatorem legis. Nam si nouiter uenisset de Aegypto, & curaret sabbathis, uel faceret quędam alia, de quibus Iudæi eū calumniabantur, etiam si multis sermonibus se uellet excusare, nunquam ei crederent: sed putarent, quòd K intendebat paulatim progredi ad destructionē legis. Fuit ergo necessarium, quòd rediret de Aegypto in parua ætate. Nonò fuit hoc necessarium maximè ad intentionem suam, quia aliàs à Iudæis non crederetur Messias, etiam si multa miracula faceret. Nam in lege & prophetis promissus erat Messias futurus de semine Dauid, & nascituras in Bethlehem: ideo necesse erat uerum Messiam ista habere. Et sic quantacunque miracula faceret, qui non esset natus in Bethlehem, nec esset de semine Dauid, nunquam debebat credi esse Messias. Si tamen Christus mansisset in Aegypto usque ad annum tricesimum, nunquam Iudæi credidissent eum esse de semine Dauid, sed de stirpe Aegyptiorū. Et dato, q̄ aliq benigniores vellent credere

credere eum esse de stirpe Iudæorum, quia in Aegypto multi Iudæi habitabant, ut supra dictum est: tamē saltem nunquam credidissent eum natum in Bethlehem. Et tamen necessarium erat omnino Messiā esse natum in Bethlehem Michææ. 5. & supra in litera. ergo Iudæi nunquam uellent eum recipere tanquā Messiā. Patet hoc, quia Christus ex tenera ætate, s. ex septēnio fuit sp in terra Israel, & nunquā inde recessit, & uidebāt eum quolibet anno Iudæi in Ierusalem in festo Paschæ. Luc. 2. Et tamen calumniabantur, quòd non erat Messias dicentes, quòd non erat de Bethlehem, nec de semine Dauid. Io. 7. Nam cùm quidam dixissent, quòd Iesus erat Messias: alii dicebant, quòd nō. s. Nunquid a Gallilęa Christus uenit? Nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethlehem Castel B lo, vbi erat Dauid venit Christus? Quasi dicat. Iste non de Bethlehem, sed de Nazareth. Ideo non potest esse Messias. Nec soli pharisęi, qui erāt æmuli Christi istud dicebant: sed etiam viri iusti diligentes ipsum, sicut erat Nathanael, quē ipse Christus laudauit. Io. 1. dicens. Hic est uerè israelita, in quo dolus non est. Et tamē iste Nathanael dubitauit de Iesu, an posset esse Messias: qa erat de Nazareth. Vnde quando Andreas dixit ei. s. Quē scripsit Moyses in lege, & pphetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth, dixit Nathanael. A Nazareth potest esse aliquid boni? idest. Nūquid Messias qui est totum bonum, qđ speramus, potest esse de Nazareth? Quasi dicat. Nō. A fortiori autem ista dicerēt, si Christus non rediisset de Aegypto usque ad annū C tricesimum, quando incæpit prædicare. Ideo fuit omnino necessarium, q̄ Christus pauco tempore maneret in Aegypto. Decimò, quia Christus in parua ætate facturus erat aliqua miracula, uel signa uirtutis suæ inter Iudæos, sicut quādo existens annorum duodecim disputabat in templo, cùm doctoribus: & stupebant omnes super prudentia, & responsis eius. Luc. 2. Oportebat ergo, q̄ in anno duodecimo ætatis suæ esset in terra Israel, quia illo tempore decreuerat istud miraculum facere. Non ergo decuit ipsum manere in Aegypto usque ad annum tricesimum. Et ob hoc mortuo Herode mox ut periculum cessauit, iussus est Ioseph D redire in terram Israel. De loco autem conuersationis Iesu in parua ætate, & de conuersatione eius ante prędicationem suam, & post qualis esse debuit, & an fuit conueniens declarabitur. Luc. 2.

Quare angelus non nominauit Ioseph determinatum locum ad habitandum. Quæst. LXXVII.

QVAERITVR quum angelus dixit Ioseph, quòd rediret in terram Israel: quare non dixit ei locum determinatum, ad quem iret: unde oportuit ipsum Ioseph postea de hoc dubitare, ut patet supra in litera. Dicendum, q̄ hoc fuit. Primò propter Ioseph consolationem: quia consolabatur ex apparitione angeli reuelantis ei quid facere deberet: & p hoc securus erat, quòd illud quod facie bat rectum erat, & prospere ei eueniret. Et sic quanto pluries angelus appareret Ioseph, tanto magis consolaretur. Si tamen angelus nunc dixisset Ioseph locum, ad quem iturus esset: non oporteret, q̄ ei iterum appareret. Et quia nō dixit, oportuit, q̄ dubitante Ioseph iterum appareret angelus ei ad tollendum dubium, & sic magis consolaretur. Hanc rationem tāgit Nicolaus hic. Secūdò fuit, ut Ioseph postea dubitaret, & cogeretur recurrere ad Deum per orationem. Nam si nūc angelus dixisset Ioseph locum, ad quem ire deberet determinatè, non dubitaret: & sic non recurreret

Alph. Tost. in Matth. Comm.

ad Deum. Nunc autem, quia non fuit certificatus dubitauit: ideo cùm esset uir iustus, & quē scriptura laudat, uerisimile est, quòd mox, ut dubitaret conuerteret se ad Deum, ut certificaret ipsum: quia iste est modus iustorum, sicut dixit rex Iosaphat. 2. Paralip. 2. s. In nobis quidem nō est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Et sic Ioseph magis mereretur confidendo in domino, & ad ipsum in tribulatione cordis sui recurrēdo. Tertiò fuit hoc propter nos, quia Christus non solùm nos docuit verbis, sed etiam operibus, & exemplis: cùm omnis Christi actio sit instructio nostra. Cum ergo nos videamus, quòd parentes Iesu portantes ipsum paruulum laborioso itinere de Aegypto, a Deo relinquebantur aliquando in afflictionibus cordis, scilicet dubitantes de statu suo, nō miremur nos, si nos quoque a Deo relinquamur interdū in angustiis. Nec per hoc arguere debemus, q̄ nos deseruerit aut exosos hēat, quia cùm hoc vnigenito suo fecerit, & parētibus eius portantibus eum de Aegypto: de quibus non est dubium, quin eos Deus ualde diligeret, quos unigeniti sui inter omnes homines parentes custodes educatores elegerat: nobis quoque, licèt idem faciat, nō est signum, quòd nos oderit: sed potius ex hoc arguendū est, quòd nos diligat: quia Deus omnem filium quem suscipit flagellat: qui autem nō corripitur a Deo adulterinus reputatur, & non filius, ut patet ad Heb. 12. ubi Apostolus ualde inducit istam similitudinē ad non deficiēdum in tribulationibus, dicens: Recogitate eū, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini animis uestris deficientes. Quartò fuit hoc, quia angelus noluit cogere Ioseph ad manendum in aliquo loco determinato, ut posset manere in terra Israel ubicunque bene sibi uideretur. Et tamen si angelus diceret ei, q̄ iret in locum certum, teneretur illuc ire, & manere, & putaret, q̄ non liceret ei aliquando ire ad habitandum in alio loco quousque angelus ei diceret: ideo noluit ei determinare locum, quia satis erat, q̄ Christus esset in terra Israel, & esset ubicunque. Si autem dicas, q̄ postea determinauit ei locum, & sic obligauit eum ad D manendum ibi: dicendum, quòd non determinauit ei locum, sed solùm prouinciam, quia dicitur. *Et admonitus in somnis secessit in partes Galilææ: & postea dicitur, quòd & ueniens habitauit in ciuitate, quæ uocatur Nazareth.* Et sic uidetur, q̄ primum dixit angelus Ioseph, scilicet, q̄ secederet in partes Galilęæ, secundum autem, scilicet, q̄ ueniret in Nazareth uidetur fuisse magis uoluntarium, cùm dicatur. *Et ueniens habitauit in ciuitate, quæ uocatur Nazareth.* Si autem scriptura intenderet significare, q̄ vtrumque habuit Ioseph ab angelo, diceret apertius, & admonitus in somnis secessit in partes Galilææ in Nazareth, uel adhuc melius diceretur, q̄ admonitus in somnis uenit in Nazareth ciuitatem Galilææ. E Quintò fuit hoc, quia sicut Deus non defecit homini circa necessaria, ita in non necessariis non prouidet supernaturaliter. Omnes autem reuelationes sunt opus supernaturale, non solùm fieri debent de eis, in quibus homo nullo modo potest prouidere per prudentiam suam. Poterat tamen Ioseph per prudentiam suā in isto dubio prouidere. Quia tamen contingit ipsum dubitare, & fortè affligebatur timore, angelus ei rursus apparuit.

Qui erant illi, qui quærebant animam pueri, Quæst. LXXVIII.

QVAERITVR, qui erant isti de quibus hic dicitur, quòd quærebant animam pueri. Dicẽdum, quòd Herodes iste erat. Quod patet, quia defuncto Herode, dicitur ꝙ defuncti erãt, qui quærebant animam pueri. Nam mox, vt defunctus est Herodes Angelus dixit Ioseph: quod rediret in terram Israel: vt patet supra in litera. Et subdit causam, scilicet, *Defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri.* Ergo moriẽte Herode omnes isti mortui dicti sunt: si tamen essent isti multi, mortuo Herode, non dicerentur omnes esse mortui: ideo de ipso solo videtur dici. Sed tunc obiicietur, quia dicitur defuncti sunt, qui quærebant: ergo non erat solus Herodes. Aliquis posset dicere, quòd prẽter Herodem erant alii, qui quærebant animam Christi, scilicet, filii eius, qui contendebant de regno. Nam sicut Herodes, vt conseruaret sibi regnum, quærebat animam Christi, ita etiam filij sui hoc facerent. Erant autem filij Herodis huiusmodi. Nam Alexander, & Aristobolus filii eius etiam cũ ipso Herode viuente super regno cõtendere ausi sunt, & coram Romanis eũ in causam vocare, vt infra magis dicetur. Antipater autem licèt non contenderet contra Herodem, tamen anhelabat ad regnum, & mortem patris desiderabat, vt istud assequeretur, vt ait Iosephus. 17. Antiquitatum. Ideo de istis verisimile erat, quòd etiam quærerẽt animam Christi: per quem timerent se regno priuandos, sicut timebat pater eorum. Isti tamen mortui erant ante Herodem, quia Herodes fecit illos occidi, ideo quando Herodes defunctus est, dicitur quòd defuncti sunt omnes, ꝙ quærebant animam pueri. Istud aliqualiter est verisimile, sed non multum. Quia quando quis est implicitus alicui magnæ causæ, de minimis, quæ eum contingunt, pro tunc nihil curat: sic erat de istis filiis Herodis, quia licèt anhelarent ad regnum, quæstio tamen maxima eorum erat cum aliis: scilicet, Aristobolus, & Alexander cum patre habebant quæstionem, quæ erat ita grauis, vt deduxerit eos ad miserabilem mortem. Antipater autem habebat quæstionem grauissimam contra Alexandrum, & Aristobolum fratres suos. Ex qua etiam manserunt quædam incentiua, ex quibus etiam ipse postea periit. Non ergo erat verisimile, quòd isti constituti in tam grauibus causis ad quosdam rumores Magorum de Messia nato mouerentur, vt intenderent ad eum occidendum. Dicendum ergo magis videtur, quòd Herodes erat solus persecutor Christi. Quia tamen erat rex, & valde hoc efficere cupiebat, habebat multos fautores, & satellites, qui fauebant in hoc, & diligenter laborabant, vt in hoc ei complacerent. Et sic omnes isti dicebantur quærere animam pueri: tamen quia principaliter Herodes, qui quærebat animam pueri mortuus erat, & propter quem omnes isti quærebant animam pueri, eo mortuo omnes cessauerunt, & sic dicebantur defuncti omnes, ꝙ quærebant animam pueri, quia mortuus erat ille propter quem omnes isti quærebant animam pueri. Et etiam licèt isti non essent uerè mortui, erant tamen mortui quantum ad istam persecutionem faciendam, quia iam nihil de illa facerent. Et sic dicimus, monachos esse mortuos sœculo, non quòd mortui sint, sed quia de sœcularibus nihil facere possunt: & sic accipit Apostolus sæpe dicens, quòd nos mortui sumus peccato, ad Rom. 6. Et iterum dicit: Mortui estis, & vita uestra abscondita est cum Christo in Deo. ad Colo. 2. Etiam dicit nos mortuos ibidem, & in alijs locis ab operibus carnis, & operibus sœculi. Et ita quilibet generaliter dici potest mortuus, quantum ad illum actum, quem prius facere consueuerat, & postea omnino facere desinit. Et istud verisimilius est, quàm præcedens: licèt illud aliqualiter potest stare.

An Archelaus quærebat animam pueri. Quæst. LXXIX.

QVAERITVR, an Archelaus filius Herodis, qui nunc regnabat pro Herode, esset de quærentibus animam pueri. Et nõ est quæstio, an ipse quæreret animam pueri viuente Herode: quia si tũc Aristobolus, & Alexander, & Antipater, ad quos principaliter pertinebat regnum, non quærebant animam pueri, vt dictum est, non quæreret eam Archelaus, qui minor erat, & ad quem minus pertinebat: & qui, viuentibus aliis fratribus, de regno quæstionem nunquam fecit. Item, quia quærere animam pueri propriè pertinebat ad possidentem regnum: Archelaus autem tunc non possidebat. Et ista etiam est causa, quare ad Aristobolum, & Alexandrũ, & Antipatrum non pertinebat cura persequendi Christum: quia ipsi nondum possidebant regnum, sed conabantur, vt possiderent, quia ad hoc inter se contendebant. Herodes autem possidebat: ideo ad illum pertinebat persequi omnes, per quos timeret posse perdere regnum. Et talis erat Christus, quia futurus erat rex Iudæorum, ideo Herodes persequebatur illum, & non filii Herodis eo viuente. Et sic non quæritur de Archelao, an persequeretur Christum viuente Herode: sed illo mortuo postquam incepit regnare, an quæreret animam pueri. Dicendum, quòd non, quia dicitur supra: defuncti sunt, qui quærebant animam pueri, & tamen Archelaus non erat defunctus, ergo non quærebat ipse illam. Sed obiicietur, quòd quæreret eã, quia audiens Ioseph, quòd regnaret Archelaus nõ ausus est ire in Iudæam timens propter puerum, ergo ille persequebatur puerum. Aliquis dicit, quòd Ioseph timuit ex superabundanti, cùm non subesset aliqua causa timoris nihil intendente Archelao contra puerum. Dicendum, quòd non stat, quia angelus approbauit istum timorem Ioseph admonens illum, ne iret in Iudæam vbi regnabat Archelaus, sed in terram Galilææ, & tamen non approbasset nisi verisimiliter timeret Ioseph. Est ergo dicendum, quòd Archelaus non quærebat animam pueri, ita quòd haberet illam solicitudinem, quam Herodes habuerat ad inquirendum eum: nec etiam ipse occidisset pueros Bethlehem, si pater suus nondum occidisset illos: ipse non occideret eos. Si tamen quis diceret ei aliqua de puero isto, & colligeret ex coniecturis, quòd iste euaserat de pueris quos pater suus occiderat in Bethlehem: fortè occideret eum: ideo verisimile est, quòd occidisset. Pater tamen suus non solùm aliquo annunciante de puero occidisset illum, sed etiam nullo annunciante quæreret eum quantum posset, cùm, vt eum inueniret, occideret pueros Bethlehem: & sic Archelaus non dicebatur quærere animam pueri, quia non quærebat eum ad occidendum interrogans de illo diligenter, sed si oblatus fuisset ei occidisset illum.

Quomodo Archelaus regnaret pro Herode patre suo, Quæst. LXXX.

QVAERITVR, quomodo dicitur de Archelao, ꝙ regnauit pro Herode. Dicendum, quòd quando in aliquo regno est vnicus rex, & illo mortuo succedit alius: sequens dr̃ regnare pro præcedente. i. loco eius. Sic dr̃ quasi de omnibus regibus in 3. & 4. lib. Reg. & in toto secundo Paralipo.

Quando

Quando aliquis rex moritur dicitur, mortuus est, & regnauit pro eo filius eius, & etiam quando aliquis inuadebat regnum uiolenter occidens priorem regem dicitur regnare pro eo. 3. Regum 15. & 16. & 4 15. Ita nunc Herodes mortuus est, & successit ei Archelaus filius eius, ideo dicitur regnasse pro eo. Alio modo potest dici magis ꝓpriè: quia Archelaus specialiter quodammodo regnauit pro Herode: quia non solùm Archelaus successit Herodi, sed etiam alij duo filij eius, scilicet, Herodes, & Philippus. Solus tamẽ Archelaus regnauit. Ideo ipse habuit specialiter locum patris, qa alij habuerunt partem hæreditatis paternæ, sed non nomen regni, Archelaus autem habuit hæreditatem, & regnum, ideo ipse propriè successit patri suo, & dicitur regnasse pro eo. Circa hoc considerandum, ꝙ Herodes habuit septem filios, quorum iste fuit ordo natiuitatis, scilicet, Antipater, Alexander, Aristobolus, Archelaus, Herodes, Antipas, Philippus. Ad primum istorum, scilicet, Antipatrum videbatur pertinere regnum ex iure primogenituræ, & tamen Alexander, & Aristobolus vendicabant sibi illud propter generositatem, non solùm contra fratrem, sed etiam contra patrem. Pro quo sciendum, vt infra declarabitur, ꝙ Herodes non fuit de gente Iudæorum, sed Idumæus. Pater tamen suus conuersus est ad Iudaismum. Accidit autem eum peruenire ad regnãdum per viã, quæ infra declarabitur q. 91. regnum vero Iudæorum pertinebat ad sacerdotes de stirpe Machabæorum, q illud longo tempore tenuerant, quorum vltimi fuerunt Aristobolus, & Hircanus. Isti enim fratres erant, & maior eorum Hircanus, ad quem regnum de iure pertinebat. Sed multis bellis inter eos gestis, & mortuo Aristobolo mansit Hircanus in regno. Cui amicus erat antipater Herodis pater. Habuerat autẽ Aristobolus filium quendam nomine Alexandrum, qui accepit uxorem filiam Hircani patrui sui nomine Alexandram, ex qua genuit Aristobolum, & Marianẽ feminam. Ista Mariana post in vxorẽ accepta est ab Herode, & genuit ex Herode duos filios Alexandrũ scilicet & Aristobolum. Et sic isti erant propriè de genere regum: quia erant nepotes Hircani, & Aristoboli. Nam auus eorum, scilicet Alexander erat filius Aristoboli, & auia eorum, scilicet Alexandra erat filia Hircani, ideo secundùm rectam lineam ex utroque latere competebat eis regnum Iudæorũ. Vnde ob hoc etiam patri suo Herodi præponi uolebant contendẽtes cũ eo iudicialiter coram Romanis de regno. Herodes tamen obtinuit. Et tandem isti, ut infra dicetur q. 91. propter quasdam suspitiones ab Herode occisi sunt, & sic cessauit successor de vera stirpe Iudæorũ. Antipater autem, qui maior ætate erat de matre Iudæa nomine Dorin natus erat, ut Iosephus ait, & tamen non erat de genere regio ex parte matris, ita vt contendere posset de iure regni cum Aristobolo, & Alexandro fratribus suis viuentibus. Mortuis autem illis indubitate ad eum pertinebat. Sed postea propter quasdam suspitiones Herodes Antipatrum cõiecit in vinculis. Cùm autem semel fama percrebuisset in aula regem occubuisse, Antipater exultans in carcere de morte patris multa custodi carceris pollicebatur, vt eum dimitteret. Quod cùm cognouisset Herodes, illum occidi fecit. Manebant autem quatuor filij Herodis, quorum maior erat Archelaus. Et istum cõstituit in regem, iubens tamen, ut coronam sibi non imponeret, sed acciperet illam de manu Romanorum. Et ita contigit Archelaum regnare pro Herode, cùm esset quartus natiuitate inter filios eius.

Quomodo dicitur, quòd Archelaus regnabat in Iudæa. Quæst. LXXXI.

QVAERITVR, quomodo dicitur hic, ꝙ Archelaus regnabat in Iudæa. Dicendum, ꝙ Iudæa accipitur multipliciter. Vno modo pro tota terra Iudæorum, ideſt, omnium Israelitarum de duodecim tribus. Et sic conuertitur cũ Israel: sic dicitur Psalm. 75. scilicet. Notus in Iudæa Deus, & in Israel magnum nomen eius. Et ponuntur ibi pro eodem, & est repetitio eiusdem sententiæ per diuersa uerba ad pulchritudinem faciendam. Sic dicitur 3. Reg. 12. & 2. Reg. 20. Quæ nobis pars in Dauid, & quæ hæreditas in filio Isai. Et tamen filius Isai, & Dauid idem sunt: quia Dauid erat filius Isai. Et pars, & hereditas idem sunt, & tamen fit repetitio ad pulchritudinem. Sic patet in eisdem terminis. Psalm. 113. scilicet. In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro. Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius. Et accipitur ibi Israel, & domus Iacob pro eodem, & Iudea, & Israel pro eodem. Hoc modo non regnabat Archelaus in Iudæa: quia nõ regnabat super totam terram, quam possederunt olim Israelitæ, cùm & Iudæi nunc tempore Archelai non possiderent totam illam terram, de quo magis declarabitur. 1. Esdræ. 2. Secundò modo accipitur Iudæa ꝓ terra, quæ prouenit in sortem tribui Iuda. Quæ autẽ sit terra illa, patet Iosue. 15. vbi nominantur omnes ciuitates eius. Et licèt sic possimus uocare Iudeam à tribu Iuda, tamen non inuenitur hoc modo in scriptura accipi. Hoc modo uerum est, quòd Archelaus regnabat in Iudæa: quia totam illam terram, quę fuit sortis Iudæ habebat nunc Archelaus in iure suo, & tamen non illam solam, sed etiam aliquid aliud de sorte Beniamin, vt infra dicetur. Tertiò modo accipitur Iudea pro tota terra, quam nunc possidebant Iudei. Nunq̃ uocati sunt autem ante reditum de Babylone Iudei: quia prius uocabantur Hebræi, uel Israelitæ ab Israel patre suo, scilicet Iacob, & non uocabantur specialiter ex nomine alicuius tribus. Ex die autem, qua redierũt de Babylone uocati sunt Iudei, ut ait Iosephus 11. Antiquitatũ. Et reddit causam, scilicet, quia viri de tribu Iuda prius redierunt ad terram, quæ nunc uocatur Iudæa. Et dicit, quòd ipsa prouincia ab eis accepit nomen. Hoc modo Iudea tantum continet quantum olim continebat tota terra Israel præter terram Samaritanorum. Quod patet, quia duodecim tribus tenebant olim totam terram Chanaan, & tenuerunt eam quousque reges Asyriorum abstulerunt decem tribus de terra illa transferentes in terram Medorum. 4. Reg. 17. & in ciuitatibus eorum posuerunt alias gentes, quæ postea uocatę sunt Samaritæ, vel Samaritani, quia habitabant in vrbibus regni Israel, siue Samariæ, quia Samaria erat caput illius regni. Quando autẽ duę tribus residuæ, scilicet, Iuda & Beniamin trãslatæ sunt in Babylonem per Nabucodonosor, manserunt illi Samaritani in terris, quas prius tenebant. In terris autem, in quibus habitabant Iuda, & Beniamin nullæ gentes collocatę sunt per Nabucodonosor, vt ait Iosephus 1. Antiquitatum, sed mansit terra sine habitatore, & cultore, & requieuit toto tempore captiuitatis. Sic dicitur 2. Paralipom. 30. & 2. Esdræ 2. quòd ſsabbathizauit terra septuagĩta annis. Et hoc fuit, quia Deus non permisit, quòd quisquam illam terram interim occuparet, quia de captiuitate redituri erant Iudæi. Cùm ergo redierunt de Babylone inceperunt possidere totam terram, quam prius tenebant. Et non solùm istæ duæ tribus, scilicet, Iuda, & Beniamin possiderunt terram, quæ eis data fuerat in sortem à principio,

tipliciter accipitur. Iudæa mul

Universidad de Navarra
Biblioteca

pio,quæ habetur Ioſue 15.& 18. ſed etiam magnam terram,& vrbes de illis,quas poſſederant tribus, quæ translatę fuerant in Aſſyrios. Quod patet,quia Iudæi tempore Chriſti poſſidebant Galilæam. Nam ibi habitauit Chriſtus,ſcilicet in Nazareth, ut patet in litera,& tamen Galilæa erat in tribu Nephtali, & Zabulon,ut patet infra 4.& Iſa.9. Nam Samaritani, vel nō occupauerunt omnes vrbes, quas tenebant decem tribus translatę in Aſſyrios, uel ſaltem deſierant eas poſtea poſſidere. Paucam enim terram poſſidebant Samaritani.Iſti tamen dolentes de reditu Iudæorum de Babylone,impediebāt eos ædificare templum, & accuſauerunt illos apud regem Perſarum Artaxerſem. 1.Eſdræ.4.Et ſic cùm Iudæa hoc modo contineat totam terram,quam olim tenebant omnes Iſraelitæ p̄ ter terram Samaritanorum diſtinguitur Iudæa cōtra Samariam.Sic accipitur Iudęa Actu.1.ſcilicet. Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudęa, & Samaria,& uſque ad vltimum terræ. Et hoc modo non diſtinguitur Galilæa contra Iudęam, ſed includitur in ea. Et ſic Herodes pater Archelai uocari poterat rex Iudęę,quia dominabatur in tota terra, in qua Iudæi erant,& ſic nos communiter accipimus Iudęam, quādo loquimur uulgariter, licèt ſcriptura per multos modos diſtinguat. Quartò modo accipitur Iudęa pro una medietate regni Iudæorum, cuius pars precipua erat ſors Iudę,licèt aliquid eſſet in illa de ſorte Beniamin.Et ſic diſtinguitur Iudæa contra Galilęam. Quia licèt in Galilęa habitarent Iudęi, non uocabatur Iudæa. Sic diſtinguitur hic, cùm dicitur, quòd Archelaus regnabat in Iudęa. Et ob hoc Ioſeph non iuit illuc,ſed in partes Galileę. Sic etiam accipitur infra 4. ſcilicet.Et ſecutę ſunt eum turbę multę de Galilęa,& de Ieroſolymis, & de Iudęa.Sic etiam accipitur Luc. 3.ubi ponitur Iudæa tanquam una Tetrarchia. Poſſet tamen dici, quòd aliquando accipitur Iudæa hic ſolùm pro ſorte tribus Iuda, quia nō eſt in hoc aliqua difficultas. An tamen accipiatur hic Iudæa tam ſtrictè,ſicut ſequenti cap.& infra 4.& Luc.3.ſequenti capit.declarabitur. Hoc modo accipitur hic Iudæa, ſcilicet,pro medietate regni Iudęorum,ſiue terrę, in qua nunc habitabant Iudæi. Pro quo ſciendum, quòd Herodes pater Archelai fuerat rex totius regni Iudæorum.Moriens autem inſtituit Archelaum in regem, ut ſuccederet ſibi in toto regno: iubens tamen ne coronam ſibi imponeret, ſed à Romanis illā acciperet, ut ait Ioſephus,& infra magis declarabitur. Ad accipiendum autem coronam uenit Romam, fratres autem eius Herodes, & Philippus illuc iuerunt petētes partes hęreditatis paternę. Decretum autem eſt per Octauianum,q̄ Archelaus regnaret, & tamen haberet ſolùm medietatem regni paterni, quę medietas uocata eſt Iudęa. Aliam medietatem diuiſit in duas partes,quę uocantur Tetrarchię, ideſt, quartę partes reſpectu totius regni,& vnam dedit Herodi, & uocata eſt Tetrarchia Galilæę,aliam autem dedit Philippo fratri eius, & factus eſt Tetrarcha Trachonitidis,& Ituręę. Et ſic Archelaus regnauit in Iudęa, & non in Galilęa, nec in Ituręa, & Trachonitidę regionibus. Vnde non regnauit ſicut pater ſuus Herodes, & ſic poſt iſtum Archelaum fuit iſtę nouus modus diſtinguendi Iudæam à Galilęa.

Quomodo timuit Ioſeph ira in terram Iudææ.
Queſt. LXXXII.

Opinio aliquorū. Improbatur opin. p̄dicta.

QVAERITVR, quomodo timuit Ioſeph ire in terram Iudęę,cùm angelus dixiſſet ei,quòd rediret de Aegypto in terram Iſrael, & ſic uidetur, quòd peccabat timendo ire, quò iubebatur. Aliquis dicet, quòd licet angelus dixiſſet Ioſeph, q̄ iret in terram Iſrael, cum tamen ipſe videret cauſam timendi, poterat ſecundum humanā prouidentiam timere,& cauere ire illuc. Dicēdum,quòd hoc non ſtat,quia ſicut in eis vbi eſt periculum peccatum grauius eſt, & grauis præſumptio ſi quis propter diuinam confidentiam omittat facere ea,quę poſſunt fieri per humanam prudentiam, cùm hoc ſit tentare Deum: ita illicitum eſt, & defectus magnus fidei, ſi quis attendat ad humanam prudentiam, & cautelā in his in quibus Deus iam præſtitit ſecuritatem. Sicut ſi Apoſtoli, quibus Chriſtus dixerat, quòd non cogitarent quid loquerentur, quia Spiritus ſanctus daret eis, quid loquerentur adhuc cogitarent quomodo formarent reſponſiones ſuas, quia ſic aut non confiderent de verbo Chriſti, aut præponerent iudicium ſuum Spiritui ſancto, vt octauo magis declaratum eſt. Ita nunc ſi Ioſeph iuſſus eſſet ab angelo ire in aliquem locum,& non confideret ire illuc, peccaret. Verum eſt tamen,quòd homo non peccat timendo facere ea, quæ Deus iubet,ſed ſi propter timorem illa omittat facere. Nam Chriſtus timuit mortem,quā Deus decreuerat eum ſubire, & tamen propter hoc non diuertit ſe ab ea. Ita cùm Deus iuſſerit nobis pro fide, vel iuſtitia in caſu vitam ponere, licitum eſt hoc timidè facere propter naturale deſiderium vitæ, & tamen propter hoc non eſt euitanda mors. De Ioſeph autem adhuc aliter erat, quia angelus nihil ei iubebat niſi quod eſſet ſecurum: cùm propter ſecuritatem ſecerit eum fugere in Aegyptum. Nunc autem iubebat ei,quòd rediret in terram Iſrael: ergo ſecurum erat redire: maxime cùm dixerit ei, defuncti ſunt qui quærebant animam pueri. Dicendum,quòd Ioſeph nō peccauit timendo ire in Iudæam, cum iuſtè timuerit, & eius timorem angelus approbauerit, faciendo quòd non iret in Iudæam. Ad rationem in contrarium dicendum, quòd ſi Angelus dixiſſet Ioſeph, quòd iret cum puero in aliquem determinatum locum,& timeret Ioſeph illuc ire, & nollet ire, peccaret. Quando tamen Dominus iubet homini aliquid in generali, vel quod generale eſt: licèt dubitet circa aliquod particulare in operatione, non eſt diffidentia, nec peccatum, quia in vniuerſali ſermone non intelliguntur, quæ particulariter poſſunt euenire, vel cogitari. Ita nunc iuſſit angelus Ioſeph,quòd rediret in terram Iſrael, & terra Iſrael eſt nomen generale includens Galilæam, & Iudæam, & Ituræam, & Trachonitidem: ſicut hic accipitur: ideo poterat timere Ioſeph ire in Iudæam, & non ire illuc. Aliter poteſt dici, quòd Ioſeph nihil hic faciebat illicitum contra dictum Angeli,quia Angelus iuſſerat ei redire in terram Iſrael, & quòd nollet ire in Iudæam non erat contra hoc mandatum, quia poterat ire in Galilæam, aut Trachonitidem,vel Ituream, quæ erant de terra Iſrael,& ſic iret in terram Iſrael,licèt non iret in Iudæam.Aliter poteſt dici, quòd etiam ſi Deus aliquid iubeat homini in particulari poteſt circa iſtud dubitare, & aliqualiter ceſſare ab illo quouſque habeat à Deo certū reſponſum. Vt ſi Deus iubeat homini aliquem actum particularem,& poſſet circa illum occurrat aliqua difficultas, quam homo neſcit, quomodo ſe habeat: licèt homo confidere debeat,quòd Deus,qui iuſſit ei illam rem, etiam ſi ſit adhuc facere,dabit ei exitum conuenientem: tamē quouſque ſciat quomodo illi difficultati nouiter emergenti occurratur, vel an propter illam opus omittendum ſit, licitum eſt homini dubitare, & à Deo petere, & quouſque reſponſum ſit, nihil facere de eo, quod imperatum eſt.Sic patet in Virgine, cui angelus dixit, q̄ conciperet, & pareret filium,& vocaretur altiſſimi filius. Luc.1. Virgo non dubitauit quin angelus verum dicęret,

diceret, & tamen non conſenſit in illum conceptum, & partum quouſque certificaretur de dubio, ſcilicet. Quomodo fiet iſtud,quoniam virum non cognoſco? Angelus autem dixit, quòd Spiritus ſanctus ſuperueniret in eam,& tunc ipſa certificata de hac difficultate conſenſit dicens.Ecce ancilla Domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum. Ita de Ioſeph poterat eſſe, quod etiam ſi Deus mādaſſet ei expreſſe redire in Iudæam: & poſtea veniens inueniret iſtam difficultatem eundi, ſcilicet, quòd regnaret Archelaus, quem ipſe poterat veriſimiliter timere, non tenebatur ire illuc, ſed manere ſub dubio expectans diuinum reſponſum ſuper hoc. Et non diceretur propter hoc incredulus,vel diffidens, quia non dubitabat de eo quod Deus iubebat quin fieri poſſet conuenienter, & tamen ipſe neſciebat modum inſurgente ſibi hac difficultate: ideo expectabat reſponſum ſuper illa.

Qnomodo fuit ſecurum Chriſto redire in terram Iuda.
Queſt. LXXXIII.

QVAERITVR, quomodo fuit Chriſto ſecurum redire in terram Iſrael, viuente Archelao, & non fuit ſecurum redire viuente Herode.Dicēdum,quòd hoc fuit,quia Herodes querebat animam pueri,Archelaus autem non. Nam defuncto Herode, dicitur: defuncti ſunt,qui quærebāt animam pueri, & tamen non erat defunctus Archelaus. Cauſa autem differentiæ poterat eſſe multiplex. Prima quia tempore Herodis negocium iſtud fuerat recens venientibus Magis ad Herodem,& annuncian tibus de rege nato,ſed poſt illud vixerat longo tempo re Herodes,& ſic incipiente regnare Archelao erat iā aliqualiter inueteratum, & parum de eo curabatur. Secunda, quòd Herodes occiderat pueros in Bethlehem, & poterat putari q̄ ibi occiſus eſſet & ille, qui quærebatur,& ſic non videret Archelaus, quid facere poſſet. Nam etiam ſi ad pacificandum ſtatum regni ſui Archelaus vellet illum puerum occidere: neſciret quid faceret,vel vbi eum inquireret, vel an viueret, & propter iſtam difficultatem inueniendi ceſſaret eum quęrere.Sicut dixit Dauid,q̄ fugere volebat in terram Philiſthinorum, & Saul deſperaret poſſe inuenire eū, & ceſſaret ipſum quærere in toto Iſrael, primo Reg. 27.Tertia,quia poterat Archelaus putare famam illā de Meſſia nato fuiſſe falſam, cùm iam tanto tempore nihil apparuiſſet de eo, vel ſaltem non continuaretur ipſa fama,ſicut prius inceperat. Quarta, quia iſtud negocium non ita directè tangebat Archelaum ſicut patrem ſuum Herodem, quia ille erat rex totius terræ Iudæorum: ideo Meſſias non poterat regnare quin ſibi repugnaret occupando totum regnum,vel partem eius. Archelaus autem habebat ſolùm medietatem, & fratres ſui habebant aliam medietatem ideo poterat eſſe,q̄ etiam ſi regnaret non impediret eum occupando aliquam partem terrę eius. Quinta eſt,quia Archelaus non poterat Chriſto nocere, ſicut Herodes. Quia Herodes erat Dominus totius terræ Iudæorum, & ſic non poterat venire in aliquam partem Iſrael, q̄n Herodes ibi poſſet eum occidere. Archelaus autem non poterat,quia ſolùm dominabatur in Iudæa. Et ſic ſi iret Chriſtus in Galilæam, aut Trachonitidem, ſiue Ituræam, non poſſet nocere ei Archelaus. Et iſta eſt vera cauſa. Nam Ioſeph non auſus eſt ire in Iudæam, quia ibi regnabat Archelaus, & iuit in Galilæam, vbi ipſe non dominabatur. Ideo propter differentiam dominii auſus eſt redire nunc in terram Iſrael, & non tempore Herodis: qui in tota illa terra regnabat. Sed dicetur, quòd etiam ſi Chriſtus iret in Galilæam,poſſet eum inde habere Archelaus, quia frater ſuus Herodes,qui dominabatur in Galilæa traderet ſibi illum. Dicendum, quòd Archelaus & Herodes non erant ſibi concordes: quia Archelaus regnaturus erat in tota terra Iudæorum, ſicut inſtituerat pater ſuus Herodes. Et tamen petentibus Herode, & Philippo fratribus Archelai partem hæreditatis paternæ diuiſum eſt regnum,ut ſupra dictum fuit, & ſic Archelaus priuatus eſt pleno iure regnandi propter Philippum, & Herodem,& ipſi poſſidebant terras illas inuito Archelao. Ideo non concordabant inter ſe, & ſic Herodes non permitteret aliquos de Galilæa trahi in Iudæam, & quòd aliquod paterentur ad complacendum Archelao fratri ſuo.

Quomodo Ioſeph auſus eſt ire in Galilęam, cum ibi dominaretur Herodes filius alterius Herodis.
Queſt. LXXXIIII.

Angelus monuit Ioſeph q̄ iret in Galilæā propter tres cauſas.

QVAERITVR, quomodo Ioſeph auſus eſt ire in Galilęam, cùm ibi dominaretur Herodes filius alterius Herodis, qui pueros occiderat. Dicendum, quòd angelus admonuit eum in ſomnis ire in Galilæam, & non in Iudæam, & ſic cùm particulariter eum iam admoneret, non dubitauit ire.Sed dicitur, cur angelus dixit, quòd iret in Galilæam, & non in Iudæam. Dicendum eſt primò, quia regnaturus erat Meſſias, ideo directè ipſe repugnaret regi,& tamen Herodes non erat rex nunc,ſed Archelaus,ideo poterat putare, quòd Meſſias etiam ſi regnaturus eſſet non impediret dominium eius,maximè quia in eodem regno poſſunt eſſe multi duces, & comites,& marchiones,& in aliis dignitatibus: rex tamen unicus eſſe debet. Nec eſt poſſibile plures eſſe manente unitate regni. Ita adhuc regnāte Meſſia poterat iſte Herodes dominari in Galilæa, & ſic non curaret obuiare Meſſiæ.Secundò,quia iſte Herodes partem regni Iſrael habebat, ſcilicet, unam Tetrarchiam,ideſt,quartam parrem de terra, quæ poſſidebatur à Iudæis, non computata terra, quæ poſſidebatur à Samaritanis, quæ etiam ad Meſſiam deberet pertinere ſi temporaliter regnaret, quia illa fuit terra tribuum Iſrael.Ideo poterat Meſſias regnare non cōtendendo cum ipſo Herode. Tertiò, quia iſta perſecutio Chriſti,quam nunc facere deberent filij Herodis mortui, ſi facerent videretur eſſe principaliter ad fauendum factis paternis: quia ille perſecutus fuerat eum: Archelaus autem regnabat loco Herodis, & de uoluntate eius, quia ipſe non ſolùm Iudææ,ſed totius terræ Iſrael eum regem inſtituerat, ideo uolebat fauere factis eius. Herodes autem, & Philippus non præſidebant de uoluntate patris, ſed potius contra voluntatem eius,cùm ipſe Archelaum inſtituiſſet regem in tota terra Iſrael, & nullas terras alijs reliquiſſet. Ideo Philippus, & Herodes non fauebant paternis factis, ita ut propter eum uellent occidere puerum, quem ipſe perſequebatur.Ideo potuit ſecurè Chriſtus manere in terra Philippi, vel Herodis, ſed non in terra Archelai.

Si Ioſeph timuit ire in Iudæam, & poſtea admonitus fuit ab angelo,quid faceret,ſi non fuiſſet admonitus.
Queſt. LXXXV.

Prima rō huius opinionis ſecū dæ fundata in auctoritate.

QVAERITVR, cùm Ioſeph timuit ire in Iudæam,poſtquam admonitus eſt ab angelo, q̄d faceret ſi non fuiſſet admonitus. Aliqui dicunt, quòd debebat redire in Aegyptū: quia non erat ſibi ſecurum ire quò angelus iubebat. Quidam dicunt, quòd non licebat, quia ante hoc licuit Ioſeph manere in Aegypto ex mandato angeli, & ta-

Universidad de Deusto Biblioteca

Sed tamen nunc ex arbitrio ſuo non liceret:quia dicũt, quòd non licebat alicui Iudęo in Aegyptũ ire, quia Deuteron.17.dicitur,ſcilicet. Non reducet rex populum in Aegyptum, præſertim cùm Dominus præceperit uobis,vt nequaquam amplius per eandem viam reuertamini. Item Ierem.43. Deus comminatur Iudæis, qui volebant deſcendere in Aegyptum, quòd perirent, & nemo eorum reuerteretur in terram Iuda. (Secũda rõ.) Dicendum, quòd hoc nõ obſtante licebat Ioſeph redire in Aegyptum niſi aliud obſtaret: quia Iudæis licebat manere in Aegypto. Plurimi namque habitabant ibi, & habitauerant prius tempore Machabæorum,& tamen non peccabant,quia aliàs Iudæi,qui eſſent in terra Iſrael non reciperent eos ad communionem tanquã tranſgreſſores legis, & manentes in manifeſta rebellione ad legem habitantes in Aegypto contra interdictum legis. (Rñſio auctoris ad q̃ſitum qõn.) Sed falſum eſt, quia Iudæi, qui erant in Ieruſalem, & tota terra Iſrael vocabant eos fratres,& ſcribebant eis tanquã fratribus cõfortando,quòd obſeruarent feſtiuitates nouas, quæ inuentę fuerant nunc in Iudæa,ſcilicet purificationem, & diẽ ignis.2.Machab.1.cùm dicitur: fratribus,qui ſunt per Aegyptum Iudæis, ſalutem dicunt fratres, qui ſunt in Ieroſolymis Iudæi. (Ad primam rationem.) Ad primam auctoritatem dicendum, quòd ibi non vetuit Deus alicui Iudæo ire in Aegyptum,vel morari ibi, ſed vetuit toti populo, ſcilicet,ne totus populus redire uellet in Aegyptum relicta terra Chanaan, quam Deus eis tradiderat poſſidendam. Sicut aliquando uoluerunt facere, quando erant in deſerto dicentes: Conſtituamus nobis ducẽ, & reuertamur in Aegyptum. Numeri 14. Et ſatis apparet hoc: quia loquitur ibi Deus toti populo, & dicit,quòd rex non reducat illum in Aegyptum.De aliquo autem Iudæo,vel multis, quòd in Aegypto habitarent non erat interdictum. Nam cùm in omni natione,quæ ſub cęlo eſt habitarent Iudæi, etiam habitarẽt in Aegypto Act.2.Et ibi cùm exprimũtur quædam regiones de illis,in quibus habitabant Iudæi,ponitur etiam Aegyptus, & tamen dicitur, quòd erant viri religioſi Iudæi de omnibus illis nationibus: ergo non peccabant habitando in Aegypto. Niſi fortè qs abhominatus terram Iſrael, & quaſi contemnens hæreditatem illam Dei, quam ipſe tantum laudauerat, vellet ire ad habitandum in Aegyptum. Peccaret.n. ſicut illi, qui dixerunt, quòd melius fuerat ſibi mori in Aegypto ſuper ollas carnium,& comedere ibi porros, & cępas, & allea, quàm venire ad poſſidendum aliam terram. Nam increpantur, & puniuntur Numeri 11. Iudæi tamen uolentes habitare in Aegypto propter aliam cauſam, ſcilicet, quia fortè poſſent ibi facilius viuere,non peccarent. (Ad ſcđam.) Ad ſecundam auctoritatem dicendum, quòd Deus comminatur illis, quia illi conſulerant Dominum per Ierem. & dixerant, ꝙ quidquid Deus reſponderet, facerent. Dixit autem, quòd non irent in Aegyptum, & ipſi ire contendebant,ideo Deus comminatur eis multa mala tanquã manifeſtis rebellibus, & contemnentibus mandatum eius. Aliter etiam peccabant iſti, quia non deſcendebant nunc ad habitandum in Aegyptum aliquæ perſonæ ſingulares, ſed totus populus, & deſerebant terram Iſrael ſine habitatore:ita ut poſſent uenire alij populi,& occupare eam. Et hoc erat directè contra mãdatum Dei. Deuter.17. Ideo etiam ſi nunc Deus ſpecialiter eis non inhibuiſſet ire in Aegyptum, non liceret illuc ire.Dicendum ergo,quod iſtud non obſtabat Ioſeph,quin poſſet redire in Aegyptum. Non licebat tamen ei redire illuc,quia angelus iuſſerat ei,quòd rediret de Aegypto in terram Iſrael, ideo nõ licebat reuerti in Aegyptum, quia erat directè contra mandatum angeli. Eſt ergo dubium, an teneretur ire in Iudæam exiſtente iſto timore. Dicendum, quòd non obligabatur ille ire illuc,& non ſolùm non obligabatur ire, immo ſi exiſtente iſto timore non certificatus amplius per Deum iret illuc ſubijciens puerum periculo,ut ipſe putabat,peccaret. Dici autem poterat,ꝙ Ioſeph poterat implere mandatum angeli, quia ſi timebat ire in Iudæam,iret in Galilæam,vel in aliquam partem Trachonitidis, aut Itureæ,in quibus non erat periculum, nec etiam ipſe timebat, cùm ſolùm dicatur,quòd timuit ire in Iudæam audiens, quòd regnaret ibi Archelaus. Et eundo in aliquam terram illarum iret in terram Iſrael, & impleret præceptum angeli. Quia tamen Ioſeph occurrente iſto dubio habuit ſpecialem cauſam dubitandi, uoluit ſeipſum determinare:ſperans,quòd angelus ei reſponderet, ſicut ſæpe facere ſolebat. Et tamen ſi angelus ei non reſpondiſſet, debebat Ioſeph ire in Galilæam, ſiue in aliquam partem Trachonitidis,aut Itureæ, ſicut dictum eſt.

Ad quid Ioſeph timuit ire in Iudęam. Quæſt. LXXXVI.

QVAERITVR, ad quid dicitur hic,quòd Ioſeph timuit ire in Iudæam, quia regnabat ibi Archelaus. Nam etiam ſi non regnaret ibi Archelaus, nihil facturus erat ibi Ioſeph, ſed ſolũ in Galilęa in urbe ſua Nazareth.Quidã dicũt, ꝙ Ioſeph cùm eſſet de domo Dauid, & haberet originẽ ex Bethlehem.Luc.2.& Bethlehẽ erat in ſorte Iudæ,ut patet ſupra ĩ lr̃a,uolebat ire Ioſeph ad habitãdũ ĩ Bethlehẽ,& ſic iturus erat ĩ Iudęã. Dicẽdũ,ꝙ Ioſeph nõ intendebat ire in Bethlehẽ ad habitandũ, qa nihil ibi habebat,ſed ipſum,quod Ioſeph, & virgo habebãt erat in Nazareth,& ibi habitabant parentes Virginis, & ibi deſponſata eſt, & concepit. Luc.1. In Bethlehẽ Ioſeph & Virgo nunquam habitauerunt niſi ex neceſſitate. Quia non legitur, quòd aliquo tempore ibi manſerint, niſi quando Chriſtus natus eſt. Et patet hoc. Quia ſi Ioſeph & Virgo habitaſſent in Bethlehẽ magno tempore,ſicut in Nazareth,Iudęi non dicerẽt de Ieſu,quòd erat de Nazareth, & non de Bethlehẽ. Et tamen dicebant hoc in tantum,quod propter iſtud negabant eum eſſe Meſſiã.Io.7.Ergo Virgo & Ioſeph non habitauerunt aliquanto tempore in Bethlehem, ſed ſemper in Nazareth.Et adhuc ipſo tempore,quo Chriſtus natus eſt in Bethlehem non iuerunt illuc Ioſeph & Virgo,quaſi aliquid de re familiari ibi hẽrent expediendum: ſed ex neceſſitate compulſi propter profeſſionem faciendam: quia erant de domo Dauid. Et iſtam cauſam innuit Luc.2.c.Chriſto tamen nato,& præſentato in templo non redierũt in Bethlehem:ſed dicitur quòd iuerunt in Nazareth. Luc.2.Et tamen ſi habitatio ſua eſſet in Bethlehem,poſt præſentationem Chriſti in templo, quæ facta eſt in Ieruſalẽ, redirent in Bethlehem,& non redierunt, ſed iuerunt in Nazareth. eo.c. Ergo non habebant habitationem in Bethlehem.Item quia non ſolùm dicitur, redierũt in Nazareth, ſed dicitur quòd redierunt in Nazareth ciuitatem ſuam. Et ſic Nazareth erat locus,in quo ipſi habitabant.Aliqui dicunt, quòd poſt præſentationẽ Chriſti in templo non redierunt Ioſeph & Virgo in Bethlehem,quia ibi futura erat occiſio paruulorũ per Herodem,alioquin rediſſent illuc, & non iuiſſent in Nazareth. Dicendum quod non ſtat, quia ſi propter hoc non rediſſent in Bethlehem, etiam non irent in Nazareth, quia nec ibi erat locus ſecurus, cùm oportuerit Ioſeph fugere in Aegyptum. Ergo poſt præſentationem in templo Ioſeph non iret in Nazareth, ſed rediret in Bethlehem, uel iret in Aegyptum. Maximè, quia hoc non poteſt ſtare cùm dicatur Luc.2.

quod reuerſi ſunt in Nazareth ciuitatem ſuam.Et ſic innuitur, quod non redierunt illuc propter aliquam ſpecialem cauſam de nouo emergẽtem, ſed quia erat ciuitas ſua,ideſt,quia ibi habebant ſuum domicilium. Sic patet, quia quando Lucas dixit, quod iuit Ioſeph, & Virgo in Bethlehem expreſſit cauſam ſpecialem, ſcilicet,quia oportebat eos ibi profiteri, quia erant de domo Dauid: hic autem non dixit niſi, quod reuerſi ſunt in ciuitatem ſuam Nazareth. Ergo hic erat domicilium eorum,& non in Bethlehem.Item patet,qa ſi habitarent in Bethlehem non oporteret,quod ad faciendam profeſſionem irent illuc,ſed eſſent ibi,quando fieret, & tamen dicitur eo.c.quòd aſcendit Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam in ciuitatẽ Dauid:eo quod eſſet de domo, & familia Dauid. Dicendum ergo, quòd nihil habebant Ioſeph & Virgo propter quod habitare uellent in Bethlehem. Cùm autem dicitur,quod Ioſeph timuit ire in Iudæam, intelligitur de tranſitu per Iudæam, & non de habitatione in ea. Et iſte eſt uerus ſenſus intelligendo,quòd Ioſeph nolebat habitare in Iudæa, ſed uolebat ire in Nazareth ciuitatem ſuam, & tamen tranſiturus erat uia recta per Iudæam, quia, ut ſupra fuit declaratum, cùm diximus de itinere Aegypti, accipitur illud iter per deſertum iuxta mare occidentale per ciuitates Philiſthinorum,ſcilicet, per Gazam, & alias. Et propter hoc Deus dixit, quòd iter de terra Aegypti in terram Chanaan eſt per terram Philiſthinorum. Exod. decimotertio,ciuitates tamen Philiſthinorum ſunt in ſorte Iudæ. Ioſue. 15. Et ſic erant in Iudæa. Ideo iter rectum ad ueniendum de Aegypto in Galilæam erat per terram Iudææ. Ioſeph autem timuit tranſire per illam propter Archelaum, ideo dicitur, quòd timuit ire in Iudęam, & ob hoc oportuit,ꝙ flecteret iter ſuũ multum extra rectitudinem, ut non tranſiret per Iudæam ſaltem non per medium eius.Et hoc videtur ſignificare littera cùm dicitur: Seceſſit in partes Galilææ,ideſt diuertit, vel declinauit à recto conuertens ſe contra Galilæam. Alio modo poteſt dici, quòd Ioſeph volebat nunc ire ad habitandum in Iudæa non quaſi haberet ibi aliquod ſpetiale domiciliu propter quod illuc vellet ire: ſed quia pauper erat viuens de labore manuum ſuarum: nam faber erat.Mar.6.& poterat viuere vbicunque.Et forte putabat, quòd conuenienter poſſet viuere nunc in Iudæa. Præcedens tamen ſenſus melior eſt.

In qua tribu erat Nazareth. Quæſt. LXXXVII.

QVAERITVR de ciuitate Nazareth in qua Tribu erat. Dicendum quod ſaltem ęx hoc loco apparet, quod non erat in ſorte Iudæ,cũ diſtinguatur hic Iudæa, & Galilæa: & Nazareth erat in Galilea,vt patet in litera. Eſt autem dicendum,quòd eſt Nazareth in ſorte Nephtali non longè à mari Galilææ. Vnde inter ciuitates ſortis Nephtali ponitur Nazareth ſub alio nomine, vt declaratum eſt Ioſue.19. Eſt aũt Nazareth Ciuitas Galileę diſtans per ſeptẽ leucas à mari Mediterraneo Occidentali. Eſt.n. modicũ magis occidentalis q̃ Hieruſalẽ: quia Hieruſalẽ à mari Mediterraneo diſtat p̃ nouẽ leucas,aut plus: Nazareth autem modicum diſtat: & eſt non longe Nazareth a quadam ciuitate, quæ uocatur Achon, quæ eſt in portu maris Mediterranei, & fuit vltima quam Sarraceni receperunt de manibus Chriſtianorum: & ibi plurimi Chriſtiani perierunt. Et hanc ſolet uocare ſcriptura Ptholomaidem in libris Machabæorum. Eſt enim ciuitas Nazareth nunc quaſi omnino deſtructa,licèt olim fuit ciuitas ſatis glorioſa: & uſque hodie habetur in ea locus, in quo Gabriel ſalutauit Virginem. Et eſt ibi quædam capella exciſa de petra in rupe: & ſunt ibi tria altaria. Magna autem pars ciuitatis Nazareth erat antiquitus exciſa de rupe: & adhuc hodie apparet. Eſt etiam in ipſa ciuitate adhuc Synagoga illa in Eccleſiam tamen commutata, in qua Ieſu docenti traditus eſt liber Iſaiæ Prophetæ: & aperuit illum,& legit in loco,vbi dicitur: Spiritus Domini ſuper me &c. & ait, Hodie completa eſt ſcriptura hæc in auribus noſtris. Luc.4. Eſt etiã in fine ipſius ciuitatis in Eccleſia Sancti Gabrielis, quidam fons,qui ab incolis in magna veneratione habetur:de quo aſſeritur benedictiſſimum puerum Ieſum aquã ſępe habuiſſe, & portauiſſe matri ſuæ,qa miniſtrabat ei,& ſubditus erat ipſi,& Ioſeph nutritio ſuo.Luc.2.ſ. Deſcendit cum eis, & venit in Nazareth,& erat ſubditus illis. Extra Nazareth contra Auſtrum ad vnum iactum baliſtæ eſt locus, qui vſque hodie vocatur ſaltus Domini, vbi volebaut Iudæi Chriſtum præcipitare,quia nolebat facere miracula in Nazareth, ſicut in alijs locis. Sed ipſe exiuit de manibus eorum. Luc.4. Et ſubito inuentus eſt in latere montis oppoſiti ad iactum arcus,& videntur ibi quædam lineamenra corporis,& veſtium lapidi impreſſa. De monte iſto videtur mons Hermon,& mons Hermonim, qui eſt paruus mons,de quo dicitur Pſal.41. Hermonij a monte modico. Videtur etiã mons Thabor,& ciuitas Naym, in qua Chriſtus ſuſcitauit filium viduæ. Luc.7. Et videtur etiam tota latitudo campi magni Eſdrelon, de quo in libro Iudith: & ab iſta ciuitate contra orientẽ diſtat per duas leucas mons excelſus Thabor in quo Chriſtus trãsfiguratus eſt. infra 17.& Mar.9.& Luc.9. De Nazareth ad tres leucas contra Aquilonem, & modicum declinando contra occidentem eſt oppidũ quòd nocatur Sephorum: & ſupra illud eſt caſtrum ualde pulchrum, & de hac ciuiate communiter tenetur, quòd fuerit oriundus Ioachim pater Virginis. Ft eſt iſtud oppidum in tribu Aſer,& ipſum, & etiam Nazareth eſt in prouincia Ituræ: quia illa pars Galilææ eſt Ituræa. De his frater Brocardus Theutonicus in libro ſuo de diuiſione terræ ſanctę,& Marinus Venetus in lib.ſuo de eodem.

Quomodo poterat habitare Ioſeph in Nazareth, cùm eſſet de tribu Iuda. Quęſt. LXXXVIII.

QVAERITVR, quomodo poterat Ioſeph habitare in Nazareth cùm ipſe eſſet de tribu Iuda,& de progenie Dauid originem trahens de Bethlehem. Luc.11.Dicendum quòd tribus,& familię diuerſæ habebant poſſeſſiones diuerſas, & terram inter ſe diuiſam iuxra diuiſiones, quæ habentur Ioſue 15.vſque ad 19. Et iſtę poſſeſſiones,ſ. tam agri, quam loca habitationum non debebant miſceri,nec tranſire de tribu in tribũ, ſed quòd manerẽt ſeparatæ & diſtinctæ, ſicut Deus diſtinxerat eas Numeri 36.Licebat tamen uiris unius tribus ire ad habitandum ad loca aliarum tribuum; ſi bene ibi eſſe ſibi reperirent: ſicut dicitur Iudicum 17. de Leuita, qui erat de Bethlehem, & egreſſus eſt, & peregrinari uoluit ubicumque ſibi commodum reperiſſet, & venit in terram Ephraim, habitauitque in domo Michæ. Iſti tamen non poterant habere poſſeſſiones in locis illis,ad quæ tranſibant, ne confunderentur hæreditatum diſtributiones, & tranſiret hæreditas de tribu in tribũ. Et ſi aliquando emerent poſſeſſiones,ideſt,bona immobilia,non poterant illa ſemper tenere,ſed cogebantur reſtituere quandocunq; uenditores uellent illa redimere dara parte præcij, & fructibus ſuſceptis per emptorem computatis in ſortem: & ſi uenditor non poſſet redimere, uel nollet,ſaltem in iobelæo redibat

Universidad de Deusto Biblioteca

dibat ad ipsum possessio, scilicet, anno quinquagesimo. Leui. 25. Ita ergo Ioseph, licèt esset de tribu Iuda, poterat habitare in Nazareth, quę erat de tribu Nephtalim. Sed dicetur, quòd non licebat hoc nisi Leuitis. Nam ille, de quo dictum est Leuita erat: & isti, quia non acceperant possessionẽ inter Israelitas. Nume. 18. & Iosue 13. poterant discurrere per totã terram Israel. Secus autem de laicis, qui acceperant possessiones determinatas, quia non uidetur illis licere habitare in sortibus aliarum tribuum. Dicendum, quòd non solùm licebat hoc Leuitis, sed etiam laicis. Quod patet, quia aliqui de tribu Ephraim habitabãt in sorte Beniamin. Iudicum 19. de illo sene, qui recepit Leuitã in domo. Nam dicitur, quòd erat de monte Ephraim, & habitabat peregrinus in Gabaa, quæ erat in tribu Beniamin. Ergo etiam laicis licebat habitare extra terram tribus suæ. Et ita esset de Ioseph. Sed dicendum, quòd nunc tempore Ioseph non solùm licebat uiris de una tribu habitare in sorte alterius tribus, sed etiam habere possessiones alterius tribus. Quod patet, quia post reditũ de Babylone sola tribus Iuda & Beniamin mansit in Iudæa. Aliæ autem decem tribus in terra Medorum, & Persarum sunt. Vnde non solùm Iudæi habitantes in Iudæa erant de sola tribu Iuda, & Beniamin: sed ẽt omnes, qui sunt dispersi per Asiam, & Europam obsequentes Romanis. Decem autem tribus trans Euphratem hactenus commorari probantur, quarum multitudines inæstimabiles minimè possunt numero comprehendi. Manserunt ergo sortes illarum decem tribuum in terra Israel: & illæ aliqualiter fuerunt occupatæ a Samaritanis: & quædam partes manserunt sine habitatore. Istas autem tenebant Iudæi post reditum de Babylone. Nam Christo nato Iudæi habitabant in sorte Nephtalim, & Zabulon infra quarto. Et erant isti Iudæi de tribu Iuda, & Beniamin. Ideo oportebat, quòd isti tenerent etiam possessiones Zabulon, & Nephtalim: & sic de omnibus alijs sortibus tribuum quarum partes aliquas Iudæi tenebant. & sic non solùm non erat illicitum nunc Iudæo habitare extra terram tribus suæ: sed etiam non erat illi illicitum tenere possessionem, quæ fuerat alterius tribus. Et ita licebat Ioseph habitare in Nazareth, quæ erat de terra Galilææ, & tribu Nephtali: & habere ibi possessionem, licèt esset ipse de tribu Iuda. Cùm autem obijcitur quòd confunderentur sic diuisiones sortium, dicendum, quòd verum est si illę tribus, cuius possessiones erant, manerẽt in terra Israel. Illæ tamen recesserant nunquam redituræ sicut prophetæ prædixerant: ideo possessiones earum debebant ab alijs tribubus occupari, & diuidi per illas: & ita fieret in reditu de Babylone, quomodo tamen hoc factum fuerit declarabitur magis primo Esdræ cap. 11.

An Ioseph teneretur ire ad habitandum in Nazareth.
Quęst. LXXXIX.

QVAERITVR, an Ioseph tenebatur ire ad habitandum in Nazareth, vt impleretur prophetia, quæ hoc p̃dixerat. Aliquis dicet, ꝙ sic, quia dicitur hic quòd. *Venit Ioseph, & habitauit in Nazareth, vt impleretur, quod dictum est per prophetam*, scilicet, *quoniam Nazarenus vocabitur.* Ergo oportebat illuc ire, vt istud compleretur. Maximè quia videtur dici, quòd propter hoc iuerit illuc Ioseph, vt impleretur prophetia. Item quia istud prænũciatum fuerat: si tamen Ioseph nollet ire in Nazareth, non posset impleri ista prophetia. Ideo oportebat ipsum ire illuc. Dicendum, quòd non erat obligatus Ioseph ire in Nazareth, quia aliàs non habuisset intentionem eundi in Iudęam, & ideo uidetur, quòd noluerit illuc ire nisi

F propter Archelaum. Cùm autem dicitur de prophetia, dicendum quòd non obligabat, quia id quod obligat est proprie præceptum. Prophetia autem non est præceptum, sed pręnunciatio quędam rei futuræ: ideo contra cõditionem suam est, quòd obliget. Item quia prophetia interdum est occulta eis, per quos debet cõpleri. Nemo tamen obligatur ad id, quòd nullo modo potest scire: & tamen, vt plurimum res prænunciatæ implentur in illis, & per illos, qui prophetiam ignorãt. Item dato, quòd quis sciat prophetiam, quæ per ipsum debet compleri: non tenetur implere illam nisi sibi iubeatur. Nam interdum est prophetia de malo, quod quis pati debeat, vel de malo culpæ quod facit, & tamen nemo tenetur subire pœnam spõte, quam Deus
G prænunciauit ipsum passurum: sed licet fugere ab ea quantum potuerit: & si prænunciatũ fuerit aliquod malum culpæ per ipsum patrandum: non tenetur illud implere: quia implendo peccat: sicut prænunciatum erat Christum per Iudæos occidendum: & tamẽ non tenebantur eum occidere, sed potius non occidere tenebantur: quia iustus erat. Ita nunc prænunciatũ erat, quòd Iesus Nazarenus vocaretur per hoc, quòd habitaret in Nazareth, & tamẽ Ioseph non tenebatur habitare in Nazareth, quia nesciebat prophetiam. & dato quòd sciret, nõ tenebatur implere illam: quia cũ Deus per prophetiam prænunciet aliquid, & non iubeat, ad ipsum pertinet cura implendi: & quando ei placuerit implebitur. Item quia licèt homo sciat ali-
H quam prophetiam per se implendã, quia ita prænunciatum est: fortè nesciet tempus, aut modum, & causam impletionis: quia sibi reuelatum non est. Ideo si uellet implere fortè erraret. Dimittendum ergo est Deo: quia ipse, qui prænunciauit implebit: & licèt per hominem impleri debeat: ipse tamẽ deducet eum ad tempus, vt impleatur res, sicut Deo placuerit: & sic licèt nunc Ioseph iret ad habitãdum ad alium locum: Deus taliter faceret, quòd Iesus aliquando habitaret in Nazareth, scilicet, ipse induceret aliquam opportunitatem, Ioseph non cogitante, quod oporteret eum ire ad habitandum in Nazareth, & Christum cum eo: & sic vocaretur Nazarenus. Et si Ioseph, vt impleret illam prophetiam uellet ire ad habitandum in Naza-
I reth, non esset certus an Deus sic uellet illam impleri: ideo curare non debebat de hoc? Nemo enim se debet intromittere de operibus Dei, quorum ipse nobis onus non imposuit: quia ipse non indiget adiutorio nostro.

Quomodo Christus vocatus est Nazarenus.
Quæst. XC.

QVAERITVR quomodo Christus Nazarenus vocatus est. Dicendum quod poterat uocari Nazarenus, & Bethlehemites. Nam in Bethlehem natus est, & inde uocaretur Bethlehemites, cùm propriè denominetur homo à
K loco originis. Nazareus, vel Nazarenus poterat uocari à Nazareth: quia ibi conceptus est, nutritus, educatus, & conuersatus usque ad tempus, quo cępit prędicare. Vocatur tamen Christus Nazarenus, & nunquam Bethlehemites, & hoc prouenit ex errore Iudæorum: quia putauerunt Christum natum esse in Nazareth, cùm ibi uiderunt eum semper conuersari, & ibi habitabat tota cognatio eius, & ob hoc dicebant eum esse de Nazareth, sicut dixit Philippus ad Nathanael, scilicet. Inueni Iesum filium Ioseph à Nazareth. Ioan. 1. Et dicebant propter hoc eum non esse Messiam asserentes illum esse de Galilæa. Ioan. 7. scilicet, Nunquid à Galilæa venit Christus? Quasi dicat, Messias nõ potest nasci de Galilæa. Et iterum ibi: Scrutare

scripturas, & vide, quia propheta à Galilæa nõ surgit. Sic enim totus populus vocabat Christum infra 21. scilicet. Hic est Iesus propheta à Nazareth. Ipsi etiam ministri, qui iuerunt ad tenendum eum, sic illum vocauerunt. Ioan. 18. quia Christus dixit: Quem quęritis? Et illi dixerunt: Iesum Nazarenum. Sic etiam in cruce titulus sibi appositus est, in quo vocabatur Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Ioan. 19. Sic etiam angeli vocauerunt eum Mar. 16. scilicet, Iesum quæritis Nazarenum. Ita, & nos vocamus. Et licèt fuerit Bethlehemites, non vocamus eum Bethlehemitem: sed istud nomen quod per errorem Iudæorum introductũ est magis placuit Spiritui sancto. Et sic fecerat prænũciari, quòd vocaretur Nazarenus, & non Bethlehemites. Et non fuit error similiter in nomine, sed solùm fuit error in motiuo Iudæorum. Quia verum est, ꝙ Christus Nazarenus erat, & tamen Iudæi vocabant eum Nazarenum tanquam natum de Nazareth. Et falsum erat: nam si intelligerent eum esse Nazarenum, idest, nutritum in Nazareth, non obijcerent ei, quòd non esset Messias: dicentes quòd non erat de Nazareth, & tamen obiecerunt: ergo sic vocabant eum Nazarenũ, idest, natum in Nazareth. Et ex falso motiuo verum nomen ei impositum est, quia aliàs non vocaremus eum nos Nazarenum, nisi verè esset Nazarenus.

De ordine temporum à transmigratione Babylonis, vsque ad Christum. Quæst. XCI.

QVAERITVR, nunc circa ordinem temporum, de quibus omissimus præcedenti. c. Nam diximus ibi de regimine Iudæorum, & de modo principatus eorum vsque ad captiuitatem Babylonis. Nunc autem dicendum est de regimine, & statu ipsorum à die captiuitatis, & translationis in Babylonem, quia ista multum faciunt ad intellectũ sacræ scripturę, tam noui, quam veteris testamenti, saltem vt videatur, quando sceptrum expirauit de stirpe Iudæorum, & multa de diuersitate historiarum, & temporis per hoc cognoscentur. Considerandum, quòd translatio Iudæorum in Babylonem fuit vltimo anno regni Sedechiæ, scilicet, anno vndecimo. 4. Reg. 25. & 2. Paralipom. 36. Ante hoc per vndecim annos fuerat translatus Ioacim rex Iuda in Babylonem. 4. Reg. 25. & ipse est, qui vocatur Iechonias, & genuit Salathiel præcedenti cap. Et est primus in tertia quaterdena. In ipso anno incepit historia libri Daniel. Nam trãslatus est Daniel in Babylonem, quando translatus est Ioacim rex Iuda: cùm esset ipse Daniel de cognatione regis, vt patet Danielis primo. Erat autem hoc ante Christi natiuitatem annis sexcentis, & duodecim, quia à transmigratione Babylonis vsque ad Christi natiuitatem fuerunt anni sexcenti, & vnus, vt dictum est supra in principio huius. c. & captiuatio Ioacim fuit vndecim annis ante transmigrationem totalem Babylonis, quia illa fuit anno vndecimo regni Sedeciæ. 4. Regum. 25. Et tamen Sedecias cepit regnare quando Ioacim ductus est in Babylonem. 4. Reg. 24. Et fuit hoc anno ab orbe condito ter millesimo trecentesimo quinquagesimo primo. Quinq; annis post hoc cępit prophetare Ezech. scilicet, anno. 5. transmigrationis Ioacim regis Iuda in Babylonem. Et sic fuit sex annis ante totalem transmigrationem Iudæorum in Babylonem. Ezech. 1. Et ante Christi natiuitatem annis sexcentis, & septem. Ipsa autem transmigratio in Babylonem fuit anno undecimo Sedecię, ut dictum est, & ibi cessauit regnum de linea recta Dauid, quia omnes reges, qui ante hoc fuerant post ipsum Dauid in regno Iuda fuerunt de successione recta Dauid. Postea uero nullus de hac stirpe imposuit sibi diadema regiũ, quia

A transmigratione Babylonis vsq; ad Christũ anni. 601.

A creatione mundi vsq; ad captiuitatem Babylonis anni. 3351.

A translati sunt in Babylonem, & post reditum de Babylone nemo de eis fuit rex, nec de alia tribu: sed solùm pauci de sacerdotibus, de quibus infra dicetur. Quantũ autem durauerit istud regnum, & quot reges fuerint, & qui, & multa alia circa hoc declarauimus præcedenti cap. q. 22. & 23. Cessauit autem istud regnum ab orbe condito annis tribus millibus trecentis sexaginta duobus, & ante Christi natiuitatem annis sexcentis, & uno. Et procedunt omnes hi numeri, & quos infra ponemus secundùm ueritatem Hebraicam, & non secũdùm interpretes, quam differentiam supra assignauimus in principio huius secundi capituli in prima. q. Quando Ioacim rex Iuda trãslatus est in Babylonem, multi de Iudæis translati sunt cum eo, de quibus. 4.
B Reg. 24. Sed illa fuit parua transmigratio. Postea annis undecim, scilicet, vltimo anno Sedeciæ ipse Sedecias rex, & omnes Iudæi de tribu Iuda, & Beniamin translati sunt in Babylonem præter pauperes agricolas, & vinitores, quos Nabuzardam princeps exercitus regis Nabucodonosor dimisit ad colendum terram, & habitandum in ea, vt soluerent tributa Chaldæis, & præposuit illis quendam principem nomine Godoliam virum bonum: quem quidam Iudæi maligni occiderunt, & tunc timuit totum illud vulgus Iudæorũ manere in terra propter Chaldæos: putantes, quòd occiderent eos, quia occiderant principem positum per illos. Et ob hoc uoluerunt descendere in Aegyptum, vt ibi liberarentur de manu Chaldæorum, quia Aegy-
C ptus non erat tunc subiecta Chaldæis. Erat autẽ tunc Ieremias inter illos, quia ipse manserat in Iudæa transmigrantibus alijs in Babylonem. Nam Nabucodonosor dixit ei, quòd iret in Babylonem, si vellet, sin autẽ, iret quo uellet. Ierem. 40. Ipsum consuluerunt Iudæi, ut peteret Dominum pro eis, an descenderent in Aegyptum. Et Deus dixit, quòd non descenderent, quia aliàs morerentur gladio, & fame, & peste in Aegypto, & nunquam redirent in Iudæam. Ierem. 42. Hoc non obstante Iudęi descenderunt in Aegyptum, & Ierem. iuit cum illis, nę solus maneret in Iudęa. Iere. 43. Tunc mansit tota terra Iudææ sine habitatore, & nulla gens ausa est, uel desiderauit occupare terram illam, sed septuaginta annis mansit inculta, & non habitata, & tũc
D sabbathizabat, idest, quiescebat usque ad reditum Iudęorum de Babylone. 2. Paralipom. 36. & 2. Esdræ. 2. c. De hoc latè declaratum est 4. Reg. 25. & habetur Isa. 40. usque ad 44. Fuit hoc uno anno, uel quasi post trãsmigrationem Iudæorum in Babylonem, quæ fuit anno. 19. Nabucodonosor. 4. Regum 25. Et hoc tempore floruerunt in Græcia septem sapientes. Qui sic uulgariter nominantur, quia isti fuerunt quasi primordia omnium sapientum in Græcia, licèt post istos non sapientes, sed Philosophi uocati sunt: quod Pythagoras inchoauit. Quintò anno post transmigrationem Babylonis, qui fuit anno. 23. Nabucodonosor, & ante Christi natiuitatẽ anno quingentesimo nonagesimo sexto ipse Nabucodonosor venit in Syriã, & pugnauit
E ꝯtra Moabitas, & Ammonitas, quibus subiectis iuit in Aegyptum, eamque subuertit regem eius occidens, & alium constituens, & tunc transtulit omnes illos, qui fugerant de Iudæa post mortem Godoliæ, ut supra dictum est: ut ait Iosephus 10. Antiquitatum. Plurimi tamen istorum ibi gladio, & fame, & peste consumpti sunt: sicut prędixerat eis Iere. 42. Residui eorum translati sunt in Babylonem. Et nemo ipsorum rediit in Iudæam, sed omnes mortui sunt in Babylone, quia Iere. prædixerat eis, quòd ultra nunquam uiderent locum illum, idest, Ierusalem, & Iudæam eo. cap. Ipse quoque Ieremias, ibi in Aegypto mortuus est, antequam trãsferrentur illi Iudæi in Babylonem: nam prædicantem contra idolatriam ipsorum lapidauerunt, & ibi in Aegypto

Universidad de Deusto
Biblioteca

gypto sepultus est, cuius merito multa beneficia Aegyptii susceperunt: quia fugauit serpentes de terra ipsorum. Postea uerò Alexãder Macedo: veniens in Aegyptum audita uirtute sancti uiri transtulit honorabiliter ossa eius in ciuitatem, quam in Aegypto condidit, & de nomine suo Alexandriam uocauit. De his Isido. in lib. de ortu, & obitu patrum. Fuerũt ergo tres transmigrationes Iudeorum in Babylonem, scilicet, vna cum Ioacim rege Iuda: secũda undecim annis post scilicet, cum Sedecia rege Iuda, quæ fuit maxima: tertia quæ fuit quinque annis post, in hac translati sunt Iudæi, qui fugerant in Aegyptum. Fuerant autem a die transmigrationis decem Tribuum in Assyrios vsque ad ipsam transmigrationem Iudæotum in Babylonem, quæ facta est anno 11. Sedeciæ anni centum, & triginta, & mẽses sex, & dies decem: vt ait Iosephus. 10. antiquitatum. Anno 7. post transmigrationem Babylonis incæpit Daniel haberi tanquam Propheta: quia tunc interprætatus est, & annunciauit ipsi Nabucodonosor somnium, quod ille oblitus fuerat. De quo Danielis. 2. Dicitur tamen ibi, quòd illud fuit anno. 2. regni Nabucodonor: & tamen Nabucodonosor ante captiuitatem Iudæorum, & transmigrationem Babylonis regnauerat annis. 19. ut patet. 4. Reg. 25. Sed cõputatur ibi regnum suum incipiendo a tempore, quo subiecit Aegyptios: sic ait Iosephus. 1. antiqui, scilicet, Igitur post annum secundùm Aegyptiacæ uastationis rex Nabucodonosor vidit somnium valde mirabile. Ista tamen vastatio fuit quinque annis post transmigrationem Babylonis: ut supra dictum est. Ideo fuit annis septem post istam transmigrationem somnium Nabucodonosor, & interpretatio Danielis. Et ex hoc patet, quòd fuit annis decem, & octo postquam ipse Daniel translatus est in Babylonem. Nam ipse vndecim annis, scilicet, sub rege Ioacim ductus est in Babylonem ante generalem trãslationem, quæ fuit cum Sedecia, scilicet, vltimo anno regni eius, vt supra, patet: & tamẽ post istam translationem septem annis fuit somnium, vt supra dictum est: Daniel autem vixit longo tempore in Babylone, scilicet, plus octoginta annis, vel quasi. Quod patet, quia Daniel translatus est in Babylonem vndecim annis ante generalem translationem, scilicet, cum Ioacim rege. Daniel. 1. & supra declaratum est. Mansit tamen adhuc vsque ad tempora Darii Regis Persarum, & Cyri. Daniel. 6. Et tamen anno primo Cyri regis completi sunt septuaginta anni captiuitatis Babylonicæ: qui incipiunt computari ab vltimo anno regis Sedeciæ. Et istis addantur 11. anni, quibus ante hoc translatus fuerat Daniel in Babylonẽ erunt anni octoginta, & vnus, quibus mansit in Babylone. Et hoc erat, quia puer erat quando translatus est in Babylonem: sic patet Danielis. 1. scilicet, quòd præpositus eunuchorum accepit pueros decoros de semine regio, & vnus eorum fuit Daniel. Ipse non reuersus est de captiuitate in Iudæam licèt adhuc uiueret, quia erat præpositus regni Persarum; & Medorum positus per Darium regem. Et in ciuitate Ecbatanis terræ Medorum ædificauit pulcherrimum sepulchrum, ibique sepultus est. In eo postea sepeliebantur reges Medorũ, vt ait Ioseph. 10. Antiquitatum. Nabucodonosor qui Iudæos captiuauit, vixit aliquanto tempore post captiuitatem ipsorum, de quo infra dicetur: & post eum regnauit filius eius, qui Nabucodonosor minor dictus est: istum misit Nabucodonosor pater suus in Aegyptum, subiugauitque satrapas qui contra eum insurrexerunt. Quo ibi manente mortuus est Nabucodonosor pater suus in Babylone: & ipse successit in regno: fecit autem opera magnifica in ædificiis supra omnes reges, qui ante eum fuerant, fecit ortum suspensibilẽ de quo uxor sua posset uidere terram Medorum in qua nutrita fuerat. Huius meminerunt omnes Historiographi. De hoc Berosus in 3. lib. historiæ Chaldæorum, & Iosephus 10. Antiquitatum. Post istum regnauit Euilmerodach in Babylonia: multi putant istum successisse Nabucodonosor priori, eo quòd de Nabucodonosor minore non fit mentio in sacra scriptura. Et tamen falsum est, quia iste cæpit regnare anno trecesimo septimo a transmigratione Ioachim regis Iudææ. 4. Reg. 25. Et sic erant anni uigintisex post transmigrationem generalem: & tamen non potuit tanto tempore uiuere ille Nabucodonosor, cùm solùm uixerit annis. 40. ut ait Iosephus. 10. Antiqui. Iste ergo Euilmerodach fuit post Nabucodonosor minorem & uocat Iosephus istum Euilmerodach Amilmadapacam, siue Abimathadocum Filium Nabucodonosor minoris. Et iste est qui exaltauit Ioacim regem Iuda, qui erat in Babylone, educens eum de carcere, & exaltans solium eius super solia omnium regum, qui erant in Babylone. 4. Reg. 25. Post istum regnauit Egressarius filius eius, & post eum Labosardacus: & post istum regnauit Balthasar filius eius, qui Nabarcitur, ut ait Iosephus 10. antiquita. Iste Balthasar fuit, qui bibit in uasis sacris, & contra quem apparuerunt digiti scribentes in pariete, & ipsa nocte occisus fuit, & Persæ, & Medi intrauerunt in Babylonem, translatumque est regnum Chaldæorum de stirpe Nabucodonosor in Darium, & Cyrum reges Persarum, & Medorum. Daniel. 5. De temporibus, quibus isti reges regnauerunt est dubium. Nam de Nabucodonosore dicunt quidam, quòd regnauerit annis tredecim. De Euilmeradach dicit Iosephus, quòd regnauerit annis decem, & octo. Egressarius autem annis quadraginta. Labosardacus mensibus nonem, Balthasar annis sedecem, & septem. Sed nõ stat: quia a trasmigratione Babylonis, vsque ad reditum, solùm fuerunt septuaginta anni. 2. Patalipo. 36. & completi sunt anno primo Cyri regis. 1. Esdræ. 1. & 2. Esdræ. 2. Et tamen anni istorum regum collecti sunt octoginta, & nouem. Quibus adhuc addendi erant duo anni, quibus regnauit Darius rex Persarum antequam regnaret Cyrus. Etiam addendi sunt anni, quibus vixit Nabucodonosor post transmigrationem Babylonis, qui fuerunt plusquam duodecim. Nam septem annis post illam transmigrationem uidit somnium, de quo habetur Daniel. 2. ut dictum est supra, & postea septem annis fuit quasi hostia, sicut prædixerat Daniel. 4. cap. & sic erunt plures quam centum anni. Ideo dicendum est, quòd non regnauerunt isti reges tanto tempore. Quidam autem dicunt, quòd regnauit Nabucodonosor uiginti duobus annis post transmigrationem Babylonis, & filius eius Nabucodonosor minor annis tredecim reliqui autem, scilicet, Euilmerodach, Egressarius, & Labosardacus, & Balthasar regnauerunt annis vigintiquinque, & Darius rex Persarum annis duobus. Et hoc modo complentur præcisè anni septuaginta quibus manserunt Iudæi in Babylone. De his tamen magis dicendum erit Daniel 1. uel 4. Considerandum est nunc de istis septuaginta annis, quibus steterunt Iudæi in Babylone: quem modum principatus habuerunt. Et dicendum est, quòd nullum modum: quia principatus non est nisi in aliquo populo, uel politia. Iudæi autem tunc nullum populum faciebant, quia erant captiui. Ideo non solum non erant per se populus, sed etiam non erãt pars populi, quia non erant ciues. Nam multitudo seruorum, & banausorum non est pars politiæ, vt ait Aristo. Erant enim reges istorum captiui. Nam Sedecias mansit in carcere vsque ad diem mortis sũ quem tamen sepeliuit honorabiliter Nabucodonosor, ut ait Iosephus. 10. Antiquitatum: ipse autem Ioachim rex Iuda etiam manebat in carcere. Et fuit in eo quamdiu

quamdiu regnauit prior Nabuchodonosor, & Nabuchodonosor minor. Huius autem filius, scilicet, Euilmerodach primo anno regni sui, qui erat trigesimus septimus à transmigratione ipsius Ioacim eduxit eum de carcere, & exaltauit eum super omnes reges, qui erant in Babylone. Et comedebat semper coram eo, vsque ad mortem suam. quarto Regum. 25. Et tunc fuit aliqua relaxatio oneris Iudæorum, quia forte ille Ioacim haberet aliquam potestatem super eos, & tamen non erat propriè aliquod genus principatus, quia non erant Iudæi per se vnus populus. Fuit autem reditus de Babylone anno primo Cyri regis Persarum, in quo completi sunt anni septuaginta captiuitatis Babylonicæ, & fuit ante Christi natiuitatem annis quingentis, & triginta, & vno: & ab orbe condito annis tribus millibus quadringentis viginti, & octo: & regnauit Cyrus annis triginta. In primo anno huius incipit historia librorum Esdræ, quia primus, & secundus Esdræ idem dicunt, nisi quòd secundus recapitulat ea, quæ dicta sunt in primo addendo aliqua. Iste dedit licentiam Iudæis redeundi in terram suam. primo Esdræ primo, sicut prædixerat Isai. 45. ante per annos ducentos, & decem. Et rex Cyrus legit hunc librum, & inueniens ibi nomen suum prænunciatum, & quòd Deus magnarum gentium constituturus erat eum regem, gaudio quodam repletus est, & voluit benefacere illi genti, cuius fuerat ille propheta. Et conuocans Iudæorum clarissimos, qui erant in Babylone, dedit illis licentiam redeundi, vt ait Iosephus vndecimo Antiquitatum. Et tunc mandauit dari vasa templi, quæ Nabuchodonosor abstulerat, & manebant in Babylone, vt patet primo Esdræ primo: & secundo Esdrę secundo. Tunc congregati sunt plurimi Iudeorum, & exhortabantur se, vt redirent de Babylone. Et redierunt multi, quorum numerus ponitur per Iosephum vndecimo Antiquitatum, & primo Esdrę secundo. Non redierunt autem de Babylone omnes Iudei, qui ibi erant, quia multi tenebantur desiderio possessionum, & affinitatum contractarum in Babylone. Nam quando translati sunt Iudæi de Babylone à principio sub Ioacim, quidam falsi prophetæ dicebant, quòd Deus reduceret illos captiuos post biennium de Babylone. Et hoc dixit Annanias propheta de Gabaa in principio regni Sedeciæ, postquam translatus fuit Ioacim in Babylonem, scilicet, post duos annos conteram iugum Nabuchodonosor de collo omnium gentium, & conuertam Ieconiam filium Ioacim & omnem transmigrationem Iudæ ad locum istum. Ierem. 28. Iste fuit propheta falsus, contra quẽ Ieremias prędixit, quòd ipso anno moreretur, & sic factum est. Alij etiam erant prophetæ falsi in Babylone dicentes, quòd citò Deus reducturus esset eos in terram Iuda. Ideo populus non curabat ędificare domos, nec plantare vineas, vt possent viuere in Babylone. Ieremias autẽ scripsit eis: ędificate domos, & habitate, & plantate hortos, & comedite fructum eorum. Accipite uxores, & generate filios, & multiplicamini ibi, & nolite esse numero pauci, quia hæc dicit Dominus, cùm ceperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos, & reducam uos ad locum istum. Ierem. vigesimonono. His uerbis incitati, qui erant in Babylone fecerunt sic. Ideo anno septuagesimo, quando finita est captiuitas, multi tracti amore possessionum, & affinitatum, & terrę illius, quam iam reputabant sibi natalem, redire noluerunt. In hoc reditu fuerunt duo principes, scilicet, Zorobabel filius Salathiel: & Iesus filius Iosedech Sacerdos

Alph. Tost. in Matth. Comm.

magnus. Et sub eis fuit multitudo illa redeuntium de Babylone. Ioacim namque rex Iuda, qui ductus fuerat in Babylonem genuit ibi Salathiel, de quo dicitur præcedenti capitu. quòd Ieconias genuit Salathiel, & Salathiel ibi in Babylone genuit Zorobabel. Iste fuit princeps Iudæorum redeuntium de Babylone. Considerandum nunc, quòd Iudæi, dum fuerunt in Babylone, non fuerunt populus per se: ideo non habebant principatum. Nunc verò redeuntes erant iam liberi, & incipiebant esse populus, & habere principatum: & quia Zorobabel erat nobilissimus Iudæorum, qui fuerant in Babylone, qui erat nepos Ioacim regis Iudæ, fuit princeps Iudæorum in reditu, licèt non fuit rex sicut auus suus, quia fortè rex Persarum, qui dedit licentiam Iudæis redeundi, non dedit eis licentiam habendi regem: ne ex hoc forte fierent prompti ad rebellandum regibus Persarum. De reditu Iudæorũ de Babylone ī Iudæam.

Ideo vocatur sæpe Zorobabel princeps Iudæorum, vel iudex eorum: vt ait Iosephus vndecimo Antiquitatum: & primo Esdræ sexto, vocatur Zorobabel dux Iudæorum, vel dux transmigrationis, & quia sacerdotes magni erant viri honorabiles valde in tota Israel, fuit quoque cum eo princeps sacerdos magnus, qui tunc erat, scilicet, Iesus filius Iosedech, qui de Babylone redijt. Et ob hoc in libris Esdræ quando aliquid fiebat, dicebantur isti duo illud iubere, vel illud facere: sed patet primo Esdræ tertio, scilicet, Zorobabel filius Salathiel, & Iosue, vel Iosedech cœperunt fundare templum: & simile primo Esdræ quarto, & sepissimè, & propter hoc Zacharias propheta, qui illo tempore prophetauit, vt patet primo Esdræ quinto, solum loquitur ad istos duos, sicut patet Zachariæ tertio, vbi loquitur ad Iesum Sacerdotem magnum, ideſt, Iesum filium Iosedech, loquitur etiam ad Zorobabel incitans eum ad ædificandum templum. Zachariæ quarto. Fuit Zorobabel maior princeps, vnde ipse semper nominatur prius, & ipse vocatur dux Iudæorum, vel transmigrationis. primo Esdræ sexto: quod non dicitur de Iesu filio Iosedech sacerdote. Post hoc autem non sic fuit: quia non successit aliquis filius Zorobabel in principatu eius: nec viri de tribu Iuda habuerunt principatum: sed summi sacerdotes post hoc fuerunt semper principes, vsque ad Christi natiuitatem, quando Herodes, qui erat alienigena primò incepit regnare super Iudæos, ante quem semper habuerunt principes de gente sua. Isti autem summi sacerdotes à principio huius status fuerunt contenti honore suo. Et licèt principarentur populo, non imponebant sibi maius nomen. Quod durauit vsque ad Ioannem Hyrcanum filium Simonis Machabæi: quia ex ipso tempore summi sacerdotes inceperunt sibi imponere diademata regia, & vocari reges, & durauit vsque ad Aristobolum, & Hyrcanum fratres, propter quorum contentiones contigit regnum transire ad Herodem alienigenam, de quo infra dicetur: sacerdotes tamen antequam sibi imponerent diademata regia, licèt ipsi principarentur, recipiebant secum alios seniores plebis, qui cum eis disponebant, quæ agenda erant. Cùm verò illi se reges vocauerunt, fuit eorum principatus maior: & ad eos tota rerum disponendarum summa pertinebat. De his Iosephus vndecimo Antiquitatum ait: Habitabant in Hierosolymis, & optimatum gubernatione regebantur: nam Sacerdotes tractabant eorum negocium vsquequo re-

gnare contigit nepotes Asamonæi,ideſt, Machabæorum nepotes.

Redeundo ad ordinem hiſtoriæ dicendum, quòd anno primo regis Cyri, quando data eſt Iudæis licentia redeundi de Babylone, data eſt eis licentia per Cyrum ad ædificandum templum Domini, quod deſtructum fuerat prius per Chaldæos, ut patet primo Eſdræ. 6. Zorobabel autem dux Iudęorum, & cæteri, qui cũ eo erãt anno ſcdo aduentus eorum in Iudęam inceperunt ædificare templum,& offerre Domino ſacrificia, & factus eſt magnus applauſus populi, quando viderunt illud fundari.i. Eſdræ.3. Cùm autem inciperent ædificare,ipſi Samaritani, qui morabantur in terra inuidentes Iudæis, dixerunt illis, quòd volebant ædificare cum eis templum Deo. Quibus Zorobabel, & Ieſus filius Ioſedech ſacerdos magnus reſponderunt, quòd non licebat eis hoc facere,ſed ſoli ædificarent. Primo Eſdræ quarto. erant autem iſti Samaritani, quos Salmanaſar rex poſuerat in vrbibus Samariæ.4.Regum.17.Et quando tribus Iuda, & Beniamin ductæ ſunt in Babylonem, manſerunt iſti in terra per illos ſeptuaginta annos : & nunc incipientibus Iudæis ædificare templum, iſti voluerunt ædificare cum eis. Cùm verò Iudæi non conſenſiſſent,iſti Samaritani inceperunt perturbare Iudæos ne ædificarent, & accuſauerunt eos apud regem Babylonis. Interim autem contigit Cyrum regem Perſarum, qui regnabat in Babylone mori. Nam occupatus in bello Maſſagetarum à regina ipſorum circumuentus occiſus eſt, caputque eius miſſum eſt in vtrem plenum ſanguine humano, dictumque eſt : Satiare,ſatiare ſanguine humano, quem tantum ſit iſti, Regnauerat autem annis triginta. Huic ſucceſſit filius eius Cambyſes, qui vocatus eſt alio nomine Nabucodonoſor. Ad iſtum directa eſt accuſatio Samaritanorum contra Iudæos, ne ædificarent templum, primo Eſdræ quarto. Et vocatur ibi iſtæ Artaxerſes, & ſic habet tria nomina, ſcilicet, Cambyſes, Nabucodonoſor, Artaxerſes. Suſcepit iſte accuſationem Samaritanorum, & prohibuit ædificari templum. Manſitque ſic opus incompletum, & ceſſatum eſt ab ædificatione quaſi per nouem annos, ſcilicet, per ſeptem annos, quibus regnauit Cambyſes, & per duos annos primos Darij, qui ſucceſſit ei, vt ait Ioſephus. 11. Antiquitatum. Vt patet primo Eſdræ quarto, ſcilicet. Tunc intermiſſum eſt opus domus Dei in Ieruſalem, & non fiebat vſque ad annum ſecundum regni Darij regis Perſarum, de quo poſtea dicetur. Iſte Cambyſes, cuius primo anno prohibitum eſt ædificare templum, cępit regnare anno centeſimo à tranſmigratione Iudæorum in Babylonem,ſcilicet,ante Chriſti natiuitatem annis quingentis, & vno, & ab orbe condito annis tribus millibus quadringentis quinquaginta, & octo : & regnauit annis ſeptem. Iſte vocatus eſt Nabucodonoſor alio nomine, & ſub eo contigit hiſtoria libri Iudith. Et ita vocatur ibi Nabucodonoſor. Ita tenent omnes deſcriptores temporum. Et cępit in principio regni eius. Nam ipſe volebat vocari Deus, & ſolus haberi vt Deus, & propter hoc iuſſerat, quòd Holofernes, princeps militiæ ſuæ deſtrueret omnia idola Gẽtium, vt ipſe ſolus tanquam Deus haberetur. De hoc tamen quomodo poſſit ſtare declarabitur in principio libri Iudith. Dum hæc aguntur, contigit mori Ieſum filium Ioſedech ſacerdotem magnum, qui ſub Cambyſe, vel in principio regni Darij mortuus eſt, & ſucceſſit ei Ioacim filius eius in ſummo ſacerdotio, vt ait Ioſephus vndecimo Antiquitatum. Iſte Cambyſes ædificauit Babylonem ciuitatem in Aegypto in memoriam illius, quæ erat in Chaldæa, & erat caput regni ſui: & volebat ipſe transferre ſedem regni in Aegypto. Mortuo autem Cambyſe poſt ſeptem annos, quibus regnauerat ſucceſſerunt ſeptem Magi in regno Perſarum, qui regnauerant menſibus ſeptem. Poſtquam autem Samaritani poſuerunt accuſationem contra Iudæos, & vetita eſt ædificatio templi anno primo Cambyſis Regis, vt dictum eſt,aſcendit tunc Zorobabel princeps Iudæorum de Iudæa in Babylonem, vt reſponderet accuſationi Samaritanorum, & permitterentur Iudæi ædificare templum. Quod viuente Cambyſe impetrari non potuit. Tunc Zorobabel manſit in Babylone, & adhæſit Dario, qui erat unus de Magis Perſarum, qui erant potentes apud Cambyſem, & tamen nondum regnabat, & ſæpe ſignificabat ei quomodo templum Ieruſalem, quod Cyrus ædificari iuſſerat mandato Cambyſis ædificari vetabatur, & Darius motus eſt in deſiderium ædificandi illud ſi poſſet, & vouit, quòd ſi Deus faceret eum regem Perſarum, quod ædificaret templum Ieruſalem. Accidit interea mori Cambyſem, de quo ſupra diximus, & regnauerunt Magi per ſeptem menſes, cùm nullus maneret ſucceſſor Cambyſis, & iſti, quia non poterant eſſe ſimul reges eiusdem regni conabantur inuenire modum, vt vnus eorum regnaret. Et cùm non conuenirent, tandem diffinitum eſt, quod die quodam omnes oriente Sole ſimul in campum equitando procederent, & cuius equus primus hinnitum emitteret, regnaret, quia apud Perſas hinnitus equi proſperitatis augurium ſibi dicatur. Seruus autem quidam Darij equo, quem ipſe in craſtino aſcenſurus erat in loco, ad quem Magi equitando proceſſuri erant, equam ſubiecit. Sequenti autem mane, cùm ad prædictum locum Magi veniſſent,equus Darii nocturnę delectationis veręreæ in ipſo loco recordatus hinnitum emiſit, & ſic Darius rex conſtitutus eſt. Cępit autem regnare Darius à tranſmigratione in Babylonem anno centeſimo quarto ferè, & erant ab orbe condito anni tres mille quadringenti ſexaginta quinque, & ante Chriſti natiuitatem fuerunt anni quadringenti nonaginta, & octo ferè, & regnauit annis triginta, & ſex. Adnebat autem tunc cum eo Zorobabel princeps Iudæorum, de quo ſupra diximus. Et in primo anno regni ſui iſte Darius fecit cænam magnam omnibus principibus ſuis. Et nocte illa Darius, cùm modicum dormiſſet euigilauit, & tribus iuuenibus cuſtodibus corporis ſui propoſuit quæſtionem, ſcilicet, quæ eſſet res fortior inter omnes, & qui melius reſponderet magnum honorem habiturus erat. Cogitauerunt autem iuuenes, quorum vnus erat Zorobabel, vt ait Ioſephus, undecimo Antiquitatum. Et ſequenti die coram Dario, & principibus ſuis primus diſputauit uinum omnium rerum eſſe fortiſſimum. Secundus regem dixit fortiorem. Tertius mulieres dixit omnibus rebus fortiores, & ſupra omnes ſuper hæc omnia ueritatem excellere. Et iſte fuit Zorobabel. Cumque ſinguli dixiſſent, ſententia iſtius laudata eſt. Et Darius dixit quòd peteret etiam ſi aliquid uellet ultra id quod ipſe promiſerat. Dixit autem Zorobabel, quòd ſolùm petebat, quòd Darius impleret uotum ſuum, ſcilicet, quòd ſi rex fieret, ædificaret templum in Ieruſalem. Et nihil aliud uolebat, ut patet, ſecundo Eſdræ quarto, & quinto, & per Ioſephum vndecimo Antiquitatum. Tunc Darius ſurrexit de ſolio ſuo, & oſculatus eſt Zorobabel. Et dedit ei epiſtolas ad principes Syriæ, & Phœnicis, & Samaritanos, ut permitterent Iudæos ædificare templum, & ut darẽt eis ligna de Libano,& quòd de redditibus regis darent eis expenſas pro ædificatione : & pro ſacrificiis, vt patet. 2. Eſdræ. 5. Tunc rediit Zorobabel de Babylone ferens iſtas epiſtolas. Quod fuit primo anno Darii regis. Et tunc iuerunt cum eo multi de Iudęis, qui manſerant in Babylone : tam de ſacerdotibus, & leuitis quàm de popularibus videntes affectum regis erga Iudæos. Et fuit iſta ſecunda tranſmigratio de Babylone in Iudæam : & plurimi fuerunt in hac tranſmigratione : quorum numerum ponit Ioſephus. vndecimo Antiquitatum. Cæperunt tunc in aduentu Zorobabel Iudæi opus templi continuare, quod iam per nouem annos intermiſſum fuerat: & iſtud fuit anno.2.Darii. Erant tunc duo prophetæ in Iudęa,ſcilicet, Aggæus,& Zacharias. Et iſti adiuuabant operantes.primo Eſdræ.5. Tunc Samaritani accuſauerunt iterum Iudæos apud Darium, qꝫ conſtruerent templum fortiſſimum : & quòd Iudæi poſſent rebellare regibus Perſarum. Tunc aliqui Iudæi nolebãt ceſſare ab ædificatione templi quouſque diffiniretur per Darium ſed Aggæus, & Zacharias prophetæ inſtabant, quòd opera fierent : & non attenderent ad impedimenta Samaritanorum. Et ſic factum eſt. Interim tamen miſerunt Iudæi legatos ad Darium regem reſponſuros accuſationi Samaritanorum : & fecit Darius in quiri in bibliothecis ſicut petierant Samaritani, & inuentum eſt quomodo Cyrus rex conceſſiſſet Iudæis ædificare templum. Tunc Darius confirmauit mandatum Cyri: addens, quòd de redditibus ſuis darentur expenſæ pro ædificatione, & etiam pro ſacrificiis: vt patet primo Eſdræ.4. & 6. Tunc ceſſauerunt Samaritani impedire Iudæos iuxta mandatum regis : & dederunt eis expenſas quas iuſſerat. Et finitum eſt templum Duce Zorobabel. Vnde dicitur Zachariæ 4. quòd manus Zorobabel ædificauerunt templum. Conſumatum eſt templum annis quaſi ſex poſtquam Darius cęperat regnare. Quod fuit ab orbe condito annis tribus millibus quadringentis ſeptuaginta, & uno, & fuit ante Chriſti natiuitatem annis quadringentis, & quaſi nonaginta duobus. Hoc tempore Pythagoras,qui apud Græcos floruerat, moritur. Iſte enim magnæ frugalitatis fuit, & vitæ continentiſſimæ: diſtrahens homines ab eſu carnium, aſſerens quòd animę hominum tranſirent de corpore in corpus, & interdum migrarent in corpora beſtiarum. Vnde poterat quis carnes patris ſui comedere, ſi comederet carnes pecorum,ad quæ anima patris, vel matris demigraſſet. Dixit etiam ſe fuiſſe militem Euphorbũ occiſum in bello Troiano:ita quod anima,illius militis erat anima, quam ipſe habebat. De hoc Ouid.15. Met. Iſte fuit primus, qui apud Græcos philoſophũ ſe appellauit, cùm prius huiuſmodi homines ſapientes vocarentur. Et cum iſtud eſſet nomen cuiuſdam arrogantiæ,interrogatus quid eſſet,non ſe ſapientem, ſed philoſophum, ideſt, ſapientiæ amatorem profeſſus eſt. Quę appellatio poſtea in cæteros deriuata eſt: ut ait Auguſt. de ciuí. Dei lib. 8. Dario iſto mortuo, qui annis triginta & ſex regnauit, ſucceſſit ei Xerſes eius filius, qui regnauit annis uiginti: & incępit regnare poſt tranſitum Iudæorum in Babylonem annis centum, & triginta nouem : & a reditu de Babilone annis ſexaginta nouem. Et fuit ante Chriſti natiuitatem annis quadringentis, & ſexaginta duobus. Hoc tempore Iudæi manebant in pace in Ieruſalem, & cærimoniis legis utebantur ædificato iam templo, ut ſupra dictum eſt, & muri ciuitatis nondũ erant ædificati. Quos poſtea Neemias reædificauit.

Alph. Toſt. in Matth. Comm.

Viuebat autem hoc tempore Zorobabel. Iſte Xerſes fuit deuotus erga cultum Dei : & gentem Iudæorum, & honorabat eos, ſicut pater ſuus Darius. De hoc Ioſeph. vndecimo Antiquitatum dicit, ſcilicet. Dario defuncto filius eius Xerſes regnum ſuſcipiens voluntatis paternæ colendi, & honorandi Deum hæres apparuit. Omnia namque faciebat quæ religionis erant, patrem ſecutus, & Iudæis liberaliter utebatur. Mortuo autem iſto Xerſe poſt viginti annos regni ſui ſucceſſit Artabanus, qui ſeptem menſibus ſolùm regnauit apud Perſas. Hoc mortuo regnare cæpit Artaxerſes,qui Longimanus appellatur, & regnauit annis quadraginta. Cæpit autem regnare ab orbe condito annis tribus millibus quingentis, & uiginti duobus : poſt tranſmigrationem Babylonis Iudæorum in Babilonem annis centum, & ſexaginta : & a reditu de Babylone annis nonaginta, & ante Chriſti natiuitatem annis quaſi quadringentis,& quadraginta duobus. Hoc tempore erat in Babylone vir quidam nomine Eſdras Sacerdos, qui erat de genere ſummorum ſacerdotum per rectam lineam, ut patet primo Eſdræ 7. vbi ponitur progenies reducendo vſque ad Aaron, non tamen erat ſummus ſacerdos : quia Ioacim filius Ieſu filii Ioſedech erat tunc ſumnus ſacerdos, ut ſupra dictum eſt. Iſte Eſdras fuit ſapientiſſimus in lege, ideo uocatur ſcriba doctus, & eruditus, & ſcriba uelox in lege Domini. primo Eſdræ. 7. Nam ſcriba apud Hebræos ſapiens dicitur. Iſte in principio regni huius Artaxerſis reſtaurauit legem Domini, quæ magna ex parte combuſta fuerat. Et ad hoc ſpiritum propheticum habuit ſicut priores ſcriptores per Spiritum ſanctum libros illos ſcripſerant, quia aliàs non reciperemus iſtos libros reparatos ab Eſdra. Quia quicunque homo quantumcumque eruditus, ſi ſoli ſapientiæ humanæ innitatur, errare poteſt : & non eſt tantæ auctoritatis : quod neceſſariò ei fidem adhibere debeamus : ut magis diximus ſupra,in prologo noſtro. De iſta tamen reparatione legis ſuper Eſdram multa expedienda ſunt. Iſte Eſdras ſicut fuit magnus ſapientia : ita,& operibus, & potentia clarus, & Artaxerſis prædicti amicus fuit. Iſte deſiderauit de Babylone ire in Iudæam, cui rex Artaxerſes propter amicitiam, & viri auctoritatem conceſſit multa priuilegia : non ſolùm ei, ſed & templo Domini, & genti Iudæorum : iubens, quòd de redditibus ſuis quos habebat in Syria,darentur omnes expenſæ pro ſacrificiis, & aliis neceſſitatibus templi Domini. Quod latè habetur primo Eſdræ ſeptimo. Conceſſit etiam ei quòd ipſe doceret omnes Iudæos in lege Dei : & quod eſſet Princeps gentis Iudæorum : & quod nemo auderet tranſgredi legem ab eo datam iuxta pœnas, quas imponeret : & multa alia in fauorem eius, eo.cap. Iuſſit etiam, quòd omnia vaſa quæ ſuperfuerant in Babylone de uaſis templi Domini, quæ nondum omnia portata fuerant in Ieruſalem, nunc darentur Eſdræ, & portaret illa : & ſic factum eſt. Eſdras receſſit de Babylone portans uaſa Domini anno ſeptimo hnius Artaxerſis : ut patet primo Eſdræ.7. & 8. & cum Eſdra uenit tunc multitudo magna Iudæorum de Babylone ſacerdotum, & laicorum, de quibus patet primo Eſdræ. 8. cap. Ex hoc apparet quomodo fuerunt tres reditus Iudæorum de Babylone, ſcilicet, primus ſub Zorobabel : & Ieſu Ioſedech ſacerdote magno in principio regni Cyri. Secundus ſub ſolo Zorobabel, quando attulit licentiam ædificandi templum anno primo Darij regis. Tertius fuit nunc ſub Eſdra in principio quaſi regni Artaxerſis, ſcilicet, anno eius ſeptimo,

Cyrus rex moritur. Cambyſes Cyri filius regnat annis 7.

Universidad de Diego Portales
Biblioteca

vt dictum est. De his omnibus patet supra, Ita fuerunt tres transmigrationes Iudæorum in Babylonem, scilicet. Vna sub Ioacim rege Iuda, & alia sub Sedecia, & alia quinque annis post præcedentem transmigrationem quantum ad Iudæos, qui fugerant in Aegyptū, de quibus etiam supra dictum est. Quando venit Esdras in Ieruſalem erat ſacerdos magnus Ioacim filius Ieſu filii Ioſedech, & ad ipſum pertinebat principatus, cùm ſummi ſacerdotes poſt redditum de Babylone ſemper præfuerint. Quia tamen Artaxerſes poſuerat Esdram principem gentis Iudæorum, & quod omnes tenerentur ſeruare legem eius. primo Esdræ. 7. ipſe erat maior princeps, quàm Ioacim, & dum ipſe vixit ipſe ſemper præfuit, vt colligitur ex libris eius. Nam ipſe populum cogebat ad obſeruandam legem Dei, vt patet immediatè: poſtquam autem venit Esdras inuenit multos de ſacerdotibus, & Leuitis, & de laicis, qui acceperāt vxores alienigenas de Moabitis, & Ammonitis, & alijs nationibus, & prædicauit eis, & coegit recedere ab illis expellendo illas, & filios, quos ex eis ſuſceperant. De quo patet primo Esdræ. 9. & 19. & Neemiæ. 13. Et fecerunt tunc honorabile feſtum Scenopegiæ, de quo ibi. Esdras autem poſtquam longo tempore vixit plurima opera laude digna faciens, & corrigens delicta gentis Iudæorum, in ſenectute bona defunctus eſt, & in Ieruſalem cum magno honore ſepultus eſt. Ipſo tempore mortuus eſt Ioacim ſummus ſacerdos filius Ieſu filii Ioſedech, qui fuit ſecundus ſummus ſacerdos poſt reditum de Babylone, & ſucceſſit ei Heliaſib filius eius. Tertius ſummus ſacerdos. Et iſte erat ſacerdos magnus tempore Neemiæ: vt patet Neemiæ. 3. De hoc Ioſephus. 10. Antiquitatum. Hic finitur hiſtoria librorum duorum Esdræ.

Neemias venit in Ieruſalē & muros ciuitatis ædificauit.

Nunc incipit hiſtoria libri Neemiæ: quia licèt liber Neemiæ contineatur inter duos libros Esdræ, ſcilicet, primum, & ſecūdum, & Neemias ſit medius illorum, quaſi ſit liber Esdræ: tamen non eſt, ſed primus, & ſecundus Esdræ ponunt hiſtoriam unius, & eiuſdem temporis, nec continuatur ſecundus primo in tempore, aut ordine rerum geſtarum, ſed ſolùm recapitulat aliqua, quæ pertinent ad primum librum ſupplendo quædam omiſſa: & primus, & ſecundus eodem tempore, & in eadem materia finiuntur: liber autem Neemiæ incipit immediatè poſt librum Esdræ. Nam Esdras rediit de Babylone anno ſeptimo Artaxerſis, vt patet primo Esdræ. 7. hiſtoria autem Neemiæ incipit anno vigeſimo iſtius Artaxerſis: vt patet Neemiæ primo, & ſecundo, & erant tunc à tranſmigratione Iudæorum in Babylonem anni centum, & octoginta, & à reditu de Babylone anni centum, & decem, & ante Chriſti natiuitatem annis quadringentis, & viginti vno, & ab orbe condito anni tres mille quingenti, & quadraginta, & duo. Viuebat autem adhuc Esdras quando Neemias venit ad reparandum Ieruſalem, ſed quaſi poſt annos vndecim mortuus eſt, & ſic præſens fuit, dum muri Ieruſalem reædificarentur. Et ob hoc in libro Neemiæ fit mentio quædam de operibus Esdræ, vt patet Neemia. decimotertio. Iſte Neemias erat Iudæus manens adhuc in Babylone, ſiue in regno Perſarum poſt tertium reditum Iudæorum de Babylone ſub Esdra, & erat pincerna regis Artaxerſis, manebantque plurimi Iudæi ibi: quia nunquam omnes Iudæi redierunt de Babylone. Iſte, cùm eſſet apud regem Perſarum, vidit quoſdam Iudæos, qui ueniebant de Ieruſalem. Et quærens de ſtatu terræ, inuenit muros Ieruſalem eſſe deſtructos, & nullam eſſe munitionem, intra quam habitatores poſſent defendi. Propter quod ipſe triſtis effectus impetrauit à rege Artaxerſe anno vigeſimo regni eius, quòd ædificaret muros Ieruſalem, & poſtea mi-
diret ad eum: & accepit epiſtolas ad præpoſitos, & duces terræ Syriæ ut adiuuarent eum in operibus, quæ ipſe intendebat, ut patet Esdræ. primo & ſecundo. Venit autem Neemias in Ieruſalem, & ſuaſit Iudæis, vt muros vrbis cum eo ædificarent. Timebant autem Iudæi propter Samaritanos, qui erant hoſtes eorum, & impediuerant illos, quando ædificabant templum. Et tamen confortati à Neemia inceperunt ædificare, & ut opus citius fieret, diuiſerunt inter ſe Iudæi partes murorum, ſcilicet, vt tales ædificarent vſque ad talem locum, & tales vſque ad talem, & prius de ædificatoribus fuit Heliaſib ſummus ſacerdos, de his Neemiæ tertio. Audientes Samaritani, & Arabes, & alii habitatores terræ quòd Iudæi ædificarent, præſtiterunt eis multa impedimenta: ita vt cogerentur Iudæi ædificantes vna manu facere opus, & alia tenere lanceam, ideſt, quidam ædificabant, & alij circa eos erant armati, vt defenderent eos ab ſubitis incurſibus Samaritanorum, & aliorum hoſtium. De his Neemię quarto, & quinto, & ſexto. Hoc modo Iudęi cum labore ędificauerunt vſquequo completi ſunt muri, & poſitæ ſunt portæ. Durauit autem murorum ædificatio annis duodecim, ut ait Ioſephus vndecimo Antiquitatum, ſcilicet, quos labores ſuſtinuit Neemias per annos vndecim & menſes ſex quatuor. Nam tanto tempore muri Ieroſolymarum completi ſunt, & fuit hoc anno trigeſimo ſecundo regni iſtius Artaxerſes. Nam anno uigeſimo eius incepti fuerunt, & duodecim annis durauit ædificatio murorum, & finitis muris populus fecit magnum gaudium, & conuiuia per multos dies: tunc erant pauci habitatores in Ieruſalem. Et fecit Neemias, ut omnes principes Iudæorum habitarent in Ieruſalem, & populares diuiderentur per decem partes, & una pars eorum habitarent in Ieruſalem, alię per ſortem eueniret. Tunc plurimi ſe obtulerunt ad manendum ſponte in ciuitate Neemiæ undecimo. Fuit iſta ædificatio murorum conſumata ab obitu condito tribus mille quingentis, & quinquaginta duobus annis: a captiuitate Babylonis annis centum nonaginta duobus, & a reditu de Babylone centum & uiginti duobus, & ante Chriſti natiuitatem quadringentis, & nouem. Ipſo anno rediit Neemias ad regem Artaxerſem: quia pincerna eius erat, & non dederat ei licentiam niſi, ut fabricatis muris rediret ad eum, ut patet Neemiæ ſecundo. Iſto anno mortuus eſt Esdras in ſenectute bona, ut dictum eſt. Mortuo iſto Artaxerſe, qui vocatur Longimanus, filius eius Xerſes, qui vocatur Aſſuerus ſuſcepit regnum. Quod fuit ante Chriſti natiuitatem annis quadringentis, & uno, & poſt tranſmigrationem in Babylonem annis ducentis, & a reditu de captiuitate annis centum, & nonaginta, & regnauit duobus menſibus. Hoc mortuo ſucceſſit in regno Perſarum Sodianus, qui imperauit menſibus ſeptem. Sub his duobus propter temporis breuitatem nihil dignum relatu accidit. Poſt Sodianum regnauit Darius Nothus annis decem, & nouem. Qui cepit ab orbe condito annis tribus mille quingentis ſexaginta tribus, & ante Chriſtum natum annis quadringentis, & a tranſmigratione Babylonis annis ducentis, & vno, & a reditu de Babylone annis centum triginta, & tunc etiam tempore floruit Plato Philoſophus, & tunc etiam Hipocras medicus famoſiſsimus fuit, & ambo in Grecia. Tunc etiam Dionyſius tyrannus fuit in Sicilia, qui tanquam totius crudelitatis exemplar ab omnibus auctoribus inducitur. Phallaris eius tyrannus

magnus tunc fuit, qui fecit bouem æneum ad crematum intus homines, & artificem rei, ſcilicet Perillum, qui per hoc crudelrtatis ingenium tiranno placere optauerat, primum intra bouem ad huius rei experientiam capiendam ardere fecit, ut ait Valerius maximus, & Seneca. De hoc Paulus Oroſius de Ormeſta mundi. Mortuo iſto Dario ſucceſſit Artaxerſes, qui Aſſuerus dicitur, & regnauit annis quadraginta. Et incæpit ab orbe condito annis tribus millibus quingentis, & octoginta duobus, & ante Chriſti natiuitatem annis trecentis, & octoginta uno, & a tranſmigratione in Babylonem annis ducentis, & uiginti, & a reditu de Babylone annis centum, & quinquaginta. Sub iſto incepit hiſtoria libri Eſther anno tertio eius: ut patet Eſther primo, & ſub ipſo finita eſt. Ipſe enim fuit, qui exaltauit Mardochæum auunculum Eſther, & ſuſpendit Aman hoſtem Iudæorum: qui uoluerat omnes Iudæos in toto orbe una die occidere. De his etiam Ioſephus undecimo Antiquitatum. Et fuit hoc quaſi annis triginta poſt ędificationem murorū Ieruſalem, ut patet, ex præcedentibus annis intermedius inter hoc tempus, & ædificationem. Et ſic inter finem libri Neemiæ & principium libri Eſther fuerunt anni quaſi triginta: quia hiſtoria Neemiæ finitur in ædificatione murorum. Quod autem ponitur ibi de actibus Esdræ in fine libri non fuit poſt ædificationem murorum, ſed quia Esdras, & Neemias fuerunt contemporanei. Hoc tempore Anaxagoras Philoſophus moritur, & tunc Ariſto. Platonis diſcipulus floruit. Tunc etiam Eraclitus, & Democritus, & Socrates, & Diogenes floruerunt. Eo tempore mortuo Heliaſib, qui fuerat tertius ſummus ſacerdos poſt reditum de Babylone ſucceſſit filius eius Iudas. 4. ſummus ſacerdos, vt ait Ioſephus. 11. antiquitatum. Mortuo Aſſuero prædicto regnauit alius Artaxerſes, qui uocatur Ochus annis uiginti, & ſex. Et cepit ab orbe condito annis tribus millibus ſexcentis, & uiginti duobus. Et ante Chriſtum natum annis trecentis, & quadraginta uno: & a tranſmigratione in Babylonem annis ducentis, & ſexaginta, & a reditu de Babylone annis centum, & nonaginta. Hoc tempore Demoſthenes orator apud Græcos floruit, de quo Hieronym. in Epiſtola ad Paulinum. Tunc etiam Iſocrates philoſophus & orator fuit. Tunc mortuo Platone ſucceſſit ei in doctrina ſua Speuſippus nepos eius, ideſt, filius ſororis ſuæ, quem aliquando Ariſto. nominat. Hoc tempore mortuo Iuda quarto ſacerdote filius eius Ioannes quintus ſacerdos, ei ſucceſſit, vt ait Ioſephus. 11. Antiquitatum. Habuit iſte Ioannes ſacerdos fratrem quendam minorem nomine Ieſum, qui amicus fuit cuiuſdam principis regis Perſarum, qui Vagoſis dicebatur. Et iſte promiſerat ei ſummum ſacerdotium. Huius confidentia Ieſus minor contra fratrem ſuum Ioannem ſacerdotem magnum in tẽplo inſurgatus eſt, ita ut Ioannes Ieſum in templo occideret. Tantum facinus in eum commiſit in templo, quod nunquam prius, nec apud Barbaros ita crudeliter, & impie factum eſt. Et ob hoc templum in ſeruitutem Perſarum redactum eſt. Nam dixit Vagoſus prædictus, Auſi eſtis in templo veſtro homicidium committere, ego mundior ſum, & hoc dicens, ingreſſus eſt templum. Et non permiſit Iudæis prius offerre ſacrificia, quàm pro quolibet anno ſoluerent ei quinquaginta dragmas. Et hoc per ſeptem annos durauit. ut ait Ioſephus. 11. antiquitatum. Mortuo iſto Artaxerſe regnauit Arges, qui Arſamus dicitur annis quatuor. Et cæpit ab orbe condito annis tribus millibus ſexcētis quadraginta octo, & ante Chriſtum natum annis trecentis, & quindecim, & a trāſmigratione Babylonis annis ducentis, & octoginta, & ſex: & a reditu de Babylone annis ducentis ſexdecim. Hoc tempore moriente Ioanne ſacerdote quinto filius eius Hiadus in ſummum ſacerdotium ſextus ſucceſſit. Et iſte fuit ſacerdos tempore Alexandri Macedonis, ut infra dicetur, de quo Ioſephus. 11. antiquitatum. Mortuo Arge ſiue Arſamo, Darius filius eius ſucceſſit in regno Perſarum annis ſex, & cæpit ab orbe condito annis tribus millibus ſexcentis quinquaginta duobus, & ante Chriſtum natum annis trecentis, & undecim, & a tranſmigratione in Babylonē annis ducentis, & nonaginta, & a reditu de Babylone annis ducentis, & uiginti. Iſte eſt Darius contra quē pugnauit Alexander Macedo. Eo anno, quo Darius apud Perſas cępit regnare, cæpit quoque Alexander apud Macedones occiſo patre ſuo Philippo, ſcilicet, annis trecentis, & undecim ante Chriſtum natum. Iſte multa bella fecit contra Darium: cuius anno ſexto ipſe Darius a famulis occiſus eſt. Ipſe uerò Alexander annis duodecim regnauit, ut patet primo Machabæorum primo, & ędificauit Alexandriam in Aegypto ex nomine ſuo, in qua mortuus eſt. Viuente Alexandro Hyadus ſacerdos magnus erat, qui fratrem minorem habebat nomine Manaſſem: cui Sanabalath Samaritanus miſſus tanquam princeps regionis a Dario rege Perſarum filiam ſuam uxorem dedit. Seniores autem Iudæorum grauiter ferebant, quòd Manaſſes frater ſummi ſacerdotis uxorem haberet alienigenam, & particeps eſſet in ſacerdotio. Putabant enim per coniugium occaſionem præſtari ad diſſoluendas leges: ita ut cuilibet liceret alienigenam ducere uxorem. Iuſſerunt ergo ſeniores, & principes ſacerdotum ipſi Manaſſe, ut, aut uxorem dimitteret, aut in templum non intraret. Manaſſes uerò prohibitus miniſtrare acceſſit ad Sanabalath ſocerum ſuum dicens ſe filiam illius diligere, & tamen apud Iudæos honorem ſacerdotii maximum eſſe, quo priuari nollet propter illud coniugium. Sanabalath autem ei blanditus, non ſolùm ſacerdotium, ſed etiam principatum ſacerdotii, & honorem, & potentiam in omnibus locis Samaritanorum, quibus præerat Sanabalath habere promiſit: dummodo filiam eius non dimitteret. Dicebat enim ſe ædificaturum templum ad inſtar Ieroſolymitani ſuper montem Garizim, qui omnibus Samarie altior eſt. Hoc tamen dixit ex licentia regis Darii facere uelle. interim contingit Darium ſuperari ab Alexandro, & uenire in Syriam ad urbem Tyri. Tunc Sanabalath deſperatis rebus Darii ſe Alexandro ſubiecit, & totam terram, quam a Dario tenebat uadens ei obuiam in Tyrum: a quo cùm ſe gratè ſuſceptum putaſſet, indicauit ei de ſuo genero Manaſſe, & quòd utile eſſet ipſi Alexandro gentem Iudæorum eſſe diuiſam, & duo templa habere, ut minus faciles eſſent ad rebellandum. Quo audito conceſſit Alexander templum ædificari, quòd Sanabalath celeriter in monte Garizim ædificauit: in quo Manaſſes gener eius miniſtrauit in ſummo ſacerdotio. Iſte modus fuit templi Samaritanorum. Et ſic diuiſio maxima facta eſt inter Iudæos propter duo templa. Vnde ſi quis apud Ieroſolymitas culpam habuiſſet, aut de cibo illicito, ſeu de tranſgreſſione ſabbathorum, aut de huiuſmodi peccato, ad templum Samaritanorum ueniebat, dicens ſe apud Iudæos iniuſtè culpari. De his Ioſephus. 11. Antiquitatnm. Et ob hoc, qui inter Iudæos non integrè ſeruabant legem Samaritani in iniuriam dicebantur, quia tales de peccato accuſati ad Samaritanos transfugere ſolebant. Et ſic Iudęi Chriſtum Samaritanum vocauerunt. Ioa. 8. ſ. quia putabant eum, uel ſaltem calumniabantur tāquā

Alph. Toſt. in Matth. Comm.

Universidad de Deusto Biblioteca

transgressorem legis, & non obseruantem sabbathū,
quia curabat in sabbatho. Ioan. 9. Quia etiam permit-
tebat discipulis esurientibus spicas Sabbatho vellere,
& fricare manibus ad comedendum, infra. 12. Et istud
est templum montis Garizim, de quo mulier Samari-
tana dixit Christo sedenti ad fontem an adorare de-
berent in Ierosolimis, vel in monte illo, scilicet: Patres
nostri in monte hoc adorauerunt; & vos dicitis, quia
Ierosolymis est locus, vbi oportet adorare. Ioā. 4. Istud
templum ducentis annis postquam constructum fue-
rat destructum est tempore Hirchani summi sacerdo-
tis Iudæorum, de quo infra dicetur, vt ait Iosephus.
23. Antiquitatum. Nec tamen omnino perijt, quia tē-
pore Christi in eo adorabant Samaritani, vt dictū est,
Et hec sub Alexandro facta sunt: & sic fuit factū istud
templum Samaritanorum quasi per trecentos, & qn-
que annos ante Christi natiuitatem. Cùm autem pre-
dictus Alexander venisset in vrbem Tyri, quæ nō mul
tum distat à Ierusalem, & obsideret eam literas misit
ad summum sacerdotem nomine Hiadum, de quo su
pra diximus rectorem gentis Iudeorum, vt eius amici-
tiam eligeret potius, quam Persarum & quidquid Da
rio soliti erant dare hoc ei daret. Hiadus, & gens Iu-
dæorum dixerunt se Dario sacramenta præstitisse, vt
nequaquam contra ipsum eo viuente arma portarēt,
ideo se non posse pacta dissoluere. Tunc Alexander
iratus Tyrum quidem dimittere noluit, quem erat in
proximo capturus, sed genti Iudæorum multa comi-
natus est. Tunc Hiadus, & tota gens Iudæorum paue-
bant ad Alexandri aduentum: precabanturq; Deum
sic afflictis succurrere. Dormienti autem Hiado sum-
mo sacerdoti apparuit Deus, iubens nihil timere, sed
ornare vrbem, & portas aperire, ipsumq; vestibus pon
tificalibus indutum ceterosq; sacerdotes in stolis suis,
cum tota gente Iudæorum Alexandro cum gaudio
occurrere. Quod factum est. Putauerant enim Samari
tani tunc, & cetere gentes vicinæ Iudæis summum sa-
cerdotem, & reliquam gentem Iudeorum variis penis
ab Alexandro affligendam. Qđ è contrario factū est.
Nam properans Alexander descendit de equo, & ado
rato nomine Dei, quod erat in lamina aurea circun-
dante frontem sacerdotis, ipsum summum sacerdotē
veneratus est. Qđ videntes omnes reges Syrie, qui Ale
xandro astabant, cunctiq; Macedones stupebant, men
tem regis delusam esse putantes, quia nulli vnquam
hominum hoc fecisset. Solus autem Parmenio Dux
eius interrogare ausus est: cur ceteris eum adorātibus,
ipse sacerdotem gentis Iudæorum adorauerat. Cui
Alexander inquit: Non hunc, sed Deum, cui in sacer-
dotio ministrat adoraui. Nam eum in hoc habitu vidi
per somnium cùm adhuc essem in Macedonia. Ipseq;
suasit in Asiam exercitum ducere. Et cùm nullum in
tali stola nisi hunc viderim, habens probationem vi-
sionis meæ hunc salutaui, & ex nunc arbitror Dariū,
& Persarum exercitum dissoluisse, quia sicut in som-
nio accepi, ita firmiter prouentura confido. Ita Alexā-
der Parmenioni locutus est. Tunc gaudentibus oībus
Alexander in vrbem Ierusalem ducitur, & ascendens
in templum sacrificauit Deo, sicut ei ostenderat sacer
dos. Ipse vero summo sacerdoti Hiado, & reliquis sa-
cerdotibus larga munera contulit. Et allato libro Da-
nielis, in quo scriptum est quendam principem Græ-
corum, Persarum gentes superaturum, seipsum Ale-
xander esse credidit. Sequenti die Alexander conuo-
cata multitudine Iudæorum iussit eis, quidquid vel-
lent, ab eo peterent. Petiit aūt summus sacerdos, vt Iu-
dæis liceat suis legibus viuere, & sine tributis septimū
annum esse permitteret, quæ Alexander cōcessit. Iste
septimus annus est, in quo Iudæi, nec agros colunt,
nec eis metere fruges, aut vindemiam facere licet, vt

F patet Exo. 25. Petiit etiam, ut Iudæis habitantibus in
Babylone, & in terra Medorum, ubi adhuc multi ma-
serāt, qui de Babylone finita captiuitate redire nolue-
rant, legibus propriis uiuere permitteret, quod ēt con
cessit. Cumque etiam Alexander dimissa Ierusalem
iuisset in urbes Samaritanorum iuxta montem Gari-
zim, vbi prius templum per Sanabalath fundatū esse
diximus, occurrerunt ei Samaritani solenniter Alexā-
drum recipientes. Hi quoq; petierunt ab Alexandro,
q̄ Iudæi petierant. s. tributa anni septimi, quia ipsi quo-
que Samaritani, nec colunt agros, nec metunt anno
septimo, cùm obseruēt legē Moysi: ceteros aūt libros
prophetarū non recipiunt, ut diximus. 4. Reg. 17. Qui-
bus Alexander ait, qui erant, qui talia peterēt. Rñderūt
G se Iudæos esse, Sichimitas tñ, a Sidoniis vocari. Nā Sa-
maritani, cū Iudæos feliciter agere uiderent, se Iudeos
mendaciter profitentur, cū aūt illos affligi cernunt, ue
rū ꝯfitentes Iudæos se non esse dicunt. Quibus Alexā-
der iterum dixit an Iudæi essent: cui illi dixerunt se nō
esse. Et ille ait: ego hoc Iudæis concessi. Quasi dicat: illa
tis est concessisse Iudeis. Verumtñ rursus certius vide-
bo, & quę agenda sunt disponā. Hoc modo Samarita-
ni, nullo obtento ab Alexandro, manserunt. De his Io-
sephus. 11. Antiquitatum, Hoc tpe defuncto Hiado sa-
cerdote summo: Onias filius eius septimus summus
sacerdos effectus est, de quo Iosephus. 11. Antiquita-
tum. Mortuo Alexandro in Babylone regnum eius
in multos successores diuisum est, vt patet primo Ma-
H cha. 1. Antigonus namque Asiam minorem apprehē-
dit: Seleucus Babylonem, & gentes vicinas obtinuit,
Lysimacho cessit Helespontus: Macedoniam accepit
Cassander, Ptholemæus filius Lagi Aegyptum posse-
dit. Horum plurima, & grauissima bella fuerunt, de q-
bus Paulus Orosius lib. 3. de Ormesta mundi: Ptholo-
mæus filius Lagi, de quo diximus, cępit regnare in
Aegypto ipso anno, quo Alexander mortuus est. san-
te Christi natiuitatem annis ducentis, & nonaginta, &
nouem, & ab orbe condito annis tribus millibus sex-
centis sexaginta quatuor, & a transmigratione in Ba-
bylonem annis trecentis, & duobus, & a reditu de Ba-
bylone annis ducentis, & triginta duobus. Iste Ptholo-
mæus Sother in Græco. i. saluator dictus est. Ipse autē
I totam Syriam sibi subiecit, & Ierosolymam, & Iudęos
per fraudes expugnauit. Ipse enim sub specie sacrifici
Ierosolymā ingressus ciuitate non resistente, sed aper-
tis portis, cùm nihil mali cogitarēt, uniuersa prædatus
est, & gentem seruituti subięcit. Et plurimos de Iudeis
ultra centum millia multos quoque de Samaritanis te-
nens in Aegyptum reuersus est. De quo Iosephus. 12.
Antiquitatum: regnauit autem iste Ptholemæus an-
nis decem & sex. Huius tempore Theophrastus Phi-
losophus in Græcia floruit. Defuncto Ptholemæo So-
ther siue filio Lagi Ptholemæus Philadelphus fili⁹ ei⁹
regnauit in Aegypto. Et cepit ante Christū natū annis
ducentis octoginta tribus, & ab orbe ꝯdito annis trib⁹
millibus sexcentis, & octoginta, & a transmigratione
K in Babylonem annis trecentis, & decem, & octo: & a
reditu de Babylone annis ducētis, & quadragita octo,
& regnauit annis triginta octo. Sub hoc manebant in
Aegypto Iudæi captiui, quos pater eius Ptholemæus
Sother captos duxerat, vt supra dictum est. Et ex hoc
tempore prouenit, ꝙ plurimi Iudæorum habitarēt in
Aegypto, vt ait Iosephus. 12. Antiquitatū. Et manserūt
semper usque ad tempora Christi. Nam post mortem
eius dicitur Actu. 2. ꝙ multi Iudæi de habitantibus in
Aegypto manebant in Ierusalem. Iste Ptholemæus
Philadelphus fecit uetus testamentum totum trāsfer-
ri de Hebræo in Græcum per septuaginta & duos in-
terpretes. Nam librorum cupidus erat, & habuit fa-
mosissimam librorum copiam in Alexandria, quantā
nullus

nullus vnquam legitur habuisse, scilicet plus quàm vi
ginti millia librorum: ut ait Iosephus. 12. antiquita-
tum. De hac interpretatione, & modo eius latè dixi-
mus in prologo Hierony. super Paralipom. latius ta-
men ponit Iosephus. 12. antiquitatum. Onias sum-
mus sacerdos filius Hiadi, de quo supra diximus, mor-
tuus est sub Ptholemæo Sother, cui successit filius Si-
mon summus sacerdos octauus, qui vocabatur Si-
mon iustus propter pietatem, quam habebat in Deū,
& fauorem, quem habebat erga regem. Iste est Si-
mon summus sacerdos, cuius laudes ponuntur Ec-
cle. 50. Iste moriens reliquit filium paruulum Oniam
nomine, qui propter ætatem ministrare non poterat:
ideo ministrauit in summo sacerdotio Eleazarus fra-
ter Simonis. Et iste est a quo septuaginta interpre-
tes directi sunt ad Ptholemæum Philadelphum ad
interpretationem faciendam. Et ob hoc Ptholo-
mæus redemit plusquam centum uiginti millia Iu-
deorum de his, qui capti tenebantur in Aegypto, &
seruiebant a tempore patris sui Ptholemęi Sother: &
pro quolibet redimēdo dedit centum, & uiginti drag-
mas, vt ait Iosephus. 12. antiquitatum. Iste Eleaza-
rus fuit nonus summus sacerdos. Mortuo Ptholo-
mæo Philadelpho successit in regno Aegypti Ptho-
lemæus Euergetes filius eius regnans annis viginti
sex. Et cæpit ante Christum natum annis ducentis,
& quadraginta quinque, & a transmigratione in Ba-
bylonem annis trecentis quinquaginta & sex: & a
reditu de Babylone annis ducentis, & octoginta,
& sex, & ab orbe condito annis tribus millibus se-
ptingentis, & decem & octo. Hoc tempore scriptus
est Ecclesiasticus liber per Iesum filium Sirach; vt pa-
tet Eccles. 50. scilicet. Doctrinam sapientiæ, & disci-
plinam scripsit in codice isto Ioannes filius Sirach Ie-
rosolimita: qui renouauit sapientiam de corde suo.
Pauco tempore post mortem Simonis summi sacer-
dotis fuit scriptus ille liber: ideo auctor eius laudans
omnes patres antiquos finiuit laudes in Simone sum
mo sacerdote, quasi nullum haberet post eum quem
laudare potuisset. Mortuo Ptholemæo Euergete re-
gnauit Ptholemæus Philopater filius eius, quem Io-
sephus uocat Ptholemæum Eupatorem, & regnauit
in Aegypto annis decem, & septem, & cæpit ante
Christum natū annis ducentis, & decem, & nouem:
& ab orbe condito tribus millibus, & septingentis, &
quadraginta quatuor: & a transmigratione in Babylo-
nem annis trecentis octoginta duobus, & a reditu de
Babylone annis trecentis, & duodecim. Dum iste
regnaret in Aegypto regnauit in Syria Antiochus
Magnus rex Syriæ. Qui confligens cum Ptholemæo
Philopatre vicit eum quatuor annis ante mortem
suam. Et iste est ille Antiochus, qui occisus fuit in
Perside in templo Naneæ, deceptus consilio sacer-
dotum Naneæ. Fuerat enim ingressus templum, ut
acciperet inde pecunias multas. Quo ingresso sa-
cerdotes clauserunt templum. Et aperto occulto
aditu templi miserunt lapides, & percusserunt Antio
chum, & eos, qui cum eo erant: & diuiserunt illos
membratim, & capitibus amputatis proiecerunt fo-
ras, ut patet secundo Machabæorum. Mortuo Ptho-
lemæo Philopatre regnauit in Aegypto Ptholemæus
Epiphanes annis quindecim. Et cœpit ante Christi
natiuitatem annis ducentis, & duobus, & ab orbe
condito annis tribus millibus septingentis sexaginta,
& uno, & a transmigratione in Babylonem annis
trecentis nonaginta nouem, & a reditu de Babylo-
ne annis trecentis, & uiginti nouem. Et tunc fue-
runt turbationes inter Ptholemęum Epiphanem,
& Antiochum. Iudæi autem adiuuauerunt An-
tiochum, de quo Iosephus. 12. Antiquitatum. An-

A te hoc aliquanto tempore mortuo Eleazaro summo
sacerdote fratre Simonis, Onias filius Simonis sum-
mi sacerdotis, qui paruulus relictus fuerat eo mo-
riente successit in summo sacerdotio: & fuit deci-
mus summus sacerdos. Iste Onias erat auarus ual-
de: & cùm esset princeps gentis Iudæorum propter
eum periclitari habuit gens illa: cùm ipse propter
auaritiam soluere nollet tributa ad quæ singulis an-
nis tenebatur regi Aegypti tota gens Iudæorum: sed
liberauit eos de his angustiis quidam Iuuenis Iosipus
nomine filius sororis Oniæ. De hoc, & de quo-
dam filio eius Hirchano multa refert Iosephus lau-
dabilia. 12. antiquitatum. Mortuo Ptholemæo Epi-
phanę Seleucus primus regnauit in Syria, & cæpit an-
B te Christum natum annis centum octoginta, & se-
ptem: & a transmigratione in Babylonem annis qua-
dringentis, & quatuordecim, & a reditu de Baby-
lone annis trecentis quadraginta quatuor. Iste Se-
leucus fuit ualde deuotus Deo Iudæorum tempo-
re Oniæ summi sacerdotis: & præstabat de redditi-
bus suis omnia necessaria ad sumptus sacrificiorum,
vt patet secundo Machabæorum 3. & uocatur ibi
rex Asiæ. Et uerum est, quòd erat rex Asiæ, & Siriæ.
Post hunc Seleucum regnauit Ptholemæus Philoma
ter annis tribus. Et cæpit ante Christum natum
annis centum septuaginta, & octo, & ab orbe con-
dito annis tribus millibus septingentis, & octogin-
ta quinque: & a transmigratione Babylonis quadrin
C gentis, & uiginti tribus, & a reditu de Babylone an-
nis trecentis quinquaginta tribus. Ante hoc mor-
tuo summo sacerdote Onia auaro, de quo supra di-
ximus successit ei Simon filius eius undecimus sa-
cerdos magnus. Et hoc mortuo successit Onias
filius eius duodecimus summus sacerdos. Dicit
autem Iosephus. 12. antiquitatum, quòd fuerunt
tres fratres filii Simonis, scilicet, Onias, & Iesus,
& Alius Onias minor. Ipse autem Iesus se uoca-
uit Iasonem, & Onias minor uocauit se Menelaum.
Qui assumpti sunt ad tres principatus summi sacer-
dotii. Et cùm Iason, qui medius erat suscepisset
sacerdotium summum rex Antiochus deposuit
eum, & tradidit sacerdotium Oniæ minori, qui
D dicebatur Menelaus. Et de istis dicitur secundo
Machabæorum quarto, scilicet, quomodo Iason di-
scordauerit contra Oniam, & Menelaus assumptus
fuerit in summum sacerdotium effugato Iasone.
Sed illa litera videtur discordare a Iosepho, de quo
quomodo se habeat ueritas, ibidem declarabitur.
Hoc tempore, scilicet, sub hoc Antiocho magis
propriè incæpit historia libri secundi, quàm pri-
mi. Pro quo considerandum, quòd duo libri Ma-
chabeorum non habent historiam continuatam ita,
quòd finitis eis, quæ sunt in primo libro, incipiant
ea, quę sunt in secundo: sed prius desinunt, quæ
sunt in secundo, quàm in primo: quia secundus liber
finitur in gestis Iudæ Machabei, & non peruenitur
E ibi usque ad mortem suam. Et tamen in primo libro
Machabæorum continuatur historia Iudæ Macha-
næi, & fratris sui Ionathæ post eum, & postea histo-
ria Simonis post ipsos, sed est secundus liber Macha-
bæorum quædam recapitulatio ad supplendum quæ-
dam, quæ omissa fuerant in primo de actibus Iudę.
Et incipit proprie historia in 3. ca. secundi Machabæo-
rum, quia in duobus præcedentibus solùm ponun-
tur quædam præambula, quæ non sunt de historia
Machabæorum: & incipit historia sub tempore regis
Seleuci, de quo supra diximus in Heliodoro, qui uenit
ad accipiendum pecunias depositas in templo. secun-
do Machabæorum tertio. Et post hoc fuit conten-
tio illa pro summo sacerdotio inter Iasonem, & Me-

nelaum de qua supra diximus,& hoc habetur secũdo Machabeorum.4. Hæc tamen contentio fuit sub Antiocho Epiphane,qui vocatur Antiochus illustris primo Machabæorum primo, scilicet: Exijt ex eis radix peccati Antiochus illustris. Et idem est illustris, quod Epiphanes,& est nomen Græcum,& interpretatur apparens.i. valde apparens,vel valde notus,& hoc significat illustris,idest,clarissimus.Iste Antiochus fuit pessimus,sub quo occisus est Onias summus sacerdos, secundo Macha. 4. & ipse vendidit summum sacerdotium Menelao auferens illud fratri suo Iasoni. eod. cap. Huius tempore ipse Menelaus promisit, quòd conuerteret Iudæos ad ritum Græcorum, & posuit effeminatos in terra,scilicet optimos Ephebos,& constituit Gymnasium in Ierusalem, & translata est gens de ritu Iudaico ad ritum Græcorum.secundo Machabæorum. 4. Tunc vetitum est Iudæis circuncidere filios suos, & qui circuncidebant illos occidebantur,& suspendebantur paruuli. De quibus primo Machabæorum primo. Eo tempore occisus est Eleazarus scriba vir doctus,& honorabilis inter Iudæos:quia noluit manducare carnes porcinas,secundo Machabeorum. 6. Tunc etiam occisi sunt septem filii cum matre, variis tormentis, & ad vltimum ipsa mater, quia noluerunt manducare carnes porcinas recedendo à lege.secundo Machabæorum. 7. Tunc etiam iste Antiochus Epiphanes spoliauit templum auferẽs totum argentum, & aurum,quod ibi inuenit. Et fuit hoc ante Christi natiuitatem annis centum & sexaginta nouem. De hoc primo Machabæorum primo, & secundo Machabæorum. 5. Postea per duos annos, scilicet octauo anno regni sui compellebat Iudæos ad sacrificandum idolis, & posuit idolum Iouis Olympici, & aram eius in templo Ierusalem, & super illam cogebat Iudæos sacrificare, vt patet primo Machab.

Mathathias pater Iudæ Machabæę.

primo.Eo tempore erat Mathathias sacerdos de Vrbe Modim, qui nolens præuaricari legem Dei parauit se ad resistendum satellitibus Antiochi, & fecit bella contra eos. Iste erat pater Machabæorum,de quo primo Machab. secundo. Iste moriens reliquit Iudam filium suum, qui vocatus est Machabæus, principem ad resistendum violatoribus legis. Et mortuus est Mathathias ante Christum natum annis centum sexaginta sex, & a trãsmigratione Babylonis annis quadringentis, & triginta, & quinque: & à reditu de Babylone annis trecentis, & sexaginta, & quinque:& ab orbe condito annis tribus millibus septingentis nonaginta, & septem. De his Iosephus. 12. Antiquitatum. Ipso anno, quo mortuus est Mathathias surrexit Iudas Machabæus: & obtinuit principatum pro patre suo, & incepit pugnare contra duces Antiochi, qui compellebant Iudæos ad dimittendam legem, & tenendum ritum Gentilem, & aduersabantur eis inferentes multa damna. De hoc primo Machabæor. tertio, & quarto. Secundo anno postquam Iudas suscepit principatum mundauit templum, & altare Ierusalem,postquam fecerat aliqua bella contra gentes. Nam pollutum erat altare,quia immolati fuerant porci super illud: vt ait Iosephus. 12. Antiquitatum, & multæ turpitudines factæ fuerant. De solennitate huius purificationis patet primo Machab. 4. Hoc autem fuit ante Christi natiuitatem annis centum, & sexaginta quatuor, & à transmigratione Babylonis annis quadringentis triginta, & septem:& à reditu de Babylone annis trecentis, & sexaginta septem: & ab orbe condito annis tribus millibus septingentis, & nonaginta, & nouem. Hoc viuente mortuus est impijssimus Antiochus Epiphanes, qui omnium horum malorum causa extiterat,cuius mors acerba fuit. secundo Machab. nono. Viuente etiam Iuda accide-

runt omnia, quæ habentur secundo Machab.à ca.8. vsque ad finem. Nam, & mors Iudæ non continetur ibi, sed ponitur magis historia Iudæ primo Machab.a ca. 3.vsque ad octauum, ubi mortuus est. Tenuit autem Iudas Machabæus principatum Gentis suæ, tribus annis, vt ait Iosephus. 12. Antiquitatum. Vno anno postquam Iudas mundauit templum: Antiochus Eupater regnauit in Syria,& post duos annos successit Demetrius, & sub hoc mortuus est Iudas per ducem eius Bachidem. Mortuo Iuda Machabæo frater eius Ionathas suscepit principatum gentis Iudæorum, & summum sacerdotium, & bella faciebat contra gentes. De quo primo Machab. ab 8. vsque ad 12. cap. Et nihil de isto libro habetur in 2. lib. Machabæorum. Cepit Ionathas principatum ante Christi natiuitatem annis centum, & sexaginta, & uno, & à transmigratione Babylonis quadringentis, & quadraginta, & à reditu de Babylone trecentis, & septuaginta ab orbe condito annis tribus millibus octingentis, & duobus. Tenuit autem principatum annis viginti incipiens. Tempore Ionathæ accidit, quòd Onias quidam de genere sacerdotum, scilicet, filius summi sacerdotis, qui in Alexandriam fugerat ad Ptolemæum Philomaterem petiit ab eo, & a regina Cleopatra, vt daretur sibi locus in Eliopoli ciuitate Aegypti ad ædificandum templum Deo simile templo Ierosolymorum. Quod concessum est, & factum fuit, tamen illud minus in quantitate, & patrimum. Ibi tamen sacerdotes, & leuitas instituit facientes eadem officia, quæ fiebant in Ierusalem. Hoc autem fecit confisus in quodam dicto Isaiæ, quasi per sexcentos annos ante hoc sacrarium Deo in Aegypto per uirum Iudæum ædificandum præparerat. De hoc Iosephus tertiodecimo antiquitatũ, & magis in libro de bello Iudaico. An tamen ibi completa fuerit scriptura Isaiæ pro nunc non asseritur, de quo magis dicetur super Isaiam. Sub Ionatha regnare cepit Alexander filius Antiochi ante Christum natum annis centum quinquaginta duobus, & à translmigratione Babylonis annis quadringentis quadraginta nouem, & à reditu de Babylone annis trecentis septuaginta nouem: & ab orbe condito annis tribus millibus octingentis, & undecim. Sub Ionatha etiam ortæ sunt inter Iudæos tres hæreses, idest tres modi, uel differentiæ credendi, & uiuendi, scilicet, Pharisæorum, Hesenorum, & Seduceorum. De quibus quid teneant ponit Iosephus decimotertio Antiquitatum, & secundo de bello Iudaico: de quibus & alijs sectis Iudæorum declarabitur sequenti capitulo,uel infra.12. Ionatha quoque uiuente cepit regnare Demetrius post annos quinque postq̃ cęperat regnare Alexander filius Antiochi. Et fuit ante Christum natum annis centum quadraginta septem: isto hoc mortuus est Ionathas. primo Machab. secundo. cùm tenuisset principatum quasi annis uiginti, ut colligitur per Iosephum decimotertio Antiquitatũ. Mortuo Ionatha succeßit Symon frater eius ultimus Machabæorum, qui tenuit summum sacerdotium, & principatum gentis suæ annis octo, ut ait Iosephus 13. Antiquitatum. Et cepit ante Christum natum annis centum quadraginta tribus, & a transmigratione Babylonis annis quadringentis quinquaginta octo, & à reditu de Babylone annis trecentis octoginta octo, & ab orbe condito annis tribus millibus octingentis, & uiginti. Iste fecit bella contra hostes Iudæorum, sicut Iudas, & Ionathas: maius tamen tempus principatus huius in quiete fuit. De hoc primo Machab. a cap.decimosecundo, usque ad finem libri. Hoc uiuente Demetrius aufferret iugum Iudæorum:s.tollendo illis tributa, & fuit hoc secundo anno principatus Symonis. Hoc viuente, scilicet, anno quinto eius Antiochus filius Demetrij regnare cœpit.Et fuit ante Christum natum annis centum triginta, & octo, & à trãsmigratione Babylonis annis quadringentis sexaginta duobus, & à reditu de Babylone annis trecentis nonaginta tribus,& ab orbe condito annis tribus millibus octingentis, & uiginti, & quinque. Simon Machabæus anno octauo principatus sui in conuiuio proditorie occisus est per insidias Ptholemæi generi sui viri Iudæi, cui filiam suam dederat uxorem.Et ille inuidens gloriæ Simonis, & cupiens principatum gentis Iudæorum, cùm tamen ipse non esset ad hoc satis efficax.in conuiuio tenens eũ in delitijs nihil mali a genero suspicantem, ex insidiis armatos iubet exire, ipsumque Simonem inter epulas occidit.Tenuit autẽ ibi uxorem Symonis, & omnes filios ejus præter Ioannem,qui uocabatur Hircanus. De hoc primo Macha. vltimo. cap. & Iosephus. 13.Antiquitatum. Et sic fuit finis trium fratrum Machabæorum,qui uiriliter pro lege Dei, & libertate gẽtis suæ pugnantes glorioßas sui reliquere memorias, omnes tamen gladio trucidati. Tenuerunt autẽ principatum gentis suæ, & supremum sacerdotium annis triginta,& uno,scilicet Iudas annis tribus, Ionatas annis viginti, & Simon annis octo. Vsque ad hoc tempus peruenit historiæ librorum veteris testamenti.Postea vero de reliquo tempote,quod est usque ad Christi natiuitatem, scilicet, de annis centum triginta,& quinque,nullus liber sacræ scripturæ stat: sed colliguntur gesta ex historiis temporum, tam apud Græcos,quàm apud Latinos,& maximè Iosephus Iudæus de his egit in libris Antiquitatum, quasi à medio libri tertijdecimi, vsque ad decimum octauum, in quo de Christo locutus est. De his etiam in libris suis de bello Iudaico. Capto ergo Simone,& occiso, filiisque eius,& uxore,solus Ioannes,qui Hirchanus dicitur,de filijs eius euasit.Qui mox fugit in Ierusalem confidẽs de fauore populi erga se propter patris sui Simonis beneficia multa genti Iudæorum præstita, & propter odium Ptholemæi generi Simonis, quem populus oderat. Voluerat autem Ptholemæus totã progeniem Simonis tenere, vt omnibus occisis ad eum principatus deuolueretur:ideo fugientem Hircanum persecutus est, & properantem intrare in Ierusalem populus expulit: iam enim Hirchanum susceperant. Fugit ergo Ptholemæus in quoddam castellum nomine Dagon apud Iericho. Datus est tunc principatus gentis Iudæorum Ioanni Hirchano sicut pater eius illum tenuerat, & tenuit eum annis triginta uno, vt ait Iosephus. 13.Antiquitatum. Iste innouauit principatũ, quia ante hoc summi sacerdotes honore suo contenti, & principatu plebis,ad altiorem plebis magistratum non aspirabant. Iste autem Hirchanus imposuit sibi diadema regium, vt communiter tenetur. Ioseph tamen 13.Antiquitatũ dicit, quòd filius istius, scilicet Aristobolus primus sibi de summis sacerdotibus coronam imposuit.Ipse tamen Iosephus 16. Antiquitatum dicit Hirchanum fuisse regem. Cepit iste principati ante Christum natum annis centum triginta,& quinque,& à reditu de Babylone annis trecentis nonaginta & sex, & transmigratione in Babylonem annis quadringentis sexaginta & sex, & ab orbe condito annis tribus millibus octingentis & viginti octo. Mox, ut iste accepit principatum factis sacrificijs ex more ad placandum Deum perduxit exercitum contra Ptholomæum,qui matrem suam,& fratres captos tenebat, contra quem facile prævalebat, Hirchanus tamen matris affectu trahebatur. Nam Ptholemæus in obsidione positus matrem Hirchani, & fratres eo vidente super muros torquebat, & si non recederet

ab obsidione penitus mortem minabatur. Hirchani autem animus soluebatur uidens matrem charissimã & fratres torqueri,ideo à conflictu cessabat, mater verò de muro manus protendens petebat ne propter se differret, sed castellum celerius destrueret, & Ptholemæo pro eorum morte redderet retributionẽ, extimans sibi vtilissimum, si per suam mortem hostes atrocius deperirent. Tunc Hirchanus ad capiendum castrum inflammabatur, sed cùm rursus matrem, & fratres torqueri crudeliter videret,remittebatur ardor eius, & ab oppugnatione cessabat,ne crudelis in matrem videretur. Tali necessitate obsidendi Hirchanus unum annum expleuit, cùm castrum paucis diebus capere potuisset. Vnde Ptholemæus à bello solutus occidit matrem, & fratres Hirchani clam, & cùm se resistere non posse teneret, relicto castro fugit ad Zenonem tyrannum Philadelphiæ. Hoc modo tota progenies Simonis Machabei præter Ioannem Hirchanum periit.Cùm autem cœpisset Hirchanus principari, Antiochus pugnauit cõtra Hirchanum quem in Ierusalẽ obsedit, quia Simon pater Hirchani exercitum Antiochi regis magna plaga atriuerat. In hac tamen obsidione nihil proficiebat propter loci fortitudinem,licèt machinas bellicas,& profundas caueas fecisset. Iudæi tamen,qui erant in vrbe sæpe incursartes exercitum Antiochi percutiebant. Timuẽs tamẽ Hirchanus famẽ in ciuitate cito venturam,redemit se pecuniis, & sic obsidionem soluit multis interiectis conditionibus. Iste Hirchanus obsessus adueniente festo tabernaculorum ab Antiocho inducias septem dierum pro festiuitate, & sacrificiis petiit. Antiochus autem,non solùm concessit,sed etiam magnificentissimum sacrificium misit, scilicet, taurum viuentem cornibus inauratis, & uasa argentea, & aurea plena omnibus aromatibus.Fuit autem iste Antiochus melior Antiocho Epiphane, qui ciuitatem pacificè ingressus porcos super aram immolauit, & ius carnium per totum templum ad coinquinandum illud sparsit. Cùm semel Hirchanus pecuniis egeret,sepulchrũ Dauid in Ierusalem aperuit, qui inter reges diues valde extiterat, & ptulit inde tria millia talenta pecuniarum, ex quibus ditatus exercitum peregrinorum primus cœpit alere. Iste pacem, & fœdera amicitiarum renouauit cum Romanis, quam sæpe prædecessores sui fecerant. Et hanc primò fecit Iudas Machabæus. primo Machabæorum.8. Idem postea fecit Ionathas. primo Machabæorum. 12. Nunc verò tempore Hirchani ista confirmata sunt, fecit autem bella aliqua, de quibus Iosephus. 13.Antiquitatum. Fuit iste Hirchanus vir iustus, & prophetiæ dono præditus. Nam semel,cùm misisset filios suos ad pugnandum contra Antiochum, ipseque solus intra templum thus adoleret, vocem audiuit, quòd filij sui ipso die vincerent Antiochum. Qui mox procedens de templo toti populo retulit, & ipso exitu rei verum fuisse constitit. Fuit Hirchanus magnæ prosperitatis: ita, ut plurimi Iudæorum ei inuiderent,& maximè Pharisæi: quorũ hæresim sub Ionatha Machabæo ortam diximus. Erant autem tantæ opinionis apud plebem:vt si quid contra regem, aut principem Sacerdotum dicerent, facere crederetur.Eorum tamen discipulus Hircanus extiterat.Sed cùm eos ad conuiuium uocasset,& amicabiliter pasceret; nimisq; delectari illos uidisset: dicere cepit.Scitis me velle iuste omnia facere: per quæ Deo,& vobis placeam. Rogo autem si quid me peccantem videritis corrigite. Qui dum ei testimonium præberent omni virtute ornatum lætatus est. Tunc vnus de recumbentibus nomine Eleazarus, vir maliuolus,& seditionibus gaudens inquit. Quoniam dixisti,te iustum velle cognoscere,iustum est te deponere princi-

Ioseph lib. 13. Antiqu. cap.17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

principatum sacerdotij, & solùm populi regere magi-
stratũ. Petente autem Hirchano, cur deponeret, ait:
Quia audiuimus à senioribus nostris captiuam fuisse
matrem tuam sub Antiocho Epiphane. Quod tamẽ
falsum erat. Cui valde Hirchanus iratus est. Et tunc
Ionathas quidam de Saducæis amicus Hirchani dixit
Eleazarum blasphemasse. Petiuit autem Hirchanus à
pharisæis, quod pati deberet Eleazarus pro hac blas-
phemia. Cumque illi in pœna mites esse vellent, nec
consentirent Hirchano, incitante Ionatha Saducæo
Hirchanus ad Saducæorum partem transijt, & leges,
quas populo tradiderant, soluere noluit. Vnde ma-
gnum odium contra pharisæos à toto populo con-
flatum est. Fuit ergo Hirchanus vir clarus in multis.
Et cùm triginta & unum annos in principatu egisset
obiit. De hoc multa alia Ioseph 13. Antiquitatum, &
in libro de bello Iudaico. Mortuo Hirchano succes-
sit Aristobulus filius eius, qui fuit summus sacerdos,
& rex. Et de hoc dicit Iosephus 13. Antiquitatum, ꝙ
iste fuit primus Iudæorum, qui post reditum de Baby
lone sibi regium diadema imposuit. Fuit autem hoc
ante Christum natum annis centum, & duobus, & ab
orbe condito annis tribus millibus octingentis sexa-
ginta & vno, & à transmigratione Babylonis annis
quadringentis & uiginti & nouem, regnauit autem
solùm anno uno. Aristobulus iste sumpto regio dia-
demate, Antigonum fratrem suum sibi secundum a-
mans in simili dignitate eum constituere uolebat, ma
trem verò, & alios fratres in uinculis tenebat. Hirchа-
nus namque matrem istorum dominam esse relique
rat. Cùm autem de principatu altercaretur cum Ari-
stobolo, ad tantam crudelitatem ipse peruenit, ut eam
in vinculis fame, & penuria occiderit, cæteros verò
fratres astrictos tenebat uinculis. Antigonum tamen,
quem valde diligere videbatur, occidit. Cùm enim
Aristobulus Antigonũ misisset in hostes, & ille ob-
tenta victoria clarus rediret tempore, quo tabernacu-
lorum festum celebrari debebat, & frater eius Aristo-
bolus rex & summus sacerdos quadam ægritudine te
neretur Antigonus fecit sacrificia. Maluoli autem
fratrum concordiam turbare cupientes, ex Antigoni
pompa occasionem sumpserunt, & coram Aristobo
lo iniquè loquebantur dicentes: quomodo Antigo-
nus in celebratione tabernaculorum sublimis appa-
ruit, vt non æquè à priuato fieri viderentur, sed regij
status ostentatio crederetur. Asserebant etiam eum
cum multirudine armatorum ad Aristoboli ventu-
rum interitum. Aristobolus autem, cùm his accusa-
tionibus credidisset, timens ne incideret in suspitionẽ
fratris, suique corporis curam agens, disposuit custo-
des in subterranea specu. Iacebat autem ipse Aristo-
bolus in turre quæ Antoniana dicebatur, licèt à pau-
cissimis turris stratonis diceretur. Præcepit autem, vt
cùm Antigonus ingrederetur nullum inermem, ip-
sum tamen Antigonum si armatus intraret, interfice
rent. Misitque ad Antigonum, quòd ad eum sine ar
mis ueniret. Regina autem inuidens Antigono, quẽ
Aristobolus ualde diligebat, persuasit nuncio contra-
ria referre, scilicet, frater tuus audiens te construxisse
arma, & ornatum bellicum, petit ut ingrediaris cum
armis, vt eorum possit uidere facturam. Antigonus
autem nihil dolosum meditatus, de affectu fratris cõ-
fidens, armatus ad Aristobolum ingreditur, ut armo-
rum demonstraret ornatum. Cumque in ipsam tur-
rim quæ stratonis dicebatur introisset, ab illis, qui in
tenebroso loco constituti erant occiditur. Admiran-
dum autem ipsa die circa Iudam Hesenum accidit,
qui nunquam in his, quæ prædixit mentitus est. Erat
enim Hesenus. ideſt de secta, uel hæresi Hesenorum.
Iste, cùm vidisset ipsa die Antigonum transire per tẽ-

Mors Hir-
chani.
Aristobulus
rex & pũi.

plum, clamauit sociis suis. Melius est mihi mori, quã
si mortem fuero mentitus Antigoni, quem hodie vi
deo periturum in turri Stratonis. Ipse autem locus,
scilicet, turris Stratonis sexcentis distabat stadiis, ubi
eum prædiderat interfici, & diei plurima pars transie
rat, ita ut dubitari posset, an prænunciatum esset pos-
sibile. Cumque hoc dixisset, & tristis esset, nunciatur
ei Antigonum occisum esse in subterranea specu.
Nam, & ipse locus Stratonis dicebatur sicut Cæsa-
rea, prius verò turris Stratonis dicebatur. Vnde & ip-
se Iudas de vaticinio suo turbatus erat nesciens quo-
modo compleretur. Aristobolus autem magno fletu
de fratris morte tenebatur, nec non ægritudo solita
mentem eius subitaneo dolore percussit, & intolle-
rabilem dolorem corruptis uisceribus sustinebat, co-
piam quoq; sanguinis euomebat. Quem dum famu-
lus quidam manu portaret, lapsus est in loco ubi ma-
culæ sanguinis morientis Antigoni permanebant.
Quo facto clamor populi attollitur, dum uiderent san
guinem, quem rex euomerat, & putarent hoc à fa-
mulo de industria factum. Clamorem autem audiens
Aristobolus, causam inquisiuit. Illis autem tacentibus
comminatur. Illi verò coacti quid contigisset ape-
riunt, scilicet, quòd Dei vltio in eo loco ipsum uolui-
set perimere, in quo fratrem occidi fecerat. Hoc au-
diens Aristobolus confunditur, gemensque cum la-
chrymis ex alto pectore dixit: Nunquid Deum late-
re potui in tam crudelibus factis, vt non scelere frater-
nę cædis cœleri pœna consumerer? Vsquequo impro
bum corpus prohibes impiam animam ad vmbras
fratris, & matris accedere? Cur non tam celeriter red-
dis, sed paulatim sanguinẽ meũ effundo occisis? Quæ
cùm dixisset moritur anno primo regni sui. Iste uo-
catus est amator Græcorum, & multum Iudæis pro-
fuit, quia Ituræos, & magnam eorum prouinciam Iu-
dæis adiunxit compellens habitatores terræ, vt si eam
habitare uellent circunciderentur, & secundùm legẽ
Mosaicam viuerent. De his Iosephus 13. Antiquita-
tum. & in libro de bello Iudaico. Mortuo Atistobolo
successit in regno, & in summo sacerdotio Iamnæus
frater Aristoboli. Qui postea Alexander dictus est. &
cœpit regnare vno anno postquam cœperat Aristo-
bolus, scilicet, ante Christum natum annis centum, &
vno, & ab orbe condito annis tribus millibus octin-
gentis & sexaginta duobus, & à transmigratione Ba-
bylonis annis quingentis, & à reditu de Babylone an-
nis quadringentis, & triginta. Mox enim, ut Aristobo-
lus mortuus est, Salome uxor Aristoboli, quæ apud hi
storiographos Alexandra communiter appellatur, ſol
uit omnes fratres Aristoboli à vinculis, quos ipse vi-
uens ligatos tenuerat, & Iamnæum, qui Alexander
uocatus est regem ordinauit, maiorem quidem ætа-
te aliis residuis fratribus. Iste cœpit regnare uno an-
no postquam cœperat Aristobolus, scilicet, anni cen-
tum & uno ante Christi natiuitatem, vt dictum est, &
regnauit viginti septem annis, ut ait Iosephus 13. An-
tiquitatum, & annis quadraginta uixit. Alij autem no
lunt eum regnasse annis triginta. Iste nunquam ad fa-
ciem patris sui Ioannis Hirchani venerat, quia eum
quodammodo oderat. Causa huius talis fuisse dicitur,
scilicet. Cùm Hirchanus diligeret multum duos filios
priores Aristobolum, & Antigonum, & Deus appa-
ruisset in somnis Hirchano, & quæreret ab eo quis fi-
liorum suorum successor eius existeret. Ostendit ei
Deus vultum Iamnæi. Vnde Hirchanus contristatus
est, quòd omnium bonorum suorum heres iste ex-
steret. Genitum ergo in Galilæa nutriri fecit, & ad cõ
spectum eius nunquam uenit. Deus tamen Hircha-
no non mentitus est. Nam iste mortuo Aristobolo,
qui quasi nihil regnauerat, regnũ accepit. Assumpta,

in regnum unum de fratribus suis, qui cum eo in vin
culis fuerat contendentem de regno occidit, alium
verò mansuetè viuentem honorabiliter tractabat.
Multa bella iste strenuè gessit contra hostes, & con-
tra gentem suam; nouissime crudelis apparuit. Acci-
dit enim vt in discordiam veniret cum Iudæis quibus
præerat. Et quadam die in festiuitate tabernaculorum
dum Alexander, qui summus sacerdos erat, & rex, a-
stitisset super altare solenniter immolaturus, Iudæi,
qui astabant virgis cedrinis in contemptum iacula-
bantur eum. Nam in illo festo Iudæi in templo, & in
singulis domibus ramos arborum habent. Et eum
contumeliosè cùm egressi fuissent dicerent illum de
captiua fuisse genitum, & ideo honore sacerdotij nõ
esse dignum. Iratus Alexander sex millia Iudæorum
occidit: parietem verò ligneum circa altare, & tem-
plum constituit, qui multitudini aditum denegabat,
vt ad sacerdotes sacrificia facientes populus pertinge
re non posset. Alexãder Moabitas eis imposuit. Cùm
autem contra regem Arabum Obidam pugnaret in-
cidit in insidiam altissimæ vallis iuxta Galatitem. In-
de autẽ cùm fugeret super infelicitatem Iudæorũ
gentem infestam habuit. Nam cùm fugiens uenisset
in Ierusalem, & peteret, ꝙ odium quod in eum habe-
bant dimitterent, & illi tanto magis eum odiosum
haberent, dixit eis quid uellent fieri, vt eis satisfaceret.
Clamauerunt omnes, ꝙ moreretur Alexander. For-
mato ergo aperto odio inter eum & Iudæos sex an-
nis contra illos pugnans interfecit quinquaginta mil-
lia illorum. Semel enim cùm Iudæorum plurimi cõ-
tra eum pugnarẽt, & inclusissẽt eos in quadam urbe,
multos in bello occidit. Capta autem vrbe de præci-
puis illorum in Ierusalem octingentos duxit, in quos
crudelem vindictam exercuit. Nam cùm cenaret se-
natel cùm concubinis suis, illos octingentos in alto lo
co, ut ab omnibus uiderentur suspendi fecit: prius fi-
lios, & filias eorum, & uxores ipsis videntibus occiden
do. Hoc autem ad vindictam egit pro malis, quæ ab
eis passus fuerat, quem sæpe uariis laboribus afflictum
ad periculum regni, & uitæ perduxerant. Nec suffecit
eis, ut contra eum ipsi pugnarent, sed etiam alienige-
nas contra eum inducerent. Ita, ut ipse coactus regi
Arabum terram Moabitidis, & Galaaditidis traderet,
ut eundem contra Iudæos adiuuaret. Excessit tamen
modum humanæ uindictæ, ideo à Iudæis Tracida.
ideſt crudelis appellatus est, quia traces cæteris genti-
bus in crudelitate famosiores sunt. Hoc facto octo
millia de aduersariis Alexandri per noctem de Iudea
fugerunt, & quandiu ille uixit exulabant. Hac seditio-
ne sic liberatus Alexander, reliquum tempus cũ om-
ni quiete regnauit. Plurima egit bella contra gen-
tes finitimas, de quibus Iosephus 13. Antiquitatum,
& in libro de bello Iudaico. Post hoc Alexander mul
tum crapulæ deditus ægritudinem incurrit, & in tri-
bus annis morbum quartanæ passus est. Nec tamen
sic à bellis cessauit, donec in ipsis laboribus animam
redderet. Mortuus est autem in monte Genasenorũ
ultra Iordanem. Quem cùm regina Alexandra mor-
ti propinquum cerneret, nullam spem salutis haben-
tem, deplorans futuram suam, & filiorum calamita-
tem, ait: Cui me ita relinquis, cum filijs alienis adiu-
torijs indigentem, cùm scias tibi aduersariam esse gẽ-
tem Iudęorum? Cui ille iussit mandata sua seruare, &
certum cum filijs regnum possideret: scilicet, vt mor
rem eius millitibus celaret quousque, & castellum
caperet, & ad Ierosolymam uictrix clarissima rediret,
& pharisæis potestatẽ daret quidquid illi facere vel-
lent, eosque cæteris in honore præferret, vt illi laudã-
tes eam apud plebem propter honorem eis collatũ
fidelem sibi gentem Iudæorum constitueret. Nam

posse istos multa apud Iudæos dicebat, & lædere si
quem odissent, & prodesse, cui fideles existerent, cùm
eis nimium à populo crederetur quidquid uellent
graue contra aliquem referre. Et se ideo multitudinẽ
Iudæorum offendisse dicebat, quod pharisæos aliquã-
do contristasset. Tunc igitur cùm in Ierusalem per-
ueneris conuocatis millitibus eis meum corpus ostẽ-
de, & permitte eis qualitercunque uoluerint meo ca-
dauere vti, siue contumeliosè velint, & etiam inse-
pultum illud relinquere, eo quòd à me grauia passi
sunt, siue aliquid uoluerint in tuo regno disponere,
quòd si hoc eis dixeris, ego quidem clariore funere
ab eis dignus habebor, quàm à te, cùm ira post mor-
tem in aliquo nõ seruetur. Tu verò tibi, & filiis firmũ
constitues principatum. Hæc cũ dixisset uxori, obiit
anno 27. vt Iosephus ait. Alexandra autem cùm castel
lum cœpisset iuxta mandata mariti pharisæis locuta
est, eorum protestati tam mariti corpus, quàm regni
gubernacula tradidit. Ita iram eorũ, quam in Alexan-
drum habuerant extinxit, & fideles eos sibi amicos
parauit. Qui populum conuocantes res gestas Alexan
dri explanauerunt, dicentes se regem magnum, & iu
stum perdidisse, & tantum populo luctum prædictis
laudibus intulerunt, ut exequias, & solenniores, quã
cæteris regibus exhiberent. Sic igitur Alexandro de-
functo, uxor eius Alexandra regni gubernacula susce
pit, quæ per nouem annos tenuit. Cœpit autem ab or
be cõdito annis tribus millibus octingentis & septua-
ginta, & uno, & ante Christi natiuitatem annis nona-
ginta duobus, & à transmigratione Babylonis annis
quingentis & tribus. Habuit autem Alexandra duos
filios Hirchanum, scilicet, & Aristobolum, Hircha-
num quidem maiorem, qui tamen ad regni guber-
nationem ignorans, & remissus, erat mansuetæ qui-
dem, & innocentis uitæ, Aristobolus autem efficatior
ad gubernandum erat, & acrioris ingenij. A populo
autem Alexandra regina diligebatur, quia ostẽdebat
se contristari de his, quæ maritus suus contra populũ
egerat. Hæc Hirchanum quidem, quia maior ætate e-
rat, & innocentis vitę summum sacerdotem consti-
tuit. Pharisæis autem omnia facere permisit, & leges,
quas à pharisęis traditas Hirchanus filius Simonis Ma
chabæi iratus contra pharisæos dissoluerat, de quo
supra diximus, in integrum redire constituit. Solum
enim nomen regium ipsa tenebat, cætera verò phari-
sæi possidebant. Regina tamen sui corporis custodiã
faciebat conductos milites tenens vt uires suas duplas
ostenderet. Tota prouincia pacem habebat præter
pharisæos, qui totam rem publicam conturbabant,
conantes reginam flectere, vt occideret consiliarios
mariti sui Alexandri, quorum consilio octingentos
Iudæos suspenderat, & ipsi pharisæi unum de illis, sci-
licet, Diogenem occiderunt, & post ipsum multos,
ita vt illi cum Aristobolo reginam conquesturi adi-
rent: (videbatur autem, quòd Aristobolus accepta oc
casione reginam deponere vellet, & regnum susci pe-
re) conquerebantur, ostendentes quanta pro Alexan-
dro feciſſent, vt ei gentem Iudæorum subiectam te-
nerent, & petebant ne omnino spem eorum euerte-
ret. Nam cur fugerent aduersariorum pericula, si in
aula regia à pharisæis inimicis suis vltionem tanquam
pecora tolerarent. Si verò pharisæi contenti essent cę
de mortuorum, dicebant se patienter tolerare, vt re-
ginæ fidelitatem obseruarent. Si autem in ea intenrio
ne pharisæi permanerent, petebant sibi licentiam re-
cedendi concedi. Nam præter reginæ concessionem
dicebant nequaquam saluti suæ prouisuros, sed liben-
ter in aula eius morerentur, ne recedentes infideles
iudicarentur. Opprobrium tamen reginæ esse asserе-
bant, si neglecti socii mariti eius aduersariis traderen-
tur.

Alexandra
regnat sup
Iudæos.

tur. Dicunt ergo, si pharisæos præponere disponis, unumquenque nostrum ad castella transmitte, hoc autem, cùm illi dicerent,& animā Alexandri ad omnes querelas suas inuocarent, omnes qui astabant collachrymati sunt, sed Aristobolns super omnes, qui cōtra matrem multa locutus est. Interiecto tempore circa mortem Alexandræ reginæ, cùm ægritudinē grauem incurrisset, placuit Aristobolo regnnm inuadere,& per noctem tacitè egressus de Ierusalem, cum unico famulo ad castella deuenit, in quibus patris sui consiliarij iam ab aula regia alienati, vt supra diximus manebant. Timebat autem Aristobolus, ne matre defuncta pharisæis tenentibus regnum tota cognatio sua periret propter odium pharisęorum. Sciebat etiā, quòd non posset matri succedere existente fratre suo Hirchano maiore, huius autem facti uxor Aristoboli conscia extiterat, quam cum filiis in Ierusalem reliquit. Aristobolus autē uenit in castellum, quòd Gabbathus dicitur, ubi Gelastis potentissimus amicorum eius manebat. A quo benigne suscipitur, sequenti die regina fugam Aristoboli sentiens, non pro rebellione illam factam putauit quousque uenirent nunciantes quidā Aristobolum iam occupasse omnia castra. Nā vno comprehēso ad uoluntatē eius omnia festinabāt. Tunc tota gens Iudæorum cum regina in magnis cæpit esse terroribus, uidens non longè esse quin Aristobolus totum regnum occuparet,& de illatis sibi contumeliis vindictam peteret. Tunc ergo uxorem eius, & filios in Ierusalem relictos in superiori custodia tēpli posuerunt. Cum autem multi nunciarent Aristobolum regio ornatu indutum intra quindecim dies viginti duo loca occupasse, de quibus militiam congregabat: Hirchanus frater eius maior, & seniores Iudæorum reginam adeunt petētes, in his periculis sententiam ferre: quia iam quasi omnia Aristobolus occupauerat. Inhonestum enim putabant eam etiam ægritudine laborantem super talibus non consulere. Quibus pręcepit agere, quæ prodesse extimarent. Multas eis opportunitates ostendens, scilicet exercitum potentem,& pecuniarum copiam, sibique iam corpore deficiente uanum esse pro talibus laborem impendere. Hæc cùm dixisset, non multo post obiit anno regni sui. 9. ætatis verò septuagesimo tertio, mulier quæ fragilitati sexus nunquam succubuit. Post cuius mortem regnum Iudæorum in magnas calamitates deuenit. De his Iosephus. 13. antiquitatum. Mortua Alexandra Aristobolus contra Hircanum fratrē suum maiorem bellum parauit: & facta pugna apud Iericontem multi de militibus Hirchani ad Aristobolum confugerunt. Quo facto Hirchanus in Ierusalem ad arcem, in qua uxor,& filii Aristoboli in custodia tenebantur, confugit. Cui Aristobolus uerba de reconciliatione fecit pactis interpositis, quòd Aristobolus regnum teneret, Hirchanus uerò tanquam priuatus uiueret suis possessionibus contentus. Hoc iureiurando interposito,& dextris datis in templo firmauerunt: quod cùm fecissent, toto populo vidente Aristobolus in aulam regiam abiit: Hirchanus verò tanquā priuatus in Aristoboli domum. De his Iosephus. 14. Antiquitatum. Hæc autem firma mansissent nisi Antipater pater Herodis turbasset Hirchanum. Hic ergo Herodis historia incipit, quæ currit simul cum historia Hircani,& Aristoboli, quorum calamitas,& intestina bella Herodem uirum quidem de media plebe genitum ad regnum direxerunt. Cępit autem Aristobolus regnare ante Christum natum annis sexaginta tribus, & ab orbe condito annis tribus millibus, & nongentis, à transmigratione in Babylonem annis quingentis triginta & octo, & à reditu de Babylone annis quadringentis sexaginta octo. Quod quidem regnū paucis annis tenuit insurgentibus bellis domesticis. Hæc in parte composita erant, & inter Hirchanum & Aristobolum firma māsissent, cùm Hirchanus vir innocentis uitæ, nec regni cupidus existeret, & ad ipsam gubernationem non satis efficax. Habebat tamē amicū nomine Antipatrum genere Idumæum multarum pecuniarum, & possessionum, ad ritum ante Iudaicum conuersum, qui de Idumæis uxorem nobilissimam acceperat nomine Cyprim, de qua quatuor filios genuit, scilicet, Phasellum, & Herodē, qui postea rex fuit, & Iosephum, & Pheroram, & filiam unam, scilicet Salomen, ut ait Iosephus 14. Antiquitatum. De hoc libro primo Ecclesiasticæ historiæ dicitur, quòd fuerit æditiuus templi Apollinis in urbe Ascalone, quod templum iuxta muros est, & Ascalon in Iudæa est una de quinque ciuitatibus Philisthinorum. Iosue 13. & primo Reg. 6. Cumque latrones irrupissent tēplum Apollinis prædicti omnes diuitias eius tollentes, ipsum quoque Antipatrū Aedituum secum tulerunt. Qui casu Hirchano postea amicus factus est. Et hac ratione nostri communiter vocant Herodem Ascalonitam, idest, filium Antipatri Aeditui Templi Ascalonitarum. Iste Antipater qui aliquando Antipas appellatur, quoniam Alexander rex Iudæorum pater Hirchani, & Aristoboli ducem Idumææ ordinauerat, (nam Idumæa ei subdita erat) ibi diuitias magnas, & amicitias sibi copulauit, vt ait Iosephus. 14. Antiquitatum. Iste Aristobolum timebat ne aliquid ab eo pateretur: ideo latenter potentissimos Iudæorum contra Aristobolum incitabat, dicens: Iniustum esse, quòd Aristobolus principatum possideret eiecto Hirchano, cui propter ætatem principatus debebatur. Ad Hirchanum quoque Antipater loquebatur, dicens: Periculum esse vitæ suæ sub Aristobolo viuere: & quòd ille mortem ei procuraret. Hirchanus autem, qui mansuetus,& bonus erat his accusationibus non credebat. Sed cùm singulis diebus ista ei diceret, tandem persuasit, vt ad Arethā regem Arabum vellet confugere. Præmisit ergo Hirchanus Antipatrum ad Aretham, & accepta fide ab eo ne Hirchanū ad se confugientem hostibus traderet, rediit in Ierusalem. Et nocte quadam Hirchanus cum Antipatro de urbe egressus ad Petram vrbē Arabię peruenit, vbi Arethæ palatium erat. Antipater autem, cùm amicus esset Arethæ, assiduè rogabat eum, ut Hirchanum in regnum Iudæorum restitueret. Quod si faceret, pollicebatur Hirchanus se traditurum decem ciuitates,& omnem terram, quam pater suus Alexander pugnando de terra Arabum ceperat. Has promissiones audiens rex Arabum, exercitum deduxit contra Aristobolum, scilicet quinquaginta millia equitum,& peditum: in quo bello superato Aristobolo multi de eius militibus ad Hirchanū transfugerunt. Aristobolus autem in Ierusalem desolatus rediit. Rex Arabum exercitum tunc ad Ierusalem aplicuit, & templum obsedit. Nam totus populus Iudæorum ad Hirchanum rediit, solis sacerdotibus cum Aristobolo manentibus. Hæc fiebant dū contigit solennitatem azymorum euenire. Erat autem tunc Onias quidam uir iustus, & Deo amabilis: qui, dum non plueret, orauerat Dominum, ut tolleret siccitatem,& Deus audiens illico pluit. Hunc propter seditionem in urbe celatū habebant: quem nūc in exercitu deduxerunt petētes, ut oraret contra milites Aristoboli, ut soluerentur, & deficerent sicut pluuia soluta est. Cùm autem diu ille resisteret, a multitudine compulsus in medio stetit,& orando ita dixit: Deus omnium rex, quoniam hi, qui mecū consistunt populus tuus sunt, & qui obsidentur sacerdotes tui sunt: peto, ut neque istos exaudias contra illos petentes, nec illos contra istos orantes. Quod cùm dixisset, quidam maligni illico agressi trucidauerunt eum. Deus tamen ab eis pro morte Oniæ pęnam crudelitatis exegit. Cùmque durante obsidione paschalis celebratio aduenisset, & sacerdotes obsessi pecoribus ad immolandas uictimas indigerent, dixerunt obsessoribus, quòd acciperent ab eis pecunias quantas uellent, & pecora concederent. Illi autem mille dragmas pro singulo pecore petierunt, cùm tamen unus homo captiuus centum dragmis redimi possit. Quas pecunias, cùm accepissent violata fide pecora non dederunt: sacerdotes autem obsessi gementes, quòd pecora ad ritus sacrificiorum non haberent, Deum orauerunt, ne uiolatores fidei impuniti euaderent. Quod, & illico factum est. Nam Deus procellam acerrimam toti prouinciæ immittens consumpsit eos, ita vt modius tritici vndecim dragmis venderetur. Quod ad acerbissimam famem pertinebat. Hoc tempore apud Romanos Pompeius florebat: qui contra Tigranem in armenia bellum gerebat, Scaurum in Syriam, vbi Iudæa est, misit. Qui cùm uenisset in Damascum, legatos Aristoboli petentis ab eo auxilia, obuios habuit, Pollicebatur enim quadraginta talenta si eum adiuuaret: Hirchanus autem totidem promittebat Scauro, ut esset ei in auxilium contra Aristobolum. Scaurus tamen uidens ciuitatem munitissimam, quam nō esset facile capere, pecunias ab Aristobolo potius accepit,& obsidionem soluit, iubens Arethæ regi Arabum recedere ne Romanorum hostis haberetur. Soluta obsidione Aristobolus contra Hirchanum, & Aretham parauit exercitum, cum quibus confligens, eosque superans sex millia de illis occidit, inter quos etiam Falion frater Antipatri corruit. Parum post hoc Pompeius in Syriam uenit. Cui Aristobolus maximū donum, scilicet coronam auream quingentorum talentorum transmisit, quam Iosephus 14. antiquitatū testatur se vidisse in templo Iouis Capitolini in Vrbe Roma temporibus Domitiani Imperatoris habētem titulum, scilicet, Aristoboli filij Alexādri regis Iudæorum. Interea multi Iudæorum conquesti sunt Pompeio, quòd Aristobolus, & Hirchanus, cùm essent nepotes sacerdotum non contenti honore, illorum prouinciam ad regalem principatum, & maiorem subiectionem deducebant. Hirchanus quoque accusabat Aristobolum, quòd sibi debitum principatum violenter abstulisset, & gentem Iudæorum coegisset ab eo recedere,& latrocinia,& incursiones contra finitimos ageret. Aristobolus autem dicebat Hirchanū propter suam naturalem ineptiam, a principatu cecidisse: se autem non vsurpasse nomen regis populo respondebat: sed illud a Patre, & prædecessoribus accepisse. Pompeius autem, cùm hoc dixissent, Aristobolum euiter de violentia increpans dimisit eos, dicens se iterum rediturum, cùm Nabathęorum prouinciam disponeret: & tunc diligentius in his prouideret. Interim autem pacem illos habere iussit. Aristobolo tamē Pompeius blandiebatur, ne prouinciam faceret rebellare, & viarum aditus clauderet. Quod tamen postea factum est, Pompeio autem procedente ad prouinciam Nabathęorum, Aristobolus in Iudæam reuersus, nihil eorū quæ Pompeius iusserat fecit. Vnde iratus Pompeius exercitum, quem contra Nabathæos parauerat, contra Aristobolum deduxit. Ipse verò in Castellum munitissimum nomine Alexandrium confugerat rebellandi intentionem habens Pompeius autem iussit illi ad se descendere, multis verò Romanorum suadentibus non rebellare, descendit ad Pompeium,& coram eo de fratre suo Hirchano de iure principatus disputauit. Et tunc concedente Pompeio in castrum redijt: & hoc bis, & ter fecit obediens Pompeio, & cum fratre

disputans. Hoc autem Aristobolus simulabat, timens ne spoliaretur regno per Pompeium,& Hirchano traderetur. Pompeio autem iubente castella dimittere,& custodibus eorū propria manu scribere Aristobolus se facturum dixit: non tamen fecit quod promiserat: sed in Ierusalem fugiens contra Pompeium bellum parabat. Cùm verò Pompeius contra eum castra dirigeret, Aristobolus pęnitens ad Pompeium descendit: offerens pecunias,& in Ierosolymis eum suscepit: rogabatque bellum desinere: & quę vellet cum pace disponere. Pompeius autem veniam petenti præstitit, mittens Gabinium ducem cum militibus ciuitatem, & pecunias obtinere. Qui a militibus Aristoboli de vrbe repulsus est, negatis pecunijs: nam illi, pactis non consenserant. Pompeius propter hoc iratus Aristobolum, qui penes eum erat reclusit in carcerem,& venit contra vrbem Ierusalem ex omni parte munitissimā, præter quam ex parte septemtrionali. In vrbe autem dissensio erat quibusdam iudicantibus Pompeio tradi ciuitatem: socij autem Aristoboli non recipere Pompeium persuadebant. Isti igitur a reliquo populo discordes in templum confugerunt, vbi erat fortissima munitio: cæteri autem exercitum Pompei receperūt in vrbe. Pompeius autem conclusis in templo verba pacifica obtulit: quæ cùm non recepissent Pompeius loca iuxta templum posita muris circundedit Hirchano adiuuante eo ad omnia, quæ per hoc regnum se habiturum credebat. Collocauit autem Pompeius ex parte aquilonis ex qua templum expugnari poterat milites: habebat tamen ex ea parte templum turres altissimas: erat quoque ibi vallis magna,& fossæ latissimæ: & fons recisus erat: ita vt volentes accedere ad templum, prohiberentur. Romanis tamen arbores de silua incidentibus fecit vallem,& fossas complanari,& machinas bellicas, quas de Vrbe Tyri deportari fecerat superimposuit. Dicit tamen Iosephus 14. Antiquitatum, quòd si Iudæis licuisset in Sabbathis pugnare: vel aliquid facere non potuissent Romani machinas construere repugnantibus Iudæis. Dicit tamen, quòd occidentibus,& pugnātibus in Sabbatho lex resistere concedit, si tamen aliquid aliud hostes vellint facere, non datur Iudæis licentia in Sabbathis eos prohibere. Ideo non resistentibus Iudæis Romani potuerunt in Sabbathis machinas erigere, quibus sequentibus diebus contra Iudæos vtebantur, & sic captum est templum, Romanis destruentibus muros per machinas bellicas: in quo magna deuotio Iudęorum apparebat, permittentium hostes contra se pręualere, vt sabbatha non violarent. Captum est ergo templum tertio mense ieiuniorum, dum apud Romanos Antonius,& Tullius Cicero consules essent. Quod fuit pauco tempore antequam inciperet regnare Herodes, scilicet, annis sexdecim: quia Herodes cępit regnare in principio centesimæ,& nonagesimæ quartæ Olympiadis. vt ait Iosephus 14. Antiquitatum. Et ista ruptio templi facta est sub Pompeio olympiade centesima nonagesima nona. Et sic sunt quatuor olympiades: vel quasi inter hoc,& regnum Herodis, quę faciunt annos sexdecim. Et sic fuit ista irruptio quasi annos quadraginta sex ante Christum natum. Nam Christum tricesimo anno regni Herodis natum dicunt, de quo infra dicetur. Apparuit autem adhuc maior Iudæorum deuotio erga Deum. Nam cum Romani ingressi essent templum; cunctos ibi inuentos peremerunt. Et erant tunc sacerdotes occupati circa sacrificia, quæ nequaquam omisserunt: videntes super se hostes irruere, nec imminente morte turbati, nec morientium dolore commoti: sed omnia etiam crudelissima circa ipsum altare pati voluerunt,& putauerunt esse melius mori, quàm sacrificia imperfecta relinquere. Nec istam laudem solus

Tullius Cicero Cōsul.

Iosephus

Universidad de Deusto Biblioteca

Iosephus Iudæus suis tribuit contribulibus: sed idem
Strabo historiographus, & Nicolaus, qui eum præces-
serat, & Titus Liuius Romanæ historiæ conscriptor
testantur idem. Tunc omnia mortibus complebātur.
Nam quidam Iudæorum a Romanis occidebantur:
alij verò seipsos occidebant. Erant etiam, qui seipsos in
flammas præcipites darent: nolentes a Romanis vio-
lentiam sustinere. De Iudæis tunc viginti duo millia
perierunt, de Romanis verò pauci, & ibi socer Aristo-
boli occubuit. Commissa sunt tunc contra legem Dei
grauia. Nam Pompeius cum multis Romanorum in-
gressus est in templum ad loca inuisibilia, idest, quæ so
lis Sacerdotibus videre licitum erat. Nam introiuit in
sancta sanctorum: de thesauris tamen, quę ibi inuenit,
scilicet de mensa aurea, & candelabris, & sacris pecu-
nijs, quæ erant vsque duo millia talentorum nihil pe-
nitus contingere voluit. Quæ tamē postea Crassus dux
Romanorum omnia abstulit, vt infra dicetur: sed cùm
hoc vidisset, iussit sacerdotibus, quòd templum ab
immunditijs mortuorum, & alijs quæ tūc per bellum
contingerant purificarent, & hostias secūdum legem
Deo suo offerrent. Tunc Hirchanum constituit prin-
cipem sacerdotum: eo quòd vtilis sibi apparuisset: &
prohibuisset Iudæos auxilium præstare Aristobolo
contra Romanos. Imposuit autem in Ierusalem tribu
ta fiscalia pro Romanis: & ciuitates, quas Iudæi abstu-
lerant a finitimis regibus, & principibus sub prioribus
dominijs esse constituit. Tunc inceperunt Iudęi serui-
re Romanis: cùm ante hoc, ex tempore Iudæ Macha
bæi amici eorum existerent fædere inito inter eos ex
æquali. De hoc patet primo Machabęorum 8. His dis-
positis Pompeius de Syria Romam venit: Syriam
Scauro duci Romanorum commendans. Tunc Pom
peius tullit secum Aristobolum, & vxorem, & filios
captiuos in vrbem Romam. Erant autem ei duo filij. s.
Alexander, & Antigonus, & duæ filiæ, quorum Ale-
xander euasit, & in Iudæam rediit: Antigonns uero
Romam cū patre delatus est. Interiecto autē pauco
tempore Alexander iste, qui fugerat, inuasit Iudęam.
Contra quem processit Gabinius dux Romanorum:
veniens ad hoc de Roma in Syriam. Nam Hircha-
nus Alexandro resistere non poterat: cùm necdum
potuisset reædificare muros Ierusalem, quos Pompe-
ius destruxerat. Quos cùm niteretur restaurare, a Ro-
manis prohibitus est. Alexander autem prædictus
iuxta Ierosolymam peruenit, ubi cōserto prelio, cùm
Gabinio tria millia Iudæorum ex parte Alexandri ce
ciderunt, & alia tria millia captiuantur. Ipse autem
Alexander iuit in quoddam castellum munitissimū,
quod Alexandrium uocabatur. Quod cùm Ga-
binius obsidere uellet, Alexander ei legatos destina-
uit ueniam petens, & Castella, quę tenebat reddere
pollicetur. Quæ cùm Gabinius accepisset, euertit.
Interim mater Alexandri, scilicet uxor Aristoboli de
Roma in Iudęam transmittitur. Quæ Romanis faue-
bat, cum qua Gabinius pacem fecit. Tunc autem
Aristobolus, qui captus tenebatur in urbe Roma de
carcere fugit: & cùm eo Antigonus filius eius, & in
Iudæam uenit. Multi autem Iudæorum propter ho-
norem eius antiquum uenerunt ad eum armati qui-
dam, & alii inermes, armatos quidem tenuit, qui fue-
runt usque ad octo millia, inermes uerò dimisit. Cū
his processit ad bellum contra Gabinium ducem Ro
manorum, in quo bello, quinque millia ex parte Ari-
stoboli perierunt: & cæteri dispersi sunt. Manserunt
tamen cùm eo plus mille, cum quibus in Macherun-
ta Oppidum munitissimum uenit. Et licèt malè per-
didisset in exercitu uires, spem habebat resistendi.
Cumque eum Gabinius obsedisset, per duos dies so-
lùm obsidionem tollerans, multis plagis confossis ca

F pitur cùm Antigono filio suo: qui cùm eo de carce-
re Romæ fugerat: unde iterum ligatus Aristobolus
Romam cùm Antigono mittitur & ibi cum filiis ma
nebat: filios tamen remisit senatus Matri in Iudæā:
quia sic Gabinius Romanis scripserat se conuenisse
cum matre, ut ei quædam castra traderet. Alexan-
der tamen Aristoboli maior filius in vrbe Antiochiæ,
iubente Pompeio securi percussus est: accusatus de
turbationibus, quas per Iudæos egerat. Interea Ga-
binius multis laudabiliter in Syria gestis a Romanis
reuocatur: & Crassus prouinciæ Syriæ præficitur: cū
prius contra Parthos exercitum duceret. Iste mox,
vt in Iudæam uenit pecunias sacras templi, quas Pom
peius tangere noluerat, vsque ad duo millia talento-
G rum: & totum reliquum aurum, vsque ad octo mil-
lia talentorum abstulit. Accepit etiam trabem de
auro puro versatilem, qua nihil præciosius in templo
erat pondere trecentorum mnarum, idest, septingen-
tarum, & quinquaginta librarum. Mnas autem apud
Hebræos duas libras, & dimidiam continet. Hanc
trabem tradidit Crasso sacerdos quidam nomine E-
leazarus custos pecuniarum: non maliuolo animo,
sed, ut reliquos thesauros templi conseruaret. Erat
autem ista trabs occulta, ita ut eam Crassus inuenire
non posset, nisi Eleazarus proderet quia quædam alia
trabs lignea istam operiebat, & includebat, ita ut li-
gnum, & non aurum uideretur. In hac enim trabe
pendebant vela templi, quæ preciosissima, & admi-
H randæ pulchritudinis erant. Videns autem Eleazarus
Crassum totum thesaurum templi colligere uelle: ti-
mens ne nihil dimitteret dixit, quòd ostenderet ei un-
de multa talenta auri habere posset: præstito tamen
prius iuramento, quòd nihil Crassus tolleret, nisi q
ei Eleazarus traderet, & tūc trabem auream osten-
dit. Crassus tamē licèt iurasset nihil accipere, nisi quod
Eleazarus traderet, fidem mentitus, accepta trabe to-
tum reliquum aurum templi abstulit. Iste autem
est, cui postea Persæ, seu Parthi aurum liquefactum in
gutture infuderunt dicentes. Crasse; aurum sitisti:
aurum bibe. De his omnibus Iosephus. 14. Antiqui-
tatum. Et dicit. Nemo miretur tantas diuitias fuis-
se in templo Ierusalem, quia illas omnes Iudæi per to
I tum orbem habitantes illuc contulerant Deo offeren
tes. Hoc tempore fuerunt bella illa famosissima inter
Iulium Cæsarem & Pompeium, & tota Respublica
Romanorum turbabatur. Mortuo autem tunc
Pompeio in Aegypto Iulius Cæsar primus inter Ro-
manos Imperator effectus est. Et cæpit annis ante
Christi natiuitatem quadraginta & septem, & a
transmigratione Babylonis annis quingentis quin-
quaginta, & quatuor, & a reditu de Babylone annis
quadringentis octoginta, & quatuor, & ab orbe cō-
dito annis tribus millibus nongentis, & sexdecim.
Imperauit autem annis tribus, & mensibus sex.
Eo tempore Aristobolus in carcere Romæ teneba-
tur, cùm Iulius Cæsar uenisset in urbem, & fugien-
te inde Pompeio, & toto senatu, solus Cæsar omnia
K teneret, soluit Aristobolum, & ad Syriam misit, tra-
dens ei duas legiones, ut terram illam Cæsari paratā
teneret. Aristobolus tamen potentia sibi donata a
Cæsare non usus est, quia Pompeiani præuenientes
eum ueneno occiderunt, & sepelierunt eum socii
Cęsaris: mansitque in loco ipso usquequo postea iu-
bente Antonio in Iudæam relatus est, & in monu-
mentis regiis positus. Iste finis Aristobolum inuenit
qui regnum Iudæorum, & principatum sacerdotii tri
bus annis, & sex mensibus tenuerat. Hęc uiuente Cæ
sare, & Pompeio facta sunt paulo tamen ante mortē
Pompei. Mortuo autem Pompeio cùm Cæsar pugna-
ret contra Aegyptum, Antipater Herodis pater man-
dato

dato Hirchani multum utilis Cæsari fuit, cum duce
eius Mitridate contra Aegyptios pugnans. In quo bel
lo pars Mitridatis succumbebat, & ipse Mitridates pe-
risset, nisi Antipater eum liberasset Aegyptios in fu-
gam uertens. Ex quo Antipater Cæsari valde charus
fuit, & eo ad multa bellorum pericula utebatur. Vn-
de sæpe Antipatrum uulnerari contigit. Eo tempore
cùm Cæsar in Syriam nauigasset, Hirchano principa-
tum sacerdotii confirmauit: Antipatrum uero ciuem
Romanum sine censu constituit. Tunc, cùm uenisset
ad Cæsarem Antigonus filius Aristoboli, & calamita-
tem suam deflens exponeret patrem suum Aristo-
bolum pro Cæsare ueneno necatum, & fratrem suū
Alexandrum a Pompeio securi percussum, petebat
sui misereri a regno depulsi. Hirchanum autem, &
Antipatrum accusabat, quòd principatum occupas-
sent, & contra ipsum crudeliter egissent. Antipater
uero coram Cæsare de illatis criminibus satisfaciebat,
afferens rebellem Antigonum, se uero in multis pro
Cæsare ante Aristobolum laborasse. Aristobolum aut
dicebat iustè Romæ tractum, eo quòd hostis esset Ro
manorum, Alexandrum uero fratrem Antigoni tan-
quam latrocinia agentem a Pompeio securi percus-
sum. Cùm hoc Antipater dixisset Cæsar, ut prius in
summum sacerdotem Hirchanum confirmauit, An-
tipatro uero donauit potestatem, quam ipse eligeret,
totius Iudææ eū tutorem constituens, Hirchano quo-
que concessit muros Ierusalem restaurare, quia hoc
ille petierat dimitti. Namque iacebant ex eo tempo
re, quo illos destruxerat Pompeius, de quo supra dixi-
mus. Antipater autem, vt Cæsarem a Syria receden-
tem deduxit, reuertitur, & statim muros a Pompeio
dirutos restaurauit, seditionem quoque Iudæorum se
dauit comminationibus, & blandiciis eos requiescere
faciens. Dixit enim, si quis Hirchano consenserit fæ-
liciter uitam suam agere potest, qui verò ad spem
rebellandi peruenerit, & me pro patrono dominum
sentiet, & Hirchanum pro rege Tyrannum, Roma-
nos uerò, & Cæsarem pro rectoribus amaros hostes.
Nam non patientur amoueri, quem ipsi principem
constituerint. Sed cū Antipater tardum, & inefficacē
Hirchanū ad regni gubernacula cerneret, filiū suū ma
iorem, scilicet, Phasellum ducem in Ierosolymis ordi-
nauit: secundum, scilicet, Herodem Galilææ tutorem
fecit, adhuc iuuenem ualde. Nam quindecim anno-
rum tunc erat, sed ætas nihil obfuit, quia prudentiam
super ætatem habebat. Tunc Ezechiam Principem
latronum, qui totam Syriam conturbabat tenuit, &
occidit. Pro quo a tota prouincia magnis laudibus
atollitur, quòd eam a latrociniis liberasset. Sexto quo-
que Cæsaris cognato regenti totam Syriam, amicus
factus est, ita, ut frater eius Phasellus eius laudibus in-
uideret. Potentissimi autem Iudæorum uidentes
Antipatrum cum filiis nimis extolli per fauorem gen
tis Iudææ, & pecunias Hirchani, inuidebant ei. Ille
namque amicitias cum Imperatoribus composuerat,
& flectebat Hirchanum illis pecunias transmittere,
quas Antipater nomine suo Imperatoribus offere-
bat. Dicebant ergo potentissimi Iudæorum Hircha-
no, usquequo patiemur te solo nomine regem, An-
tipatrum uerò cum filiis regnum possidere, quòd si-
ne periculo uitæ tuæ non sit? Accusabant etiam Hero
dem, quòd Ezechiam, filium suum, & eos, qui cum il
lo erant occiderat, quos secundùm legem etiam pes-
simos existentes occidi non licebat, nisi prius in con-
cilio condemnatos: Herodes autem cùm nullam su-
scepisset potestatem illos occidit. Hoc audiens Hir-
chanus flectebatur, sed plus iram eius incendebant
matres illorum, quos Herodes occiderat, dum per sin
gulos dies in templo clamarent, quòd Herodes in cō-

A cilio de prædicta cæde rationem redderet. Commo-
tus ergo Hirchanus Herodem vocauit in concilio de
illatis criminibus satisfacturum. Qui suadente patre
venit, non priuatus, sed cū tutela corporis sui. Cumq;
Galilæam, vt putauerat sibi prodesse disposuisset, parua
turba militū comitatus in Ierusalem venit, ne si mul-
tos duceret Hirchano timorē incuteret. Sextus quoq;
Syrie rector, & Cæsaris cognatus scripsit Hirchano, vt
Herodem a concilio liberaret: comminatus mala, si
non faceret. Vnde literæ Sexti occasionē præstiterant,
vt Herodes nihil pateretur: ipse quoq; Hirchanus He-
ro dem tanquam filium diligebat. Herodes autem, cū
in medio concilij militibus circundatus astitisset om-
nes preterruit, nec quisquā accusare eum ausus est de
B illis, qui prius contra illum exclamabant: sed omnes
in silentio rei exitum expectabant. Qui cùm ita sedis-
sent, vnus nomine Sameus vir quidem iustus, ita lo-
quutus est: Viri iudices, & rex, neminem scio ad iudi-
cium a nobis vocatum ita astitisse: sed omnis quicun-
que in hoc iudicio peruenit interrogandus humiliter
astitit misericordiam a nobis expetens, capillis proli-
xis, & veste nigra indutus: iste autē Herodes optimus
iuuenis reus pro homicidio, satisfacturus de crimine
astat purpura circundatus, & caput ornatum habens
compositione crinium, armisque stipatus: vt si con-
demnatus secundùm legem fuerit nos quidem inter-
ficiat, ipse verò vim faciens veritati, liberetur. Sed He-
rodem non culpabo, siquidem suum commodum fe-
C cit: sed vos, & regem accuso, qui ei tantam licentiam
concessistis. Scitote tamen maximum esse Deum, qui
istum Herodem, quem propter Hrichanum absolue-
re vultis, quandoque vos, & ipsum regem torquebit.
Nihil autem hoc dicendo mentitus est. Nam Hero-
des cùm regnum suscepisset, omnes, qui tunc in conci
lio erant, & etiam ipsum Hirchanum occidit præter
istum Sameum: quem valde propter iustitiam dile-
xit. Et quia iste suasit Hierosolimitis obsessis ab Hero-
de propter peccata non posse euitari, quin illum in re
gem acciperent: Hirchanus autem, cùm vidisset iudi-
ces ad condemnandum Herodem inclinatos, iudiciū
in sequentem diem distulit: & furtim misit ad Hero
dem, suadens ei ciuitatem nocte relinquere, vt posset
D periculum euitare. Herodes autem discedens in Da-
mascum ad Sextum cognatum Cæsaris peruenit: de-
cernens si ad iudicium amplius vocaretur non obedi-
re. Iudices autem indignabantur Hirchano dicentes,
quòd omnia hęc contra eum essent. Tunc Sextus He
rodem rectorem inferioris Syriæ ordinauit, hoc ei pe-
cunijs vendens. Hirchanus autem timebat, ne quando
Herodes exercitum contra eum duceret. Quod Hero
des facere voluit. Irascebatur nanque, quòd ad iudi-
cium vocatus esset. Sed Antipater, & Phasellus frater
eius illius impetum remouerūt: orantes ne accederet
prope Ierosolymas, ne ingratus existeret ei, qui tanta
in ipsum bona contulerat, nec cogitaret, quòd ad iudi-
cium vocatus fuerit: sed quòd absolutionem merue-
E rit. Hoc tempore Cæsar in senatu occisus est a Bruto, Cæsar occiditur.
& Cassio, cùm tribus annis, & sex mensibus imperiū
tenuisset. Circa cuius mortem multa signa in cęlo visa
sunt. Fuit hoc ante Christi natiuitatem annis quasi
quadraginta tribus, & ab orbe condito annis tribus
millibus nonagentis, & viginti. Tunc per Iudæam Ro
mani magna tributa imposuerunt. Nam Cassius quia
Cæsarem occiderat septuaginta talenta pecuniarum
inde tulit. Cassius autem, & Marcus congregato
exercitu Herodem totius Syriæ ducem fecerunt: &
naues ei cum toto exercitu comendantes promiserūt
etiam eum post bellum, quod tunc cōtra Antoniū, &
Octauianū imminebat regem Iudææ ordinare. Tunc
Malchus vir potēs, & Hirchano proxim⁹ Antipatrū occi
dere

Universidad de Deusto Biblioteca

dere studebat.Quadam autem die cùm Hirchanus,&
Antipater apud eum pranderent,pincernam Hircha-
ni multis pecunijs corrupit : & tradito veneno Antipa
trum occidit. Herodes autem, & Phasellus filij eius
mortem patris vlcisci parabant. Sed cùm Herodes pa-
lã hoc facere uellet, Phasello magis placuit dolis hoc
agere & excusationem Malchi suscipiebant, qui asse-
rebat nihil tale unque putasse. Herodes tamen Mal-
Cap. 21. chum apud Tyrum occidi fecit. De his Ioseph 14. An-
tiquitatum. Hoc tempore cum Antonius,& Octauia-
nus in campo Philippensi Brutum, & Cassium supe-
rassent:Octauianus in Italiam redijt. Antonius autem
in Asiam profectus est: tunc nobilissimi Iudæorum
uenientes ad Antonium accusabant Phasellum,& He
rodem quòd totam potestatem regni Iudæorum sibi
usurpasent: Hirchanus autem solo nomine rex exi-
steret.Antonius tamẽ Herodem maxime honorauit.
Nam eius fauorem Herodes pecunijs emerat : unde
contigit aduersarios nihil obtinere. Iterum,etiam cũ
Antonius in Syria esset Iudæis accusantibus Herodẽ,
& Phasellum,multos de illis ligauit Antonius,ut oc-
cideret,nisi hoc Herodes prohibuisset. Sed cùm rur-
sus apud Tyrum Iudæi adhuc pertinacem Herodem
accusarent,Romani milites multos de accusatoribus
occiderunt, cæteros in fugam uertentes.Hoc tempo-
re post bellum Philippense contra Cassium, & Brutũ
Octauianus imperat. Octauianus post Cæsarem imperat.Et cępit ante Chri
sti natiuitatem annis quadraginta duobus, & ab orbe
condito annis tribus millibus nongentis & uiginti &
uno, & a transmigratione Babylonis annis quingentis
quinquaginta nouem. Post hoc Antigonus filius Ari-
stoboli,de quo supra diximus Regi Parthorum quin-
gentas mulieres, & mille talenta offerre promisit, si
Hirchanum priuaret principatu, & ei traderent, &
Herodem interficerent.Quod postea non compleuit.
Tunc Parthi contra Iudæam exercitum ducunt. An-
tigonus autem tunc Iudęam ingressus multos Iudæos
in auxilium habuit,per quos sperabat partem recupe-
rare Prouinciæ. Cum his uero in Ierusalem ascendit,
& intra Vrbem receptus pugnam contra Herodem,
& Phasellum faciebat. Tũc Pachorus rex Parthorum
petẽte Antigono cum paucis equitibus in Ierusalem
peruenit: ostendens quasi seditionem sedare intende-
ret: Antigono tamen principatum tradere intẽdebat.
Hunc Phasellus frater Herodis magno cum honore
hospitio suscepit. Pachorus autem dolum meditatus
suadet Phasello ad Barzafranem Satrapam Parthorũ,
qui tunc extra Ierusalem cum exercitu manebat lega-
tionem facere,in qua Hirchanus, & Phasellus iuerũt:
licèt hoc Herodes non approbaret: metuens de Bar-
barorum infidelitate.Barzafranes autem Hirchanum,
& Phasellum benignè suscepit: sed post redeuntibus
insidias posuit, & tenuisset eos, nisi quia cupiebat hos
simul, & Herodem tenere. Quod fieri non posset si
Herodes semel fraudem videret. Hoc tamen Phasel-
lus considerans Barzafranum increpauit,quòd fidem
eis non seruaret. Ipse tamen dissimulans eos ligari fe-
cit,Cumque Herodes hoc audisset ad Pachorum Re-
gem Parthorum qui intra Ierusalem erat,retulit. Quæ
Pachorus dissimulauit, vt etiam Herodes capi posset.
His malis Herodes circundatus de Ierusalem per no-
ctem fugere statuit: sciens sibi in Vrbe nullam esse de-
fensionem per noctem: ergo necessaria sibi, quæ po-
tuit iumentis imposuit, & mulieres octoginta duas.s.
matrem suam,& sororem,& Marianem sponsam suã
filiam Alexãdri, & neptem Hirchani, & matrem eius
Alexandram: & filium eius Aristobolum paruum,&
alias fœminas, & in Idumæam ignorantibus hostibus
festinabat. Flebant autem omnes fœminę, quæ cum
Herode ibant memores status prioris, & quòd nunc
cogerentur exulare nullã melioris status spem haben-
tes.Multi autem Iudæi secuti sunt Herodem:quos ip-
se hortabatur confidentes esse in his aduersis, & me-
liora sperare. Interim mater Herodis,quæ nunc cum
cęteris mulieribus portabatur ex quodam accidenti
subito mortis periculum incurrere uisa est. Cui He-
rodes compassus,& quia timebat,quòd hostes cogni-
to recessu eius sequerentur eum, & comprehenderent
morantes circa curam matris, in quandam despera-
tionem subitam incidit. Nam gladium euaginauit,
& se occidere conatus est. Quem tenuerunt præsen-
tes dicentes.Non oportet inimicos lætificare:nec hoc
fortitudinis esse se de periculis liberando amicos tra-
dere inimicis. Quo animatus Herodes ab incepto de-
stitit. Cognita fuga eius Parthi, qui manebant in urbe
persecuti eum faciebant super illum incursus, quos
ipse uiriliter sustinuit multos hostium occidens.Cum-
que peruenisset ad Idumæam, obuiauit ei frater suus
Iosephus,cum quo habito consilio magnam multitu-
dinem eorum, qui sequebantur Herodem abire ius-
sit,scilicet, plusquam nouem millia, & manere inte-
rim in Idumea,quia oppidum Massada, in quod con-
fugere destinauerat,paruum erat ad tantam multitu-
dinem. Dimissis autem stipendia præstitit,ut in Idu-
mea possent ali. Constitutis mulieribus in oppido
Massada,& data copia tritici,& aquæ, & omnium ne-
cessariorum: ipse ad petram ciuitatem Arabiæ perue-
nit.Interim Parthi, qui manebant in vrbe omnes the-
sauros, qui erant in aula regia diripuerunt præter tre-
centa talenta Hirchani,quæ tangere noluerunt. An-
tigonus filius Aristoboli,qui Parthos in Ierusalem du-
xerat cognita Herodis fuga,& quòd mulieres secum
duxisset,cruciabatur, & maximè propter mulieres,quia
illas Parthis dare intendebat, cum quingentas fœmi-
nas eis promisisset.Interim Parthi,cùm prædæ,quas in
urbe fecerant, non uiderentur eis sufficere,egressi Ie-
rusalem totam prouinciam excurrebant uniuersa præ-
dantes.Tunc Antigonus a Partis suscepit Hirchanum
& Phasellum ligatos.Timens autem ne multitudo Iu-
dęorum Hirchano regnum, & sacerdotium restitue-
ret aures ei abscidit: sic eum deformans, ut iam ei sa-
cerdotium restitui non posset:in quo solis integris cor-
pore ministrare licebat.Leui.21.& 22. Phasellus autem
animosior mortem non dolebat, sed quòd sub hoste
mori necesse esset. Quapropter manus sibi ingerere
voluit:sed cùm illas vinclis haberet astrictas,caput suũ
ad saxum vehementissime percussit. Ex quo cùm eum
Antigonus grauissimè vulneratum agnosceret, præci-
piens medicis illius curam habere,quasi curaturus, ve-
nenosa vulneri apposuit. Ex quibus celeriter Phasel-
lus periit.Cùm tamen audisset,quòd frater eius Hero-
des hostes uiriliter deuitasset,ait se mortem non cura-
re,cùm post se mortis vltorem relinqueret. Tunc He-
rodes ad Malchum regem Arabiæ plurima sibi bene-
ficia debentem,apud quem pater eius,& ipse plurima
deposuerunt pergebat, vt debitas pecunias,& insuper
donatas ad vsus bellorum occideret. Malchus uero
consilio Arabum dicentium, quòd has posset repo-
Herode lucrari pecunias,per legatos Herodem venien-
tem repulit iubens, quòd a prouincia sua discederet,
sumpta occasione, quòd Parthi hostes Herodis hoc
iusserant. Herodes autem legatis ait. Nihil graue
eos uenisse:sed rem sibi necessariam locuturum, Cum
ergo Herodi uisum est recedere, cum paucis perge-
bat in Aegyptum. Quem Malchus pœnitens,quòd
eum repulisset,sequebatur,vt ad se reduceret;sed per-
uenire ad eum non potuit,Ad Alexandriam ergo Ae-
gypti perductus:a Cleopatra regina,quam dilexit An-
tonius benigne suscipitur: quę cum retinere voluit,
sed nequiuit,cùm Romam ille festinaret.Herodes tñ

licèt hyems esset in Italiam nauigauit,& in vrbem Ro
mam deductus est. Vbi Antonio, cui familiaris nimiũ
extiterat, vniuersam suam enarrat calamitatem, Par-
thorum,& Antigoni iniquitates.Antonius autem his
commotus collachrymatus est Herodi: compassus,ꝙ
viros in tali dignitate constitutos fortuna quoque per-
cuteret. Fuit autem Herodes ibi acceptus Antonio
propter pristinam conuersationem, quam cum eo in
Syria habuerat.Antonio autem acceptus fuit propter
odium Antigoni, qui exercitum Iulij Cęsaris per Ae-
gyptum,& Syriam in multis direxerat.Cõgregato er-
go senatu Messalla, & Atrachinus Herodem sistentes
in medio de Antipatre patre eius, qualis erga Roma-
nos extitisset intimabãt,quem etiam fauorem semper
eis Herodes prestitisset:accusantes Antigonum,& ma
nifestum eum Romanorum hostem asserentes: non
solũ in eis,quæ iniquè gesserat: sed, quia neglectis Ro-
manis exercitum Parthorum accepisset ꝯ Iudæos.Cũ-
que ex his senatus cõmotus esset Antonius referebat:
quantum prodesset Romanis ꝯ Parthorum pugnam
Herodem regnare in Iudęa. Cum ergo omnibus pla-
cuisset,Herodem Iudææ regem decreuerunt.Herodes
tam excellenti, & penitus insperato bono gauisus, ad
Antonium magnum gerebat affectum, quo promo-
tore ista affecutus fuerat. Nam Herodes nunq̃ petijt,
nec petere ausus fuisset à Romanis Iudæorum regnũ:
cùm hoc nunquam dari soleret,nisi generi sacerdota-
li. Illud ergo petebat Herodes pro Aristobolo iuuene
fratre vxoris suæ Marianne,ad quem directè ex vtroq;
latere regnum pertinebat,quia vterq; auus suus, scili-
cet,Aristobolus,& Hirchanus regnum tenuit. Fuerãt
autem fratres Aristobolus, & Hirchanus: Aristoboli
autem filius extitit Alexander. Hic accepit in vxorem
Alexandram filiam Hirchani patrui sui de qua genuit
Mariãnem sponsam Herodis,& hũc iuuenem Aristo-
bolum, pro quo Herodes regnum petebat. Factus est
tamen Herodes rex Iudæorum auctoritate Romano-
rum per Senatus decretum:cùm ipse esset vir popula-
ris,& non de genere Iudæorum,sed Idumæorum,qui
tamen ad ritum Iudaicum conuersi erant. Et primo
die regni huius ablatum est sceptrum de Iuda, & dux
de femore eius, Sicut prædixerat Iacob Gen. 49. quia
iste alienigena erat. Et postea de Iudæis nemo regna-
uit:sed omnes fuerunt de progenie huius vsque ad tẽ-
pus,quo Iudæi desierũt esse populus, & gens vna,sub-
uersa Ierusalem per Titum, & Romanos:quia postea
non fuerunt vnus populus, sed vbique nihil sunt: &
vbique miseri,& serui luentes proauorum suorum fa-
cinora, qui Christum suum agnoscere non solùm no-
luerunt,sed etiam morte turpissima damnauerunt: li-
cet propriè sua potiusquam proauorũ peccata luunt:
quia licèt Christum iam regnantem,quem proaui sui
occiderunt ipsi occidere nequeant, non minori tñ cũ
odio, quàm proaui sui persequuntur. Cępit autem re-
gnare Herodes ante Christum natum annis ferè tri-
ginta: duodecim annis postquam Octauianus, & An-
tonius imperium tenerent: ab orbe condito annis tri-
bus millibus nongentis, & trigintatribus, & a transmi
gratione in Babylonem annis quingentis septuaginta,
& vno, & a reditu de Babylone annis quingentis &
vno, Cumque Herodes rex constitutus egrederetur
de senatu, medius procedebat inter Octauianum &
Antonium, & illa die magnificè apud Antonium pa-
stus est.Iussit autem senatus Herodi redire in Iudęam
propter bella Antigoni, & Parthorum. Hoc tempore
Antigonus Massadam castrum obsidebat, vbi Hero-
des reliquerat mulieres, de quibus diximus, & omnia
sua: cui castro Ioseph frater Herodis præerat habẽs ibi
omnem necessariorum copiam præterquam aquæ:
Castrum igitur noctę quadam relinquere statuens, &
in Arabiam fugere ad Malicum regem, quem regem
iam pęnitebat de his, quæ contra Herodem egerat,
Deus prohibuit ea nocte tantam aquarum copiã fun-
dens,vt cuncta cisternarum receptacula implerentur.
Dum aũt Herodes Romę maneret,Romani miserunt
Ventidium Ducem in Iudæam ꝯ Parthos,& Antigo-
num. Qui venit simulans se Iosephum fratrem Hero-
dis adiuturum: verè tamen intendebat ab Antigono
pecunias recipere. Interim Herodes de Italia in Iudæã
veniens multã Iudæorum collegit turbã,& bella mul-
ta ꝯ Antigonnm instruebat,ꝯ quem Antigonus sæpe
progrediens, & milites ex insidijs ponens, multa infe-
rebat damna. De quorum congressionibus Iosephus.
14. Antiquitatum:tunc Herodes contra latrones, qui Cap. 26.
habitabant in montibus altissimis direxit exercitum,
quos modo mirabili in locis inaccessibilibus artificio
arcarum depositarum de alto per cathenas, in quibus
armati milites erant, occidit, & loca cuidam Pthole-
mæo Duci suo tradidit. Herodes autem fratri suo Io-
sepho duo millia peditum tradens, & quadringentos
equites Iudææ custodiam habere præcepit. Ipse verò
ad Samariam pergẽs ibi matrem suam,& cęteras mu-
lieres, quas dimiserat in castro Massada posuit. Iose-
phus interim contra milites Antigoni in quibusdam
locis difficilibus pugnans relictus à suis viriliter agens
ab hostibus occiditur. Antigonus autem, cùm inimi-
cos vicisset, & penè omnes occidisset, caput Iosephi
incidit, quod quinquaginta talentis frater eius Fero-
ras redemit. Iste namque solus manebat de fratribus
Herodis,quia quatuor tantum fuerant,& iam duo pe-
rierant, scilicet, Phasellus de quo supra, & nunc Iose-
phus. Mansit autem Feroras frater, & Salome soror,
quæ ad multa mala ei causam præstitit,de quibus infra
dicetur. Hoc tempore Herodes nuptias celebrare uo-
luit cum Marianne sponsa sua filia Alexandri, & ne-
ptè Aristoboli de qua supra diximus. De qua genuit
duos filios,scilicet, Alexandrum,& Aristobolũ, quos
ipse postea occidit, vt infra dicetur. Nuptiæ autem in
Samaria celebratæ sunt. Post hoc, cùm Herodes ma-
gnam partem cępisset prouinciæ: contra Ierusalem
exercitum ducit. Tunc enim sibi ab Antonio Sosius
quidam Dux Romanorum transmissus est,vt Antigo
num de principatu depelleret:& Herodi illum tribue-
ret, quem senatus regem fecerat. Tunc contra Ierusa-
lem machinas bellicas parant. Iudæi verò, qui in vrbe
erant alacriter resistebant machinas comburentes, &
fodientes sub terra percutientes:verumtamen machi-
nę muros concutiebant,& Romani,qui cum Herode
erant primum murum vrbis in quadraginta dies cępe
runt.Secundum autem,in quindecim,& tunc circa tẽ
plum, ad qđ Iudæi confugerant pugna erat, & multæ
domus in circuitu eius combustæ sunt. Romani autẽ
occidebant quoscũq; inuentos in vrbe, nec sexui, nec
ętati parcẽtes,& Herode rogante,ne fieret:nemo fuit,
qui dextram contineret,sed tanq̃ furiosi oĩa mortibus
implebant. Tunc Antigonus,nec priorem,nec pñtem
fortunam considerans de turre descendit,& ad pedes
Sosij Romanorum ducis procidit. Ille verò calamita-
tis eius non misertus, sed plaudens eum tanquam fę-
minam,nõ Antigonum,sed Antigonam noĩauit,quẽ
tamen in carcerẽ coniecit.Interea Romani ad uiden-
dum inuisibilia templi properant:de quo Herodes tur
batus,nimium quosdam rogabat,aliis vero commina-
batur ne hoc facerent,peiorem putans victoriam,quã
destructionem: si aliquid inuisibilium a peregrinis, &
populo videretur in templo. Putabat enim Herodes
per hoc nunquam sibi cum Iudæis pacem habẽdam,
quia calumniarẽtur,ꝙ per eũ peregrinorũ multitudo
inuisibilia aspexisset. Rogabat præterea Herodes So-
sium ducẽ,& Romanos iã à rapinis,& cędibus quiesce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re; inquiens, quòd si pecunijs, & hominibus Romani ciuitatem euacuarent eum desertorum regem relinquerēt, & sufficere militibus pro mercede obsidionis prædas, quas iā egerant. Quod si parua eis conquisitio pecuniarū videbatur, singulis ipse de suis tribueret: & his promissionibus reliquam ciuitatem a cædibus, & rapinis liberauit. Ipse verò tam Sosio, quam militibus largissimas donationes faciens, pecunijs plenos abire permisit. Accidit autem ista calamitas Iudæis, & destructio quædam circa templum mense tertio ieiuniorum, eo tempore scilicet, mense, & solemnitate, & eo die, quo per Pompeium per viginti septem annos ante, templum captum fuerat. Plura tamen damna, & mortes tunc acciderunt circa templum, quam nunc: & tamen nec tunc, nec nunc subuersum est, licèt aliquæ eius munitiones a Romanis euersæ fuerint ad ipsum capiendum. Tunc Sosius dux Romanorū Antigonum ligatum perduxit ad Antonium: timens autē Herodes, ꝙ si Antigonus Romā deduceretur, allegaret pro se, ꝙ de sanguine regio ꝓcederet, Herodes vero de media plebe. Et licèt eum senatus propter delicta principatu priuaret, filijs eius regnū traderet: multis pecunijs Antonium corrupit, vt Antigonum occideret. Quod cùm factum fuisset Herodes timorem deposuit: in hoc dicit Iosephus cessasse principatū Assamoneorum. i. Machabeorū. & est genus magis gñale, quos nos Machabæos dicim⁹. Ipse tñ eos Asamoneos vocat, a quodā proauo eorū. Nam Mathathias pr̄ Machabæorū fuit filius Ioannis filij Simonis filij Asamonei. vt patet lib. 14. c 27. antiquitatū. Ipse aūt Iosephus erat de stirpe Asamonei, & ex hac parte conueniebat cum genere Machabæorum, vt ipse alt estatur 16. antiquitatum, ideo semper eos Assamoneos vocat: quasi genus suum in hoc laudans. Dicit autem nunc cessasse principatū istorū, quia licet Herodes fuisset rex constitutus per Romanos, tñ Antigonus, qui erat de stirpe Machabæorum adhuc tenebat principatum. Et hoc modo non solùm nunc nō cessauit, sed ēt mansit post hoc longo tpe. s. vsq; ad mortem Hirchani, qui fuerat rex Iudæorum, quē multo post hoc occidit Herodes. Cùm autē Herodes ciuitatem tenuisset sibi subditam occidit quadraginta præcipuos de parte Antigoni. Occidit etiam omnes, qui erant de concilio iudiciali, sicut Sameus prædixerat, qñ Herodes accusatus est coram concilio: ꝙ ipse illos, & Hirchanum torqueret, de quo supra diximus. Ipsum autē Sameum virum iustum valde honorauit. De hoc Iosephus 15. antiquitatū. Hic enim incipit ipse: Quintus decimus eius Hirchanus, de quo supra diximus, ꝙ cum Phasello fratre Herodis a Parthis captus est, apud Babylonem tenebatur, quò ab eis ductus fuerat: vbi a Iudæis, qui ibi morabantur valde honorabatur propter principatum sacerdotij, & generis dignitatem. Iſtę audiens, quòd Herodes regnaret, desiderauit redire in Iudæā putans Herodem memorem beneficiorum, quæ ab eo susceperat, & quòd eum a morte liberasset. Herodes quoque Parthis scripsit, quòd dignarentur pecunijs liberatum Hirchanum ei remittere desideranti reddere sibi vicem pro beneficijs, quæ ab eo susceperat: & ꝙ yellet eum regni habere participem. Iudæi autem, qui in Babylone erant dissuadebant ei reditum, asserentes, quòd non minorem honorem apud eos q̄ in summo sacerdotio haberet: Hirchanus tñ omnino redijt. Herodes aūt non hoc scripserat tanq̄ Hirchanū diligeret: sed quia supra meritum regnum obtinuerat, timēs ne Iudæi sibi regnū auferentes Hirchano traderent, conatus est Hirchanū in suā reducere potestatem, vel potius eum occidere: quod postea factum est. Iudæis ergo pecunias regi Parthorum pro redemptione offerentibus Hirchanus in Iudæam redijt: quem Herodes valde se honorare simulabat, eum pātrem vocans. Tunc in domo Herodis seditio quædam orta est, Nam habebat Herodes apud se Mariannem vxorem suam filiam Alexandri, & neptem Aristoboli, & Hirchani. hēbat & ipsum Hirchanū, & Alexandrā filiā Hirchani matrem Mariannę vxoris suæ, hēbat ēt Aristobolum adolescētem fratrē Mariannæ, & filiū Alexandræ. Ad istum iuuenem pertinebat directè summum Sacerdotium, & pro ipso regnū Herodes petiuerat a Romanis. Nunc tñ timens, ꝙ si Aristobolus, vel aliquis de nobilibus princeps sacerdotū constitueretur, posset eis rebellare constituit quendam de ignobilissimis noīe Ananellum in principem sacerdotū. Hoc autē Alexandra mater Aristoboli ferre non potuit, quòd filius suus priuaretur summo sacerdotio. Scripsit ergo ad Cleopatram amicam suam reginam Aegypti, & vxorem Antonij: vt ab eo impetraret Aristobolum summū Sacerdotem constitui. Hāc petitionem Antonius negligebat. Interim Celius amicus Antonij in Iudæam venit. Et videns pulchritudinē & iuuentutē Aristoboli, & Mariannæ sororis suæ obstupuit, arbitratus Alexandram bonorum liberorum matrem, a qua tandem precibus obtinuit Aristoboli, & Mariannæ diligenter imagines pingi, quas Antonio direxit. Antonius aūt erubuit Mariannem ad se vocare, quia Herodis vxor esset: Aristobolum verò ad se honorabiliter venire præcepit, & sine scandalo fieri posset. Herodes putauit iniquum esse, iuuenem pulchritudine, & corpore excellentem, qui tunc sextum decimum annum agebat de sanguine regio ad Antonium transmitti eius libidini seruiturum (nam in his Antonius peccabat) timens tamen Herodes, ne petente Alexandra Antonius preciberet Cleopatræ regnum Aristobolo restitueret: Alexandram increpauit, quòd Cleopatræ scripsisset, dicens, non intendisse Aristobolo principatum auferre: sed quia puer erat, commisit interim Ananello administrationem summi sacerdotij. Quo tūc depositio principatu Aristobolo tradidit. Et sic domus suæ sedition aliqualiter placauit. Antonio autem scripsit, quòd Aristobolus de Iudæa exiret tota prouincia turbatur. Per quod Antonio satisfactū est. De his Iosephus 15. Antiquitatum. Dicit etiam Iosephus iniustum fuisse, quòd principatus sacerdotij semel collatus alicui auferretur: & in tribus solis accidisse dicit. Primus fuit Iason, qui vocatus est Iesus, cui Antiochus frater Seleuci phanes principatum sacerdotij auferens fratri suo Oniæ minori, qui Menelaus dictus est, tradidit. Secundus quo secundo Machabæorum. Secundus fuit Aristobolus, qui priuauit fratrem suum Hyrcanum sacerdotio, in quo per nouem annos minus trauerat, & illud postea per tres annos, & sex menses tenuit, quousque a Pompeio captus Romam deductus est. Tertius fuit nunc Herodes, quo supra diximus. Tertius fuit nunc Herodes, Ananellum, quem prius constituerat Sacerdotem Principem, deposuit, & principatum Aristobolo reddidit. Herodes inter hoc timens, ne aliquam nouitatem Alexandra, & Hyrcanus, & Aristobolus contra eum molirentur, eos quidem honorari valde fecit, custodiam tamen diligentem in aula contra eos disposuerat, ne quid moliri possent. Quod Alexandra grauiter tolerabat, scribens Cleopatræ Reginæ Aegypti in quantis calamitatibus esset. Cui illa rescripsit quòd ipsa cum Aristobolo confugerer in Aegyptum. Ad hoc Alexandra parauit duos loculos, arcas tanquam pro mortuorum exequijs, & præcepit quibusdam famulis suis huius rei conscijs, quòd eum & filium in illis loculis positis per noctem de Ierusalem deducentes ad mare deducerent, vbi paratum habebat nauigium, vt pergeret in Aegyptum. Quidam autem de his, quibus Alexāndra hoc reuelauerat, cum

cum Herodi suspectus esset, & odiosus, inuenta occasione in amicitiam redeundi propositum Alexandræ significauit, cum ipsa res iam in fieri consisteret. Vnde Alexandra in hoc deprehensa erubuit. Herodes tamen punire eam timuit, sed dissimulauit: & ex cordis bonitate remittere se ostendit. Veruntamen ex eo die Aristobolū occidere decreuit, arbitratus illo viuēte sibi non posse regnū manere securū. Paulo post hoc cū Aristobolus annū decimū octauum ageret, & in solēnitate quadam victimas super aram facturus ascenderet, totius populi fauor in eum excitatus est: cū super quē eum agere uiderent. & Aristoboli aui sui memoriā præsens reduxit. Vnde multi Iudæorū ex hoc inflāmati multa dixerunt, quasi significantes se uelle principatū gentis in Aristobolū reducere. Quod Herodes valde timuit, dissimulauit tamen. Celebratione autem transacta, cū in Hiericōte solēniter quadā die cū Herode Aristobolus epularetur: Herodes iuueni adulabatur multis eum laudibus efferrens: quē quasi filiū se diligere ostēdebat. Cū autem esset tempus æstiuum inuitauit eū ad natandum. Præceperat autem Herodes ministris, ꝙ Aristobolū totiens ludentes mergerent quousq; extingueretur. Quod factū est. Herodes autē ostēdit istud eo nō cogitāte accidisse: quia iā tenebrę incipiebant, qñ Aristobolus sussocatus est: & uideri nō potuit palā an hoc maliuolè factum fuisset. Hoc ergo fine occubuit Aristobolus annum decimumoctauū agens, cum in summo sacerdotio uno anno solùm ministrasset, in quo iā tota Iudęorum spes erat redeundi in pristinum principatū. Hunc Herodes ualde defleuit: vt populo, & matri, & cognatis ostenderet se mortis eius non fuisse consciũm: cùm tamen ualde de hoc gauderet, cui magnificam sepulturam construxit. Alexandra autem his incitata doloribus ad rabiem effebratur: uoluit tamen dissimulare se credere fuisse Herodem cōscium: ut sic magis nocere ei posset. Scripsit autem Cleopatræ Reginæ de morte filii sui Aristobolo per Herodem. Cleopatra autem Herodē acerrime apud Antonium accusabat asserens indignum esse, ꝙ uir de plebeio genere sumptus in regnum, ipsos qui degenere regio sunt innocenter uiuētes occidat. Quibus Antonius uehementer commotus iussit Herodi uenire ad satisfaciendum pro morte Aristoboli. Herodes autem ualde timebat propter Cleopatram, quæ eum accusare nō cessābat. Illam tamen maximè dilige bat Antonius. Nam propter immoderatū amorē ad eam perit, bella faciens cōtra Octauianum. Herodes ergo satis uoluisset hoc iudicium effugere: sed ire necesse erat, cū uocaret Anto. aut regnum deponere, & occulte fugere. Tūc ergo Herodes Iosephum patruū suum procuratorem regni, & omnium rerum suarū dimisit: cui iussit secretè, ꝙ si quid mali ipse pateretur ab Antonio: illico Mariannem uxorem eius occidere: dicens, ꝙ eam tenerime diligebat, & nolebat, ꝙ eo mortuo ab aliquo contumeliam pateretur. Maximè cum Anto. de illius pulchritudine audiuisset. His dictis Herodes ad Antonium progressus est. Iosephus interea relictus regni procurator, cum propter multa negocia, honoris causa, ipsam Mariannem reginam adiret, eius sententiam petens, inter multa quæ familiariter loquebatur, de amore, quē Herodes erga Marianem habebat locutus est. Ipsa autem, & maxime Alexandra mater eius Iosephum multis blandiis emolientes coegerunt ei mandatum Herodis explanare, qui ait: Tanto amore Herodem ferri in Mariannem, quòd etiam post mortem suam non sufferret ab ea separari: ideo iusserat, quòd si ipse ab Antonio occideretur, illico occideretur Marianne. Hoc autem Iosephus mulieribus apperuit, vt illas Herodi fideliores faceret. Mulieres tamen non sic acceperunt:

Alph. Tost. in Matth. Comm.

sed suspitionem magnam, & timorem assumpserunt ex uerbo Iosephi, ꝙ Herodes si rediret eas tyrannica crudelitate occideret. Herodes tamen hoc non intendebat: quia si in uindictam mortis suæ Mariannē occidi uellet, potius mandasset Alexandram matrem Marianne occidi, quæ ad mortem Herodis causa exiterat, eum apud Cleopatrā per literas accusando. Manebat interea in aula regis Salome soror Herodis animo maliuola prædicti Iosephi uxor, licèt ille Herodis patruus uocetur. Hæc sæpe cum Marianne, & Alexandra habens iurgia, ab eis contemnebatur, & mordaciter obiiciebatur ei generis uilitas. Propter quod grauissimū odium cōtra Alexandrā, & Mariānem concepérat. Herodes autē Antonium multis pecuniis placans de morte Aristoboli satisfecit, & Cleopatra ab accusationibus destitit. Cùm autem rediisset Herodes in Ierusalem, Salome soror eius accusauit Mariannem secretè, ꝙ sæpè cum Iosepho carnaliter cōuenisset. Et non erubuit Salome in hoc maritum suum accusare. Herodes autē his ualde turbatus est, sed non statim credidit. Diligebat enim nimiū Mariānē. Secreto ergo quadā die q̄rit a Mariāne an uerum esset, ꝙ contra eā de Iosepho obiiciebatur. Illa autē cū iuramēto affirmauit se in nullo peccasse. Ex quo Herodes credidit sibi satisfactum, & honestati eius magis gratias egit: eique suum ostendebat fauorem: ita, ut ambo collachrymarentur prę amoris teneritudine, ꝙ amantibus sæpe accidit. Videns autem Marianne affectum regis ad se inclinatum, inquit non est amantis, ꝙ Iosepho mandaueris, scilicet, si quid ab Antonio patereris, me occidere, quæ nihil tibi peccaueram. Quod Herodes audiens in iram excanduit: & ab amplexu eam diuellens, clamabat, capillos dilacerans, scilicet, Marianne, manifestum est te cum Iosepho carnaliter conuenisse: quia aliter secreta mea tibi non proderet: nisi tibi cùm eo magna fides fuisset, qualis ad amantes pertinet. Vnde nisi amor maximus, quem ad Marannem habebat, eum parum frenasset, illam mox occidisset. Iosephum tamen abire præcepit: coram eo nunquā vlterius appariturum. Alexandram autem tanquam totius mali causam seruari iussit. Interim accidit bellum inter Octauianum, & Antonium. Et uictus Anto. postea mortuus est, & totus romanorum principatus ad Octauianum deuenit. Tunc Herodes valde timuit propter amicitias, quas cum Antonio habuerat. Et quia tunc nullus de genere Iudæorum supererat nisi Hyrcanus, putauit Herodes sibi prodesse, ꝙ Hyrcanum occideret. Fuit autē occasio ad hoc, ꝙ Alexādra filia Hyrcani, & mater Hristoboli supra defuncti incitabat Hyrcanum fugere ad regē Arabum, ne per dolū occideretur ab Herode sicut Aristobolus: maximè, quia si Herodes, qui nūc inimicus erat Octauiani aliquid mali ab ipso pateretur, ad Hyrcanum regnum perueniret. His uerbis non assentiebat Hyrcanus, cum esset uir quietus, & innocēs. Sed cū ei semp esset molesta, tandem scripsit regi Arabum, ꝙ mitteret equites ad paludem Bituminis, quæ ducentis stadiis distat a Ierusalem, ut cùm eis iret in Arabiā. Hanc literam amico suo cuidam nomine Desichęus deferendam tradidit regi Arabum. Desichęus uerò, vt Herodis amicitias acquireret, ostendit ei literam. Quam Herodes legens, rursus recusit, & per ipsum Desichæum regi arabum transmisit. Qui rescripsit Hyrcano, quam etiam literam Desichæus ad Herodē pertulit. Tunc Herodes conuocato concilio quęsiuit ab Hyrcano an aliquid secretè per literas tractaret cùm rege Arabum. Herodes autem epistolas coram toto concilio ostendit, & illico Hyrcanum tāquā conuictū de crimine occidit. Hic finis Hyrcanum inuenit, cùm octogesimum annum ętatis ageret per

Universidad de Deusto
Biblioteca

multas calamitates transeuntem. Nam in principio cùm mater eius Alexandra regnaret, nouem annis principatum sacerdotij tenuit. Matre autem defuncta, cùm simul regnum, & sacerdotium tenuisset per tres menses ab Aristobolo fratre suo depellitur. Restituitur autem iterum a Pompeio, & quadraginta annis principatum tenuit: a quo rursus per Antigonum filium fratris sui Aristoboli deiectus est, & aurium abscissionem passus est: & captiuus apud Parthos in Babylonem translatus est. Inde autem propter spem ab Herode promissam, nihil sicut sperauerat, sed mortem potius assecutus est. Post hoc incidit Alexandræ maius odium contra Herodem, occiso ante patre suo Hyrcano. Tunc Herodes ad Octauianum iturus, cùm mortis timeret periculum, fratri suo Feroræ regnum commisit, iubens, si quid aduersum de eo accideret, ipse cum filijs suis regnum assumeret: Mariannem autem, & Alexandram illico occideret, & illas in quodam Castello dimisit: præficiens eis Semeum virum bonum, quasi pro honore. Interim Herodes ad Octauianum progressus, non obstantibus amicitijs, quas cum Antonio habuerat, ei reconciliatur. Semeus vero, qui custodiebat Alexandram, & Mariannem à, principio Herodi fidelis existebat. Postea vero illarum blanditijs emolitus eius mandatum eis declarauit, scilicet, occidendas esse, si Herodes ab Octauiano occideretur. His verbis Alexandra, & Marianne turbabantur. Cùm autem Herodes redijsset lætus; quia prospere ei acciderant omnia, hoc vxori suæ Mariannæ declarabat. Illa vero gaudente eo, nec gaudebat: sed ad oscula gemebat, & flebat, odium suum in Herodem cælare non valens. De quo Herodes nimium turbabatur. Salome quoque soror Herodis Mariannem accusabat: eratque in periculo Mariannæ, nisi subito annunciato Herodi, quòd Octauianus Antonium, & Cleopatram occidisset. Mansitque tunc Mariannæ commendata Semeo sicut prius. Redeunte autem Herode, rursus Mariannæ odium, quòd in eum conceperat, occultare nequibat. Et cùm semel ab eo vocata fuisset, accedere noluit: sed Herodem ad se accedentem confestim depulit, improperans ei patris sui Hyrcani interitum: ex quo in iram incanduit. Salome autem Herodis soror, quæ Mariannem grauiter oderat, habita occasione accusauit eam, venenum regi propinare voluisse: intromittens quendam pincernam regis, qui assereret Mariannem sibi attribuisse, & dixisse esse poculum amatorium. Herodes autem clamauit, quòd venenum erat, tunc quidam Eunuchus Mariannæ sibi familiarissimus; cùm iubente Herode torqueretur, de veneno quidem nihil confessus est: sed dixit, quòd Mariannæ Herodem odio habebat propter verba, quæ dixerat ei Semeus. Herodes tunc grauius conquestus est, dicens, q nequaquam Semeus secreta mandata sua Mariannæ declararet, nisi cum ea concubuisset. Semeum ergo illico occidi fecit: Mariannem autem morti adiudicauit. Dū tamen quidam dicerent non debere occidi, sed in aliquo castro custodiri: Salome soror Herodis, ut illam interficeret, eum impulit. Et sic Mariannæ casta quidem fœmina, sed Herodem portare non potens, patris, & matris interfectorem hunc finem accepit. Tunc Alexandra mater eius dolens quidem nimium, non tam pro morte filiæ, quàm quia iniustè occidebatur plangere volens timore Herodis cohibita est: ne cum ipsa occideretur: sed potius ipsam increpabat tanquam iniquam clamans, quòd iustè pateretur, & capillos illius dilacerans, & vestes. Quæ omnia Marianne constanter pertulit: nec quidem oculum contra Matrem sic agentem vertens. Post hoc mortua

F

G

H

I

K

Marianne desiderium Herodis exarsit in eam: ita vt sæpe quasi viuentem Mariannem vocaret. Et cùm varijs se implicaret, nunc negocia, nunc solitudines eligens in nullo quies tamen erat: ita vt grauem incurreret ægritudinem. In qua medicis nihil ei proficere potentibus desperatus de vita erat. Hoc cùm Alexandra mater Mariannæ, & omnes Iudæi viderent, de vita Herodis nihil sperabant. Vnde Alexandra secrete custodias templi, ideſt, turres præcipuas custodibus petijt dicens, quòd securum erat, quod illas, ne si Herodes moreretur alius eas occuparet, q non peruenirent ad filios Herodis. Ipsa autem custodiret pro filijs Herodis. Si autem Herodes superueret secure illas habebat. Qui autem tenerent illas custodias erat Dominus Iudæorum, quia eo nolente nemo posset templum intrare ad faciendum sacrificia: & tamen Iudæi potius vitam perdere, quàm legitima omittere vellent: ideo illas Alexandra optauerat. Custodes autem illico Herodi Alexandræ verba retulerunt: quæ illam mox occidi fecit. Et sic perijt agente Herode omne genus regale Iudæorum. Soli enim manebant duo filij Herodis, scilicet Alexander, & Aristobolus filij Mariannæ quia ex parte matris ex illa progenie descendebant: qui etiam postea per Herodem occisi sunt. vt infra dicetur. Eo tempore accidit Iudæos nimium contra Herodem turbari, quia ipse in honorem Octauiani quinquennale certamen constituit: sicut apud Græcos olympiades fiebant de quadriennio in quadriennium. Et cùm in hoc omne genus pugnæ tam hominum, quam ferarum, & rationabilium rerum, & inanimatarum fieret, imagines quoque hominum armis indutæ introducebantur artificialiter in pugnam. Iudæi tunc contra Herodem clamauerunt. Ipse verò consolabatur eos, dicens, ista non esse contra legem. Illi autem dixerunt: licèt omnia tollerare velimus: imagines tamen hominum in Ierusalem non recipiemus. Herodes quosdam præcipuos de Iudæis in atrium vocans, & ostendens illis trophea, petiuit quid illis videretur: Qui clamauerunt: imagines hominum. Precipiens autem Herodes auferre ornatum illi superpositum ostendit nuda ligna esse: quæ statim spoliata sum plurimum aspicientibus intulerunt. Tali modo impetum multitudinis mitigauit Herodes: vt iam primi ista respicientes non turbarentur. Alij verò suis difficultatibus permanentes clamabant legem destrui. Inter quos fuerunt decem Iudæi, qui conuenerunt contra Herodem, vt eum in theatro ista agentem occiderent: parati pro hoc mortem subire. Quidam verò hoc Herodi nunciauerunt, ne in theatrum exiret. Qui illos decem coniuratos contra eum vocauit ex nomine. Qui, cùm capti essent, sciens non posse se mortem euadere cōstanter confessi sunt se voluisse illum occidere, & gladios quos sub veribus habebant ostenderunt, dicentes: Hoc non pro dolore, nec iniuria, quam passi fuissent facere voluimus, sed pro lege Dei, quam soluebat Herodes. Ille confessi mox a ministris Herodis occisi sunt. Ille men, qui hoc Herodi nunciauerat de coniuratis, busdam Iudæis raptus, non solùm occisus, sed membratim dilaceratus canibus traditus est. Hæc ciderunt circa annum tertium decimum regni Herodis. De his Iosephus decimo quinto Antiquitatum. Eo tempore Herodes duos filios, scilicet, Alexandrum, & Aristobolum, quos susceperat ex Mariamne in vrbem Romam misit, vt liberalibus literis erudirentur. Quos Octauianus cum omni benignitate suscepit, & in domo Polionis illustris viri amici Herodis conuersabantur. Hoc factum est anno decimo regni Herodis. De quo Iosephus ubi

pra. Per quadriennium post hoc, scilicet, anno sexto- A
decimo regni Herodis Beatissima illa, & Glorioſa fe-
mina Maria nata est in Nazareth, ut asserūt, uel in Se-
phoro: quod est oppidum distans à Nazareth per tres
leucas cōtra partem aquilonis, de quo supra diximus.
Nam de ipso loco asserunt fuisse Ioacim patrem Vir-
ginis: alii autem Annam matrem eius ibi ortam di-
cunt: fuit autem hoc ante Christi natiuitatem per an-
nos quatuordecim, ut quidam uolunt, & sic fuit anno
sextodecimo regni Herodis. Alij autem uolunt eam
fuisse annorum sexdecim quando Christus natus est,
quod uerisimilius est. Et tunc dicetur eam fuisse anno
quartodecimo regni Herodis, & ab orbe condito
annis tribus millibus nongentis, & quadraginta septē:
à transmigratione in Babylonem annis quingentis B
septuaginta sex, & à reditu de Babylone annis quin-
gentis & sex. Post hoc Herodes ædificatis multis ciui-
tatibus, de quibus Iosephus. 15. Antiquitatum: nam
magnus ædificator fuit uolens Iudæis præstare gratiā,
& ad perpetuam laudem sui templum Iudæis ædifi-
care uoluit, & fecit hoc anno decimo octauo regni
sui, scilicet, annis duodecim ante Christum natum.
Et ad hoc conuocauit Iudæos alloquens eos, quòd
templum illud non erat factum sicut templum Salo-
monis, ideo quòd uolebat nunc aliud facere penitus
ad figuram, & magnitudinem illius, & hoc quidem
in octo annis finitum est, scilicet, anno. 26. Herodis, an-
te Christum natum annis quatuor. De tota figura, & C
partibus huius templi Iosephus disserit. 15. Antiquita-
tum. De quo Ioan. secundo dicetur, cùm ibi litera ali-
qualiter Iosepho repugnare uideatur, ideo nunc omit
tatur. Eo tempore Herodes Romam profectus est, &
postea de Italia rediens Alexandrum, & Aristobolum
filios suos iam perfectè in omni doctrina eruditos se-
cum in Iudæam duxit. Hos omnes Iudæi summo fa-
uore prosequebātur, tum quia omnibus grati propter
ipsos erant, tum quia eis iure paternum regnum de-
bebatur. Nam licèt Antipater illis maior esset, nō erat
de genere regio, sed de matre plebea nomine Dorin:
illi autem matrem habuerunt ex utroque latere de
genere Iudæorum regum descendentem, ut supra
ostensum est. Salome autem soror Herodis, quæ ado-
lescentem matrem ad mortem usque fuerat persecu- D
ta, ipsis inuidens illos accusationibus apud Herodem
ad illorum mortem conabatur impellere. Dicebat
namque eos dicere, quòd non libenter cohabitarent
Herodi interfectori matris eorum. Vnde pater in eo-
rum odium exarsit, omissa tamen accusatione amo-
re eorum illis nobilissimas uxores tradidit, scilicet, Ari
stobolo dedit Beronicem filiam Salome sororis suæ:
Alexandro autem tradidit Galsiram filiam Archelai
regis Cappadociæ. Salome autem adolescentes accu-
sabat, tum quia inuidebat honori eorum, tum quia ti-
mebat, quòd si illi prævalerent, occiderent ipsam pro
morte matris sue, quam Salome procurauerat. De his
Iosephus. 16. Antiquitatum.
Eo tempore Græci non permittebant Iudæos, qui E
in diuersis ciuitatibus habitabant, uiuere secundùm le
gem Moysi. De quo Herodi conquesti sunt. Ipse vero
apud Agrippam Romanorum principem querelam
per quendam Nicolaum oratorem proponi fecit, sci-
licet, q uiuere secundùm legem Moysi non esset ali-
quid inhonestum, nec contra statum Reipublicę Ro-
manorum. Quibus tunc Agrippa concessit propriis
legibus uti. Interea odium Salome contra Aristobo-
lum, & Alexandrum non quiescebat, quæ secum fra-
trem suum Feroram, qui etiam Herodis frater erat, in
hac causa copulauit: Et fiebant sæpe contentiones in-
ter illos, & iuuenes. Aristobolus autem, & Alexāder
confidentes de nobilitate generis sui obijciebant Fe-

rore, & Salome generis vilitatem: insuper non erube-
scebant de interitu matris, quam asserebant iniustè oc
cisam: & dicebant miserabiliter accidisse matri, se ta-
men infæliciores esse, qui cogerentur matris suæ inter
fectoribus cohabitare. Hoc autem Feroras, & Salome
confestim Herodi referebant significantes periculum
ei imminere a iuuenibus, quia non paterentur illi Matris
interitum esse inultum. Super his Herodes turbatus
dolebat infælicitatem domus suæ: quia mortua Ma-
rianne odia non cessarent: putauit autem, q iuuenes
ab hac intentione deiicere posset si eis Antipatrum
præponeret. Ille quidem, licèt ætate maior esset, gene
re tamen erat minor, scilicet, de plebeia matre, vt di-
ctum est. Hunc ergo illis præposuit: quod in deterius
venit. Nam iuuenes tunc non solùm matris mortem,
sed suum contemptum quærebantur: ita, ut sæpe mul
tis præsentibus lachrymarentur. Quæ Antipater per
amicos suos Herodi referri faciebat, ut magis in eorū
odium exarderet. Tunc Herodes Romam nauigans
cum Agrippa, solum antipatrum secum tulit, vt illum
Octauiano amicum faceret: & omnes crederēt, quòd
Herodes iam abiectis Aristobolo, & Alexandro hunc
sibi successorem eligeret. In his tamen Antipater do-
lebat, timens ne eo manente Romæ uoluntas patris
mutaretur, & reconciliaret sibi Aristobolum, & Ale-
xandrum. Dolebat etiam, quia accusandi illos copiā
non habebat. Vnde sæpe de Vrbe Roma patri scri-
bens dicebat, se timere mortem illius propter filios, &
in tantum furorem falsis accusationibus Herodem
induxit: vt iam de filiorum morte cogitaret. Noluit ta-
men Herodes tantum facinus propria auctoritate cō- Iosephus li.
mittere: uoluit eos apud Cæsatem accusare. Et illos se 16. cap. 8.
cum ducens, Octauianum adiit, dicens filios suos in
tantam insolentiam deuenisse, ut eum occidere festi-
nassent. Et quòd ipse hactenus tacuerat, ne talibus uer
bis aures Cæsaris pollueret, nunc verò necessitate cō-
pulsus, hoc dixit. Nam iam nihil reliquum erat, nisi
aut eum occidi: ne cum timore maximo ipse uiueret:
aut eos interfici, ne eum occiderent. Hæc cum dixis-
set Herodes, iuuenes lachrymati sunt confusi de tali
accusatione, licèt conscientiam mundam haberent, &
sermonem liberum putabant: tamen difficilem satis-
factionem esse accusationibus patris, licèt possent eū
redarguere. Erat ergo in eis inopia dicendi, & lachry
mæ cum gemitu timentibus ne ab aliis propter cri-
minis ueritatem respondendi copiam non haberent.
Turbationem eorum Cæsar attendens, sicut erant in-
noxii credidit: & quòd non conscientia criminis,
sed imperitia dicendi, & modestia quadam, ne patrem
redarguerent, se defendere non ualerent. Vnde etiam
facti miseratione digni, cunctis præsentibus patrem
ad ueram misericordiam commouerunt. Vnus er-
go eorum Alexander accusationes patris soluere ni-
sus est sic inquiens: Pater, affectus tuus erga nos,
ex ipso iudicio manifestus apparuit. Nam si quid
crudele contra nos cogitasses, non nos ad omnium
seruatorem Cæsarem deduxisses: dum tibi, quod vel-
les liceret, ut patri. Neque enim quemquam inter-
ficere uolens, eum ad templa perducit, unde uita cō-
quiritur, quæ nobis morte peior existeret, si tale quid
in patrem cogitassemus. Siquidem sermonem fi-
ducia ueritatis inuenit, cùm beatos nos fore sciamus
mitigantes, & pericula fugientes. Si verò accu-
satio prævaluit, viuere nos superfluum iudica-
mus. Multa quoque alia Alexander dixit. Qui-
bus Octauianus ad adolescentes conuersus dixit,
quòd in uno solo peccauerant, scilicet, quia non
se tradiderant tractabiles patri, ita ut talis ac-
cusatio occasionem non inuenisset. Herodem ve-
ro petebat Octauianus: ut omnem oppositionem

abijciens, reconciliatur filijs. Cumque istud suasisset Herodi, innuit iuuenibus se ad pedes Herodis proijcere. Quod facientes patrem mouerunt, vt eos flebiliter amplecteretur. Reconciliatis filijs patri: quod accidit circa vicesimum octauum annum regni Herodis reuersus est in Iudeam. Et ipso tempore finita est ædificatio Cæsareæ Ciuitatis: quam in decem annis Herodes ædificauerat: & Cæsaream in honorem Octauianis vocauit, cùm prius Turris stratonis diceretur. Hoc tempore currebant illi duodecim anni maximę pacis in orbem, in quibus bella nulla facta sunt: qui fuerunt ante Christi natiuitatem, & cæperunt in anno vigesimo octauo Octauiani, vt ait Hieronymus super Isaiam. Et cęperunt anno decimo octauo regni Herodis, scilicet, quando ipse cæpit ædificare templum Iudæorum, de quo supra dictum est: & durauerunt vsque ad annum tricesimum Herodis. Tunc Herodes consumptis pecunijs per magnas largitiones, & ædificationes: audiens Ioannem Hyrcanum filium Simonis Machabæi, qui multo ante ipsum regnauerat, peruisse tumulum Dauid, & tria millia talentorum inuenisse: credens multa plura ibi esse, illuc per noctem ingressus est, ne a Iudæis hoc sciretur, fidelissimos tantum secum habens. Qui pecunias quidem non inuenit, sed ornatum multum: & vasa aurea, & argentea, quæ accepit. Dum autem diligentius inquirens, vellet ingredi interius ad loca, in quibus vrnæ continẽtes corpora Dauid, & Salomonis essent, duo de famulis eius flammis ab interiori parte occurrentibus combusti sunt. Herodes autem timens egreditur, & pro peccato quod commiserat, monumentum pulchrum de lapide candido ante ianuam huius sepulchri fecit. Interea venit annus tricesimus regni Herodis, in quo Christus natus asseritur in Bethlehem eo tempore, quo toto orbe: manente in pace Octauianus iussit describi omnes homines, & profiteri se Romanis subditos certam pecuniam soluentes. Et ista professio fieri debebat à singulis in locis, de quibus ducebant originem. Ideo oportuit, quòd Ioseph, & Maria Mater Christi, quæ adhuc prægnans erat, iret in Bethlehem ad profitendum: & ibi accidit Christum nasci. Fuerat autem Christus conceptus die vigesima quinta Martij, scilicet, octauo kalendas Aprilis: fuit autem natus vigesima quinta Decembris, scilicet, octauo kalendas Ianuarij. Ipso anno adoratur a Magis die sexto Ianuarij, ideſt, diebus 13. post natiuitatem suam. Ipso tempore, scilicet, die secunda Februarij in templo præsentatus est, & ductus est in Galilæam a parentibus suis: & post paucum tempus angelo apparente in somnis Ioseph fugit in Aegyptum timens Herodem. Post biennium autem natiuitatis Christi, s. anno xxxij. regni Herodis innocentes occisi sunt. Manebat autem tunc Christus in Aegypto. Dum hoc fierent, rursus Herodes occupatus erat circa accusationes Alexandri, & Aristoboli filiorum suorum: quibus iam supra fuerat reconciliatus. Nam Feroras frater Herodis, & Salome soror eius, & maximè Antipater filius Herodis de multis accusabant illos, quòd ad mortem patris anhelarent. Quibus Herodes turbatus iuuenes ligauit, & accusationibus locum dedit. Tunc multi in fauorem Antipatri, quem regnaturum credebant accusatores, & variè testificantes accesserunt. Interim Herodes contra filios nihil crudele agere audens, ne culparetur, scripsit Octauiano de iniquitate filiorum contra se. Octauianus autem rescripsit, tradens ei potestatem accusandi filios in vrbe Beriti, quæ est maritima in Iudæa: & assignauit iudices, coram quibus Herodes filios absentes accusauit magis ira commotus, quam ratione, & probatione fultus. Multi tamen de iudicibus intentionem Herodis videntes erga filios condemnauerunt illos. Accesserunt aliqui eos saluare volentes: sed nec profuit. Vnde ipsos Herodes in Cæsarea laqueo suspendi fecit, & corpora eorum in Alexandrio castro sepeliri per noctem vbi corpora matris, & aliorum cognatorum ipsorum erant. Hoc modo Alexander, & Aristobolus filij Mariannæ, & Herodis finem acceperunt. De his Iosephus 16. antiquitatum.

Cæsarea ciuitas ab Herode ædificata.

Antipater autem contentione fratrum liberatus, qui iam illi obesse non poterant ad assecutionem regni contra patrem suum Herodem insidias parat: vt illo cito vitam finiente ad ipsum regnum perueniret. Et ad hoc Antipater fratres reliquos accusabat, & amicos patris sui, quasi zelans vitam patris. Verè tamen intendebat, quòd illis a patre occisis ipse facilliorem locum ad occidendum Patrem haberet. Conquerebatur namque sæpe matri suæ, quòd tam prolixè pater viueret, & seipsum iam senem esse: ita quòd quando eum regnare contingeret, iam propter etatis grauitatem iucundè viuere non valeret. Dicebat etiam multos fratres se habere, propter quos minus sibi securum locum ad regnandum esse putabat. Irascebatur etiam Antipater, quia licèt Herodes Aristobolum, & Alexandrum occiderat, filios tamen eorum sicut proprios diligebat, optans, vt eis meliora patribus eorum euenirent: illisq; vxores nobilissimas tradidit. Vnde timebat Antipater, quòd ad illos forte regnum perueniret. Habebat autem tunc Herodes nouem vxores. Nam iam Mariannes, occisa fuerat. Prima erat Antipatri mater nomine Dorin: quam Herodes susceperat, antequam regnaret. Secunda erat filia pontificis, quam mortua Marianne in vxorem acceperat, & ex ista genuerat filium quendam nomine Herodem. Tertia erat quędam filia fratris sui. Quarta erat quædam neptis. Ex istis tamen duabus nullus prolem habuerat. Quinta erat una de gente Samaritanorum: ex qua Herodes duos filios habuit, scilicet, Archelaum, & Antipam, & filiam nomine Olympiadem. Sexta vxor fuit Cleopatra Hierosolymis, de qua Herodes genuit Philippum, & Herodem: qui Romę erudiebantur. Septima fuit nomine Pallas, quæ Phaselum ei peperit. Octaua fuit Fedra. Nona fuit Helpis, ex quibus duæ filiæ natæ sunt, scilicet, Roxame, & Salome. Et sic habebat Herodes nũc octo filios, & filias tres. Habuerat autem duos alios, quos iam occiderat, Alexandrum scilicet, & Aristobolum ex Marianne etiam occisa. De filiabus apud nos rò mentio fit: de filijs etiam, non fit mentio nisi de Antipatro, Alexandro, Aristobolo, Archelao, Herode, Antipa, & Philippo. De Herode autem quem genuit ex filia pontificis, & de Phaselo rarò mentio fit, eo quod isti non videntur superuixisse patri, vt cum alijs fratribus in aliquo possent de regno contendere. De his Iosephus 17. antiquitatum. Interea Antipater cum Ferora fratre Herodis de morte Herodis communicabat: super quo Antipater accusatus est. Et præcepit Herodes, ne cum Ferora conuiueret: sed postea occulte per nuncios contra Herodem mors tractabatur. Ad hoc autem præcipua erat vxor Ferorę, quam Pharisæi quodammodo incitabant dicentes: quòd Herodi terminus vitæ in breui finitus esset, & quòd a filijs eius regnum transiret, & ipsius maneret. Hoc autem dicebant filijs Ferorę, & ipsius maneret. Hoc autem dicebant Pharisæi quasi retribuentes illi vicem pro beneficio, quod ipsis contulerat. Nam tota gens Iudæorum Cesari iurauerat se illis subditam esse, & regi fauere. Pharisæi iurare noluerunt, quos Herodes in pecunijs condemnauit. Illam autem pecuniam vxor Ferorę pro Pharisæis soluit: vnde ei amici valde facti sunt, & ab illam apud populum laudabant. Erant autem Pharisæi

Pharisæi quasi sex millia. Hæc autem omnia Salome fratri suo Herodi nunciabat, qui omnes quidem Pharisæos, qui malorum causam præstabant occidit, fratri autem suo Ferorę iussit, aut vxorem illam dimittere, aut consanguinitatis iura negare. Feroras autem dixit, nihil se contra cognationis iura agere, vxorem tamen dimittere nolle, quia eam diligebat nimiũ. Antipater tunc habens patrem suspectum, scripsit amicis patris sui Romę manentibus, q̃ patri scriberent eum Romã mittere, & cum eo testamentum, in quo ipse hæres regni declararetur destinare. Nam iam Herodes alius frater eius, quem susceperat Herodes ex filia pontificis, defunctus erat. Hoc autem Antipater faciebat ne præsens magis in suspitionem patris incideret, & ab eo occideretur. Etiam, vt magis sine suspitione de morte Patris posset haberi. Ipse namque venenum fecerat afferri de Aegypto ad occidendum Herodem, & illud Ferorę fratri patris sui conscio suorum scelerum tradederat, vt aliquanto tempore post recessum eius patri de illo propinaret. Et sic moreretur Herodes, & Antipater de morte eius suspectus non haberetur. Herodes interea cum Ferora contendebat, vt vxorem abiiceret. Quam cum non abijceret, iussit ei Hærodes ad propria recedere, scilicet quia timebat Herodes, quòd manente Ferora cum eo suasione vxoris aliquod malum in ipsum pararetur. Feroras autem sponte recessit in suam Tetrarchiam: iuramento affirmans se nõ rediturum antequam Herodem esse mortuum cognosceret. Vnde paulo post ægrotante Herode, & iubente, vt veniret propter quædam mandata de dispositione regni, quę ei iniungere uolebat, uenire noluit, ne iramenti uiolator haberetur. Hærodes tamen melio rem erga eum gerens affectum paulopost hæc Ferora ægrotante ad ipsum non uocatus uenit. Et tunc Ferorasmortuus est eũq; Herodes in Hierosolimã detulit, & honorificã illi contulit sepulturam. Mortuo Ferora duo liberti eius Herodem adeunt dicentes, quòd Ferorasueneno perijsset. Nam una die antequam obiret, cum uxore cęnauerat, & tunc uenenum traditum esse afferebant, quod tanquam poculum amatorium data erat: eo tamen bibito ille perijt. Quo audito irarus Herodes omnes ancillas uxoris Feroræ, & matris ipsius torqueri fecit, quæ nihil quidem confessæ sunt. Vna tamen urgente dolore dixit: utinam talia supplicia mater Antipatri patiatur, quæ omnium horũ causa extitit. Tunc Herodes diligentius per tormenta ueritatem exquirens omnia nota esse fecit, scilicet qualiter Feroras, & Antipater matri sæpe conquereretur, q̃p Hærodes tandiu uiueret. Vnus autem testatus est Antipatrum de Aegypto uenenũ attulisse, quod Feroræ commendauerat, ut illo propinato, Herodem occideret. Et hoc modo ad uxorem Feroræ uenenum uenisse, tradẽte ei Ferora ad custodiendũ: quę omnia uxor Feroræ confessa est. Quæ cum curreret, ut uenenũ afferret, de tecto lapsa penè perijt, nec tamẽ mortua est: quia super pedes cadens terra recepta est. Cumq; refocillata recepisset spiritum, promittit ei Herodes salutẽ, & omnibus domesticis eius, dummodo ueritatem totam aperiret. Illa autẽ omnia, quę dicta sunt fatebatur. Addens, q̃p qñ Herodes Feroram ægrotantem uisitatus accessit, Feroras uxori dixit conspecta fratris erga se uoluntate. O mulier, Antipater induxit me contra patrem suum, consilia iniqua constituens. Nam, & uenenum ad eius mortem emit. Nunc ergo, nec cũ conscientia huius sceleris de hoc sęculo transeam, uenenũ & epistolam Antipatri apporta: & me uidente combure. Et cùm ego hæc quidem eo uidente fecissem, de ueneno mihi modicum reseruaui, ut si Ferora defuncto, o rex me male respiceres, ueneno bibito huius sæculi necessitates effugerem: hoc dicens uenenum in pixide in medium protulit. Tunc Herodes matrem Antipatri eiecit, eo quòd horum conscia erat, ei totũ ornatum, quem dederat, auferens. Aliam quoque uxorem, scilicet, filiam Pontificis, quæ de his accusaba tur expulit a se: & patrem eius quem summum Sacerdotem fecerat, s. Symonem Boethi pontificatu priuauit: Mathiam Theophili pontificem instituens. Hæc dum fierẽt, Bathilus Libertus Antipatri de Roma ueniens tormentis interrogatur, si quid de Antipatro sciret. Qui confessus est uenenum apportare dandum Feroræ: ut si primum uenenum minus efficax fortè Herodem necare non potuisset, hoc ei propinaret. His Herodes auditis, turbabatur nimium de nequitia Antipatri. Scripsit autem ei, ut illico de urbe Roma rediret nihil aperiens de eo quod inquirebatur: sed potius blanditus, ut nihil aduersum se suspicari posset, propter quod uenire differret. Redijt ergo, antequam perueniret in Iudæam, audiens expulsam matrem suã de domo Herodis, timuit an iret, uel expectaret quo usque certificaretur qualiter se haberent res. Quibusdam tamen amicis eius asserentibus non debere aduentum eius differri: quia propter eius absentiam accusatoribus locus erat, & eo præsente cuncta dissoluenda, profectus est. Herodes tunc Seuerum Quintillum Præsidem Syriæ a Romanis constitutum apud se habebat: sub quo Antipatrum accusare uoluit. Antipater autem timebat, ne, eo inaudito, sententia dictaretur. Tunc Herodes accusationem exorsus est: beneficia in Antipatrum colata referens: eiusque ingratitudinem. Et intra hoc Herodes fundens lachrymas intercluſa uoce cessauit. Rogabat autem Nicolaum Antiochenum, qui sibi aderat cætera accusationis fulcimenta prosequi, quia ille dicendi copiam, & artem habebat. Prius tamen quam ille loqueretur Antipater se excusabat, asserens falsa esse, quæ per tormenta extorta erant. Quo dicendi finem faciente, Nicolaus Damascenus regis accusationem prosecutus est. Qui cùm multa dixisset: nihil, quòd obijceret Antipater habuit: sed Deum in testimonium inuocabat se innocentem. Cumque Varus præses quæreret an alias haberet defensiones, & ille solum Deum inuocaret: Varus venenum in medium proferri fecit, vt vires eius experiretur. De quo, cùm quidam de damnatis vidente Varo bibisset, illico perijt. Quod cùm Varus attenderet soluto iudicio abijt, nihil de hac re diffinire volens. Herodes tunc Antipatrum ligari fecit, quem ad Cæsarem destinare volebat, vt de eo supplicium sumeret. Timens tamen ne aliqua occasione pœnam effugeret: eum apud se in vinculis tenuit, & Cæsari, scilicet, Octauiano omnia, quæ facta sunt rescripsit. Hoc tempore Herodes iam septuagesimum ætatis annum agens graui morbo detentus, testamentum scripsit in quo Antipam filium suum iuniorem regẽ declarat. Nam contra Archelaum, & Philippum odiũ conceperat accusante eos Antipatro. Istud tamen testamentum postea mutauit aliud condens, de quo infra dicetur. Herodes autem morti propinquus irreuocabili furia, & amaritudine mentis tenebatur: volens si posset totam gentem Iudæorum occidere: quia credebat illos de morte sua propinqua, & de omnibus calamitatibus domesticis gaudere. Superuenit etiam aliqua causa, scilicet, seditio quorundam popularium. Erant enim tunc apud Iudęos duo viri eruditi, scilicet, Iudas, & Matthias in lege Magistri, a quibus erudiebantur quicunque in lege voluntatem habebant. Qui videntes Herodis mortem imminere, plures de populo hortabantur, vt illo defuncto, omnia quę Herodes contra legem fecerat, tollerent. Fecerat autem Herodes quandam magnam aquilam auream, quam supra portam templi posuit. Hanc isti non

Universidad de Deusto
Biblioteca

tolerantes cum multitudine populi meridie iuerunt ad deponendum eam securibus concidentes. Quod cùm ad Herodem peruenisset misit illuc ducem exercitus, quem conspiciens tota illa plebea multitudo diffugit manentibus solis quadraginta iuuenibus, qui indignum cedere putauerunt. Nihil tamen se defendentes comprehenduntur cum Matthia, & Iuda huius rei auctoribus. Qui regi præsentati non timuerunt se confiteri pro lege Dei ista fecisse etiam si mille pœnarum genera infligenda essent. Tunc Herodes vocatis multis doctoribus Iudæorum, & aliis præcipuis uiris, istorum accusábat audaciam, qui aquilam deponere præsumpsissent, improperans eis, quòd templum illis construxisset, quale Salomon non construxerat; & aquilã auream, quam in ornamẽtum templi, & memoriam sui posuerat, illi diuellebant. Tunc Matthiam summũ sacerdotem, quem huius seditionis conscium fuisse crediderat, de pontificatu deposuit, quem ipse prius, vt supra diximus pontificem constituerat depositio socero suo Simone Boethi. Hunc ergo Matthiam deposuit, & promouit Azarum in pontificem, qui erat frater cuiusdam uxoris suæ. Alium autem Matthiam, & Iudam auctores seditionis, & aliquos de sociis eorũ viuos igni tradidit. Interea morbus Herodis per singulos dies fiebat amarior. Erãt enim ei intestina interius vermibus plena, & carnes eius putrescebant: & humor quidam liuidus ad pedes descendebat, & cum his omnibus Herodi erat insatiabilis ciborum auiditas. Cumque Medici circa eum nihil proficerent, testabantur vltionem cælestem esse propter Herodis crudelitatẽ. Hoc tempore Herodes de vita desperans iussit optimates de tota terra Iudæorũ, sub interminatione mortis congregari. Qui omnes ad eum in Ierichontem venerunt. Mandauerat autem Herodes Salome sorori suæ, & Alexandro uiro eius omnes illos moriente Herode occidere. Dolebat namque Herodes plurimũ, quòd eo moriente neminem credebat dolituru: sed potius lætaturos Iudæos: quod sibi ad calamitatem reputabat. Dixit autem, quòd si omnes illi nobiles Iudæi, quos in carcere incluserat, occiderentur, ipso moriente nulli regi honorabiliores exequiæ fierent: quia tota tunc plangeret Iudæa. Hoc autem sub iuramento a Salome, & Alexandro se facturos extorsit. Tunc crescẽte dolore, desiderio tamen ciborum urgente pomum & cultrum petiit. Ipse enim per se solitus erat pomum in partes minutas concidere, & sic sumebat. Sumens ergo cultrum, & circumspiciens ne quis adesset, se ipsum occidere uoluit. Quod perfecisset nisi nepos eius Aciabus clamans eum tenuisset. Tunc per totam aulam luctus exortus est clamantium regem mortuum. Antipater dum hæc fierent in carcere tenebatur, qui regem mortuum audiens, plurimum gauisus custodi carceris multa policebatur, si eum dimitteret. Quod ille non fecit: sed cuncta, quæ Antipater dixerat Herodi nunciauit. Quo audito Herodes indicibili furore repletus illum confestim occidi fecit, & in Hyrcania sine vllo honore sepeliri. Antipatrum autem in omnibus nequiter agentem, & fratres accusántem iste finis inuenit. Tunc Herodes testamentum prius factũ in quo Antipam regem declarauit, mutat: constituens illum Terrarcham Galileę: Archelaum autem regẽ cõstituit. Philippo autem fratri Archelai tradidit Trachonitidem regionem tanquam Tetrarchiam. Salome autem sorori suæ quam in omnibus fidelem se habuisse putabat, loca aliqua, & pecunias tradidit. Octauiano autem mille talenta argenti signati, & insup multa vasa aurea, & argentea reliquit: & vxori eius Iuliæ, & quibusdam amicis Octauiani talenta quingenta: Testamentum ipsi Octauiano cõfirmandum subijciens. Herodes autem quinto die postquam Antipatrum occiderat mortuus est annis quasi sex post Christi natiuitatem, dum Christus in Aegypto maneret. Mortuo autem Herode antequam mors eius innotesceret Salome, & Alexander cunctos Iudæos, quos in carcere tenebant abire permittunt in pace dicentes hoc Herodem mandasse quasi adhuc viuerer. Hoc fecerunt uolentes genti Iudæorum præstare beneficium, & regnum sibi confirmare: quod Iudæis repugnantibus non erat facile fieri: de his Iosephus. 17. Antiquitatum. Morte autem regis Herodis diuulgata Alexander, & Salome cõgregauerunt totam militiam, quæ tunc erat in Iericonte, & legerunt epistolam, quã Herodes militibus uiuẽs scripserat; petens, vt circa Archelaum filium suum fideles existerent, sicut sibi fuerant. Tunc omnes ad honorandum Archelaum occurrunt eum regem salutantes. Hoc tempore, scilicet 7. Anno a Christi natiuitate Angelus apparuit Ioseph in Aegypto iubens redire in terram Israel: quia iam defunctus erat Herodes.

Archelaus autem Herodi honorabiles parat exequias: cuius corpus de Iericonte in Herodium Castrũ transtulit, vbi se Herodes sepeliri iusserat. Quibus expletis Archelaus ascendit in templum, ubi tribunal ibi paratum erat. Et populum alloquens gratias egit, quòd a patre suo læsi nihil mali nunc reponderant: & eis se beniuolum promisit. Rogabat tamen ne eum nunc Regem uocarent: quia licèt eum pater declarasset regem, vigor tamen testamenti ex Cęsaris voluntate pendebat. Sic omnibus ad prospera acclamantibus consensus dissoluitur. Interea seditio magna concitata est quorũdam clamantium de morte Matthæi, & Iudæ, & aliorum, qui pro depositione aquilæ aureæ ab Herode combusti fuerant. Petebant ergo ab Archelao vindictam fieri in illis, qui huius rei causa extiterant. Archelaus verò dicebat nõ esse huic discussioni nunc locum, quia ipse ad Cæsarem pro regni confirmatione festinabat. Sed cùm recederet, de omnibus se certius iudicaturum dicebat. Ad hoc tamen seditio non cessabat, sed magis tumultus fiebat, potissimè cùm accidisset tunc esse festum azymorum, in quo omnes Iudæi in Ierusalem conueniebant: totus ergo populus turbabatur. Archelaus ergo misit tribunum cum millitibus, vt seditionem hãc quiescere faceret. Seditiosi tamen tribuno occurrentes omnes milites eius in fugam compellunt, quosdam autem cum ipso tribuno vulnerant. Videns Archelaus cuncta peritura esse, nisi populi impetus frangeretur, totam misit militiam, & concursu facto quasi tria millia Iudęorum occiduntur à militibus. Reliqua verò multitudo ad montes confugit. Iussit autem Archelaus omnes, qui conuenerant de Ierusalem discedere, ne turbationes maiores sequerentur. Qui illico recesserunt, festiuitatem non celebratam deserentes. Tunc Archelaus Romam properans ad confirmationem suam, secum tulit Salome sororem patris, & amicos, & reliquos cognatos quasi cooperatores sibi ad regni gubernationem. Totam autem regni gubernationem interim Philippo fratri suo tradidit. Eo tempore Antipas frater Archelai minor, quem Herodes in primo testamento regem instituerat, Romam nauigat contra Archelaum pro regno disputaturus. Hunc enim Salome Herodis soror ad hoc incitabat, docens eum iustiores habere causas ad regnandum quàm Archelaus. Cùm autem Archelaus Romam veniisset, omnes cognati eius, quos secum duxerat ab eo recedentes Antipam minorem sequuntur, non quidem quia eum diligerẽt, sed quia Archelaum oderant. Cupiebant enim omnes Iudæi libertatem, potius Romanos Iudices, & Præsides super se habere uolebant, quàm reges proprios. Si tamen non contingeret iugum regium penitus excutere, volebant potius Antipam superse regnare, quàm Archelaũ. Tunc coram Cæsare disceptatur. Antipater autem quidam Salome filius accerrimus orator pro Antipa contra Archelaum locutus est, asserens primum testamẽtum tenuisse, quia quando Herodes secũdum fecit in quo Archelaum regem instituit, propter ægritudinẽ non erat sanæ mentis. Dixit etiam, qꝫ Archelaus sibi sine Cæsare regnum usurpauerat, quia ascẽderat tribunal, & totum populum allocutus fuerat tanquam rex, & in festiuitate azymorum tria millia Iudæorum occiderat regia potestate usus, &, quòd deterius erat, crudelitate quadam. Hæc & alia multa Antipater contra Archelaum dicens, plurimum ei ab assecutione regni derogabat. Nicolaus autem Damascenus, qui Herodis amicus extiterat, & accusauerat Antipatrũ, ut supra diximus, qui etiam nunc Archelaum eius genibus prouolutum subleuauit iudicans illum regno esse dignum: nec tamen illum regẽ denunciauit: omnes tamen hoc audito Archelao fauent, quem iam futurum regem putabant. Hoc tempore Christus de Aegypto a parentibus reductus in Nazareth habitabat, ubi nutritus est, parentibus subditus. Nec quicquam de eo legimus usque ad annum duodecimum, quando ascendens cum parentibus in Ierusalem in festiuitate Paschæ mansit inter doctores disputans. Luc. secundo. Si tamen aliqua miracula tunc fecerat, dicetur eodem cap. Tunc etiam Ioan. Baptista in deserto Iudææ conuersari cæpit. Nam a pueritia fugiens humanam cõuersationem in deserto habitabat sicut Ecclesia dicit in hymno eius, scilicet.

Antra deserti teneris sub annis,
Cuium turmas fugiens petisti,

Hoc autem erat, quia Ioannes a spiritu sancto specialiter dirigebatur: ut in hac parua ætate admiranda opera faceret, nihil tamen de eo legitur usque ad annum trigesimum suum quando incæpit prædicare, & baptizare in Iordane. Nam tunc manifestatus est populo, cùm ante hoc semper mansisset in deserto incognitus: sicut dicitur, Luc. primo, scilicet. Puer autem crescebat, & cõfortabatur: & erat in deserto usque ad diem ostensionis suæ ad Israel. Interea dum Archelaus Romam nauigasset, regnum petiturus, in Iudæa turbatio magna oritur super morte Matthiæ, & Iudę, quæ non fuerat sedata per Archelaum. Varus autem Præses Syriæ, qui apud Antiochiam manebat aduenięs multos de seditiosis occidit. Quo recedente in Antiochiam: mãsit in Iudæa Sabinus procurator Cęsaris magnam tenens militiam contra Iudæos, ne seditiones facerent. Vnde affligebat eos, cæpitque arces templi, & thesaurros regis. Tunc Iudæi in festiuitate Pentecostes, quæ apud eos uocatur festum Hebdomadarum, desiderio magis resistendi Sabino, & Romanis, quàm colendi festum congregati sunt ex omni Iudea, & Galilæa innumerabilis multitudo, qui in tres partes diuisi templum ex omni parte circũdederunt, vt Romanos, qui in medio erant occiderent cum Sabino, & congressione facta plures hinc, & inde peribant: ex Iudæis tamen plures, quia non habebant artẽ bellandi. Ipsi tamẽ superiores loco existebant, de quo Romanis multa inferebant damna. Quod Romani non passi sunt, sed templum incenderunt, vt Iudæi crederentur, vbi magna pulchritudo templi destructa est, & plurimi Iudęorum, quos ignis fugere compulsit, a Romanis necabantur. Tunc Romani templum ingressi ærarium scrutantes opes Sanctuarii diripiunt. Eo tempore per Iudæam principes latronum multi erant: multi quoque Iudæorum regalem honorem sibi usurpabant. De quibus fuit quidam Simon, qui Herodis seruus extiterat, corpore, & pulchritudine, & operibus præstans. Iste putans nullum in præcedentibus regibus fuisse æquè dignum regali honore, regiũ diadema capiti suo imposuit: quem magna turba sequebatur. Iste opes Herodis, quæ in Iericonte erant arripuit, multa quoque loca flammis dedit. Contra hũc milites Archelai, & Romani conflixerunt. Sed dum superatus per montes fugeret, a militibus Archelai occiditur. Fuit quoq; alius eo tempore nomine Atheogenus, nulla quidem dignitate clarus, sed de media plebe genitus: pastor namque erat opibus tamen potens: qui etiam sibi regiam coronam imposuit multos habens fautores: qui etiam cum suis postea disperiit: & hoc modo Iudæa absente Archelao latronum habitatio facta erat. Manente aũt adhuc Archelao in urbe Roma uniuersi Iudæi cõgregati legatos quinquaginta ad Cæsarem mittunt petentes, ut permitterentur suis legibus uiuere, & regium iugum non haberent. Accusábant namque Herodem dicentes non fuisse eum regem, sed Tyrannum, iniustas, & crudeles cædes, & rapinas innumeras, & seruilem subiectionem, virginum defllorationem, & matronarum injurias plurimas fecisse, quæ nec apud barbaros fierent. Ipso mortuo, nihil mali poterat formidari, quia nihil peius Herode esse putabant. Vnde, & Archelaum eis in regem susscipere graue erat: potissimè, quia se mansuetum in primis ostenderat, ne tamen omnino non uideretur filius Herodis, crudelitatem suam continere non potuit. Nam in principio regni in festo Azymorum Iudæorum tria millia trucidauit. Petebant ergo nullum habere regem, sed manere sub præsidibus Romanorũ sicut reliqua Syria manebat. Et tunc Romani cognoscerent eos non esse seditiosos. Regalis namque superbia eos rebellare cogebat. Hos legatos Iudæorum Cæsar audiuit, cõtra quos Nico. Damascenus pro Archelao respondit. Cæsar tamen post paucos dies Archelaum quidem regem non constituit, sed dimidiæ terræ Iudæorum, quæ patri suo subiecta erat eum Tetrarcham fecit, promittens se ei daturum regiam dignitatem, si postea suis meritis erga Cæsarem dignus appareret: reliquam autem medietatem regni in duas partes diuisit, quæ Tetrarchię uocantur: & unam, qui dem Philippo, aliam uero Antipæ tradidit. Isti namq; filii erant Herodis. Habebat enim Antipas Galilæam, Philippus uero Ituræam, & Trachonitidem regionẽ. De his Iosephus. 17. antiquitatum.

Ex his apparet quomodo inter filios Herodis principatus diuisus est. Nam tres habuerunt illum, de quibus nullus rex uocatus est, sed omnes Tetrarchæ. Archelaus tamen uocatur hic rex secundùm Matthęum cùm dicatur, quòd Ioseph audiuit regnare Archelaum in Iudæa. Sed non est diuersitas in hoc: quia interdum in scriptura aliqui uocantur reges, qui tamen sunt duces, uel principes: sicut apparet de regibus Madianitanorum, qui Numeri. 31. uocãtur reges, & uocantur principes: sic etiam patet de regibus Philisthinorum qui uocantur aliquãdo reges, vt Iosue 13. scilicet, quòd terra Philisthinorum in quinque regulos diuiditur, & aliquando vocantur satrapæ Philisthinorum: primo Regum. 6. Ita Archelaus, licèt nõ esset rex, uocatur rex: quia erat princeps quidam, sumendo large nomen regis. Et hoc magis conueniebat ei quã fratribus suis, quia eum pater suus regem instituerat: etiam quia ipsi data est medietas regni paterni, cuilibet autem aliorum data est quarta pars. Vnde illi Tetrarchæ, & non reges uocati sunt. Quod autem dicatur hic Antipam fuisse Tetrarcham Galilææ, & Philippum Trachonitidis, & Ituręæ, & nullam Tetrarchiã assignemus Herodi, de quo tamẽ Luc. 3. dicitur, quòd erat Tetrarcha Galilęę. Dicendum, quòd Tetrarchiã Galilęæ primo habuit Antipas, cui Cæsar illam concessit

ceſſit: poſtea verò illo fortè moriente illam Herodes frater eius habuit, de quo magis dicetur infra. 14. vel Luc. 3. Dum hæc fierent quidam Iudæus nutritus in Sidone, qui per omnia corpore, & ætate Alexandro filio Herodis ſimilabatur: magnas mutationes inter Iudæos egit. Erat enim vir incognitus, qui facile fingere poſſet, quod volebat. Hic habuit quendam ad hoc prudentem promotorem, qui in aula Herodis conuerſatus omnia, quæ acciderant, plenè nouerat. Illum ergo iuuenem inſtruxit qualiter ſe Alexandrum vocaret filium Herodis, & Marianne: quem, cùm pater cum Ariſtobolo fratre ſuo occidi iuſſiſſet, miniſtri miſerati alios loco eorum occidentes ipſos abſconderunt. Adiungebat etiam, quòd viuente Herode ſemper latuerant eius metu: nunc autem ad regnum anhelare ſe dicebat. Erat autem tanta huius ad illum Alexandrum per omnia ſimilitudo, vt etiam illi, qui longo tempore cũ Alexandro conuerſati eſſent, hunc Alexandrum eſſe putarent. Hoc Iudæi audientes multas ei pecunias offerebant propter generis dignitatem, & quia ſpes erat, quòd ad regnum peruenire t. Vnde cùm Romam veniſſet magna comitatus multitudine, ſicut rex per vrbem in ſella à famulis portabatur. Cæſar autem dubitauit nimium, an iſte poſſet eſſe Alexander. Nam credebat Herodem circa occiſionem filiorum non fuiſſe deceptum, qui in talibus diligentiſſimus exiſteret. Cumque multos Cæſar induxiſſet ad cognoſcendum an ille eſſet Alexander, nemo fuit, qui non ex aſpectu corporis falleretur, etiam ſi longo tempore fuiſſet cum Alexandro conuerſatus: cùm tamen nec ſic Cæſar crederet, iuuenem uocans à turba ſemotum, allocutus eſt dicens. Veniam vitæ tibi pro mercede præſtabo, ſi me etiam ſicut cæteros illudere nolueris. Dic mihi, quis tu es, & quis te ad talia fingenda impulerit. Maior quippè eſt ætate tua iſta adinuenta machinatio. Tunc ille vltra mentiri non valens totum figmentum Cæſari aperuit. Cui Cæſar ſicut promiſerat vitam donauit, eumque uidens ad labores aptum in nautarum numero conſtituit, autorem vero figmenti morte condemnat. Archelaus interea de Iudæa in Italiam reuertitur ſuſcipiens medietatem regni, ſcilicet, Iudęam quam ei Cæſar tradiderat. Qui mox Ioazarum à pontificatu remouit, quia eum accuſabat, quòd cum ſeditioſis conueniſſet, fratrem autem eius Eleazarum pontificem ordinauit. Sed nec iſte longo tempore in pontificatu permanſit. Nam eo priuato alium pontificem fecit, qui Ieſus Oſeæ appellabatur. Manſit autem Archelaus in Iudæa vſque ad decimum annum principatus ſui. Ipſo autem anno nobiles, & principes Iudæorum, & Samariæ non ferentes eius crudelitatem, & mores tyrannicos ipſum apud Cæſarem accuſant, quia ſciebant eum Cæſaris mandata tranſgreſſum. Nam ei mandauerat, ut manſuetè, & clementer ad populum conuerſaretur. Cæſar autem nimium indignatus Archelaum illico accerſiri iubet. Qui cum Romam ueniens accuſaretur, & præſente Cæſare de illatis criminibus ſe parum purgaret, Cæſar illum in exilium ire præcepit habitaculum ei in Vienna Ciuitate Galliæ aſſignans. Vbi vitam miſerè in exilio egit omni principatu priuatus. Pecunias autem eius Cæſar Romanorum fiſco applicat. De his Ioſephus. 17. Antiquitatum.

Poſt hæc Iudæa ceſſauit habere principatum regalem aliquanto tempore. Nam Archelaus quodãmodo rex erat, qui duas tenebat Tetrarchias: poſtea autẽ nullus in eis ſucceſſit de Iudæis, ſed per Romanorum præſides regebantur. Nam Cyrinus præſes Syriæ Iudæam primo rexit priuato Archelao: poſtea Valerius Gracchus, & Ruphus illam tenuerunt. Poſt Gracchum autem Pilatus ſucceſſit, ſub quo erat quando Chriſtus paſſus eſt. De his Ioſephus. 18. antiquitatũ. Iſta autem diſpoſitio erat in tota terra Iudæorũ quãtũ ad gubernationem, quando Ioan. Baptiſta, & Chriſtus prędicare cęperunt. Circa tempus illud quo Archelaus priuatus principatu in Viẽna exulauit, mortuus eſt Octauianus ſecundus Romanorũ Imperator, qui imperium quinquaginta & ſeptem annis, & menſes ſex, & dies duos tenuit. Ex quibus quatuordecim annis ipſe ſimul cum Antonio publice gubernacula rexerat. Annis autem ſeptuaginta ſeptẽ vixit. De his Ioſephus. 18. Antiquitatum. Chriſtus autem natus fuerat anno. 42. imperij eius. ſannis quindecim ante mortem Octauiani vnde moriente Octauiano Chriſtus erat annorum quindecim, vel ſexdecim. Aetatis autẽ Octauiani annus ſexageſimus ſecundus erat quando Chriſtus natus eſt, qa Octauianus hẽbat viginti annos quãdo ſumpſit imperium, cũ imperauerit ſolũ quinquaginta ſeptem annis: & tñ uixit annis ſeptuaginta ſeptem. Hunc in modum breuibus collectionibus annotationum tẽporũ ab anno primo tranſmigrationis Iudæorum in Babylonem, vſque ad annum vltimum Imperij Octauiani qui eſt annus quintus decimus, uel ſextus decimus Chriſti dicta ſint, quod eſt tempus annorum ſexcentorum & decem & ſeptem, vel quaſi. Et hoc fecimus, ut legẽtibus ocurrere poſſit de omnibus his, quibus temporibus facta ſunt, quod multum cõfert ad plurimorum dubiorum enucleationẽ. Vſque ad hoc autem tempus ſolùm per duximus, quia in hoc anno, uel parum ante finitus eſt principatus Archelai, de quo hic Matthæus loquitur. Pro reliquis autem temporibus, in quibus currit ſacra ſcriptura, ſcilicet, vſque ad tempora Neronis, ad quæ peruenit liber Actuum Apoſtolorum annotationes aliquas faciemus, infra 14. vbi agitur de Herode, quia hiſtoria illius Herodis, & hiſtoria Archelai, de quo hic diximus continuantur. Illorum autem temporum, quæ fuerunt ab orbe condito, uſque ad tranſmigratio nem Babylonis annotationes tam ſacræ ſcripturę, quã aliquorum temporalium incidentium inuenies ſecundo Paralipo. vltimo. Et ſic erit annotatio omnium temporum ab orbe condito, vſque ad illa tempora, ad quæ peruenit finis ſacræ ſcripturæ.

CAP. III.

IN diebus autẽ illis venit Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudææ, & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Hic eſt enim de quo dictum eſt per Iſaiam Prophetam dicentem: Vox clamantis in deſerto, parate uiam Domini, rectas facite ſemitas eius.

IN diebus illis. Oſtendit Matthæus in præcedentibus Chriſtum eſſe uerum Deũ, & verum hominem, per illuſtrationem cęleſtem, & adorationem Magorũ. Hic oſtendit eum eſſe uerum Deum, & hominẽ per Dei patris, & Ioannis teſtimonium. Et dividitur in duo: quia primò ponitur teſtimonium Ioannis. ſecundo teſtimonium Dei patris, ibi. *Baptizatus autem Ieſus.* Prima in duas, quia primò ponitur idoneitas Ioannis ad teſtificandum. Secundò ponitur ipſum teſtimonium, ibi: *Ego quidem baptizo.* Prima in tres, quia primò oſtenditur ipſum eſſe idoneum teſtem ex auctoritate ſacræ ſcripturæ: ſecundò ex ſanctitate uitæ, *ibi: Ipſe autem Ioan. 3.* Ex veritate doctrinæ. *Ibi: Videns autem multos.*

An iſta, quæ hic ſcribuntur ſint continuata præcedentibus. Quæſtio. 1.

QVAERITVR circa primum, an iſta ſint continuata precedentibus. Dicendum, quòd propter continuationem duo poſſunt intelligi. Vnum eſt, quòd iſta ſint poſteriora illis, ita q̃ nõ fit anticipatio, & recapitulatio. Aliud eſt, q̃ iſta ſint immediata illis ita, q̃ nulla geſta interciderint inter hęc, & illa. Quantũ ad primũ de natiuitate Chriſti, & fuga eius in Aegyptũ, dicendum q̃ fuit anno primo eius. Hic autem agitur de baptiſmo ipſius, quem ſuſcepit anno trigeſimo. Luc. 3. Quantum ad ſecundũ dicendum, quòd poteſt intelligi duobus modis continuatio. Vno modo, quòd nullum tempus intercederit inter hæc, & illa, quæ habentur præcedenti cap. Alio modo, quòd nulla geſta interciderunt de pertinentibus ad ſacram ſcripturam. Primo modo non eſt neceſſe quærere continuationem in ſcriptura, nec in ſacris libris, nec in hiſtoricis: cùm non ſcribantur geſta ſingulorum temporum, & dierum: ſed ſolùm ea quæ inſignia, & relatu digna ſunt. Sufficit autem quæri cõtinuationem quãtum ad geſta, ſcilicet, quòd inter ea, quę referuntur, non manet aliquod medium, quod ad ipſam ſcripturam pertineat, & quòd alibi referatur. Hoc modo continuantur ea, quæ habentur in præcedentibus: quia inter illa, & iſta non ſunt aliqua, quæ ſcriptura dignetur referre, licèt quidquid Chriſtus fecerit quocumque rempore, propter ipſius dignitatẽ memoria dignum ſit. Ipſe tamen de ſe referri noluit: non, quòd ad noſtram ſalutem ſufficere poſſet. Sic patet Ioan. 20. & 21. ſcilicet: Multa quidem & alia fecit Ieſus, quæ in hoc libro ſcripta non ſunt. Sed hæc ſcripta ſunt, ut credatis, & credentes uitam habeatis. Hæc autem, quæ ſcripta ſunt ſufficiunt: ideo aliorum temporum geſta ſcribi noluit. Patet autem, quòd nulla alia interciderunt inter hæc & præcedentia, quæ pertineant ad ſacram ſcripturam. Nam nihil alij Euang. ponunt. De Marco patet, quia ipſe in Chriſti baptiſmate incæpit, de quo hoc Matthæus loquit, & omnia præcedentia omiſit. De Ioan. etiam, quia poſtquam poſuit, quòd erat Deus, ſcilicet, Verbum manẽs ab æterno apud patrẽ, poſuit da Baptiſmo eius: vt patet Ioan. primo. Solus autem Lucas interpoſuit vnum, ſcilicet, quomodo Chriſtus cùm eſſet annorũ. 13. in templo diſputauit cum legiſperitis. Luc. 2. Cætera autem continuat ſicut Matthæus hic. Nam poſtquam dixit, quòd regreſſus eſt Ieſus cum parentibus ſuis in Nazareth, & erat ſubditus illis. eo. cap. dixit immediatè. Luc. 3. de p̃dicatione, & baptizatione Ioã. de quo Matth. dicit hic. Et ſic inter hæc & præcedentia nihil intercidit de his, quæ pertinent ad ſacram ſcripturam: ideo continuata ſunt. De continuatione autem temporis, ſcilicet, an aliquod tempus intercederint inter hæc & ea, quæ habenter precedenti. ca. dicebus autem illis. ſcilicet in diebus, quibus manebat Ieſus in Nazareth. *Venit Ioan. Baptiſta prædicans.* Ideſt venit ad prædicandum, quia Deus miſit eum, vt prędicaret. Luc. 3. Vocatur Baptiſta, quia officium baptizandi habuit, quod ante eum nemo videtur habuiſſe. Et ponitur hoc tanquam excellentia eius. *In deſerto Judææ.* Antequam prędicaret Ioan. in deſerto erat: quia a tenera ętate ibi fuit: & non apparebat vſque ad tempus, quo ad prędicandum miſſus eſt. Luc. 1. f. Puer autem creſcebat, & confortabatur ſpiritu, & erat in deſerto vſque ad diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael. Quando autẽ cępit prædicare, incępit in ipſo deſerto, & ad ipſum cõcurrebant populi vndique. An verò Ioan. prædicauerit in ſolo deſerto, uel per ciuitates, & loca diſcurrerit. infra dicetur. Vocatur autem hic deſertum Iudææ, ideſt, in tribu Iudææ ad differentiam aliarum tribuum, in quibus etiam erant deſerta, Ioã. autem non fuit niſi in deſerto Iudææ. Et eſt iſtud deſertum quædam pars terræ Iudææ, quæ eſt montuoſa. Et de iſta dicitur Ioſue. 15. vbi nominantur omnes ciuitates, quæ ſunt in ſorte Iudę in diuerſis partibus ipſius ſortis. Et dicitur, quòd in deſerto ſunt ciuitates ſex, & una earum eſt Engadi, de qua conſtat, quòd erat in terra ualde montuoſa, & prærupta. primo Regum. 2. & in iſto deſerto erat ciuitas, in qua habitabat Zacharias pater Ioan. Baptiſtæ. patet Luc. 2. Nam cùm Maria uoluit ire ad ſeruiendum Eliſabeth prægnanti, dicitur quòd aſcendit in montana cum feſtinatione in ciuitatem Iuda, ideſt, in unam de ciuitatibus Iuda, quæ erat in montanis, ſiue in deſerto. Sic etiam dicitur eod. cap. ſcilicet. Et factus eſt timor ſuper omnes uicinos eorum, & ſuper omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia uerba hæc, ideſt, per ciuitates illas uicinas ciuitati, in qua habitabat Zacharias, quæ erant montanæ. *Et dicens, pœnitentiam agite.* Iſtud erat quod præcipuè Ioan. prædicabat, ſcilicet, quòd pœnitentiam agerent, ſcilicet, dolendo de peccatis, quæ comiſerant, & ſubeundo aliqua opera pœnalia ſponte in remiſſionem peccatorũ ſuorum. *Appropinquabit regnum cęlorum,* ideſt, ſi pœnitentiam feceritis, de propinquo habebitis regnum cœlorum, & ſic non omnes peribitis, ſicut Chriſtus dixit. Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. Lucę. 13. Alio modo poteſt intelligi appropinquabit regnum cęlorum, ideſt, ſtatus noui teſtamenti, qui eſt ſtatus Meſſiæ, appropinquat: quia immediatè veniet: ideo debetis diſponere uos per pœnitentiam ad ſuſcipiendum illum. Vocatur enim interdum regnum cęlorum Eccleſia militans, ſicut dicit Beatus Greg. in quadam Homilia, ſcilicet: Regnum cęlorum præſens Eccleſia dicitur. Sic accipitur infra 5. de hoc magis infra dicetur. *Hic enim eſt, de quo dictum eſt per Iſaiam prophetam.* Oſtendit Mat. quòd Ioan. à ſe ipſo non loquitur, ſed à Deo miſſus eſt: & etiam de ſua miſſione prænunciatum fuerat multo tempore ante per Iſaiam ſcilicet pluribus quàm ſeptingentis, & quaſi quinquaginta annis. Et ſic teſtimonium eius non eſt reſpuendum, cùm Deus illum ante approbauerit, quàm eſſet. *Vox clamantis in deſerto.* ſcilicet, Ioan. eſt iſta uox clamãtis in deſerto. Iſtud habetur Iſaiæ. 4. Et quidam intelligũt, quòd eſt uox clamantis, ſcilicet, quia alius eſt, qui clamat, & Ioan. uox eius. Et ſic intelligunt, q̃ Chriſtus ſit clamans, Ioan. autem ſit uox eius. Et tamen hoc nõ multum facit, quia Ioan. non eſt propriè uox Chriſti, ſed magis ipſe ad Chriſtum prępparat, cùm dicat, parate uiam Domini, & ille Deus eſt Chriſtus. Alij putãt, quòd Ioan. ſit uox, & Deus ſit clamans, quia Deus per eum loquitur. Et ſic Ioan. uox clamantis eſt, & non ip ſe clamans, quia non eſt ipſe, qui loquitur, ſed alius p eum. Et ſic quilibet propheta uocabatur uox clamantis, quia per ipſum Deus loquitur. 2. Petri, ideſt ſcilicet: Non enim uoluntate humana allata eſt aliquando p̃phetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt Sancti Dei homines. Et magis hoc clarè de apoſtolis dicatur. Luc. 21. f. Non eſtis uos, qui loquimini: ſed Spiritus Patris ueſtri, qui loquitur in uobis. Et ſic Beatus Ioan. dixit

xit se esse vocem clamantis: Ioan.1. scilicet: Ego vox F
clamantis. Aliter potest dici, quòd hic accipiatur vox clamantis pro ipso clamante. Et sic Ioann. est vox clamantis, ideſt, clamans. Et ponitur intransitiuè licet videatur poni transitiuè. Sic enim dicitur aliquando, quòd aliquis audiuit vocem verborum, ideſt, audiuit ista verba, quia nō est aliud ipsum verbum, quàm vox verbi. Sic patet Deuteronomij 4. scilicet, vocem verborum eius audistis, & formam penitus non vidistis. Et iste est magis conueniens sensus, quia ex modo loquendi Hebraico prouenit quòd aliquis dicatur vox clamantis, ideſt, clamās. *Parate viam Domini.* ideſt, viam per quam Deus veniet ad uos, uel viam, per quam uos eatis ad Deum. Ad Deum non potest quis pedibus uenire, quia ubique ipse est: nec ipse ad nos uenit, quia G
Ad Deum qūo accedimus. ubi nos sumus, ibi ipse est. Sed peruenimus ad Deum per hoc, quòd efficimur ei similes, cùm prius eramus dissimiles. Et hoc per gratiam, & rectam operationem tendentem in Deum. Et siue nos eamus ad Deum, siue ipse ueniat ad nos, eadem res sit, scilicet, homo reconciliatur ei, & efficitur sibi acceptus. Dicimus tamē interdum nos ire ad Deum, & interdum ipse dicitur uenire ad nos, quia solum consideratur principium motus, scilicet, ut iuxta id, quod in nobis est, disponamus nos ad propinquandum ei abijciendo opera tenebrarum, & induendo arma lucis, uadimus nos ad Deum. Si autem ipse præueniat nos, non uocantes eū, dicitur ipse uenire ad nos: uel postquam homo est in gratia, si Deus ei maiora charismata dare dignetur, H
non petente homine specialiter illa, dicitur Deus ad eum uenire. Sic dicitur Ioan. 14. scilicet, Ad eum uenie mus, & apud eum māsionem faciemus, scilicet, faciemus eum mansionem nostram per charismata gratiarum. Et hoc modo potest uocari uia Dei id, per qđ Deus uenit ad nos; & istud est uerè misericordia eius: quia quidquid nobis confert, ex misericordia largitur. Et sic dicitur Psal. 28. Vniuersæ uiæ Domini misericordia, & ueritas. Præponitur misericordia, quia ex sola misericordia communiter est beneficium Dei in nobis. Est etiam ueritas uia Dei, scilicet, quando Deus promittit aliquid facere, pro aliquo facit illud: & tunc dicitur uia Dei ueritas, quia propter ueritatem conseruādam operatur. Via autem, per quam nos ad Deū uadimus I
est obseruatio mandatorum; a qua declinando erramus. Et ob hoc dicitur Deuteronō. 8. quòd non declinemus ad dextram, nec ad sinistram ab ipsa lege: sed secundùm eam operemur. Et quia ista obseruatio præceptorum est aliquantulum difficilis homini inclinato secundùm carnem, dicitur: arcta est uia, quæ ducit ad uitam, & pauci ambulant in ea, uel inueniunt eam infra. i. & Psal. 16. dicitur. Propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras: ideſt, quia tu mandasti mandata tua custodiri, ego custodiui illa, licèt durum sit ea custodire. Ioannes autem loquebatur hoc de aduentu Dei ad nos: quia annunciabat Messiam esse uenturum, ad quem recipiendum debebant Iudæi parare uiam suam: quia oportebat eos dimittere antiquam, K
& carnalem conuersationem: quia immundus Christum susципere non potest; & non erat iustum, q̄ sanctissimus habitaret cum immundis. Et ob hoc præposuit, quòd pœnitentiam agerent, scilicet, ut diluerent crimina, & non inueniret illa Messias ueniens. *Rectas facite semitas eius.* Idem est, est enim iteratio sententiæ. Quod solet fieri apud prophetas, & in cantu sicut fit in psalmis. Nam idem est parare uiam Domini, quod facere rectas semitas eius Nam rectitudo est per hoc, quòd non declinamus ad dextram, nec ad sinistram. Et istud pertinet ad puram obseruationem legis. Deuteronomij 8. Et illa est uia Dei. Nam utrumque est idem.

Quomodo potest stare, quod hic dicitur in diebus illis, scilicet, de quibus loquitur in præcedenti capitulo, cum inter illud tempus & istud fuerint multi anni intermedij.
Quæstio. II.

QVAERITVR quomodo potest stare, quod hic dicitur, scilicet, in diebus illis venit Ioā. nam præcedenti. c. dicebatur de tempore, quo Iesus venit de Aegypto, & habitabat in Nazareth. Et illud erat, cùm esset ipse annorum septem, vel quasi, vt ibi declaratum est. Hic autem dicitur de tempore, quo Ioan. cepit baptizare, & erat tunc Iesus annorum quasi triginta, quod patet, quia hic dī quomodo incepit Ioan. prædicare, & infra dicitur: Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioā. vt baptizaretur ab eo, ideſt, tunc quando incepit prædicare, & tñ quando Christus baptizatus est erat annorum triginta. Luc. 3. ergo inter tempus illud, de quo præcedenti. c. & istud de quo hic transierunt anni. 22. vel 23. & sic non fuit in diebus illis. Dici potest vno modo, quòd istud fuit in diebus illis, eo quòd scriptura totum tempus medium computat pro tempore, quantum ad gesta Christi: eo quòd nulla gesta eius in isto tempore scribit, vt supra diximus præcedenti quæstione. Aliter potest dici, quòd fuit in diebus illis, ideſt, in ipsomet tempore, in quo fiebant ea, quę habentur supra: nam in fine precedentis c. dicitur, quòd venit Iosephus cum Iesu in Nazareth Galilææ, & habitabat ibi. Si autem ista litera continuetur aliquantulum ad hoc, quòd Iesus venit in Nazareth, sunt intermedij. 22. anni. Si autem cōtinuetur quantum ad hoc, quod dicitur quòd habitauit in Nazareth nulla dies est intermedia inter ista, & illa, qa Iesus semper habitauit in Nazareth vsque ad tempus, quo Ioan. cepit prædicare. Et patet, quia infra dicitur, Tunc venit Iesus à Galilæa. Ergo videtur, q̄ quando Ioan. cepit prædicare Iesus erat in Nazareth Galilææ, & de ipso loco venit ad Ioan. Et tamen postquā Christus de Aegypto reductus est, semper habitauit in Nazareth quousque cepit ieiunare, & prædicare: ideo erat Iesus in Nazareth quando Ioan. cepit prædicare, quia Ioan. aliquanto tempore cepit ante Christum. Et hoc significatur expressius Luc. 2. Nam dicitur quòd Iesus redijt cum parentibus suis in Nazareth, & erat subditus illis. Et immediatè in principio. 3. c. dicitur quomodo Ioan. cepit prædicare. Et sic est propria continuatio secūdum tempus, scilicet, quòd in diebus illis, quibus venit Iesus in Nazareth venit Ioan. baptizans. Et ad istud tempus debet fieri continuatio literæ, & non ad tempus, quo venit in Nazareth, quia istud est posterius, & propter istud dicitur in fine præcedentis capitis, quoniam Nazarenus vocabitur. Non vocabatur tunc Nazarenus, quia venit in Nazareth, quia tunc à quo habet loco appellaretur Christus, in quem uenisset: sed dicitur Nazarenus, quia longo tempore habitauit in Nazareth magis, quàm in alio loco, scilicet, quasi nota vita: ideo ab ipso sortitus est nomen. Et istud est continuum huic literæ immediatè: ideo ad ipsam habitationem Christi in Nazareth, propter quam uocatur Nazarenus, debet continuari ista litera, scilicet, quòd diebus, quibus ibi habitabat uenit Ioan. prædicans.

Quomodo Ioannes venit, aut cur. *Quæst. III.*

QVAERITVR quomodo Ioan. uenit, aut cur. Dicendum est, quòd uenit, quia missus est. Non enim a seipso uenit sicut prophetæ falsi de quibus Deus conqueritur dicens: Veniebant, & ego non mittebam eos. Ezech. 13. Ioan. autem missus est, & non solùm missus est, sed etiam ista missio

missio fuit longo tempore ante prænunciata: quia A
Isaias prædixit illam: ut patet hic in litera, & tamen ille fuit quasi per septingentos, & quinquaginta annos ante baptismum Ioan. Et ob hoc omnes Euang. maximè tres de hoc fecerunt expressam mentionem. De Matthæo patet hic. De Marco patet Mar. i. De Luca patet Luc. 3. De Ioanne patet Ioan. i. quia etiam ipse dicit prænunciatam fuisse missionem Ioan. Non solū autem per prophetā significata est missio, sed etiam per angelum missio Ioan. denunciatur. Luc. 1. scilicet. Et ipse præcedet ante illum in spiritu, & uirtute Eliæ: ut conuertat corda patrum in filios. Ipse quoque pater Ioan. prænunciauit hoc in natiuitate eius, dicens: Et tu puer propheta altissimi uocaberis, præibis enim ante faciem Domini. Luc. 1. Et non solùm prænuncia B
tus fuit aduentus Ioan. sed etiam tempus in quo deberet prædicare, & baptizare sibi designatum, & apertè reuelatum quid facere deberet. Luc. 3. scilicet. Anno 15. Imperij Tyberij Cæsaris, &c. factum est uerbum Domini super Ioan. filium Zachariæ. Et uenit in omnem regionem Iordanis prædicans bap. Dicitur tamē fieri uerbum Domini ad aliquem prophetam, ideſt, fieri sibi reuelationem. Et in illo anno, in quo facta est reuelatio Ioanni, cepit immediatè prędicare, & ipse dixit sibi reuelatum esse, quòd prædicaret, & baptizaret. Ioan. 1. s. Ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare, dixit mihi.

Ad quid Ioannes missus fuit. *Quæst. IIII.* C

QVAERITVR, ad quid Ioan. missus est. Dicendum, quòd ad duo, scilicet, ad baptizandū, & ad prædicandum: & utrumque ipsorum inchoabat digebat speciali potestate. De prædicatione, quòd mitteretur ad illam patet, quia dicitur hic, q̄ erat uox clamantis, & hoc de eo prænunciatum fuerit: ergo prænunciatum erat, quòd ipse debebat prædicare, & maximè declarauit hoc Angelus. s. Ipse pcedet ante illum in spiritu, & uirtute Eliæ: ut conuertat corda patrum in filios. Luc. 1. de bap. patet quia dicitur Ioan. 1. qui misit me baptizare in aqua. Et utrumque istorum indigebat speciali missione, ne uideretur quis usurpare quod sibi datum non esset. Et hoc significatur ipse Ioan. 10. ideſt, quando dixerunt ei discipuli sui, Rabbi, ille, qui erat tecum trās Iordanem, cui testimonium perhibuisti, baptizat, & omnes ueniunt ad eum, fuerit datum ei de cęlo. Quasi dicat. Ille baptizat, quia ad hoc accepit potestatem de cœlo, eo q̄ non potest quis aliquid licitè agere, q̄ pertineat ad potestatem, nisi acceperit de cęlo, ideſt, à Deo potestatem. Et sic Ioannes ptātem habere debebat ad ista duo. Apparet autem de baptizare, quòd requireret potestatem specialem, quia quando dixit, nō sum Christus, nec Elias, nec propheta, dixerunt Iudæi: quomodo ergo baptizas, si non es Elia, nec propheta? Quasi dicat specialem potestatem hoc exigit, quę non pertinet nisi ad aliquē E
de his tribus. Et patet specialiter de quolibet eorum. De prædicatione patet, quia ipse missus est ad prædicandum. Sicut dicitur Marci. 1. scilicet, quòd iste est, de quo scriptum est. Ecce ego mitto Angelum meū ante faciem tuam. Ergo potestas dabatur ei per istam missionem ad prædicandum. De secundo patet, quia ipse Ioan. dixit se missum fuisse ad baptizandum. Ioan. 1. scilicet. Qui misit me baptizare in aqua, dixit mihi &c. & sic accepit potestatem ad baptizandum, quia ad hoc missus est. Etiam iterum dicitur ibi: Propterea ego ueni in aqua baptizans. Eriam si Ioan. non accepisset potestatem ad ista, esset usurpator, & increpatur, sicut illi prophetæ falsi, de quibus dicitur Ezech. 3.

Veniebant, & ego non mittebam eos, Christus tamen laudauit Ioannem ualde infra 11. ergo ad hæc acceperat potestatem.

Ad quid fuit necessarium, vel conueniens venire Ioannem
Quæst. V.

QVAERITVR ad quid fuit necessariū, vel conueniens venire Ioan. Dicendum, quòd tota causa aduentus Ioan. fuit propter Christum scilicet, vt annunciaret eum: & tota vita sua, & operatio, & prędicatio fuit ad ostendendū Christum, & annunciandum. Et patet hoc, quia quando Isaias de Ioan. prænunciauit, vt Mat. allegat hic, & omnes Euang. dixit: Vox clamātis in deserto: parate viam Domini. Hoc autem erat annunciare ipsum Dominum, ideſt, Christum venturum. Et magis declarauit hoc Mar. dicens: hic est de quo scriptum est. Ecce ego mitto Angelū meū, ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam. Mat. 1. Idem patet infra 11. hoc etiā Ang. de Ioan. dixit, quòd ad hoc erat: vt Christum anunciaret, scilicet. Ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ: parare Domino plebem perfectam. Luc. 1. quasi dicat. Ad hoc ipse erit: vt præcedat Messiam, & paret plebem ad aduentum eius. Ad hoc etiam pater suus per Spiritum sanctum dixit eum natum Luc. 1. scilicet. Et tu puer propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Ipse quoque Ioan. dixit, quòd ad nihil aliud venerat nisi ad annunciandum Messiam. Ioan. 1. scilicet. Ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israel, propterea ego veni in aqua baptizans. sic etiam Ioan. 3. dixit Ioā. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quòd dixerim ego non sum Christus: sed quia missus sum ante illum, ideſt, officium meum, vel dignitas mea non est esse Messiam, sed venire ante illum, scilicet, ad ostendendum ipsum.

Quomodo, & in quibus aduentus Ioannis proficiebat.
Quæst. VI.

D
QVAERITVR, quomodo, & in quibus aduentus Ioan. & anunciatio eius proficiebat Christo, vel pertinebat aliquo modo ad eum. Dicendum, quòd aduentus Ioan. & prædicatio, & opera eius fuerunt necessaria Christo ad duo, scilicet ad ostendendum ipsum esse Messiam, & ad disponendum populum ad recipiendum eum. De primo patet. quia Ioan. ostendit Iesum esse Messiam multipliciter testimonium perhibēs de illo coram Iudæis, ut declarabitur seq. q. Et istud erat conueniens ad hoc vt aduentus Christi magis innotesceret, & nō possent Iudæi excusabiles esse, quòd nescirent quis erat Messias, vel quomodo venit. De secundo patet, quia populus Iudæorum erat imperfectus, & nunc recepturi erant Messiam, qui erat Deus, & homo, & cum maximo honore, & deuotione erat recipiendus, cùm per ipsum peccata nostra essent tollenda: ideo debuerunt disponi per aliquam mutationem, vel melioratione vitæ Iudæi ad recipiendum Christum. Istud autem fieri debebat per aliquem, qui de nouo hortaretur populum disponi ad istam perfectionem, vel puritatem, qa lex non sufficiebat ad hoc, cum postquam data esset p Moysem non recepisset in se aliquam nouitatem, uel pluralitatem præceptorum vel mutationem, ideo propter istud accidens nouum, scilicet, aduentum Messiæ necesse erat aliquem esse, qui anunciaret istum aduentum, & hortaretur populum ad istam perfectionem. Iste aūt fuit Ioan. & patet Luc. 1. quia Angelus dixit: Ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ: para-

re

re Domino plebem perfectam. i. Ad hoc præcedet, vt F
disponat plebem ad perfectionem ad recipiendum
Christum venientem. Et quia ista dispositio sit p hoc,
quòd homines recedant à vitiis, & hoc fit per pœniten
tiam, secundum quam detestatur homo vitia, & punit
se pro illis: dixit Ioan. pœnitentiam agite, vt patet hic,
& Marci. 1. & Luc. 3. Item perfectio quædam causatur
in hominibus secundum quòd se diligunt, & inter se
concordant. Quod non est facile inter iniquos. Ideo
dicitur de Ioan. quòd ipse conuerteret corda patrum
ad filios: & incredulos ad prudentiam iustorum. Item
quia Christus daturus erat legem nouam, quæ erat lex
perfectionis, & Iudæi erant assueti ad legem imperfe-
ctam, ideo ne subito transirent de imperfecto ad per-
fectum fuit Ioan. tanquam medius inter legem Moy- G
si, & Christi dans aliqua perfecta quodam modo per-
fectionis. s. Qui habet duas tunicas det non habenti, &
similia, de quibus Lucæ 3. Et istud valde proderat, vt
anunciata lege Christi non esset Iudæis difficilè subi-
re illam propter perfectionem. Item decebat Ioã. præ-
dicare ad hoc, vt Christus inueniret materiam dispositam. Nam Christus prædicaturus erat, & uolebat, vt
multi sequerentur eum ad audiendum doctrinã suã.
Et ad hoc erat necesse, quòd populus esset aliqualiter
commotus ad audiendum verbum Dei. Istud aũt fecit
Ioann. quia propter baptismũ & prædicationem suam
confluebant ad eum Iudæi de tota terra, sicut dicitur
infra in litera, scilicet, quòd exibat ad eum omnis Hie-
rosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordа- H
nem. Et sic assuefiebant homines ad sequendum prę-
dicatorem famosum, & conueniendum ad eum de
multis locis. Vnde quando Christus inciperet prædi-
care famosè, non esset difficile mox ad eum omnes
concurrere, quia iam erant assuefacti ad veniendum
de diuersis locis ad prædicationem. Item fuit hoc con-
ueniens ad manifestationem Christi, quia Ioan. vene-
rat principaliter ad ostẽdendum, quòd Iesus erat Mes-
sias. Hoc autem non proderat anunciare vni, vel pau-
cis, sed toti populo, & genti Iudæorum, quia ad om-
nes pertinebat Messias, ideo non debuit Ioan. esse solũ
propheta sicut quidam de præcedentibus, sed debuit
esse prædicator famosus, ad quem totus populus con-
curreret, & tunc denunciaret eis de Messia. Et sic non I
possent Iudæi ignorare illum. Ista autem annunciatio
de Messia erat officium principale Ioã. & propter hoc
omnes aliæ dispositiones fiebant.

Quomodo Ioannes ostendit Iesum esse Messiam.
Quæst. VII.

QVAERITVR quomodo Ioãnes ostendit Ie-
sum esse Messiam. Dicendum, quòd ostendit
istud multipliciter. primò ostendebat negãdo
de seipso, scilicet, quòd non esset Messias.
Nam Iudæi putabant eum esse Messiam: ideo quæsi-
uerunt ab eo ante ipse esset Christus, & dixit, quòd
non. Ioan. 1. Secundò ostendit per affirmationem, as- K
serendo de Iesu quòd esset Messias. Et istud fecit pri-
mò implicitè, vel non totaliter manifestè, quando di-
xerũt ei Iudæi cur baptizaret, si non erat Christus, nec
Elias, nec propheta, & ipse ait: Ego baptizo uos aqua,
medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ioan.
1. Quasi dicat licèt ego baptizo in aqua, non putetis
ex hoc, quòd sim Messias, sed in medio vestrum ste-
tit nunc, & vos non cognouistis eum. Hoc autẽ erat,
quia Iesus veniebat aliquando ad audiendum Ioan. cũ
reliquis Iudæis. Ioan. 1. scilicet. Altera die vidit Ioan. Ie-
sum venientem ad se, & tunc stabat Iesus cum cæteris
audiendo Ioan. & perhibuit Ioan. istud testimonium
de eo. Postea autem Ioan. clarè dixit Iesum esse Mes-
siam. Ioan. 1. scilicet. Altera die uidit Ioan. Iesum ve-
mentem ad se & ait. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit
peccata mundi. Et tamen nemo potest tollere pecca-
ta nisi Deus: ideo Ioan. significabat Iesum non solum
esse Messiam, sed etiam esse Deum, cùm diceret eum
posse tollere peccata. Et ita Iudæi dicebant: ideo quan
do Christus dicebat alicui: dimittũtur tibi peccata tua,
dicebant Iudæi, quòd blasphemabat. Marci. 2. scilicet.
Quid iste sic loquatur? Blasphemat. Quis potest di-
mittere peccata nisi solus Deus? q.d. Nemo. Et verum
dicebãt: tamen ille Deus erat, ideo poterat peccata di-
mittere. Ideo ipse dixit: Quid est facilius: dicere remit-
tuntur tibi peccata tua: an dicere surge, & ambula?
q.d. Non est vnum facilius alio, quia ambo requirunt
potestatem infinitam: ideo, qui potest vnum, potest al-
terum. Ideo ut probaret Iesus se habere potestatem
dimittendi peccata dixit. Vt autem sciatis, quia pote-
statem habet filius hominis in terra dimittendi pecca-
ta: ait Parali. Tibi dico, surge, tolle grabatum tuum, &
uade in domum tuam. Et statim ille surrexit, & subla-
to grabato abijt coram omnibus. Marci. 1. Ideo Ioan.
dicens illum esse agnum Dei tollentem peccata mun-
di, dicebat illum esse Deum. Etiam innuebat per hoc
eum esse Messiam, quia ad Messiam pertinet peccata
tollere, scilicet, patiendo pro redemptione peccatorũ.
Isa. 53. scilicet, Verè langores nostros ipse tulit, & dolo
res nostros ipse portauit. Et iterum: ipse autem uulne-
ratus est propter iniquitates nostras, & attritus est pro-
pter scelera nostra. Et hoc de Messia intelligitur, & ex
Iudæi ita exponunt. Vnde non solùm Messias pati de-
bebat pro peccatis, sed etiã mori debebat pro redem-
ptione peccatorum. eod. cap. Si posuerit pro peccato
animam suam, uidebit semen longæuum. Et iterum.
Tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis
reputatus est: & ipse peccata multorum tulit. Et dici-
tur iterum ibi, quòd omnes nos errauimus, & Deus
posuit super eum iniquitates omnium nostrum. Hoc
omnia dixerat Isaias de Messia, ad quem pertinebat
solum mori pro peccatis mundi. Istud autem Ioan. de-
cit, scilicet. Ecce qui tollit peccata mundi. Ideo clari-
simum testimonium perhibuit, quòd Iesus esset Mes-
sias. Aliud quoque testimonium dedit de eo, scilicet,
quòd esset filius Dei, & quod uidisset super eum de-
scendentem Spiritum sanctum. Ioã. 1. scilicet, & testi-
monium perhibuit Ioan. dicens. Quod uidi Spiritum
sanctum descendentem quasi columbam de cœlo, &
per ipsum. Et dicebat Ioan. q̃ istum signum datum
fuerat sibi à Deo ad cognoscendum Messiam. Nam
sequitur ibi, scilicet. Ego nesciebam eum, sed qui mi-
sit me baptizare, ille mihi dixit. Super quem uideris
Spiritum descendentem, & manentem super eũ: hic
est, qui baptizat in Spiritu sancto. Et sequitur, ego vi-
di, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.
Hoc autem Ioan. non semel dixit, sed sæpissimè testi-
batur illud populis. Et quando contingebat Iesum
transire coram eo: ostendebat illum tanquam Messiã,
dicens. Ecce agnus Dei. Vnde Ioan. bis legitur hoc di-
xisse, cum diuersis uicibus transisset Iesus coram eo,
significauit etiam eum iterum esse filium Dei. Ioã. 1.
Et istud testimonium Ioan. erat ita manifestum popu-
lis, quòd nemo poterat ignorare illud dictum à Ioan.
Vnde ipsi Iudæi Iesum cognouerũt esse Messiam per
dicta Ioan. & aliqui propter hoc secuti sunt eum, vt
patet Ioan. 1. de duobus discipulis Ioan. qui cùm audie-
runt Ioa. dicentem de Iesu. Ecce agnus Dei. secuti sunt
eum, & manebant cum eo: & postea ipsi annunciabant
aliis, quòd inuenerant Messiam. eod. cap. Item Ioan.
discipuli Ioan. dixerunt ei: Rabbi ille, qui erat tecum
trans Iordanem, cui testimonium perhibuisti, ecce ho
ptizat. Et sic illi profitebantur quod Ioa. dixerat Iesum
esse

esse Messiam, & cognoscebant illum. Et non solùm A
discipuli Ioannis, sed etiam alij Iudæi videbant, quòd
Ioannes perhiberet testimonium de Iesu: & ipsi con-
frebantur hoc, & multi propter hoc credebant in eũ:
vt patet Ioan. 1. cap. scilicet: Et multi venerunt ad Ie-
sum, & dicebant. Omnia quæcumque Ioannes dixit
de hoc, vera erant. Et sequitur: Et multi crediderunt
in eum. Iesus quoque contra Iudæos vsus est testimo-
nio Ioannis, quod de ipso perhibuerat Ioan. 5. scilicet:
Vos misistis ad Ioannẽ, & testimonium perhibuit ve-
ritati, scilicet, dixit, quòd ego eram Messias. Et istud in-
ducit, quia Iesus dicebat se esse filium Dei, & Iudei ob-
iciebant, quòd ipse de se ipso testimonium perhibe-
ret, & testimonium eius non esset verum. Iesus autem
dixit: alius est, qui testimonium perhibet de me, & B
scio quòd verum est testimonium eius. Et hoc dice-
bat de testimonio Ioannis allegato. Ioannes autem
non solùm dixit Iesum esse Messiam: sed etiam osten
dit magnam perfectionem eius, & maximam laudem
ei dedit. Credebant enim Iudæi Ioannem esse virum
sanctissimum, & verum erat: ideo putabant quòd ne-
mo poterat eum excedere, nisi haberet aliquod diui-
num, Ioannes tamen dixit de Christo. Qui post me
venturus est, forcior me est: cuius non sum dignus
calciamenta portare, idest. Adhuc ad portandum cal-
ciamenta sua super caput nostrum, ego non sum di-
gnus. infra in litera, & Luc. 3. dicitur: Cuius non sum
dignus soluere corrigiam calciamentorũ eius. In quo
magna inæqualitas designatur. Maximè, quia non so- C
lùm dixit, non sum dignus soluere corrigiam calcia-
mentorum eius, sed etiam dixit, non sum dignus pro-
cumbens soluere corrigiam calciamentorum eius.
Marci. 1. & tamen non potest esse maior subiectio. Ideo
signabat Ioannes, quòd non solùm ipse non erat æqua
lis Iesu, sed quòd nullo modo erat ei comparabilis,
scilicet, quòd distabant in infinitum. Nam si aliquo
modo Ioannes & Iesus essent comparabiles: esset
Ioannes aliquid respectu Iesu licèt paruum. Non pote
rat autem minus esse, quam vt procumbens solueret
corrigiam calciamentorum eius. Ad hoc tamen Ioan.
dicebat se non esse dignum: ergo Ioannes nihil erat
comparatus ad Christum. Alias magnas laudes da-
bat Ioannes de Iesu Ioan. 3. Vbi cùm dicerent ei disci- D
puli sui, quòd Iesus baptizaret, dixit Ioan. illum opor-
tet crescere, me autem minui, idest. Ille debet peruenì-
re ad magnum honorem, & famam: & ego debeo
semper diminui, scilicet, quia præsente eo, ego nihil
sum, & non possum crescere in fama, sed oportet me
minui, & illum valde crescere. Subdit tamen quòd in
hoc est gaudium eius impletum, scilicet: Ego non ve-
ni nisi vt ille crescat: ideo licèt ego diminuar, & ipse
crescat, non tristor, sed potius gaudium meum in hoc
completur, quia ego nihil aliud desidero, cùm ad ni-
hil aliud venerim. Dixit etiam Ioannes, quòd Iesus e-
rat super omnes homines, eo quòd de cœlo venerat,
cæteri autem de terra. Ioan. 3. Dicit etiam, quòd ipse E
est filius Dei: & quòd Pater tradidit omnia in manu
eius, & quòd dedit ei Spiritum sine mensura, & quòd
qui non credidit in eum, non habet vitam æternam,
sed ira Dei manet super eum, & multa alia. eod. capit.
Vnde ità clarè Ioannes ostendit Iesum esse Messiam,
quòd nihil clarius dici potest. Et hoc est ad quod ipse
Ioannes Missus est.

Ad quid oportuit Ioannes mitti pro Christi testimonio.
Quæst. VIII.

QVAERITVR, ad quid oportuit Ioannes
mitti, vt perhiberet testimonium quòd Iesus
esset Christus: quia istud videbatur esse
manifestum. Et primò quia ipse ostendebat in se ope-
ra Messiæ. Nam faciebat miracula, quæ nemo aliùs fe-
cerat. Ioan. 15. scilicet: Si non venissem, & non fecissẽ
opera, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.
Secundò quia manifestum fuerat Iesum esse Messiã,
& Deum per aduentum Magorum de Oriente, &
stellam præcedentem eos. Vnde ipsi publicè petiuè-
runt in Ierusalem. Vbi est qui natus est Rex Iudæorũ?
Quod de Messia intelligitur: ideo Herodes fecit eis
respondere de loco natiuitatis Messiæ, quærens a prin-
cipibus Sacerdotum vbi Christus nasceretur: præce. c.
Dicendum quòd propter multa constabat Iesum esse
Messiam: ita, vt negari non posset rationabiliter, nec
etiam ignorari: si quis non maligno animo respexisset
ad gesta Iesu. Deus tamen voluit, quòd homines ma-
nerent inexcusabiles, si non reciperent Messiam: ma-
ximè ipsi Iudæi, ad quos primò mittebatur, & ideo su-
per probationes necessarias posuit aliquas valde vtiles,
& adaptatas ipsis Iudæis: sicut erat de missione Ioan.
ad ostendendum Messiam. Nam Iudæi valde crede-
bant Ioanni, quia reputabant eum sanctissimum vi-
rorum, & quidquid ille diceret crederent. Ipse autem
testimonium perhibebat, quòd Iesus esset filius Dei,
& Messias, & Redemptor seculi, vt patet Ioan. 1. & di-
ctum est præcedenti quæstione. Et erat ista probatio
multum conueniens: cùm Iudæi valde crederent ipsi
Ioan. Erat etiam valde manifesta. de qua dubitari non
posset, præsuppositò quòd credere vellẽt Ioan. quia ip-
se ostendebat Iesum digito: & dicebat, quòd ille erat
filius Dei, vel Messias. Ioan. 1. Profuit etiam valde ista
manifestatio per Ioannem, quia multi Iudæorũ ex hoc
credebant Christum esse Messiam: sicut illi discipuli
duo, qui audientes a Ioannem, quòd Iesus tolleret pec
cata mundi secuti sunt eum, & manserunt cum eo.
Ioan. 1. De alijs quoque Iudæis plurimi propter hoc
crediderunt in Iesum, vt patet Ioan. 1. scilicet: Et vene
rũt multi ad Iesum, & dicebant, q̃ omnia, quæ de isto
Ioannes dixit vera erant, & sequitur ibi, quòd credide-
runt in eum. Sed obijcietur, quòd non debuit Ioannes
venire ad ostendendum Iesum esse Messiam, quia in
probationibus est iste modus, q̃ postquam aliquis po-
suit probationem firmissimam, non est opus, quòd po
nat probationem minorem, quia illa nihil addit super
præcedentem. Sed si aliquis accumulat probatio-
nes debet ponere fortiores postquam posuit debi-
les, quæ non sufficiebant, quia tunc isti adduntad
illas, & complent quod illæ non potuerunt comple-
re. Iesus autem habebat in se ipso probationem firmis
simam super oẽs probationes, scilicet, quia per mira-
cula inaudita ostendebat se esse Messiam: ideo non e-
rat necesse Ioanni istum ostendere. Nam magis per
illa miracula ostẽdebatur Iesum esse Messiam, quàm
per dictum Ioannis. Ita dixit Christus: Ego testimo-
nium maius habeo Ioanne. Io. 5. ideſt, Aliunde habeo
aliud testimonium, quod est maius, & efficacius ad
probandum me esse Messiam quàm Ioannis testimo
nium. Dici potest uno modo, q̃ probatio, quam facie
bat Christus de se ipso per miracula, erat magis ne-
cessaria, quàm probatio, quam faciebat Ioannes de eo
Iudæis: tamen erat magis accepta probatio Ioannis
propter deuotionem magnam, quam habebat ad eũ,
& propter sanctitatem ipsius: ideo respectu ipsorum
ista erat maior probatio, quàm probatio, quam facie-
bat Christus per miracula. Sicut sæpe uidemus mul-
tos homines tam circa speculatiua, quam moralia,
quia magis eis creditur quibusdam leuibus motiuis,
quàm efficacioribus rationibus: eo, quòd illa motiua
magis uidentur eis cõuenire. Et cùm Arist. primo Po-
steriorũ dicat, q̃ probatio debet fieri ex his, quę sunt,
vel videntur respondenti: ideo conueniens fuit proba-
tionem

Probatio Christi per miracula erat maior simpliciter quã probatio Ioannis.

tionem istam fieri per Ioannem, quia efficax videbatur Iudæis. Secūdò potest dici q̄ probatio quam faciebat Ioānes minor erat, quàm probatio, quæ fiebat per miracula Christi: & tamen non est hic aliqua mutatio ordinis in probando: eo q̄ probatio, quæ per Ioannē fiebat præcessit probationem, quæ fiebat per Christum: quia Ioannes fuit præcursor, & ipse annunciauit Christum, vt uenturum, Ioan. 1. & infra in litera. Vnde Iesus nulla miracula fecerat, nec quicquam prædicauerat, nec discipulos habebat: quando Ioannes de ipso dixit, q̄ erat filius Dei: & q̄ erat Agnus tollens peccata mundi. eo. cap. Postea uero Christus incipiens prædicare cæpit miracula facere. Ideo probatio Ioan. quæ erat minor præcessit, & sic non est superflua accumulatio in eis. Vnde annunciatio Ioannis de Iesu etiā si secundùm Iudæos non causaret plenam probationem de Iesu, q̄ esset Messias: tamen causabat quandam uehementem opinionem propter auctoritatem magnam Ioannis, ita ut, quando post Iesus prædicaret, & signa faceret Iudei faciliter acquiescerent ei. Et sic Iudeis aliquibus accidit, qui uidentes opera Christi concordare uerbis, quę Ioannes dixerat de isto uera erant. Et dicitur ibi, q̄ crediderunt in eum Ioann. 1. Tertiò potest dici, q̄ licèt probatio Christi esset simpliciter maior, quàm testimonium Ioannis de eo: tamen probatio Ioannis uidebatur ex hoc maior, eo quòd erat magis determinata, & aperta: cùm ipse diceret: iste est filius Dei: &, iste est, qui tollit peccata mundi: &, iste solus est, qui descendit de cælo: cæteri autem de terra: &, qui nō credit in istum ira Dei manet super eum: &, qui credit habet uitam æternam. Ioann. 1. Eccles. 3. Nihil autem magis potest esse determinatum, & in quo minus dubitari posset: præsuppositō, q̄ aliqua auctoritas tribuatur loquenti. Ideo quantum ad hoc quodammodo probatio Ioannis excedebat probationem Christi, licèt simpliciter ab ea excederetur. Et sic erat conueniens. Nam probatio per miracula: licèt sit fortior, non est tam aperta: cùm miraculum non loquatur: ita ut dicat, iste est Messias. Quartò potest dici, q̄ hoc fuit propter iniquitatem Iudæorum: quia quidam eorum calumniabantur miracula Christi dicētes, quòd in Beelzebub principe dæmoniorum eiiciebat dæmonia. infra 12. & tamen uerbum Ioannis non poterant calumniari, nec audebant. Et hoc non solùm parui homines, & populares, sed etiā sapientes, & magni uiri inter Iudæos. Sic patet infra 21. quando Christus quæsiuit de summis sacerdotibus, & senioribus populi de baptismo Ioannis an esset a Deo, uel ab hominibus, & illi non ausi fuerunt dicere, q̄ erat ab hominibus: quia dicitur ibi, quòd timebant populum, eo quòd omnes habebant Ioannē, ut prophetam: ita nunc, cùm diceret eis de Iesu, quòd erat Messias, crederent, uel saltem non auderent ita manifestè negare propter testimonium Ioannis, cui contradicere non audebant. Considerandum tamen, q̄ in hoc apparuit magna iniquitas Iudęorum, qui ipsi putauerunt de Ioanne, quòd esset Messias, & si ipse uoluisset dicere, quòd erat Messias credidissent ei. Nā propter hoc miserant ad interrogandum eum, an esset Messias. Ioann. 1. Et tamen postea, cùm ipse testimonium perhibuit, quòd ipse non erat Messias, sed Iesus erat Messias. Ioann. 1. noluerunt recipere Iesum tanquam Messiam: & tamen magis credendum erat Ioanni dicenti aliū esse Messiam, quàm seipsum: quia pro seipso testimonium cuiuslibet est infirmum: cùm quilibet sibi ipsi naturaliter faueat. Pro alio autē est efficax. Et tamen Ioannes testificabatur Iesum esse Messiam sæpissime, & magno conatu: & tamen noluerunt recipere eum. Quod uidebatur procedere ex quadam inuidia, uel iniquitate, scilicet, quia speciali ter Iesum oderant, & nolebant cōmedere aliquod bonū. Quintò Ioānis probatio erat cōueniēs, q̄a erat multū particularis: nā nō solū oībus i generali annūciabat de Messia, sed etiam cuilibet in particulari. Quòd cuiquis baptizabatur ab eo annunciabat ei de Messia, quia baptismum Ioannis fiebat in nomine uenturi, vt colligitur Act. 19. & infra declarabitur in quadam quæstione, & istud ualde proficiebat, & quantum ad istum modum erat maior, probatio autē Christi nota. Sextò potest dici, quòd dato, quòd probatio Ioannis sit minor, quàm probatio Christi, quod uerum est, tamen totaliter posteris utilis est: quia licèt ista non ita ximè probet, multum tamen confert: & hoc sufficit ad hoc quòd Ioannes mitteretur: quia Deus in prouisione salutis nostræ, non solum ministrauit ea, quæ erant simpliciter necessaria: sed etiam ea, quæ erant aliquo modo utilia. Ad secundū de apparitione stellę, & aduentu Magorum dici potest. Vno modo, quia licèt satis indicaret Messiam esse natum, tamen non indicabat quis erat ille: ideo adhuc erat necessarium signum per quod cognosceretur quis erat. Et ista fuit annunciatio Ioannis, in qua ostendebatur persona, cùm ipse diceret, iste est Messias, uel filius Dei. Ioan. 1. Secundò potest dici, quòd licèt ille aduentus Magorum probaret aliquid de Messia: tamen iam tranibat a multis annis, scilicet, quasi triginta, & fortè ueniebat in obliuionem, uel non multum aduerteretur ad illum: ideo necessarium erat aliquod signum, quod de nouo moneret: & sic erat aduentus Ioannis. Tertio potest dici, q̄ cùm Herodes occidit omnes pueros, qui erāt in Bethlehem, & finibus eius, quando uenerunt Magi, ut occideret illū Puerum quem Magi regem natum esse dicebant, præcedenti capit. possent putare, q̄ puer de quo Magi locuti fuerant mortuus erat: ideo ex illa parte, non cognoscerent sufficienter Messiam: ideo debuit dari aliud signum ad ostendendum Messiam, sicut erat istud testimonium Ioannis.

An prędicatio Ioannis necessaria fuerit propter Christum.
Quæstio IX.

QVAERITVR circa prædicationem Ioannis, quia dicebat supra, quod fuit prędicatio sua necessaria propter Christum non solum ad hoc dicādum eum, sed propter legem quantum Christus daturus erat. Et dicet aliquis, quòd non fuit auctoritate, quòd Ioannes prædicaret aliquid ultra legem Moysi ad disponēdum homines ad legem Christi: cùm per legem Moysi sufficienter disponerentur. Dicendum, q̄ lex Christi fuit perfectissima, qua nulla decuit esse perfectiorem: & per quam homines efficiuntur simpliciter boni. Et quia perfectio non potest competere homini subito, uel a principio: oportuit ad susciendum legem Christi præcederet alia lex disponens homines aliqualiter ad perfectionem istius suscipiendam. Sic patet in naturalibus, quia natura in processu suo semper incipit ab imperfectis, & pauatim tendit ad perfectionem: ultimum autem, quod ipsa natura consequitur est perfectio rei. Si autem natura inciperet a perfectis, non esset motus in natura: quia ubi inciperet ibi finiret, & non esset medium motus inter inchoationem, & complementum. Et sic non esset successio, nec motus. Et tamen motus est in natura uia ad omne, quod acquiritur: ideo natura uia incipit a perfectis. Et propter hoc dicitur, quòd motus est actus entis imperfecti, uel in potentia, quod idem est. Ita est in uia doctrinę speculatiuę, uel præceptiuę. Nam in speculatiuis circa principia primò quis moratur, & in ea, quæ uocantur rudimenta artis: postea uero tendit ad ea, quæ firmiora, & magis occulta sunt in ipsa arte. Sic quoque in moralibus. Nam non confestim debet quis erudiri circa doctrinam uiri, quæ hominem perficit: sed circa ipsa principia, uel præambula quædam operationis, scilicet, vt erudiatur homo recte tristari, & recte gaudere: vt per hoc aliciatur ad bonum, in quo gaudendum est, & prompte agat illud, & à malo recedat, uel detestetur tanquam tristabile, cùm fuerit eruditus ad tristādum de talibus. Et ista est optima doctrina paruulorum erudiendorum, scilicet, assuefieri ad recte tristari, & gaudere. vt ait Paulus, & cōmendat hanc doctrinam Aristoteles secundo Ethicorum. Ita debet esse circa politica, in quibus consistit positio legis, scilicet, quòd homines nondum eruditos, nec assuefactos in aliqua lege, non oportet subito ponere in lege perfecta: quia esset eis ualde difficilis, & non possent illam obseruare. Ideo instruendi sunt per quasdam leges minus perfectas. Sic igitur respectu legis Christi fuit conueniens aliam legem præcedere, vt disponeret ad illam assuefaciendo homines ad aliqua opera bona, per quę facilius venirent ad legem Christi: ista autem fuit lex Moysi, quæ bona quidem erat, licèt non perfecta: quia multas imperfectiones admittebat secum: fuit tamen quidam gradus perueniendi in ipsam legem Christi. Istam enim comparationem ponit Apostolus ad Gala. 3. dicens, quòd lex fuit pedagogus noster in Christo, ideſt: Sicut Pedagogi sunt respectu paruulorum: quia erudiunt eos in aliquibus præceptis imperfectis, & per timorem: ita fuit lex Moysi: quia erudiut homines per timorem in præceptis imperfectis, quæ dirigebant ad Christum, ideſt, ad legem eius: sicut præcepta, in quibus pedagogus instruit puerum ordinantur ad præcepta illa, uel mores, qui debent ei competere, quando fuerit uir. Item Apostolus comparat legem Moysi ad legem Christi, sicut rudimenta alicuius artis, siue principia eius ad solidam cognitionem ipsius artis. Vnde dicit ad Gala. 4. Itaque nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi, eramus seruientes, ideſt, cùm nos eramus in lege Moysi, in qua eramus in statu paruulorum, eramus seruientes sub elementis, & primordijs legis, quæ sunt elementa legis. Nam elementum est primum principium per quod est res composita. Et ob hoc literæ uocantur elementa uocis secundùm Priscianum, eo quòd sunt primæ partes ex quibus vox componitur. Et sic accipitur primo Phi. scilicet, quòd tunc intelligimus rem aliquam, quando cognoscimus principia, & causas eius, usque ad elementa. Et sic principia in legislatione, & quę sunt prima, & minus perfecta, uocantur elementa legislationis. Ita lex Moysi: quia continebat præcepta imperfecta respectu legis magis perfectæ dicebatur continere elementa, & manentes in illa lege dicebantur manere sub elemētis seruientes. Quod autem intelligat Apostolus de hoc, patet: quia eod. cap. paulò post hoc dicitur: Nunc autem, cùm cognoueritis Deum, quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elemēta, quibus denuo seruire vultis? Et loquitur ibi de Iudæis, qui ad Christum conuersi fuerant, & rursus redibant ad obseruandum cæremonias Mosaycas. Quod patet, cùm subditur ibi: Dies obseruatis, menses, & tempora, & annos: timeo, ne forte sine causa laborauerim in vobis, ideſt, quia obseruatis dies festorum secūdùm legem Moysi timeo, quòd labor meus, qui fuit conuertendo vos ad Christum, fuit sine causa, ideſt, inutilis. Et sic lex Moysi ad legem Christi ordinatur, & præcedit tanquam perfectum ad imperfectum. Et quia adhuc inter legem Moysi & legem Christi erat magna differentia perfectionis: non poterat homo transire immediatè de illa ad istam, sed oportebat poni quosdam gradus medios. Et ita fuit de prædicatione Ioannis. Nam ipse dedit præcepta, quæ erant perfectiora, quàm in lege Moysi, & tamen non erant ita perfecta sicut præcepta legis Christi. Patet, quia in lege Moysi homines inducebantur principaliter ad opera iustitiæ, scilicet, quòd vnus non noceret alteri. Et istud adhuc non perfectè fiebat, cùm permitteretur quòd Iudei darent ad vsuram extraneis, etiam conuersis ad Iudaismum, qui non erant de genere Iudæorum: Deutero. 23. Et si aliquādo inducebant ad aliqua opera misericordię, erant illa parua. Ioannes autē induxit ad maiora: quia dixit, qui habent duas tunicas, det vnam non habenti. Luc. 3. Lex autem Christi ad maiorē valde perfectionem incitat, siue in præceptis, siue in consilijs. De præceptis patet, quia non solùm vetat fornicari: sed etiam omnes illicitos appetitus frenare iubet, dicens: quòd si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, iā mœchatus est in corde suo. infra 5. Sic etiā de inimicis diligendis, & similibus. eod. ca. De consilijs magis manifestum est, sicut illud: Si vis esse perfectus vade, & vende vniuersa, quæ habes, & da pauperibus. infra 19. Et si quis te percusserit in vna maxilla præbe ei & alteram. Et si quis vult prætendere tecum, & tollere à te tunicam, da ei & pallium: & multa similia. infra 5. Et sic lex Christi fuit adhuc perfectior, quā præcepta Ioannis. Ideo conueniens fuit, q̄ non conuerterentur de lege Moysi immediatè ad legem Christi: sed per rationis medium, scilicet, per præcepta prædicationis Ioannis, per quæ disponebatur plebs, vt esset perfecta. Et ad hoc Ioā. venerat, s. parare Dño plebem perfectā. Luc. 1. Hoc etiā obseruatur in lege Christi. Nam licèt ipsa sit similiter perfecta, non immediatè debent surgere ad perfectionē omnes, qui in ea viuunt, sed prius incipientes a minoribus præceptis, quæ sunt quasi pueri lia tendant ad maiora, quę sunt quasi cibus virorum. Sic patet infra Corin. 3. s. Ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquā paruulis in Christo lac vobis potum dedi non escam. Nondum enim poteratis, sed, nec nunc potestis. Quasi dicat: sicut paruuli non possunt comedere cibum solidum, sed viuunt lacte: ita & vos, cùm sitis paruuli in Christo, ideſt, in doctrina Christi, non potuistis accipere istam, i. præcepta fortia, sed lac, i. præcepta tenera, & minora. Sic etiam dixit Beatus Petrus eis, quos nouiter conuertebat. 1. Pet. 2. s. Sicut modo geniti infantes lac rationabile sine dolo concupiscite: vt in eo crescatis in salutem, ideſt: Sicut paruuli nouiter geniti debent velle lac, & non cibum: ita vos modo geniti in Christo concupiscite lac rationabile, ideſt, lac doctrinæ fidei, quod non est lac materiale, sed intellectuale, vel rationale. Et hoc vt in Christo crescatis, ideſt, per ista parua præcepta, quæ vocantur lac crescatis in salutem, ideſt, veniendo ad præcepta perfecta, per quæ saluemini.

An præcepta Ioannis deberent poni per modum legis.
Quæstio. X.

QVAERITVR, cùm præcepta prædicationis Ioannis debuerunt esse media inter legē Christi, & Moysi, vt dictum est præcedenti quæst. an debuerunt poni per modum legis, ita q̄ daretur vna lex à Ioan. sicut data est alia p Moysen. Aliquis dicet, q̄ sic: quia non fuit maior ratio de lege Moysi quàm de præceptis Ioan. Quia lex Moysi non est data, vt semper maneret: sed solū, vt disponeret ad legem Christi sicut perfectū ad imperfectū, vt dictum est præced. quæst. præcepta aūt Ioā. sic ēt disponebant

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Christum, ideo debuerunt esse lex, ut etiam data Moysi. Vel si præcepta erant, debuerunt esse lex. Secundò patet, quia adhuc dicta Ioan. videntur habere magis rationem legis, quia perfectiora sunt quàm dicta legis Moysi, vt diximus præcedenti quæst. & immediatius ordinant in legem Christi, quã lex Moysi, cùm inter illa, & legem Christi nihil sit, & tamen aliquid est inter legem Christi, & legem Moysi. Dicẽdũ, ꝙ licèt Ioan. debuit dare aliqua præcepta, non debuerunt illa esse, vt lex, quæ esset distincta a lege Moysi: sed solùm præcepta quædam, quæ licèt obligarent: legem tñ per se non facerent. Et hoc propter multa.

Præcepta Io. non debẽt esse lex.

Primò quia lex dicit quendam statum totalem, ideſt, complementum ad regulationem omnium actionum ipsorum viuentium sub lege, quia qui viuunt sub lege, volunt per illam vitam suam regulare. Si autem illa non contineat precepta ad dirigendas omnes actiones, non poterunt manentes sub ea uiuere per illam solam: sed etiam oportet recurrere ad alias leges, a quibus accipiant complementum. Et tunc idem populus habit sub diuersis legibus. Quod non est possibile, quia ad nullam illarum pertineret, & nulla vocaretur lex illius populi: quia non magis vna, quàm altera. Item quia populus distinguitur à populo per diuersam legislationem: ita, vt qui habent diuersam legislationem idem populus esse non possint. Et non solum hoc: imò si idem populus diuersis temporibus diuersas leges accipiat, ita quòd desinente vna legislatione incipiat alia: non vocabitur idem populus: quia iuxta Aristotelem 3. Politicorum, non est idem Chorus si mutat melodiam de Dorica in Phrygiam, vel è contrario, etiam si sint idem homines: ita non est idem populus, si mutetur genus principatus, vel legislatio. Item patet, quia oportet ciues participare loco, & lege, & principatu 3. Politicorum. Sicut ergo illi, qui non habitant in eadem vrbe non sunt idem populus, ita qui non habent eandem legem, non sunt idem populus, vel gens. Ob hoc ergo necesse est legislationem sub qua aliqua gens uiuere debet esse perfectam. id est continere præcepta pro omnibus actionibus, vt non oporteat recurrere ad aliam legem. Ita erat de lege Moysi: quia completè habebat omnia præcepta, per quæ homines possent regulari, siue respectu Dei, siue respectu proximi. Nam respectu Dei habebant cærimonialia quę sufficiẽter dirigebant eos in omnibus, quæ ad Deum facere deberent. Respectu proximorum dirigebant eos iudicialiter: respectu vtriusque dirigebant eos ad moralia: quia illorum quædã sunt ad Deum, plurima autem ad proximum. Et ista præcepta ita completè sufficiebant ad dirigendum Iudæos: quòd Deus volebat, quòd nihil amplius facerent, quàm quod eis imperatum erat. Deuter. 12. ſ. Quod præcipio tibi hoc tantùm facito Domino Deo tuo, nec minuas quicquam, nec addas. Ioan. tamẽ pauca præcepta prædicabat, quæ non erant sufficientia ad regulandam totam vitã, vt patet Luc. 3. vbi ponuntur ea, quæ Io. prædicabat: ideo non debuerunt præcepta Ioannis esse aliqua lex distincta à lege Moysi. Secũdò quia cùm lex ponatur ad dirigendum statum totius populi, vel gentis, ponitur pro longo tempore, & debet esse aliquid permanens: quia aliàs videbitur ante desinere lex, quàm incipiat. Sed ea quæ Ioan. dicebat tẽpore pauco mansura erant: ideo non potuerunt esse lex. Patet hoc, quia si lex Ioan. esset distincta à lege Moysi, & Christi, non duraret nisi quousque incideret lex Christi, & tamẽ lex Christi incepit eo prædicante, vel saltem post mortem suam: ideo lex Ioannis non duraret nisi vsque ad mortem Christi. Et sic non duraret nisi tribus annis, uel quasi: & quasi desine-

ret esse, quando inciperet: quod non conueniebat legi. Item patet, quia magnum inconueniens est dabitò legem poni, & subitò tolli. Nam non solùm in lege bona, sed etiam in lege mala non debet fieri subita mutatio. Sic enim dicit Arist. secundo Politic. cap. de Politia Hippodami Erifontis: vbi quæritur, an quandocunque lex inueniatur esse mala, debeat tolli, & poni bona lex, vel alia melior. Et dicitur, quòd non debet mutari, etiam si sit mala, nisi sit valde mala: vt tollerari non possit sine magno damno subiectorum. Sicut dicit esse de quibusdam legibus datis ab hominibus insipientibus saluatis et diluuijs, & corruptionibus: qui propter inexperientiam actuum politicorum inconuenientes leges tradunt; Sicut dicit fuisse in Græcia quandam legem, quòd liceret cuique vendere vxorem suam pro ferro, & non pro alia re. Similes autem leges quomodocunque inueniantur non sunt tollerandæ. Cæterum autem, etiam si aliquid iniquitatis contineant, mutare debent. Quia minus malum est Politiæ tollerare aliquid mali in lege, quàm quòd quandocunque inueniatur in ea aliquis defectus tollatur, & ponatur alia: quia sic continget leges frequenter mutari, & pro talem mutationem populus efficietur insolens, & promptus ad excutiendum iugum legis. Quia lex, quæ pauco tempore durat, non subijcit colla hominum sibi, cùm rarò per eam iudicentur, & sic alibi fient ad nulli legi obediendum, cùm sæpe leges debent collo suo excutiant. Obligatio autem, & obseruantia legis ad hoc, quòd homines ei se subdant pendet ex quadam auctoritate, & maiestate eius, cùm naturaliter non obliget. Ista autem auctoritas acquiritur per diuturnitatem temporum, cùm homines non meminerint vixisse aliquando sine illa lege: & præuos suos sub illa etiam mansisse. Ex hoc acquiritur ipsi legi quædam reuerentia, secundùm quam putamus dignum esse obedire illi, & est iam nobis quasi conuersum in natura illi subditos esse, cùm semper subditi fuerimus. Et ex hoc consequenter putamus indignum violari, vel tolli, per quod tota vita nostra & proauorum nostrorum regulata est. Ista autem est maiestas, & reuerentia legum, secundùm quam eas sanctas vocamus: quasi sint aliquid valde sacrum, contra quod agere non liceat. Hac autem maiestate ablata à lege nihil boni manet, quia non seruabitur. Et tamen istud acquiritur per diuturnitatem temporis. Ideo nihil est quod magis legi noceat, quàm frequenter mutari. Si tamen Ioannis præcepta essent, vt per oportebat istam legem immediatè tolli, quia vix data, cùm deberet cessare: cùm ad dandum eam ad manendum solum esset tempus triennij, vel quasi, scilicet, vsque ad mortem Christi: ideo non debuit Ioannes ponere dicta sua tanquam legem distincta à lege Moysi, & Christi, ne immediatè tolleretur. De lege autem politica, quæ importat peccatum mortale, an legislator, vel populus obligetur eam tollere quandocunque inueniat eam continere peccatum, declarabitur in libro nostro de quinque legibus. Et tiò non debuit Ioannes dare legem: quia non est prænunciatum de eo, quod daret legem. Et tamen non mouerentur homines ad tantam mutationem facientem aduenientem lege subitò, nisi prænunciaretur esset, quòd talis deberet lex dari. Sic patet de lege Christi, quia de hac prænunciatum est, quòd daberet, sicut dicitur Ierem. 31. Ecce dies veniunt, & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum: non secundùm pactum, quod pepigi cum patribus vestris in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti, pactum quod irruperunt: sed hoc erit pactum, quod feriam cum do-

mo Israel, scilicet, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde ipsorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et quando Apostolus volebat probare legem Christi esse suscipiendam a Iudæis, dixit illam esse iam prænunciatam: & induxit allegatam auctoritatem: vt patet ad Hebr. 8. De Ioanne autem non prænunciatum fuerat, quòd daret aliquam legem: ideo non reciperetur, & sic nõ debuit dare. Quartò patet, quia si Ioannes daret legem distinctam a lege Moysi, præiudicaret hoc valde legi Christi. Nam Iere. 31. prænunciatum erat, quòd deberet dari lex noua: & cessaret lex Moysi. Si autem Ioannes daret legem, cùm esset vir sanctus, putarent Iudæi, quòd illa lex erat, de qua prænunciauerant Ieremias, & postea nollent recipere legem Christi, quasi nulla alia lex iam superuentura esset. Non ergo debuit Ioannes dare legem. Quintò, quia si Ioannes daret legem distinctam a lege Moysi, oportebat, vt cessaret lex Moysi. Nam lex Christi, non dicitur propter aliud esse alia a lege Moysi: nisi quia fecit illam cessare: ita vt, qui iam custodiret legem Moysi, peccaret, & non proficeret ei lex Christi. ad Galatas quinto, scilicet: Si circumcidimini Christus vobis nihil prodest. Si enim lex Christi non abstulisset legem Moysi, esset eadem lex, & lex Christi nihil effet nisi quædam additio ad legem Moysi, & non faceret nouam legem: sed vocaretur semper lex Moysi: sicut post Moysem multi prophetæ dederunt plurima præcepta: & tamen non dicuntur dedisse aliquam legem, eo quòd per illa non tollebatur lex Moysi, sed manebat simul cum eis. Sicut patet de Dauid, qui multa præcepta, & ordinationes dedit circa cultum Dei, & offic-a ministrorum sacerdotum, & leuitarum, cantorum, ianitorum, & thesaurorum. 1. Paralipom. 13. vsque ad 7. & tamen ipse non dicitur dedisse legem, sed totum vocatur lex Moysi, nec vocatur lex distincta. Lex autem Ioannis non debebat excludere legem Moysi: ideo non poterat esse lex distincta ab illa. Et patet hoc: quia vna lex non excludit aliam, nisi ponat præcepta contraria. Nam etiam secundum naturam destructio non fit nisi a contrarijs. Sic lex Christi exclusit legem Moysi: quia posuit præcepta contraria saltem in quibusdam, vt patet infra 5. Præcepta autem Ioannis non erant contraria præceptis legis Moysi, vt patet Luc. 3. ergo non excluderet lex Ioannis legem Moysi. Scdò patet, quia nullam causam excludendi illam habebat lex Ioan. Lex enim Christi habet causam excludendi legem Moysi, quia lex Christi est sicut perfectum, & lex Moysi, sicut imperfectũ, sed adueniente perfecto, non potest manere imperfectio. 1. Corint. 13. ſ. Cùm venerit quod perfectũ est, euacuabitur quod ex parte est, ſ. imperfectum. Item, quia lex Christi, & Moysi se habent sicut vir, & paruulus: & tamen non potest aliquis esse simul vir, & paruulus; ideo non poterant manere simul lex Christi, & Moysi. Patet hoc ad Gal. 3. & 4 vbi legem Moysi vocat Apostolus puerum sub Pedagogo, & legem Christi virum perfectum non habentem Pedagogum. Etiam dicit esse legem Moysi, vel existentes in ea sicut hæredes paruulos, qui cùm sint Domini omnium, nihil habent vsque ad tempus præfinitum a Patre: sed sunt sub curatoribus, & actoribus. Legem autem Christi vocat tempus libertatis, quando hæres potest libere administrare non habens tutores, nec actores. Item lex Christi fuit sicut finis, & lex Moysi sicut id, quod est ad finem: Et tamen non possunt stare simul finis, & quod est ad finem, sed vno habito cessat alterum, sicut habito termino, cessat motus: ideo adueniente lege Christi non debebat, nec poterat manere lex Moysi. Lex

tamen Ioannis, si aliquam daret, non erat respectu legis Moysi, sicut finis, & ea quæ sunt ad finem: quia non erat vna propter alteram, sed ambæ propter legem, ideo lex Ioannis non debebat tollere legem Moysi. Item lex Christi, & Moysi se habent sicut figura, & figuratum: & sicut vmbra, & corpus: & tamen existente figurato cessat figura, uel signum: & adueniente corpore non attendimus ad vmbram: ideo aduenięte lege Christi, superflua erat lex Moysi. Patet hoc ad Hebræos vndecimo, scilicet: Vmbram enim futurorum bonorum habet lex, & non ipsam imaginem, ideſt. Lex Moysi habet vmbram futurorum bonorum, & non habet imaginem, i. non continet ipsam rem bonam quam repræsentat. Lex autem Ioan. non se haberet sic ad legem Moysi, quia utraq; esset sicut vmbra, cùm neutra contineret gratiam, & perfectionem, quod solùm competebat legi Christi: ideo non cessaret vna per alteram, & sic non posset esse lex Ioannis distincta a lege Moysi. Sextò ad principale patet, quia Ioannes non erat facturus nisi id ad quod mittebatur. Ipse autem non mittebatur ad dandum aliquam legem: sed solùm ad annunciandum Christum: ideo non debebat dare legem: sed præcepta, quæ non facerent legem distinctam a lege Moysi. Septimò, quia non est ponenda pluralitas sine necessitate: ideo si Ioannes poterat facere id, ad quod mittebatur non dando legem, non erat conueniens quòd daret legem. Et tamen non erat necessaria aliqua lex ad opera, quæ Ioannes faciebat: ideo non debuit legem dare. Patet hoc quia duo erant opera, ad quæ Ioannes missus erat, vt supra dictum est, scilicet, ostendere Iesum esse Messiam, & per prædicationem suam disponere homines ad susciptẽdam legem Christi. Ad primum non erat necessaria lex, quia lex iubet, vel vetat, & non consistit in affirmando, vel negando. Ostendere tamen Iesum esse Messiam erat solùm quædam assertio, vel demonstratio: ideo non erat ad hoc necessaria lex, nec aliquo modo vtilis. De secundo patet, quia populus disponi debebat per aliqua præcepta, quæ Ioannes daret, quæ essent magis perfecta, quàm præcepta legis Moysi: ꝙ tamen ista darentur per modũ legis distinctæ a lege Moysi, vel non essent aliquid distinctum, non differebat quantum ad hoc, quod populus per illa præcepta disponeretur, si populus illa recipiebat. Ad primum in contrarium cùm dicitur, quòd non fuit maior causa de præceptis Moysi, quàm Ioannes, dicendum ꝙ valde maior fuit: quia præcepta annunciata populo per Moysem fuerunt data populo ad manendum sub illis longo tempore: quia plures, quàm mille & quingenti anni fuerunt a lege data per Moysem vsq; ad Christi mortem, quando cessauit. Et pro tanto tempore populus egebat aliqua lege, in qua maneret. Mandata autem Ioan. non poterant ad plus manere tribus annis: vt declaratum est supra, & pro tam pauco non erat lex necessaria, immo nec conueniens. Item quia mandata Moysi fuerunt tot quot sufficiebant ad regendam totam vitam humanam sine alia lege: ideo poterant habere per se nomen legis. Mandata autem Ioannis erant pauca, & non sufficiebant ad hoc quòd esset lex. Multæ quoque aliæ rationes differentiæ de hoc supra positæ sunt. Ad secundum dicendum, quòd præcepta Ioannis perfectiora erant præceptis Moysi: non tamen propter hoc habent potius rationem legis quàm præcepta Moysi. Sic patet de consilijs, & præceptis noui testamenti: quia consilia sunt perfectiora, quàm præcepta: & tamen præcepta vocantur lex, & consilia non: quia præcepta obligant, & non consilia. Et tamen lex obligat: quia lex a ligando, ideſt obligando dicitur. Et sic licèt mandata

Resp̃sio ad primam rationem in oppositum.

Resp̃sio ad secũdam rationem.

Ioannis essent perfectiora, non sequitur, quòd essent lex.

Ex quo data fuit lex Moysi, & precepta Ioannis ad disponendum Iudæos ad legem Christi; an etiam Gentilibus dari debuit aliqua lex ante Christi legem. Quæstio XI.

QVAERITVR, cùm dictum sit, ꝙ data fuit lex Moysi ad disponendum Iudæos ad legem Christi: & post illam precepta Ioannis: quia lex Moysi nõ perfectè disponebat: an debuit dari aliqua lex gentilibus antequàm susciperent legẽ Christi. Aliquis dicet quòd sic, quia non solùm Iudæi recepturi erant, sed etiam gentiles: sicut ergo Iudæi habuerunt duo dispositiua ad legem Christi, scilicet, legem Moysi, & præcepta Ioannis, debuerunt Gentiles habere aliquod, scilicet, aliquam legem. Quidam dicunt, ꝙ habuerunt legẽ naturalem in cordibus suis, quæ disponebat eos ad legem naturalem Christi, & ꝑ illam ita ipsi disponerẽtur sicut Iudæi per legẽ Moysi. Sic dicitur ad Ro. 2. ꝙ gentes, q̃ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legẽ non habentes ipsi sibi sunt lex: q ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis: testimonium reddente illis cõscientia ipsorum. Dicendum ꝙ hoc non stat: quia licèt ista lex naturalis in homine sit: non tamen sufficit disponere hominem ad perfectionem qualis est in lege Christi. Et patet hoc ex duobus. Primò, quia in nulla pollitia est aliqua legislatio perfecta, sed quæcumque legislatio humana permittit multa mala. Quia si vellet omnia prohibere, non posset lex tollerari. Si tamen homines per legem naturæ disponerentur ad ꝑfectionem, possent omnes politię habere legislationes perfectas, eo ꝙ omnes homines habent in cordibus suis legem naturalem. Non ergo sufficit aliquis disponi ad perfectionem per solam legem naturalem. Secũdò patet, quia si per legem naturalem possent homines sufficiẽter disponi ad perfectionem, frustra fuisset dari legem Moysi, & postea præcepta Ioannis, ut disponerentur Iudæi per ea ad legem Christi, quæ perfecta erat. Et tamen non fuerunt ista frustra, cùm a Deo data sint: ergo per solam legem naturalem non potest quis sufficienter disponi ad perfectionem. Dicendum ꝙ gentiles non disponebantur perfectè per legem naturalem ad legem Christi, quæ erat perfecta; sed suppletur indispositio per gratiam, quæ datur in lege Christi. Ista enim est causa, quare sola lex Christi vetat omnia mala, scilicet, quia in ipsa sola datur gratia; quia legislator eius potest dare gratiã obseruatoribus. Et sic licèt mandata sint perfecta, & per hoc difficilia ad obseruandum, legislator tamẽ facilitat hominem ad obseruanda per gratiam, quam confert obseruatoribus; secundùm quam omnia dura facilia efficiuntur. Legislator autem, qui est purus homo, non potest dare gratiam, secũdùm quam difficultas legis alleuietur: ideo nõ debet uetare omnia mala: quia obligaret subditos suos ad plus, quàm ipsi possunt secundùm id, in quo subditi eius sunt, idest, inquantum sunt homines solũ naturaliter viuentes. Legislator Moysi dare poterat gratiam: quia uerus Deus: & tamen noluit dare gratiã per exercitationem illius legis: quia non decuit gratiã præcedere ipsum Christum: sicut dicitur Ioan. 1. Lex per Moysem data est: gratia autem per Iesum Christũ facta est. Et sic cùm Deus disponeret non dare gratiã per exercitationem legis Moysi, debuit etiã non prohibere omnia mala: sicut nec prohibent legislatores, qui sunt puri homines. Et ita fecit, ꝙ aliqua mala permisit; sola autem lex Christi est, in qua nullum malũ permittitur. Et non est difficile obseruari, eo, quòd iste

F solus legislator gratiam dedit: & in hac sola lege per obseruationem eius gratia datur. Et sic quicunque homo etiam si non fuerit prius dispositus, potest superare hanc difficultatem, quæ uidetur esse in lege Christi quantumcunq; sit perfecta: cùm in ipsa detur gratia per quã difficilia reddantur facilia. Quare in lege Moysi non fuit data gratia, cùm Deus dedisset eam, & legislatores possint dare leges perfectas: & an peccent permittendo quædam peccata manifesta impunita, declaratum est in libro nostro defensorio trium conclusionum contra æmulos. Sed nunc dicetur, si lex Christi propter suam gratiam adiunctam sufficiẽter disponit hominem ad seruandum ipsam legem, ẽt si prius non fuerit dispositus, non oportebat, ꝙ daretur lex Moysi, G nec postea præcepta Ioannis ad disponendum ad legem Christi. Dicendum ꝙ pro Iudęis suscepturis legem Christi a principio fuit necessaria aliqua dispositio, quæ facta est per legem Moysi, & præcepta Ioannis: pro gentilibus autem non fuit necessaria aliqua dispositio, nec aliqua lex præcedens. Ratio diuersitatis est, quia Iudæi debebant recipere legem Christi ante mortem eius: gentiles uero post mortem. Et pro suscipiẽtibus ante mortem Christi fuit necessaria dispositio: & pro suscipientibus postea non fuit necessaria. Prima pars patet: quia Christus ex die, quo incepit prædicare usque ad mortem suam, quod fuit triennium aut parum plus, semper prædicauit Iudęis, & nunquam gentilibus, nec uolebat facere aliqua miracula ad utilitatem H gentilium. Sic patet infra 15. quando Chananæa petiuit filiam suam liberari a demonio. Nam dixit Christus, Non sum missus nisi ad oues quę perierunt domus Israel. Sic etiam quando quidam Centurio petebat a Christo, ꝙ sanaret quendam seruum eius, & ille erat gentilis, & non ausus est per se rogare Iesum; sed misit ad illum seniores Iudæorum, qui dicebant: dignus est, ut ei hoc præstes: diligit enim gentem nostrã, & synagogam ipse ędificauit nobis. Luc. 7. ex quo apparet, quòd ipse non audebat rogare, & ob hoc misit ad Iesum seniores Iudæorum, ut rogarent. Si tamen ipse solitus esset præstare sanitatem Gentilibus, & prædicare eis, non oportebat, quòd Centurio mitteret Iudęos ad Iesum; sed ipse per se I rogaret. Nisi forte aliquis dicat, quòd erat uir ualde honorabilis, & noluit per seipsum ire, sed misit Iudæos. Nam hoc non stat, quia potius fuit ualde humilis, cùm dixerit: Domine non sum dignus, ut sub tectum meum intres. eo. cap. Etiam, quia si ex superbia ipse noluisset ad Christum ire: Christus cognoscens præcordia non præstaret ei sanitatem quam petebat. Et non solùm Christus nunquam prędicauit Gentilibus; sed etiam quamdiu ipse uixit, dixit Apostolis, ꝙ nunquam prædicarent Gentilibus, infra 10. & Mar. 6. & Luc. 9. s. In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum non introieritis: sed potius ite ad oues, quæ perierunt domus Israel. Per prædicationem legem ergo Christi, & apostolorum Iudæi susceperunt post mortem Christi ante mortem eius. Gentiles autem post mor- K tem illius susceperunt eam, quia tunc incæpit eis prædicare. Christus namque viuens uetuerat prædicare Gentilibus; cùm ascensurus esset in cœlum, iussit prædicari Euangelium Gentilibus Marci ultimo, scilicet, Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Et infra 18. dicitur, Euntes docete omnes Gentes. Hoc fecerunt apostoli post Christi mortem. Secunda pars patet, quia ante mortẽ Christi non dabatur gratia per obseruationem legis, nec perficiebantur homines per eam, sed solùm post resurrectionem suam, & missionem spiritus sancti. Et patet hoc, quia apostoli fuerunt cum Christo a principio prædicationis suæ usq; ad mortem & con-

& conuersabantur cum eo die & nocte, & docebat eos semper declarans eis solis secreta, scilicet. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: cæteris autem in parabolis infra. 13. Et intantum familiariter loquebatur eis secreta sua, quòd uocabat illos amicos propter istam conuersationem. Ioan. 15. scilicet. Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à patre meo nota feci vobis. Et tamen, cum tota ista familiaritate Christi erant uiri imperfecti. Nam adhuc cùm essent cum Christo in vltima cæna contendebant inter se quis eorum maior esset. Lucę. 22. Quod ad magnam imperfectionem pertinet. Etiam Petrus qui familiaris erat ualde Christo: negauit eum ter. infra 26. & omnes increduli fuerunt de resurrectione Domini. Et nõ solùm nõ crediderunt eum resurrecturum, sed etiam postquam resurrexit, non credebant dicentibus, quòd surrexerat, sed potius terrebantur, & mirabantur audientes hæc. Luc. 24. De quo Christus eos increpauit. eod. cap. & Mar. 16. Erant etiã modicę fidei Christo viuente. Ideo cùm semel non potuissent sanare quendam lunaticum: Christus increpauit eos, dicens: O generatio incredula, & peruersa, quousq; ero uobiscum, & vsquequo patiar vos? Et cum illi dixissent Christo: quare nos non potuimus eijcere illum? Dixit Christus: Propter incredulitatem vestram. Erant etiam Apostoli viri simplices quamdiu cum Christo manebant. Nam sæpe dicebat eis multa, & non intelligebant. Sicut quando dixit eis. Cauete à fermento Pharisæorum: & illi putauerunt, quòd loquebatur de panibus, quia panes obliti fuerunt accipere infra 16. & Mar. 8. & Luc. 12. De incredulitate eorum patet infra 17. & Marc. 9. & Luc. 9. Sic etiam quando Christus dixit: Soluite templum hoc, & in triduo reædificabo illud, non intellexerunt quid vellet dicere: nec in tota vita Christi intellexerunt, sed post resurrectionem eius recordati sunt de hoc: & intellexerunt, quòd dixisset de templo corporis sui. Ioann. 2. Etiam, quando Christus dicebat aliquas parabolas nõ intelligebant, sed interrogabant eum in secreto quid ista significarent. infra 13. Et sic quando Christus dixit, Quod intrat per os nõ coinquinat hominem, sed q̃d procedit ex ore: & ipsi non intelligerent, quæsierũt de hoc, & Christus dixit. infra 15. Adhuc vos sine intellectu estis. Multas alias imperfectiones habuerunt Apostoli ante mortem Christi, & post mortem, vsque ad aduentum spiritus sancti. In ipso autem aduentu ablatæ sunt imperfectiones contrariæ: ita, vt iam in nullo essent imperfecti. De perfectionibus, quas habuerunt apostoli post aduentum spiritus sancti, & imperfectionibus, quas habuerunt ante mortem Christi, declaratum est magis Numeri vigesimoquarto, vbi agitur de Pentecoste Iudæorum. Tota autem ista differentia status apostolorum fuit, quia Christus licèt dederit legem sanctissimam: tamen ante mortem suam non dabat gratiam cum ea. Ideo etiam apostoli, qui tanto tempore cum eo mãserunt, erant viri imperfecti: post mortem autem suam fuit data gratia copiosissima, & datur omni credenti & volenti viuere secundùm hãc legem. Ideo qui debebant recipere istam legem Christi ante mortem eius, oportebat ut essent dispositi per usum legum: cùm gratia non adiuuaret eos ad subeundum istam difficultatem alleuiando eam. Post mortem autem Christi datur gratia copiosa uolenti credere, quæ etiam indispositissimum hominem sufficit disponere ad istam perfectam legem obseruandam. Cùm igitur apostoli, & plurimi Iudęorum quot quot Christo prędicante conuersi sunt, debebant conuerti ante mortem ipsius, necesse erat, ꝙ essent isti dispositi per legem Moysi, & postea per præcepta Ioan-

A nis. Gentiles autem omnes conuerti inceperunt post mortem Christi aduentumque spiritus sancti, quãdo dabatur gratia copiosa. Nam descendebat spiritus sanctus super baptizatos, & aliquando antequam baptizarentur descendebat super eos, & ipsi ostendebant aliqua signa mirabilia antequam essent baptizati. Pro talibus ergo non erat necessaria aliqua dispositio per legem pręcedentem, quia spiritus sanctus superueniens in eos perficiebat eos, & disponebat subitò non solùm ad obseruandum legem Christi, quæ erat perfecta, sed etiam ad moriendum pro ipso immediatè, si oporteret. Patet hoc quando Beatus Petrus prædicauit quibusdam Gentilibus baptizato Cornelio. Nam Petro loquente de Iesu, cecidit spiritus sanctus super omnes B gentes, qui audiebant verbum. Quod videns Beatus Petrus dixit. Nunquid aquam quis prohibere potest vt non baptizentur isti, qui acceperunt spiritũ sanctũ, sicut & nos? Quasi dicat: Spiritus sanctus voluit se infundere in istos nulla dispositione præcedente: sicut se infudit in nos præcedẽtibus multis dispositionibus. Ideo nõ poterimus, nec possumus eis prohibere aquã ad baptismum: cùm id, quod plus erat, spiritus sanctus iam fecisset in eis. Et sic non indigebant isti aliqua dispositione ad legem Christi, sed etiam de pessima conuersatione idolatriæ, & abhominabilium vitiorum subito disponebantur ad statum perfectissimum spiritu sancto veniente in eos ad habendam gratiam: ideo nõ debuit dari Gentilibus aliqua lex, per quam dispone- C rentur ad legem Christi. Iudæis autem, qui credituri erant ante mortem Christi, debuit dari lex, per quam disponerentur, & postea præcepta Ioann. perfectiora, quàm legis, & adhuc omnia ista non sufficiebant ad disponendum eos.

Cur Christus ante mortem suam non dabat gratiam suscipientibus legem suam. Quæst. XII.

QVAERITVR autẽ, cur Christus ante mortem suam, cũ pręcicaret legem suam sanctam, & perfectam, non dabat gratiam suscipiẽtibus eam, ita vt non egerent dispositiuo aliquo, sicut fuit de Gentilibus, qui post Christi mortẽ illam D susceperunt. Dicendum ꝙ hoc iustitia exigebat, quia abundantiæ gratiarum sunt quasi quædã dona nobis collata à Deo nobis reconciliato: sicut illi, qui prius existentes amici, & deinde inimici facti, rursus perfectè reconcilientur, ostendunt mutuo dilectionis opera magis quàm prius, & abundantissimè: ita Deus, qui erat auersus à nobis per peccatum, nunquam fuit reconciliatus nobis, quousque fuit plenissimè, immo supra plenitudinem maiestati suæ satisfactum per sanguinem benedicti sui filij. Et tunc quasi supra modũ nos amans, incępit diffundere immensa dona gratiarum suarum. Ista autem reconciliatio facta non est nisi per mortem Christi. Ideo etiam si Christus per mille annos prædicasset prius, & faceret semper miracula E inaudita, nunquã fuissent homines perfecti, sed essent quasi sicut in lege Moysi, quia per prædicationẽ Christi, & miracula eius non satisfiebat maiestati diuinę de offensa sibi à nobis facta: ideo nondum aperiebat manum largitatis suæ ad effundendum in nos abundãter gratias suas. Per mortem autem Christi satisfactũ est: ideo tunc solũ, gratiæ venerunt. Et ista fuit causa quare, licèt homines iusti ante Christi mortem q̃cunq; morerentur, saluarentur in fide explicita, vel implicita mortis Christi: nunq̃ tamen Deus dignatus est quemquam recipere ad vitam æternam vsquequo Christus mortuus est. Sic ergo illam maximam gratiã tunc nobis facere incępit propter mortem unigeniti sui: ita & oẽs alias tunc facere incepit, nec prius decuit incipere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed dicet aliquis, cū ante Christi mortem data lege
Christi incepisset baptismus eius: quia Ioan. 4. legitur,
quòd Christo uiuente discipuli eius baptizabant,
an daretur spiritus sanctus in baptismo. Si dicatur, ꝙ
non: est absurdum, quia nihil differret tunc baptismus
Christi a baptismo Ioannis qui erat solùm in aqua, &
tamen baptismus Christi erat in spiritu sancto. Infra
in litera, cùm dixit Ioannes. Ego baptizo uos in aqua,
ipse autem baptizat uos in spiritu sancto. Idem Mar.
primo, & Luc. 3. & Ioan. primo. Si autem dicas, quòd
spiritus sanctus dabatur per baptismum Christi: ergo
ante mortem eius dabatur, & sic non erit uerum, ꝙ
ante mortem Christi esset necessaria dispositio ad le-
gem eius obseruandam propter defectum gratiæ, &
post mortem eius, ꝙ non esset necessaria aliqua dispo
sitio præcedens. Dicendum ꝙ per baptismum Christi
ante mortem eius dabatur spiritus sanctus, idest, daba
tur gratia remissionis peccatorum, quæ fit per spiritū
sanctum: baptismus aūt Ioannes non tollebat pecca-
ta, ideo dicebatur solùm esse in aqua, & ita diferebat
ab illo baptismus Christi: & tamē in baptismo Christi
ante eius mortem non dabatur Spiritus sanctus ad ple
nitudinem gratiarum, & ostensionem signorum, &
confirmationem eorum qui baptizabantur. Et tunc li
cèt daretur Spiritus sanctus ad remissionem peccato-
rum, ante mortem Christi in baptismo non sequeba-
tur aliqua perfectio, nec dispositio hominis ad perfe-
ctionem, quia hoc idem erat in lege Moysi per circun
cisionem, per quam tollebantur peccata plenissimè:
& tamen lex Moysi nō faciebat perfectionem aliquã:
quia neminem ad perfectum lex induxit. Ad Hebr. 7.
immo nec disponebat sufficienter ad perfectionem,
cùm vltra illam requirerentur mandata Ioann. Perfe-
ctio igitur non prouenit homini per hoc quòd Spiri-
tus sanctus datur homini ad remissionem peccatorū
suorum, sed per hoc quòd datur ei ad plenitudinē gra-
tiarum sicut dicitur ad Titum. 3. scilicet, per lauacrum
regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem
effudit in nos abunde, idest, abundanter. Ista effusio
abundans Spiritus sancti nō fuit per baptismum Chri-
sti ante mortem eius, sed solùm post mortem ex illa
die, qua spiritus sanctus venit super Apostolos. Ideo li-
cèt Ioann. dixerit, quòd Christus baptizaret in spiritu
sancto, noluit ipse intelligere, quòd compleretur istud
viuente Christo, sed mortuo. Vnde Christus ascendēs
in cęlum dixit: Ioannes baptizauit aqua, vos autem ba-
ptizamini spiritu sancto non post multos hos dies. Et
sic innuebat Christus, quòd discipuli sui nondum erãt
baptizati spiritu sancto. Actuum primo. & tamen ba-
ptizati erant baptismo Christi. Illum tamen baptismū
nolebat Christus uocare baptismum in spiritu sancto:
quia non dabatur spiritus sanctus ad copiam, sed solū
datus est post mortem eius. Sic etiam intellexit beatus
Petrus, quando prædicauit Gentilibus prima vice, &
spiritus sanctus cecidit super eos in signis apparētibus.
Dicit enim quòd tunc fuit impletum uerbum Chri-
sti, scilicet, Ioannes quidem baptizauit aqua: uos autē
baptizamini spiritu sancto. Actu. 11. Et hoc modo ba-
ptismus Christi ante mortem eius dicebatur baptism⁹
in aqua, & non in spiritu sancto respectu illius plenitu-
dinis spiritus sancti, quæ postea dabatur. Et ob hoc per
baptismum Christi, qui dabatur ante mortem eius,
non solùm non perficiebatur homo: sed etiam non di
sponebatur perfectè ad tollerandam aliquam legem
perfectam. Per baptismum autem, qui datus est post
mortem Christi, dabatur spiritus sanctus ad plenitudi-
nem. Nam non solùm remittebantur peccata, ꝙ non
fiebat in baptismo Ioannis, sed etiam conferebantur
homini multæ gratiæ interius, & disponebatur per il-
las sufficienter non solùm ad tolerãdam istam legem

F perfectam sine difficultate, sed etiam ad spontè mo-
riendum pro Christo, & subeundum quæcunque pe-
ricula. Etiam dabatur gratia spiritus sancti baptizatis
in quadam manifestatione exteriori: quia baptizati
incipiebant loqui variis linguis: sicut Apostoli quan-
do datus est eis spiritus sanctus. Act. 2. vel aliquod si-
gnum manifestè apparebat super eos: per quod con-
stabat euidenter, quòd spiritus sanctus descendebat su-
per illos. Sic patet de illis Gentilibus quibus Petr. pri-
mò prædicauit, & baptizauit eos. Actu. 10. scilicet, Ad-
huc Petro loquente verba hæc, cecidit spiritus sanctus
super omnes, qui audiebant verbum. Et obstupue-
runt fideles ex circuncisione, qui venerant cum Pe-
tro, quia & in nationes spiritus sancti gratia effusa est.
G Audiebant enim illos loquentes linguis, & magni-
ficantes Deum. Et descendebat Spiritus sanctus
tam manifeste, scilicet, ostendens signa tam euiden-
tia, quòd non solùm fideles, sed etiam infideles,
& pessimi viri videbant, quòd spiritus sanctus de-
scenderet super baptizatos. Patet hoc de Simone
mago, qui erat necromanticus, & pessimus: & tamen
dicitur de eo Actu. 8. ꝙ cùm uidisset Simon magus,
ꝙ per impositionem manus apostolorum daretur spi-
ritus sanctus, obtulit eis pecuniam dicens: Date mihi
hanc potestatem, ut cuicumq; imposuero manus ac-
cipiat spiritum sanctum. Isti igitur, qui sic cōuertebãn-
tur ad Christum, non indigebant aliqua lege præcedē-
te disponēte eos ad suscipiendam eandem legē Chri
H quia in ipsa susceptione dabatur pfectio q̃dã, sm quã
posset homo sine difficultate tolerare illã legem. Sed
obiicietur, ꝙ cùm nos nunc baptizati nō suscipiamus
spiritum sanctum illa plenitudine, qa non loquimur
variis linguis, nec apparent alia signa manifesta in no-
bis: quòd non simus sufficienter dispositi ad legem
Christi. Dicendum ꝙ in baptismo datur nobis ple-
na remissio peccatorum, sicut tunc, siue quantum ad
originale, siue quantum ad actualia peccata. Dantur
etiam multæ gratiæ, scilicet, infundūtur uirtutes theo-
logicæ, & morales. De Theologicis patet, quia si non
infunderetur fides maneret puer baptizatus adhuc in-
fidelis, & si moreretur, non posset saluari: quia nemo
sine fide saluatur. De charitate eadem ratio est: quia
I quicumque moritur sine charitate, perit æternaliter.
Baptizati autem illico morientes non pereunt, ergo in
charitate decedunt. Et sic necesse est in baptismo illas
tres theologicas uirtutes dari. De moralibus idem
licèt probare de his non est ad præsens: Signum au-
exterius, scilicet, loqui linguis, uel spiritum sanctum
descendere in specie colūbæ, aut ignis: nunc nō appa-
ret, sed solùm in Ecclesia primitiua, & tamen propter
hoc nihil minus habent baptizati nunc de gratiis di-
sponentibus eos ad perfectionem, quàm tunc bapti-
zati. Nam illud signum exterius nullam perfectionis
conferebat, sed solùm erat signum perfectionis per quod
collatæ. Quia loqui linguis non est aliquid per quod
homo Deo placeat, uel mereatur. Et ita de cæteris
K signis exterioribus, sed solùm proficiebant ad mani-
festationem spiritus sancti. Et hoc fuit ualde utile,
& quasi necessarium in Ecclesia primitiua ad intro-
ducendam fidem. Quia cùm id quod credere iube-
bamur esset difficile, scilicet, credere hominem
cisum a Iudæis esse Deum uerum, & illum redemisse
nos: & per baptismum, qui erat immersio in aqua
peccata tollerentur, oportebat, quòd ad hoc quod
verisimilia redderentur eis, qui nunquam talia audie-
rant, quòd ostenderentur signa magna. Ideo fiebat
gnum ualde conueniens, s. ꝙ qui baptizabatur,
loquebatur variis linguis, uel alia signa quæcunque
manifestantia operationem Dei in ipso appare
bant, & ita infideles deducebantur ad fidem.

fuit conueniens in Ecclesia primitiua, quando fides
nondum erat introducta. Nunc autē cùm per totum
orbem fides dilatata sit, non oportet fieri istam mani-
festationem in baptismo. Et si aliquis diceret, ꝙ magis
veneraretur baptismus, & plures conuerterentur: si ta-
les manifestationes nunc fierent. Dicendum ꝙ euidē
tius appareret uirtus baptizati, & tamen quanto esset
magis de manifestatione uirtutis baptismi, tanto esset
minus de merito fidei in suscipientibus: ideo cùm aliū
de habeamus iam plurimas causas ad credendum, nō
oportet miracula quotidie fieri, ut locus merendi re-
linquatur. Secus autem erat in Ecclesia primitiua:
quia ibi necessaria erant miracula. Nam si non fierent
ualde multa: tunc nemo credidisset: immo stultus fuis-
set, qui uoluisset credere res tam duras, & supra om-
nem æstimationē, non habito aliquo argumēto proba
tiuo. Et sic non diminueretur meritum eorum, qui
tunc fuerunt ex eo quòd non crediderunt, nisi prius
miracula uiderent: sed solùm increpabantur illi, qui
cū semel vidissent miracula, & credidissent, petebant
plura miracula ad credendum quidquid postea sibi di
ceretur. Sicut fuit de Thoma, qui Christū facientem
multa miracula uiderat, & audierat ipse cum aliis A-
postolis Christum dicētem, ꝙ moreretur, & tertia die
resurgeret. infra 16. & Mar. 8. & tamen noluit credere
Christum resurrexisse: & dixit quòd nō crederet quo-
usque mitteret manum suam in latus Christi, & digi-
tum suum in loca clauorum. Ioan. 20. Vnde Christus
increpuit eum de hac incredulitate. eo. ca. Erat igitur
miraculum iam in Ecclesia primitiua ad hoc, ꝙ homi
nes crederent: & non imputabatur eis ad incredulita-
tem miraculum petere. Et tamen postquam semel ui
dissent aliqua miracula: si ad credendum omnia alia,
quæ eis dicebantur peterent plura miracula, erat infi-
delitas. In nobis autem nullum miraculum petēdum
est ad credendum, & qui peteret incredulus diceretur,
eo quòd nos habemus iam causas manifestissimas ad
credendum, etiam nullo miraculo apparente. Et dedu
cit sic August. scilicet. Constat enim per historias om-
nium gentium, siue gentilium, siue Iudęorum ante
Christi mortem Christianum nullum fuisse, & istam
legem non fuisse in sęculo. Apparet etiam manifestè
esse difficilem, quia prohibet homini ea, quæ homo
naturaliter desiderat. Constat tamen maiorem partē
sęculi, & meliorem huic legi, & fidei colla subiecisse.
Tunc ergo aut aliqua miracula apparuerunt quare to
tus mundus hoc sequeretur, quod prius abhominaba
tur: aut nulla apparuerunt. Si aliqua miracula apparue
runt, constat legem a Deo esse, & illicitum esset pete-
re plura miracula: cum unum miraculum ita probet
sicut decem millia: quia non requirunt maiorem po-
testatem decem miracula simul quàm unum solum.
Si autem dicas, ꝙ nullum miraculum apparuit ad pro-
bationē huius legis: & tñ mundus credidit, tūc dicã, ꝙ
nullū miraculum maius esse potuit, nec operatio Dei
magis manifesta q̃ ꝙ totus mundus nullo uiso miracu
lo rem tam difficilem credere uoluerit: & legi tã aspę
re subiecerit. Et non solùm hoc semel factum fuerit,
sed iam sunt mille, & plures q̃ quadringenti anni: &
res ista durat, & semper augetur. Non ego potest esse
maior manifestatio diuinæ operationis: q̃ ꝙ Deus ue-
lit istam legem ab hominibus teneri. Est ego ualde ir-
rationabilis, qui uisis his fundamentis adhuc ad credē
dum miraculum petit. Huic enim non esset aliquod
meritum credendi: cùm iam magis uideretur quædã
necessitas probationis, q̃ uirtus fidei. Nec est argum.
illum de multitudine Gentilium: qui tñ errabant. Nã
illi nō concordabant inter se. Nam quidam colebant
unum Deum: quidam alium: & quidam unū, alii mul
tos, & quidam nullum: sed potius asserebant non esse

A Deū, nec Deos, sicut dicebãt Epicurei, ut ait Tullius j.
lib. de natura Deorū. Nec est argu. de secta detestabili
Mahometistarum: qa illa cōcedit hoī omnes uolupta
tes. Et non est propriè lex: sed corruptela q̃dam legis:
naturæ, quæ non solū est contra legē Dei: sed ēt cōtra
rectã. & cōem ꝓphetiã moralē. Iō pp illas delectatio-
nes tꝑales, qb. permittunt hoīes frui: plurimi in illam
sectã declinauerūt. Secus autē de lege Chri, q̃ nō solū
vetat hoī delectationes: sed ēt desideria ipsarum dele-
ctationū, & oēs appetitus frenat sub iugo rōnis. Ne-
mo ergo ad hãc declinaret nisi crederet uerū esse, qđ
illa asserit, & certū esse, qđ ꝓmittit. Hoc aūt nō erat ue
risimile vllatenus hoīes credidisse: nisi aliqua manife-
sta signa uidissent: Ideo nobis sufficit, ꝙ illi miracula
B uiderint, ad hoc quod nos credamus: quia aliàs totus
orbis in hanc fidem, & legem non declinasset: maxi-
mè autem, quia nulla gens est, quæ nō concedat Chri
stū fecisse miracula, & Apostolos. De Saracenis satis
apparet in suo Alchorano. Iudæi quoque hostes Chri
sti idem confitentur. Dicunt tamē quidam eorum, ꝙ
faciebat miracula in potestate Dæmonū, sicut patres
eorum Christo uiuente dixerunt, in Beelzebub princi
pe dæmoniorum dæmonia eiicit iste. infra 12. & Mar.
3. & Luc. 11. Alii autem dicūt quæda ridicula, s. Chr̄m
alligasse cruri suo nomen Dei Thetragrammaton,
quod de templo furatus fuerat, & in uirtute illius fe-
cisse miracula. Sunt tamen ista tam ridicula, & irratio
nabilia, ꝙ ad illa responderi non oportet. Dicetur ta-
C men de his in quodam libello nostro contra Iudæos.
Apparet autem ex dictis, ꝙ nemo nunc petere debet
miraculum ad credendum, cùm constet nobis ratio-
nabiliter facta fuisse miracula uel loco miraculorum
habeamus rationem inconuincibilem. Secus autem
erat in Ecclesia primitiua, quando fides incipiebat.
Nam tunc nulla ratio mouebat ad credendum, nisi
miracula fierent. Ideo fiebant multa, maximè autem
circa baptismum: tum, quia baptismus erat princi-
pium fidei, quia in illo incipiunt credentes: tum quia
ipse baptismus habebat spiritualem rationem difficul
tatis, scilicet, quòd homo crederet, quòd per immer-
sionem in aquam tollerentur peccata: ideo fiebant in
eo aliquæ manifestationes Spiritus sancti, ut euiden-
D ter appareret, ꝙ per baptismum uerè tollebantur pec-
cata. Istud autem non fiebat quandocumque dabatur
baptismus in Ecclesia primitiua: sed fiebat præcipuè,
quando dabatur per Apostolos. Sic patet Act. 8. de il-
lis, qui in Samaria audito uerbo de fide Christi bapti-
zati erant: & tamen non apparuerat Spiritus sanctus
super aliquem eorum. Ideo Apostoli iuerunt ad im-
ponendum eis manus, ut reciperent spiritum sanctū, i.
vt appareret spiritus sanctus super eos in signo uisibi-
li, cùm dicitur. Audierunt apostoli, qui erant Hieroso
lymis, ꝙ recepisset Samaria uerbum Dei, & miserunt
ad eos Petrum, & Ioannem, qui cùm uenissent, oraue-
runt pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctum, nondū
enim in quemquam illorum uenerat, sed baptizati
E tantùm erant in nomine Domini Iesu. Tunc impo-
nebant manus super illos, & accipiebant spiritum
sanctum, scilicet, in signo uisibili. Et patet, quia im-
mediatè sequitur ibi in litera. Quod uidisset Simon
Magus, quòd per impositionem manus apostolorum
daretur spiritus sanctus obtulit eis pecuniam, &c. Cau
sa autem quare ad impositionem manus ipsorum,
vel baptismum ipsorum dabatur spiritus sanctus, &
non ad baptismum aliorum, erat ad ostendendum dif
ferentiam dignitatis ipsorum a cæteris: quia ipsi erant
principes Ecclesiæ: quos Christus specialiter elegerat.
Infra 10. & Luc. 6. & dedit eis primum gradum in
Ecclesia. prima Corinth. 12. & ad Ephes. 4. Ideo licèt
multi alii facerent miracula suscitando mortuos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in varijs curationibus morborum, vt patet Luc. 10. vbi iſtam poteſtatē Chriſtus tradidit ſeptuaginta duobus diſcipulis, qui erant diſtincti ab apoſtolis. eod. cap. dare tamen Spiritum ſanctum per impoſitionem manuum ſolis apoſtolis conceſſit, ad oſtendendam in eis quandam excellentiā ſuper ceteros. Iſtud aūt non erat ad honorem ipſorum, ſed ad vtilitatem Eccleſiæ. ſ. vt cū oēs de Eccleſia viderent illos à Deo ſpecialiter honorari, & ceteris præferre voluiſſe, ipſi quoq; eis ſponte colla ſubderent, & obedirent præceptis eorum, & crederent quidquid illi prædicarent. Aliàs aūt oībus ęqualibus exiſtentibus magna turbatio ſequereť. Appareť ex prædictis, q manifeſtatio Spiritus ſancti ſuper baptizatos in Eccleſia primitiua non erat aliquid pficiens ipſos, ſed ſignum gratiarum collatarum per Spiritum ſanctum ipſis baptizatis. Nunc aūt baptizatis nō fit aliqua manifeſtatio Spiritus ſancti, qa nō eſt neceſſaria, vt patet ex dictis. Ipſæ tñ gratiæ interiores cōiter dantur nobis ſicut illis. Dico aūt cōiter, quia fortè aliqbus eorum dabatur maior in baptiſmo gratia, q̄ nunc nobis. Nam ēt nobis non datur nunc æqualiter gra in baptiſmo maxime in adultis baptizatis, quia q magis ſe diſponit maiorem gratiam recipit: licèt ex virtute ſacramenti æqualis gratia oībus conferatur. In paruulis quoq; baptizatis ēt poteſt dici, q quibuſdā maior gra, q̄ alijs conferatur, non quidem ex virtute ſacramenti, quæ ad omnes non ponentes obicem æqualis eſt, nec ex diſpoſitione ipſorum, quia vbi non eſt vſus liberi arbitrij non eſt diſpoſitio, ſed ex pura Dei liberalitate, q ſicut ab æterno elegit, quos uoluit ad inæqualem gratiam, ita gratis donauit illis inæqualem gratiam, ita vt quoſdam prius ſanctos faceret, quàm natos, ſicut fuit de Beato Ioanne, de quo dixit Angelus, quòd Spiritu ſancto replebitur adhuc ex utero Matris ſuæ. Luc. 1. ſic etiam fuit de Ieremia, cui Deus dixit. Priuſquam te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua ſanctificaui te. Ierem. primo. Regulariter æqualis gratia datur nunc in baptiſmo, & in Eccleſia primitiua quantum ad gratiam interiorem, & vtrobique maior, quàm in baptiſmo Chriſti ante mortem eius. Nā ille hominem baptizatum, & illico morientem non faciebat euolare ad vitam æternam, ſed manebat in ſinu Abrahæ vſq; ad Chriſti mortem, vt declarauimus in libro noſtro de. Quinque figuratis Paradoxis parte. 5. Sicut ergo diſponebantur ſufficienter homines in Eccleſia primitiua per gratiam collatam in baptiſmo ad obſeruandū legem Chriſti: ita, & nunc ſufficienter diſponuntur, cùm utrobique æqualis gratia conferaū. Si autem dicatur, quòd iſta gratia collata in baptiſmo adhuc uidemus homines infirmos ad obſeruandum legem Chriſti. Dicendum, quòd hoc fit, quia gratia natura perficit, & non cogit. Ideo habentes gratiā pñt non operari per illam, & tunc peccant. Si tamen vellint niti per illam ſufficienter ſe habent ad obſeruandum legem Chriſti, etiam ſi ſit difficilis: maxime quia non ſolùm habet homo in baptiſmo gratiam, per quā perficiatur, vel confortetur ad obſeruandum legem: ſed etiam in vſu omnium Sanctorum, quia omnia ſacramenta legis nouæ gratiam conferunt, & per quotidianam exercitationem in eis gratia, quæ nobis data eſt in baptiſmo augetur, & aucta perficitur: ita, vt tunc homo ſit ſufficiens non ſolùm legem Chriſti obſeruare, ſed etiam pro illo mori. Et iſtud eſt, quod dicit Aug. de charitate, quòd nutritur, & poſtea roboratur, deinde perficitur, vel conſumatur. Et cùm fuerit conſumata dicit. Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Et etiam ponit animam ſuam pro fratribus. De hoc Auguſt. ſuper epiſtolam Ioannis: & Magiſter. 3. ſen. di. 29. Iſtud autem propriè eſt, in quo ſtatus noui teſtamenti excedit ſtatum veteris teſtamenti, quia in nouo teſta-

Gratia non datur ęqualiter omnib⁹ ī baptiſmo.

mento ſunt ſacramenta, per quorum vſum ex natura ipſorum ſacramentorum magnæ gratię dantur, & auctæ augentur. Et hoc modo per aſſiduum vſum ſacramentorum ſi homo vellet animum ſuum illis applicare, citò efficeretur perfectus. In veteri autem teſtamento nullum ſacramētum erat, nec ceremonia, quæ eſſet propriè ipſius legis Moyſi, per quam gratia aliqua conferretur, ideo nemo per illam legem poterat venire ad perfectionē, ſicut Apoſtolus dixit: Nemine ad perfectionem deduxit lex. ad Hebræ. 7. Alia multa ſunt, per quæ maior gratia datur nunc, quàm in veteri teſtamento: ex eo q̄ iam Chriſtus mortuus eſt: de quibus non eſt nunc dicendum.

G An præcepta, quæ dabat Ioannes, eſſent de veteri teſtamento vel de nouo. Quæſt. XIII.

QVAERITVR, cùm nunc Ioannes daturus eſſet quædam præcepta: an illa eſſent de nouo teſtamento, vel de veteri, vel de quo eſſe debebant. Quidam dicunt, q̄ debebant eſſe pertinentia ad uetus teſtamentum, eo quòd Ioannes manebat adhuc in ſtatu veteris teſtamēti, & obligabatur ſeruare totam legem Moyſi. Alij dicunt, quòd debebant eſſe præcepta noui teſtamenti, quia Ioannes mittebatur propter aliquid quod eſſet in veteri teſtamēto, ſed propter Chriſtum, qui daturus erat nouum teſtamentum. Dicendum, q̄ propriè loquendo præcepta Ioannis non poterant eſſe noui, nec veteris teſtamenti. Patet de nouo, quia non poterant dari ſi cepta noui teſtamenti, niſi per conditorem noui teſtamenti. Iſte autem fuit ſolus Chriſtus: ideo Ioannes nō potuerat dare præcepta noui teſtamenti, maxime cū Chriſtus nondum incepiſſet prædicare, nec dare legē de veteri teſtamento: patet, qa illius legiſlator fuerat verè Deus, tamen ipſe, qui legem populo notificauit, fuit ſolus Moyſes. Ideo vocatur illa lex Moyſi. Nā, & ipſe Deus vocat illam legem Moyſi. Malachiæ vlti. ſ. Memento te legis Moyſi ſerui mei. Ioannes ergo, nec quiſquam alius non poterat dici dare aliqua præcepta legis, quia ſolùm lex nominatur à Moyſe. Licèt tamen nō eſſent præcepta Ioannis alicuius legis, poterant applicari, vel aſſimilari vni legi magis, quàm alteri. Et tunc dicendum quòd præcepta Ioannis etiam ſi poſſent eſſe de nouo, vel veteri teſtamento, de neutro eſſe debebant, ſed ad ſimilari debebant magis præceptis noui teſtamenti, quàm veteris. Primum patet, quia Ioannes ueniebat diſpoſiturus populum ad ſuſcipiendam legem Chriſti. ſ. parare Domino plebem perfectam. Luc. 1. Lex autem Moyſi data fuerat, vt vnus gradus diſpoſitionis ad legem Chriſti. Si autem præcepta Ioannis eſſent de ueteri teſtamento, non adderent aliquem gradum ulterioris diſpoſitionis ſupra legem Moyſi, & tunc ſuperflua eſſent præcepta Ioānis, qđ falſum eſt: ergo debuerunt eſſe de lege Moyſi. Non debuerunt eſſe de lege Chriſti, quia finis, & ea quæ ſunt ad finem, & motus, & terminus nunquam coincidunt: præcepta Ioan. erant diſpoſitiua ad legem Chriſti ſuſcipiendam, ergo non debebant eſſe de lege Chriſti, quia ſic coincideret motus cum termino. Scđm patet, quia præcepta Ioannis non dabantur pp legem Moyſi, ſed pp legem Chriſti: ideo debebat magis accedere ad illam. Erat præcepta Ioānis media inter legem Moyſi & Chriſti: ſicut quinarius inter quaternarium, & ſenariū: ió quilibet utraq; lege concordabant, ita q̄ aliquo modo excedebant legē Moyſi, & aliquo modo eſſent minora quā ad pfectionē p̄ceptis legis Chriſti. Ad primū argumentū ddm, q̄ licèt Ioan. fuit ſub lege Moyſi, nō oportuit q̄ p̄cepta ab eo data ptinerēt ad legē Moyſi, ſed poterat dare p̄fectiora: ſicut nūc ſcī, qui inſtituerūt regulas Mona-

Monachorum, & fratrum fuerunt ſub lege Chriſti, & tamen præcepta illa ab illis tradita non ſunt præcepta legis Chriſti, ſed continentia vlteriorem perfectionē. Ita de Ioanne poterat eſſe. Pro quo ſciendum quòd Ioannes poterat dupliciter conſiderari. Vno modo in quantum erat homo Iudæus natus tempore quando lex Moyſi obligabat. Alio inquantum erat prædicator quidam a Deo miſſus. Propter primum tenebatur obſeruare totam legem Moyſi: propter ſecūdum tenebatur prædicare aliquid, quod eſſet maius lege Moyſi: quia ad hoc mittebatur, vt dictum eſt. Ad ſecundum dicendum, quòd iſta ratio non concludit: immo potius oppoſitum formaliter. Nam ſi præcepta Ioannis erant propter nouum teſtamentum: ſequitur, quòd non debebant eſſe de nouo teſtamento: quia aliàs coincideret finis, & id quod eſt ad finem: ſed iſta ratio probat, quòd præcepta Ioannis debebant magis aſſimilari præceptis noui teſtamenti, quàm veteris.

Ad quid Deus miſit Ioannem. vt Chriſti teſtimonium perhiberet. Quæſt. XIIII.

QVAERITVR vlterius, ad quid Deus miſit Ioannem, vt perhiberet teſtimonium de Chriſto, cùm Chriſtus nollet accipere teſtimoniū eius. Nam Chriſtus loquens cōtra Iudæos dixit: Vos iuiſtis ad Ioannem, & ille teſtimonium perhibuit veritati: ego tamen teſtimonium ab homine non accipio. Ioan. 5. Dicendum quòd Chriſtus non recuſauit teſtimonium Ioannis, cùm ipſe vtatur eo ō Iudæos, dicens: Vos iuiſtis ad Ioannem, & ille teſtimonium perhibuit veritati. Item quia Euangeliſtæ induxerunt teſtimonium Ioannis ad probandum Chriſtum eſſe Meſſiam. Nam Ioannes Euangeliſta poſtquam in principio Euangelij probauit, vel declarauit Ieſum eſſe Verbum Dei, & verum Deum manentē ab æterno apud Patrem: ad oſtendendum ipſum eſſe Meſſiam, inducit teſtimonium Ioannis Baptiſtæ, dicēs. Ioannes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat dicens: Hic eſt quem dixi, qui poſt me uenturus eſt, &c. Ioan. 1. Et iterum dicitur ibi: Et hoc eſt teſtimonium Ioānis quando miſerunt Iudæi ad eum. Cæteri quoq; Euangeliſtæ inducunt teſtimonium Ioannis, ergo illud erat vtile, & acceptum Chriſto: maximè quia Ioannes erat teſtis valde idoneus, cùm a Iudæis reputaretur vir magnæ auctoritatis, & ſanctitatis, cui ipſi crederent in omnibus, cùm etiam de eo putarent quòd eſſet Meſſias, ideo quæſierūt ab eo, an eſſet Chriſtus, i. Meſſias. Ioan. 1. Cum autem dicitur, quòd Chriſtus dixit. Ego teſtimonium ab homine non accipio, non reſpuit per hoc teſtimonium Ioannis, ſed intelligitur, vno modo, ſcilicet, ego non recipio teſtimonium ab homine, ideſt, non recipio iſtud tanquam maximum teſtimonium ab homine, & firmiſſimum, quod de me dari poſſit. Nam teſtimonium Ioannis, licèt eſſet magnū apud Hebræos, quia magnam auctoritatem illi præſtabant, poterant tamen infirmari, quia ſi aliquis negare vellet illud, non hēbat vnde cogeretur. Nam Ioannes non oſtendebat aliquod miraculum ad probationem illius rei, quam dicebat. ſicut dicitur Ioan. 10. ſcilicet: Ioannes quidem ſignum nullum fecit. Chriſtus autē habebat firmiorem probationem, quòd ipſe eſſet Meſſias, quia faciebat miracula inaudita, quæ nemo unquam fecerat, nec facere potuiſſet. Et iſtud teſtimonium non poterat negari, quia miraculum non poterat fieri niſi a Deo: Deus autem non poteſt mentiri, & tamen mentiretur, ſi cum aliquo concurreret approbando mendacia illius per miraculum, & faciēdo miracula ad illius inuocationem. Ieſus tamen dicens ſe eſſe Meſſiam, & filium Dei, oſtendebat multa miracula, quę firmiſſimè probabant verum eſſe, quod ille dicebat, & non poterat hoc negari, conſtito de miraculo, quia aſſereremus Deum mētiri. Et iſta eſt maxima culpa, quam Chriſtus ponebat Iudæis, ſcilicet, quia viderunt eum facere miracula qualia nunquam facta ſunt, & tamen non credebant. Sicut dī Ioā. 15. ſ. Si non veniſſem, & opera non feciſſem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem viderunt, & oderunt me, & patrem meum. Ipſi quoque Iudæi confitebantur quòd nunquam viderant talia fieri, ſicut quando Chriſtus dixit. Tolle grabatū tuū, & vade in domum tuam. Namdixerunt: Nunquam talia vidimus. Mar. 2. Et ob hoc Chriſtus vocabat teſtimonium Ioannis teſtimonium ob hoc, quia licèt a Deo eſſet Ioannes cùm repletus Spiritu ſancto eſſet ab vtero. & Deus dirigeret eum in omnibus: quoniam miſerat eum ad perhibendum iſtud teſtimonium: quia tamen exterius non oſtendebat aliquod miraculum, per quod appareret teſtimonium ſuū eſſe a Deo, dicebatur teſtimonium ab homine: quia poterat teneri tanquam teſtimonium ab homine: teſtimonium autem quod Chriſtus habebat dicebatur eſſe a Patre ſuo cùm ait. Opera enim quæ dedit mihi pater, vt perficiam ea, ipſa opera, quæ ego facio perhibent teſtimonium de me, quia Pater me miſit. Et qui miſit me Pater ipſe teſtimonium perhibuit de me. Et ſicut Chriſtus non reſpuit teſtimonium Ioannis, ſed dixit ego teſtimonium ab homine non accipio, ideſt, teſtimonium datum a Ioanne, de me non accipio tanquā maximum teſtimonium, quod de me dari poſſit. Et patet, quia ipſe dixit ibi. Ego aūt habeo teſtimonium maius Ioanne, ideſt, teſtimonium, per quod ego probo me eſſe Meſſiam, maius eſt quàm teſtimonium, quod Ioannes perhibet de me, ideſt, firmius. Alio modo poteſt intelligi ego non accipio teſtimonium ab homine, ideſt, non accipio illo modo, quo vos vultis, vel putatis. Nam Iudæi nolebant credere Ieſum eſſe Meſſiam niſi Ioannes hoc aſſereret, & quòd ex verbo illius penderet totum quod tenendum eſſet de Ieſu. Ille autem dixit, quòd non conſentiebat: quia non erat verum, quòd totum teſtimonium eius penderet a Ioanne, ideo dixit: Ego non accipio teſtimonium ab homine, ideſt nolo ab eo accipere totum teſtimonium, ita quòd vos aliquid debeatis credere de me ſolùm, quia Ioannes ſic dixit. Iſtud namq; eſſet ſubijcere auctoritatem diuinam humanę, quod eſt valde inconueniens. Nam Chriſtus operabatur valde multa miracula, quorum faciendorum poteſtas pēdebat a tota deitate, & concedebatur ei a deitate, vt per hanc oſtenderet ſe eſſe Meſſiam, & miſſum a Deo. Ioan. 5. ſcilicet: Opera enim, quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea, ipſa opera, quæ ego facio teſtimonium perhibent de me, quòd Pater me miſit. ideſt quòd ego inquantum homo ſum miſſus a tota deitate, quæ eſt maior Chriſto inquantum homo. Per hoc etiā Chriſtus valde præiudicaret probationibus ſuis. Sicut qñ aliquis in iudicio habet multas probationes, & aliqua earum, quæ eſt infirmior recipiatur a iudice tanquam maxima, & efficacior omnium: ſi per hoc ipſe habēs iſtas probationes renunciaret omnibus alijs, quę erant ſecundùm veritatem firmiores, aſtringens ſe ad iſtam, quam iudex firmiorem putabat, præiudicaret ſibi: quia poſtea forte illa non faceret plenam fidem, & caderet iſte a cauſa, qui renunciauerat efficacioribus probationibus: ita fuit de Chriſto, qui habuit multas probationes ad oſtendendum ſe eſſe Meſſiam, ſcilicet ex teſtimonio legis, & teſtimonio miraculorum, & ex dicto Ioannis Iudæi autem putabant efficaciorem probationem pro Ieſu eſſe teſtimonium Ioannis, & non erat. Ergo ipſe renunciaret alijs probationibus. ſ.

miraculis,

miraculis, & testimoniis legis astringens se solùm ad testimonium Ioannis si vellet aliquis negare illud, qđ poterat facere: quia Ioannes non ostendebat miraculum non manere aliquid, per quod Iesus postea probaret se esse Messiam. Ideo hoc modo dixit, quòd non accipiebat testimonium ab homine quasi illud esset totum testimonium, in quo fundabatur. Ipse tamen Iesus accepit testimonium Ioannis pro se, & vsus est eo contra Iudæos. Nam tria testimonia induxit ad probandum se Messiam. Ioan. 5. Primum fuit testimoniũ Ioannis, quod ille approbauit, dicens: vos misistis ad Ioannẽ, & testimonium perhibuit veritati, ideſt, verũ testimonium protulit de me. Si autem Iesus non reciperet illud testimonium, quod perhibuerat veritati: vt tamen per hoc non relinqueret Iudæis occasionem errandi putantibus maximum testimonium de Iesu, vel totum esse per dictum Ioannis dixit. Ego testimoniũ ab homine non recipio, exponendo vt supra. Postea tamen adhuc Christus magis laudat testimonium Ioannis dicens: Ego autem ab homine testimonium non accipio, sed hoc dico, vt salui sitis. Ego autẽ habeo testimonium maius Ioanne, quasi dicat. Ego non accipio testimonium ab homine, ideſt, non indigeo illo: cùm alibunde habeam testimonium sufficiẽs, quia ego testimonium maius habeo Ioanne, ideſt, maius quàm quod Ioannes præstat. Hoc dico, vt vos salui sitis, ideſt. Licèt ego non indigeam testimonio Ioannis, quia tamen vos libenter creditis Ioanni, ego allego testimonium eius pro me: vt per hoc mihi credatis, & vos salui sitis credendo in me. Approbauit ẽt testimonium Ioannis inquantum dixit, habeo testimonium maius Ioanne, in quo innuebat istud conueniens esse, & tamen aliud esse firmius illo. Secundum testimonium Christi est ex operibus miraculorum, quibus magis innuitur tanquam sufficientissimo testimonio, etiam si nullum aliud existeret, & de hoc dixit: Opera, quę dedit mihi Pater, vt faciam, testimoniũ perhibent de me. eod. cap. Tertium testimonium erat ex auctoritate legis, & Prophetarum, & de hoc dixit eo. cap. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis uitam æternam habere: & illæ sunt, quæ testimoniũ perhibent de me: apparet ergo quòd Iesus accipiat testimonium a Ioanne, & quomodo accipiat.

Iesus triplex testimonium adduxit contra Iudæos ad probãdũ se esse Messiam.

An Ioannes præcesserit Christum tamquam disponens ad illum, sicut lex Moysi præcedebat ad legem Christi. Quæst. XV.

QVAERITVR vlterius de Ioanne cùm dixerimus, an ipse præcedit Christum tanquam disponens ad illum, sicut lex Moysi præcedebat ad legem Christi. Dicendum quòd aliquæ similitudines sunt in hoc. Prima est quòd lex Moysi fuit bona, & a Deo data. Melior tamen ualde fuit lex Christi: quia illa erat imperfecta, ista autem perfectissima. Sic fuit de Ioanne. Nã ille bonus erat, & non solùm bonus, sed etiam excellentior omnibus hominibus. infra 11. scilicet: Inter natos mulierũ. &c. Christus tamen melior erat in immensum, sicut dixerat ipse Ioannes, scilicet, quòd non erat dignus procumbens soluere corrigiam calciamẽtorum Christi. Mat. 1. Secunda, quia Ioannes a Deo missus est, & eius missio prænunciata fuerat: Iesus autem missus est a Deo, quia est filius eius verus, & eius missio magis fuit prænunciata quàm missio Ioannis, quia omnes ferè Prophetæ de Christo aliquid locuti sunt, sicut dicitur Act. 11. scilicet: Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per ipsum. Sicut etiam dicit Paulus Act. 13. scilicet: Qui habitant Ierusalem, & principes eius ignorantes hunc, & voces Prophetarum, quæ per omne Sabbathum leguntur, pertẽrunt a Pilato, vt interficerent eũ. Et sic Paulus vult quòd omnes prophetæ testimoniũ perhibeant de Christo. de Ioanne tamen solus Isaias est, qui testimonium perhibet, & ita allegant omnes Euangelistæ. Hoc modo lex Moysi a Deo est, & lex Christi a Deo, & cũ lex Christi est a Deo per se, quia Christus qui erat Deus dedit per se ipsum istam legẽ, quia aperiens os suum docebat discipulos suos de regno Dei infra 5. lex autem Moysi data quidem est a Deo sed per medium Moysi. Et alij multi modi differentiæ sunt legis Christi ad legem Moysi quantum ad perfectionem, de quibus dicetur in libro nostro de quinque legibus. Tertium quia lex Moysi data fuit non propter se, sed vt esset dispositio ad legem Christi, quia fuit lex Moysi sicut pedagogus. ad Gal. 3. Lex autem Christi propter nullam est, sed per se ipsam. Ita Ioan. fuit respectu Christi, quia Ioan. non fuit pp se ipsum, sed missus est pp Christũ, vt manifestaret Deũ. Ioã. 1. & 3. & Act. 13. Christus autem pp nullũ venit: sed quia ipse erat, qui vltimò sperabatur tanquam ablaturus peccata seculi; sicut dixit Ioannes. Ecce qui tollit peccata mundi. Ioan. 1. Quartum quia lex Moysi non fuit data, vt semper dimittatur, sed solùm, ut maneret vsque ad tempus illud, quo Messias veniret ad quem esset sufficientem ad testificandum de Christo: Gala. 3. scilicet. Lex propter transgressiones posita est: donec veniret semen, cui promiserat, ideſt, semẽ istud, de quo facta erat repromissio, scilicet, Messias, q erat semen, in quo benedicendæ erant omnes gentes. eod. cap. lex autem Christi data est, vt semper duraret, scilicet, vsque ad finem seculi. Et si mundus duraret in isto statu in æternum, lex quoque ista duraret in æternum. Non sic fuit de Ioãne, quia ille non fuit missus ad semper manendum, uel ad hoc quòd officium eius semper maneret, sed ad officium quod in breui tempore consumendum erat, & consumatum est, sicut dixit Paul. Act. 13. s. Cùm impleret autem Ioãnes cursum suum, ideſt, officium suum, dicebat: Ecce venit post me &c. Christus autem duraturus erat in æternum, non solùm autem quantum ad personam suam, quæ semper manet, vt patet ad Hebræos. 13. s. Christus est heri, & hodie, & ipse in secula, ideſt, semper durans, sed etiã quantum ad legem suam, quæ semper manebit, cui alia nõ succedit, cùm ipsa sit perfecta, quæ ad nullam ordinatur. Quintum quia lex Moysi aliquo tempore concurrit cum lege Christi, licèt pauco, ita & Ioãnes cũ Christo. Patet hoc, quia lex Moysi concurrit cum lege Christi ab illo tempore, quo Christus cępit prædicare vsque ad perfectam publicationem Euangelij. Nam tunc poterat obseruari lex Christi, vel Moysi, & vtraq; proficiebat. Completa autem Euangelij publicatione, sola lex Christi cępit currere sepulta iam lege Moysi. De cessatione autem legalium quomodo cessauerint, vel quamdiu habuerunt virtutem, dicetur Act. 15. vel ad Gala. 4. aut. 5. Ita fuit de Ioanne. quia ipse præcessit Christum prædicando populo, & baptizando, & postea aliquanto tempore cõcurrit cum Christo, in quo tempore prædicabant simul Ioannes & Christus, & simul baptizabant. Sic dicitur Ioannis. 3. quòd discipuli Ioannis dixerunt ei. Rabbi ille, qui erat tecum trans Iordanem, cui & tu testimonium perhibuisti, ecce baptizat, & omnes veniunt ad eum. Pauco tamen tempore Ioannes durauit, quia postquam Christus cępit prędicare quasi illico Herodes tenuit Ioannem, & decolauit eum, vt colligitur. Luc. 3. & de hoc infra 14. Sextum quia eo tempore, quo lex Moysi, & lex Christi concurrerunt, vna semper minuebatur, scilicet, lex Moysi: & alia, scilicet lex Christi totaliter exaltata est, & lex Moysi omnino cessauit, nisi in quibusdam paucis misteris, & excęcatis, qui tamen aliquando conuertentur: ita ut lex Moysi non maneat usque in finem ſę culi. Sic dicitur ad Roma. 11. scilicet. Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc. i. secretum, ut non sitis uobis ipsis sapientes, quia cęcitas ex parte contigit in Israel, donec intraret plenitudo Gentium, & sic omnis Israel saluus fieret. An tamen intelligatur de omnibus Iudeis: ita quòd nullus perueniat ad finem ſęculi, declarabitur eo. cap. ita fuit de Ioanne ad Christum, quia quamdiu ambo concurrerunt, minuebatur quotidie fama Ioannis, & discipuli eius: & augebatur fama Christi, & conueniebant ad eum omnes, sicut dixerũt discipuli Ioannis ad eum. s. Ille, cui perhibuisti testimonium baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Ioannis. 3. Ioannes, quoque hoc audito dixit. Illum oportet crescere, me autem minui. eod. cap. i. necesse est, ut ille crescat in fama, & ego minuar in fama propter eius præsentiam. Et dedit causam. s. qui desursum uenit, super omnes est: qui autem de terra est, de terra loquitur. Quasi dicat: Ego de terra sum, quia sum purus homo, de terra natus: ille autem de cęlo venit, quia est uerus, & naturalis filius Dei: ideo ille super omnes est: ideo non est mirum, quòd crescat, & inea minuatur. Hoc etiam patet, quia Pharisæi murmurabant videntes, q plures discipuli sequerentur Christum, quàm Ioannem. Ioan. 4. Vnde Christus audiens istam murmurationem, voluit recedere de Iudæa: vbi erant ipse, & Ioannes, & reuersus est in Galilæam, vt non concurreret cum Ioanne: & auferret locum murmurationi. eodem capitulo.

An Ioannes fuerit testis idoneus ad perhibendum testimonium Iesu, quòd esset Christus. Quæst. XVI.

QVAERITVR ulterius, an Ioannes Baptista fuerit testis idoneus ad perhibendum testimonium de Iesu, quòd esset Christus. Dicendum quòd sic. Primò quia adiuuabat eum diuina auctoritas, cùm de eo prænunciatum esset per Isaiam, quòd venturus esset ad parandum viam Domini: ut patet in litera: & Luc. 3. & Beatus Marcus dixit, quòd iste est, de quo dictum est per Isaiam. Ego mitto Angelum meum ante faciem tuam. Mar. 1. Et ex hoc ei credendum erat. Nam etiam isto modo Iesus probat se esse Messiam usus auctoritate scripturarum contra Iudæos, cùm ait. Scrutamini scripturas, quia uos putatis in ipsis uitam æternam habere: & illæ sunt, q testimonium perhibent de me. Ioan. 5. Ioannes quoque sic ẽt asserebat de se dictum esse per Isaiam. Nam cùm Iudæis quærẽtibus, an esset Christus, ideſt, Messias, ille respondisset, non: & ipsi quærerent quid esset, dixit: Ego uox clamantis in deserto, dirigite uiã Domini, sicut dixit Isaias propheta. Ioan. 1. Secundò patet esse Ioannẽ testem idoneum, quia ita ab omnibus reputabatur. Nam non solùm Iudæi credebant eum esse sufficientem ad testificandum de Christo: sed etiam putabant eum esse Christum. Et ob hoc quęsierũt ab eo, an esset Christus. Ioan. 1. Et patet magis clarè quòd ipsi crederẽt eum esse Christum sicut dixit Paulus Act. 13. scilicet, cum impleret autem Ioannes cursum suum, dicebat: Quem me arbitramini esse, non sum ego: sed ecce uenit post me, ideſt: Vos arbitramini me esse Messiam, & non sum: sed ecce ille uenit post me. Istud autem sufficiebat ad faciendũ Ioannem testem idoneum, etiam si aliàs in ueritate non esset. Vnde melius erat quantum ad probationẽ faciendam eum apparere toti populo testem idoneũ, & non esse, quàm quòd uere esset testis idoneus, & nemo eum talem iudicaret. Sic patet in probationibus syllogisticis, quæ debent procedere ex ueris, uel saltem ex his, quæ uidentur uera respondenti. primo Poste. Et conuenientius aliquis argueret probando per ea, quæ uidentur respondenti uera, etiam si non sint, quàm si probet per ea, quæ sunt simpliciter necessaria: & tamen non uidentur talia respondenti. Idem apparet in probationibus iudicialibus: quia aliquando per id quod falsum est probatur aliquid: sicut per quasdam præsumptiones, quas iura uocant uiolentas, & per alias, quæ uocantur præsumptiones iuris, & de iure, contra quas iura non admittunt probationem, & cum omnibus illis potest subesse falsum, quia cùm iura reputant eas conuenientes, sufficiunt. Sic etiam aliquid in iudicio interdũ probatur per falsos testes: Et quia non constat illos esse falsos recipitur probatio eorum tanquam firmissima, & interdum probatur aliquid per ueros testes. Et obiectis eis quibusdam exceptionibus de iure nõ tenet eorum testimonium. Ad hoc ergo quòd aliquis testis sit idoneus, vel testimonium eius conueniens, nihil magis sufficit, quàm quòd ille talis ab omnibus reputetur, & pro tali indubitanter teneatur. Ita erat de Ioanne, qui ab omnibus talis reputabatur: ergo erat idoneus testis. Tertiò patet ex sanctitate vitæ. Nam vna de conditionibus, quas iura requirunt in teste, est bona vita: & ista est præcipua, immo quasi totum quod reddit aliquem habilẽ ad testificandum. extra de verbor. significat. cap. forus. Istud autem erat in Ioanne. Nam non solùm erat bonus, sed etiam sanctus, & sanctissimus. Nam vita sua erat austera valde supra omnes homines: vt patet in litera. Vnde Iudæi mirabantur quomodo in corpore humano posset esse tantæ austeritatis toleratio, vt ait Chryso. super Ioannẽ. Ideo putabant esse aliquod diuinum in eo, & sine aliqua probatione credebant sibi quidquid diceret. Quartò patet ex effectu. Nam Iudæi ei valde credebant. Et cùm ipse testimonium perhibuit de Iesu, quòd esset Messias, duo de discipulis Ioannis statim secuti sunt illum. Ioan. 1. Multi quoq; alij Iudæorum credebant in Iesum propter testimonium Ioannis, vt patet Ioann. 10. scilicet: Et multi venerunt ad eum, & dicebant: Omnia quæcunq; dixit Ioannes de isto vera erant, & multi crediderunt in eũ. Quintò patet quia testimonium Ioannis concordabat veritati, scilicet, quia approbabatur miraculis. Nã id, quod asserebat Ioannes de Iesu, scilicet, esse Messiam, asserebat Ioannes de seipso, & confirmabat hoc miraculo. Ioan. 5. Et non poterant miracula mentiri: ideo apparebat Ioannis dictum esse verum. Item confirmabatur hoc voce Dei, quia cùm Christus baptizatus est, aperti sunt cœli, & Spiritus sanctus descendit super ipsum in specie columbæ, & vox Patris audita est, dicentis: Hic est filius meus dilectus. infra in litera: & Luc. 3. & Mar. 1. Item concordabat auctoritatibus Sacræ Scripturæ: Nam illa testimonium perhibebant de Iesu, quòd esset Messias, sicut Christus dixit Iudæis: Scrutamini scripturas, quia illæ testimonium perhibent de me. Testimonium autem scripturæ non potest esse falsum: quia est per Spiritum sanctum dictata. 2. Pet. 1. Cum ergo dictum Ioannis concordaret Sacræ Scripturæ: apparebat manifestè ipsum verum dicere. Et sic erat testis idoneus, tamen testis propter testimonium quæritur.

An Ioannes solum prædicaret in deserto, vel etiam discurreret per loca sicut Christus. Quæst. XVII.

QVAERITVR, an Ioan. solùm prædicauit in deserto, vel discurrebat per loca ad prædicandum, sicut Christus, qui dicebat: oportet me euangelizare aliis ciuitatibus. Quidam dicunt, quòd Ioannes discurrebat prædicando per ciuitates:

Prima ratio Opinio.

Universidad de Navarra
Biblioteca

tates: quia ipse imitaturus erat Christum, quem venerat annunciare: Christus tamen per diuersa loca discurrebat: & apostolis, & discipulis iubebat ire per diuersa loca. infra Ioan. & Luc. 9. & Ioan. sic ergo facere

Secunda rō. debuit Ioannes. Secundò patet, quia hoc conueniebat intentioni Ioannis, Nam ipse venerat, vt annunciaret Christum omni populo. Act. 13. scilicet, prædicante Ioanne ante faciem aduentus eius baptismum pœnitentiæ omni populo Israel. Non poterat tamen prædicare omni populo, nisi discurreret per loca: ergo per totam terram Iudæorum discurrebat.

Prima ratio Opin. 2. Alij dicunt, quòd Ioannes solùm prædicauit in deserto. Et patet primò: quia dicitur hic, venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudeæ, & magis clarè dicitur Marc. 1. scilicet, fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans: ergo ibi erat, & non discurrebat.

Secunda rō. Secundò patet, quia dicitur, quòd Ioannes habebat pro esca locustas, & mel syluestre, vt patet infra in litera, & Mar. 1. Iste tamen erat cibus deserti: nec posset habere illum in ciuitatibus, si per diuersa loca discurreret: scriptura tamen ponit istum cibum Ioannis, quasi semper illo vsus fuerit: ergo semper erat in deserto. Tertiò patet quia si Ioannes discurreret per Vrbes ad prædicandum non oportebat, vt aliqui conuenirent ad eum, & tamen dicitur, quòd exibat ad eum omnis Iudæa & omnis regio circa Iordanem: vt patet infra in litera: & Mar. 1. Ergo non discurrebat ipse per

Tertia rō. Quarta rō. loca. Quartò patet, quia si per loca discurreret, nullus locus esset, ad quem magis iret, quàm ad Hierusalem: quia erat ciuitas famosissima, & illuc concurrebant omnes Iudæi propter sacrificia, & orationem in templo faciendam. Et tamen non iuit Ioannes in Ierusalē cùm dicatur infra in litera, quòd exibat ad eum Ierosolyma, & Mar. 1. quòd egrediebantur ad illum Ierosolymitæ vniuersi: ergo non iuit in Ierusalem. Quin-

Quinta rō. tò patet, quia infra 11. Christus laudans Ioannem corā turba dixit: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? &c Si tamen Ioannes discurrisset per Vrbes, non dixisset Christus populo, quid existis videre in desertum: sed, quid vidistis in ciuitatibus vestris. Ergo Ioannes in deserto semper erat, & non

Responsio ad quæsitū quæstionis. discurrebat. Dicendum, quòd Ioannes in principio prædicationis suæ erat in deserto Iudææ, in quo tota vita priori conuersatus fuerat, & cùm incepisset prædicare in ipso deserto, audita fama illius, scilicet, quia tam austeram vitam ageret: & etiam, quòd incepisset baptizare, quòd nemo ante eum fecerat, concurrebat ad eum totus Israel de omnibus Ciuitatibus. Et hoc est quod dicitur infra in litera, scilicet, tunc exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem. Postea autem Ioan. declinabat ad loca propinqua Iordani: vt ibi in Iordane baptizaret Iudæos: quia fortè in deserto in loco, in quo ipse prius fuerat, non erant aquæ multæ: in Iordane autem totus populus poterat baptizari. Et hoc dicitur Luc. 3. s. Factum est verbum Domini super Ioannem in deserto. Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptismum: Et sic in deserto factum est verbum Domini ad ipsum. Et de deserto descendit ad Iordanem. Ioannes tamen non discurrebat per loca, ita quòd iret ad prædicandum in ciuitatibus: sed manebat in eremo circa Iordanem: & aliquando ibat ad partem superiorem Iordanis, & aliquando ad inferiorem. Et hoc significatur Luc. 3. cùm dicitur. Et venit in omnē regionem Iordanis, ideſt, nō ſtabat ſemper in eodem loco apud Iordanem, ſed aliquando ad vnam partem eius, aliquando ad aliam. Putant autem aliqui, quòd venit in omnem regionem Iordanis, ideſt, ad omnes ciuitates, quæ erant circa Iordanem, quæ uocantur regio Iordanis, & falsum est: qa infra in litera: & Mar. 1. dicitur quòd isti, qui veniebant ad Ioannem baptizabantur ab eo in Iordane. Et tamen non poterant baptizari in Iordane omnes, nisi Ioannes maneret apud fluuium. Quod autem aliquādo declinaret ad aliqua loca, non est inconueniens, non tamen ibat illuc ad prædicandum principaliter: quia prædicatio sua, & baptismus erat apud fluuium. Interim tamen Ioannes declinabat ad alia loca, quia erant ibi aquæ multæ: & habebat ibi opportunitatem ad baptizandum paret. Ioann. 3. scilicet: Erat autem Ioannes baptizans in Aenon, quia aquæ multæ erant illic: & veniebant, & baptizabantur. Et sic non iuit ipse in locum illum, vt prædicaret in loco, sed quia habebat opportunitatem ad baptizandum propter multitudinem aquarum: ita etiam de quibusdam alijs locis dici potest, quòd Ioan. iuerit ad illa, non vt in eis prædicaret, sed vt apud illa baptizaret propter multitudinem aquarum, & tamen semper dicebatur Ioannes manere in deserto, quia nō elongabatur ab eo, & ista etiam loca in deserto erant, & Iordanis fluuius per desertum Iudææ transit. Nam in isto deserto erant sex ciuitates. Iosue 15. & supra dictum est. Ad primum argumentum dicendum quòd licèt Christus discurreret per loca, non debebat Ioannes imitari Christum per omnia: sed in multis ei dissimilari, sicut supra declarauimus, quòd præcepta Ioannis non debebāt esse sicut præcepta noui testamenti: ita & in nouo non se debuit habere Ioannes per omnia sicut Christus: cum Ioannes ordinaretur ad Christi tanquam id, quod est in finem ad ipsum finem: & nō erat Ioannes in eodem statu, in quo Christus: quia Ioannes erat adhuc in statu veteris testamenti. Christus autem inchoabat statum noui testamenti. Discipuli autem Christi debuerunt eum per omnia imitari: quia erant in eodem statu. Et ad hoc erant, vt Christū imitarentur, non autem Ioannes, maximè quia cōtra intentionem Ioannis erat, & Dei mittentis eum, quia ipse imitaretur Christum discurrendo per loca, sicut ipse, vt dicetur in sequenti responsione. Ad secūdum dicendum, quòd non erat necessarium Ioanni prædicare discurrendo per loca ad hoc, quod notificaret Iesum esse Messiam: immo non erat conueniens, q discurreret, sed quòd maneret extra vrbes in deserto: & omnes accurrerent ad illum. Et hoc propter duo. Primò quia non volebat Ioannes denunciare Iesum esse Messiam omnibus Israelitis diuisis per loca: sed potius denunciare illis simul manentibus: vt denunciatio esset maioris efficaciæ, quæ fieret quasi toti Israel congregato magis quàm si fieret Israelitis diuisis per loca. Istud autem contingeret manente Ioanne in deserto, & confluente ad eum toto populo Israel. Quia tunc omnibus simul annunciaret de Christo. Sic autem fiebat, cùm dicatur infra, q exibat ad Ioannem Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem. Si autem Ioannes discurreret per singula loca, non conuenirent ad eum de omnibus locis: quia expectarent, quòd adhuc ipse ad illa loca iturus esset, vel saltem non conuenirent multi. Nunc autem scientes Ioannem non venturum ad aliqua loca, omnes quotquot desiderabant audire eum, exibant in desertum, & sic conueniebat ad eum quasi tota Iudæa, & tunc posset illis congregatis conuenienter annunciare de Christo. Secūdo expediebat sic fieri propter Iesum. Quia non solùm Ioannes annunciarius erat Iudæis de Messia, sed etiam ostensurus erat eum digito suo, sicut cùm dixit: Ecce agnus Dei. Ioan. 1. Ad hoc autem necesse erat Iesum esse præsentem, q Ioannes prædicabat populo. Si autem Ioannes discurreret per diuersa loca, oportebat, quòd Iesus comitaretur eum prædicantem per singula loca: vt ibi posset ab eo ostendi populo: aliter non posset eū ostendere.

Quod

Quod tamen Iesus sequeretur Ioannem prædicantē per loca erat indecens nimium. Nam ipse uideretur famulari Ioanni, & minor eo: cùm tamen Ioannes de eo dicturus esset, quòd non erat dignus soluere corrigiā calciamentorum eius. Etiam ex hoc dabatur locus suspitioni, scilicet, quòd Ioannes, & Iesus conuenissēt inter se, ut ille istum Messiam assereret. Non ergo decebat sic fieri. Nunc autem conueniente tanta Gente Iudæorum ad Ioannem in desertum, Iesus ibi quasi casu staret: Ioannes coram toto populo ostēdit istum esse Messiam. Et tunc non erat aliqua suspitio, quòd falsè Ioannes Iesum assereret Messiam: quia inter eos nulla familiaritas apparebat, nec erat. Fuit ergo conueniens, quòd Ioannes in deserto prædicaret, & illuc totus populus conflueret, & non discurreret per loca.

Ad argumenta alterius partis respondendum non erat: quia verum supponunt, scilicet Ioannem non discurrisse per loca. Ne tamen aliquis putet Ioannem semper mansisse in deserto, ideſt in eadem parte Eremi, in qua vixit antequam inciperet prædicare, & baptizare, dicendum est sicut supra, scilicet, quòd Ioannes non elongabatur a deserto, licèt declinaret ad diuersas partes ipsius deserti propter oportunitatem aquarum ad baptizandum, & aliquando veniebat iuxta aliquas vrbes non vt in eis prædicaret, sed propter aquas, quæ erant iuxta illas, sicut dictum est supra de Enon, & patet Ioan. 3. Ideo ad primum dicendum, q Ioannes prædicauit in deserto Iudææ: non est tamen sensus, quòd semper in eodem loco, sed declinabat ad partes diuersas propter causam dictam. Ad secundum dicendum, quòd Ioannes non solùm ante prædicationem vius est isto cibo, scilicet, locustis, & melle, sed ēt quamdiu prædicauit, & vsque ad mortem, vel saltem viquequo teneretur in uinculis ab Herode. Poterat autem habere istum cibum semper, quia licèt non maneret semper in eadem parte deserti, sed ad diuersas, nec inueniebat illum in quacumq; parte deserti: quia paucam terram discurrit: & est totum istud desertum eiusdem conditionis, ut ubique locustæ: & mel inueniantur. Ad tertium dicendum quòd uerum est, quòd non discurrebat per loca, ita quòd in illis prædicaret, sicut Christus faciebat. Ad quartum, & quintum eodem modo dicendum est concedendo illa: quia solū probant quòd Ioannes semper staret in deserto, & nō discurreret per loca, quod uerum est: non tamen negant quin de una parte deserti ad aliam transiret,

Quare Ioannes dixit, pœnitentiam agite.
Quæstio. XVIII.

QVAERITVR quare Ioannes dixit hic: pœnitentiam agite. Dicendum quòd Ioannes uenerat ad faciendum duo, ut supra dictum est, scilicet ostendere Iesum esse Christum: & disponere populum ad suscipiendam legem illius. Ad vtrumque autem istorum erit necessarium, quòd populus faceret pœnitentiam. De primo patet, quia Messias, quem Ioannes ostensurus erat populo, erat totū bonum, quod tamdiu Iudæi expectauerant, & quod promissum fuerat tāquam benedictio ipsorum. Gen. 12. scilicet. In semine tuo benedicentur omnes tribus terræ. Et intelligitur de Christo, vt ait Apostolus ad Gal. 3. Debebant ergo Iudæi esse digni ad hoc, quòd Messiam reciperent, ut mererentur participare de bonis eius. Efficitur autem homo dignus uel dispositus secundum quòd anhelat ad opera alicuius perfectionis, & se exercet in illis. Hoc autem non potest fieri, nisi quis recedat a uitiis, quibus prius inuoluebatur: ideo oportet recedere ab illis, & non solùm recedere, sed se pro illis punire. Vt sicut homo displicuit Deo per illos actus uoluntati suæ, uel desiderio satisfacere volens, ita contra uoluntatem suam faciat patiendo aliquid quod absolutè non uellet. Et ista propriè est adæquatio facta per iustitiam, scilicet, vt qui voluit habere de lucro magis quàm debuit, cogatur pdere quod non uult. Et qui voluit delectari, qualiter non debebat aliquem per hoc contristando, cogatur per dolorem suum illi satisfacere. Sic patet. 5. Ethic. Et ista est adæquatio iuris pertinentis ad iustitiam ad quæstionem faciendam iudices constituuntur. Pœnitentia aūt prout in presenti accipitur continet ista duo, scilicet, a peccato recedere dolendo de illo, & aliquam pœnam pro illo subire. Ideo ad ista duo Ioannes hortabatur populum dicens quòd pœnitentiam agerent, & tunc esset via, vt ostenderentur ad actus alicuius perfectionis, per quos disponerentur ad recipiendum dignè Messiam. Secundum erat quòd populus erat disponendus ad suscipiendam legem Christi. Et quia illa erat excellentior lege Moysi, scilicet de actibus perfectioribus: oportebat quòd populus se exerceret in aliquibus actibus perfectioribus, quàm illi, qui imperantur a lege Moysi. Et talia erant omnia, quæ imperabantur a Ioāne. Non potest tamen quis ostendere ad excellentem actum virtutis, nisi prius a conuersatione vitiorum recesserit. Istud autem fit primo si pœnitentiam agerēt: deinde iniungerentur eis opera alicuius perfectionis, sicut ipse dixit Luc. 3. scilicet, qui habet duas tunicas, det vnam non habenti. Quomodo autem per pœnitētiam appropinquet regnum cælorum: & quòd sit illud regnum cælorum, tactum est supra exponendo literam: sed magis dicetur sequenti. c. q. 90. 91. 92. 93. & 94. vbi eadem verba Christus dixit.

Quare omnes Euangelistæ faciunt mentionem de Ioanne.
Quæst. XIX.

QVAERITVR quare omnes Euangelistæ fecerunt tantam mentionem de Ioanne: nam omnes de illo tetigerunt. Quidam dicunt hoc fuisse pp sanctitatem Ioannis: quia fuit sanctior omnium hominum. Cùm Christus dixerit: Inter natos mulierum &c. infra 11. Ideo maior mentio de illo debuit fieri quàm de omnibus aliis. Dicendum, q non stat propter duo. Primò quia si propter sanctitatē magnam fit ista mentio de Ioanne, de omnibus alijs sanctis veteris testamenti fieri deberet mentio, vel saltem de sanctioribus: sicut de Elia, & Eliseo, qui erant tam sancti, & fecerunt multa miracula, vt patet Exod. 3. & 4. Regum. Sic etiam de Moyse, qui fuit Deo tam acceptus, quòd Deus illum laudauit, dicens illum esse fidelissimum in tota domo sua. Numeri. 12. & ad Hebræ. 3. Sic etiam de septem fratribus Machabæis cum matre sua, qui pro lege Dei atrocissimas mortes subierunt. 2. Machabæo. 7. & de Eleazaro scriba, qui ex simili causa passus est. 2. Machabæorum. 6. Ita de cæteris quos Apostolus ponit in Cathalogo sanctorum ad Hebræ. 11. De istis tamen non fit aliqua mentio per aliquem Euangelistarum: nisi a casu introducatur aliquid de aliquo eorum inquantum pertinet ad historiā Christi, vt infra dicetur: ergo non ponitur vita Ioannis ab Euangelistis propter sanctitatem eius. Secundò patet, quia manifestum est Beatam Virginem fuisse sanctiorem Beato Ioanne, quod tota Ecclesia asserit, & irrefragabiliter, atque sine conditione tenetur ab omnibus, ratio quoque istud inducit, quia ista sanctitas tam excellens collata est Ioanni propter Christū, quia

futurus

Universidad de Deusto
Biblioteca

futurus erat præcursor,& annunciator eius: Virgini autem data est sanctitas excellens,quia futura erat mater Dei. Incomparabiliter tñ maius est esse matrem Dei, quàm præcursorem eius:ergo quasi incomparabiliter magnitudo gratiarum, & sanctitatis virginis debuit excedere sanctitatem Ioannis. De quo magis dicetur infra 11. De Virgine tamen paucissima tanguntur in Euangelijs,& non ab omnibus Euangelistis,& adhuc ibi non tanguntur inquantum pertinent ad ipsam, sed inquantum pertinent ad Christum:ergo non ponitur vita Ioannis ab Euãgelistis propter sanctitatem suam. Dicendum, quòd circa Ioannem duo faciunt Euangelistæ. Primum est,quòd plura dicunt de ipso,quàm de aliquo homine propter Christum, cuius Euãgelia sunt. Nam etiam de Virgine non tanguntur tot, maximè considerando ea, quæ dicit Lucas. Secundum est,quòd omnes Euangelistæ conuenerunt in dicẽdo de Ioanne. Et istud est specialius magis, quàm in Virgine. Nam licèt de Virgine multa dicat Lucas: Marcus tamen nihil omnino dicit. Matthæus verò,& Ioã. paucissima. De Ioanne tamen omnes multa dixerunt, & maximè Lucas, & Ioannes: ideo fuit aliquid valde speciale in eo. Considerandum, quòd sicut declaratũ est supra in prologo nostro in quibusdam quæstionibus,scilicet. 17.& 28.& in aliis autem instans intentio omnium Euangelistarum fuit enarrare omnia gesta, & dicta Christi inquantum illa sunt necessaria, vel vtilia ad salutem nostram, scilicet, ad fidem, & ad instructionem necessariam in moribus: tractare autem de aliquo alio erat eis omnino alienum, & præter intentionem ipsorum,immo inartificiosè agerent. Sicut si quis vellet condere librum de Geometricis,licèt consideratio de Deo sit excellentissima nihil debet interponi ibi, de illa, vbi accideret ad declarationem ipsorũ Geometricorum, quæ intenderet auctor vtilem esse aliquam considerationem theologicam. Sicut accidit sæpissime circa omnes artes. Nam ,& naturalis vtitur geometricis, vt facit Arist.primo,& 6.Phi.loquens de partibus animæ,& de periferia tetragoni,& de diametro & costa. 3. Ethic. Et ita contingit circa cæteras artes, & partes earum. Idem etiam fit in narrationibus historicis,quibus interdum ad explanationem eorum, quæ dicuntur, necesse est interponi aliqua naturalia, aut astrologica. Et sic de alijs considerationibus. Et maxime faciunt hoc poetæ, cùm enarrant aliquid historicum:sicut Lucanus,qui multa interponit astrologica: plurima autem ponit Ouid. in lib. Fastorum. Et ita de Virgilio, & cæteris. Euangelistæ autem solùm intendunt enarrare ea,quæ ad Christum pertinent:qa tamen illa interdum non possunt conuenienter enarrari, nisi interponantur quædam pertinentia ad alios inquantum aliquo modo tangunt gesta Christi:oportet quòd interdum de quibusdam alijs dicant. Sic patet de Dauid de quo fit mentio infra 12. & Luc.6.nõ quidem,quia vellẽt narrare aliquid de Dauid, sed quia Christus allegauit factum eius ad excusationem Apostolorum euellentium spicas in sabbatho.Sic etiam fit mentio de Moyse, & Elia infra 17.& Mar.9.& Luc.9. scilicet,inquantum apparuerunt loquentes cum Christo qñ transfiguratus est. Sicut ẽt fit mentio de malis, sicut de Herõ.& Archelao.præcedenti.cap.& de Caipha, & Pilato.infra 16.& 17.scilicet,inquantum isti persecuti sunt Christum, & impossibile erat enarrare ea, quæ Christus passus est plenè,& intelligibiliter,nisi isti nominarentur,& aliquid de factis eorum scriberetur, Nullius tamen gesta quantuncumque sanctissimus ille sit, describuntur, vel saltem nominantur ab aliquo Euangelista ex ea parte, qua non tangunt historiam Christi. Et ista est causa quare de Beata Virgine quædam narrantur, & alia subticentur. Nam quomodo

F

G

H

I

K

Christum cõceperit, & pepererit, & similia narrantur ibi, vt patet supra primo, & præcedenti. cap. & Luc.1. & 2. Cætera autem de uita Virginis,quæ ad historiam Christi non pertinent, licèt illa essent relatu dignissima, nullus Euangelistarum saltem tetigit, quia de eorum consideratione non erant. De Ioanne autem eodem modo dicendum est, quòd non dixerunt Euangelistæ aliquid de eo propter sanctitatem suam,sed inquantum gesta eius pertinebant ad Christum. Secundum tamen, quòd licèt omnia,quæ Euangelistæ narrãt,ad Christum pertineant, & nihil alienum intẽpo-
nant: quædam cùm sunt magis necessaria de ge.lis,& dictis Christi quàm alia. In illis autem quæ non sunt maximè necessaria, licèt sint ualde vtilia, quidam eorum illa tetigerunt, & alij omiserunt. In eis verò,quæ erant omnino necessaria, nullus eorum tacuit,licèt gedam plura, q̃ alij in eadem re dicant. Christus aũt non venit ad aliud, nisi vt nos redimeret. Ex Euangelio ergo duo debent principaliter colligi,scilicet,quòd Christus nos redimeret, & qualiter ad participandum fructum istius redemptionis perueniamus, quod fit per rectitudinem vitæ regulatæ per præcepta Christi. Et ob hoc cùm inter præcepta Christi quædam sint maximè necessaria, illa omnes Euangelistæ posuerunt. Alia autem sunt non tã necessaria,& illa subticuerunt quidam, scilicet,Marcus,& Ioannes,qui plurima de ceptis Christi tacuerunt. Lucas autem, & Matthæus illa descripserunt plenissimè. Quod autem Christus nos redimeret, pendet ex duobus. Primum est,quòd fuerit talis qui potuerit nos redimere. Secundum est, quòd fecerit illum actum, per quem nos redimi deberemus. Primum erat ,quòd Iesus esset Deus, sus Messias, quia nemo alius redimere poterat. Secundum est, quòd mortuus fuerit violenter pro nobis, cùm iste modus determinatus esset à Deitate, per quem nos redimeremur. Ista ergo duo erant precipua , quæ Euangelistæ debebant enarrare , ostendere, scilicet, Iesum esse Messiam , & ipsum pro nobis esse mortuum. Hæc autem duo omnes Euangelistæ explicuerunt. Ideo, licèt primus eorum plenè passionem enarrasset,cæteri plenè etiam retu-
runt, ac si nemo alius tetigisset;ostẽdentes,quòd ista esset de principali intentione eorum. Tertium autem .s.Christum esse Messiam oẽs ostendunt. In hoc in-
siderandum,quòd sunt multi modi probandi Christum esse Messiam:& possunt ad tres reduci,scilicet. Probatio per miracula:& per scripturas & per testimonium Ioannis. Istos tres modos probationis de seipso ponit Christus Ioan.5. Primò ponens testimonium Ioannis, deinde miracula: & postea mittit Iudæos ad conside-
rationem scripturarum quæ testimonium perhibent de ipso. Istos modos tetigerunt Euangelistæ. Quamen satis est probari Iesum esse Messiam,etiam per vnicum modum probetur, dum tamen sufficienter probetur,non oportuit,quòd omnes Euangelistæ assumerent istos tres modos,sed satis erat,quòd tangerent aliquem eorum: & ita factum est, quia solus Marcus tetigit omnes tres, ut infra dicetur, alii autem retulerant solùm duos. Inter istos autem tres modos probationis maximè necessarius est per miracula: quia minus potest obiici contra miracula. Etiam quia miraculum probat tam contra Gentiles, quàm contra Iudæos. Etiam quia miraculum non solùm probat esse Messiam,sed etiam esse uerum Deum. Et sic potuit Christus istam tanquam maximam probationem, dicens: Ego testimonium ab homine non accipio: Opera enim quæ dedit mihi pater, ut faciam, ipsa testimonium perhibent de me. Et tunc dixit: Ego testimonium habeo Ioanne,scilicet,per miracula.Ioan.5. Modus probandi per testimonium scripturarum est ca-

cax contra Iudæos,& tamen nihil ualet contra Gentiles:ideo valde minor est, quàm operatio miraculorũ, quia ad pauciores extenditur. Etiam quia non tam efficaciter,nec tam apertè probant. Probatio autem per testimonium Ioannis etiam minor est, quàm probatio per miracula. Quia licèt aliquid proficeret testimonium Ioannis contra Iudæos, nihil proficiebat contra Gẽtiles. Etiam quia miraculum efficatius probat, non enim potest falli nec obiici contra istud. Ioannes tamen poterat errare,quia homo erat, maximè cũ non ostenderet aliquod miraculum ad probationem dicti sui. Ideo Christus dixit. Ego testimonium ab homine non accipio, idest, non accipio testimonium Ioannis tanquam maximum, uel in quo me totaliter fundam,Ioan.5. Et iterum ibi, scilicet. Ego testimonium maius habeo Ioanne. Dicendum tamẽ,quòd testimonium Ioannis erat magis efficax contra Iudæos,quàm per scripturas. Nam licèt auctoritas sacræ scripturæ sit maior quàm cuiuscunque hominis:immo maior quã omnium hominum simul sumptorum: tamẽ non est determinata,sicut erat testimonium Ioannis. Nam in ea solùm dicitur de loco, & tempore,& quibusdam conditionibus Messiæ: non tamen determinatur ipsa persona:ideo poterat esse dubium, quis esset ille, cui illa competebant,uel de quo dicebantur. Ioannes autem determinatè dixit de Iesu,quòd erat Messias: ostendens eum digito, & dicens: Ecce agnus Dei, &c. Ioan.1. Et sic maxima harum probationum est per miraculum, media est per testimonium Ioannis, minima est per auctoritatem scripturæ. Ob hoc autem omnes Euangelistæ tetigerunt duas illarum,scilicet,miracula,& testimonium Ioannis. Et quia probatio per miraculum est maxima, nihil est,in quo Euangelistę magis immorentur quàm enarrando Christi miracula, vt patet ex libris suis. Quia tamen ad probandum deitatem sufficit quodcunque miraculum, etiam si unum: non oportet quòd tot miracula ponat unus Euangelista sicut alius. Et patet,quia Ioannes pauciss. rum,sed tangit alia,quæ nemo aliorum dixerat: sicut de suscitatione Lazari.Ioan.11. & de cęco nato.Ioan. 9.& quædam alia Ioan. 5. Sed dicetur cùm vnicum miraculum sufficiat ad probationem deitatis, quare Euangelistę tot posuerunt. Dicendum quòd factum est ad ostendendum differentiam Iesu ab omnibus prophetis veteris testamenti. Nam per illos Deus aliqua miracula fecit: sicut patet de Elia,q̃ suscitauit unũ mortuum, 3. Reg. 3. Eliæus similiter. 4. Regum. 4. Si autem Christus fecisset pauca miracula. Vel Euangelistæ pauca de illo enarrarent:appareret,quòd ipse nõ excessisset prophetas ueteris testamenti. Quod ualde inconueniens erat: quia Iudei sic non crederent: sed solùm ex eo quòd uiderent Christum facere maiora, quàm aliquis hominũ nõ fecerat,crediderũt multi in eum,& dicebant, quòd nunquàm talia viderant, vel quòd nũquàm aliquid tale apparuerat in Israel. Mar. 2. Debuerunt ergo Euangelistæ multa miracula de Christo enarrare. Alia autem probatio,scilicet,per scripturas non erat tam firma sicut aliæ duæ propter causam supra dictam. Vnde magis erat illa probatio ad soluendum argumenta quæ fierent cõtra Christum, quàm ad probandum Iesum esse Messiam, Et istum modum probationis solus Mat. tenuit. Et quoniam scriptura dabat duo signa, vel conditiones Messiæ:vna,quòd esset de semine Dauid,alia quòd esset de Bethlehem. Ioan.1. vtrumque Matth.voluit probare de Iesu. Primam probat describendo progeniem eius. supra primo. vbi ostenditur Christum esse de semine Dauid. Secundam probat precedenti capit. ostendens quòd natus fuerit in Bethlehem. Lucas autẽ ista duo

A

B

C

D

E

aliquo modo deduxit:sed non ita sicut Matthæus,nec ita euidenter probat eum esse de semine Dauid,sicut Matth. cùm describat progeniem legalem, & non carnalem, vt declaratum est supra primo. Aliam autem probationem, scilicet, per testimonium Ioannis omnes Euangelistæ posuerunt diligenter,& maximè Ioannes,vt patet Ioan.1.& 3. Et istud est propter duo. Primò quia ista probatio,licèt esset minor, quàm per miracula, erat tamen magis determinata, & aperta. Quia præsuppositò quòd Ioanni in aliquo credendũ esset, non poterat esse aliquid magis apertum quàm cùm ipse digito ostenderet Ioanni,dicens,Ecce agnus Dei.Et iterum,Iste est filius Dei.Ioan.1. Secundò, & præcipuè, quia licèt ista non esset maxima probatio simpliciter, Iudæi tamẽ maximè persuadebantur per istam,ita ut potius vellent credere Iesum esse Messiã, quia Ioannes dixerat, quam quia miracula faciebat. Christus autem nolebat hoc,sed quòd magis credere tur sibi propter miracula,quàm propter Ioãnem,ideo dixit,Ego testimonium ab homine non accipio,Ioan. 5. Et iterum,Ego habeo testimonium maius Ioanne. Quia tamen Iudei ualde suadebantur ex auctoritate Ioannis,cùm multi propter ipsum conuerterentur ad Christum. Ioan.10. scilicet. Et ueniebant multi ad eũ, & dicebant:omnia,quæ Ioãnes dixit de isto vera sunt, multi crediderunt in eum. Euangelistæ debuerunt diligenter scribere gesta Ioannis inquantum illa pertinent ad testificationem de Iesu, quòd esset Messias. Et ob hoc omnes Euangelistæ diligẽter exposuerunt hoc tanquam unum de articulis principalibus, quos intenderent in libris suis. Et non solùm Euangelistæ, sed etiam Christus de Ioanne locutus est diligenter laudans eum dicens toti populo Iudæorum; Quid existis videre in desertum? infra 11. vbi vocat Ioannem prophetam,& plusquam prophetã. Et iterum dicit, quòd inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptistæ. Istud autem dixit Christus, quia verum erat,& non solum propter hoc;sed etiam quia multũ conferebat hoc intentioni suę,quia ipse uolebat ostẽdere se esse Messiam, & filium Dei,ut crederetur in eum. Ioannes autem perhiberat de eo testimonium, quòd erat Messias,ideo quanto magis Iesus laudaret Ioannem,tanto magis ostendebat eum esse dignum fide,& auctoritate. Et per hoc magis confirmatur id, quod de eo dixerat Ioannes, scilicet, quòd esset Messias, ideo decens fuit, quòd etiam Christus laudaret Ioannem.

Quare Ioannes uenit ad ostendendum Christum, cùm lex & prophetæ testificati fuerint de eo.
Qnæst. XX.

QVAERITVR,quare Ioannes uenit ad ostendendum Christum,cùm lex,& prophetæ testificarentur de eo:& illa erat probatio firmissima,etiam nulla alia existente. Dicẽdum quòd probatio, quæ fit ex sacra scriptura est omnino necessaria:quia est testimonium spiritus sancti:cùm ipse illam totam dictauerit per ora prophetarum,& sanctorum,2.Petri 1. Non credere autem spiritui sancto nefas est:ideo existente probatione per sacram scripturam non oportet quærere aliam. Nunc autem fuit in Iesu necessaria alia probatio,non tanquam non crederetur scripturæ:sed quia non determinabat omnia ita, vt non maneret dubium. Pro quo sciendum, quòd auctoritas sacræ scripturæ, erat maior quàm Ioannis: ideo siue Ioannes, & scriptura de eadem re simile testimonium perhiberent siue discordans, magis scri-

pturæ

pturæ quã Ioanni ſtandum erat, quando diſcordarent. Manifeſtum eſt, quia de Ioanne non curaretur: immo teneretur, vt mendax, & reciperetur teſtimonium ſacræ ſcripturæ, quoniã mẽtiri eſſet impoſſibile qđ ab omnibus creditum erat. Si autem concordarent in eodem teſtimonio, adhuc magis credendum erat, quia illud dicebat ſcriptura quod dicebat Ioannes, quia de Ioannes adhuc non conſtabat neceſſariò, quòd non poſſet mentiri, de ſcriptura autem iſtud manifeſtum erat. Nunc autem vltra teſtimonium ſcripturæ de Ieſu erat neceſſarium teſtimonium Ioannis, non quidẽ quaſi ad confirmandum dictum ſcripturæ, vel ad dandum ei firmitatem maiorem: quia non poteſt eſſe maior auctoritas, nec firmitas quàm quòd credatur de aliquo, quod impoſſibile eſt eum mentiri: ſed petitur Ioan. teſtimonium ad declarandum id, quod ſcriptura non declarat. Nam ſcriptura circa Meſſiam non locuta eſt ita clarè, quòd per illam certiſſimè excluſo omni dubio illum cognoſcemus. Nam præcipua, quæ de Meſſia poſuit fuerunt locus, & tempus natiuitatis, & progenies de qua naſceretur, & tamen iſta omnia poterant ſibi eſſe communia cum multis alijs: quia multi poterant naſci eodem loco, & tempore & de eadem progenie: & ita factum eſt, quia quando natus eſt Ieſus in Bethlehem, Herodes per Magos, & ſapientes cognouit tempus natiuitatis eius, & locum, & conſequenter progeniem, quia qui naſcebantur in Bethlehem pertinebant ad familiam Dauid. Et tamẽ cum omnibus his Herodes non potuit eum cognoſcere diſtinctè, ſed occidit propter eum pueros omnes in Bethlehẽ à bimatu & infra, vt inter alios occideret Meſſiam. præcedenti. c. Sola ergo ſcripturarum teſtimonia non ſufficiebant ad certificandum de Meſſia quis eſſet determinatè. Et quia Meſſias erat totum bonum ſperatum, ex quo pẽdebat ſalus omnium hominum, non debuit tali modo conſtitui, aut apparere, quòd homines veriſimiliter poſſent circa eum errare, vel ſaltem, quòd putarent fortè ſe errauiſſe, etiam ſi eum inueniſſent, quia eſſet tunc conſcientia eorum infirma, & nihil proficerent eis: quia fides debet eſſe certiſſima ſine ſcrupulo aliquo: alioquin non eſt fides. Debuit ergo Meſſias taliter oſtendi ſęculo, quòd homines non poſſent errare circa illum, & firmiter crederent ſe inueniſſe eum. Non ergo ſufficiebant teſtimonia ſcripturæ de illo, quia non certificabant: ſed oportebat, quòd aliud teſtimonium determinatum daretur, Et iſtud fuit teſtimonium Ioan. qui Chriſtum digito oſtendit, dicens: Ecce agnus Dei. Ioan. 1. Et circa iſtud iam non poterat dubitari, quia facta ibi demonſtratione neceſſe erat credi illum eſſe Meſſiam: niſi dubitaremus de verbo Ioan. Si autem ſcriptura ita aperte potuiſſet nobis oſtendere Meſiam: non fuiſſet neceſſarium Ioannis teſtimonium, immo, nec vtile videretur, cùm poſt pleniſsimam certitudinem inutile videtur probationes adiungere. Fuit ergo neceſsarius aduentus Ioan. ideo ipſamet ſcriptura, quæ de aduentu Meſsiæ locuta eſt, dixit etiam de aduentu Ioan. ad oſtendendum Meſsiam.

Ad quid fuit neceſſarium teſtimonium ſcripturæ, ſi Ioannes Chriſtum pleniſſimè oſtendit. Quæſt. XXI.

QVAERITVR, cùm Ioannes venturus eſſet ad oſtendẽdum Meſsiã, ad quid fuit neceſſe ſcripturæ teſtimonium de illo haberi, cùm Ioannes pleniſsimè illum oſtenderit ita, vt dubitari nequeat. Dicendum, quòd ſi ſcriptura non prædixiſet de Meſsia, teſtimonium Ioannis non ſolùm non ſufficeret, immo nihil valeret: fuit ergo neceſsarium teſtimonium ſcripturæ, etiam ſi illud non poſſet omnino certificare de eo. Et patet hoc. Primò quia ſi ſcripturæ nihil de Meſſia prædixiſſẽt, non ſolùm non haberetur aliqua via ad cognoſcẽdum eum ex ſacra ſcriptura, immo nec expectaretur Meſſias aliquando venturus: quia non habebant Iudæi cauſam expectandi aliquid ſupernaturale, quod Deus eis non promitteret. Sed Meſſiam uenire ad tollendum omnia peccata erat ſupernaturale: ideo non expectarent illum niſi Deus eum permitteret nuntiandum. Et tunc dato, q̃ Ioan. poſtea diceret, iſte eſt Meſſias, non crederetur ei: immo neſciretur quid diceret. Ideo oportebat de Meſſia aliquam mentionem factam eſſe in ſacra ſcriptura: & tunc ſperaretur continuè, & quando Ioã eum oſtenderet, poſſet ſibi credi veriſimiliter. Secundò erat hoc neceſſarium ad legem Iudæis dandam, ſi licet, q̃ promitteretur eis Meſsias. Nam in moralibus finis operationis eſt præcipuum quod conſideratur: & illud eſt quod totaliter intendimus: lex autem per ſe aliquid laborioſum eſt: & labor non eſt aliquid deſiderabile: ideo oportebat, quòd cum lex Moyſi eſſet difficilis obſeruationis, ſicut dixerunt Apoſtoli. Act. 15. ſcilicet. Hoc eſt onus, quod nec nos, nec patres noſtri ferre potuimus: q̃ antequam ſuſciperetur, promitteretur populo obſeruanti aliquod bonum propter quod vellet obſeruare. Et licèt aliqua bona temporalia promitterentur: non tamen ſufficiebant illa. Ideo Deus prius promiſit Meſsiam. Nam antequam daret legem cùm inciperet facere ſibi populum ſpecialem de progenie Abrahæ promiſit eis Meſsiam. Nam dixit ad Abraham: In ſemine tuo benedicentur omnes cognationes tuæ. Gen. 12. & ille erat Meſsias, ut exponit Apoſtolus ad Gala. 3. Ideo ſuper iſtam promiſsionem tanquam præcipuam, non ſolùm fundata eſt lex: ſed etiam incepit eſſe populus Dei ille, cui Meſsias promiſſus eſt. Et ipſa lex nõ fuit niſi propter Meſsiam, ut patet ad Gal. 3. ſ. Lex propter præuaricationes poſita eſt: donec ueniret ſemen, cui repromiſſum erat, ideſt, donec ueniret Meſsias, qui promiſſus erat alijs populo Iudæorum dandus. Oportebat ergo de Meſsia fieri mentionem in ſcriptura. Eſſet enim magnum ſcandalum, & deordinatio, q̃ enarratis cæteris in ſacra ſcriptura: ipſum ſolum quod maximum erat, & propter quod omnia erãt ſubticeretur. Tertiò oportet dicere eo, quia licèt non faceret ſcriptura determinatam probationem affirmatiuè, faceret tamẽ negatiuè. Pro quo ſciendum, q̃ duplex uia eſt ad cognoſcendum aliquam rem, ſcilicet ſcire quid eſt, & quid non eſt: ſicut de hoc mine ſcimus, q̃ non eſt lapis, nec lignum, nec ignis, & ſic de cęteris. Et per iſtas negationes, uenimus in cognitionem affirmationis, quia remouentur cętera quæ non ſunt ſua: manet ei quod ſuum eſt. Modus affirmatiuus eſt, ſcire quid eſt, ut cùm ſcimus hominem eſſe animal. De Deo autem non habemus cognitionem quid eſt proprie, ſed quid non eſt, quia proprijſſime ſcimus Deum non eſſe lapidem, nec arborem, nec aliquod corpus, aut uirtutem corporis, quid tamen ſit determinatè neſcimus. Ita ad cognoſcẽdum aliquam perſonam poſsumus procedere per ſigna oſtendentia quid eſt, quod non eſt illa, & quid eſt quod eſt illa. Ita nunc dum ſcriptura dicat de Meſsia, quando naſci deberet, & ubi, & de qua progenie, & ſic de aliis conditionibus; licèt per hoc non cognoſcatur determinatè quis eſſet Meſsias: tamen ſciretur de multis quòd non eſſet Meſsias. Nam multi hoc nomen ſibi uſurpare conati ſunt, quibus non competebant iſtæ cõditiones, & per illas oſtendebatur, q̃ illi non eſſent Meſsias. Sic enim Iudæi arguebant contra Ieſum, q̃ nõ eſſet Meſsias: eo quòd Meſsias de ſemine Dauid, & in Bethlehem naſciturus erat: Ieſus autem erat Galilæus de Nazareth, ut ipſi aſſerebant. Ioan. 1, & 7. & tamen

falſum erat, quòd præſupponebãt, quia Ieſus verè erat de ſemine Dauid, & natus in Bethlehem, ſicut oſtẽdit Matthæus ſupra 1. & præcedenti. ca. Erat ergo ad hoc valde neceſſarium, q̃ ſcriptura aliquid diceret de Meſſia. Quartò quia per hoc tollebatur magnum dubiũ. Nam dato quòd Meſſias expectandus eſſet: ſi ſcriptura nihil loqueretur de cõditionibus eius, maneret quędam confuſio: quia de quolibet homine poſſet dubitari an eſſet Meſſias, Cùm autem ſcriptura poſuit locum, & tempus natiuitatis, & progeniẽ, & multa alia, non poteſt iam de multis dubitari quis eorum ſit Meſſias, quia omnia illa paucis poſſent applicari. Eſt autem quoddam genus certitudinis reducere dubium ad pauca: vt per hoc facilius inueniatur quod quæritur. Quinto, quia lex iſta non probaret determinatè quis eſſet Meſſias: tamen confortabant, & confirmabant teſtimonium illius, qui oſtenderet Meſſiam, Nam Ioan. oſtendit Ieſum eſſe Meſſiam. Cùm autem omnes conditiones, quas ſcriptura de Meſſia dicit conuenirent Ieſu, faciliter crederetur Ioanni propter iſtam concordantiam. Si autem ſcriptura nullum ſignum poſuiſſet ad cognoſcendum Meſſiam: etiam Ioanne aſſerente Ieſum eſſe Meſſiam, non facile crederetur. Fuit ergo neceſſarium, quòd ſcriptura de Meſſia aliquid diceret: licèt non poſſet dare ſigna, per quæ omnino certificaremur de perſona, cùm non poſſet eum oſtendere digito, ſicut Ioannes oſtendit.

Ad quid venerit Ioannes ad oſtendendum Chriſtum, cùm ipſe faceret miracula, per quæ manifeſtè ſe Chriſtum oſtenderet. Quæſt. XXII.

QVAERITVR, ad quid venit Ioannes ad oſtendendum Chriſtum, cùm ipſe faceret miracula, per quæ manifeſtè apparebat eum eſſe Deum, & vera dicere. Nam per miracula determinatè cognoſcebatur. Et hoc non ſolùm quantum ad Iudęos, ſed, etiam quantum ad Gentiles. Dicẽdum, quòd licèt miracula ſint firmiſſima probatio ad oſtendendum Chriſtum eſſe ipſum Ieſum, ſicut ipſe dixit Ioan. 5. tamen neceſſarium erat Ioan. venire propter multa. Primò, quia Chriſtus per miracula non poterat probari eſſe Chriſtus quouſque multa miracula faceret, quia adhuc populus dubitaret. Et tamen decebat ipſum cognoſci antequam faceret miracula, vt ſic facilius Iudæi cognoſcerent, & crederent in eũ. Et ita factum eſt per aduentum Ioan. Nam anteq̃ Chriſtus inciperet prædicare, oſtendit Ioan. ipſum eſſe Meſſiã: & tunc ſecuti ſunt eum aliqui adhuc non prædicantẽ. Sicut fuit de duobus diſcipulis Ioan. vt patet Ioa. 1. Secundò, quia licèt miracula efficaciter probent magis q̃ quicunq; alius modus, non tamen determinant, vel certificant tam expreſsè ſicut oſtenſio Ioan. quia ille digito oſtendit Ieſum, dicens. Hic eſt Meſſias, & filius Dei. Ioan. 1. Voluit ergo Deus iſtam maximam determinationem præſtare Iudæis, qui erant valde increduli, & volebant de omnibus nimis certificari. Tertiò, qa non ſolùm Meſſias oſtẽdendus erat, ſed ẽt populus diſponendus erat, vt eſſet dignus ad recipiendum Meſſiam. Et ad hoc oportuit mitti determinatè Ioannẽ, vel alium. Et ſic ipſe dixit. Ego ſum vox clamantis in deſerto: parate viam Domini. Ioan. 1. Iſtud autem non poterat fieri per miracula. Quarto, quia cùm Chriſtus daturus eſſet legem perfectam, & Iudæi ante hoc haberent legem imperfectam: oportebat, q̃ per aliqua præcepta perfectiora, q̃ præcepta legis Moyſi perficerentur aliqualiter. i. diſponerẽtur ad perfectionẽ illam futuram. Et ad hoc Ioan. dedit præcepta aliqua conuenientia, de quibus. Luc. 3. Et iſtud erat vnum ad quod principaliter Ioãnes veniebat, ſicut dicitur Luc. 1. ſ. Ipſe præeedet in ſpiritu, & virtute Eliæ parare Dño plebem perfectam. i. ad diſponendum populum ad perfectionem. Quintò ad hoc q̃ Chriſtus hr̃et populũ magis promptum ad audiendum eum, qñ inciperet p̃dicare. Nam Ioan. fuit famoſiſſimus prædicator, ad quẽ exibant oẽs Iudæi in deſertũ, vt audirent eum, j̃ in Ir̃a. Et ſic populus erat per hoc aſſuefactus ad eundũ per diuerſa loca, vt audirẽt prædicatorem famoſum. Et ita quando inciperet Ieſus prędicare totus populus ſeque retur eum iam aſſuetus ad hoc p̃ prædicationẽ Ioan. Si aũt non præceſsiſſet, non hr̃et Chriſtus populũ ita diſpoſitum. Sextò, quia Deus præuidebat, q̃ Iudæi tantam auctoritatem præſtarẽt Ioan. q̃ aliquo mõ magis ſtarent dictis ſuis, q̃ miraculo, ſicut innuitur Io. 5. & qa illa eſt quenientiſsima probatio, quæ procedit ex his, q̃ videntur maximè reſpondenti: fuit valde conueniens, q̃ Deus pręmitteret Ioannem ante Chriſtum, vt eum oſtenderet, & propter dicta.

An fuerit neceſſarium, quòd Chriſtus faceret miracula, ex quo Ioannes venturus erat. Quæſt. XXIII.

QVAERITVR, cũ Ioan. venturus eſſet, an neceſſe eſſet, q̃ Chriſtus faceret miracula. Et videtur, q̃ ſufficeret oſtenſio Ioannis, maximè cùm teſtimonium legis ei concordaret. Dicendum, q̃ neceſſe fuit Chriſtum facere miracula ad oſtendendum ſe eſſe Meſsiam. Primò quia oẽs alię p̃bationes erant aliquales, iſta autem firmiſsima. Vnde Chriſtus poſuit iſtam tanq̃ maximam, dicens: Ego teſtimonium ab hoſe non accipio: ſed opera, quæ dedit mihi pater, vt faciam, teſtimonium perhibent de me. Io. 5. Erat aũt inconueniens, q̃ adducerentur teſtimonia quæ leuia erant, & illud qđ erat firmiſsimũ omitteretur. Secundò, quia Chriſtus nõ ſolũ venerat, vt crederent in eum Iudæi, ſed Gentiles ẽt, cũ plures de Gẽtilibus crediderint, q̃ de Iudæis: Gentiles tñ non crederent Ioannẽ, quia non erat, cur crederit. Etiã non crederent legi, & prophetis prænunciantibus de Meſsia. Vnde pro illis nulla probatio conueniens erat, niſi per miraculum. Hanc ergo Chriſtus tanq̃ præcipuam, & cõiorem oĩbus hr̃e debuit. Tertiò, quia dato q̃ Iudæi valde crederent Ieſum, poterant tamen ſi nollent non credere, cũ non cogerentur aliqua probatione neceſſaria. Cũ aũt miraculum oſtenderetur, nemo poterat negare Ieſum eſſe Meſsiam: ideo magis neceſſarium fuit eum hr̃e iſtam probationem, q̃ cæteras. Quartò qa dato q̃ Iudæi oẽs vellent credere Ioã. aliqui Iudęi eſſent, qui fortè Ioannẽ non vidiſſent, & illi non crederẽt rẽ tam arduam, ẽt ſi alij aſſererent Ioannẽ hoc dixiſſe, ſicut Thom. non credidit Chriſtum ſurrexiſſe, licèt alij Apoſtoli dicerent, q̃ eum viderant. Ioa. 20. Oportebat ergo, q̃ Chriſtus tunc haberet operationem miraculorum, per quam firmiter probaret ſe eſſe Meſsiam. Quintò, quia Ieſus nõ ſolũ oſtenſurus erat ſe eſſe Meſsiam, ſed ẽt ſe eſſe verum Deum. Nam licèt nõ poſſet eſſe Meſsias. i. redẽptor mundi, qui nõ eſt verus Deus: Iudæi tamen multi putauerunt, & hodie oẽs cõiter tenẽt, q̃ Meſsias debeat eſſe purus homo, iuſtiſsimus tamen: vt non putaretur ergo Ieſus purus homo, debuit oſtendere deitatem ſuam per miracula. Sed dices, q̃ Ioannes iſtud etiã oſtendit dicens, q̃ Chriſtus tollebat peccata mundi: ſed nõ poterat tollere, niſi eſſet Deus, ſicut ipſimet Iudæi dixerunt contra Ieſum. ſ. iſte blaſphemat: nemo enim poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus. Mar. 2. Ioan. quoq; dixit eum filiũ Dei. Ioã. 1. Dici poteſt vno modo, q̃ licèt Iudæi non crederẽt Ioanni aſſerenti illũ eſſe Deũ, quia iſtud erat s̃ oẽm cogitationem, eſſe tamen Meſsiam, ſicut ipſi putabant, i. homem purũ iuſtũ facile erat: iõ forte non crederent

Universidad de Deusto Biblioteca

Ioan. in illo. Cum autem per miraculum ostenderetur, negari non posset. Aliter potest dici, ꝙ Iudæi crediderunt omnia q̃ Ioannes dixit: & tñ non constabat adhuc omnino eis ex illis uerbis Christũ esse Deũ, qa grossi sunt: sic.n. patet ex multis testimoniis scripturę, per q̃ ostenditur Messiam esse Deum: & tñ ipsi adhuc tenent eum esse, vel futurum esse purum hominem, nõ intelligentes scripturam. Vnde quãdo Ioannes dixit ꝙ Iesus tollebat peccata mundi, non intelligerent ex hoc esse Deum: licèt necessario sequatur. Et patet, quia ipsi benè credunt, ꝙ peccata nemo põt dimittere ex sola auctoritate, nisi solus Deus. Et ob hoc cùm Christus per solam auctoritatem peccata dimitteret dicens, dimittuntur tibi peccata tua, dicebant eũ blasphemare. Mar. 2. Putãt tñ, ꝙ aliquis homo possit satisfacere pro peccatis aliorum tolerando pænam, & per hoc tollat peccata illorum. Sic tenet Rabbi Salomõ. 3. Reg. 22. cùm quærit quare nõ mortui fuerunt omnes Israelitæ in bello, quod habuit Achab contra Syros in Ramoth Galaad, sicut Achab, cùm Deus prenunciasset p Michæam de utrisq;. 3. Reg. 20. f. Quia dimisisti de manu tua uirum dignum morte, erit aĩa tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Rñdet, ꝙ sanguis Michææ prophetę qui erat uir iustus satisfecit Deo pro toto populo, & non perierunt. Non satisfecit autem pro Achab. Si ergo sanguis Michææ viri iusti, qui tamen non occisus est, sed solùm uulneratus, satisfacere potuit pro peccato totius populi, siue pro obligatione totius populi ad moriendum, a fortiori unus vir iustissimus, qualis Messias futurus erat, moriẽs pro populo satisfaceret pro peccatis eorum, licèt esset purus homo. Hoc ergo Iudæi tenent, & tunc tenere potuissent: ideo non constaret per dictum Ioannis Christum esse Deum. Est autẽ uerum, ꝙ dictum Rabbi Salo. est omnino irrationabile, quia satisfactio nõ fit nisi sit tanta pęna, quanta fuit iniuria: quia aliàs est aliquid agere, sed nõ satisfacere, qđ importat plenitudinẽ, uel æquiualentiã: & iniuria, q̃ Deo fit, est infinita, cùm ipse sit infiniti status; & iniuria agrauatur ex parte psonæ, cui irrogatur, ut patet 5. Ethic. ergo non poterat quis satisfacere Deo de iniuria, nisi posset mereri in infinitum. Quod non est possibile in aliqua creatura, quia nulla infinitas est in re uerè finita. Nobis quoq; istud constat: ꝙ si per purum hominem potuissent homines redimi, Deus non fecisset, ꝙ vnigenitus filius eius pro nobis pateretur: sed unus purus homo pro omnibus: uel qlibet pro peccato suo, etiam si per plurimos annos debeat manere in inferno. Aliud quoque dictum Ioannis, scilicet, ꝙ Iesus erat filius Dei, non omnino ostendebat, quia poterat accipi pro filio adoptiuo, sicut accipitur Ioan. 1. ꝙ dedit potestatẽ filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Sic etiam in ueteri testamẽto sępe Iudæi uocant filii Dei. Isa. 1, ubi Deus conqueritur de eis dicens, Filios enutriui, & exaltaui, & ipsi spreuerunt me. Totus etiam populus uocatur filius Dei, & etiam primogenitus, sicut dixit Deus ad Pharaonem. filius meus primogenitus Israel. Dixi tibi dimitte filium meum, vt seruiat mihi. Exo. 4. Sic ergo poterat uocari Messias filius Dei. Et dato, ꝙ magis specialiter uocaretur filius Dei, istud esset inquantum erat sanctior aliis, sicut prophetæ uocabantur uiri Dei vel homines Dei: ut patet de Elia. 4. Reg. 1. & de Elisæo. 4. Reg. cap. 5. & de alio propheta, qui uenit ad Ieroboam. 3. Reg. 13. & 4. Reg. 23. omnes tamen homines erant homines Dei, vel uiri Dei, quia erãt aliquid factum, vel possessum ab eo. Deut. 32. scilicet. Nũquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, fecit, & creauit te? Prophetæ tamen specialiter erant uiri Dei, & etiã Deus erat spãliter Deus ipsorũ. Nã licèt Deus sit Deus omnium Gentium, tam Iudæorum, quàm Gẽtilium

F ad Rom. 3. scilicet. An Iudæorum tantum Deus, nonne & Gentilium? immo, & Gentilium: & tamẽ Deus uocatur specialiter Deus Hebræorum. Exo. 19. Et tamẽ adhuc inter ipsos Hebræos magis Deus erat Deus prophetarum, & uirorum bonorum, quàm aliorum. Sic dixit Saul Samueli, scilicet pepercit populus melioribus ouibus, & armentis, ut immolarentur domino Deo tuo. 1. Reg. 15. Et hoc dicitur, qa Samuel erat propheta Domini specialiter pertinẽs ad eũ. Et sic Iudæi dicente Ioanne Iesum esse filiũ Dei, adhuc nõ putarent eũ esse uerum filiũ Dei. s. naturalẽ, sed adoptiuum modo dicto. Ideo necessarium fuit, ꝙ Iesus faceret mi- G racula, p q̃ manifestè cõstaret eum esse Deum. Sexto ꝙ a principale necesse erat Chrm facere miracula, qa multa circa ipsum accidere debebãt, & multa ipse promissurus erat, quæ nõ crederentur nisi miracula fecisset: ipse.n. prędixerat se occidendum, & tertia die surrecturum. infra 16. Et istud erat miraculum magnũ, quod nõ crederetur, nisi in eo apparuissent aliqua miracula. Nam ipse fecerat miracula uidentibus ea discipulis eius, & prænunciauit eis mortem, & resurrectionem, & tamẽ postquam mortuus est, non crediderunt eum surrecturum, imò postquã surrexit, & audierunt hoc turbati sunt. Luc. 24. Ergo ualde minus credidissent, si nullum miraculũ præcessisset in eo. Oportuit ergo, ꝙ præcederent miracula. Ipse quoque promisit nobis uitam æternã, & ꝙ resurgeremus, & ꝙ essemus in cælo sicut angeli Dei. infra 22. Istud autem nemo H crederet, cùm esset supra naturam, nisi uideret ipsum promittentem hæc facere aliquid supra naturam. s. miraculum. Fuit ergo necesse, ꝙ miracula faceret. Septimò quia miracula fuerunt, quę propriæ firmiter fecerunt hoĩes credere in ipsum. Nã, & discipuli Chri. licèt sequerentur eũ, nõ firmiter credebant in Chrm, quousque uiderunt eum facere primũ miraculum. Ioa. 2. & s. hoc fecit initiũ signorum Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit gloriã suã, & crediderunt in eũ discipuli eius. Octauò, quia Chrs debebat Apostolis, & discipulis dare potestatem faciendi miracula: quia alias quando pdicarent inter Gentes nõ crederetur eis, & ita dedit potestatẽ hanc, ut patet infra Ioannis, & Luc. 9. & 10. Esset tamen inconueniens, ꝙ ipse traderet Apostolis, I lis, & discipulis potestatẽ maximam, qua ipse nunquam fecisset, eo ꝙ tunc uiderẽtur quodam modo maiores discipuli, quàm Chrs. Et tamen sicut discipulus nõ est supra magistrum, nec seruus supra dominum, infra Ioannis, & Luc. 6. ita nec debet apparere maior. Debuit ergo Christus facere miracula, & postea tradere discipulis potestatem faciendi.

An faciente Christo miracula, necesse fuerit, quòd etiam per legem prenuntiaretur. Quęst. XXIIII.

QVAERITVR, cùm Christus faceret miracula, q̃ perfectè ostendebãt eum esse Deum, uel Messiam: an esset necesse ꝙ aliquid de eo in lege prænunciaretur. Et uidetur, ꝙ nõ. Quia K licèt necessariũ esset, Christũ prænunciatũ esse in lege pp hoc, ꝙ testimonium Ioannis non erat omnino sufficiens sine testimonio legis, ut declaratum est supra: miracula tñ firmissimè probabant, & non indigerent alia probatione adiuncta sibi ad conferendum firmitatem vel auctoritatem. Dicendum, ꝙ existentibus miraculis Christi non erat tanta necessitas, quòd lex prænunciasset aliquid de illo, etiam respectu Iudæorum, sicut per Ioannem ostendendus esset, & non faceret miracula. Fuit tamen necesse adhuc, quòd aliquid de eo prænunciaretur in lege. Primò, quia non poterat conuenienter populus iste Iudæorũ specialiter a cæteris populis separari, nisi prænunciaretur eis Messiam futurum de semine eorum. Et ob hoc ipsi specialius pertinere debebant ad Deum, quàm cęteri populi, cùm propterea separati fuerint, quia Deus de istis solis uoluit Messiam nasci: & istis solis promisit Messiam. Et sic dicit Apostolus ad Ro. 9. quòd Iudæorum est testimoniũ, & legis datio, & promissa, quorum patres, ex quibus Christus secundùm carnẽ. Si autẽ separaretur iste populus à reliquis, & non prænunciaretur ei de Messia, nesciret quare separaretur à reliquis, & non haberet tantum incentiuum ad adhærendum Deo sicut hoc cognito. Secundo cõueniebat hoc pp spem, & fidem, ut Iudæi haberent semper spem de aduẽtu Messiæ, sicut desiderabãt omnes antiqui patres, & etiam ipsi, qui erant in lymbo sancto continuè sperabant redemptionem futuram per Messiam, esset tamen spes ablata si in scriptura non fuisset prænunciatum de Messia: de fide patet, quia cùm nũquam homines saluati sunt nisi in fide Messiæ explicita, uel implicita, & fides implicita, quæ est minorum dependet ex fide explicita, quæ est maiorum: decebat quòd aliqui haberẽt fidem explicitam de Messia: istud autem esse non poterat nisi de illo prænunciatum esset, ideo debuit prænunciari in scriptura. De ista fide de Messia necessaria ad salutem magis diximus supra in prologo Hieronymi, qui incipit: Matthæus ex Iudæa. Tertiò, quia sic facilius cognosceretur Christus, quàm aliter, quia si non fuisset in scriptura prænunciatus Messias: quando postea faceret miracula, licèt illa probarent eum esse Deum: tamen Iudæi ualde dubitarent propter hoc, quòd lex sua data fuerat eis à Deo, & nihil dictum fuerat, quòd postea Deus appariturus esset. Cùm autem lex prænunciasset de Messia, & postea appareret Iesus faciens miracula, crederetur illum esse, qui promissus fuerat in lege, & sic facilius crederetur in eum. Vnde non solùm scriptura prænunciauit, quòd uenturus esset, sed etiam quando nasciturus, & ubi: & de qua progenie, & quid facturus esset, scilicet, quòd mutaret legem Moysi: & multa alia. His tamen omnibus stantibus multi Iudæorum noluerunt credere ei, quanto magis si nihil de eo prænunciatum fuisset: ideo fuit necessarium prænunciari. Quartò, quia si non fuisset de eo prænunciatum, haberent Iudæi colorem ad non recipiendum eum, etiam si faceret miracula: quia uideretur facere contra legem Moysi. Nam Deuteron. 13. dicitur. Si surrexerit in medio tui prophetes, & prædixerit signum atque portentum, & uenerit quod locutus est: & dixerit tibi eamus, & sequamur Deos alienos: non audies uerba prophetæ illius, quia tentat uos Dominus. Ita nunc Christus introducturus erat legem nouam, per quã cessaret tota lex Moysi. Dici tamen Iudæis, quòd relinquerent totam legem Moysi, quam Deus eis dederat, & acciperent aliam de nouo, nihil aliud uidebatur, quàm si diceretur eis: eamus, & colamus Deos alienos, & sic licèt multa miracula faceret, nunquam ei crederent, ut dimitterent legem Moysi: nisi ipsa lex hoc eis prænunciasset. Et sic fuit ualde necessarium prænunciari, quia aliter non uiderentur sufficere miracula: & ista est de causis potissimis. Quintò, ut tolleretur occasio Iudæis obijciendi contra miracula Christi: nam existentibus omnibus his obijciebant dicentes, in Beelzebul Principe Dæmoniorum Dæmonia eijcit. infra decimosecundo. Quanto magis si lex non prænunciasset de illo? Deus autem uoluit auferre omnem occasionem calumniandi: ideo debuit prænunciare Christum in scriptura sacra.

A *An Ioannes debuerit Christum ostendere mox, vt natus est. Quæst. XXV.*

QVAERITVR, cũ Ioannes uenerit ad ostendendum Christum, an debuit ostendere mox, vt natus est. Aliquis dicet ꝙ sic, quia ex eo tempore Messias erat, ergo in veneratione haberi debebat. Secũdò quia Christus, mox ut natus est, annunciatus est, & ostensus. Nam angeli annunciauerunt eum pastoribus. Luc. 2. Reges quoque ab oriente uenerunt adorare eum. Et hoc cognitum est ab omnibus Iudæis, cùm illi Magi quæsierunt in Ierusalem: ubi est, qui natus est rex Iudæorum? præcedenti. cap. B Fuit quoque ostensus Simeoni, & Annæ prophetissæ: quando oblatus est in templo: Luc. 2. Dicendum, ꝙ Ioannes non debuit ostendere Christum ante tempus istud quo ostendit. Nam si ostendisset illum mox ut natus est, incurrisset magnum periculum, quia Hero. conaretur occidere illum postquam semel esset persona cognita, sicut occidit infantes in Bethlehem, ut occideret eum inter eos præcedenti c. Magis autem moueretur ad hoc quando constaret ei determinatè de persona. Ideo necesse erat, ꝙ Iesus defenderet se p miraculum, uel quòd occideretur ab Herode. Et non solùm semel se defenderet, sed etiam quamdiu maneret in Iudæa: immo, & ad quamcunque partem orbis fugeret, persequeretur eum Herodes, & occideret: nisi C tota uita Christi esset miraculum. Et istud ualde impediebat procurationem salutis nostræ eo modo, quo Deus illam disposuerat procurandam. Ideo nõ debuit tunc ostendi à Ioanne. Nec obstant ostensiones Christi supra positæ: quia illę non inducebant periculum, ut infra dicetur. Ista autem inducebant manifestissimũ periculum, cùm constaret de persona, quod non constabat ex alijs. Secundò quia Ioannes ueniebat ad disponendum populum ad prędicationem Christi, & tñ ipse non erat prædicaturus, usq; ad annum tricesimũ. Ideo Ioannes non debuit mitti prius. Tertiò quia si Ioan. ostenderet Christum mox ut natus est, nõ posset esse tanta fides uerbo eius, sicut nunc: quia non appareret tunc aliqua operatio Iesu, quæ ostenderet ipsum D Messiam. Nunc aũt cũ a Ioan. ostensus est, baptizatus fuit, & ieiunauit: & illico cępit prædicare, & miracula facere. Ideo nunc fides daretur uerbo eius, & nõ prius, quia ex factis Christi appareret Ioannẽ uerum dixisse. Quartò quia Ioannes ostensurus erat Christũ p baptismum, sicut dr̃. Io. 1. f. Ego nesciebam eum, sed ut manifestetur in Israel ppea ueni ego in aqua baptismus Iesus tñ non poterat baptizari baptismo Ioan. qñ erat paruulus, quia soli utentes rõne, qui pñiam de peccatis agere debebant, baptizabãtur: ideo uocatur baptizare pñiæ, oportet ergo ꝙ uerus esset uir qñ baptizaretur. Quintò quia si Ioannes ostendisset Iesum esse Mesiã, qñ erat paruulus, aut populus teneret tunc Iesum, ut Mesiam curãdo de testimonio Ioan. aut non. Si non, E periret testimonium Ioannis. Si aũt teneret eũ ut Mesiã: teneretur magnificè sicut filius regis: qa Iudæi putabãt Mesiam regnaturum tpaliter, sicut putauit Herodes, & dictum est pced. cap. Istud aũt repugnabat intentioni Christi, qui uolebat in paupertate uiuere. Vnde quando ipse cognouit, ꝙ populus uenturus erat, ut raperet eum & constitueret regem, quia saturauerat eos de quinq; panibus, & duobus piscibus, fugit solus in montem ad orandum. Ioan. 6. Non ergo decebat, ꝙ Ioannes illum tunc manifestaret. Christus igit̃ manifestandus fuit determinatè solùm, qñ incepturus erat pdicare, quia tunc populus admonitus ex Ioan. testimonio recẽter, & uidens immediatè opera Christi crederet uerum esse, qđ dixit Ioann. Et sic factum est, qa qñ

Christus incæpit prædicare, multi ueniebant ad eum,
dicentes:omnia quæ Ioannes dixit de isto uera erant.
Si autem ostendisset eum paruulum, interim morere-
tur Ioannes,& quando Iesus veniret ad ætatem trigin
ta annorum in qua prædicaret, esset obliuioni tradita
testificatio Ioannis de illo. Ad argumentum in contra
rium dicendum, ꝙ licèt Christus esset Messias mox vt
natus est,non tamen facturus erat opera Messiæ vsq;
ad annum trigesimum. Duo namq; erant opera Mes-
siæ.ſ.mori pro nobis,vt nos redimeret: & dare legem
in qua uiueremus,ut consequeremur fructum redem
ptionis suæ.Et hæc lex danda erat per prædicationẽ.
Istud autem non incæpit Iesus usque ad annum trige
simum. Ideo tunc demonstrari debuit, vt Messias, &
non prius. Ioannes autem uenerat ad ostendendum
Iesum, vt facientem opera Messiæ:& sic illo tempore
venturus erat Ioannes ad ostendendum eum populo.
Ad secundum dicendum ꝙ Christus manifestatus est
istis,de quibus dicitur in sua natiuitate:& ex illa osten-
sione nullum inconueniens sequi poterat. Ex osten-
sione autem Ioannis magnum periculum sequere-
tur. Et patet, quia Ioanni non ostensus est Christus, vt
ipse cognosceret eum, sed ut manifestaret eum toti
populo. Sic ipse dixit Ioannis 1. scilicet, Ego nescie-
bã eum, sed ut manifestetur in Israel, ueni in aqua ba-
ptizans. Et sic ostẽdit eum toti populo, cùm prædicãs
coram toto populo, ut uidit Iesum transire coram
se,ait: Ecce agnus Dei. Et iterum: Iste est filius Dei. Io.
1. Si autem sic Ioannes ostendisset Christum, quando
natus est, cognosceret Herodes puerum,& occideret
Christum. Regibus autem Christus ostensus est, non
vt ipsi aliis manifestarent eum: sed ut ipsi cognoscerẽt
illum. Et ob hoc dixit eis angelus in somnis, ne redi-
rent ad Herodem. præcedenti cap. ſ. vt ille nesciret de
puero. Sic etiam pastoribus Christus ostensus est. Illi
autem non manifestauerunt eum populo: sed paucis,
qui nocere non poterant, nec illum diuulgarent. Sic
etiam Simeoni,& Annæ Christus ostensus est; & illi
in templo loquebantur de eo illis, qui expectabant re
demptionem Israel, scilicet, quibusdam uiris spiritua-
libus. Et isti non reuelarent aliis, ita ut Christo posset
inde oriri periculum. Ideo istis fuit conueniens Chri-
stum ostendi in natiuitate: per Ioannẽ autem non de-
buit ostendi. Nisi dicas, quòd ostenderetur Ioanni ita
quòd ipse cognosceret eum, uel paucis reuelaret: quia
tunc non proficeret. Nam Ioannes non ueniebat, ut
ostenderet eum toti populo, ut dictum est: ideo nõ de
buit Ioannes eum ostẽdere nisi eo tempore, quo sine
periculo ostendi poterat,& quando poterat exercere
opera Messiæ. Et utrumque fuit circa annum trigesi-
mum Christi: quia tunc nemo eum persequebatur: li-
cèt dictum esset eum esse Messiam. Nec Iudæi illum
persecuti fuissent, nisi postea propter miracula, & in-
crepationes, quas faciebat contra eos, qui concitati
erant contra eum.

Ipse autem Ioannes habebat uestimen-
tum de pilis Camelorũ, & zonam peliceam
circa lumbos suos: esca autem eius erat lo-
custæ,& mel syluestre. Tunc exibat ad eum
Ierosolyma,& omnis Iudæa, & omnis regio
circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in
Iordane confitentes peccata sua.

Ipse autem Ioannes. Hic ostenditur idoneitas Ioan-
nes ad testificandum ex uitæ sanctitate. Et ad hoc po-
nitur hic de cibo,& potu,& uestibus eius, scilicet. *Ipse*
F *autem Ioannes habebat uestimentum de pilis Camelorum*. Et
in hoc apparet asperitas uestis; quia pili Camelorum
sunt asperi.& fiunt de istis uestes asperę ualde, sicut de
pilis caprarum. Et hoc erat propter uilitatẽ, & asperi-
tatẽ habitus: quia non decebat uirũ Dei mollib.& deli-
catis aut præciosis indui uestimẽtis. *Et zonam pelliceam*
circa lumbos suos, idest: Ista zona nõ erat textilis, sicut nos
aliquando habemus de lana textili, de uariis coloribus:
nec ẽt erat de corio aĩalis disposito p artifices,& exor-
nato sicut cõiter fiunt zonæ, sed q̃dam pars pellis aĩa-
lis mortui.ſ.corrigia adhuc cruda cum pilis suis, circa
quã artifex nihil fecerat. Et sic erat zona uilis, rudis, &
aspera. Et apparet in hoc contemptibilitas habitus, q̃
tam uestes, q̃ zona erant contemptibiles. Aliqui putãt,
G ꝙ habebat zonam pelliceam circa lumbos. Non tñ cõ-
stat an sic hr̃et, quia potest intelligi ꝙ hr̃et zonam iu-
xta carnem, uel ꝙ haberet eam sup uestẽ, quia utroq;
modo erat circa lumbos. Magis tñ vr̃ cõuenire literæ
ꝙ esset iuxta carnẽ, q̃ supra uestes,& tunc esset ad ma-
iorem afflictionem carnis. *Esca autem eius erat locustæ*
& mel syluestrę. Hic notatur sanctitas in cibo. ſ. q̃ non
comedebat nisi locustas,& mel. Quidam putant illas
locustas esse pisces marinos, quos sic uocamus. Sed
hoc non conuenit: q̃a tales pisces satis sunt delectabi-
les,& apud aliquos præciosi iudicant̃: scriptura tñ lau-
dat hic Ioannem de austeritate uitę: ideo non diceret,
ꝙ tales locustas comederet. Item quia Ioannes mane-
bat continuè in deserto: ibi autem non poterat habe-
H re tales pisces, maximè cũ nõ haberet aliquã curã, aut
solicitudinẽ circa cibũ: oportet ergo, ꝙ sit locusta ali-
quid quod habeatur cõiter in deserto: ad quod inque-
rendum nõ sit necesse impẽdi magnam solicitudinẽ.
Alii dicunt, ꝙ locustæ sunt illa aĩalia parua, q̃ saltãt, &
segetes destruunt. Et de his dr̃ Ioan. 1.ſ. Residuum eru-
cæ comedit locusta, & residuũ locustæ comedit bru-
cus. De istis dicit Nico. ꝙ inueniunt̃ in deserto Iudææ
& frixæ cum oleo sunt cibus pauperũ. Istud est satis ve-
risimile, q̃a nõ est aliquis sumptus circa talem cibum
respectu aliorum ciborum. Quidam tñ dñt hoc non
esse uerum, quia Ioannes erat quasi extremus in absti-
nentia a cibo,& potu: ideo nõ comederet ista aĩalia fri-
xa cum oleo: tum q̃a erat aliquis apparatus,& oporte-
I bat impendi aliquantam solicitudinem circa talia: tum
quia iste cibus aliqualiter esset sapidus pp frixuram in
oleo. Alii ergo dñt, ꝙ Ioannes comedebat istas locu-
stas,& tñ non frigebat eas in oleo, sed solùm sale con-
ditas comedebat. Et sic fit in quadã parte Aethiopiæ,
apud Trogloditas. Istud autem nullius sumptus erat,
nec apparatus, aut solicitudinis, & est cibus magis au-
sterus: ideo istud verisimilius uidebatur. Alii dicunt, ꝙ
istæ locustæ non sunt animalia, sed q̃dam herbæ, quæ
habẽtur in deserto, q̃ locustæ uocant in terra Chanaan
& de istis comedebat Ioannes. Et tunc erat magna
austeritas in cibo suo, scilicet comedere herbas crudas.
Istud tenet frater Brocardus Teutonicus in libro
suo de terra sancta, dicens se fuisse in multis monaste-
K riis apud Iordanem in locis, vbi Beatus Ioannes con-
uersabatur baptizans,& prædicans, & ibi cum multis
monachis sæpe comedisse herbas, quas illi locustas uo-
cant, & abundant in terra illa. Et dicunt, quòd illæ
erant locustæ quas comedebat beatus Ioannes. Istud
etiam satis est rationabile. Quia tamen istud nomen
locusta apud latinos communiter signat illa animalia
parua,& non herbas, nec aliquid aliud, uerisimilius ui-
detur, quòd comedebat locustas, scilicet ista uolatilia
sale condita, quia talia ualde abundant in deserto.
De melle syluestre dicunt quidam, quòd est quo-
dam paruus humor repertus in foliis quarundam
arborum, & est dulcis sicut mel: ideo uocatur mel.
Sed hoc non multum uidetur, quia ille humor est
delicata, & pauca, quæ magis lambitur, quàm come-
datur. Ioannes autem comedebat cibum rudem ad
necessitatem stomachi: ideo non est satis verisimile, ꝙ
tale mel comederet. Alij dicunt, quòd istud mel sylue
stre reperitur in truncis arborum quarundam, sunt
enim ibi quædam partes albæ,& tenerę quę manibus
contritæ comeduntur & saporem mellis habẽt. Istud
tenet Nico. Ista varietas & etiam aliorũ aliter opinan-
tium est, quia istud vocatur mel syluestre. Nam si vo-
caretur mel absolutè, putarent ꝙ esset mel cõe: quia
tamen mel syluestre dicitur, putant non esse de melle
nostro. Vr̃ tamen rationabiliter dicendũ, ꝙ istud erat
mel cõe, quo nos vescimur:& est cibus rudis, & cõis,
quem Ioann. sine apparatu,& solicitudine habere po-
terat, quia multum de melle esset in deserto: vocatur
autem mel syluestre, i. mel rude ad differentiam mel-
lis nostri, quod defecatum est,& purgatũ a cæra. Illud
aũt mel, quod Ioan. comedebat erat simul cum cæra.
scilicet, fauus sicut ipse inueniebat in deserto in aluea-
rijs apũ. Nam illę in diuersis locis in deserto mellifi-
cabant: etiam in locis, vbi nulli hominum de eis cura
erat. Et illi faui erant adhuc rudiores. Et propriè voca-
retur illud mel syluestre, quia in syluis sine cura hu-
mana fiebat,& de illo Ioannes comederet, quia nollet
quemquam grauare tollendo de alieno. Et istud vide-
tur magis tenendum. Iste autem esset cibus satis gros-
sus, & non delicatus nec dulcis quia licèt semel aut
modicum de melle comedere sit dulcè, & delectabi-
le tamen multum comedere, aut quotidie, vel quòd
de illo homo saturari velit prouocat nauseam,& non
est cibus suauis. vt patet Prouer. 25. scilicet, mel inue-
nisti, comede quod sufficit tibi, ne forte saturatus euo
mas illud. *Tunc exibat ad eũ Ierosolyma*. Postquàm descri
pta est vita Ioannis in cibo; & veste, ponitur eius præ-
dicatio famosa, scilicet, quia propter sanctitatem suã
confluebant ad eum omnes. Et dicitur quòd tunc,
idest, quando incepit prædicare exibat ad eum Ieroso-
lyma, idest, habitatores Ierusalem. Ponitur enim con-
tinens pro contento. Marc. 1. dicitur: Egrediebantur
ad eum Ierosolymitæ vniuersi. Eadem sententia est.
Et cum dicitur omnes Ierosolymitæ intelligitur mul
ti: quia non est verisimile, quòd omnes irent, nemo
manente in Vrbe: immo manifestum est, quòd non
ibant omnes, quia necesse erat manere ministros in tẽ
plo: Leuitas,& Sacerdotes, qui nunquam exibant de
templo toto tempore ministrationis suæ, vt colligitur
1. Paral. 9. etiam Luc. 1. & declaratum fuit 4. Regũ 11.
Et omnis Iudæa. idest, omnes habitantes in Iudæa, scili-
cet plurimi eorum. Et accipitur Iudæa strictè solum
pro sorte Iudæ. Quod patet, quia Ierusalem distingui-
tur hoc a Iudæa; & verum est, quia non est in sorte
Iudæ, sed in sorte Beniamin. Iosue 18. linea tamen di-
uidens sortem Iudæ a Beniamin transit per fontem
Rogel, qui est iuxta Ierusalem non longe a portis, vt
declaratum est Iosue 15. Et sic transit inter Ierusalem,
& Bethlehem. Et est Ierusalem de sorte Beniamin.
Bethlehem autem de sorte Iudæ. Accipiendo tamen
largius Iudęam includitur Ierusalem in ea. Et sic Pila-
tus, qui erat procurator Iudææ, erat procurator Ierusa-
lem, vt supra dictum est de hoc, ẽt præced. cap. in 18. q.
Et omnis regio circa Iordanem, i. terra illa, quæ est circa al-
ueum Iordanis. Est enim terra illa delectabilis,& sunt
ibi palmæ, & quondam erat Balsamum, & est terra
pinguis propter fluuium,& vocatur regio circa Iorda
nem tota terra Iordani adiacens ex parte Orientis, &
Occidentis. *Et baptizabantur ab eo in Iordane*. idest, im-
mergebantur in aquam. Et ob hoc erat Ioannes apud
Iordanem propter aquas multas, vt ibi baptizare pos-
set. Non fuit tamen semper circa Iordanem, quia ali-
quando declinauit ad alia loca, vbi erant aquæ, sicut

A quãdo fuit in Aenon iuxta Salim, vbi erant aquę mul-
tæ. Ioan. 3. ante tamen quam Christus baptizaretur, e-
rat Ioannes semper apud Iordanem: & ibi Christus
baptizatus est, scilicet, in Iordane infra in litera. Post
Christi autem baptismum Ioannes etiam baptizauit
in aliis locis. Matthæus autem,& Marcus non curant
de hoc: ideo solùm dicunt, quomodo baptizaret in
Iordane. Ioannes autem, qui istud scripsit latius dicit:
quòd Ioannes postea Christo prædicante baptizaret
in Aenon. Ioan. 3. *Confitentes peccata sua*. idest, confiten-
tes se peccasse: quomodo autem fieret ista confessio,
dicetur infra 58.& 55.& 96. q.

B ***An Ioannes debuit eße tam sanctæ vitæ, vt hic describitur.***
Quæst. XXVI.

QVAERITVR circa Ioannẽ, an debuit esse
tam sanctæ vitæ sicut hic describitur. Dicen-
dum ꝙ Ioan. fuit vitæ sanctissimæ: & decuit,
ꝙ haberet istam sanctitatem. Vnde Deus
ex speciali gratia dedit ei propositũ tam arduum, ſ. vt
tam asperam vitã sequeretur,& constantiam in opere
in tanta difficultate vitæ tam lõgo tp̃e habita illis labo
ribus frangetur. Et satis apparebat in eo aliquid diuinũ
esse quòd tã graues labores,& potissimè a tenera æta-
te tolerasset. Hoc autem fuit necessarium: quia Deus
volebat ꝙ Ioãnes esset testis idoneus in re tam ardua,
C sicut erat dicere aliquem esse Messiam,& quòd totus
populus crederet ei. Ad hoc autẽ necesse erat ꝙ Ioan.
manifeste ostenderet in se aliquid diuinũ, q̃a alias non
adhiberetur ei tanta fides. Istud autem poterat esse in
miraculis, vel in vitæ perfectione: quia vtrumq; a Deo
est. Ioãnes tñ miracula non fecit, vt infra dicetur. q. 34.
Ideo oportebat, ꝙ haberet vitam sanctissimam, & nõ
quãcũq;: sed in gradu excellentissimo, quia aliàs non
fuisset tanta opinio de eo. ſ. ꝙ ipse esset Messias, cũ nul
lum signum ostendisset. Quia apud antiquos fuerunt
multi sancti viri,& a nullo eorũ talis opinio habita est.
Ideo oportebat ꝙ Ioan. sanctior appareret illis. Etiam,
quia in re tam ardua soli verbo eius standum erat, ſ. vt
crederetur Messias, quem ille assereret non ostenso a-
D liquo miraculo. Oportebat ergo ꝙ ista vita esset ita ex
cellens, vt appareret specialiter a Deo,& non esset du-
bium quin a Deo mitteretur, & Deus operaretur in
eo, qui talia faciebat,& tunc Iudæi certificati de Ioan.
quòd esset a Deo propter excellentiam uitæ crederẽt
quicquid ipse diceret. Sed obijcietur quòd ista sancti-
tas vitæ non operata fuerit in Ioann. quia talis fides ei
adhiberetur. Nam licet Ioan. ostendisset Iesum esse
Messiam coram toto populo: Iudæi non acceperunt
eum, vt Messiam. Dicendum ꝙ sanctitas Ioan. operata
est id, ad quod erat. ſ. vt crederetur ei a populo: vt ne-
mo auderet dicere aliquid ab eo dictũ, uel factũ nõ es-
se diuinũ. Sic patet infra 21. cùm Christus quæsiuit a
sacerdotibus, & pharisæis, an baptismus Ioan. esset a
E Deo, an ab hominibus; vt se excusarent dicitur, ꝙ nõ
ausi sunt dicere esse ab hominibus, quia timebant po-
pulum, qui Ioan. tanq̃ prophetam tenebant. In oĩbus
alijs quæ Ioannes assereret nemo auderet ei repugna-
re. Quod autem omnes Iudæi non acceperint Iesum,
ut Messiam ipso testificante, non diminuunt testimo-
nium eius. Nam etiam Iesus fecit plurima,& inaudi-
ta miracula, quæ omnes Iudæi uiderunt,& tamen no-
luerunt omnes credere in eum. Miracula tamen non
solùm Messiam, sed etiam Deum esse illum probant.
Sed sicut aliqui crediderunt in eum propter miracu-
la, ita etiã aliqui crediderunt in eum pp testimonium
Ioan. Nam dicitur Io. 10. ꝙ multi ueniebant ad Iesum
dicentes, ꝙ omnia, quæ Ioan. de isto dixit uera erant,

& crediderunt in eum. Sed dicetur fortè, quòd Ioan. non debebat esse tam excellentis vitæ, quia per hæc ēt Christum excedebat in austeritate vitę. Quod videtur plurimis inconueniens; quia omnes virtutes debent poni in summo in Christo, i. in gradu excellentiori q̄ in omnibus hominibus. Dicendum q̄ Ioan. debuit habere totam austeritatem, q̄ habuit, quia alioquin, non excederet oēs antiquos sanctos valde, & sic non esset causa quare præstaretur ei tanta auctoritas a populo: & tm̄ præstari istam auctoritatem erat vtile Christo: quia quanto magis crederetur Ioan. tanto magis dirigerentur facta Christi, s. quòd facilius in eum crederetur: ideo decebat, q̄ Deus daret Ioan. priuilegiū vitæ sanctissimę in austeritate. Cùm aūt dicitur de Christo q̄ sic Ioannes excederet Christum, dicendum quòd ridiculum est comparare quemquam hominum ad Christū, nec omnes homines simul sumptos. Et hoc confitetur planissime ipse Ioannes dicens, q̄ de plenitudine eius oēs accepimus. Io. j. Dixit ēt, q̄ pater dedit ei Spūm, & non ad mensuram. Io. 3. q. d. cæteris datur Spiritus sanctitatis in certa mensura, filio autem datus est ille Spiritus sine mensura, i. inextimabiliter. Et sic potuerunt omnes de plenitudine eius recipere, quia in immensum habet. Et sic non solùm non est aliquis sanctus sicut Christus: sed ipse solus est sanctus, quia est sanctus sanctorū. Sic. n. vocauit eum Daniel, s. Vngetur Sanctus sanctorum. Dan. 9. Et solus sanctus est, quia ipse sanctus sanctificans tā Ioan. q̄ oēs alios. Ideo consequēter vita Christi erat excellētior, & sanctior q̄ vita Ioā, quia ipse sanctior erat. Et tm̄ vita Ioan. fuit austerior, q̄ vita Christi, sicut ipse Chrs testatus est infra 11. Venit Ioan. non manducans, nec bibens, & dicūt: quia demonium habet: venit filius hoīs manducās, & bibens, & dicunt: ecce homo vorax, & potator vini, & publicanorum amicus. Quare autem Christus nō habuit tantam austeritatem sicut Ioannes, & an decuit habere declarabitur infra 11. vel Luc. 2.

An Elias, & Prophetæ antiqui testamenti fuerunt ita austeri in uita, sicut Ioannes. Quæst. XXVII.

QVAERITVR an Elias, & Prophetæ antiqui fuerunt tam sancti, & tam austeri in vita sicut Ioannes. Aliquis dicet q̄ sic, quia etiam filij Prophetarum comedebāt herbas, sicut Ioannes: vt patet 4. Reg. de illo, qui posuit colocynthidas, siue herbas amaras in olla pro filijs prophetarum. Item patet de Elia, qui in deserto apud torrentem Carith à coruis pascebatur. Item ipse Elias comedit semel in quadraginta diebus, & de pane quidem subcineritio. 3. Reg. 19. Item Moyses bis quadraginta dieb⁹ mansit sine cibo, scilicet, quadraginta diebus pro primis tabulis suscipiendis, & quadraginta pro secundis: vt colligitur Exod. 34. & magis patet Deuteron. 2. Et ista videbatur maior austeritas.

Dicendum, q̄ Ioannes fuit austerior in victu, & vestitu cæteris, qui eum præcesserant: & colligitur ex testimonio Christi, s. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioannes Baptista. Et intelligebatur de sanctitate. Sanctitas autem Ioannis manifestabatur in illa exteriori austeritate vitæ: ideo oportet q̄ Christus intellexerit, q̄ in hac nemo eum excesserit, immo nec fuerit quisquam sibi æqualis, licèt antiqui sancti haberent vitam satis abstinentem a delicijs, & modestiam magnam in habitu. Et ob hoc specialiter scriptura ponit cibum eius, & vestitum, quod non facit de alijs sanctis nouj, & veteris testamenti, nec de ipso Christo: & specialiter laudat eum de hoc, ideo oportet q̄ in isto excederet omnes alios homines. Ad primū q̄n dr̄ de filijs prophetarum, q̄ comedebant herbas. dicendum q̄ non attestabatur magnam austeritatem vitæ: quia illud erat ex necessitate famis, cū non haberent aliud, uel saltem non ad sufficientiam: sic patet e. c. s. Erat autem fames in terra, & dixit Eliseus vni de pueris suis, pone ollam grandem, & coque pulmentum pro filijs prophetarum. Si tamen fuisset abundantia escarū, nō comedissent herbas, cùm ibi causa innuatur. s. quia erat fames in terra. Comedebant tamen panes, & alia, quæ apponebantur isti filij prophetarū, cùm dicatur eod. c. q̄ quidam vir attulit panes primitiarum Eliseo, & fecit illos apponi coram filijs prophetarum, & comederunt. Ioan. aūt nunq̄ comedebat panem, sed lùm locustas, & mel syluestre. Ad secundū dicendū, q̄ Elias non fuit ibi austerus aliq̄n, sed solùm ostenditur inde, q̄ per miraculum nutriebatur. Nam erat fames magna in terra, & Deus iussit Eliæ manere apud torrentem Carith: & ibi dixerat, q̄ corui pascerent eum, & dabant sibi bis in die panem, & carnes mane, & vesperi. eod. c. Ista autem nulla austeritas erat, sed vita lætis delectabilis quantum ad cibum: de potu aūt Deus non prouidebat ei, sed bibebat aquam de torrente. 3. cap. Ad tertium dicendum, q̄ Elias non fuit austerior in hoc, eo q̄ quadraginta diebus non comederit. Nā illud non erat uoluntate humana: sed quia Deus compulit eum facere, dicens q̄ comederet, & biberet, quia grandis via ei restabat. 3. Regum 19. Et tunc etiam si Elias voluisset aliquid aliud comedere non potuisset, quia nihil erat in deserto. Et ob hoc angelus attulit ei cibum, quasi aliunde habere non posset. Nam Deus non prouidet miraculosè, nisi in necessitate. Ioannes autem sine ulla necessitate sponte tenebat hanc austeritatem: cùm posset habere alios cibos ad abundantiam. Item non grauabat Eliam, q̄ tanto tempore abstineret à cibo: quia si grauaretur modo naturali, necesse erat q̄ moreretur. s. nihil comedendo in quadraginta diebus. Et tamen non periit, ideo miraculose conseruabatur. Et tunc non affligeretur fame, sic ieiunans. Et hoc innuitur eo. c. cùm dicitur, & ambulauit in fortitudine cibi illis quadraginta dieb⁹, & quadraginta noctibus usque ad montem Dei Horeb. Et sic cibus ille confortabat adhuc eum, non solùm ad viuendum, sed ēt ad itinerandum continuè. Ioan. autē naturaliter conseruabatur, ideo affligebatur austeritate cibi, & fortè interdum fame. Item adhuc non erat austeritas hæc in cibo Eliæ, quia ipse comedit panem subcineritium. Ioann. aūt nunquam comedebat panem, sed locustas, & mel. Ad quartum dicendum quòd in Moyse nunquam apparuit aliqua austeritas uitæ, sed comedebat de eisdē cibis de quibus cæteri homines. Quod aūt bis quadraginta diebus manserit sine cibo nullam austeritatem in eo significat, sed solùm ostendit diuinum miraculum: quia naturaliter non potest manere sine cibo tanto tpe. Illud autem non fuit ita graue, sed iucundum: quia fruebatur consortio diuini sermonis. Vnde apparuerunt in eo signa huius. Sic. dr̄ Exo. 34. q̄ qn̄ Moyses descendit ad castra, erat cornuta facies eius ex cōsortio sermonis Domini, & ipse ignorabat. Ita ēt totus populus Israel per xl. annos medit solùm manna: quod uideretur, q̄ naturaliter non posset eos nutrire, & conseruare ita fortes, & iocundos. Sic dr̄ Deut. 8. s. dedit tibi cibum mānā, quod ignorabas tu, & patres tui, ut ostenderet tibi, q̄ non in solo pane viuit homo, sed in oī uerbo, quod egreditur ex ore Domini. Quasi dicat: iste cibus manna non poterat te ita naturaliter nutrire sicut panis: sed Deus fecit ad ostendendam potentiam suam, scilicet, ut intelligeres, q̄ non in solo pane viuit homo, id est, potest uiuere, sed ex oī uerbo qd̄ ꝓcedit ex ore Dñi, i. Quidquid dixerit, homini q̄ comedat, uiuet comedendo illud, etiam si dicat quòd comedat ferrum, uel lapides.

Talia

Talia ergo non sunt ducēda in argumentum, quia miraculosa sunt. In Ioanne autē nihil erat miraculosum: sed naturaliter viuebat, & affligebatur per istam cibi austeritatem: magnitudo tamen virtutis eius faciebat, quòd omnia toleraret.

Quare ista hic posita sunt ad denotandam vitam Ioannis. Quæst. XXVIII.

QVAERITVR, quare posita sunt hic ista ad denotandum excellentem vitam Ioannis. Dicendum q̄ Euangelistę voluerunt ostēdere Iudęis, & oībus legentibus Ioannē esse virum sanctissimum: ideo ista scripserunt de eo. Deus quoq; volens q̄ Ioan. appareret sanctissimus Iudæis, fecit q̄ ista haberet, per quæ sanctissimus probabat. Pro quo considerandum q̄ tota perfectio, & sanctitas hominis prouenit à charitate. Ipsa namq; charitas in se ipsa perfectio quædam est, & ipsa perficit omnes operationes, quæ cū ea sunt. Sic ostendit Apostolus 1. Cor. 13. vbi cùm posuisset præcedenti. c. de omnibus gratijs spiritus sancti dixit ibi. Et adhuc excellentiorem viam vobis ostendo. s. viam charitatis. Nam ibi ponit omnes laudes eius. Ideo dicendum, q̄ simpliciter nō est perfectio hoīs in austeritate vitæ, nec maior perfectio in maiori austeritate: quia non potest esse maior austeritas, & tolerantia, q̄ q̄ homo tradat corpus suum, ita vt ardeat. Dicit tamen Apostolus, q̄ adhuc istud nihil est: si charitatem non habet. prima. Cor. 13. Ideo sanctitas Ioan. ex charitatis gradu accipiēda erat: scriptura tamē nō denotauit gradum sanctitatis eius ex charitate, sed ex vitę austeritate. Et hoc propter duo. Primo q̄ Ioan. non solùm dicitur hic sanctus, sed ostenditur populo, quomodo ipse sit sanctus. Charitas autem est aliquid in anima, quod non videtur: ideo sanctitas per exteriorem operationem ostendenda est. Istud autem erat in Ioan. quantum ad vitæ austeritatem, quæ omnibus apparebat. Secundò quia ista sanctitas ostēdenda erat Iudæis qui adhuc erant viri grossi circa spiritualē vitam: ideo per ea, quæ erant maximè palpabilia ostendi debuit eis sanctitas Ioannis, & ostensa est magis per vitæ austeritatem, quàm per aliquid aliud. Nam homines rudes iudicant excellentius esse id qd̄ difficilius est ad resistendum sibi. Istud autem est in eis, quæ caro desiderat: quæ si non ministrētur sibi, vexat eos, & affligit, & tolerare has tentationes est magnæ difficultatis. Ita est in cibo, & potu, & vestitu austeritas, q̄a caro omnia cōtraria appetit, & ista tolerare difficile erit. Habebat autem Ioannes præter istam austeritatem magnam excellentiam orationis, & cōtemplationis. Quia cùm in deserto semper mansisset vsque ad annum triesimū, & non conuersaretur cum hominibus, nō erat otiosus: sed necesse erat eum esse orationi, & contemplationi deditum, quia non vacabat operibus laborum ad acquirendam vitam: cùm ferè nulla re indigeret habens omnia necessaria in deserto sponte nata, & ad habundantiam occurētia. s. locustas, & mel. Istud autem erat maioris perfectionis, vel priuilegij. s. posse semper intentum esse Deo orando, vel contemplando, quàm abstinere ab omni cibo. Viti tamen rudes, sicut populus non capiunt quanta sit illa perfectio: ideo scriptura non curauit laudare Ioannē, de dotibus spiritualibus: sed laudauit de austeritate in victu, & vestitu, q̄a istud erat per quod populus Iudæorum iudicabat eius sanctitatem. Ista autem austeritas ostendebat Ioannē esse diuinum hominem dupliciter. Vno modo quia Ioan. talia uolebat. Alio modo quia talia pati poterat. De primo patet quia Ioan. elegerat vitam tam austeram qualem nullus vnquam hominum habuisse visus erat. Illud autem non videbatur esse posse nisi à Deo, &

Alph. Tost. in Matth. Comm.

A ppter Deum. Sic enim Christus dixit: A fructibus eorum cognoscetis eos j. 7. Istud verum est nisi in hoīb? Hypocritis, qui interdum multa simulant pp quæstū, & honorem. Et tamen isti adhuc ex fructibus cognoscuntur. Habet. n. Hypocrisis fructus quosdam. s. q̄ homo cū uideri bonus velit, bonus tamen esse non vult. Ideo licèt hypocrita aliquid interdum exterius faciat, per qd̄ bonus videatur, necesse est, q̄ plurima interius, vel absconditè faciat, per quę bonus non sit. Et quia nihil est occultum, qd̄ non reueletur, dicente Saluatore: necesse est q̄ opera istorum aliqn̄ in lucem veniant, & tunc appareat, q̄ non sanctitatis, sed hypocrisis opera fuerunt, quę videbantur. Et si quis cōsideret diligēter, hypocrita diu latere non pōt. Quia cùm hypocrita verè diligat aliqd̄ bonum temporale. s. lucrum, vel honores: & magis sit amor suus ad hoc q̄ ad ostendendum sanctitatem exterius, quæ pp ista bona ostenditur: necesse est, q̄ interdum cū maiori feruore feratur in id, qd̄ maxime diligit: & lucrum vel honorem sectetur, & tunc apparebit vnde procedāt opera sua. Item qa licèt hypocrita aliquanto tempore dura toleraret pp spem lucri vel honoris: diuturnè tamen non tolerabit, quia nollet perdere totam vitam, q̄ amat pp spem pauci tēporis. Ideo perseuerare semper ī duris sanctitatis, & nō hypocrisis indicium est. In Ioan. autem erant opera bona, & taliter se habebat, q̄ nullus posset de eo presume re: q̄ faceret hoc per hypocrisim. Primò quia circa natiuitatem Ioan. apparuerunt multa miranda, q̄ ostēdebant sanctitatem eius futuram. Vnde omnes audiētes de eo posuerunt in cordibus suis, q̄ puer ille aliqd magni esset. Luc. 1. Et sic quando postea viderent opera eius miranda crederent, q̄ à Deo erant, qui in natiuitate eius ipsum magnum uirum futurum ostenderat. Secundo quia Ioā. cepit istam conuersationem austerā à tenera ętate, ut colligit Luc. 1. Et sic dr̄ ī hymno suo. s.

Antra deserti teneris sub annis,
Cœtum turmas fugiens petisti.

Hypocrisis autem non est nisi in uiris habētibus iudicium perfectum ad excogitādos dolos peruersos, & fucos, q̄ quos sub specie boni fallāt, & ꝓsequanē lucrū, aut honorem intentum. Ioan. autem incepit istā uitā, qn̄ puer erat: ideo nō erat uerisimile q̄ per hypocrisim moueretur, sed a Deo. Tertiò, quia hypocritæ, ut dictū est non perseuerāt longo tpe in opere duro: cū desiderium eorum sit consequi bona huius uitæ, & nolunt fraudari tota iucunditate uitæ, tolerando dura propter spem pauci tpis. Ioā. aūt ꝓtinuauit in ista austeritate ab exordio uitæ usq; ad finem: & nūquam aliquid sibi de rigore subtrahere uisus est: sed semper in eadem austeritate manebat: ideo apparebat, q̄ nō erat ex hypocrisi, sed a Deo. Quartò, quia cùm hypocritæ non desiderent esse boni, sed uideri, faciunt solùm ibi opera sua, ubi uideri possint, sicut dicitur infra 6. s. Cū facis eleemosynam, noli tuba canere ante, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & uicis, ut honorentur ab hominibus. Et iterum dicitur: Cū oratis non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & angulis platearū stantes orare. Et sic ad hoc quòd aliquis effugiat hypocrisim dicit ibi Christus, quòd oret in cubiculo clauso hostio, & quòd det eleemosynam in abscondito nesciente sinistra quid faciat dextra. Ioan. autem opera sua faciebat in abscondito, quia a tenera ætate semper fuit in deserto, & non conuersabatur cum hominibus usque ad tēpus illud, in quo ex mandato Dei oportebat se ostendere populo, & prædicare, ut patet Luc. 1. s. Puer autē crescebat, & ꝓfortabatur spiritu, & erat in deserto usque in diem ostensionis suæ ad Israel. Si autem fecisset per hypocrisim, mansisset in Ierusalem, uel in aliquo magno populo, ubi uiderent ab hoībus opera sua, & ꝓsequeret magnū honorē, & statum. Sic

enim cognati Christi, qui erant viri mundani, uidentes Christum facere talia mirabilia in terra Galilææ inter pauperes, hortabantur eum quòd iret in Ierusalem, & ostenderet se ibi mundo, vt consequeretur honorem de operibus suis. Ioan. 7. scilicet. Dixerunt ei fratres eius, Trāsi hinc, & uade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua, quæ tu facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit, & quærit ipse in palam esse. Si hæc facis, manifesta te ipsum mundo. Ioannes tamen nunq̄ venit in Ierusalem, vbi posset honorari: sed manebat in deserto: ideo apparebat, q̄ non per hypocrisim faciebat. Quintò, quia licèt hypocritæ ualde desiderent honorem, & propter hunc aliqua opera dura faciant: tamen non durissima, quę repugnent vitæ, & destruāt eam vel valde affli gant: cùm ipsi propter istam vitam omnia faciant: nolunt autem eam affligere propter aliquid, quod sperent: Ioannes tamen faciebat opera, q̄ erant quasi magis ad moriendùm, quàm ad uiuendū, scilicet, solùm comedere locustas, & mel, & indui pilis camelorum: Vnde nullam sibi uitæ delectationem retinebat, Quòd hypocritæ nequaquam facerent: ideo apparebat eum non esse hypocritam. Sextò, quia cùm hypocritæ honores, ac dignitates desiderāt, & ista maximè consequi possint homines a dominis temporalibus, hypocritæ blandiuntur eis, & laudant ipsos, eorūque vitia tolerant, ut sic ab eis consequantur, quod optant, Ioannes autem non blanditus est: sed maximè increpabat Herodem principem terræ Galilææ dicēs, quòd nō licebat ei habere uxorem fratris sui. Propter quod Herodes tenuit eum, & occidit, infra 14. & Mar. 6. & Luc. 3. Nō erat ergo Hypocrita, sed propter Deū omnia ista faciebat. Quod autem propter Deum talia facere uellet, ostendebat eum esse virum sanctum. Secundùm principale erat ostendēs Ioannes esse a Deo, scilicet, quia tantam austeritatem tolerare poterat, qa nō uidebatur, q̄ aliquis homo talia posset pati: ideo absolutè erat mirandum. Vnde dicit Chrysostomus sup Ioannem, q̄ Iudęi uidentes Ioannē mirabantur, quomodo in corpore humano tanta patientia esse posset: & præcipuè quia Ioannes tolerauerat ista in parua ætate. Nam a pueritia sua manebat in deserto. Luc. 1. Itē, quia tam longo tempore tolerare potuisset. Nam q̄ paruo tempore aliquis ista pateretur erat aliqualiter verisimile, Ioannes tamen tolerauit hoc a parua ætate usque ad mortem. Ideo apparebat non solùm uolūtatem hoc faciendi, sed etiam firmitatem sustinendi sibi a Deo esse supernaturaliter collatā: propter quod homo diuinus iudicari poterat: & tanquam a Deo uenienti fides firmissima adhibeatur. Considerandum autē q̄ Euangelistæ uolunt ostendere per hoc in Ioānes fuisse oēm perfectionem uitæ, quæ exterius apparere potest. Consistit autem ista perfectio in duobus. s. in fugiendo uitia, & prosequēdo uirtutum actus. Psal. 33. f. Diuerte a malo, & fac bonum: posuerunt tamen Euangelistæ de Ioanne solùm ipsum bonum, quod faciebat, & non quomodo uitia euitaret. Hoc autē propter duo. Primò quia declinare a uitiis est primus, & infimus gradus perfectionis: & est in quolibet, qui incęperit esse bonus. De Ioanne aut uolebant Euangelistæ non solū ostendere, q̄ esset bonus, sed q̄ esset omnium bonorum maximus: ideo non oportebat, q̄ de eo prædicarent illud, quod bonum erat minimę perfectionis, & pertinet ad incipiētes: sed quod est maximę perfectionis, & in solo Ioanne inueniebatur. Secūdò quia cùm scriptura ostendat Ioannē talia opera fecisse: manifestum est, q̄ omnia vitia deuitabat. Nam omnia u tia dependent ex tribus capitibus, s. ex desiderio honoris: aut diuitiarum: aut delectationū carnis: sicut dicitur. 1. Ioan. 2. f. Omnę quod est in mundo, est cōcupiscentia carnis, & concupiscētia oculorū, & superbia vitæ, quæ non est in patre, sed ex mundo est. Ioannes autem nihil horum habebat: de delectationibus carnis patet: qa in cibo, & potu erat maximè austerus, locustas solùm, & mel comedens. Circa carnis etiam teneritudinem erat durus, quia nō induebatur mollib. circa carnem, vt communiter tenetur. licèt possit dici quòd erat illa zona super vestes ad stringendam eas, ne laxæ fluerent. Et hoc modo Elias habebat zonam. Nam dixerunt viri, qui eum viderant, quòd erat pilosus, & accinctus renibus zona pellicea. Manifestum est tamen quòd illi viri non uidebant id, quod habebat Elias iuxta carnem, cùm ipse indutus esset. Habebat ergo zonam super vestes, & sic poterat esse de Ioanne, sed primum magis videtur. Aliam causam habent isti Eremitæ ad hoc ex verbo Christi dicētis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: illi ergo lumbos vestibus præcingunt. Verum est autem, quòd illa parabola est. Nam sic exponit Gregorius dicens, lumbos præcingimus, cùm carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Isti autē etiam quantum ad corticem literæ obseruant. Et non est irrationabile: quia illa obseruantia multum conferat ad id quod Christus intendit, scilicet, ad carnis luxuriam coarctandam.

Quare Ioannes determinatè utebatur tali habitu.
Quæst. XXIX.

QVAERITVR, quare Ioannes determinatè vtebatur tali habitu. f. pilis Camelorum, & zona pellicea circa lumbos. Dicendum q̄ Ioannes faciębat propter duo. Primò propter magnam austeritatem uitæ, quā ipse tenere volebat. In habitu autem non poterat esse maior austeritas q̄ indui rębus asperrimis, quales sunt uestimenta de pilis Camelorum: & Zona cruda de pellibus posita iuxta lumbos: ideo erat conueniens habitus ei. Secūdò propter imitationem antiquorum: nam Ioannes fuit Eremicola cùm tota uita māserit in deserto abstractus ab hominum communicatione usque ad tempus, quo manifestatus est Israelitis: inter antiquos tamē sanctos Elias legitur fuisse maiorem Eremicolam: nā ipse manebat in monte Carmeli, ut patet. 4. Reg. 1. 23. Reg. 18. & 19. Cùm ergo illius uitam Ioannes tenere uellet: voluit quoquę in habitu imitari. Elias autem tenuit istum habitū, s. pillos Camelorum, & zonam pellicea circa lumbos: & per istum habitum cognoscebatur distinctus ab aliis hominib. tpe suo. Sicut patet. 4. Reg. 1. qñ Ochozias quæsiuit a nūtiis suis, Cuius figuræ, & habitus est uir, q̄ occurrit uobis, & locutus est verba hęc? At illi dixerūt. Vir pilosus, & zona pellicea accinctus renib. Et tunc rex ait, Elias Thesbites est. Vocatur autē Elias vir pilosus, i. indutus pilis Camelorum sicut Ioannis, uel pilosus. s. in carne, ita q̄ esset multorū pilorum, sicut dixit Iacob de Esau fratre suo: nosti q̄ frater meus Esau uir pilosus sit, ego autē lenis. Gen. 27. Vtroque modo pōt accipi Elia. Aliqualiter uī verisimilius, q̄ esset indutus pilis: quia istud pertinebat ad habitum Eremitæ. Sed de hoc uide. 4. Reg. j. nec multum differt quod tenere uelis. Propter hoc autem Eremitę, quibus cunt propositum suum, & uitam incepisse in Elia, & postea apertius in Ioanne Baptista, vt ait Hieronymus in libello de uita Pauli primi Eremitę, induebantur antiquitus, & etiam nūc multi, habitu ita aspero, s. de pilis caprarum, uel Camelorum, licèt non habeantur ab cōiter, aut de aliis reb. ualde aspis. Et quidā eorum ad imitandum specialiter habitū Ioānis utunt quibusdā vestib. paruis, siue funiculis circa carnē, ita ut lumbos stringant. Istud autē est ad affligēdū carnē p duritiā, & potissimè partē lumborum: quia circa illa dñat libido.

Sic ait B. Gregorius in homilia confessorum, scilicet, quòd uiris luxuria sit in lumbis, fœminis autem in umbilico. Et illa comprimitur per restrictionem, & domationem quandam. Ioannes tamen habebat zonam crudam de pellibus, quę erat circa lumbos, ideſt, circa carnem, vt communiter tenetur. licèt possit dici quòd erat illa zona super vestes ad stringendam eas, ne laxæ fluerent. Et hoc modo Elias habebat zonam. Nam dixerunt viri, qui eum viderant, quòd erat pilosus, & accinctus renibus zona pellicea. Manifestum est tamen quòd illi viri non uidebant id, quod habebat Elias iuxta carnem, cùm ipse indutus esset. Habebat ergo zonam super vestes, & sic poterat esse de Ioanne, sed primum magis videtur. Aliam causam habent isti Eremitæ ad hoc ex verbo Christi dicētis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: illi ergo lumbos vestibus præcingunt. Verum est autem, quòd illa parabola est. Nam sic exponit Gregorius dicens, lumbos præcingimus, cùm carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Isti autē etiam quantum ad corticem literæ obseruant. Et non est irrationabile: quia illa obseruantia multum conferat ad id quod Christus intendit, scilicet, ad carnis luxuriam coarctandam.

An Ioannes debuit in deserto nudus manere.
Quæst. XXX.

QVAERITVR, an Ioannes debuit in deserto nudus manere. Aliqui dicunt quòd sic, quia Ioannes debebat ostendere in se austeritatem vitæ maiorem quàm habuissent aliqui præcedentes eum, & tamen aliqui vsi fuerant pilis Camelorum, & zona pellicea circa lumbos, sicut diximus de Elia, ergo Ioannes vt eum excederet debuit nudus manere. Secundò quia aliqui etiam manserunt nudi in deserto longo tempore, sicut patet de Maria Aegyptiaca; & de Honuphrio Eremita, & quibusdam aliis. Ioannes ergo vt non minor his videretur, debuit esse nudus.

Dicendum quòd Ioannes debuit esse vestitus, & cum veste manere. Primò quia nulla lex sanctitatis tollit ea, quæ sunt necessaria naturæ. Illud enim insanire est, & non sanctè viuere: dicit Apostolus ad Ro. 12. Obsecro vos ut offeratis corpora vestra hostiam viuentem sanctam Deo placentem, ideſt, offeratis sibi corpora vestra in sacrificium. Et quia putaret aliquis propter hoc valde affligenda esse corpora, subdidit: rationabile sit obsequium vestrum, ideſt, estote moderati secundùm regulam rationis non affligentes vos supra modum. Qui tamen subtraheret necessaria naturæ diceretur odisse corpus suum, & properaret ad illius interitum. Iubemus tamen corpora diligere ad Ephe. 5. scilicet: Ita, & viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit. Tenemur ergo ministrare corpori nostro necessaria inquantum possumus, & inquantum necessaria sunt. Inter necessaria tamen ponitur vestis. Eccles. 29. scilicet: Initium vitæ hominis aqua, & pastus: & vestimentum. Et licèt ipse cibus sit magis necessarius, & vestimentum. Et licèt ipse cibus sit magis necessarius aliquis, quam ut solam aquā bibat. Et ista est pauca austeritas: ideo non debuit poni in laude Ioannis, quia etiam si ille solam aquam biberet, non excederet plurimos uulgares: qui etiam sine aliquo desiderio uirtutis solam aquam bibunt. Secundò quia scriptura posuit hic illud, de quo dubitari poterat, scilicet, de cibo: cùm in eo sint multæ differentiæ austeritatis propter uarietatem ciborum: & nescirēmus, quem gradum austeritatis teneret Ioannes. In potu autem manifestum erat, quòd si aliquam austeritatem temporis, quia aliàs fortè periclitaretur vita eius. Licet ergo illa, quæ erant dura faceret: id tamen quod naturæ aduersatur, & omnino destruit eam, scilicet esse nudum, facere non debebat. Secundò quia repugnat humanæ verecundiæ sine vestibus manere. Ista autem uerecundia consequitur hominem in pœnam. Ideo necesse est homines rationabiliter uiuentes erubescere, ne nudi videantur. Et si quis erubescere nollet, tanquam insanus ab omnibus putaretur: nec quisquam aspicere uellet hominem nudum penitus. Ioannes autem licèt in deserto vixerit: tamen prædicaturus erat toti populo Iudæorum: ideo saltem propter verecundiam vestes habere debebat. Non ergo pertinebat ad austeritatem non habere uestes, sed habere illas duras, & contemptibiles: & sic Ioannes habebat. Ad primum dicendum, quòd Ioannes ostendere debebat maiorem austeritatem vitæ quàm cæteri præcedentes: non tamen oportet, q̄ in singulis rebus esset austerior. Satis enim erat, ut in quibusdam excederet: licèt in alijs esset æqualis. Nam quædam sunt, in quibus quidam homines non possunt excellere alios, quia paucos gradus habent: & est facile peruenire ad extremum. In rebus autem habentibus multos gradus, & differentias perfectionis, potest quis excedere alium; & ille alium, & sic in infinitum. De primo patet in vestibus. De secūdo patet in charitate, qa in charitate gradus possunt esse infiniti. Ad secūdum dicendum, quòd illi qui manserunt nudi, passi sunt hoc etiam necessitate, quia vestes habere non poterant, scilicet, quia vestes quas in desertum tulerant, vetustate attritæ erant, & consumptæ. Et ita fuit de Maria Aegyptiaca: quamdiu tamen vestes habere potuerunt habuerunt illas. Ioannes autem non erat in hac necessitate, cùm vestes habere posset: ideo non debebat nudus esse: maxime, quia vestes erant maximè necessariæ Ioanni, quàm illis quos diximus in deserto nudos fuisse: quia illi nunquam redituri erant ad sæculum. Ioannes aūt venturus erat ad prædicandum omnibus Iudæis. Item, quia illi morabantur in interioribus partibus deserti, ad quas nullus hominum perueniebat: sicut legitur de Honuphrio quòd quadraginta annis mansit in deserto hominibus incognitus prętterquam Paphnutio Eremitæ. De Maria Aegyptiaca quasi eodem modo fuit. Ioannes autem erat in deserto Iudææ, quod est paruum desertum, & sunt ibi multæ habitationes. Nam sex ciuitates in eo fuisse dicuntur. Iosue 15. Et sic licèt Ioannes non conuersaretur communiter cum hominibus, poterat tamen uideri sæpe a multis, transeuntibus per regionem illam: ideo non debuit esse nudus.

Quare scriptura nihil ponit de austeritate potus Beati Ioannis. Quæst. XXXI.

QVAERITVR, quomodo scriptura non ponit hic de austeritate Ioannes in potu, sicut ponit in cibo, & in uestitu. Dicendum quòd hoc factum est. Primò quia non est tanta diuersitas austeritatis in potu, sicut in cibo. Nam in potu non est varietas nisi in vino, & aqua. Nec potest esse magis austerus aliquis, quam ut solam aquā bibat. Et ista est pauca austeritas: ideo non debuit poni in laude Ioannis, quia etiam si ille solam aquam biberet, non excederet plurimos uulgares: qui etiam sine aliquo desiderio uirtutis solam aquam bibunt. Secundò quia scriptura posuit hic illud, de quo dubitari poterat, scilicet, de cibo: cùm in eo sint multæ differentiæ austeritatis propter uarietatem ciborum: & nescirēmus, quem gradum austeritatis teneret Ioannes. In potu autem manifestum erat, quòd si aliquam austeritatem

ritatem ſeruare uellet, ſolam aquam biberet: & ſic nō fuit neceſſe exprimi. Ita dicitur in ſuo hymno, ſcilicet.

Cui latex hauſtum ſociata paſtum
Mella locuſtis.

Itē ratio ꝓſuadet hoc, quia Ioannes ſolū utebaꝫ eis, q̄ neceſſaria erant ad uitam. Vinum autem non eſt neceſſarium, quia non ſolùm multi homines, ſed etiam multi populi, & Gentes ſine illo uiuunt. Et a principio ſæculi uſque poſt diluuium uinum non fuit, licèt eſſent uites. Primus autem, qui bibit uinum fuit Noe, & inebriatus eſt. Gen. 9. Præcedens autem ætas uinum non nouerat. Erant tamen tunc homines longæui, & robuſti, & omnes bonam habitudinem corporis habentes, ideo Ioannes non biberet de eo. Sciendum tamen ꝙ licèt hic Matth. & etiam Mar. 1. cap. nihil dicāt de potu. Luc. 1. dixit Angelus, quòd Ioannes vinum, & ſiceram non biberet: ſola ergo aqua reſtabat ad potum. Item quia Ioannes manebat in deſerto ſine conuerſatione humana, uinum tamen habere non poterat niſi cum hominibus conuerſaretur. Item quia Ioānes non utebatur quibuſdam magis neceſſariis, quàm ſit vinum, ergo a fortiori non uteretur uino. Patet qa inter neceſſaria ad uitam humanam non ponitur. 29. ſcilicet. Initium uitæ hominis aqua, & panis, & ueſtimentum, & domus protegens turpitudinem. Ioannes tamen pane non ueſcebatur, qui ponitur inter neceſſaria: ergo a fortiori non uteretur uino, quod non ponitur inter neceſſaria. Item, quia non ſolùm uinum non eſt de neceſſariis, ſed etiam ad mediocrem paſtū non pertinet. Nam Deus quando paſcebat Eliam apud torrentem Carith: mittebant ei panem, & carnes mane, & ueſpere: tamen non mittebat ei uinum: ſed iubebat bibere de aqua torrentis. Dare tamen panē, & carnes bis in die erat paſtus ad abundantiam: & tamen non dabatur uinum. Ergo non ſolùm ad neceſſitatem, ſed etiam ad quandam abundantiam non pertinet. De hoc. 3. Reg. 17. Chriſtus tamen poſuit de Ioāne, quòd non ſolùm in cibo, ſed etiam in potu erat auſterus, dicens. Venit Ioannes non manducans, nec bibens, & dicūt quòd Dæmonium habet, infra. 11. ideſt, non manducabat id quod alii manducabant: nec bibebat de eo, quod alii bibebant ſcilicet de uino.

An aliquid aliud fuerit in Ioanne præter ſanctitatem, & auſteritatem uitæ per quod eſſet tantæ auctoritatis apud Iudæos. Quæſt. XXXI.

QVAERITVR an in Ioanne pręter iſtam ſanctitatem uitæ, & auſteritatem fuerit aliquid aliud: propter quod Iudei ſibi tantam præſtarent auctoritatem. Dicendum quòd uita Ioannis fuit ualde excellens, propter quam dignus erat auctoritate magna, & reuerentia. Quia manifeſtè apparebat eſſe homo diuinus. Forte tamen ad tantam auctoritatem quantam ei Iudæi præſtabant non ſufficiebat hoc. Videtur ergo dicendum quòd Ioannes nō ſolùm ex ſua ſanctitate conſecutus eſt iſtam magnam reuerentiam, & auctoritatem: ſed etiam Deus voluit ei dare alia multa teſtimonia, & iſta fuerunt, quæ in natiuitate eius apparuerunt. Nam eius conceptio, natiuitas, nomen, & actus, & totius uitæ ordo ab angelo prænunciata ſunt, antequam fierent. Luc. 1. Et totus populus cognouit hoc, quia cùm exiuit Zacharias pater eius de templo exiuit mutus, & expectabat eum totus populus foris. Et cognouerūt, quòd uiſionem in templo uidiſſet. eo. cap. Poſtea etiam quando Ioannes natus eſt patre eius muto permanente: cùm ſcripſiſſet nomen illius ſolutum eſt vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Ex quo apparebat, quòd merito pueri nati illud accidiſſet. Prophetauit tunc pater, & omnes qui audierunt iſtud mirabantur. Luc. 1. ſcilicet. Et factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorum: & ſuper omnia montana Iudææ diuulgabantur uerba hæc. Et poſuerunt omnes, qui audierant in corde ſuo, dicentes. Quis putas puer iſte erit? Quaſi dicat. Aliquid uidemagnum erit. Sic ergo Ioannes illico ut natus eſt, creditus eſt ſanctus futurus, ut magnus uir ex eo tempore cæperit habere magnā reuerentiam, ſiue auctoritatem apud Iudæos: licèt nihil adhuc loqueretur. Ideo poſtquam cæpit habere tantam uitæ auſteritatem concordante uita cum magnitudine, quæ ſignata fuerat in natiuitate, & conceptione, faciliter ei crederetur, etiam ſi non fuiſſet tam auſteræ uitæ. Sed dicet aliquis: ſufficiebat ergo Ioanni, quòd apparuiſſet ante conceptionem, & natiuitatem ſuam illa figura magnitudinis: etiam ſi poſtea non eſſet tam auſterus: ideo non debuit, uel non fuit neceſſe habere tantam auſteritatem. Dicendum, quòd licèt ſigna, quæ comparuerunt in natiuitate Ioannis oſtenderent quandam magnitudinem excellentem in eo futuram, ſi tamen uita poſtea non concordaret cum ſignis, nō præſtaretur ei auctoritas: quia putaretur, quòd Deus mutauerat iudicium ſuum circa illum propter peccatum eius, uel ſuorum. Iſte enim erat modus Dei. Ierem. 18. ſcilicet, quòd promitteret alicui homini multa mala: & ſi ageret pœnitentiam ceſſabat illa inferre, & conferebat Deus ei bona. E contrario Deus promitteret alicui magna bona, & ſi recederet a Deo, mutabat Deus ſententiam, & nihil conferebatur de promiſſis. Ita putaretur de Ioanne ſi uita ſua non fuiſſet excellens. Et tunc non ſolùm non præſtaretur ei auctoritas, ſed etiā malus iudicaretur: propter cuius peccatū putaretur Deū mutaſſe ſententiam de bonis promiſſis. Debuit ergo Ioannes excellens eſſe. Nam etiam ſi ſolùm eſſet bonus nihil habens ſpeciale ſuper cæteros, putarētur ſtrata effectui pręcedentia ſigna: quia illa non ſolùm bonum, ſed excellentem ualde innuebant: ſicut omnes audientes, quæ facta fuerant dicebāt, ſcilicet. Quis putas puer iſte erit? Quaſi dicat. Erit quid admirabile quale nunquam uiſum eſt. Et iſta etiam fuit cauſa quare Iudæi putauerunt eum eſſe Meſſiam. Ioan. 1. Debuit ergo iſtam excellentem magnitudinem habere in auſteritate uitæ: licèt tamē aliquid minus habuiſſet, quā habebat: non tollitur quin Iudæi præſtaſſent illam auctoritatem, cùm uita ſatis concordaret ſignis, quæ apparuerunt in conceptione, & natiuitate. Sed dicerētur quòd Iudæi non præſtarent Ioanni aliquam auctoritatem propter ſigna, quæ apparuerant in natiuitate eius: quia Ioannes tacuit uſque ad annum trigeſimum, manens in deſerto. Et tunc iſta ueniſſent iam in oblionem: vel nec aduerterent Iudæi ad ea. Sic fuit de Chriſto, nam maiora ſigna apparuerunt in natiuitate eius, ſcilicet Magi uenerunt ab oriente ad adorandū eum, & ſtella pręcedebat eos, nūciaueratque iſtud in Ieruſalem; præcedenti: cap. Angeli etiam cantauerunt eo nato, & paſtoribus apparuerūt. Et poſtea ipſe Chriſtus in templo cognitus eſt a Simeone, & Anna. Luc. 2. Et tamen propter iſta non aduerterunt Iudæi ad ipſum, quando cæpit prædicare: nec præſtabant aliquā auctoritatem niſi miracula interueniſſent. Dicendum quòd ſecus fuit in Ioanne, quàm in Chriſto, quia licèt ſigna Chriſti nati maiora fuerunt quàm Ioannis, tamen per illa cognitus non eſt Ieſus diſtinctè in perſona ſua: Ioannes autem fuit diſtinctè cognitus. Patet hoc, quia iſta, quæ acciderunt in natiuitate Ioannis, cognouerunt ferè omnes Iudæi. Nam quando Zachariæ apparuit angelus, totus populus ſtabat foris expectans eum. Et cùm uidiſſent eum mutum, cognouerunt, quòd uiſionem uidiſſet. Luc. 1, cùm etiam ipſius

eſt Ioannis & patre ſuo ſcribente nomē eius ſolutum eſt uinculum linguæ ſuæ: erant præſentes plures Iſraelitarum, & omnes cognouerant tam ipſum Ioannē, qui natus eſt, quàm omnia, qua acciderant. Nam dicitur Luc. 1. quòd diuulgabātur omnia uerba hæc ſuper oīa montana Iudææ. Et tamen omnes qui audierunt poſuerunt in corde ſuo, dicentes: Quis putas puer iſte erit? De Chriſto autem non fuit ſic. Nam Magi, qui eum adorauerunt, agnouerunt ipſum diſtinctè; cęteri autem Iſraelitæ: licèt audierunt tūc Meſſiam natum, & turbatus eſt Herodes, & Ieroſolyma cum illo: præcedenti cap. tamen non agnouerunt eum. Vnde licèt poſtea conuerſaretur inter eos, & ueniret in templum in Ieruſalem cum parentibus ſuis in ſolennitatibus. Luc. ſecundo, non agnoſcebant eum. Idem fuit de reuelatione, & oſtenſione facta paſtoribus, & Simeoni, & Annæ. Nam ipſi cognouerunt eum, ſed aliis hoc non indicauerunt: ideo manſit Chriſtus Iudeis incognitus. Vnde non poterat ei auctoritas præſtari propter illa ſigna, quæ apparuerant in eius natiuitate. Secus autem de Ioanne, quoniam ille ſemper diſtinctè cognitus fuit, & habebatur ſemper in honorem propter illa, quæ habuerat in natiuitate ſigna magnitudinis.

Quare Ioannes uoluit habere tantam uitę auſteritatem cùm ante eum nullus tantam habuiſſet. Quæſt. XXXIII.

QVAERITVR de iſta auſteritate uitæ Ioannis, quare uoluit tantam habere: cùm ante eū nullus tātam habuiſſet. Quidam dicunt, quòd hoc fuit ex deſiderio ſanctitatis, ſicut multi uiri ante eum, & poſt anhelauerunt ad actus ualde excellentes ſolùm ex deſiderio cultus diuini, & uitæ ęternæ, ſine aliquo alio ſpeciali motiuo: ita enim potuit eſſe in Ioanne. Dicendum quòd licèt hoc eſſet ſatis verisimile, tamen non fuit uerum: ſed Ioannes, ideo anhelauit ad tātam perfectionem, quia Deus cōceſſit ei ſpeciale priuilegium, ut hoc facere poſſet. Et non ſolùm, vt poſſet, ſed etiam mouit eum, vt omnino faceret. Et patet hoc, quia angelus prænunciauit Zachariæ quid facere deberet Ioannes. Nam dixit ei, quòd uinum & ſiceram nō biberet. Luc. 1. Vnde iam Ioannes non ſolùm deſideraret hoc facere tanquam bonum, ſed quaſi neceſſariū, qnia Angelus illud prædixerat, & obtinebat uim præcepti. Iſtud autē poſtea Zacharias indicaret Ioanni venienti ad ætatem rationis capacem, & tunc ipſe obſeruaret hoc tanquā mādatū Dei. Et ſicut Angelus ſcribitur hoc dixiſſe Zachariæ: ita fortè dixit de cibo Ioannis, & ueſtitu: licèt Lucas, & alij Euangeliſtæ non expreſſerint. Secundò patet, quia Ioannes inchoauit iſtam uitam in pueritia. Luc. 1. ſcilicet. Puer creſcebat, & confortabatur Spiritu, & erat in deſertis, & tamen non haberet tale deſiderium in parua ætate, quia iſtud excedebat omnino ætatem illam: niſi Deus omnino ſpecialiter eum moueret ad hoc uolendum. Nam ſicut poſſe tolerare in parua ætate iſtam auſteritatem erat quodammodo ſupra naturale, & ex gratia ſpeciali Dei: ita quòd moueretur ad rem tam arduam in tam infirma ætate, à ſolo Deo eſſet, & nō ex communi deſiderio ſanctitatis. Tertiò patet, quia ſicut Ioannes nō uenit in deſertum propter ſe, ſed ut Chriſtum annūciaret, quia ſic de eo prænunciatum erat, vt ſupra diximus: ita omnia, quæ Ioann. faciebat, non propter ſe ſed propter Chriſtum erant, in quantum iſta diſponebant Ioannē, vt eſſet teſtis idoneus Chriſti. Deus ergo ſpecialiter mouit Ioannē ad ſubeundum iſtud propoſitum tam arduum, vt per hoc in maioti reuerentia, & auctoritate eſſet apud Iudæos, & ſic magis crederetur ei quando teſtificaretur de Chro. Quartò patet qa angelus dixit Zachariæ. Et ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ. In quo oſtenditur ſpecialis plenitudo ſpiritus ſemper manentis in eo. Et ſic per illum moueretur ad faciendum omnia, quæ faciebat. Et ſpecialiter apparet de ꝓgreſſu eius in deſertum, quia eod. c. dicitur. Puer creſcebat, & confortabatur ſpiritu: & erat in deſertis: ideſt, ſpiritus ſanctus, qui in eo confortabatur per augmentum gratiarum faciebat eum ſtare in pueritia in deſerto. Ibi autem tolerauit hanc auſteritatem. Ideo Ioannes non motus fuit ad faciendum hæc ſolùm ex deſiderio ſanctitatis, ſicut alij mouentur ad opera ardua virtutum, ſed Deus ſpecialiter mouit eum propter cauſam dictam.

An Ioannes fecerit miracula. Quæſt. XXXIIII.

QVAERITVR, an Ioannes fecit miracula: Dicendum, quòd nullum miraculum feciſſe legitur. Licèt enim Euangeliſtæ deſcribant diligenter facta eius: nullum tamen miraculum deſcripſerunt. Quidam tamen dicunt, ꝙ Ioannes fecit aliqua miracula, licèt ſcriptura illa taceat: ſicut multa de miraculis, & geſtis Chriſti tacentur. Ioan. 20. Item quia ſi non feciſſet miracula aliqua, videtur ꝙ non crederetur ei. Nam etiam prophetis non obligabantur credere Iſraelitæ, ſi non facerent aliqua ſigna: vt colligitur Deuter. 13. & 18. Maxime autem in re tā ardua, ſcilicet, aſſerendo aliquem eſſe Meſſiam, in quo erat totum bonum Iudæorum.

Dicendum, quòd Ioānes nullum miraculum fecit, licèt fuerit vitæ ſanctiſſimæ: & patet, quia Ioan. 10. dicitur: & multi venerunt ad eum, & dicebant. Ioannes quidem nullum ſignum fecit. Item patet quia ſi Ioannes feciſſet miracula, iſtud eſſet ad approbationem dicti ſui, & tunc nullo modo omitterent illa Euangeliſtæ, qui ſcripſerunt diligenter vitam Ioannis inquantū ille teſtimonium erat Ieſu, quòd eſſet Meſſias, & tamē nihil eſſet, quod magis confirmaret teſtimonium Ioannis, quàm miracula, ſi oſtendiſſet illa in teſtificādo, ideo Euangeliſtæ non ſubticuiſſent ea, ſed exprimerent: potiſſimè cùm omnes Euangeliſtæ diligenter de Ioanne locuti fuerint. Et licèt aliqui iſtud omitterēt, aliquis tamen ſaltem illud diceret, ſed nemo fuit: ideo miraculum nullum fecit. Ad primum argumentum dicendum, quòd illud argumentum veriſimilitudinē habet, non tamen veritatem: uel potius illud magis eſt ad reſpōdendum ſi quis dicat Ioannē non feciſſe miracula, quia non ſunt ſcripta quantum ad aliquid probandum. Argumentum tamen veriſimilitudinis ceſſat, cùm de ueritate conſtat, ſicut nunc conſtat Ioā. 10. quòd Ioannes ſignum nullum fecerit. Ad ſecundum dicendum, quòd licèt Ioannes ſignum nullum fecerit, crediderunt ei multi Iudæorum, quia certiſſimè eū à Deo eſſe putabant. Et hoc propter uitæ ſanctitatem, quam non putabant eſſe ab homine, ſed ſpecialiter à Deo. Quia ut Chryſo. ſuper Ioannē dicit, mirabantur Iudæi tantam in corpore humano uidere patientiam. Etiam propter ſigna, quæ apparuerunt in natiuitate eius, quæ atteſtabantur eum eſſe à Deo, & aliquē magnum futurum. Et ſic omnes crediderunt ex natiuitate eius, dicentes: Quis putas puer iſte erit? Luc. 1. Alij dicunt, quòd uidetur irrationabile, quòd Ioannes miracula non fecit, quia multi fuerunt in uetere teſtamēto minores eo, & tamen miracula fecerant, ſicut patet de Elia, & de Eliſæo, qui mortuos ſuſcitauerunt. Nam Elias unum ſuſcitauit. 3. Reg. 17. Eliſæus vero duos. 4. Reg. 4. & 13. Dicēdum quod manifeſtum eſt Ioannē non feciſſe miracula. Et non eſt irrationabile

eum

eum nulla feciſſe,quia manifeſtum eſt,quòd aliqui minus perfecti faciunt interdum miracula, quæ alij non faciunt viri perfectiores. Sicut Elias, & Eliſæus mortuos ſuſcitauerunt: Moyſes autem nullum ſuſcitauit. Et tamen Moyſes fuit excellentior illis. Nam Deus laudãs Moyſem dicit,quòd eſt fideliſſimus in tota domo ſua. Et quòd nemo eſt talis ſicut ipſe Nume. 12. & ad Hebr.3.Etiam Deut.34.dicitur, quòd poſt Moyſem non ſurrexit ultra talis propheta in Iſrael:ergo nõ fuerunt tales Elias,& Eliſæus. Item Chriſtus non fecit tanta, nec tam magna miracula, ſicut apoſtoli. Nam vmbra Petri ſanabat infirmos, & ideo ponebantur in grabatis per loca, per quæ ipſe tranſiturus erat. Act.5. De Chriſto non legitur,quòd vmbra ſua quemquam ſanaret: nec etiam ponerentur mortui vel ægroti, vt vmbra eius obumbraret quemquam eorum. Etiam Chriſtus non legitur ſuſcitaſſe niſi tres mortuos: Andreas tamen vnico actu ſuſcitauit, quadraginta,qui in mari perierant.Item,quia facere miracula eſt quędam gratia per ſe gratis data diſtincta à ſanctitate vitę.Vnde & homines mali interdum faciunt miracula, vt patet infra 7.& Luc.14.ſcilicet:Multi dicent mihi in illa die, Domine Domine in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dęmonia eiecimus, & in nomine tuo multas virtutes fecimus. Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos,diſcedite, qui operamini iniquitatem. Si autem operatio miraculorum eſſet aliquid cõſequens ad ſanctitatem, & ſecundùm gradum ſanctitatis eſſet maior,vel minor illa virtus,ſiue fierent plura aut pauciora miracula, oporteret dici quòd Ioannes feciſſet multa miracula: cùm tamen iſta poteſtas non conſequatur neceſſariò ſanctitatem, cùm etiam aliquando in malis ſit,non inconueniens eſt, q̃ Ioannes miracula nulla fecerit.

Quare Ioannes nulla miracula fecit. Quæſt. XXXV.

QVAERITVR, quare Ioannes nulla fecit miracula. Dicendum,q̃ propter multa. Primò quia virtus operandi miraculosè non concedi tur homini propter vtilitatem, uel honorẽ ſui ipſius: ſed propter vtilitatem aliorum,qui ſunt, uel poſſunt eſſe partes Eccleſiæ, ut declarat Apoſtolus. 1. Cor.12. & 18.tempore autem Ioannis fortè non erãt neceſſaria miracula ad utilitatem aliquorum: ideo nõ fecit miracula. Secundò quia Ioannes ſolùm uenerat ad oſtendendum Chriſtum, & diſponendum populũ ad ſuſcipiendum eum:vt ſupra probatum eſt: hoc aũt ſine miraculis fieri poterat, quia ſanctitas Ioannis excellens,& ſigna,quę pręceſſerant in natiuitate eius ſufficientem præſtabant ei auctoritatem, ut populus ſibi crederet:quia uidebatur,q̃ neceſſe eſſet à Deo eſſe hominem in quo talia apparerent,ideo non erat opus cõfirmari dicta eius miraculis Tertiò patet, & efficacius, q̃ ſi Ioannes miracula feciſſet,oportebat,q̃ illa fuiſſent ualde maiora omnibus miraculis,quæ fęcerãt prophetæ,& omnes patres ueteris teſtamenti, eo q̃ iſta miracula eſſent ad oſtenſionem perfectionis Ioannis, Sed ipſe exceſſit omnes præcedentes in auſteritate uitæ,& ſanctitate uitæ: ita ergo & in miraculis pręcederet.Qđ aliàs non conueniẽter oſtenderetur ipſum eſſe excellentiorem omnibus præcedentibus, Si aũt Ioannes talia miracula feciſſet,eſſent illa æqualia, aut ualde ſimilia miraculis Chriſti.Hoc autem nimis repugnabat intentioni Dei: quia tunc Iudæi credidiſſent Ioannẽ eſſe Meſſiam, & non Ieſum. Et hoc quaſi rationabiliter. Quia Ioannes in auſteritate uitæ,quæ eſt ſanctitas exterior,uel ſignũ ſanctitatis,excedebat ualde Ieſum,Quia Ieſus non fuit auſterus in uita, ſed communis, & mediocris.Sic ipſe dixit comparans ſe,& Ioã.7.11.ſ.Venit Ioannes non manducans, nec bibens, & dicunt quia Dæmonium habet.Venit filius hominis manducãs,& bibens, & dicunt: Ecce uorax,& potator uini.Si ergo Ioannes in miraculis uideretur æqualis,uel quaſi æqualis Ieſu: cùm in auſteritate eſſet maior,uideretur ſimpliciter maior, & ſanctior quàm Ieſus, & ſic rationabilius crederetur de eo, quòd eſſet Meſſias, quàm de Ieſu.Ioannes tamen uenerat,ut oſtenderet Ieſum eſſe Meſſiam: ideo non debuit ipſe facere miracula talia ſicut Chriſtus, nec aliquo modo ſimilia, ut manifeſtè appareret quòd Ieſus excedebat Ioannẽ, ut ueriſimilius eſſet ipſum eſſe Meſſiam quàm Ioannẽ. Hoc aũt ſignauit Ioannes, quando quæſitum eſt ab eo an eſſet Meſſias,& dixit, q̃ non.Quia ille,qui futurus erat Meſſias,& uenturus poſt eum fortior erat eo.i.ſanctior,& q̃ ipſe non erat dignus ſoluere corrigiam calciamẽtorum eius. infra in litera:& Mar.1.& Luc.3.Et hoc apparebat quãdo Ieſus faciebat miracula,qualia,& quanta nunquam ſuiſa ſunt. Nullum ideo inconueniens fuit, quòd Ioannes miracula nulla faceret. Si autem dicas,q̃ poterat Ioannes facere miracula parua, p quæ non uideretur æqualis Ieſu. Dicendum q̃ non conueniebat.Quia ſi Ioannes faceret miracula,debebant illa eſſe maiora miraculis omnium patrum ueteris teſtamenti propter cauſam ſupradictam. Nulla ergo miracula debuit Ioannes facere.

Ad quid Ioannes baptizauit, & an fuerit conueniens ipſum baptizare. Quæſt. XXXVI.

QVAERITVR nunc circa baptiſmum Ioannis, & primò ad quid Ioannes baptizauit,& an fuit conueniens,q̃ baptizaret. Quidam dicunt, q̃ non debuit baptizare, quia Ioannes fuit miſſus ad perhibendum teſtimonium de Chriſto,iuxta illud Ioan. 1.ſ.Hic uenit in teſtimonium, & Luc.4. Tu puer propheta altiſſimi uocaberis. Sed prophetæ qui fuerunt ante Ioannẽ nunquam introduxerunt aliquẽ nouum ritum præter illa, quæ erant in lege Moyſi: ut patet ex eorum libris,& geſtis. Ergo nec Ioannes debuit introducere nouum ritum, ſcilicet, baptiſmũ. Item quia ubi eſt alicuius rei ſuperfluitas, non oportet addi, ſed potius tolli, ſed Iudæi abundabant in rito baptizandi,& ſuperfluebant: ergo non debuit dari nouus baptiſmus per Ioannem.Patet hoc quia Mar.& dicitur quòd Phariſæi, & omnes Iudæi niſi crebrò lauent manus non manducant tenẽtes traditionem ſeniorum. Et cùm à foro uenerint,niſi baptizentur non comedunt.Et alia multa,quæ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicum, & urceorum, & ęramẽtorum,& lectorum.Dicendum q̃ Ioannes propter multa baptizauit,& conueniens fuit, q̃ baptizaret propter multa. Primò & præcipuè ad oſtendendum Chriſtũ.Sic ipſe dixit Ioan.1. Ego neſciebam eum:ſed ut manifeſtetur in Iſrael, propterea ueni ego in aqua baptizans. Erat enim modus ualde conueniens oſtendendi Ieſum populo eſſe Meſſiam in baptiſmo, ut infra dicetur. Tertiò quia conueniens fuit Ioannem baptizare,ut poſſet ab eo Ieſus baptizari,ut ſic in ſeipſo Chriſtus baptiſmũ conſecraret.ſ. ſanctificando aquam in qua baptizatur.Sic ait Aug.ſuper Ioan.Tertiò quia,ut cũ populus occurreret ad Ioannẽ ut baptizaretur ab eo,poterat illis oſtendere Ieſum prædo illis,quia ſic plures ad prædicationem conueniebant. Quartò: quia cum Ioãnes debuit oſtendi tanquam excellentior omnibus patribus prioribus ueteris teſtamenti, fuit ꝓueniens ipſum introducere aliquem ritũ admirandũ, ꝓ quẽ ad ipſum oẽs concurrerent,quia iſtud in prioribus ſęculis nunq̃ uidiſſent. Et hoc conueniebat ualdę ad manifeſtationem Chriſti: quia ſic pluribus q̃ aliàs manifeſtaretur. Quintò

Quintò, quia Ioannes per baptiſmum ſuum aſſuefaciebat homines ad baptiſmũ Chriſti.Et hoc erat conueniens,ſcilicet, vt ſicut ad doctrinam Chriſti,vt reciperetur,præcedebat doctrina Ioannis,ita ad baptiſmũ Chriſti præcederet baptiſmus Ioãnis.Et per hoc Ioannes per omnia pararet domino plebem perfectam. Luc.1. Sic enim dicit Gregor. in quadam Homilia,q̃ Ioannes ideo baptizauit,vt præcurſionis ſuæ ordinem ſemans,qui naſciturum Dominum naſcendo præueneret,baptizando quoque baptizaturum præueniret. Sexto, vt inducens homines ad pœnitentiam præpararet ad dignè ſuſcipiendum baptiſmum Chriſti.Vnde ait Beda, quòd quantũ nondum baptizatis prodeſt cathecuminis fidei doctrina: tantũ profuit baptiſmus Ioannis ante baptiſmum Chriſti. Quia ſicut ille prædicabat pœnitentiam, & baptiſmum Chriſti prænunciabat,& in cognitione veritatis,quę mundo apparuit attrahebat: ſic miniſtri eccleſiæ primò erudiunt: poſt peccata eorũ redarguunt: demum in baptiſmo Chriſti remiſſionem promittunt. Ad primum argumentum in contrarium dicendum, quòd Ioannes nõ fuit ſicut cęteri Prophetæ,quia non ſolùm fuit Propheta, ſed pluſquam Propheta,vt dixit Chriſtus,infra 11.fuit enim ipſe finis legis Moyſi, & principium euangelij, vt ait Chryſoſtomus. Ideo magis pertinebat ad eum verbo,& opere inducere homines ad legem Euangelij,quàm ad Prophetas veteris teſtamenti. Quia illi erant tanquam Magiſtri obſeruatorum veteris teſtamenti.Et quia illud completè fuerat traditum in lege Moyſi,ita ut nihil liceret addi. Deuter.12. non decebat,quòd illi introducerent aliquos ritus obſeruationum. Ioannes autem non fuit tanquam magiſter,vel prædicator veteris teſtamenti: ſed tanquam annuncia tor latoris noui teſtamenti, & diſpoſiturus ad illum. Luc.1.ſcilicet.Præibis ante faciem domini:parare vias eius.Et iterum. Ipſe præcedet eum in ſpiritu,& in uirtute Eliæ. Parare domino plebem perfectã. Ideo non ſolùm licuit Ioanni Chriſtum præire ad teſtimonium perhibendum: ſed etiam nouum ritum introducere, vt per nouum ritum ad nouitatem diſponerentur. Ad ſecundum argumentum dicendum,quòd baptiſmus Ioannis nõ fuit aliquid additum ad baptiſmata Phariſæorum, ſed fuit potius nouus ritus, quia baptiſmata Phariſæorum erant inutilia, & omnino ſuperflua, & curioſa: baptiſmus autem Ioannis erat valde vtilis, quia non inducebat ad ſolam mũditiam carnis ſicut baptiſmata Phariſæorum: ſed potius ad munditiam ſpiritualem, quia erat baptiſmus pœnitentiæ in remiſſionem peccatorũ. infra in litera, & Mar.1. Ideo iſtud debuit introduci, & illa ceſſare, vel omitti tanquam inania.

Ad quid baptizabat Ioannes, vt Chriſtum oſtenderet: quem per prędicationem poterat demonſtrare. Quæſt. XXXVII.

QVAERITVR, ad quid Ioannes baptizauit, vt Chriſtum oſtenderet,quia poterat eũ oſtendere per prædicationem, ſcilicet, congregato populo ad prædicationem eius. Poterat enim Ioannes dicere iſte eſt Meſſias,& ſufficeret. Diſcendum quòd licèt prædicando Ioannes poſſet Chriſtum oſtendere,conuenientius tamen fuit, quòd baptizando oſtenderet, quia ſic magis oſtendere poterat.Primò quia Ioannes volebat oſtendere toti populo Ieſum eſſe Meſſiam. Magis tamen faceret hoc per baptiſmum,quàm per prædicationem. Quia ſi ſolùm prædicaret: non egrederentur ad eum omnes Iſraelitæ ſicut egrediebantur, cùm baptizabat. Et hoc erat, quia iſtud erat inſolitum, & propter rei nouitatẽ omnes ad eum confluebant.Si autem ſolùm prædicaſſet, etiam ſi excellentius, quàm priores Prophetæ loqueretur,non conueniret ſic ad eum totus Iſrael,quia alij etiam Prophetæ prædicauerant. Hoc innuitur hic in litera,& Mar.1.cùm dicitur.Tunc exibat ad eum Hieroſolyma,& omnis Iudæa,& omnis regio circa Iordanem,& baptizabantur ab eo in Iordane. Et ſic dicitur q̃ exibant,& baptizabantur,& non dicitur exibant,& audiebant eum prædicãtem: quaſi innuatur,q̃ præcipua cauſa exeundi ad eum erat, vt baptizarentur ab ipſo,quàm ut audirent eum prædicantem. Et ſic magis poterat congregari populus per baptiſmum ad oſtendendum eum Chriſtum, quàm per prædicationem: ideo per baptiſmum potius debuit oſtẽdi. Hoc innuit Ioſephus.18.Antiquitatum dicens,quòd Ioannes docebat homines per baptiſmum in unũ conuenire: in quo innuit, quòd ad baptiſmum Ioannis ſpeciali modo homines conueniebant,ſiue congregabantur. Secundò erat hoc propter neceſſitatem baptiſmi. Quia ſi Ioannes ſolùm debuiſſet prædicare,poſſet diſcurrere per loca, & non eſſet aliqua cauſa, quæ eum impediret ad hoc. Cum autem baptizaret, non poterat diſcurrere per ſingula loca, ſed ſolùm eſſet iuxta flumina,vel in locis vbi eſſent aquæ multæ,vt ibi poſſet populus baptizari. Sic dicitur Ioan.3. quòd erat Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic,& ueniebant,& baptizabantur. Et ſic Ioannes non poſſet diſcurrere per loca,ſed maneret in aliquo loco, vbi eſſent aquæ multæ, & populus ad eum conueniret. Et ſic manifeſtũ eſt,quòd plures ad eum conuenirent,quàm ſi ipſe per loca diſcurreret. Quod tamen fieri non potuiſſet conuenienter niſi baptizaret. Ergo abundantius, & pluribus Chriſtus oſtendi poterat Ioanne baptizante, quàm ſolùm prædicante. Tertiò, quia Iudæi putabant per baptiſmum Ioannis ſe aliquid conſequi: quia ipſe dicebat iſtũ baptiſmum eſſe in pœnitentiam ad remiſſionem peccatorum, & ob hoc omnes baptizabantur, ſicut patet hic in litera, & Marci tertio. Si autem Ioannes ſolùm prædicaret, per doctrinam ſuam non crederent Iudæi ſe aliquam gratiam conſequi,vel perfectionem:ſed ſolùm eruditionem: ideo plures uenirent ad baptiſmum, quàm ad prædicationem. Et dato quòd aliquis contenderet plures uenire ad prædicationem, quàm ad baptiſmum Ioannis,ſaltem neceſſe eſt dici,quòd plures conuenirent eo prædicante, & baptizante, quàm ſi ſolùm prædicaret. Ideo dicitur ſupra in litera,quòd uenit Ioannes baptiſta prædicans, ideſt, quòd baptizabat,& prædicabat. Et ſic debuit potius per baptiſmũ, quàm per prædicationem oſtendi Chriſtus. Quartò, quia non ſolùm Ioãnes oſtendebat toti populo Ieſum eſſe Meſſiam: ſed etiam ſingulos in hoc inſtruebat, quod non fieret conuenienter niſi per baptiſmum,ſcilicet, quia cùm Ioannes ſigillatim baptizabat quoſlibet: annunciabat illis de Ieſu, q̃ eſſet Meſſias, quem iam toti populo oſtenderat. Ioan.1. Sic dicit Chryſoſtomus ſuper Ioannẽ,quòd Ioannes annunciabat ſingulis de Chriſto, dum baptizando per ſingulos diſcurriſſet. Si autem ſolùm prædicaret, non eſſet aliquid per quod haberetur opportunitas ad annũciandum ſingulis de Ieſu. In baptiſmo autem,cùm neceſſe eſſet, quòd Ioannes ſigillatim quemlibet baptizaret: erat locus opportunus ad ſingulis annũciandum. Quintò,quia non ſolùm Ioannes annunciabat Iudęis ſigillatim de Chriſto: ſed etiam per formam ipſius baptiſmi, quem Iudæi fructuoſum credebãt,oſtendebat eis Meſſiam,cùm baptizaret ſingulos in nomine Meſſiæ,ſiue in nomine uenturi:ſicut dixit Paulus. Act.19. ſcilicet, quòd Ioannes baptizauit in eum, qui uenturus eſt: fuit ergo conueniẽs baptiſma Ioãnis ad oſtendendum

Universidad de D
Biblio

dendum Chriſtum. Sextò, quia non ſolùm Ioannes
debuit Chriſtum oſtendere populo, ſed etiam Chri-
ſtus debuit ſibi oſtendi, quia Ioannes à principio non
cognouit Chriſtum, ſicut ipſe dixit Ioan. 1. ſcilicet. Et
ego neſciebam eum, per baptiſmum autem cognoui
eum: quia Spiritus Sanctus dixit ſibi, ꝙ ſuper quem
uideret deſcẽdentem Spiritum Sanctum in ſpecie co
lumbæ, ille erat, qui baptizabat in Spiritu Sãcto, ideſt,
erat Meſſias. eod. capit. Et ſic Ioannes cùm baptizaret
Chriſtum in Iordane vidit Spiritum Sanctum deſcen
dentem ſuper ipſum. infra in litera, & Luc. 3. Et ſic co
gnouit eum. Ioan. 1. Si autem non baptizaret, non eſ-
ſet modus, ita conueniens ad hoc quòd Ioannes eum
cognoſceret, ideo decuit, quòd Ioannes baptizaret. Et
de hoc etiam intelligitur illud Ioan. 1. ſcilicet. Et ego
neſciebam eum: ſed ut manifeſtetur in Iſrael, propte
rea ueni ego in aqua baptizans. Quaſi dicat Ego non
cognoſcebam eum, & ut cognoſcerem, & manifeſta-
re poſſem eum toti Iſrael, miſſus ſum ad baptizãdum,
ſcilicet, ut in baptiſmo eum cognoſcerem. Septimò,
vt Ioannes poſſet maius teſtimonium perhibere de
Chriſto, ſcilicet, quòd non ſolum diceret Ieſum eſſe
Meſſiam, ſed etiam quòd Spiritus Sanctus uenerat ſu-
per eum. Quod oſtẽdebat ſingularem perfectionem.
Sic Ioannes dixit Iſraelitis. Ego uidi, ſcilicet, Spiritum
Sanctum deſcendentem ſuper eum, & teſtimonium
perhibui, quia hic eſt filius Dei. Octauò, quia Ioannes
non ſolùm perhibiturus erat teſtimoniũ de Chriſto:
ſed etiam de baptiſmo eius, vt magis à Iudæis recipe-
retur. Et iſtud erat per comparationem baptiſmi ſui
ad baptiſmũ Chriſti. Sicut dicitur infra in litera. Ego
baptizo vos in aqua, qui autem poſt me uenturus eſt
baptizabit uos in Spiritu Sancto & igne. Et Ioan. 1. di-
citur, Qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit,
ſuper quem videris Spiritum Sanctum deſcendẽtem,
& manentem ſuper eum: hic eſt qui baptizat in Spi-
ritu Sancto. Et ſic innuitur, quòd baptiſmus Ioannis
ſolùm erat in aqua, ideſt, faciebat ſolum id, quod facit
aqua: baptiſmus autẽ Chriſti erat in Spiritu Sancto,
ideſt, conferebat gratiam, quæ eſt à Spiritu Sancto. Si
autem Ioannes non baptizaret, non poſſet cõuenien-
ter extollere virtutem baptiſmi Chriſti per compara-
tionem ad aliquid aliud: ideo debuit ipſe baptizare.
Nonò, quia ſi Ioannes non baptizaret: ſed ſolùm per
prædicationem Chriſtum oſtenderet: ceſſarent om-
nes illæ utilitates aſſignatæ præceden. quæſt. ſcilicet,
quare Ioannes baptizauit: ideo debuit non ſolùm præ
dicando, ſed potius baptizando Chriſtum oſtendere.

An ante Ioannem aliquis habuerit officium baptizandi. Quæſt. XXXVIII.

QVAERITVR, an ante Ioannem aliquis ba
ptizandi officium habuerit, vel fuerit introdu
ctus uſus baptizandi ab aliquo. Quidã dicunt,
quòd ante Chriſtum erat uſus baptizandi,
quia Phariſæi ante hoc baptizabantur. Nam dicitur
Mar. 6. quòd Phariſæi cùm à foro uenerint niſi bapti-
zentur, non comedunt. Item erant multa baptiſmata
ante Ioannem, ſcilicet, baptiſmata calicum, & urceo-
rum, & æramentorum, & lectorum. eod. cap. Dicen-
dum, quòd ante Ioannem nõ fuit uſus baptizandi, ſed
ipſe primus illum introduxit. Et ob hoc uocatur Ioan
nes baptiſta, ſicut Chriſtus eum uocauit. infra 11. Sic
etiam uocatur hoc. Non tamen uocaretur ipſe bapti-
ſta abſolutè, ſi alij cum eo ſimili, vel ante ipſum habe-
rent uſum baptizandi. Sic etiam uocat eum Ioſephus,
18. Antiquitatum dicens, quòd à quibuſdam Iudæo-
rum credebatur perijſſe exercitum Herodis pro mor-
te Ioannis, qui uocabatur baptiſta. De hoc dicit ibi-

F dem, ſcilicet. Hunc Herodes occidit virum valde bo-
num, qui præcipiebat Iudæis virtuti operam dare: iu-
ſtitiam colere: in Deum ſeruare pietatem. Et per ba-
ptiſmum acceptabile fore: ſi non ſolùm ad abluenda
peccata ſumatur, verum etiam ad caſtimoniam cor-
poris atque animæ iuſtitia purificationum ſeruetur:
omniumque pater uirtutum uelut ſignaculum, & cu-
ſtodia quædam fidelis habeatur. Secundò patet per
Auguſt. qui ait: Nulli præcedentium prophetarũ fuit
datum baptizare niſi ſoli Ioannis. Tertiò quia ſi ba-
ptiſmus fuiſſet traditus ab aliquo alio Propheta, vel ui-
ro ſancto, cùm ille non eſſet in lege Moyſi ſcriptus, iu-
beretur etiam à Deo obſeruari. Et tamen per Mala-
chiam, qui fuit ultimus Prophetarum, qui libros ſcri-
G pſerunt dicitur: mementote legis Moyſi ſerui mei:
quaſi dicat, quòd non oportebat, quòd recordarentur
aliorum præceptorum, aut rituũ niſi ſolius legis Moy-
ſi. Ergo baptiſmus nondum erat datus per aliquem
Prophetarum, vel uirum ſanctum. Quartò patet, quia
ſi baptiſmus fuiſſet ante Ioãnem, nõ uocaretur bapti-
ſmus Ioannis, quia non eſſet ſuus, ſed potius illius, qui
eum inſtituiſſet à principio. Et tamẽ ſæpe vocatur ille
baptiſmus Ioannis, ſicut dicitur infra in litera, ſcilicet.
Videns Ioãnes multos Phariſæorum, & Saduceorum
venientes ad baptiſmum ſuum. & infra 21. dixit Chri-
ſtus: baptiſmus Ioannis vnde erat ex cœlo, an ex ho-
minibus. Et Act. 19. cùm Paulus quæreret à quibuſ-
dam, in quo ergo baptizati eſtis? dixerunt in Ioannis
H baptiſmate. Oportet ergo dici, quòd Ioannes inſtitue-
rat baptiſmũ. Quintò, quia licèt multa facta ſunt, quæ
non ſcribuntur in Sacra Scriptura. Tamen ea, quæ præ-
cipua erant, & pertinebant ad inſtructionẽ noſtram,
non fuerunt omiſſa, ſed diligenter tradita: cùm mo-
dus procedendi Sacræ Scripturæ ſit artificioſus, ſcili-
cet, per Spiritum Sanctum auctorem ſuũ: baptiſmus
autem erat aliquid multum pertinens ad eruditionẽ,
& mores; ideo ſi Deus per aliquem inſtituiſſet eum
ante Ioãnem, ſcriptura feciſſet mentionem de illo, ſi-
cut nunc omnes Euangeliſtæ diligentem mẽtionem
faciunt de baptiſmo Ioannis. Et tamen nõ eſt aliquid
de illo ſcriptum in toto ueteri teſtamento: ergo ante
Ioannem non fuerat baptiſmus. Sexto, quia ſi fuiſſet
I uſus baptiſmi ante Ioannem, baptizarentur Iudæi plu-
rimi, ſicut à Ioanne baptizabantur, & tunc uenientes
Ioanne non oporteret omnes ab eo baptizari: quia
plurimi baptizati eſſent antequam Ioannes inciperet
baptizare, & etiam eſſent aliqui habentes officium ba-
ptizandi, ſi ante Ioãnem fuiſſet baptiſmus inſtitutus,
& tamen omnes Iudæi de ſingulis partibus Iſrael exi-
bant ad Ioannem, vt baptizarentur ab eo, vt patet hic
& Mar. primo. Ergo videtur, quòd ante Ioannem non
fuerat uſus baptizãdi, nec aliquis baptizabat niſi Ioan-
nes. Septimò, quia Chriſtus dixit Phariſæis, infra 21.
baptiſmus Ioannis ex cœlo erat an ex hominibus. Et
dicitur, quòd Phariſæi non reſponderunt, timentes ꝙ
ſi dicerent eſſe à Deo, obijceret Chriſtus cur non rece-
piſſent illum. Iſta tamen interrogatio, & reprehenſio,
K quam timebant Iudęi nõ haberet locum ſi ante Ioan-
nẽ alius baptizaſſet, vel eo viuente haberet alius idem
officium: quia tunc Chriſtus nõ diceret eis quare non
receperunt baptiſmum Ioannis: ſed diceret ſimplici-
ter, quare non baptizati ſunt. Et tamen ſolum ſtat ar-
gumentum in baptiſmo Ioannis, ergo videtur ꝙ ante
eum nemo baptizauerat. Octauò patet, quia poſtquam
Chriſtus cœpit habere diſcipulos: ipſi quoque incæ-
perunt baptizare. Et tunc mirati ſunt diſcipuli Ioan-
nis, & dixerũt ei. Rabbi ille, qui erat tecum trans Ior-
danem, cui teſtimonium perhibuiſti, baptizat, & om-
nes ueniunt ad eum. Io. 3. Si tamen aliquis ante Ioan-
nem baptizaſſet, vel eo viuẽte haberet idem officium
non

non mirarentur diſcipuli Ioannis, ꝙ alius præter Ioan
nem baptizaret: quia admiratio nõ eſt niſi de inſolitis:
maximè cùm Chriſtus laudatus fuiſſet ualde à Ioãne,
ſicut iſti diſcipuli dixerunt, ſcilicet, cui teſtimonium
tu perhibuiſti. Ideo ſi alicui præter Ioannem compe-
tere deberet officium baptizandi, maximè videtur, ꝙ
deberet competere Chriſto propter excellentem ſan
ctitatem. Sicut etiam intelligebant diſcipuli Ioannis,
& tamen ipſi mirati ſunt, quòd Ieſus baptizaret: ergo
videtur, quòd præter Ioannem nemo baptizabat, nec
unquam baptizauerat. Nonò patet ex confirmatione
Ioannis. Quia Ioannes approbauit dubium, & admira
tionem diſcipulorum ſuorum oſtendens, quòd Ieſus
poterat baptizare eo quòd fuerat ſibi datum a Deo di
cens. Non poteſt homo accipere quicquam: niſi fue-
rit ei datum de cœlo. Si tamen aliquis ante Ioannem
baptizaſſet, vel ſimul cum eo baptizaret: non oſtende
ret Ioannes rationabilem eſſe admirationem diſcipu-
lorum ſuorum ponens cauſam, & multa ſuper hoc
de Chriſto introducens. Ioan. 3. ſed diceret: Non eſt
admirandum, quòd Ieſus baptizaret cùm plurimi alij
baptizaſſent. Decimò patet, quia Phariſæi uidentes, ꝙ
Ioannes baptizaret, miſerunt ad eum, vt ſcirent quis
erat: & dixerunt: quid ergo baptizas, ſi tu nõ es Chri
ſtus, nec Elias, nec Propheta: Ioan. 1. Si tamẽ officium
baptizandi fuiſſet ante Ioannem, non eſſet aliqua cau
ſa quærendi ab eo ſtrictè, cur baptizaret. Nam putaue
runt eum eſſe Meſſiam, cũ baptizaret, ideo quærebãt
an eſſet Chriſtus: ſi tamẽ ante Ioannem aliquis bapti-
zaſſet nihil magnum de Ioanne crederetur, quia ba-
ptizabat. Vndecimò, quia Ioannis 4. dicitur, quòd ut
cognouit Ieſus, quia Phariſæi audierunt, Ieſus plures
baptizat, quàm Ioannes, reliquit Iudæam, & abijt in
Galilæam, ſcilicet, ad tollendam murmurationẽ Pha-
riſæorum de prælatione Chriſti ſuper Ioannem. Si ta-
men alij præter Ioannem baptizarent non compara-
retur ſoli Chriſto in baptizando. Ergo nemo ante Ioã
nem baptizabat, nec eo uiuente: quouſque iubente
Chriſto diſcipuli eius baptizare cœperunt. Duodeci-
mò, quia quando nos loquimur de baptiſmo ſufficiẽ-
ter diſtinguimus eum per baptiſmum Chriſti & Ioan
nis: dicentes de aliquo baptizato, quòd aut baptizatus
eſt baptiſmo Chriſti, aut baptiſmo Ioannis. Si tamen
aliquis ante Ioannem baptizaſſet, non uocaretur ille
baptiſmus Ioannis: ſed eſſet alius tertius condiſtinctus
à baptiſmo Chriſti, & Ioannis: ergo nullus ante Ioan-
nem baptizauerat.

Ad argumentum in contrarium dicendum, quòd
baptiſmus Phariſæorum uocabatur largè baptiſmus,
ideſt lotio: quia baptizare in Græco, nihil eſt, niſi la-
uare. Et hoc modo quælibet ablutio corporis, vel cu-
iuſcunque rei uocatur baptiſmus. Sic dicuntur bapti-
ſmata calicum, vrceorum, & æramentorum, ideſt ab-
lutiones iſtorum vaſorum Matthæ. ſexto. Et ita ua-
ſa Phariſæorum crebro baptizabant, ideſt lauabant.
Qui etiam ſi nihil tangerent immundum, ſed ſolùm
quòd de foro venirent, manus lauabãt: & multas alias
cæremonias ablutionum habebant. Et quia iſtæ ablu-
tiones ſolùm erant carnales, erant inutiles: quia ſpiri-
tus vita eſt, caro autem nihil prodeſt. Ioan. 6. ſcilicet. Id
quod fit ſpiritualiter eſt vita, ideſt proficit ad vitam æ-
ternam. Caro autem, ideſt, quod carnaliter fit, nihil
proficit ad ſalutem. Et ob hoc ablutiones iſtæ Phari-
ſæorum, quæ largè vocantur baptiſmata, non poſſunt
propriè uocari baptiſmus, quia nihil ſpirituale facie-
bant. Baptiſmus autem Ioannis faciebat aliquid ſpiri-
tualiter, vel ſaltim ſignificabat illud, quod ſpiritualiter
per baptiſmum Chriſti efficiendum erat, ſcilicet, re-
miſſionem peccatorum, & gratiæ collationem. Multa
quoque ſpiritualiter faciebat, ſcilicet, quòd Ioannes aſ-

A ſuefaceret, & diſponeret ad baptiſmum Chriſti, per
quem gratiam reciperẽt, & etiam, quòd per iſtum ba-
ptiſmum Chriſtus cognoſceretur, & multa alia, dè
quibus ſupra dictum eſt. Et ad iſta omnia inſtitutus
erat baptiſmus Ioan. Ideo ille propriè dici potuit ba-
ptiſmus. Ipſę autem Phariſæorum ablutiones, quia ni-
hil ſpiritualium faciebant, aut ſignificabant, non voca-
bantur baptiſmus propriè. Et ſic Ioannes fuit primus,
qui introduxit baptiſmum. Ad confirmationem dicẽ-
dum, quòd erant apud Iudæos multa baptiſmata cali-
cum, & æramentorum, & vrceorum, & iſta non erant
aliquid ſacrum, ſed potius inane, cùm eſſet quædam
curioſitas ſuperflua circa corpora omittendo ſpiritua-
lia: ideo licet largè vocentur baptiſmata, non uocan-
B tur proprie baptiſmus.

Quare Ioannes potius baptizauit in Iordane quam in alio loco. Quæſt. XXXIX.

QVAERITVR, quare Ioannes baptizauit
potius in Iordane quàm in alio loco. Reſpon-
det Gloſ. ordinaria, quòd baptizabat in Iorda-
ne, ut ibi aperiretur ianua regni cæleſtis, vbi
datus eſt aditus filijs Iſrael terram promiſſionis intran
di. Aliam cauſam ponit Iulianus dicens, quòd bene in
Iordane qui deſcenſio eorum interpretatur baptiza-
bantur, quia de ſuperbia uitæ ad humilitatem uerę cõ-
feſſionis deſcenderant. Exemplum autem iam tunc
C confitendi peccata, ac meliorem uitam promittendi
baptizandis dabatur. Iſtę autem duæ cauſæ ſunt myſti-
cæ. Dicendum tamen, quòd non ſolùm Ioannes ba-
ptizabat in Iordane, ſed etiam in alijs locis, ubi aquæ
multæ erant: ſicut dicitur Ioan. 3. quòd erat Ioannes
baptizans in Aenon iuxta Salim, quia aquæ multæ il-
lic erant. Maxime tamen Ioannes baptizabat in Iorda-
ne. Primò propter aquas multas, quæ erant neceſſarię
ad baptiſmum totius populi, & in nullo loco in Iudæa
magis, quàm in Iordane inueniri poterant. Secundò
quia Ioannes habitauerat ſemper in deſerto, & nole-
bat ab eo nimis elongari: Iordanis autem tranſit ad ra-
dices deſerti ſortis Iudæ, per quæ deſcendit infra Ieri-
cho, & tendit in mare mortuum, quia ibi Iordanis, &
D mare mortuũ ſunt termini ſortis Iudæ ex parte orien-
tis. Ioſue. 3. Et ſic Ioannes habebat magnam opportu-
nitatem baptizandi in Iordane, quia erat iuxta deſer-
tum, in quo ipſe habitabat.

An baptiſmus Ioannis fuerit ſacramentum, & cuius legis fuerit ſacramentum. Quæſt. XL.

QVAERITVR, an baptiſmus Ioannis fuit
ſacramentum, & cuius legis fuit ſacramẽtum.
Quidam dicunt, quòd non fuit ſacramentum,
quia dicit Beda ſuper Ioannẽ, & etiã Gloſ.
Ioan. 3. quòd quantum cathecumenis nondum bapti
zatis prodeſt doctrina fidei, tantum profuit baptiſmus
E Ioannis ante baptiſmum Chriſti: ſed doctrina illa ca-
thecuminorum, quæ uocatur cathechiſmus, non eſt
ſacramentum, ſed aliquid ſacramentale, cùm non cõ-
numeretur intra alia ſacramenta: ergo baptiſmus
Ioannis non fuit ſacramentum. Item omne ſacramẽ-
tum eſt alicuius legis: ſed baptiſmus Ioannis non fuit
ſacramentum alicuius legis, ſcilicet nec naturæ, nec
Moyſi, nec Euangelii: ergo non fuit ſacramentum. De
lege naturæ patet: quia nondum fuerat baptiſmus in
illa. De lege Moyſi patet, quia dicit Auguſtinus, quòd
nulli precedentium prophetarum datum fuit baptiza
ri niſi ſoli Ioanni. Et tamen uſus ſacramentorum ve-
teris legis pertinuit ad plurimos præcedentes Ioãnem.
De lege Euangelii patet, quia illa tota a Chriſto prædi
cante

Universidad de Deusto Biblioteca

cante instituta est. Et tamen baptismus Ioannis insti-
tutus fuit antequàm Christus inciperet prædicare: cū
Christus primò a Ioanne baptizatus est, postea ieiuna-
uit, deinde prædicare cępit, ut colligitur hic, & infra
4. & 5. Ergo non erat baptismus Ioannis aliquid per-
tinens ad legem Christi. Item quia omnis ritus sacra-
mentalis spiritualiter pertinet ad aliquam legem in-
troductā: Ioannes tñ non dedit aliquā legē: ipse tñ in-
troduxit baptismū; ergo baptismus Ioannis non erat
sacrum. Dicendum ꝙ baptismus iste non erat propriè
sacramentum, sicut sunt sacramenta legis nouæ: erat
tamen aliquo modo sacramentum. Pro quo sciendū,
quòd Hugo de sancto Victore dicit, quòd secundùm
processum temporis, & maiorem propinquitatem ad
tempus gratiæ oportuit alia sacramenta institui. Vn-
de quia in Ioanne aliquo modo cæpit tempus gra-
tiæ, quia lex & prophetæ fuerunt usque ad Ioannem,
& ex tunc regnum Dei. infra 11. Ideo usque ad Ioan-
nem fuit lex Moysi, & prophetiæ, quæ erant de Mes-
sia, & ex tunc cœpit regnum Dei, idest, status noui te-
stamenti: qui status uocatur regnum Dei, vel regnum
celorum. Et sic in Ioanne incepit tempus gratiæ; non
quidem quòd ab ipso esset gratia, sed quia ipse imme
diatè ad datorem gratiæ uiam prophetauit: Et sic ba-
ptismus eius fuit sacramentum, quia erat quædam in-
choatio sacramētorum noui testamenti. Vnde dicen-
dum, ꝙ baptismus Ioannis erat sacramentum ueteris
testamenti, & nouæ legis: sicut dispositio ad formam,
media est quodammodo inter priuationē & formā.
Conueniebat enim baptismus Ioannis cū sacramētis
veteris legis in hoc, ꝙ solùm erat signum, & nihil effi-
ciebat de eo, qđ fieri signabatur: quod generale est in
omnibus sacramentis legis Moysi: nam gratiam nul-
lam conferūt. Si autē obijcias de Circuncisione ꝑ quā
tollebatur peccatū originale, & dabaẗ gratia; dicendū
ꝙ non fuit sacramentum legis Moysi: sed plusquam
per quadringētos annos data fuit Circūsio ante legē.
Nam data est circuncisio Abrahæ Gen. 17. Lex autē
data est per Moysen Exo. 19. & 10. Et inter hoc fuerūt
plures quam quadringenti anni, vt colligitur Exo. 12.
& ad Gala. 3. Conuenit autem baptismus Ioannis cū
sacramentis legis nouę quodammodo in forma, quia
parum differt forma, & modus baptizandi Ioannis à
baptismo noui testamenti. De baptismo Ioannis dicit
magister. 4. sent. dist. 2. ꝙ si quæritur an fuit sacramen-
tum, potest satis concedi, ꝙ fuerit ex eo sensu quo le-
galia signa dicuntur sacramēta: signabat .n. baptismus
Ioannis rem sacram, i. baptismū Christi: qui tñ non est
baptismus pœnitētiæ solū, sed ēt remissionis peccato-
rum. Ad primum argumētum dicendū, ꝙ baptismus
Ioannis est sacrum, & tamē habet aliquid simile cum
sacramentalibus legis nouæ. Nam cathechismus, qui
est aliquid sacramentale baptismi Christi. s. quia dispo
nit ad suscipiendum conuenienter effectum baptismi
per ipsam eruditionem fidei, non uocatur sacrum, sed
sacramentale, quia est quoddam præcedens, & præpa-
ratorium; ita baptismus Ioannis habet aliquid simile
inquantum erat dispositio quędam ad baptismū Chri
sti: siue per assuefactionem, siue per significationē. Ex
hac parte baptismus Ioānis est aliquid sacramētale. Et
sic intelligitur auctoritas Bedę in contrariū allegare. s.
ꝙ esset baptismus Ioānis respectu baptismi Christi si-
cut cathechismus, i. doctrina fidei præcedens: Quia tñ
baptismus Ioannis ꝓcessit institutionē baptismi Chri
sti, est per se sacrum. Nam cathechismus non est sacra
mentum, sed sacramentale: quia est pars baptismi. s. ri-
tus baptismi, & est simile cū ipso baptismo. Quod au-
tem præcedit aliquid tpe, non potest esse pars eius vel
aliquid ipsius, quia sunt omnino separata. Item bapti-
smus Ioannis licèt disponeret ad baptismum Christi

F sicut quidam cathechismus: quia tñ tpe præcessit ba-
ptismum Christi, nō pōt dici aliquid sacrale baptismi
Christi: sed quod per se est sacrum: Sic est de sacris le-
gis ueteris, quæ solùm, vel præcipuè data fuerunt, vt di-
sponentia ad Christum, & ad sacra nouæ legis. Et ex
hac parte sunt aliquid sacrale ipsorum sacrorum no-
uæ legis. Quia tñ tpe precesserunt nō possunt esse om-
nino sacralia: sed necesse est, ꝙ sint per se sacramenta.
Baptismus aūt Ioannis magis de propinquo habet ra-
tionem alicuius sacramētalis nouæ legis, q̃ sacramēta
veteris testamēti, quia magis de propinquo disponit,
q̃ illa ad nouam legē, & magis concordat in forma, vt
dictum est. Ad secundum dicendū, ꝙ baptismus Ioan-
nis fuit alicuius legis. s. tam nouæ, q̃ ueteris: inquātum
G Ioannes fuit medius quodammodo inter nouū & ue-
tus testamentū. Nam si consideretur Ioannes quantū
ad personam suā, erat subiectus legi Moysi, quæ non-
dum cessauerat, & sic baptismus per eū introductus
esset sacrum legis Moysi. Si uero Ioānes consideretur
quantum ad officiū, cum ipse solū missus fuerit, vt præ-
cursor Christi, & ad parandum ēt plebem perfectam.
Luc. 1. pertinebit baptismus suus ad sacra nouæ legis
ad quā ipse disponebat. Et quia Ioannes nō introduxit
baptismum inquantū erat persona priuata, sed solùm
inquantū erat precursor Christi: sicut dr̄ Ioan. 1. s. Ego
nesciebam eū, sed ut manifestetur in Israel, propterea
ego ueni in aqua baptizās: dicetur similiter baptismus
Ioannis pertinere ad nouam legē, & non ad ueterem:
H non tanquam unū de sacris nouę legis: sed tanq̃ ad illa
disponens. Quia sicut dispositio in naturalibus redu-
tur ad genus formæ, ad quam disponit: ita baptismus
Ioannis reducitur ad sacra nouæ legis. Et quia dispo-
tio non habet cōpletum esse in genere formæ, sed ha-
bet se sicut motus ad formā, baptismus Ioannis nō ha-
bebat esse completū in genere sacramenti, sicut sacra-
menta nouę legis. Ad tertium dicendū, ꝙ omnis ritus
sacramētalis pertinet necessariò ad aliquā legē: ideo si
institutor sacramēti vult, ꝙ sacramentū illud sit distin-
ctum à sacramētis omniū aliarū legum, necesse est, ꝙ
introducat legē distinctā ab omnibus alijs legibus, cu-
ius legis istud sit sacramentū. Baptismus aūt Ioannis
fuit introductus ab eo, & non dedit ipse aliquā legem
I distinctā à nouo, & ueteri testō: ideo baptismus Ioan-
nis sacramētū est: sed non pōt esse sacramentū distin-
ctū à sacramētis noui, & ueteris testamēti. Et istud ue-
rum est, quia reducitur ad sacramēta nouæ legis, sicut
dispositio ad genus formæ, vt supra dictum est.

An baptismus Ioannis fuit à Deo, vel solum per humanam institutionem. Quæst. XLI.

QVAERITVR, an baptismus Ioannis fuit à
Deo, vel solū per humanā institutionē, & uo-
luntatē. Quidā dicūt, ꝙ nō fuit à Deo, qa sacra-
mētū quod à Deo instituitur nō denomi-
natur ab aliquo puro hoīe: licèt per purū hoīem mi-
nistretur, vt patet de baptismo Christi, qui ministraba-
tur ꝑ Petrū & Paulū & cæteros, & tñ non uocabatur
K baptismus Petri, & Pauli aut aliorū. Vnde Apostolus
arguit Corinthios, qa quidā eorum dicebāt: ego sum
Pauli, alij ego sum Cęphę, alij ego sum Apollo. s. qa ab
istis baptizati fuerāt. 1. Cor. 1. & tñ iste baptismus uo-
catur baptismus Ioannis. inf. in litera, & inf. 21. & Act.
19. ergo non erat à Deo, sed solū à Ioanne. Itē oīs do-
ctrina, quæ de nouo procedit à Deo, confirmatur ali-
qbus miraculis, patet de lege Moysi, quia qñ Moyses
debuit loqui populo significans illis, ꝙ Deus uocaret
eos, vt essent populus eius, & daręt eis legem, ostendit
miracula. Exo. 3. & 4. Idem in nouo testō. Nam Chri-
stus prædicans nouā doctrinā, noua & inaudita mira-
cula faciebat, vt patet ex toto processu Euāgeliorum
etiam quando misit Apostolos, & discipulos ad prędi-
candum dedit eis potestatem faciendi miracula. infra
10. & Luc. 9. & 10. & quando postea prædicare cœpe-
runt Deus confirmabat sermonem eorum, sequenti-
bus signis. Mar. 16. Ioan. tamen non fecit aliquod mi-
raculum, vt patet Ioan. 10. scilicet. Ioan. quidem si-
gnum nullum fecit: ergo baptismus per eum noui-
ter introductus non fuit à Deo. Item sacramenta, quæ
sunt diuinitus instituta aliqbus ꝑceptis sacræ scripturæ
continentur, baptismus tamen Io. non continetur in
nouo aut veteri testamento, ergo non erat à Deo. Di-
cendum ꝙ baptismus Ioannis à Deo erat. i. Ioannes à
Deo inspiratus illum instituit siue primus introduxit.
Sic patet Io. 1. cū dixit Ioannes. Ego nesciebam eum:
sed qui misit me baptizare ille mihi dixit, super quem
videris spiritum sanctum descendentem &c. Ergo Io-
annes à Deo missus fuerat ad baptizandum. Secundò
quia si non missus fuisset a Deo, & baptizaret, pecca-
ret, vsurpando sibi potestatem, q̃ non acceperat: Bapti-
zare tamen requirit specialem potestatem à Deo tradi
tam. Sic professus est ipse Ioānes, dicentibus ei discipu-
lis suis, ꝙ Iesus baptizaret. Nam ait: Non potest homo
accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cęlo. Ioā. 3.
q. d. Non potuisset Iesus baptizare nisi datum esset ei
diuinitus. Sic ergo Ioan. non potuisset baptizare. s. lici-
tè: nisi Deus ei hoc iussisset. Idem significauerunt Iu-
dæi dicentes Ioanni. Quid ergo baptizas, si tu non es
Christus, nec Elias, nec propheta? Ioan. 1. q. d. ꝙ baptiza
re non pertinebat nisi ad aliquem de istis. Et tñ isti ha-
bebant potestatem specialem à Deo: ideo Ioannes nō
potuisset baptizare, nisi mitteretur. Et tñ nō peccauit
baptizando, cùm Christus dicat eum sanctissimū om-
nium hominum. ʒ. 11. Ergo à Deo missus est ad bapti
zandum. Tertiò, quia si non esset à Deo baptismus Io.
nihil proficeret efficiendo, nec significādo: & ita esset
inutilis, sicut baptismata Pharisæorum. Mar. 6. de qbus
Christus eos repræhendit tāquam superfluè curiosos.
Est autem peccatum magnum grauare hominem, &
implicare præceptis, & cæremonijs inutilibus, cùm vix
homo sufficiat obseruare pręcepta vtilia, & necessaria:
ideo peccaret Ioannes si introduceret baptismū non
iubente Deo, & hoc maxime in veteri testō, vbi erat
multitudo præceptorū necessariorum, quæ vix hoīes
poterant implere. Act. 15. s. Quid tentatis imponere iu
gū super ceruicē discipulorū, qđ nec patres nostri, nec
nos portare potuimus? Et intelligitur de obseruantia
legis Moysi. Ergo peccatū esset tunc introduci aliquē
ritum obseruandum: qui tñ non esset vtilis, nec a Deo:
introduxit tamen Ioannes baptismū: ergo à Deo erat.
Quartò ex opinione Iudæorum, quia cōiter tenebaẗ,
ꝙ esset a Deo. Ideo quando Christus quæsiuit à sacer-
dotibus, & pharisæis de baptismo Ioannis an esset de
cęlo, vel ab hominibus, non ausi sunt dicere, ꝙ esset ab
hoībus: quia timebant populum, qui Ioannem, ut pro-
phetam tenebat. s. credebat à Deo esse omnia, quæ ille
faciebat. ʒ. 21. Pro hoc sciendum, ꝙ in baptismo Ioan.
possunt duo considerari. s. ritus baptizandi. i. forma, vel
modus: & effectus baptismi. Ritus baptizandi non fuit
ab hominibus. i. ꝑ humanam volūtatem introductus:
sed familiari consilio spiritus sancti, qui Ioānem ad ba-
ptizandum misit: & iussit tenere illam formam quam
tenuit. Et quantum ad hoc dicit ipse se missum a spiri-
tu sancto ad baptizandum. Io. 1. Effectus autem baptis
mi Ioan. fuit ab homine, quia nihil in illo baptismo ꝯ-
ferebatur, quod per hominem conferri non posset, cū
nō conferretur gratia, vt infra dicetur. Et hoc mō non
fuit à Deo nisi per generalem influentiam: inquātum
Deus cooperatur homini, & cuicunq; agenti in actio-
ne: cū sit causa prima. Et hoc est ꝙ Ioannes dicit se ba-
ptizare in aqua. i. solùm lauare corpora. Ad primū dicē
Alph. Tost. in Matth. Comm.

A dum, ꝙ in quocumq; opere consideratur finis eius, qa
illud est præcipuum qđ intenditur. In baptismo ergo
quocūq; consideratur principaliter effectus eius, & ab
illo noīabitur. Et quia per baptismum nouæ legis ho-
mines interius per spiritū sanctum baptizātur. i. mun-
dantur à uitijs, & perficiuntur per gratiam, qđ fit per
solum Deum: dr̄ baptismus noui testamēti esse a Deo,
quia effectus eius a solo Deo est. Per baptismum autē
Ioan. solùm mundabantur corpora, & non tollebātur
peccata, ut infra dicetur: & istud fit per hominem pu-
rum, qui potest lauare corpora: ideo baptismus Ioā. ab
ipso denominatur, quia ipse efficiebat totum, quod in
illo baptismo efficiebatur. Sic enim dicit Magister. 4.
sen. di. 2. ꝙ Ioannis operatio uisibilis tantùm erat exte-
B rius lauantis, non inuisibilis gratia Dei operantis inte-
rius. Sed tamen & illa Ioannis operatio, & baptismus
auctoritate à Deo erat, & non à Ioan. homine. Sed ba-
ptismus Ioan. dictus est, quia ibi nihil gerebatur, quod
non ageret homo. Ad secundum dicendum, ꝙ Ioan.
non confirmauit baptismum suum, nec etiam reliquā
doctrinam miraculis, quia satis magna auctoritas, &
sufficiens ei dabatur non existente aliquo miraculo.
Vnde quando Iudæi quæsierunt ab eo cur baptizaret
si non erat propheta, nec Christus, nec Elias: confirma
uit officium suum non quidem miraculo, sed auctori-
tate sacræ scripturæ dicens: Ego uox clamantis in de-
serto. Io. 1. q. d. ex eo ꝙ sum uox clamantis, sicut dixit.
Isā. competit mihi baptizare. Conferrebat etiam Ioan.
C auctoritatem austeritas uitæ eius. Quia ut ait Chryso.
super Matth. mirabile erat in humano corpore tātam
patientiam uidere. Nam putabant, ꝙ non posset esse
nisi a Deo, & sic credebant omnia, quæ ille faciebat à
Deo esse. Attestabantur etiam ei signa, q̃ præcesserant
in natiuitate eius, quæ Iudæi uidentes admirati sunt, &
posuerunt oēs in corde suo dicentes, quis putas puer
iste erit? Luc. 1. Miracula autem facere non datum est
Ioanni, quia non cōueniebat propter rationes assigna-
tas supra in 35. q. Ad tertium dicendum, ꝙ qñ Deus
uult dare aliquod præceptum, uel nouum ritū longo
tempore duraturum, ponit istud in aliqua lege per q̃
homines sciant se obligatos ad illud præceptū, uel ri-
tum: Baptismus autem Ioā. pauco tpe duraturus erat,
D quia utilitas sua præcipua solùm fuit usquequo Chrs
baptizatus est. Nam postea introducto baptismo nouę
legis à Christo: ille cessare debebat. Et sic non durauit
quasi per duos annos, quia in breui Ioānes occisus est
postquam cępit baptizare. Ideo non oportuit dari ali-
quam legem de baptismo Io. quia lex non datur nisi
longo tpe duratura, ut declaratum est supra in 10. q.

An baptismus Ioannis dabatur sub aliqua certa forma. Quæst. XLII.

QVAERITVR, an baptismus Ioan. dabatur
sub aliqua certa forma, & quæ erat illa. Quidā
dicunt, quòd cùm baptismus Ioan. non esset
completum sacramentū, sed magis quod-
E dam præparatorium adueniens ad completa sacramē
ta: non oportebat, quòd in illo essent omnia, quæ sunt
in ueris sacramentis. Et sic non oportebat seruari ali-
quam certam formam, sed solùm, ꝙ mergerentur ba-
ptizati in aquam. Item forma in sacramento est, per
quam est præcipuè effectus sacramenti: sicut in natu-
ralibus esse compositi præcipuè à forma est. In baptis-
mo tamen Ioan. nō erat aliquis effectus præter ipsam
ablutionem corporalem, quæ pertinet ad materiā. Er-
go non solū non oportebat dari aliquam certā formā,
sed ēt superfluum erat illam dari, cū per solam mate-
riam efficeretur quidquid in isto baptismo fiebat. Di-
cendū, ꝙ in baptismo Io. necesse erat dari aliq̃ certam

 for-

formam,quia baptismus iste erat sacramētum,ut unū F
sacramentum necesse erat vnico modo tradi, quia
alias per diuersos modos,& formas essent plura baptis
mata. Sic etiam erat in sacris veteris legis,s. in sacrifi
cijs,& ceteris sacramentalibus. Nam singula habebāt
certas formas traditas in lege: quas necesse erat obser
uare: & si ministri non obseruarent illas morerentur.
Sicut patet de ritu sacrificij, in quo quia duo filij Aa
ron,scilicet, Nadab,& Abiu non sumpserunt de igne
sacro, sed de alieno, ignis egressus à Domino occi
dit illos,Leui. 10. A fortiori ergo in baptismo Ioann.
seruaretur certa forma, inquantum iste baptismus ha
bebat magis de complemento sacramenti, quàm sa
cramēta legis veteris, cùm propinquius disponeret ad
sacramenta legis nouæ,quæ erant plenissima sacramē
ta. Istud autem totum intelligitur de forma sacri, in
quantum est quidam modus determinatus ministran
di ipsum sacramentum. Alio modo accipitur forma
sacramenti pro quibusdam verbis determinatis, quæ
proferuntur à ministro in collatione sacramenti, vel
administratione eius. Et sic in singulis sacramentis no
uæ legis sunt aliqua verba, quæ dicimus esse formam
sacramenti: sicut apparet in singulis,In sacramētis aūt
ueteris legis nō apparet,an generaliter essent tales for
mæ. Constat tamen, q in quibusdam eorum erāt cer
ta verba, quæ dici debebant. Sic apparet de oblatione
primitiarum ponendarum in cartallo. Nam erat cer
tus modus professionis uerbalis, quem facere deberet
offerens. Et ponuntur ista uerba Deuteronom.26.Sic H
etiam in sacrificio Zelotipiæ, quod erat de sacramen
tis ueteris legis,sacerdos proferebat certam formam
uerborum super mulierem, de qua erat suspitio. De
quibus Numeri 5. Sic ēt qñ Israelitæ offerebant aliqd
Dño,& suscipiebatur per manū sacerdotis: tenebatur
sacerdos dicere quandam benedictionē certā. De qua
Num.6. Et ita de qbusdā aliis sacris ueteris testī. In ba
ptismo autē Ioannis a fortiori obseruaretur certa for
ma verborum: quia istud magis accedit ad sacramen
ta nouę legis:in quorum singulis certæ formæ verbo
rum obseruantur. Erat tñ præcipua ratio: quia baptis
mus Ioannis erat ordinatus ad Chrm: quia ille erat fi
nis suus:ideo oportebat, q ex forma uerborū eius o
stenderetur ista ordinatio ad Christū: vt dicetur sequē I
ti quæstione. Est ergo dicendū, q certam formam uer
borū habebat baptismus Ioannis:& erat ista.s. Ego ba
ptizo te in noīe uenturi.s.Messię uenturi. Sic dixit Pau
lus. Act. 19.s. Ioannes baptizauit baptismo pænitentiæ
populum,dicens in eum,qui uenturus esset post ipsū,
vt crederent:hoc est in Iesum. Et istam formam expri
mebat beatus Ioānes figillatim super quemlibet, quē
baptizabat,vt ait Chrysost. Et sic per eā habebant sin
guli notitiā de Christo futuro. Ad primùm dicendū,
q baptismus Ioannis non erat ita completū sacrm si
cut sacramenta legis nouæ.s,quantū ad gratiam, q̄ con
fertur in istis,& non in illo. Et tñ erat plenum sacrm
quantum ad rationem significationis. Ideo oportebat
in illo esse oīa,quę sunt de ratione sacramenti,s. mate
riam,& formā. Et ista forma est in uerbis,& cū dicitur K
q sufficiebat baptizandos mergi in aquā non expressa
aliqua forma uerborum: dicendum q falsum est,quia
tunc nihil haberet baptismus Ioannis supra baptisma
ta phariſæorum,s. baptismata calicum,& æramētorū,
& urceorum,& baptismata carnis suæ,quæ solū erant
quædam ablutiones corporales,nihil præter id, quod
fiebat significantes. Et tūc baptismus Ioannis, nō esset
sacramentum, quia de ratione sacramenti est esse sa
cræ rei signum. Ad hoc autem, q baptismus Ioannis
aliquam rem sacram specialiter designaret necesse e
rat,quòd esset in eo specialis forma,per quam hoc de
signaretur, q ipsa ablutio in aqua absolutè nihil signa-

bat. Ad secundum dicēdum, q necessarium est, quòd
forma sacramenti præcipuè pertinet ad effectum sa
cramenti. Et cùm dicitur, quòd in sacramento Ioan
nis nihil conferebatur præter ipsam corporalem ab
tionem: uerum est per modum effectus inducti ex
cramento, sine opere principali ministri. s. quia gra
non conferebatur: sed conferebatur aliquid per mo
dum doctrinæ. s. cognitio Messiæ,& ita erat tanquam
effectus sacramenti, quia erat præcipuus finis, quē
nes intendebat in baptismo, & iste effectus erat ultra
ablutionem corporalem. Et adhuc fuit necessaria ce
ta forma uerborum, per quam expresse signaretur G
Messias, uel ostenderetur,& ista est forma supra po
ta. Et sic quando dicitur, q in baptismo Ioannis, nihil
conferebatur, quod per hominem fieri non posset,
bet intelligi de effectu, q sequitur directe ex sacramen
to. Secus est de effectu, qui sequitur modum institu
ctionis. Et iste effectus non fuisset in baptismo Ioan
nis nisi a Deo fuisset institutus, sicut est de sacramen
tis ueteris legis, quæ signant aliquid sacrum ex eo, q
a Deo instituta sunt. Si autem aliquid purè ab homi
ne instituatur, non potest efficere aliquid sacramenti,
nec significare, cùm omne sacramentum a Deo sit,
deo sicut effectus ad Deum pertinet, ita & significa
tio ab eius auctoritate pendet.

An ista forma in nomine uenturi sit conueniens forma baptismi. Quæst. XLIII.

QVAERITVR, an ista forma baptizandi, Ego
nomine uenturi, esset conueniens baptismo
Ioannis. Aliqui dicunt, q non. Quia quando
Ioannes baptizabat iam Christus uenerat.
Nam incepit baptizare Ioannes anno 29. ætatis Chri
sti, quia Christus baptizatus est illico, ut Ioannes cep
baptizare, ut colligitur supra in litera, & tamen quādo
Iesus baptizatus est, erat annorum. 29. (incipiēs ann
30. Luc. 3. Et maxime patet hoc, quia Ioannes cepit
baptizare anno. 15. Tyberii Cæsaris. Luc 3. Et ille e
annus 29. uel quasi. 30. Christi, qa ille natus fuerat a
no. 42. Octauiani, qui. 57. annis, uel quasi imperauer
Et sic uixit Christus quasi. 15. annis imperante Oct
uiano, cui successit Tyberius: ut patet ex omnibus hi
storiis uulgatis,& 15. anno illius Ioannes cæpit pra
care,& baptizare. Ergo erat Christus tunc annorum
30. uel quasi. Non ergo dicebatur conuenienter: ba
tizo te in nomine uenturi. Item eadem fides erat
Christo, quando uenturus erat,& postquàm uenit:
dicimus, q eadem fides fuit patrum in uetere testa
to,& nunc, ut ait Grego, super Eze. Et patet per Mag
strum. 3. sent. dist. 25. Cùm ergo baptismus Ioannis
set in nomine uenturi, ita & forma baptismi nostri
beret esse in nomine uenturi, quia eadem illa esse
forma baptizandi, quæ est in nomine Christi. Ita
ergo forma baptizarent discipuli Christi, vt esset
ca forma baptismi, sicut unica fides. Et tamen fal
est, quòd Apostoli baptizabant in nomine Christi,
vt patet Act. 19. vbi dicitur de quibusdam, qui bapti
ti erant solùm baptismo Ioannis. Et sequitur his au
tis baptizati sunt in nomine Domini Iesu,

Dicendum quòd ista forma baptizandi fuit conue
niens baptismo Ioannis, & non alia, quia utilitas
consequitur ex sua forma, cùm materia indetermina
tè se habeat ad talem actum, siue utilitatem,
quia sacramenta sunt ad aliquos effectus, vel
litates; necesse est, quòd formæ sacramentorum
designent ipsam utilitatem intentam in sacramento
vel id, ex quo sequitur illa utilitas. Quod facis appa
re posset ex formis omnium sacramentorum
testamenti. Baptismus autem Ioannis solū erat ordi

tus ad Christum ostēdendum, vel saltem præcipuè ad A
hoc Ioā. 1. s. Ego nesciebam eū, sed vt manifestetur in
Israel: propterea ego veni in aqua baptizans. Debuit er
go ex forma baptismi Ioan. significari, uel ostendi ipse
Christus. Hoc autem fiebat cùm Ioan. dicebat: Ego
baptizo te in nomine venturi, quia per hoc significa-
bat Messiam, qui venturus erat. s. ad operandum salu-
tem nostram. Et per hoc singulis ostendebat Iesum es
se Messiam, quem prius toti populo ostenderat: & de-
signabat, q per illum gratiam, & redemptionem acce
pturi erant: cùm istud sacramentum in nomine eius
præstaretur. Ad primum dicēdum, q bene dicebatur
in noīe venturi, quia licèt iam Christus venisset in car-
ne, nondum venerat ad operandum salutem nostram,
quia nondū inceperat operari aliquid pertinens ad re- B
demptionem, prædicando vel patiendo. Ex ea aūt die,
qua baptizatus est, dr venisse, quia tunc incepit operari
mysteria redemptionis nostræ. Nam per hoc q̄ bapti-
zatus est, tactu suæ carnis vim regeneratiuam aquis tri
buit, vt dicit Beda: & tunc principium fuit ad baptismū
noui testamenti. Ad secūdum dicendum, q licèt fides
eadem sit antiquorum, & modernorum, nō debuit es-
se eadem forma baptismi ante Christum, & post. Ra-
tio diuersitatis est: quia cùm fides sit quædam cogni-
tio, respicit rei veritatem, & veritatem. Et quia diuersi-
tas temporum consignificatorum non variat veritatē
rei, non variabit fidem. Nam fides non respicit princi-
paliter ipsa tempora: sicut fides est de morte Christi
inquantum per eam est salus nostra: quod autem illa C
sit præterita, vel futura non pertinet ad fidem directè,
quia salus nostra non est per fidem inquantum præte-
rita est, vel futura, sed inquantum mors est. Secus autē
de sacramentis, quia in illis considerat effectus. Et
quia non eodem modo se habet ad actum res, q̄ iam
est, & quæ futura speratur, quia existens potest aliquid
efficere, non existens, licèt spectetur nihil efficit: sicut
patet de morte Christi, per quam salus est, & tñ anteq̄ D
Christus moreretur nulli erat aditus ad vitam æternā:
eo autem mortuo omnibus dispositis est aditus. In sa-
cramentis autem cùm intēdatur effectus q̄ est à Chri-
sto, necesse est, q distinguantur efficacię eorū p præte-
ritum, & futurum, & per istam distinctionē, quæ signi
ficatur ex forma sacramentorum, ostendetur diuersi-
tas effectus ipsorum. Et sic cum in baptismo Ioannis
dicebatur in nomine venturi, designabatur, q nihil ef-
ficiebat: eo q ille, à quo virtus sacramēti esse debebat
nondum erat. s. tali modo, q ab eo aliquid consequere
tur sacramentum. In baptismo aūt nouæ legis non dr
in noīe venturi, sed dicebatur a principio in noīe Chri
tanq̄ iam existentis, vel qui iā existentis fuisset. Ex quo
signatur, quòd sacrm baptismi iam efficaciam habet,

An in baptismo Ioannis gratia conferebatur. Quæst. XLIIII.

QVAERITVR, an in baptismo Ioan. gratia
cōferebatur. Quidam dicunt, q sic: quia si gra-
tia non conferretur non esset a Deo,& tamē à E
Deo erat, vt supra q. 41. probatum est: ergo
videtur q gratiam conferebat. Item Mar. 1. dicit quod
Ioannes erat prædicans, & baptizans in deserto baptis-
mum pniæ in remissionem peccatorum, sed remissio
peccatorum non fit sine gratia: ergo cōferebat gratia
in eo. Item baptizati à Ioanne confitebantur peccata
sua, vt patet infra in litera: & Mar. 1. confessio tamen
peccatorum ordinatur ad remissionem eorum: ergo
remittebatur in baptismo. Et hoc non fit sine gratia:
ergo illa ibi conferebatur. Item baptismus Ioā. propin
quior erat baptismo Christi, q̄ circuncisio, & tamē per
circuncisionē tollebatur peccatum originale Iudæis,
Alph. Tost. in Matth. Comm.

vt ait Beda. s. q̄ eandem salutem curationis, & auxiliū
contulit circuncisio in lege, contra originalis peccati
vulnus, q̄ nunc baptismus agere reuelatæ gratiæ tēpo-
re consueuit. Ergo à fortiori per baptismum Io. tolle-
retur originale, quod sine gratia fieri non poterat. Itē
Damas. loquens de baptismo Ioannis dicit, q̄ purgat
spiritum per aquam: sed purgatio spiritualis non fit si-
ne gratia: ergo baptismus Ioan. illam conferebat. Item
dicit Aug. contra Donatistas. Ita credam Ioannem ba-
ptizare in aqua in remissionem peccatorum, vt ab eo
baptizatis in spe dimitterentur peccata. Sed spes de re-
missione peccatorum non potest esse sine gratia. Ergo
baptismus Ioannis illam conferebat. Item sacramen-
ta sunt instituta aut ad conferendum gratiam, aut ad
significandū: sed sacramenta veteris legis fuerunt suf-
ficientia ad significandum gratiam conferendam per
sacramenta legis nouæ, & ipsa sacramenta legis nouæ
ad gratiam conferendam fuerunt instituta. Baptismus
ergo Ioan. aliquando gratiam conferebat, quia aliàs si
perfluè esset institutus: cùm iam per sacramenta vete-
ris legis sufficienter signaretur gratia conferenda per
noua sacramenta. Sed non fuit superfluè institutus ba-
ptismus Ioan. ergo gratiam conferebat. Dtcendum, q̄
absolutè conceditur ab omnibus per baptismum Ioā.
nullam fuisse gratiam collatam. Et patet primò diffe-
rentia: quàm ipse Ioānes posuit inter baptismū suum,
& baptismum Christi. Nā dixit, ego baptizo vos aqua:
qui autem post me uenturus est, fortior me est, ipse ba
ptizabit vos in spiritu sancto. infra in litera, & Marc. 1.
& Luc. 3. Quasi dicat: Ego solùm baptizo in aqua, id-
est, baptismus meus ex uiribus suis nihil confert, nisi
quod aqua confert. Gregorius autem exponens hoc
in quadam Homilia dicit. Ioannes non in spiritu, sed in
aqua baptizat, quia peccata soluere non valebat. Si ta-
men in baptismo Ioannis conferretur gratia, solueren
tur peccata, quia illa non possunt manere eū gratia: er-
go nulla gratia ibi conferebat. Secundò patet ex testi-
monio Dei per Ioannē. Nam dixit Ioannes: super quē
videris spiritum sanctum descendentem, & manētem
super eum: hic est q̄ baptizat in spiritu sancto. Io. 1. q. d.
Nemo poterat baptizare in spiritu sancto, nisi ille, sup
quem descenderet spiritus sanctus. Et iste fuit Iesus: er-
go Ioannes non baptizabat in spiritu sancto. Sed nulla
gratia est nisi à spiritu sancto 1. Cor. 12. s. Diuisiones
gratiarum sunt, vnus autem spūs, qui diuidit singulis
prout vult. Ergo qui non baptizat in spū sancto, nō pōt
dare gratiam. Et sic Ioannes baptizans, gratiā non con
ferebat. Tertiò patet ex assertione Christi. Act. 1. s. Ioā-
nes quidem baptizauit aqua: uos aūt baptizabimini spi
ritu sancto non post multos hos dies. Ergo baptismus
Ioannis nō erat in spiritu sancto, quia aliàs nō differret
baptismus Ioan. quem iam susceperant Apostoli à ba
ptismate spūs sancti, quo perfundendi erant. Ideo spiri
tum sanctum non conferebat Ioannes, & consequen-
ter nec gratiam. Quartò patet ex defectu, quia in ba-
ptismo Ioā. spiritus sanctus non conferebatur, nec ap-
parebat signum eius, in baptismo aūt Christi pferebā-
tur. Act. 19. cū quæsiuit Paulus à quibusdam discipulis
an accepissent spiritum sanctum credentes. i. quando
credere inceperunt. Qui cum negassent se scire, an es-
set spiritus sanctus, & dicerent se baptizatos baptismo
Ioannis, fecit eos baptizari baptismo Christi, scilicet,
in nomine Iesu. Et cum imposuisset illis manus ue-
nit super illos spiritus sanctus, & loquebantur linguis,
& prophetabant. Et iste baptismus uocatur in spiri-
tu, scilicet, sicut Petrus declarat Act. 11. exponens illa
uerba Christi, scilicet, Ioannes baptizauit aqua: uos au-
tem baptizabimini spiritu sancto. Et dicit istud com-
pletum fuisse in Gentilibus, quos baptizauit, sup quos
descēdit spūs sanct⁹, & loquebant linguis. Act. 10. & 11.

Universidad de Deusto Biblioteca

Quintò patet,quia si in baptismo Ioannis gratia conferretur, nihil differret à baptismo Christi,quia maximum bonum baptismi Christi est,ꝙ per illum peccata deleantur,& gratia conferatur. Et tamen scriptura ponit istum duplicē baptismum.s. Ioannis & Christi. Actu.19. & in multis locis, ergo in baptismo Ioannis gratia non conferebatur. Sextò patet,quia si in baptismo Ioannis gratia conferretur,superfluum erat institui baptismū Christi, cùm ille esset similis baptismo Christi,& per omnia faceret quidquid faciebat baptismus Christi:& tamen baptismus Christi non frustra, sed pp magnam necessitatem institutus est: cùm ipse dixerit, ꝙ qui non baptizatus fuerit condemnabitur. Mar.16. Ergo in baptismo Ioannis non conferebatur gratia. Septimò,quia si conferretur gratia in baptismo Ioannis, qui baptizati essent baptismo Ioannis non baptizarentur postea baptismo Christi,& tamen iterum baptizantur: sicut Paulus baptizauit in nomine Iesu quosdam iam baptizatos baptismo Ioannis Actu. 19. Ergo in baptismo Ioannis gratia non conferebatur. Octauò,quia erat quodammodo contra rationem, ꝙ per baptismum Ioannis gratia conferretur, quia finis, & ea,quæ sunt ad finem nō possunt coincidere. Tota aūt doctrina,& operatio Ioannis erat præparatoria ad Christum, sicut ministri,& inferioris artificis est præparare materiam ad formā quam intendit, & inducit principalis artifex:gratia aūt conferenda erat hominibus per Christū,iuxta id Ioan.1.Lex per Moysen data est,gratia aūt,& ueritas per Iesum Christum facta est; ideo erat irrationabile,ꝙ cùm baptismus Ioannis ordinaretur ad Christum, conferretur gratia per illum,cū illa conferenda esset per Christum,quia tūc finis,& id quod est ad finem coinciderent,Baptismus ergo Ioannis gratiam non conferebat, sed ad gratiā præparabat, Vno modo per doctrinam Ioannis inducentē homines ad fidem Christi. Nam per fidē Christi homo saluatur, Act,15;Baptismus aūt Ioannis per doctrinā deducebat ad istam fidē,quia qn̄ Ioānes baptizabat,sigillatim quoslibet baptizatos admonebat de fide Chr̄i, cū in forma baptismi fieret mentio de illo, quia in nomine eius,s.uenturi baptizabantur. Alio modo præparabat homines ad gratiam.s. per penitentiā disponendo eos ad suscipiendum effectum baptismi Christi.s. gratiam,vel remissionem peccatorum,Et ob hoc uocatur iste baptismus penitētiæ,vt inf.dicetur in.52.54.q.& magis,inf.58.q.Ad primum argumentum dicendum,ꝙ non tenet,quia licèt esset baptismus Ioannis à Deo non sequitur, ꝙ gratiam deberet conferre, quia omnia sacr̄a legis Moysi à Deo instituta sunt,& tn̄ per nullum eorum gratia conferebatur, vt manifestū est. Aliter pōt dici, ꝙ baptismus Ioannis erat à Deo quantum ad ritum baptizandi.s.quia Deus specialiter ei tradidit illum ritum:non tn̄ erat à Deo quantum ad effectū baptismi, quia nihil in eo fiebat, quod per purum hominē fieri non posset. Si aūt quantum ad effectum fuisset baptismus Ioannis à Deo,gratiam cōferret.Ad secundum dicendum,ꝙ baptismus Ioannis erat in remissionem peccatorum,non quę per illum baptismū conferretur, sed quæ per Christum speraretur ad quē ordinabatur iste baptismus:qūo tn̄ baptismus Ioannis esset in remissionem peccatorum,inf.dicetur in.59.q, de hoc.Ad tertium dicendū,ꝙ confessio fit ad remissionem peccatorum,& tn̄ confessio ista,quę fiebat in baptismo Ioānis ad remissionem peccatorū nō erat, tanquam tunc peccata remitterentur, sed ꝙ post per Christi baptismum remittenda essent, Vel dicebātur confiteri peccata, idest, profitebātur se peccatores,qa aliàs non baptizarentur, Ad quartum dicēdum,ꝙ baptismus Ioannis erat propinquior baptismo Christi,q̄ circuncisio in similitudine operis,quia uterque bapti-

F smus erat in aqua, & quasi eodē modo ministrabatur uterque. Et tn̄ quantum ad effectum circuncisio erat propinquior baptismo, qa similabatur ei in conferendo gratiā. Ratio aūt quare per circuncisionem cōferebatur gratia,& non per baptismum Ioannis fuit,quia circuncisio erat instituta in remedium originalis peccati,quod non poterat tolli nisi per gratiā : ideo oportebat p circuncisionem gratiā cōferri . Baptismus aūt Ioannis non fuit institutus in remediū peccati originalis:sed solùm,vt quoddam prçparatoriū ad Christum: ideo non oportebat, ꝙ per ipsum gratia conferretur: immo quodammodo rōni repugnabat, cū ordinaretur ad Christū,per quem gratia conferenda erat,vt sup.dictum est.Ad quintum dicendum,ꝙ baptismus Ioānis
G dr̄ purgare spiritum dupliciter.Vno modo purgat,nō quidē efficiendo,sed significando.s.ꝙ significabat purgationē spiritus futurā per baptismū Christi. Alio modo purgabat spiritum non quidem p aliquē effectum inductū ex ipso sacr̄o: sed per doctrinā Ioannis quā dabat in baptismo, p quā baptizati purgabantur ab ignorantia,cùm singulis Messiā annunciaret. Et per istam doctrinā credebant in Christum,per cuius fidē simpliciter purgabantur,Sic dr̄ Act.10.s.Fide purificans corda eorum.Ad sextum dicendum,ꝙ in baptismo Ioannis dabatur spes remissionis peccatorū, & ista spes remissionis semper procedit ex gratia : cùm nullū actū condignū nos facere possimus,per quē nobis peccata remittantur.Quia si possemus:non fuisset necesse pro
H nobis Christū mori; cū quilibet per actum suū posset mereri remissionem peccatorum.Remissio ergo peccatorum ex gratia est:ita ēt spes,quæ est certa expectatio non pōt esse nisi ex gratia ,qa sic posset spes de remissione esse sine gratia, cū spes non sit dubia,sed certa expectatio,& tn̄ remissio peccati sine gratia est impossibilis, vt dictum est : ergo nec spes de remissione poterit esse sine gratia. Non tn̄ est semper ista spes remissionis ex gratia iā habita, sed interdū ex gratia expectata, Et sic baptismus Ioānis dabat spē de remissione peccatorū,non conferēs gratiā,sed promittēs eā in hoc,ꝙ figurabat baptismū Christi in quo gratia cōferenda erat.Ad septimum dicendum,ꝙ baptismus Ioānis erat ad significandū gratiā , & nō ad conferēdum.
I Cū aūt dr̄,ꝙ per sacr̄a legis ueteris sufficienter ista gratia designabatur:dicendū ꝙ cōuenientius p baptismū Ioānis significabatur:quia ille expressius significabat baptismū Christi,q̄ sacr̄a legis ueteris:pp maiorē similitudinē ad baptismum. Et ideo magis de propinquo importabat significationem gratiæ, & quandam protestationem pœnitentiæ. Et sic debuit esse ad significandum gratiam noui testamenri.

An solus Christus, vel etiam alij debuerunt baptizari baptismo Ioannis. Quęst. XLV.

QVAERITVR, an alij præter Christum debuerunt baptizari baptismo Ioannis, vel solus Christus debuit à Ioanne baptizari. Aliqui dicunt, ꝙ solus Christus baptizari debuit.
K Quia quod proprium est Christo,non debet alijs conuenire , sed baptismus Ioannis erat proprius Christo. Nam Aug.super Ioan.dicit, Ioānes baptizauit,vt Christus baptizaretur. Ergo solus Christus hoc baptismo debuit baptizari. Itē quia quicunque baptizatur,aut aliquid accipit à baptismo,aut aliquid confert ipsi baptismo. A baptismo aūt Ioannis nemo poterat accipere aliquid,qa in eo gratia non cōferebatur, vt dictum est. Nullus ēt poterat aliquid conferre baptismo, nisi Christus,qui tactu suæ mundissimæ carnis aquas sanctificauit. Ergo solus Christus baptizari debebat baptismo Ioannis, vt ab eo baptismus sanctificaretur. Item sacramenta eadem ratione competunt omnibus quibus conferuntur, sed non erat necessarium quòd omnes baptizarentur baptismo Ioannis, sicut nec omnes baptizati sunt,sed solùm aliqui Israelitę:ergo nullus præter Christū hoc baptismo baptizari debebat. Item baptismus Ioannis institutus fuit ad Christi manifestationem, quia Ioan.1. dicitur. Ego nesciebam eum:sed ut manifestetur in Israel,propterea ego ueni in aqua baptizans. Ergo baptizato Christo non debebat alius baptizari, nec etiam ante eum quisquā, cū propter ipsum fuisset institutus ille baptismus. Dicendum, ꝙ baptismo Ioannis non debuit solus Christus baptizari, sed etiam multi alij,& tamen nō debuerunt omnes homines cogi ad baptismū Ioannis sicut ad baptismū Christi. Primum patet,quia si solus Christus baptizaretur baptismo Ioānis,videretur melioris baptismi institutor,& dispensator ipse Ioannes, quàm Christus:inquantum melior erat,qui baptizabatur baptismo Ioannis, quàm Christi, vt ait August. in lib.de baptismo cōtra Donatistas. Secundò patet,idem quia oportebat,ꝙ per baptismum Ioannis disponerētur ad baptismum Christi, quia sicut per doctrinam Ioannis disponebantur homines ad doctrinam Christi,vt sup. dictum est:ita per baptismum Ioannis disponebantur ad baptismum Christi. Et ista fuit una de causis quare baptismus Ioannis institutus est.s.vt per illum assuefierēt homines ad baptismum Christi. Oportebat ergo, ꝙ illi,qui baptizandi erāt à Christo,siue aliqui eorum baptizarentur baptismo Ioānis. Et sic non solus Christus baptizari debuit hoc baptismo. Tertiò patet,quia institutus fuit iste baptismus,vt Ioānes per eum Christum agnosceret.Nam ipse à principio non cognoscebat illum,& dedit ei hoc signum, ꝙ quando baptizaret, & ueniret aliquis, super quem in baptismo appareret Spiritus Sanctus, ille esset Messias.s. qui baptizabat in Spiritu Sancto.Ioan.4.Et sic oportebat,ꝙ multi baptizarentur à Ioanne, & inter illos Christus ueniret, & appareret super eum Spiritus Sanctus, & tunc Ioannes eum agnosceret. Sic factum est,vt patet Luc.3.s. Factum est autem cum baptizaretur omnis populus,& Iesu baptizato,& orante apertum est cęlum,& descendit Spiritus Sanctus.Quartò patet,quia etiā baptismus Ioannis fuit ad ostendendum Christum toti populo. Si tn̄ solus Christus baptizaretur à Ioāne,non posset per baptismum ostendi toto populo. Nā totus populus Iudęorum confluebat ad Ioannem,eo ꝙ oēs baptizabantur ab eo,vt patet in litera, & Mar.1. & sic congregatis poterat Ioānes ostendere Iesum esse Messiam.Si aūt solus Iesus baptizaretur,non conflueret totus populus ad Ioannem , & sic non posset ostendere Christum illis,quod tn̄ Ioannes principaliter intendebat. Quintò patet,quia si solus Christus baptizaretur à Ioanne, Iudæi suspicarentur aliquid circa hoc.s. cur ceteris non cōicabatur ille baptismus , ideo ēt alij debuerunt baptizari. Sextò patet,quia baptismus Ioānis erat baptismus pęnitētiæ,vt patet inf.in litera, & Mar.1.ideo maximè conueniebat illis,qui indigebant pęnitentia: istud aūt potius erat in Iudæis,q̄ in Christo,qui pęnitentia non egebat, ideo alij præter Christum baptizari debebant.Secundū principale,patet,quia si baptismo Ioannis oēs baptizarentur , uideretur ꝙ baptismus Christi nō sufficiebat hominibus ad salutē:cum oporteret eos baptizari baptismo Ioannis , vt ait Augu.in lib.de baptismo contra Donatistas.Secundò patet,qa non debēt homines obligari,nisi ad id,quod bonum est,& necessarium. Baptismus aūt Ioānis non conferebat salutem:ideo superuacuum erat oēs homines compelli ad baptismum Ioannis , vel ad illum induci. Ad primum argumentum dicendum,ꝙ uerum est ideo Ioannem baptizasse,vt Christus baptizaretur: non tn̄ fuit ista sola causa baptismi Ioannis:sed ēt multæ aliæ, vt declaratum fuit sup. in quadam quæstione.

A Et licèt ista causa prima.s. vt Christus baptizaretur cōpeteret : aliæ competebant multis: ideo multi præter Christum baptizari debuerunt baptismo Ioannis. Ad secundum dicendum, ꝙ baptizati baptismo Ioānis nihil conferebant baptismo,nec ēt gratiam per illū recipiebant. Et tn̄ non frustra baptizabātur:quia licèt gratiam non reciperent recipiebant signum gratiæ suscipiendæ per Christi baptismum: Vel licèt non proficeret ad gratiam,proficiebat ad pęnitentiam,quia uocabatur baptismus pęnitētiæ. Et erat quasi quędam protestatio faciendi pęnitentiam de peccatis p̄teritis:cùm dicatur in litera,ꝙ baptizati à Ioāne cōfitebantur peccata sua , & ille dicebat eis facite fructum dignum pęnitentiæ,idest,cauete de cętero à peccatis,& per actus
B laboriosos,& meritorios satisfacite de commissis. Ad tertium dicendum,ꝙ sacr̄a,quæ sunt de necessitate salutis,vel saltem conferunt ad salutem,competunt omnibus suscipientibus per eandem rationem.i.omnes illa suscipiunt,quia oēs obligantur suscipere,vel oēs suscipiunt, quia oēs indigent salute, ad q̄ illa sacr̄a prosiciunt. Baptismus aūt Ioannis non erat sacr̄um necessitatis,vt inf. dicetur in quadam quæstione:ēt non conferebat directè ad salutem,quia non dabatur per eum gratia: ideo nō competebat omnibus hominibus sub eadem ratione.Ideo totum erat,ꝙ quidam illum acciperent pp causas assignatas in corpore quæstionis.Ad quartū dicendum,ꝙ baptismus Ioannis institutus fuit pręcipuè ad Christi manifestationē:ideo effectus eius
C principalis fuit,ꝙ per eum Christus manifestaretur Ioanni,& per Ioannem toti populo.Fuerunt tamen alię causæ minus principales eius,propter quas,nō solùm licitum erat, immo quasi necessariū multos alios pręter Christum isto baptismo baptizari.

An paruuli baptizarentur baptismo Ioannis. Quæst. XLVI.

QVAERITVR, an paruuli baptizarentur baptismo Ioannis.Aliqui dicunt,ꝙ sic,quia baptismus Ioannis erat signum baptismi Christi,& ordinabat ad eū,& tamen baptismo Christi baptizabantur tam paruuli, q̄ adulti : ergo ēt bapti-
D smo Ioannis paruuli baptizarētur.Item circuncisio in veteri testamento dabatur paruulis,& magnis,& præcipuè paruulis: nam octauo die circuncidebatur puer. Gen.17.2.Nullus aūt inter Iudęos adultus circuncidebatur: sed solùm,qui de Gentilibus cōuertebantur circuncidebantur quocunque tempore uellent conuerti: sicut dicitur Exo.12. ꝙ serui,& vernaculi circunciderentur, & quicunque uellet transire in Coloniam Iudæorum,idest,in ritum Iudaicum circuncideretur. Et sic comederet Phasæ. Baptismus aūt Christi datur indifferenter paruulis,& magnis: sed baptismus Ioannis est medius inter circuncisionem, & baptismum Christi,ergo etiā debuit dari paruulis. Item per baptismum Ioannis ordinabantur homines ad Christum,
E & tamen non solùm magni ordinandi erant in Christum,sed ēt paruuli : quia ab illo omnibus erat futura salus: ergo tam paruuli,q̄ magni baptizarentur à Ioanne. Dicendum,ꝙ baptismo Ioannis soli adulti baptizabantur. Et patet primo quia dr̄ hic,& Mar.1.ꝙ exibāt ad Ioannem Iudæi, & baptizabātur ab eo in Iordane, Et sic non dr̄,ꝙ baptizabantur nisi illi,qui exibant.Paruulis aūt nō competit hoc,quia qui exeunt sunt adulti, qui poterant ire ad Ioannem : ergo de solis adultis scriptura loquitur. Secundò patet,quia baptismus Ioannis uocatur baptismus pęnitentiæ : sic enim ipse dixit. Ego baptizo uos in pęnitentiā. Non competit aūt paruulis pęnitentia,quia ibi est dolor de cōmissis,& satisfacio per actus laboriosos,quę solū habētibus vsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

liberi arbitrij competit, scilicet, adultis. Tertiò patet, quia baptismus Ioannis erat in remissionem peccatorum. Mar. 1. paruulis autem non competit ista remissio peccatorum, quia aut intelligetur de remissione peccati originalis, vel actualiū. Nō de actualibus, quia paruuli, de qbus loquimur, non possunt peccare actualiter, cùm peccata fiāt per actū liberi arbitrij, & habentes usum liberi arbitrij hic adultos uocamus. Nec etiā potest intelligi de remissione peccati originalis, quia istud remittebatur per circuncisionē. Vnde si aliquis paruulus de Iudæis baptizaretur baptismo Ioānis, aut hoc esset ante circūcisionem, aut post. Non post, quia tūc esset inutilis baptismus, quia culpa originalis iam ablata esset per circuncisionem. Si uerò ante circuncisionem: etiā erat baptismus inutilis, quia per hoc non tollebatur, quin puer deberet circuncidi, cū adhuc lex Moysi obligaret: ideo frustra erat paruulos baptizari baptismo Ioannis. Aliquis dicet, q̄ ista ratio procedit præsupposito, q̄ per baptismum Ioannis fieret remissio peccatorum, & tamen non fiebat, cùm non cōferetur in eo gratia, vt dictum est sup. in 44. q. ideo q̄ ratio non procedat. Dicendum q̄ hic nō presupponitur in baptismo Ioannis remissionem fieri peccatorum; sed arguitur ex illis uerbis Mar. 1. à sufficienti diuisione. Quia aut accipiet aliquis ibi remissionem peccatorum, quod uerè fieret in baptismo Ioannis, vel quod per eum significaretur, & conferri deberet per Christum. Si primo modo, non cōpetebat paruulis ista remissio peccatorum, sicut nec deductum est: si secūdo modo ōt non cōpetebat paruulis: quia tunc non deberet conferri baptismus istis, nisi illis, qui possent intelligere qūo significabatur remissio peccatorū per eum. Quia alias esset baptismus inutilis, & hoc solum cōpetit adultis: ideo illi soli baptizandi erat baptismo Ioannis. Quartò patet, qa hic in litera dicitur, q̄ baptizabantur à Ioanne Iudæi confitentes peccata sua, & tñ confiteri peccatum solùm cōpetit adultis, cū paruuli, nec confiteri nec peccare possint. Soli ergo adulti baptizabantur, Quintò patet, quia baptismus Ioannis erat ad manifestationem Christi. Ioan. 1. s. sed, vt manifestetur in Israel propterea ego ueni in aqua baptizās: paruulis tñ non poterat aliquid manifestari, cū nondū habeant usum rōnis, ergo non competebat eis iste baptismus. Sextò patet, quia baptismus Ioannis erat, vt hoīes per illum assuefierent ad baptismū, vt ait Grego. in quadā homilia: assuefieri aūt non cōpetit circa talia nisi habētibus usum rōnis, quia aliàs non intelligent ad quid assuefiunt, vel quid præstat eis illa assuefactio. Soli ergo adulti baptizabantur baptismo Ioānis. Septimò patet, quia baptismus Ioannis erat tāquā quoddam signum præpatatorium ad Christum, & ad baptismū eius, ideo non debebat conferri nisi illis, qui possent intelligere hanc significationē. Quia cùm istud sacramētum non haberet nisi significationē, illi qui nō intelligerēt significationē, vel saltem intelligere nō possent, frustra baptizarentur. Sed ita erat de paruulis, q̄ non poterāt intelligere: ergo nō baptizabantur. Sed obijcietur de circuncisione, quę significabat aliquid pertinens ad legē nouam, sicut generaliter omnia, quę erant in ueteri testamento, sicut dicitur. 1. Corint. 10. s. omnia in figura contingebant illis, & tamen dabatur paruulis qui non poterant intelligere, quid significaret. Dicendum, q̄ circuncisio significabat, & efficiebat. Duo namque faciebat. s. tollebat culpam originalem conferendo gratiam, & ostendebat hoīem per signū corporale pertinere ad populum Dei, & distinguebat eū ab omnibus populis. Vnde licèt circuncisio non daretur pueris pp significationē, dabatur pp istū duplicē effectū necessariū. Baptismus aūt Ioannnis nihil efficiebat: sed solùm significabat: ideo illis, qui significationem intelligere non possent frustra daretur, & ita erant paruuli. Ergo non baptizabantur paruuli baptismo Ioannis. Ad primum argumentum dicendum, quòd licèt baptismus Christi competat paruulis, & magnis, non competebat sic baptismus Ioannis, qui erat signum baptismi Christi, & hoc propter duo. Primò, quia baptismus Christi est sacramentum necessitatis, quia qui non baptizatus fuerit, & crediderit, condemnabitur. Mar. 16. & qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. Ioa. 3. Baptismus autem Ioannis non erat sacramentum necessitatis, vt infra dicetur: ideo baptismus Christi omnibus competebat, baptismus autem Ioannis non. Secundò, quia baptismus Christi conferebat ad salutem, quia per eum confertur gratia, & efficitur homo aptus ad regnum Dei. Io. 3. Et quia regnum Dei est necessarium tā paruulis, quàm magnis: omnes baptizādi erant baptismo Christi. Baptismus autem Ioannis non confert ad vitam æternam, cùm non conferat gratiam: ideo non oportebat omnes illo baptizari. Ad secundum dicendum, q̄ licèt paruuli circunciderentur, non oportebat baptizari paruulos baptismo Ioannis. Quia circuncisio duo in ri paruulos baptismo Ioannis. Quia circuncisio duo in ri paruulos baptismo Ioannis. Quia circuncisio duo in ri

ritum iudaicum, & sic Gentiles non baptizarentur à
Ioanne,quia tales conuersi post conuersionem nõ vo
cantur Gentiles, Sed adhuc dicendum, quòd dato ꝙ
aliquis Gentilis vellet facere totam istam professionẽ
credendo:si tamen circuncideretur,& ex toto se face-
ret Iudæum,Ioannes non baptizaret ipsum:quia Iudęi
tumultuarentur contra Ioannem si aliquem non cir-
cũcisum, nec ex toto Iudæum baptizaret. Rõ est,quia
baptismus Ioãnis a Iudæis reputabatur quasi quædam
cæremonia veteris testamenti, cùm institueretur per
prophetam veteris testamenti, manente tamẽ adhuc
lege illa:ideo non admitterent ad illam cęremoniam,
nec ad aliquam aliam hominem nõdum circũcisum.
Sic dicitur Exo.12.ꝙ si quis de Gentilibus vellet man-
ducare Phase.i.agnum paschalem,circunciderętur, &
tunc comederet de eo. Ita ergo de baptismo Ioannis
crederent esse faciendum,ꝙ soli Iudæi baptizarentur:
maximè autem, quia baptismus Ioannis ordinabat ad
Messiam, & sub hac ratione eum Iudæi suscipiebant.
Et tamen Iudęi putabant Messiam ad se solos pertine-
re,& non ad gentiles:ideo baptismum Ioannis Genti-
libus non communicarent. Et si Ioannes Gentiles ba-
ptizare vellet,tumultuarentur contra eum Iudæi.Hoc
patet à fortiori. Nam Christus post resurrectionẽ suã
iussit Euangelium prędicari omni creaturæ,& docere
oẽs gẽtes,& baptizari illas,infra 18.& Mar. 16.& tamẽ
Iudæi conuersi ad Christum quando viderunt, quòd
Petrus baptizauit quosdam de Gentilibus tumultua-
bantur contra ipsum, cur illos baptizasset: quasi non
admittendi essent illi ad legem Christi;sed quòd ad ip
sos solos pertineret Messias, Actu. 10.& 11,& tamen
iam Christus mandauerat Euangelium prædicari Gẽ-
tilibus,& baptizari illos,& spiritus sanctus venerat su-
per Gentiles antequam Petrus eos baptizaret ita, vt
Petrus diceret, Nunquid aquam prohibere quis po-
test, vt non baptizentur hi qui spiritum sanctum susce
perunt sicut,& nos? Actu. 10. Et his omnibus existen-
tibus adhuc Iudæi conuersi ad Christum tumultua-
bantur contra Petrum, quòd iuisset ad prædicandum
Gentilibus, & baptizasset eos. Ergo à fortiori tumul-
tuarentur Iudæi contra Ioannem si baptizaret Genti-
les: cùm nondum apparuisset aliquid ostendens Gen-
tiles debere communicare cum Iudæis in hoc baptis-
mo. Et tamen non tumultuati sunt contra eum: er-
go Ioannes nullum Gentilem baptizauit. Et sic appa-
ret quòd Gentles non baptizati sunt baptismo Ioan-
nis, nec poterat Messias eis ostendi per istum baptis-
mum; cùm Ioannes miraculum nullum faceret, &
Gentiles non crederent sine miraculo. Nec erat ne-
cesse nunc Messiam ostendi Gentilibus antequã præ-
dicaret, & postea per miracula sua, & discipulorum
suorum toti mundo innotesceret, sicut factum est.
Iudæis autem poterat conuenienter ostendi Messias
per baptismum Ioannis, quia ipsi credebant Ioanni
sine miraculo; propter excellentem vitæ sanctitatem,
& propter magna, quæ præcesserant in eius natiuita-
te, de quibus supra dictum est. Sed dicetur, quomo-
do dictum est, quòd Messias non erat ostendendus
Gentilibus ante prædicationem suam; nam mox, vt
natus est, Gentilibus ostensus est, scilicet, tribus re-
gibus,qui eum adorauerunt,pręcedenti.c. Dicendum,
quod illa fuit quædam ostensio in generali de natiui-
tate Messiæ,& fuit facta per modum,qui competebat
Gentilibus,scilicet,per stellam,quæ deduxit eos vsque
ad locum vbi erat puer. Et istud erat miraculũ, quod
omnem hominem conuinceret. Nunc autem Mes-
sias à Ioanne ostendebatur sine aliquo miraculo, sed
solũ, vt crederetur testimonio Ioannis, ideo ista osten
sio Messiæ non competebat Gentilibus, sed solùm
quam Christus fecit ante per stellam, & illa, quam fe-

F cit postea per multitudinem miraculorum inaudito-
rum à sæculis. Et tunc adhuc non probabat directè
se esse Messiam, sed probabat se esse Deum. Et quia
Deus mentiri non potest, si ipse diceret se esse Messiã
promissum in lege Iudæorum, & prophetis, Genti-
les crederent ei, & tamen directè & primò non pro-
bat se esse Messiam, sed Deum. Et istud est quod su-
pra dicebamus, quòd Gentilibus non poterat probari
aliquem esse Messiam nisi prius probaretur aliud ma-
ius, scilicet, esse Deum, quod est maius, quàm esse Mes-
siam: vel fieret operatio miraculi ostendens deitatem
operantem in illo, qui testimoniũ perhiberet de Mes-
sia. Ad primum argumentum dicendum, ꝙ Gentiles
ordinandi erant ad Christum sicut Iudæi: & tamẽ non
G poterant ordinari ad illum per baptismum Ioannis, quia
oportebat tunc credere Ioanni sine miraculis, & legi,
& prophetis; hoc autem Gentiles non facerent. Ad
secundum dicendum, quòd Gentiles volentes circun-
cidi, laudabantur: quia per hoc transibant in ritum iu-
daicum, & cultum Dei. Et tamen si aliquis Gentilis
vellet comedere Phase, & nollet circuncidi, non lau-
daretur, immo non permitteretur. Exo.12. Et si Gen-
tilis vellet intrare ex deuotione in templum Domini
ad orandum, non permitteretur, sed increparetur. Vn-
de Deus increpat Iudæos, quia permittebant quos-
dam Gentilibus intrare in templum. Ezech.44. Etiam
si vellet Gentilis offerre Domino animalia in sacrifi-
cium, vel alia munera, quæ deberent poni super altare,
H non recipiebantur. Leuitic.22. Et sic non admittebantur
tur Gentiles ad aliquam cæremoniam ritus iudaici,
nisi prius circunciderentur. Iudæi tamen putabant
baptismum Ioãnis pertinere ad ritum iudaicum, quia
introductus fuerat à propheta Iudæo, & maximè, ꝙ
ordinabat ad Messiam, quem ad se solos pertinere pu-
tabant, vt dictum est: ideo non permitterent, quòd
aliquis Gentilis baptizaretur à Ioanne, nisi prius cir-
cunderetur. Ad tertium dicendum, quòd Genti-
libus non fuit conueniens assuefieri ad baptismum
Christi per baptismum Ioannis, sed solis Iudæis. Sic
enim fuit de lege Moysi, quæ solum fuit disponens
homines ad Christum, sicut dixit Apostolus ad Gala.
3. scilicet, quòd lex Pedagogus noster fuit in Christo,
I idest, lex Moysi fuit sicut Pedagogus deducens nos ad
Christum, scilicet, deduxit nos ad Christum disponen-
do ad eum: sicut pedagogus per instructionem dedu-
cit puerum ad esse bonum puerum. Lex tamen non
data est omnibus hominibus, sed solis Iudæis: ita ergo
baptismus Ioannis assuefaciens homines ad baptis-
mum Christi solis Iudæis dari debuit. Aliter potest di-
ci, quòd baptismus Ioannis non poterat Gentilibus
proficere, vt per eum assuefierẽt ad baptismum Chri-
sti: quia ad hoc oportebat præsupponi fidem, scilicet,
quòd crederetur Messiam promissum esse in lege, &
prophetis; & quòd crederetur per ipsum salutem esse
futuram, ut supra dictum est. Ista autem non crede-
rent Gentiles sine miraculo. Ioannes autem miracu-
K lum nullum faciebat: ergo non conueniebat Gentili-
bus bapiismus Ioannis.

An baptizato Christo cessauit illico baptismus Ioannis.
Quæst. XLVIII.

QVAERITVR, an baptizato Christo cessa-
uit illico baptismus Ioannis, vel quanto tẽpore
durauit. Aliqui dicunt, ꝙ Christo baptizato ces-
sauit immediatè, quia Ioannes dixit: Ego
nesciebã eum, sed ut manifestetur in Israel: propterea
ego veni in aqua baptizans. Ioan. 1. Et tamen bapti-
zato Christo satis fuit ipse ostensus Iudæis; tam per

Ioannis testimonium, quàm per spiritum sanctum de-
scendentem super eum: quàm per uocem patris, quę
audita est, scilicet, hic est filius meus. infra in litera, &
Luc.3. Ergo non oportuit, quòd beatus Ioãnes postea
maneret ad magis ostendendum Christum. Item di-
cit Augustinus super Ioannẽ: baptizatus est Christus,
& cessauit Ioannis fluxus, idest, baptismus Ioannis. Er-
go Christo baptizato non debuit Ioannes aliquem
baptizare. Item baptismus Ioannis erat præparatorius
ad baptismum Christi: sed baptismus Christi incepit
mox, vt Christus baptizatus est: quia tunc tactu suæ
mundissimæ carnis uim regeneratiuam aquis tribuit,
vt ait Beda: ergo Christo baptizato non debuit conti-
nuari ultra baptismus Ioannis. Dicendum quòd ba-
ptismus Ioannis mansit etiam post Christum baptiza-
tum. Nam Ioannes in baptismo cognouit Christum,
quia uidit spiritum sanctum super eum descendentẽ.
Ioan.1. & tamen postea baptizauit, & quamdiu uixit
semper habuit officium baptizandi. Quod patet, quia
postea baptizantibus discipulis Christi Iudæos, adhuc
Ioannes baptizabat in Aenon, quæ est iuxta Salim.
Ioan. 3. Et tunc discipuli Ioannis dixerunt sibi, quòd
de cælo fuerat sibi data potestas ad hoc. Et sic ambo
concurrebant in baptizando. Et tamen Christus non
baptizauit, nec etiam habuit discipulos quousque ba-
ptizatus est a Ioanne, quia tunc cognitus est a Iudęis:
& inceperunt eum aliqui sequi. Ioan.1. Et tunc disci-
pulos aliquos habere cæpit. Ergo Ioannes adhuc post
baptizatum Christum omnes ad se uenientes bapti-
zabat. Patet etiam hoc, quia ex isto concursu in bapti
zando secuta fuit illa murmuratio Pharisæorum dicẽ-
tium, quòd plures Iesus baptizaret: quàm Ioannes, &
plures discipulos faceret. Ioan. 7. Baptizauit autem
Ioannes semper Iudęos usque ad mortem, scilicet, vs-
quequo missus est in carcerẽ, in quo occisus est. Hoc
colligitur Ioan.3. scilicet. Erat autem Ioannes bapti-
zans in Aenon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant il-
lic: & ueniebant, & baptizabantur. Et sequitur: Non-
dum missus fuerat in carcerem Ioannes, q.d. Ioannes
semper baptizauit vsquequo missus est in carcerem.
Et quia nondum missus fuerat in carcerem, quando
erat in Aenon adhuc baptizabat. Si autem non intelli
gatur sic, erit omnino superflua illa clausula, scilicet,
nondum missus fuerat in carcerem Ioannes. Nam ibi
ponitur ut redditiua causæ dictorum præcedentium.
Et non fuit conueniens, quòd baptizato Christo Ioã-
nes illico cessaret a baptizãdo. Primò, quia si cessaret,
putaretur, quòd fecisset propter iram, vel inuidiam, vt
ait Chrysost. Nam non appareret aliqua causa qua-
re cessaret. Ideo suspicarentur multi, quòd propter irã
uel aliquod motiuum inhonestum cessasset. Secundò
quia discipulos suos, & pharisæos posuisset tunc in ma
iori zelo, & inuidia, quàm aliàs habituri essent. De di-
scipulis Ioannis patet Ioan 3. Nam dixerũt ei: Rabbi il
le, qui erat tecum trans Iordanem, cui & tu testimo-
nium perhibuisti, baptizat, & ecce omnes ueniunt ad
eum. Et sic erat hic quidam zelus, cùm discipuli Ioan-
nis dicerent, quòd omnes ueniebant ad baptismum
Iesu. Et sic plures ueniebant ad ipsum, quàm Ioannẽ.
Et uoluit Ioannes euitare istam inuidiam, dicẽs, quòd
a Deo istud esset, cùm ait: Non potest homo accipere
quisquam nisi fuerit ei datum de cælo. Et postea dixit
Illum oportet crescere, me autem minui, scilicet, in fa
ma, & honore, q.d. Non inuideatis pro me: quia neces
se est, quòd sic fiat, scilicet, quòd ille crescat in honore
& ego minuar. De inuidia, & murmuratione phari-
sæorum patet Ioan.4. Nam dicebant, quòd Iesus plu-
res baptizaret, quàm Ioannes, & plures discipulos fa-
ceret. Huic inuidiæ occasionẽ Christus tollere voluit
recedens de Iudæa, & eundo in Galilęam: vt non ma-

A neret ipse, & Ioannes in eadem terra: vt etiam iuxta po
sitionem eorum non uideretur maioritas unius, & mi
noritas alterius, sicut fit in magno, & paruo & in om-
nibus contrariis. 2. Elenc. Si autem Ioãnes mox, vt ba-
ptizauit Christũ baptizare cessasset, & inciperet Chri-
stus baptizare, & ad eum omnes venirent: magis sup-
primeretur honor Ioannis, quia subito esse cessasset
ex præsentia Iesu. Et sic magis inuiderent discipuli
Ioannis & pharisęi. Nec autem, cùm Ioannes semper
baptizauit vsque ad mortem, mansit semper sibi ho-
nor officii sui, licèt minueretur per accidens ex præ-
sentia Christi, & non periret subito officium suum, &
honor. Erat namq; magnus honor Ioanni, quòd præ-
sente Messia, & iam baptizante, ipse dignus haberetur
B baptizare aliquos. Quod nõ esset, si illico, ut Christus
baptizatus esset cessaret Ioannes baptizare. Et sic tam
propter inuidiam tollendam, quàm propter Ioannis
honorem non debuit cessare Ioannes baptizare, mox
vt Christum baptizauit. Sed dicetur, quòd cùm Ioan-
nes dicat se venisse ad baptizandum, ut manifestare-
tur Iesus in Israel. Ioan. 1. & diceret se non esse dignũ
soluere corrigiam calciamentorum eius. infra in lite-
ra. & Mar.1. & Luc.3. non inuiderent aliqui Christo,
quòd ipso baptizato Ioannes cessaret baptizare, & Ie-
sus solus baptizaret: ideo poterat cessare Ioannes. Di-
cendum, quòd non tolleretur per hoc inuidia, quia
Ioannes ostenderat Iesum toti populo esse Messiam.
Et dixerat de eo multas laudes, & istud sciebant tam
C discipuli Ioannis, quàm pharisæi: cùm quidam de di-
scipulis Ioannis secuti fuissent Iesum. Ioan. 1. Et omni
bus his stantibus adhuc discipuli Ioannis inuidebant
Christo. Nam ipsimet dixerunt. Rabbi illę, qui erat te
cum trans Iordanem, cui & tu testimonium perhibui
sti, baptizat. Ioan. 3. Et sic ipsi sciebant qualia testimo-
nia Ioannes de eo perhibuerat: & tamen adhuc inui-
debant ei: quia per eum honor, & fama Ioannis ali-
qualiter decrescebant. A fortiori ergo inuiderent si
totaliter honor Ioannis, & fama cessaret cessante offi-
cio eius. Hoc autem erat, quia isti erant carnales, idest,
habebant specialiter affectiones ad homines: non at-
tendentes principaliter cultum Dei, vel quid Deus vel
let. Sic enim erant illi Corinthii, quibus prædicabat
D Paulus. Et quidam illorum dicebant, ego sum Pauli:
alii ego sum Cephæ, alii ego sum Apollo, alii ego sũ
Christi. 1. Corinth. 1. Nam specialiter isti afficiebantur
ad illos a quibus baptizati fuerunt, & illis totum hono
rem impendere uolebant: tanquam ab ipsis esset lex,
& non potius omnes essent ministri Christi, a quo lex
& salus prouenisset. Vnde quilibet honorabat suum
doctorem, & de aliis prædicatoribus fidei non cura-
bat. Paulus autem increpat eos, uocans ipsos carnales,
& ambulantes secundùm hominem, & paruulos in
spirituali processu 1. Corinth. 2 Et quia tales æmula-
tiones solent euenire hominibus imperfectis in exor-
dio introducendarum religionum, Deus uolens am-
putare magnam partem huius inuidiæ voluit, quòd
E Ioãnes semper baptizaret usq; ad mortem, licèt Chri
stus esset iam baptizatus. Tertiò quia istud proficiebat
ad Christum, quia cùm Ioannes baptizaret in nomi-
ne uenturi, scilicet, Christi, auditores suos, & a se bapti
zatos mittebat ad Iesum. Sic patet de discipulis quos
misit ad eum quęsituros: tu es, qui uenturus es, an aliũ
expectamus? infra 11. Ideo utile erat Ioannem bapti-
zare. Quartò quia licèt Christus toti populo esset o-
stensus per Ioannem, magis ostendebatur cùm quoti-
die uenientibus Iudæis ad suum baptismum, annun-
ciaret de Christo. Quintò quia baptismus Ioannis e-
rat baptismus penitentiæ, proderat autem ualde, quòd
Ioannes semper baptizaret, ut quotidie ostenderet po
pulo de Iesu, quòd esset Messias. Sextò quia, ut dicit
Beda,

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Navarra
Biblioteca

Beda, viuente Ioanne adhuc manebant uerba ueteris F
legis: nec debet præcursor cessare, quousque ueritas
manifestetur.

Cùm tamen quæritur an baptismus Ioannis cessauit Christo baptizato. Dicendum quòd quantum ad suum principalem effectum cessauit. Nam præcipuũ quod per baptismum Ioannis intendebatur erat ostẽdere Iesum toti populo esse Messiam. Et hoc factum est, cùm Christus baptizatus fuit. Non tamen cessauit realiter baptismus Ioannis, vsque ad mortem eius: qa multos alios effectus habebat quantum ad quos utile fuit illum manere, ut dictum est. Ad primum argumentum dicendum vno modo, quòd baptismus Ioannis fuit ad ostendendum Christum populo: & tamen non fuerat plenissime ostensus, quãdo baptizatus est, G
cùm quotidie nouiter ueniebant Iudæi ad Ioannem ut baptizarentur: & illis annunciabat de Iesu, quòd esset Messias. Aliter potest dici, quòd licèt Christo baptizato ostensum fuisset plenissimè toti populo, quòd ipse erat Messias, tamen habebat iste baptismus multos alios effectus, qui Christo baptizato adhuc manebant, ut supra dictum est: Ideo Christo baptizato non debuit cessare. Ad secundum cùm dicit Augustinus, baptizatus est Christus, & cessauit Ioannis fluxus, idest baptismus: potest intelligi, quòd cessauit quantum ad principalem effectum baptizato Christo: & tamẽ omnino non cessauit; quia manebant adhuc alii effectus eius, propter quos utile erat ipsum manere, Aliter potest dici, quòd cessauit baptismus Ioannis baptizato H
Christo: non tamen mox, ut Christus baptizatus est, sed quando Ioannes missus fuit in carcerem: quia postea nunquam baptizauit. Vnde Chrysostomus super Ioannem dicit Aestimo permissam esse propter hoc a Deo mortem Ioannis, & eo sublato de medio Christum maximè prædicare cæpisse, vt totius multitudinis affectio ad Christum transiret: & non ultra sententiis diuersis de utroque scinderentur, idest, ut non haberent quidam opinionem de Ioanne, & alii de Christo: & ut non inuiderent quidam pro Ioanne, & alii pro Christo, sicut discipuli Ioannis, & pharisæi inuidebant Christo pro Ioan. 3. & 4. vt supra dictum est. Ad tertium dicendum, quòd baptismus Ioannis præparatorius erat ad baptismum Christi: & I
tamen non oportebat quòd Christo baptizato cessaret baptismus Ioannis, quia iste baptismus non disponebat ad hoc solùm quòd Christus baptizaretur: sed etiam ut alii baptizarentur baptismo Christi. Et ista præparatio non erat completa per hoc quòd Christus baptizatus est; sed per hoc, quòd multi alii baptizarentur.

An baptizati per Ioannem iterum Christi baptismo baptizarentur. Quæst. XLIX.

QVAERITVR, cùm Ioannes multos baptizauit, an baptizati ab eo postea baptizarentur baptismo Christi. Quidam dicunt, quòd baptizati a Ioanne nunquàm postea baptizabantur, quia Ioannes non fuit minor Apostolis, & discipulis Christi dicente Christo: Inter natos mulierum, &c. infra 14. Et tamen baptizati ab Apostolis, vel discipulis etiam si non reciperẽt spiritum sanctum, nõ baptizabantur postea, sed solùm imponebantur eis manus ab Apostolis: vt acciperent spiritum sanctum, quem non acceperant in baptismo Ioãnis. Item Apostoli fuerunt baptizati baptismo Ioannis, quia quidã eorum fuerunt discipuli Ioannis. Ioan. 1. scilicet, duo de discipulis Ioannis secuti sunt ibi Iesum, & vnus eorum fuit Andreas, qui postea fuit Apostolus Christi. Apostoli autem non fuerunt baptizati baptismo Christi, quia hoc non legitur: & tamen ipsi baptizabant Iudæos baptismo Christi. Ioan. 4. Ergo baptizati baptismo Ioannis non erant baptizandi baptismo Christi: & tamen ipse baptizabat. Maior autem est, qui baptizat, quàm qui baptizatur: Si ergo ad hoc, quod quis habeat potestatem baptizandi baptismo Ioannis non requiritur, quòd sit baptizatus baptismo Christi: a fortiori non erit necesse, quòd baptizati baptismo Ioannis baptizentur baptismo Christi. Item Paulus interrogauit quosdam Act. 19. an spiritum sanctum accepissent credentes. Et illi dixerunt: sed nec si spiritus sanctus sit, audiuimus. Et ille ait, In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: In Ioannis baptismate. Et sequitur ibi, quòd Paulus fecit eos baptizari in nomine Iesu. Et sic isti, quia non sciebant an esset spiritus sanctus, baptizati sunt iterum. Si autem credidissent spiritum sanctum esse, non oportuisset eos iterum baptizari. Istam causam uidetur tradere Hieronymus super Ioelem: & in Epistola de uiro unius uxoris, cùm ait, q causã quare quidam baptizati a Ioanne iterum sunt baptizati a Paulo baptismo Christi fuit, quia non habebat fidem trinitatis: nec si spiritus sanctus est, audierant. Multi tamen baptizati fuerunt baptismo Ioãnis, qui habebant fidem trinitatis: ideo isti non baptizaretur iterum baptismo Christi: idẽ uidetur tenere Ambrosius in lib. de spiritu sancto. Item gloss. Augustini super Epistolam ad Rom. 10. super uerbum, scilicet, hoc est uerbum fidei, quod prædicamus, dicit. Vnde est ista virtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat: nisi fiat fide te uerbo: non quia dicitur, sed quia creditur. Ex quo patet, quòd uirtus baptismi dependet ex fide. Sed forma baptismi Ioãnis significauit Christi fidem, in qua nos baptizamur. Nam dixit Paulus, Act. 19. Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum dicens, in eũ, qui uenturus est post ipsum, ut crederẽt: hoc est in Iesum. Ergo cùm in baptismo Ioannis fides importaretur, non oportebat baptizatos a Ioanne rursus baptizari baptismo Christi.

Dicendum quòd fuit opinio multorum, & ista est opinio Magistri 4. sen. di. 2. cap. vltimo, quòd baptizati baptismo Ioannis si nesciebãt spiritum sanctũ esse, & ispẽ ponebãt in baptismo Ioannis, i. q p illũ aliq d de eis conferretur, baptizandi erant iterum baptismo Christi. Illi autem, qui in baptismo Ioannis ispem non ponebant, & spiritum sanctum esse credebant habentes fidem de tota trinitate, nõn erant rursus baptizandi baptismo Christi: sed solùm imponebantur eis manus, ut acciperent spiritum sanctum. Ista opinio licèt fuerit Magistri, communiter improbatur a doctoribus. Nam contrarium tenet sanctus Thom. 4. sen. dist. 2. q. vlt. & 3. parte summę. q. 38. arric. 6. & dicit communiter teneri a doctoribus contra Magistrum. Primum autem quod Magister dicit, scilicet, quòd habentes ispem in baptismo Ioann. & nescientes spiritum sanctum fuerint baptizati rursus baptismo Christi, uerum est: secundum, scilicet, q baptizati a Ioanne, & habentes fidem de trinitate non fuerint iterum baptizati, est irrationabile. Primò, quia baptismus Ioannis non conferebat gratiam, sed solùm erat in aqua, sicut ipse dixit. Ego baptizo uos in aqua. infra in litera. Ioannes fides, & spes quam haberent baptizari de Christo, ut futuro, non poterant supplere defectum gratiæ, per quam anima gratificatur. Secundò quia per baptismum Christi imprimitur homini character, secundum quem baptizatus iam est Christianus: & etiam si uelit recedere a fide, iam non põt nõ esse Christianus. Baptismus autem Ioannis characterẽ nullum imprimebat: quia sicut nemo potest esse Christianus sine Christo: ita nemo potest accipere characterem Christianitatis per sacramentum, quod non est a Christo. Et tamen baptismus Ioannis non fuit a Christo, sed a Ioanne, nec A
fuit de sacramentis nouæ legis propriè loquẽdo: ideo per eum non poterat aliquis effici Christianus, & consequenter semper erat necessarius baptismus Christi, per quem character Christianitatis imprimeretur.

Tertiò, quia spes, & fides, quam baptizati a Ioanne haberent de Christo, licèt possent in eis aliquid facere quantum ad rem sacramenti, scilicet, gratiam promerendam: non poterant tamen facere aliquid ad sacramentum: ita quòd ista omnia supplerent locum baptismi Christi. Vnde quantumcunque aliquis baptizatus baptismo Ioannis spem suam ad Christum referret: baptismum nouæ legis non consequebatur. Cùm ergo baptismus Christi esset de necessitate salutis, necesse erat q baptizati a Ioanne baptizarentur rursus B
baptismo Christi. Quartò qa istud est generale in omnibus sacramentis, q quando omittitur aliquid quod est de substantia sacramenti, nõ solùm oportet supplere id, quod omissum est, sed totum sacramentum innouatur. Est autem de necessitate baptismi, q fiat non solùm in aqua, sed etiam in spiritu sancto, quia dicitur Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei: baptismus autem Ioannis erat solùm in aqua: ergo in baptizatis a Ioanne non solùm oportebat suppleri, quod deerat, scilicet, collationem spiritus sancti, quæ fiebat per impositionem manus Apostolorum, sed oportebat baptismo Christi rursus baptizari. Item quia principale C
in quolibet sacramento est forma eius, in qua si erretur sacramentum non confertur, sed oportet innouari: baptismus tamẽ Ioannis differebat ualde in forma a baptismo Christi, quia baptismus Ioannis erat in nomine uenturi, baptismus autem Christi erat in nomine totius trinitatis, uel in nomine Christi. Et sic non conueniebat forma baptismi Ioannis baptismo Christi: ideo oportebat baptizatos a Ioanne rursus baptizari baptismo Christi, tanquàm si prius baptizati essent D
baptismo Christi: & erratum esset in forma. Item dicit August. q baptizabat Ioannes, & non est baptizatum: & non fuit collatus baptismus: & tamen de necessitate salutis tempore legis Christi est, q homo sit baptizatus, uel saltẽ habeat propositum baptizari: ergo baptizatos a Ioan, necesse erat rursus baptizari baptismo Chri. Ihẽ dato q sup baptizatos a Ioanne imponerent Apostoli manus, & reciperẽt p hoc spiritũ sanctũ: tũ per nullũ istorũ recipiebant characterẽ. Non qdẽ per baptismũ Ioannis, quia ille nõ põt facere Chrianũ, cũ non sit a Christo, sed a Ioanne. Non etiam per collationem spiritus sancti impositis manibus Apostolorum; quia aut illa impositio manus pertinebat ad cõfirmationem, quod communiter tenetur: & tunc nõ poterat ibi conferri character baptismi: quia per unũ sacramentum non confertur character alterius, cùm sacramenta inter se sint distincta. Si autem illa impositio manuum non pertineat ad confirmationem, sed solùm sit quędam suppletio collationis spiritus sancti, E
qui non datus est in baptismo Ioannis, non poterit ibi conferri character. Quia dare spiritum sanctum est dare gratiam. Character autem non est effectus gratiæ, uel spiritus sancti, sed sacramenti. Et quia ista collatio spiritus sancti non est sacramentum, non imprimitur ibi character. Et tamen character est necessarius, quia per illum est homo Christianus: ergo baptizati baptismo Ioannis erant adhuc baptizandi baptismo Christi. Item ipsemet Ioannes uoluit innuere, quòd baptizati baptismo suo baptizandi erant baptismo Christi. Nam dixit: ego baptizo uos in aqua, in præsenti: ipse autem baptizabit uos in spiritu sancto. Ergo illimet, qui baptizabantur a Ioanne in aqua, baptizandi postea erant baptismo Chri. Sic innuit Chryso. sup Matth. si

Christus iterum baptizauit eos, qui a Ionne fuerant baptizati: sicut sermo Ioannis demonstrat, dicens: Ego baptizo vos in aqua: ille vos baptizabit in Spiritu. Nec videbatur iterum baptizare, sed semel. Quod enim amplius erat baptismus Christi, quàm Ioannis, nouum dabatur, etiam si iteratum. Et ista est opinio communior & verior, quæ confortatur ex verbis Augusti. super Ioannem Homilia. 5. scilicet. Qui baptizati sunt baptismate Ioannis non eis sufficit, sed baptizari baptismo Christi debuerunt. Ad primum dicendum, quòd sicut dicit Aug. super Io. Ioannes baptizans non dabat baptismum Christi, sed suum. Baptismus autẽ, qui dabatur à Petro, & etiam qui dabatur à Iuda, Christi erat: ideo si quos baptizauit Iudas non fuerunt postea baptizati. Baptisma enim tale est, qualis est ille, cuius potestate datur, & non qualis est ille, cuius ministerio datur. Et quia Philippus, qui baptizauit Samaritanos erat discipulus Christi, conferebat baptismũ Christi: ideo baptizati ab eo non fuerunt iterum baptizati, sed solùm per impositionem manus Apostolorũ collatus est eis spiritus sanctus. Ista autem collatio pertinebat ad cõfirmationem in qua dabatur spiritus sanctus in robore. Et hoc nõ fiebat nisi per impositionẽ manus Apostolorum: Philippus autem non erat Apostolus, sed Diaconus: ideo baptizauit Samaritanos, & non confirmauit: & sic non imposuit eis manus ad hoc, quòd acciperent spiritum sanctum: sed Apostoli imposuerunt eis manus, & non baptizauerunt eos. Secus autem de baptizatis à Ioanne, quia illi non accipiebant perfectum baptismum, scilicet, baptismum Christi: ideo baptizandi erant. Et non sufficiebat eis impositio manuum, quia illa non conferebat sacramẽtum baptismi: nec etiam poterant suppleri omissa, qñ substantialia omittuntur: vt supra dictum est. Ad secũdum dicendum, quòd aliqui de Apostolis Christi baptizati sunt baptismo Ioannis, vt dictum est: de omnibus tamen ipsis non constat, an hoc baptismo fuerint baptizati. De baptismo autem Christi dicendum, q omnes Apostoli fuerunt baptizati baptismo eius, quia cùm esset iste baptismus necessarius ad salutem, certũ est, quòd nõ omitteretur in illis per quos omnia, quæ ad salutem nostram pertinebant, prædicanda erãt: maximè quia esset valde reprehensibile ipsos prædicare nos debere suscipere illum baptismum, quem constaret eos non recepisse. Et licèt non legatur in aliquo loco sacræ scripturæ, tenẽdum est firmiter, quòd factum fuerit; cùm necesse esset fieri. Talia enim solet interdũ sacra scriptura omittere, cùm nemo rationabiliter de eis dubitare posset, an facta fuerint. Augu. tamen dicit in Epistola ad Seleucianum. Intelligimus discipulos Christi fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis, sicut nonnulli arbitrantur, siue, quod magis credibile est, baptismo Christi. Nec enim ministerio baptizandi defuit, vt haberet baptizatos seruos, per quos cæteros baptizaret, qui non defuit humilitatis ministerio, quãdo eis pedes lauaret. De hoc etiam dicitur in Glo. super Ioan. 13. super illud, scilicet, qui lotus est, scilicet. Credẽdum est, quòd Apostoli fuerunt baptizati baptismo Christi. Est autem verum, quòd Christus poterat absoluere eos ex priuilegio à lege baptismi sanctificãdo eos sine baptismo, cùm virtutem suam non alligasset sacramentis. Quia tamen istud est quoddam exorbitans, non est ponendum, quia miracula, & priuilegia, & exorbitantia nunquam sunt ponenda: nisi cùm nos ad hoc necessitas vrget. Hic autem nulla est, cũ possimus dicere eos esse baptizatos, licèt scriptum non sit: Sicut dicimus Christum quotidie aliquid comedisse, & nunquam nudum incessisse, licèt scriptura de hoc nihil ponat. Quia circa talia non est necesse, quòd scriptura aliquid asserat: sed solùm, quòd contrarium non

dicat

dicat. Ad tertium dicendum, quòd sicut dicit Chrisо. super Matth. per hoc quòd Christus Ioanni dicenti, Ego à te debeo baptizari, respondit, sine modo: ostenditur, quòd postea Christus baptizauerit Ioannem. Et hoc dicit in quibusdam locis apocriphis manifestè scriptum esse, & sic Ioānes, qui alios baptizabat à Christo baptizatus erat. Sed etiam hoc non multum facit ad propositum. Quia dato, quòd Ioan. à Christo fuerit baptizatus, necesse est dici, quòd Christus prius fuerit baptizatus à Ioan. quàm ipse baptizaret Ioannē. Quia quando Christus petiuit à Ioanne, quòd baptizaret eum, Ioānes prohibebat illum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me. Respondens autem Iesus: dixit ei, Sine modo: sic enim decet nos implere oēm iustitiam. Et dimisit eum, idest, non impediuit eum, sed baptizauit ipsum sicut petebat. Et sic Christus pri? baptizatus est à Ioanne, quàm Ioan. a Christo. Ioannes tamen baptizauerat multos alios, quando baptizauit Christum, quia Luc. 3. dicitur quòd cùm baptizaretur omnis populus baptizatus est Iesus, Et sic Ioan. non baptizatus baptizabat. Sed istud non est inconueniens, quia maior est baptismus Christi, quàm Ioannis, & tamen baptismus Christi potest dari a quolibet infideli non baptizato, & valet, & confert sicut si conferretur à fideli: dum tamen seruet formam, & intendat facere quod Ecclesia facit. A fortiori ergo baptismus Ioannis poterat conferri à non baptizato, Non ergo erat dubium, quomodo Ioannes non baptizatus poterat baptizare, sed quomodo poterat baptismum instituere, quia istud erat alicuius potestatis, baptizare autem nullius potestatis est, quia cuilibet homini cōpetit. Et tamen Ioannes potuit baptismum introducere, quia ad hoc acceperat potestatem à Deo, qui miserat eum ad baptizandum. Ioa. 1. & ipsemet dixit, quòd nemo poterat aliquid accipere, nisi datum esset ei de cælo. Ioan. 3. Ad quartum dicendum, quòd illi, qui nesciebant Spiritum sanctum esse: baptizati sunt iterum à Paulo: & tamen non fuit causa huius baptismi innouati, quòd spiritum sanctum non cognoscerent, sed quia non erant baptizati baptismo Christi, qui tamen erat de necessitate salutis. Et hoc innuitur ex verbis Hiero. ibidem super Ioelem, cùm ait, qui dicit se credere, & non credit in spiritum sanctum, nondum habet claros oculos. Insufficientia autem fidei non potest esse causa, quare aliquis iterum baptizetur: sed vt iterum instruatur in eo, in quo deficit. Et apparet in baptismo Christi. Quia si aliquis baptizetur apud hæreticos, qui non rectè credunt, & exprimant aliquos falsos articulos fidei, ad quos credendos eum inducant: sed baptismum in forma Ecclesiæ conferat, iste non rebaptizabitur, cùm venit ad Ecclesiam orthodoxorum, sed solùm instruetur in eo, in quo prauè secundùm doctrinam hæreticorum credebat. Ita ergo in baptismo Ioan. nullo modo rebaptizandus esset aliquis, quia non bene credidisset, sed solùm, quia sacramentū non accepit, scilicet, baptismum Christi, qui erat necessarius. Idem patet de accedentibus fictè ad baptismū: quia illi nihil credunt, nec intendunt suscipere baptismum. Si tamen non coacti baptizentur, non sunt postea rebaptizandi, quia sacramentum susceperunt, licèt fidem nullam habuerunt, & gratiam non receperunt. Isti ergo qui in spiritum sanctum nō credebant, non rebaptizati sunt adhuc, sed quia omnes baptizati baptismo Ioannis, erant denuo baptizandi baptismo Christi. Ad secundum dicendum, quòd sicut dicit Augu. contra Faustum sacramenta nostra sunt signa præsentis gratiæ. Sacramenta autem veteris legis fuerunt signa gratiæ futuræ. Ex hoc ergo quòd Io. baptizabat tamen in nomine venturi innuebatur, q̄ non dabat baptismum Christi, qui est sacramentum

F nouæ legis, ideo licèt forma baptismi Ioannis signaret fidem, signabat tamen, vt futuram rem: sacramenta autem nouæ legis de presenti conferunt, & non expectatur effectus eorum in futurum. Non ergo sufficiebat baptismus Ioannis, qui aliquid efficiendum signabat, & non efficiebat, sed erat adhuc necessarius baptismus Christi, qui de præsenti efficeret, quod efficiendum erat.

An baptismus Ioannis habuit alium ministrum præter Ioannem. Quæst. L.

G QVAERITVR, an baptismus Ioannis habuit alium ministrum præter Ioannē, idest, an aliquis alius contulit aliquando istum baptismum præter Ioan. Dicendum, quòd solus Ioannes fuit minister eius. Ipse enim illum instituit, & ipse solus illum ministrauit. Hoc patet, quia si aliquis alius fuit minister huius baptismi, aut fuit ante Ioan. aut simul cum eo, aut post ipsum. Ante Ioan. nullus fuit, sed ipse illum primus instituit, sicut fuit declaratum supra 38, q. De hoc & patet, quia aliàs non vocaretur iste baptismus Ioannis, sed nominaretur ab illo, qui primus eum introduxisset. Viuente Ioan. nemo etiam conferebat illum præter Ioannē. Nam discipuli Ioan. admirati sunt, quòd Iesus baptizaret viuente Ioanne, & dixerunt ei: Rabbi, ille qui tecum erat trās Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, baptizat. Si
H tamen alij viuente Ioanne baptizarent: non mirarentur discipuli Ioan. de Iesu, quòd baptizaret. Pharisæi etiam dicebant, quòd Iesus plures baptizaret, quàm Ioan. Io. 4. Si tamen aliquis alius tunc baptizaret, non conferrent solum Iesum Ioanni in baptismo. Tunc autem non baptiaabat Iesus, sed discipuli eius. Ioan. 4. Et ipsi non baptizabant baptismo Ioannis, sed baptismo Christi, quia non erant discipuli Ioannis, sed Christi. Solus ergo Ioannes baptizabat tunc baptismo suo proprio. Mortuo autem Ioan. nemo baptizauit baptismo eius, sed omnino cessauit. Et patet hoc. Primò, quia ad hoc, q̄ aliquis baptizaret baptismo Ioannis, oportebat, q̄ acciperet potestatem ad hoc sicut Ioannes accepit. Nam a Deo missus est ad baptizandum. Ioan. 1. Etiam quando Christus cæpit baptizare, dixit
I Ioannes. Nemo potest aliquid accipere nisi fuerit ei datum de cælo. q.d. q̄ Christus baptizabat, eo quòd data fuerat sibi potestas ad hoc a Deo. Nemo tamen ante a Deo specialiter potestatem ad conferendum istum baptismum: quia nec opus erat. Ergo nullus mortuo Ioanne illum contulit. Secundo patet, q̄ Ioannes nō contulit alicui potestateni baptizandi baptismo suo, nec poterat conferre illam, quia ipse acceperat a Deo specialiter pro persona sua, & aliquando tempus, ideo non potuit alicui tradere eandem potestatem, vt esset successor eius in officio. Aliqui dicūt, quòd multi baptizauerunt baptismo Ioānis. Quia sicut Christus instituit baptismum suum, & nunc multi conferunt illum ita licèt solus Ioannes baptismum
K illum instituerit, poterat multos relinquere conferentes illum. Dicendum q̄ non est simile: quia Christus habebat potestatem instituendi sacramenta, & constituendi ministros, quibus relinqueret potestatem ministrandi in sacramentis illis. Et sic fecit, quia iussit apostolis prædicare, & baptizare, infra 28, & Mar. 16. Ad abſolutionem, & pœnitentialem tribuit potestatem, cùm ait: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata remissa erunt, & quorum retinueritis retenta erunt. Ioann. vigesimo. Et illud. Quæcunque ligaueritis super terram, &cæt. infra 18. Hoc autem Christus potuit, quia Deus erat, & inquantum homo acceperat potestatem a Deo ad faciendū hoc, Ioan.

Ioan. 20. scilicet, sicut misit me pater, & ego mitto vos idest, in potestate, qua misit me pater, ego mitto uos. Ioannes autem erat purus homo, & non poterat ista facere: licèt Deus sicut dedit ei potestatem ad instituēdum baptismum, potuisset dare potestatem ad relinquendum ministros in eo, sed noluit, quia uolebat, q̄ officium Ioannis esset temporale durans ad modicū tempus, quasi ad horam solùm, sicut Christus dixit Ioann. 5. scilicet, Ioannes erat lucerna ardens, & lucēs, vos autem noluistis ad horam exultare in luce eius. Tertio, quia non decebat, quòd aliqui ministri manerent in baptismo Ioannis: quia baptismus Ioannis non fuit institutus, ut semper maneret: sed solùm ut disponeret ad Christum. Moriente autem Ioanne baptismus eius completè disposuerat ad Christum: quia iā Christus toti populo per Ioannem fuerat ostensus. Etiam baptismus Christi, ad quem baptismus Ioannis ordinabat, iam omnibus conferebatur. Vnde nihil manebat, quod efficere posset baptismus Ioannis, ideo cessare debebat. Quartò quia baptismus Ioannis fuit sicut lex Moysi, Ipsa enim lex Moysi non fuit data tā quam in se perfecta esset, & semper mansura: sed solū vt homines dirigeret aliqualiter ad bonum, quousque veniret Christus. Ad Gal 3. scilicet. Lex propter transgressiones posita est: donec ueniret semen cui promiserat, idest, donec ueniret Christus, quòd erat semen repromissum, eo. cap. ita baptismus Ioannis ad Chrm ordinabat, quia Ioannes erat præcursor Domini, & missus fuerat ad præcedendūeū, vt pararet sibi plebē perfectam: Luc. 1. Sicut ergo lex Moysi cessauit omnino introducta lege Christi: ita ut iam nemini liceat obseruare aliquid de lege Moysi, sicut dicitur ad Gal. 5. scilicet, si circuncidimini Christus uobis nihil prodest: ita baptismus Ioannis iam non solùm non erit vtilis: immo siquis uellet eum conferre, aut recipere euacuaret baptismum Christi: & ita peccaret sicut si circuncideretur: quia tam circuncisio, quàm Ioannis baptismus ad Christum disponebat: & ambo æqualiter præterierunt. Quintò, quia non debet aliquid manere, nisi quandiu est utile, uel potest esse vtile: baptismus autem Ioannis nunc nec est utilis, nec potest esse vtile. Et ita fuit immediatè post mortem Ioannis, ideo illico cessare debuit. Patet hoc, quia cùm Ioannes mortuus est, baptismus Christi institutus erat, & conferebatur omnibus, & per illum peccata tollebantur, & gratia conferebatur: ideo iam nihil erat quod faceret baptismus Ioannis. Vnde erat omnino superfluus: sed superfluum repugnat ordini: quia superfluū nulli loco coaptāt: nā si alicui loco coaptaī, superfluū non est: si uerò nulli ordini: non patitur, sed refugit. Quæ tamen a Deo sunt, ordinata sunt. Ad Roma. 13. In ordinatissimo ergo regimine Dei non erat permittendus Ioannis baptismus, cùm iam esset omnino superfluus. Sextò quia baptismus Ioannis aut aliquando cessaturus erat, aut nunquam. Non potest dici quòd nunquam, quia iam cessauit, & nemo illum confert, nec recipit. Si autem cessaturus erat aliquando nūquā fuit conuenientius tempus ad cessandum quàm mor
D tuo Ioanne, ideo mox cessauit. Aliquis dicet, quòd nō debuit tunc cessare, sicut lex Moysi cessatura erat per Christum, & tamen non cessauit mox, ut Christus cēpit prædicare, sed aliquanto tempore post mortem eius. Ita de baptismo Ioannis posset dici, quòd tunc simul cessauerit cum lege Moysi. Dicendum, quòd nō fuit simile: quia lex Moysi non debuit excludi nisi introducta lege Christi, ne daretur aliquod tempus medium, in quo neutra earū teneretur, & obseruaretur, ex tamen Christi, licèt ab eo viuente condita est, nō fuit sufficienter publicata vsque aliquantum tempus post mortem eius; cum iam Apostoli prędicauerant

A per totum orbem, uel prædicare inceperant: quia lex non obligat a tempore conditionis, sed publicationis. Secus de baptismo Ioannis, quia non habebat aliquā talem habitudinem ad legem Christi: quia solùm ordinabat ad Christum, & ad baptismum eius. Et tamē Christus erat toti populo ostensus, & baptismus eius introductus: ideo non erat aliquid, propter quod deberet manere iam baptismus Ioannis. Item lex Moysi debuit manere quamdiu Christus uixit, ut Iudæi uiderent quomodo Christus cōuersabatur secundùm eā, quia aliàs eum non acciperent in Messiam: & dicerēt eum non esse a Deo; sicut semel dixerunt, quòd ipse non erat a Deo: quia sabbatum non seruabat. Ioan. 9. Si autem lex Moysi cessaret vel tolleretur per Chri-
B stum, mox ut ipse cæpit prædicare, Iudæi non possent videre quomodo Christus legem illam seruabat: immo potius detestarentur eum tanquam destructorē legis Moysi: Ideo eo viuente manere debuit. Secus de baptismo Ioannis, quia non erat aliqua obligatio ad tenendum illum, nec Iudæi aliquam experientiam de Christo iam capere possent per illum: sicut per custodiam legis Moysi: ideo non erat aliqua causa quare maneret mortuo Ioanne. Item si baptismus Ioannis non deberet cessare quousque cessauit lex Moysi, hoc esset, si ipse esset aliqua cęremonia legis. Nam tota lex simul desiit obligare, & non cessauerunt quædam cæremoniæ prius quam aliæ: quia omnes ab eodem legis latore vim obligandi acceperunt. Baptismus tamen
C Ioannis, non erat aliqua cęremonia legis Moysi: sed magis pertinebat ad legem Christi, ut declaratum est supra 40. q. ideo non erat aliqua causa, quare simul cessaret cùm lege Moysi, sed per se cessare poterat, & cessauit. Septima ratio quantum ad principale, dato q̄ mortuo Ioanne aliquis conferre uellet baptismum eius, non prodesset: quia fortè nemo acccipere uellet illum. Nam Iudæi uolebant baptizari a Ioanne propter auctoritatem eius, quia omnium hominum eum sanctissimum reputabant, & uerè sic erat. Vnde propter seipsum sine aliquo miraculo Iudæi præstabant sibi auctoritatem, & credentiam ad ea, quæ diceret. Sicut cùm dixit Iesum esse Messiam plurimi de Iudæis crediderunt. Ioan. 1. & 10. Nam propter ipsum multi ad eum uenerunt. Mortuo autem Ioanne, non manebat aliquis uir tantæ auctoritatis, cuius baptismum
D propter auctoritatem eius Iudæi susçipere uellent. Nā etiam licèt Christus esset sanctior Ioannis in infinitū, apud Iudæos tamen a principio non erat tantę reputationis, etiam si Christus miracula multa faceret, Ioannes vero nullum. Ioan. 10. Mortuo ergo Ioannis, nullus uellet accipere baptismum eius, ministrante illum quocunque alio, quia nullus ad hoc sufficientis auctoritatis reputaretur, vt baptismus ab eo reciperet auctoritatem. Secus autem est baptismo Christi, qui non recipitur propter auctoritatem conferentium, sed propter efficatiam, quam in se continent. Mortuo ergo Ioanne, nullus contulit baptismum eis, & consequenter nullus vnquam ministrauit baptismum
E Ioannis nisi ipsemet. Octauo patet, quia infra 21. & Mar. 11. quæsiuit Christus a legis peritis, & Sacerdotibus dicens: Baptismus Ioannis de cælo erat, an ex hominibus? Si autem mortuo Ioanne maneret baptismus eius de cælo esset, & dicerent, de cælo est. Quia in illo signabāt illum præteriisse. Nam patet quia ibidem dicitur: quia pharisæi dixerunt intra se, quòd si dicerent Christo quòd a Deo erat, Christus diceret eis, quare non susçepistis illum? eo. cap. Et sic uidetur, quòd iam præterierat ille baptismus, quia aliàs Christus non diceret: quare non susçepistis illum, sed quare non susçipitis. Idem patet Luc. 7. dicitur quòd omnis populus, & publicani iustificauerunt Deum bapti

zati

zati baptismo Ioannis. Pharisæi autem, & legis periti F
consilium Dei spreuerunt in semetipsos non baptizati ab eo. Et sic uidetur, quòd iam præterierat, quia aliàs quandocunq; baptizarentur illo baptismo proficeret eis.

An baptismus Ioannis eo tempore, quo durabat obligabat aliquos ad ipsum recipiendum.
Quæst. LI.

QVAERITVR, an baptismus Ioannis eo tempore, quo durabat, obligabat aliquos ad ipsum recipiendum. Aliqui dicunt, quòd sic: Quia si circuncisio non erat semper mansura, sed ad Christum ordinabat. Eo tempore tamen quo mā- G
sit obligabat Iudæos, ita, ut quicumque non acciperet illam exterminaretur de populo suo. Gen. 17. Ita baptismus Ioannis, qui non semper mansurus erat, ad Christum ordinabat: & tamen eo tempore, quo maneret obligaret. Dicendum quòd baptismus Ioannis neminem vnquam obligauit. Hoc patet: quia si obligaret: aut omnes homines obligaret, aut solos Iudæos. Ista est distinctio sacramentorum noui, & ueteris sacri testamenti: quia sacramenta necessitatis noui testamenti omnes homines obligant. Circuncisio autem, quę erat in ueteri testamento solos Iudæos obligabat. Baptismus autem Ioannis, non obligabat omnes homines: quia non obligabat Gentiles. Et non solùm nō
obligabat eos: sed etiam si uellent recipere baptismū H
Ioannis non permitterentur nisi efficerentur Iudæi, ut declaratum fuit supra in 47. q. Non etiam obligabantur Iudęi: quia tunc obligarentur magni, & paruuli, cùm æqualiter utrique baptizari possent. Paruuli tamen Iudæorum non baptizabantur baptismo Ioannis, vt probatum fuit supra in 46. q. de hoc ergo etiam Iudæi non obligabantur: & sic nulli homines obligarentur. Secundò patet hoc, quòd si baptismus Ioannis obligaret, necesse erat, quòd poneretur per modum legis: quia quæ aliàs dicuntur ùim obligandi non habent. Ioannes tamen legem nullam dedit, nec posuit aliquid per modum legis: sed solùm fuit præcursor Christi: ideo baptismus, quē prædicabat non obligabat. Et patet hoc ex omnibus Euangelistis, qui de ba- I
ptismo Ioannis locuti sunt. Ex nullius enim verbis colligitur, quòd fuerit per modum præcepti. Tertiò patet, quia si per modum præcepti fuisset: omnes Iudæi accepissent illum, quia aliàs, qui nollent accipere tanquàm contumaces diuinarum legum poterant manifestè haberi, & puniri. Et tamen plurimi Iudæorum non susceperunt illum, scilicet multi de Sacerdotibus & pharisæis infra 21. Ergo non obligabat, nec dabatur per modum obligandi: quia aliàs populus lapidaret istos, qui manifestè contemnerent legem Dei. Sicut si quis nollet circuncidi, uel contemneret aliquam de cærimoniis legis Moysi: quia talis per superbiam peccabat, & mori debebat: nec aliqua sacrificia ei proderant ad remissionem iniquitatis Numeri 15. Quartò K
patet, quia Christus uoluit arguere contra Sacerdotes, & pharisæos de baptismo Ioannis quare non susceperunt illum infra 21. Si tamen baptismus Ioannis positus fuisset per modum præcepti, nō oportebat, quòd Christus argueret contra Iudæos per istam diuisionē sufficientem: sed solùm diceret, quòd illi erant pessimi peccatores, qui baptismum Ioannis cōtempserāt, cùm obligaret eos. Et tamen Christus non reprehendit eos, ex confessione sua. Ergo uidetur, quòd non obligabat baptismus Ioannis, vel saltem non erat planum, quòd obligaret. Vnde quia pharisæi respondere noluerunt ad aliquam partem quęstionis: Christus nō habuit locum increpandi eos super baptismo Ioānis, sed tacuit solùm dicens. Nec ego dico uobis, in qua potestate ego facio. Si tamen obligarentur ad baptismum Ioannis etiam si ipsi nihil responderent, Christus eos increparet tanquam legis transgressores, sicut in multis aliis eos accusāt non procedendo cōtra eos per argumentum, sicut hic. Quinto patet ex eadem auctoritate: quia Christus quæsiuit a predictis de baptismo Ioannis, an esset de cælo, idest, a Deo, vel ab hominibus, & tamen si baptismus Ioannis obligaret manifeste, & fuisset datus tanquam præceptum, certum esset, quòd a Deo esset, quia Ioannes non posset obligare populum ad aliquid obseruandum per modum legis, nisi Deus poneret illam legem: cùm Ioannes nō poneret præceptum tanquam rector alicuius politiæ, sed sicut homo a Deo missus: cùm baptismus pertinet ad spiritualia, ideo non poterat obligare nisi a Deo esset. Sic Iudæi si putarentur se obligatos ad baptismū Ioannis, necesse est, quòd crederent illum a Deo esse, & tamen Christus posuit hoc sub dubio, quærens an esset a Deo, uel ab hominibus, ergo non obligabat, nec constabat ipsum a Deo esse, licèt plurimi de populo crederēt a Deo esse istum baptismū, quia Ioānis tanq̄ ꝓphetā habebant infra 21. Sextò patet, quia nō erat opus, quòd baptismus iste obligaret: quia durabat ualde pauco tempore, scilicet per unum, vel duos annos usque ad mortem Ioannis. Et sic quoā modo prius desineret obligare quàm ab hominibus sciretur, quòd obligaret. Non ergo debuit poni tanquam obligatorius. Patet hoc, quia Ioan. 2. dixit Christus de Ioanne: Ioannes erat lucerna ardens, & lucens, & uos uoluistis ad horam exultare in lumine eius. Et sic innuebat, quòd Ioannis officium ad horam solùm, idest, modico tempore durare debebat. Septimò, quia etiam si non obligaret, Iudæi susciperent illum: quia propter maximam auctoritatem Ioannis, omnia quæ ille dicebat faciebant, & ita credebant illum esse Messiam, quem ipse assereret, licèt nullo miraculo testimonium suum confirmaret. Ita igitur baptismum eius susciperent propter eius reuerentiam, etiam si nō poneretur tanquam obligatorius. Et sic factum est, quia baptismus prædicatus est a Ioanne exhortando homines ad pœnitentiam, vt digne susciperent Messiam. Neminem tamen obligauit: sed qui nolebant recipiebant eum. Ad argumentum in contrarium dicendum, quòd non est de baptismo Ioannis, sicut de circuncisione: quia licèt circuncisio non esset determinata per duratura: fuit tamen posita per modum præcepti & sub grauissima pœna. Baptismus autem Ioannis non fuit positus per modum præcepti: sed solùm prædicatus, & recipiebatur a volentibus. Aliter potest dici, scilicet, quòd circuncisio: licèt non semper esset mansura, eo tempore quo manebat, erat ualde necessaria propter duo, scilicet, ad tollendum peccatum originale, quod maxime necessarium erat ne paruuli damnarentur æternaliter: & ad distinguendum populum Dei a cæteris populis terræ in signo quodam corporali. Ideo debuit poni per modum præcepti, & obligare, baptismus autem Ioannis non conferebat ad ista, nec ad aliqua de necessitate. Nam per eum non relinquebantur peccata, nec gratia conferebatur, nec etiam erat signum ad distinguendum, quia non relinquebatur aliquod signum ex baptismo Ioannis, sicut ex circuncisione. Ideo erat simile ad hoc, quòd esset obligatorius sicut circuncisio. Aliqui tamen dicunt, quod obligabat, eo quòd conferebat ad uitam æternam, quia per baptismum Ioannis euitabat homo pœnam eternam. Nam ipse dixit phariseis uenientibus ad baptismum suum. Genimina uiperarum quis ostendit uobis fugere a uentura ira. Quasi dicat, quòd uenientes ad baptismum fugiebant a uentura ira. Non poterat

men aliquis euitare pœnam æternā, nisi per gratiam, A
& remissionem peccatorum: ergo per baptismū Ioānis remittebantur peccata, & gratia conferebatur. Dicendum, quòd baptismus Ioannis nō erat necessarius nec conferebat gratiam, aut remissionē peccatorum, quia si contulisset, necessarius esset. Cùm autem dicitur, ꝙ per baptismum Ioannis euitabatur pœna æterna, negandum est. Et cùm dixit, quis ostendit uobis fugere à uentura ira? non intelligitur, quòd illam effugerent ex uiribus baptismi Ioannis, sed per pœnitentiam, quam se facturos profitebantur. Baptismus namque Ioannis uocatur baptismus pœnitentiæ, scilicet, quia homines accipientes illum profitebantur se facturos pœnitentiam de peccatis præteritis. Per pœnitentiam autem effugit homo pœnam æternā, & tem- B
poralem, quæ à Deo infligitur, sicut Christus dixit: Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Luc. 13. Per pœnitentiam etiam habetur uita æterna, sicut dixit Christus. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum, sequenti cap. Et idem Ioannes dixit supra in litera. Cùm ergo uenirent Pharisæi ad baptismum Ioannis, veniebant ad pœnitentiam, & per illam effugerent pœnam æternam. Et de illa dixit Ioannes, quis ostendit nobis fugere à uentura ira? Et patet, quòd intelligatur de hoc, quia cū dixit, quis ostendit uobis, &c. subdidit. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. infra in litera, ideſt, facite pœniten- C
tiam dignam de peccatis, & sic fugietis à uentura ira. Non ergo fuit unquā baptismus Ioānis obligatorius.

An tempore Ioannis erat sacramentum pœnitentiæ.
Quæst. LII.

QVAERITVR, Cùm baptismus Ioannis dicatur baptismus pœnitentiæ, an tempore Ioannis erat sacramentum pœnitentiæ. Aliquis dicet, quòd sic, cùm litera dicat baptismum pœnitentiæ. Marc. 1. etiam dicitur infra. Ego baptizo uos in aqua in pœnitentiam: pœnitentia autem sacramentum est. Item hæc erant omnia necessaria ad pœnitentiam, siue omnes partes eius, ergo erat sacramen- D
tum pœnitentiæ. Patet, quia tres partes pœnitentiæ ponunt, scilicet, contritionem, confessionem, & satisfactionem, & istæ tres fuerunt hic. De contritione non est dubium: nam ista est de iure naturæ, & omni tempore fuit necessaria: nec potest alicui adulto remitti peccatum nisi per contritionem, sicut dicit August. quòd nemo suæ mentis arbiter potest nouam uitam inchoare, nisi eum ueteris pœnituerit. Noua uita uocatur in gratia: uetus uita in peccato. Et sic quem non pœnitet de peccato, non potest gratiam consequi. Et patet hoc magis, quia omnes uenientes ad baptismum Ioannis profitebantur se facturos pœnitentiam de peccatis. Ista tamen professio est asserere, quòd malè fecerint, & ꝙ iam non facient. Et istud pertinet ad contritionem. Erat etiam hic satisfactio, quia ista etiam E
fuit necessaria omni tempore ex iure naturæ, quòd qui peccauit in Deum, vel in proximum, satisfaciat et aliàs non est omnino remissum peccatū, sed manet quantum ad aliquid, ideſt, quantum ad aliquā obligationem pœnæ. Ista etiam satisfactio erat hic, quia Ioannes dicebat uenientibus ad baptismū. Facite fructum dignum pœnitentiæ. infra in litera. Fructus autem pœnitentiæ sunt ipsa opera satisfactoria. Confessio autem peccatorum est, quæ nō est de iure naturæ ita expresse, vel determinatè sicut contritio, & satisfactio. Et de ista poterat dubitari rationabiliter, an fuerit tempore Ioannis. Litera tamen aufert istud dubiū dicens, quòd baptizabantur a Ioanne in Iordane confitentes peccata sua. Nihil ergo deerat de partibus pœnitentiæ, & sic esset hic sacramentum pœnitentiæ.

Dicendum, quòd tempore Ioannis non erat sacramentum pœnitentiæ. Nam sacramentum pœnitentię est unum de sacramentis legis nouæ, & tamen lex noua nondum erat: ideo non poterat esse sacramentum pœnitentiæ. Item, quia omnia sacramenta legis nouæ à Christo instituta sunt, & uirtutem acceperūt. Quando tamen Ioānes baptizabat, dicebatur Christus nondum uenisse. Nam in forma baptismi Ioannis dicebatur, baptizo te in nomine uenturi, ergo sacramēta nulla adhuc ab ipso instituta fuerant. Item, quia ad sacramentum pœnitentiæ requiritur potestas ligandi, & soluendi, quæ est potestas clauium, & istæ nondum erant, vt infra dicetur: requiritur etiam actualis absolutio per eum, cui fit confessio, & tamen nō fiebat aliqua absolutio tempore Ioannis, vt infra dicetur: ergo non erat sacramentum pœnitentiæ. Item in sacramento pœnitentiæ gratia confertur etiam ex uiribus sacramenti, nisi ipse pœnitens ponat obicem, cùm istud sit generale in omnibus sacramentis noui testamenti, ꝙ per ea gratia conferatur. Ante Christum tamen nullum fuit sacramentum, in quo ex opere operato gratia conferretur nisi circuncisio: si tamē esset sacramē- tum pœnitentię ante Christum, conferretur gratia ibi ex opere operato, ergo tempore Ioannis non erat sacramentum pœnitentiæ. Considerandum autem, ꝙ pœnitentia aliquando accipitur pro sacramento, & aliquando pro uirtute: & differunt, quia sacramentum pœnitentiæ tenet se quantum ad ea, quæ pœnitens recipit ex parte Dei, scilicet, sanctificationē, & gratiam, & tunc propriè uocatur sacramentum, quia sacramē- tū rem in nobis efficit. Est autem uirtus pœnitentiæ quantum ad ea, quæ tenent se ex parte pœnitentis, scilicet, ꝙ de peccato suo doleat, & pro illo se affligat satisfaciendo ei, in quo deliquit. Pœnitentia autem inquantum est uirtus, non habet aliquas partes, sed est habitus simplex. Habet tamen actum sibi correspondentem, scilicet, dolere de peccato, & satisfacere pro illo, scilicet. Sicut homo fecit aliquid quod nō debuit, vt seipsum delectaret, ita faciēdo, quod debet seipsum affligat in eo, in quo aliàs se affligere non tenebatur. Sic enim iudex facit adæquationem inter iniusta passos, & iniusta facientes, scilicet, vt qui uoluit recipere plus de lucro quàm debuit cum damno proximi, recipiat per iudicem damnum, quod aliàs recipere non tenebatur, vt per damnū istius satisfiat illi, qui ab isto damnum susceperat, vt patet 5. Ethico. Et ob hoc licèt uirtus pœnitentiæ posset pertinere ad multas uirtutes, tanquam aliquid generale: tamen propriè pertinet ad iustitiam, & est pars eius, quia aliquod modum iustitiæ participat: cùm per uirtutem pœnitentiæ homo punit in se id, quod peccauit dolendo, & satisfaciēdo. Et in hoc quodammodo soluit Deo debitum: quo per peccatum ei homo tenebatur. Et est ista uirtus pœnitentiæ habitus inclinans hominem ad dolendum de peccato, & puniendum se pro illo tanquam debitorem constitutum per peccatum. Sed per temperantiam inclinatur homo ad operandum temperata, & temperatè, & sic de cæteris uirtutibus, quæ sunt habitus iam determinati, & quasi naturaliter inclinantes ad actus suos. Ista uirtus pœnitentiæ nō habet confessionem pro actu propriè, quia ista uirtus est de iure naturali, cùm sit moralis: confesio tamen determinata peccatorum non est de iure naturali, sed magis de iure diuino positiuo. Ista etiam uirtus respicit absolutionem peccatorum, & illa pertinet ad claues, quæ solùm sunt in ecclesia ex gratuita concessione Dei. Istam etiam uirtutem habet homo, quando est in peccato mortali, & per illam inclinatur ad pœnitendum de pec-

de peccato: immo proprie non proficeret ista uirtus, F
nisi esset in homine quãdo est homo in peccato mortali: quia id, de quo homo pœnitere debet, peccatum est. Sacramentum autem pœnitentiæ non est aliquis habitus, nec uirtus est: sed aliquod signum a Christo institutum, quod rem sacram significat, & importat, quia per istud gratia confertur ex opere operato, idest ex ipsomet sacramento. Et de hoc dicimus, quòd sacramentum pœnitentiæ habet partes materiales, & formales: materiales quidem tres, confessionem, contritionem, & satisfactionem. Formalis pars est absolutio sacramentalis: quia illa est præcipua res in pœnitentia inquantum pœnitentia est sacramentũ. Nam tota uirtus sacramenti pœnitentiæ est ex auctoritate G
clauium, & dispensatur per sacerdotem in actu absolutionis. Præcipuum autem quod est in pœnitentia in quantum est uirtus, est contritio. Et absolute ipsa est maior: quia per eam sine cæteris partibus materialibus, aut formalibus pœnitentiæ realiter existentibus potest homo saluari, dum cæteræ non contemnantur. Et tamen per omnes alias simul existentes nihil confertur homini si contritionem realiter non habuerit. Istas partes materiales, & formales realiter non distinguimus in pœnitentia prout est uirtus: sed solùm in sacramento pœnitentiæ: quia uirtus pœnitentiæ nõ habet aliquas partes, sed est habitus simplex, ut dictum est: sacramentum autem pœnitentiæ non est aliquid vnum simplex, sed ex multis constans: uirtus autem pœnitentię est quædam simplex qualitas, H
scilicet habitus quidam, qui ponitur inter partes iustitiæ. In sacramento autem pœnitentię ponimus ministrum, per quem dispensatur, sicut in omnibus sacramentis: uirtus pœnitentiæ ministrum non habet, nec potest habere: quia non est aliquid, quod debeat dispensari: sed est simplex habitus in uoluntate hominis existens, & inclinans eum ad dolendum, & satisfaciendum de peccato. De sacramento pœnitentiæ, & uirtute pœnitentiæ quomodo differant, & quantum ad eorum conditiones tractant communiter doctores. 4. sen. dist. 14.

Aliqui autem putauerunt, quòd pœnitentia non posset esse uirtus moralis, quia philosophi de omnibus moralibus uirtutibus sufficienter tractantes de ista nihil vnquàm dixerunt. Verum est, quòd nihil de ea tãgunt sub propria ratione pœnitentię. Et ratio est, quia cùm uirtus pœnitentiæ ordinetur ad remissionem peccati, quia aliàs frustra esset dolere si peccatum nõ esset remissibile: expiatio autem peccati pertineat ad prouidentiam Dei de humanis actibus inquantum Deus per culpam offenditur, & per pœnitentiam placatur. Philosophi autem non considerauerunt uirtutes dirigentes in actibus humanis prout actus humani ordinantur ad Dei prouidentiam, sed ad aliquod bonum humanum, siue proprium, siue commune, quod est politicum: ideo ipsi de pœnitentia mentionem nullã fecerunt: sed ex similitudine illarum moralium, quas philosophi determinant, possumus nos istam accipere. Quia sicut ad aliquam moralem uirtutem pertinet, quòd homo placet illum, quem offendit: ita pertinebit ad aliquam moralẽ, quòd homo placet Deũ, quem offendit peccando. Sic tenet sanctus Tho. 4. sen. dist. 14. q. 1. articulo 3. in responsione ad quartum argumentum. Sed aliquis dicet, quòd hoc non pertinet ad aliquam uirtutem moralem, sed ad theologicam: cùm uirtus pœnitentiæ sit respectu Dei, quem placare intendimus per pœnitentiam. Dicendum, q̃ non ſtat, quia uirtutes theologicæ habent Deum pro obiecto, & pro fine: & in hoc differunt a moralibus, quæ licèt possint habere Deum pro fine, immo habere debeant ad hoc quod actus earum sint meritorii;
non tamen possunt habere Deum pro obiecto, sed solùm aliquas passiones, vel actus humanos: sicut temperantia, quæ est circa delectationes, & tristitiam: & iustitiam circa operationes, quæ sunt ad alterum. Et ita de omnibus moralibus. Pœnitentia autem non potest habere Deum pro obiecto, quia peccatum est obiectum suũ, quia de solo peccato pœnitemus. Ideo non potest esse theologica, sed moralis.

Ad propositum ergo dicendum quòd tempore Ioannis non erat sacramentum pœnitentiæ: quia nõdum a Christo fuerat institutum. Et tamen per ipsum primò esse incæpit, sicut cætera sacramenta noui testamenti. Erat tamen tempore Ioannis pœnitentia, quæ est uirtus: quia ista omni tempore esse debuit, cùm sit moralis, & sic quoddam debitum de iure naturæ: & tamen per actum istius pœnitentiæ, quæ est uirtus remittebantur tunc, & toto tempore præterito peccata sicut nunc remittuntur, licèt uerum sit, quod debebat ibi intercidere fides de morte Christi explicitè: quia sine ista fide nunquàm peccata remissa fuerunt, nec potuit alicui homini esse salus. De quo magis declaratum est in prima quæstione supra in prologo ultimo Hieronymi super Matthæum. Verum est autem, quòd magis plenè remittuntur nũc peccata per sacramentum pœnitentiæ, quàm remittebãtur tunc per actum uirtutis pœnitentię: eo quòd sacramentum istud ex seipso confert gratiam, non ponendo obicem: & per potestatem clauium Ecclesiæ quibus homo se subiicit, remittitur aliquid de pœna debita pro peccato ultra id, quod remittitur uirtute contritionis, & omnium actuum ipsius pœnitentis. Et istud nunquam fuit antequam institueretur sacramentum pœnitentiæ. Ideo tempora nostra fæliciora sunt omnibus temporibus, quæ fuerunt ante nouum testamentum, quia abundantior gratia nunc nobis præstatur, & facilius quàm omnibus illis temporibus. Hoc autem est, quia licèt lex per Moysen data est, gratia autem, & ueritas per Iesum Christum facta est. Ad primum argumentum dicendum, quòd Ioannes prædicabat baptismum pœnitentiæ, & tamen non erat tunc sacramentum pœnitentiæ, sed solùm uirtus pœnitentiæ, per quam sufficienter fieret illa pœnitentia de peccatis, quam Ioannes fieri monebat. Ad secundum dicendum, quòd argumentum illud non probat sufficienter, quia non enumerat omnes partes pœnitentiæ sufficienter, sed solùm partes materiales. Deficit autem pars formalis, scilicet, absolutio, quæ non erat tunc, & tamen pars formalis in qualibet re est magis præcipua, quàm pars materialis, cùm a forma accipiatur ratio speciei, & principium distinguendi, licèt esse compositi a materia, & forma simul accipiatur: quia ambæ sunt partes substantiales. Item licèt baptizati a Ioanne confiterentur peccata sua, non constat, quòd ista confessio esset pars sacramenti pœnitentiæ: cùm non fieret eo modo, quo in sacramento, scilicet, ad hoc, quòd de illis homo absolueretur. Nam Ioannes neminem absoluebat, vt infra dicetur, maximè, quia sæpè homo peccata sua confitetur, & non pertinet ad sacramentum, sicut cum quis in iudicio peccatum confitetur: uel quando confitetur peccata consilium petens ab aliquo uiro perito de illis, uel cùm quis ponte alicui amico suo peccata sua pandit: & tamen in nullo istorum est confessio pœnitentialis, & ita fuit tempore Ioannis.

I

K

An sacramentum pœnitentiæ fuerit in ueteri testamento. Quæst. LIII.

QVAERITVR, an sacramentum pœnitentiæ fuerit in ueteri testamento. Aliquis dicit pla-

cit planum, quòd non, quia si tempore Ioannis non fuit, nec etiam esset in veteri testamento. Dicendum quòd poterat esse, quòd esset sacramentum pœnitentiæ in veteri testamento, & ista pœnitentia ad quam Ioannes admonebat non esset sacramentum pœnitentiæ. Dicit ergo aliquis, quòd fuit sacramentum istud in veteri testamento. Nam ibi Deus mandabat fieri confessionem peccatorum. Leui. 16. Et tamen ista cõfessio quædam pars pœnitentiæ est. Et non est hic ratio dubitandi, sicut de pœnitentia, ad quam Ioannes admonebat. Nam Ioannes poterat tenere aliquem modum pœnitentiæ, quæ non esset sacramentum, qa ipse non poterat instituere sacramentum pœnitentiæ, nec aliquod in quo gratia daretur: ad solum enim Deũ istud pertinebat. Deus tamen dedit legem Moysi, & A
potuit tunc instituere sacramentum pnĩæ, in quo gratia daretur, sicut instituit sacramẽtum circuncisionis, in quo dabatur gratia. Ipse tamen instituit illam confessionem, de qua Leui. 16. Ergo vĩ, q̃ sacr̃m pnĩæ instituerit, quia confessio est, quæ magis specialiter pertinet ad sacramentum pœnitentiæ. Nam contritio & satisfactio de iure naturæ insunt: confessio aũt ex solo iure positiuo diuino. Dicendum, verum esse, q̃ Deus potuit instituere sacramentum pnĩæ in veteri lege, per quod gratia daretur, & tamen instituit. Confessio aũt illa, quam tunc fieri iubebat, non erat confessio sacramentalis, nec illo modo similis illi. Primò, quia in cõfessione sacramentali sacerdos est audiens, & peccator est qui confitetur, cùm sacerdos sit minister sacramẽti ad absoluendum de peccatis sibi reuelatis per uirtutem clauium, & sacerdos nunquam confitetur inquãtum sacerdos, sed inquantum peccator nullam habens potestatem clauium, & confitetur alteri sacerdoti, qui propriè habet ibi locum sacerdotis, sicut unus medicus ab alio curatur in ęgritudine non inquantum medicus, sed in quantum ægrotans. In veteri autem testamento solus sacerdos confitebatur peccata pronuncians super caput hirci. Nullus autem de populo confitebatur: ideo non erat confessio sacramentalis. Scdò, quia in confessione sacramentali quilibet confitetur peccata sua solùm: aliena autem ibi reuelare nefas est. In veteri autem testamento sacerdos non confitebatur solũ peccata sua, sed peccata populi. Nisi dicatur, q̃ D
etiam illa erant peccata sua inquantum ipse erat caput populi in spiritualibus, & eo delinquente per ignorantiam totus populus peccabat attendens ad ipsum. Leui. 4. Tertiò, quia in confessione sacramentali enarrantur peccata particularia, quæ homines faciunt, & etiã circunstantiæ eorum, quæ ipsa peccata aggrauant, vel speciem mutant: in veteri autẽ testamento non fiebat confessio peccatorum particularium, sed solũ quarundam prætaricationum generalium. Quia si oĩa debebant confiteri particulariter, non esset possibile fieri: cũ dicatur Leui. 16. q̃ sacerdos confiteatur super caput hirci oĩs iniquitates filiorũ Israel: & delicta & peccata ipsorum. Et tamen si deberet confiteri pronunciando peccata singulorum super caput hirci nõ posset hoc E
facere forte in tribus mensibus, quia debebat enarrare singula peccata, quæ fecissent omnes Iudei in vno anno, cum quolibet anno fieret ista confessio. s. die propiciationis. Et cùm fiebat ista confessio completè in die illa, & non occupabatur sacerdos in ea fortè per medium horam, cùm in ipsa die sacerdos magnus deberet facere omnes cæremonias, quæ habentur Leui. 16. quæ sunt satis multæ, & etiam sacrificia huius diei, quæ habentur Numeri. 29. Vnde dicendum, quòd sacerdos non confitebatur ibi super caput hirci peccatum alicuius de Israelitis singulariter, sed solũ peccata totius populi. Nam erant quædam peccata totius populi, quæ non erant personarum singularium. Nam

Alph. Tost. in Matth. Comm.

Leui. 4. distinguuntur quatuor genera peccatorum, & peccantium: & secũdùm illa ponunt genera sacrificiorum, & animalium immolandorum. s. peccatũ summi sacerdotis, & peccatum totius populi, & peccatũ principis terræ, & peccatum personæ priuatæ. Sunt autem peccata populi, sicut si interdum populus totus non obseruaret aliquod festum, quod tenebatur obseruare: vel omitteret aliquas cæremonias istius festiuitatis, quas facere tenebatur: aut in similibus per ignorantiã interdum peccarent omnes Israelitæ: sicut si Sacerdos summus per ignorãtiam legis aliquid faceret, vel prædicaret faciẽdum, & populus sequeretur eum in hoc. Ista sunt propriè peccata populi, & talia confitebatur summus Sacerdos die propitiationis super caput hirci. Et ista pauca erant, quia non accidebat totum populum sæpe circa aliquam rem peccare, sicut peccant personæ priuatæ: ideo sacerdos breuissimè confitebatur omnia peccata populi: & non impediebatur ab aliis cæremonijs. Esset tamen impossibile, quòd sic confiterẽtur peccata singularium personarum: in confessione tamen sacramentali nemo confitebatur peccata populi, siue communia, sed peccata propria. Quarto, quia confessio sacramentalis fit sacerdoti, vt ipse absoluat de peccatis auctoritate clauium, vt dictum est. In ueteri testamento fiebat confessio peccatorum hirco, idest, super caput hirci. Leui. 16. non ergo pertinet ad sacramentum. Quintò, quia confessio peccatorum fit sacramentaliter ad hoc, quòd de illis absolutio habeatur, quia ista est propria utilitas sacramenti pœnitentiæ. Et tamen in veteri testamento non fiebat absolutio, sed mox, ut sacerdos confiteret peccata populi super hirco: mittebat eum in solitudinem per hominem ad hoc paratum. Leui. 16. Non ergo erat sacramentalis confessio. Sextò quia in confessione sacramentali imponitur pœnitentia ipsi confesso, per sacerdotem: hic aut nulla pnĩa imponebatur ipsi sacerdoti, qui confitebatur peccata, nec populo cuius erant peccata: sed potius ipse sacerdos, qui peccata confitebatur imprecabatur ea super caput hirci, cui illa confitebatur: quasi omnia peccata hircus suscepisset, & populus maneret absolutus ab his. Non ergo erat confessio illa sacramentalis. Dicendũ ergo q̃ in ueteri testamento non fuit sacramentum pœnitentiæ, sed in nouo per Christum institutum est. Et etiam non fuit confessio sacramentalis aliquando, nisi in nouo testamẽto. Quare autem Deus iuberet peccata populi pronunciari super caput hirci: & an aliquid proficeret, & quid illud erat, & quæ peccata erant illa, quæ sacerdos confitebatur, & multa alia circa hoc, declarata sunt latè Leui. 16.

Quæ peccata, & quomodo confitebantur Ioanni illi, qui ab eo baptizabantur. Quæst. LIIII.

QVAERITVR, quomodo baptizati à Ioanne confitebantur peccata, & ad quid, & quæ peccata confitebantur. Quidam dicunt, q̃ baptizati confitebãtur Ioanni omnia peccata sua particulariter, & grauitates eorum, sicut nũc confitentur in sacramento pnĩæ: licèt non esset illa confessio pnĩalis. Sed tunc non apparet ad quid fieret ista tam diligens confessio: cùm ibi non expectaret aliqua absolutio, nec remissio peccatorum: quia Ioannes peccata remittere non poterat, sed solùm in aqua baptizabat. Item non uidetur satis uerisimile, quòd uellent Iudæi facere talem confessionem: quia nunc sunt homines exercitati ad confessionem, & tamen propter uerecũdiam plurimi omittunt confiteri, uel nõ plenè ꝓfitentur,

tur,& ipsi qui cõfitentur habent hoc pro graui. A fortiori ergo Iudæi,qui nunquàm habuerant talem confessionem in usu,pro difficili haberent, quòd omnia peccata sua sic explicitè confiterentur. Et non est uerisimile,quòd uellent confiteri, nisi saltem aliqui uiri valde deuoti. Et tamen dicitur hic,& Mar.1, & Luc.3, quòd exibant quasi omnes Iudæi ad baptismum Ioānis,ergo omnes confitebantur peccata sua, ut dicitur in litera. Et sic non confiterentur omnia peccata particulariter,sicut in confessione nostra. Item, quia nunc tenemur nos ex præcepto ad confessionem quolibet anno semel, & tamen multi omittunt, Iudæi autem non tenebantur ad istam confessionem,nec ad baptismum Ioannis, quia confessio ista fiebat in baptismo, & tamen baptismus Ioannis neminem obligauit, ut supra dictum est in 51.quæstione de hoc;ideo non est verisimile,quòd sine obligatione omnes se subiicerēt huic confessioni,quam nos sub obligatione habentes pro magna parte non seruamus. Alio ergo modo, & leuiori fieret ista confessio, & sic omnes Iudæi faciliter inclinarentur ad illam,

Alii dicunt,quòd Iudæi confitebantur peccata sua, non quidem particularia,sed generalia quædam: sicut faciebat sacerdos super caput Hirci,ut diximus præcedenti quæstione. Istud autem erat satis facile ad quod Iudæi inclinarentur, quia sine rubore magno fieri poterat. Sed dicendum,quòd non stat,quia in confessione, quam faciebat sacerdos super caput hirci confitebatur ipse solus pro toto populo, ideo poterat dicere peccata generalia populi, non dicendo peccatum speciale alicuius priuatæ personæ,uel singularis. In baptismo autem Ioannis quilibet confitebatur,ideo non poterat confiteri peccata populi,sed propria. Quia alias, id quod unus confiteretur,alius confiteretur,cùm eadem essent populi peccata. Et istud esset superfluum, quia sufficeret,quòd unus confiteretur pro omnibus: non ergo confitebantur peccata omniũ, sed propria, Item patet, quia in litera dicitur,quòd baptizabantur a Ioanne in Iordane confitentes peccata sua. Ergo peccata sua confitebantur, quia aliàs non diceretur quilibet confiteri peccata sua, sed peccata populi,vel peccata communia. Item,quia isti baptizati confitebantur peccata,eo quòd uolebant facere pœnitentiam de illis,quia sicut dictum est, iste uocabatur baptismus pœnitentiæ, quia in illo confitebantur homines se facturos pœnitentiam de peccatis,& Ioannes dicebat eis,facite fructum dignum pœnitentiæ. Nemo tamen istorum debebat facere pœnitentiam de peccatis populi,sed de suis. Ergo non confitebantur peccata populi,sed propria. Aliter potest dici,quòd isti baptizati a Ioanne confitebantur peccata sua, non tamē cõfitebant illa particulariter,sicut nos in cõfessione iã cramẽtali. imò nullum peccatũ expresse cõfitebãtur: sed dicebantur confiteri peccata sua, i.confitebantur se esse peccatores,scilicet, quòd quilibet eorum diceret,ego peccator sum, & offendi Deum in plurimis, volo tamen facere pœnitentiam. Istud autem conuenit ualde, quia ut omnes doctores asserunt,baptismus Ioannis erat baptismus pœnitẽtiæ,idest confessio quædam de faciendo pœnitentiam. Qui autem debet protestari se facturum pœnitentiam, oportet quòd fateatur se esse peccatorem. Et hoc erat confiteri peccata sua. Et sic in confessione generali dicitur homo cõfiteri peccata sua,tamen nullum illorum exprimit,sed confitetur se in multis esse peccatorem. Hoc autem modo facile esset Iudęos confiteri peccata sua, quia nulla esset uerecundia, cùm constet omnem hominem esse peccatorem. Quia si dixerimus,quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est Ioan. 1. Hoc etiam modo non ponitur aliquid superfluum, sicut poneretur dicendo, quòd Iudæi confitebantur omnia peccata sua. Etsi men ab illis non absoluebantur. Etiam non ponitur aliquid contra consuetudinem Iudæorum, quod fieret si diceremus, quòd confitebãtur de omnibus peccatis suis,quia ista consuetudo nunquam fuerat in uetteri testamento, & tamen nunquam est ponendum aliquid fuisse factum contra consuetudinem, nisi necessitas vrgeat ad hoc. Item hoc uidetur litera significare,quia dixit, quòd confitebantur peccata sua. Si tamen confiterentur omnia peccata particulariter sicut nos confitemur,non solùm diceretur, quòd cõfitebantur peccata sua, sed quòd confitebantur omnia peccata.Quidam dicunt, quòd confitebantur illi baptizati peccata sua Ioanni,quia ad comparationem illius peccatores erant. Et istud uidetur dicere Chrysostomus super Matthæum, scilicet, ad comparationem enim sanctitatis Ioannis, quis poterat arbitrari se iustum? Sicut enim uestis candida, si fuerit posita iuxta niuem ad comparationem niuis sordida inuenitur: sic ad comparationem Ioannis omnis homo videbatur immundus,& ideo peccata sua confitebantur, Istud autem confirmat sensum,quem posuimus, quia isto modo confiteri peccata, nihil est nisi dicere se esse peccatorem: quia etiam si quis esset nullius peccati conscius, comparatus Ioanni peccator uideretur: sicut uestis candida iuxta niuem. Ideo iste confiteretur se esse peccatorem, & tamen non posset exprimere nominatim aliquod peccatum, quia nullius sibi conscius esset. Et iste uidetur esse uerus sensus litteræ. Si quis autem contendat, quòd baptizati confitebantur peccata sua, quia litera hoc uidetur dicere, non admittimus, quia non uidetur rationabiliter dictum. Si tamen aliquis uellet, quòd aliqui baptizati confiterentur Ioanni aliqua de peccatis suis, ut peterent consilium, quid circa illa facerent, sicut fit apud uiros peritos, a quibus consilium petimus in rebus granibus,non est negandũ. Et tamen in litera sic intelligitur de hoc,quia non est uerisimile quod omnibus baptizatis occurrerent dubia de peccatis suis: ita,ut omnes confiterentur Ioanni, cùm litera dicat quod omnes, qui baptizabantur confitebantur.

An Ioannes absoluebat eos,qui sibi confitebantur.
Quæst. LV.

QVAERITVR, An Ioannes absoluebat eos, qui confitebantur sibi. Aliqui dicunt quòd sic, quia confessio peccatorum non ordinatur nisi ad absolutionem: ideo nunquam confitemur nisi ei, qui potest nos absoluere. Et propter hoc interdum cõfitemur quibusdam, & interdum aliis: quia quidam possunt nos absoluere a quibusdam a quibus non possunt alii. Confitebantur tamen Ioanni omnes baptizati: ergo absoluebat eos. Dicendum quòd Ioannes neminem absoluebat a peccatis. Nam absolutio solùm fit in sacramento pœnitentiæ, & sacramen non fuit sacramentum pœnitentiæ tẽpore Ioannis, cùm pœnitentia sit sacramentum noui testamenti, & fuit per Christum institutum, aliàs autem non fiat confessio peccatorum non sequitur absolutio. Secut cùm quis peccata sua confitetur in iudicio, uel confitetur amico suo,uel alicui laico instante morte si non potest haberi copia sacerdotis. Nam laicus non absoluit, eo quod confessio illa non potest absolui sacramentalis. Secundò quod non potest absolue quis de peccatis, nisi quando sibi reuelantur & tamen baptizati non reuelabant peccata sua Ioanni, sed solũ cõfitebantur se esse peccatores,ut dictum est precedẽti quęstione,ideo nõ poterat absoluere quos

Tertiò,quia absolutio pertinet ad potestatem clauiũ, Ioannes autem non habebat claues, ut infra dicetur in quadam quæstione. Quartò,quia per absolutionẽ tollitur peccata,sicut dicitur Ioannis.20.Quorum remiseritis peccata remissa erunt, & quorum retinueritis retenta erunt:& tamen Ioannes non poterat peccata dimittere,quia istud fit per gratiam,Ioannes autem non poterat facere aliquem actum, per quem gratia conferretur,quia gratia per Christum incæpit, qui dedit spiritum sanctum,sicut ipse Ioannes dixit, scilicet, Ego baptizo uos in aqua,ille autem baptizabit uos in spiritu sancto. Non poterat ergo Ioannes absoluere de peccatis. Ad argumentum in contrarium dicendum, quod confessio sacramentalis ordinatur ad absolutionem,confessio tamen quæ fiebat Ioanni non erat sacramentalis,maximè cùm dictum sit, q̃ nullus confitebatur ei peccata sua determinatè,sed solùm dicebat se esse peccatorem, & tamen si quis etiam sacerdotibus nostris cõfiteretur isto modo, nõ absoluerent eũ, quia nihil erat, de quo absoluerent sic generaliter loquendo. Quidam tamen instant, quòd Ioannes poterat absoluere,quia poterat remittere peccata. Nã confessio fiebat Ioanni in baptismo, quia dicitur quòd baptizabantur cõfitentes peccata,baptismus tamen Ioānis erat in remissionem peccatorum, Mar.1. ergo per actum Ioannis poterant remitti peccata: ita ergo posset absoluere a peccatis. Dicendum, quòd per baptismum Ioannis non remittebantur peccata;quia solùm fiebat in aqua,& non in spiritu sancto. Cùm autem dicitur, quòd erat in remissionem peccatorum non intelligitur,quòd ibi fiebat;sed quòd futura significabatur,de quo infra dicetur.

An Ioannes pœnitentiam imponebat sibi confessis.
Quæst. LVI.

QVAERITVR, An Ioannes imponebat pœnitentiam confessis sibi. Quidam dicunt q̃ sic, quia infra in litera dicitur, q̃ Ioannes dicebat baptizatis: Facite fructũ dignum pœnitentiæ. Et tamen fructus pœnitentię sunt opera satisfactoria,quæ imponuntur confesso ad satisfaciẽdũ pro peccato. Dicendum, q̃ nõ imponebat Ioannes pœnitẽtiã: quia imponere pœnitẽtiã cõfitenti est absoluere ipsũ a quadã parte pœnæ,& obligare ipsum ad aliam taxãdo sibi illam. Et iste est actus clauiũ sacerdotalium. s.li gandi,& absoluendi,ut ait Magister 4.sen. d. 18. Et tñ Ioannes non poterat absoluere, ut dictũ est pręcedẽti quæstione,ergo non poterat imponere pœnitentiam, quod erat propriè ligare: quia qui non potest ligare, absoluere non potest: ut ait Ambrosius, Deus uoluit par ius esse ligandi,& soluendi:ut ait Magister.4.d.Secundò patet,quia imponere pœnitentiam actus iurisdictionis est,& pertinet ad claues, Ioannes tamen illas nõ habebat, vt dictum est. Tertiò,quia nõ potest fieri impositio pœnitentiæ,nisi in sacramento pœnitentię. Nã etiam si quis uni perito confiteatur peccatum suum, ut ab eo consilium accipiat:non potest ille sibi pœnitẽtiam imponere,quia non est confessio illa sacramẽtalis. Quartò,quia nunquam imponitur pœnitentia, nisi pro peccato,quod quis cõfitetur: Ioanni autem nemo confitebatur peccata,ut dictum est,sed solùm dicebat se esse peccatorem, & pro tali confessione pœnitentia imponi non potest, quia iuxta mensuram delicti, debet imponi pœnitentia. Et tamen qui dicit se peccatorem nullum delictum confitetur: ideo nulla potest sibi imponi pœnitentia. Nam si uellemus ei pœnitentiam imponere, nesciremus quantam, quia nesciretur quantum erat delictum, cùm per istam confessionem non appareat. Dato tamen, quòd dicere-

mus Ioanni factam fuisse confessionem peccatorum determinatè,sicut nos facimus: non poterat pœnitentiam imponere: cùm solùm imponatur in sacramentali pœnitentia. Et tamen confessio facta Ioanni non erat sacramentalis, quia non erat tunc sacramentum pœnitentiæ. Nullo modo ergo Ioannes imponebat pœnitentiam aliquam. Ad argumentum dicendum, quòd cùm Ioannes diceret, facite fructuum dignum pœnitentiæ,non imponebat pœnitentiam: sed solùm hortabatur,vt homines sponte facerent opera satisfactoria pro peccatis,& mutarẽt uitam suam in melius: immo ex uerbis istis apparet, quòd non imponebat pœnitentiam: quia pœnitentia posita a sacerdote semper est taxata,& certa,vt sciat pœnitens ad quid sit obligatus. Sed cùm dicitur: facite fructum dignum pœnitentiæ,nihil taxatur. Ergo non est impositio pœnitentiæ,sed exhortatio ad faciendum illam secundùm arbitrium pœnitentis.

An baptismus Ioannis haberet claues.
Quæst. LVII.

QVAERITVR, An baptismus Ioannis haberet claues. Quidam dubitant dicentes, quòd cùm claues solùm pertineant ad sacerdotes,& de Ioanne non constet, an esset sacerdos, dicunt esse dubium,an habuerit:imò plurimi uolunt dicere, quòd non fuit Ioannes sacerdos: quia ipse a teneris annis incæpit esse in deserto,& mansit ibi usq; ad tempus istud,quo incæpit prędicare.Luc.1.scilicet. Puer autem crescebat,& cõfortabatur spiritu, & erat in deserto usque ad diem ostensionis suæ ad Israel. Et sic non habuit aliquod tempus,in quo posset effici sacerdos:consequenter,quòd non habuit claues. Dicẽdum,quòd isti multum errant, iudicantes de sacerdotibus in ueteri testamento, sicut in nouo: & tamen non est idem modus: quia nunc sacerdotium non pertinet ad aliquam certam progeniem: sed quicunque uult promoueri in sacerdotium promouetur, dũ tamen non habeat aliquod impedimentum de iure. In ueteri autem testamento sacerdotium pertinebat ad certam progeniem,scilicet Aaronitarum, ideſt ad filios Aaron. De aliis autem nemo poterat ministrare in sacerdotio, & si se immiscereet occidendus erat. Numeri 3. 16.17.& 18. Et tunc omnes Filii Sacerdotum erant sacerdotes, & ministrabãt temporibus suis secundùm sortes suas. 1.Paralipo.4. Ex hoc autem apparet,quòd Ioannes baptista erat Sacerdos,quia pater suus Zacharias erat sacerdos. Luc. 1.& erat de uice Abia.eo. cap. Et ista est octaua sors sacerdotum de familia Eleazar.1.Paralipo.14. Dicendum tamen, quòd licèt Ioannes fuit sacerdos,non tamen habuit claues, quia sacerdotes ueteris testamenti claues nullas habebant. Quod patet, quia Christus dedit de nouo claues in nouo testamento, tanquam aliquid spirituale. Ergo non fuerunt in ueteri: quia si ibi fuissent, non oportebat illas specialiter tradi sacerdotibus in nouo,quia tota perfectio sacerdotum ueteris testamẽti abundantius esset in nouo. Et istud planum erat, cùm totus status noui testamenti perfectior sit statu veteris testamẽti. Quòd Christus claues dederit,quasi aliquid nouum, patet, quia de eis facit ualde expressam mentionem,& sæpe,& tamen si fuissent in ueteri testõ nõ oportebat illas ita exprimi. Patet q̃ primò Christus fecit mentionem de clauibus, quas tradidit omnibus Apostolis,siue ipsi pastori Ecclesiæ specialiter nominato Petro,infra 16.s. Tibi dabo claues regni cœlorum: & quodcumque solueris supet terram, erit solutum & in cęlis,& quodcunque ligaueris, &c. Et iterũ.infra 18.omnib.Apostolis,imò ipsi Ecclię lo-

quens,dixit: Quæcunque ligaueritis ſuper terrã, erunt F
ligata & in cælis,& quæcunque ſolueritis,&c. Et iterũ
poſt reſurrectionem Chriſtus diſcipulis apparens, fe-
cit mentionem de iſtis clauibus, quaſi innouando po-
teſtatem traditam. Et cũ ſufflaſſet in eos,dixit:accipite
ſpiritum ſanctum,& quorum remiſeritis peccata, re-
mittuntur eis: & quorum retinueritis retenta erunt.
Non ergo fuerunt iſtæ claues in veteri teſtamento.
Secundò patet,quia ſi ſacerdotes veteris teſtamẽti ha-
buiſſent claues,potuiſſent abſoluere, & ligare de pec-
catis,quia actus clauium eſt abſoluere, infra 16. & 18.
ſiue retinere,& dimittere,quod idem eſt, Ioan.20.Sa-
cerdotes tamen veteris teſtamenti non potuerunt ab-
ſoluere & ligare: quia non poteſt quis abſolui de pec-
catis, niſi per gratiam. Et tamen in nullo ſacramento G
legis veteris conferebatur gratia,niſi in circunciſione:
ergo non poterant abſoluere: & conſequenter nec li-
gare,quia par ius eſt ligandi,& ſoluendi:vt ait Ambro
ſius.Tertiò patet, quia ſi ſacerdotes veteris teſtamenti
habuiſſent claues non fuiſſent apud eos otioſæ, quia
Deus nihil dat, vt otioſum ſit:cùm exigat à nobis vſu-
rã de illis,quæ tradit:ſicut patet in parabola de Domi-
no,qui tradidit quinq; talenta uni ſeruo, & alteri duo,
alteri vnũ, & petjt ab eis cum vſura.Et ita Chriſtus di-
cit ita ſe facturum infra. 25. Maximè autem,quia po-
teſtas clauium eſt tam excellens, & tam vtilis. Nullo
modo ergo manſiſſet otioſa.Et tamen ſacerdotes ve-
teris teſtamenti non abſoluerunt quemquam, qui eis
confeſſus eſt; cùm ſacramentum pœnitentiæ dicatur H
ab omnibus eſſe noui teſtamenti:ergo nõ habuerũt il-
li ſacerdotes aliquas claues. Quartò patet, quia p actũ
clauium datur ſpiritus ſanctus:& claues ſunt quædam
poteſtas ſpiritus ſancti,& operantes per clauẽ operanť
per ſpiritum ſanctum.Quod patet,quia quando Chri
ſtus diſcipulis claues tradidit dixit.Accipite ſpiritũ ſan
ctum.quorum remiſeritis peccata remittũtur eis, &c.
Quaſi dicat. ꝙ accipere iſtam poteſtatem erat accipe-
re ſpiritum ſanctum.Et tamen ſacerdotes veteris teſta
menti non habuerunt ſpiritum ſanctum quantum ad
poteſtatem,nec etiam illum dabant:ergo non habent
poteſtatem. Patet hoc,quia Ioannes baptiſta erat ſacer
dos,& vir ſanctiſſimus,& receperat à Deo ſpãlẽ ptãtẽ,
& tamen non poterat baptizare in ſpiritu ſancto, nec I
facere aliquid in ſpiritu ſancto.Nam ſi potuiſſet remit
tere, vel retinere peccata per cõfeſſionem abſoluẽdo,
potuiſſet à fortiori dare ſpiritum ſanctum baptizãdo.
Et tamen non potuit:ergo nec poterant ſacerdotes ve
teris teſtamenti: & ſic non habebant claues. Quintò
patet, quia non erant neceſſariæ claues ſacerdotibus
veteris teſtamenti,quia nullum actũ habebant,in quo
eſſet neceſſarius vſus clauium. Nam poteſtas clauium
pertinet ad characterem ſacerdotalem noui teſtamen
ti. Dicunt enim quidam eſſe vnicum characterem ſa-
cerdotalem,ſiue unicam poteſtatem, ſecundùm ſub-
ſtãtiam:cuius ſunt duo actus.Vnus ſuper corpus Chri-
ſti verum, ſcilicet, poſſe conficere:alius ſuper corpus
Chriſti miſticum.i.ſuper fideles.ſ.poſſe ſoluere, & li-
gare. Alij volunt, ꝙ ſicut ſunt duo actus, ita ſunt duo K
characteres, & duæ poteſtates, & ꝙ non ſimul impri-
mantur ſacerdoti in ordinatione ſua:ſed diuerſo tem-
pore in traditione diuerſarum rerum facta ipſi ordi-
nando ab Epiſcopo. De hoc autem pro nunc non in-
tenditur. Sufficit autem, quòd iſti duo actus compe-
tunt ſacerdoti ex charactere, ſiue ſit vnus, ſiue duo,
In veteri autem teſtamento nunquam debebat eſſe
vſus ligandi, & ſoluendi,quia iſtud pertinet ad confeſ
ſionem ſacramentalem, quæ non fuit in veteri teſtõ:
ideo nõ habuerunt ſacerdotes ibi claues iſtas, quia eſ-
ſent omnino ſuperfluæ,& otioſę,qđ eſt maximum in-
conueniens,& contra ordinem Dei. Sicut ſi Deus da-
ret oculos lapidi,vel manus, qui nunquam deberet vi-
dere,nec aliquid operari, eſſet iſtud ualde ſuperfluum,
& magna inordinatio.Et ſic Ioannes, licèt eſſet ſacer-
dos in ueteri teſtamento,claues nullas habuit. Et non
ſolùm ſacerdotes ueteris teſtamenti nõ habebant cla-
ues, ſed etiam nec habebant characterem ordinis po-
tius quàm laici.Eſt autem verum,quòd habebant ipſi
poteſtatem faciẽdi miniſtrationem coram Deo, quas
nulli alij facere licebat ſub pœna mortis. Et tamẽ iſtud
non arguit characterem: ſicut iudex alicuius pronin-
cię, uel loci poteſt facere omnia, quæ pertinent ad iu-
riſdictionem,& nullus priuatorum iſtud facere põt.Et
tamen iudex ille non habet characterem,ſed ſolũ po-
teſtatem quandam iuriſdictionis à lege, uel ab holo,ꝙ
ptãs non eſt character: ita illa ptãs ſacerdotum ueteris
teſtamenti erat quædam ptãs collata eis ſolis à lege,&
tamen non erat character. Ad hoc enim, ꝙ character
dicatur,requiruntur plura.ſ.ꝙ ſit poteſtas ad aliqd age-
dum, & ꝙ ſit ſpiritualis, & ꝙ ſit indelebilis,& ꝙ ſit ad
faciendum aliquid, qđ aliàs non poſſent facere nõ ha-
bentes ptãtem illã de iure,nec de facto: ẽt ſi tentarent
iſtud agere. Primò dicitur, quòd ſit poteſtas ad agen-
dum. Ideꝯ habitus cognitiui non poſſunt vocari cha-
racter,eo ꝙ nõ ſunt ad agendum,ſed ſolùm ad intelli-
gendum, & non tranſit operatio illa in aliquid exte-
rius. Secundò dicitur ſpiritualis, quia à Deo datur, &
pro re,vel miniſtratione ſpirituali. Ideo poteſtas iuri-
dictionis iudicum laicorũ eſt poteſtas ad aliquid agen H
dum, non tamen vocatur character, quia non eſt ali-
quid ſpirituale.i.non eſt pro rebus purè ſpiritualibus
Et ob hoc etiam poteſt perire illa poteſtas, & iterum
eidem aduenire, quod non contingit in charactere
nam qualitas indelebilis eſt. Sic etiam eſt de poteſta-
te iuriſdictionis Eccleſiaſticæ,quæ non eſt in foro pœni-
tentiæ. Nam illa poteſtas non eſt character,nec depu-
det immediatè à characterę, quia poteſt eſſe ĩ aliquo
qui non habeat characterem: tamen licèt non ordina-
ti in ſacris non habent characterem pertinentem ad
iuriſdictionem: habent tamen iuriſdictionem in cau-
ſis Eccleſiaſticis ſæpe, tam ordinariam, quàm delega-
tam.Tertiò dicitur,quòd ſit indelebilis,quia character
nunquam deletur, ſiue ſit character ordinis, ſiue ba-
ptiſmi, uel alicuius ſacri,in quo conferatur character.
Ideo qui ſemel baptizatus eſt, nunquam poteſt dele-
re eſſe Chriſtianus,etiam ſi à fide recedat,quia cha-
racter ſemper ei manet: ita etiam qui ſemel promo-
tus eſt in ſacerdotium, ſemper eſt ſacerdos, etiam ſi
deponatur,uel degradetur:ideo ſemper conficere po-
teſt. Et propter hoc etiam poteſtas iuriſdictionis non
pñalis quantuncunq; ſit ſpũalis non eſt character, qz
omnis talis deſinere poteſt, & iterum conferri ei, qui
ſemel illã habuit, & iſta tria reperimus generaliter in
omni charactere, potiſſimè in charactere ordinis.
Quartò dicitur, quòd non habentes illam ptãtem non
poſſint de iure, nec de facto exercere actum illius pta-
tis. Et iſtud apparet ſpecialiter in charactere ordinis
Epiſcopalis, ſi ſit ordo diſtinctus à ſacerdotali.Nam ſa-
cerdotalis character quantum ad utramque partem
ſuam habet tales actus, quos nemo poſſit facere non
habens characterem.Nam per iſtum characterem ſa-
cerdos poteſt conficere. Qui autem non eſt ſacerdos
non ſolùm nõ debet ꝓficere,ſed ẽt ſi tentet conficere
nihil faciet.Sic etiam quantum ad alium actũ ſacerdos
poteſt abſoluere à peccatis,qui autem nõ eſt ſacerdos
non poteſt abſoluere. Et ſi tentet facere nihil eſt. Sic
eſt de charactere Epiſcopali, qui ea, quæ ſunt ordinis
epiſcopalis nemo poteſt facere niſi epiſcopus, & non
poteſt epiſcopus illa alteri delegare. Aliquis dicet,
quòd ſic etiam accidit in his, in quibus non eſt chara-
cter, ſicut in actibus iuriſdictionis. Nam ſi prælatus

uelit exercere actum iuriſdictionis, ab eo facta ni- A
hil valent, ita quòd non ſolùm ſunt iniqua, ſed etiam
ſunt nulla:ita vt ab illis appellari non ſit neceſſe.Dicẽ-
dum,quòd non eſt ſimile:primò,quia falſum preſup-
ponitur:quia facta ab illo, qui non præeſt iuriſdictioni
de iure nulla ſunt, & tamen de facto aliquid ſunt ſi
executioni tradantur,ſicut ſi eſſet verus iudex.Et cùm
dicitur,quòd non ſolùm ſunt iniqua, ſed etiam nulla:
verum eſt de iure, quia iura reputant illa tanquam nõ
facta,vel à nullo facta quantum ad validitatem, & ta-
men de facto non poteſt tolli,quin aliquid ſint.Secus
autem eſt in actu ſacerdotali conficiendo, quia q non
habet characterem, ſi conetur conficere, non ſolùm
reputamus illum nihil facere, ſed etiam realiter nihil
facit, quia nihil conficit, ac ſi nunquam loqueretur. B
Idem eſt in abſolutione ſacramentali, & idem eſt in
actibus pertinentibus ad ordinem Epiſcopalem. Se-
cundò differunt iſta, quia licèt priuatus utens iuriſdi-
ctione de iure nihil facit, tamen iſtud poteſt ualidari,
ut aliquid ſit ſiue propter errorem publicum,& com
munem utilitatem, ſicut in Barbario Philippo, q erat
ſeruus,& ideo non poterat eſſe iudex. Et cùm ignora-
retur eius conditio,factus eſt iudex,& multa ut iudex
fecit.Comperto autem poſtea,quòd eſſet ſeruus,appa
ruit nihil valuiſſe omnia,quæ fecerat.Quia tamẽ erat
dominum publicum,quòd iſta omnia haberentur tan-
quam nulla,habita fuerunt tanquam ualida, ut patet
ff. de iudicis in l. Barbarius. Sic etiam ſi quis priuatus
faciat aliquem actum iuriſdictionis, de iure nullus eſt, C
& tamen habens ſupremam poteſtatem poteſt uali-
dare illum actum, ita ut teneat ac ſi factus fuiſſet ab
habente iuriſdictionem. Secus autem hic eſt, quia ſi
quis non ſacerdos per errorem putans ſe ſacerdotem
faciat actus ſacerdotis, nihil eſt; quod facit:nec poteſt
per errorem publicum, & proprium etiam inuincibi-
lem ualidari, quod factum eſt, ſed neceſſe eſt, quòd
ille ſacerdos reputetur,ac ſi nihil feciſſet:quia uerè ni-
hil fecit in effectu:licèt aliquid facere videbatur.Et ſic
eſt de ſacerdote non baptizato,qui per conſequens nõ
poteſt habere characterẽ alicuius ordinis, quia ab iſto
facta nulla ſunt de iure,nec de facto.Et quando com-
peruit ſe non eſſe baptizatum,debet baptizari: & ite-
rum ordinari.vt patet extra. de Præsby. non bapti. c.1. D
Item poterunt facta in priuato validari, vt teneant, ſi-
cut facta ab eo,qui præeſt iuriſdictioni. Et hoc per con
ſensium, vel ratificationem, & conſumationem eius,
qui præeſt ſupremæ iuriſdictioni,ſcilicet,Papę,vel Im-
peratoris,vel regum,qui non cognoſcunt ſuperiorem
in temporalibus,& tamen facta à non habente chara-
cterem ſacerdotalem non poſſunt reualidari per ali-
quem,nec etiam per Papam ad hoc,quòd teneãt:ſicut
ſi non ſacerdos conatus eſt conficere, non poteſt per
approbationem Papæ effici ꝙ actus illius ualeat aliqd,
ſicut ſi fuiſſet ſacerdos. Idem ſi non ſacerdos abſoluit E
aliquem in foro pœnitentiali, Papa non poterit illum
actum reualidare:ſed oportebit quòd iſte iterum con
fiteatur alteri habenti poteſtatem. Ratio huius eſt, qa
Papa poteſt reualidare ea,quæ de facto aliquid ſunt: li-
cet de iure nulla ſint.Illa tamẽ,quę de facto nihil ſunt,
non poteſt facere aliquid eſſe,quia iſtud nõ per-
tinet ad poteſtatem iuriſdictionis, ſed cauſalitatis, &
nigoris quaſi naturalis. Tertiò differunt, quia in iuriſ-
dictionibus ea, quæ non competunt alicui ex iuriſdi-
ctione, poſſunt ſibi delegari per aliquem habentem
iuriſdictionem,& non ſolùm parua,& communia:ſed
etiam maximę ardua delegabilia ſunt ei, qui nullam
habet iuriſdictionem.Ea tamen,quę pertinent ad cha-
racterem,delegari non poſſunt.Vnde Papa non pote-
ſt committi alicui non ſacerdoti committere, quòd conficiat:
nihil eſt,quia ille nihil poterit.Et dato,

Alph.Toſt.in Matth.Comm.

quòd Papa velit abuti poteſtate faciendo quicquid vl-
lo modo poteſt, non poterit hoc facere. Non poterit
etiam Papa alicui non ſacerdoti committere, quòd
abſoluat aliquos in foro pœnitentiali. Non poterit etiã
committere alicui purè laico ea, quæ ſunt ordinis epi-
ſcopalis,quia ſi committat,nihil facit.Et ſic non eſt ſi-
mile de iuriſdictione,& charactere,maximè quantum
ad characterem ſacerdotalem, & Epiſcopalem, quos
habentes poſſunt de facto aliquid agere,quos non ha
bentes characterem facere non poſſunt.Ex hoc appa-
ret, quòd in ſacerdotibus ueteris teſtamenti non de-
beat poni character: quia licèt habeant poteſtatem ad
aliquid agendum:non erat illa poteſtas ſpiritualis,quia
uocatur poteſtas ſpiritualis,ſi id,ad quod eſt,purè ſpiri
tuale eſt. Miniſtrationes autem, quas faciebant ſacer-
dotes in ueteri teſtamento, erant carnales.ſ. ſacrificia
carnalia, & emundationes carnales,ut Apoſtolus dicit
loquens ad Hebræos.Non erat ergo poteſtas purè ſpi-
ritualis ad faciendum illa. Quartò,conditio etiam nõ
competit poteſtati iſtorum ſacerdotum, quia actus,
quos faciebant ſacerdotes nulli alij de iure facere po-
terant: de facto tamen poterant facere ſicut ipſi. Pa-
tet in multis,qui iſtud facere aggrediebantur. Nume-
ri.16.& de Rege Ozia.4. Regum.15.Moyſes quoque
non erat ſacerdos: & tamen ipſe fecit omnia ſacrifi-
cia, & cæremonias ſacerdotales per illos octo dies,
quibus conſecrati ſunt Aaron, & filii eius in ſacerdo-
tes,& poſtea ipſi miniſtrauerunt.Ex.29.& Leui.8.Ad-
huc patet magis hoc quantum ad alium actum cha- C
racteris ſacerdotalis pertinentem ad forum pœniten-
tiæ.Nam in ueteri teſtamento nullo modo fuit neceſ-
ſarius: quia ibi nunquam fuit confeſſio ſacramenta-
lis, in qua proprię eſt actus iſtius characteris, uel pote-
ſtatis. Conſiderandum, quòd licèt in ueritate non
fuerit character in ſacerdotibus, tamen ſi illum ha-
buiſſent,eſſet dubium,quando conſequerentur.Ratio
dubij eſt, quia ſacerdotes noſtri non ſunt ſacerdotes
per progeniem, ſed per promotionem. Et iſtis datur
character tunc,quando ſacerdotes efficiuntur.ſ.per or
dinationem factam ab Epo. In ueteri aũt teſtõ ſacer-
dotium cõpetebat per progeniem,ita ꝙ oẽs, q erãt de
progenie Aaronitarum erant ſacerdotes, & eo ipſo,ꝙ
naſcebantur aſſequebantur ius ſacerdotij,& dabantur
eis partes de ſacrificiis, & de rebus, quæ offerebantur
Dño. Et ob hoc aliquis diceret, ꝙ character ſacerdo-
talis ſi deberet imprimi illis, imprimeretur in illo exi-
tu de utero,quia eo ipſo,ꝙ exibant de utero,dicebatur
homo natus in mundum, & competebant ſibi omnia
iura,quæ poſſent competere ratione progeniei.Dicen
dum tamen, quòd ſi deberet illis imprimi character
ordinis,non imprimeretur eo tempore,quo nati ſunt,
ſed alio tempore, ſcilicet, in conſecratione ſua. Pro
quo ſciendum, quòd licèt ſacerdotes haberent ſacer-
dotium ex progenie:tamen nõ miniſtrabant niſi poſt
conſecrationem. Erat autem quidam ritus conſecra-
tionis ſacerdotis magni, & alius ritus conſecrationis
ſacerdotum minorum. De utroque patet Exod.29.
& Leui.8.Nam ſicut ibi conſecrati ſunt Aaron, & fi- E
lij eius:ita dicitur, quòd conſecrandi eſſent omnes ſa-
cerdotes in poſterum: & ſic fiebat, quòd antequam
miniſtrarent conſecrabantur.Et ſicut non ſacerdos.i.q
non erat de illa progenie,non poterat miniſtrare in ſa-
cerdotio: ita qui erat de illa progenie, non poterat mi-
niſtrare quouſque conſecraretur. Patet.3. Paralipom.
29.ubi dicitur de Phaſe,quod factum eſt tempore Eze
chię regis.Nam oblata ſunt multa animalia,& dicitur
quòd ſacerdotes erant pauci, nec poterant ſufficere,
ut pelles holocauſtorum detraherent. Vnde & Le-
uitæ fratres eorum adiuuerunt eos, donec imple-
retur opus, & ſanctificarentur Antiſtites.i.ſacerdotes.

Erant tunc pauci, quia nondum erant consecrati, nec potuerunt consecrari propter breuitatem temporis, p illa festiuitate. Modus fuit quia Achaz rex pater Ezechiæ fuit idolatra nimium, ita vt clauderet portas templi Domini, vt nulla ministratio fieret Deo à sacerdotibus, sed offerebantur sacrificia idolis in angulis platearum, & omnibus locis Ierusalem. secundo Paralip. 28.29. & mansit templum sic clausum vsque ad mortem Achaz. Ezechias autem filius eius, cum cepit regnare, aperuit templum, & purgauit illum ab immunditijs idolorum. secundo Paralipo. 29. Et propter hoc toto tempore Achaz sacerdotes nulli consecrari potuerunt, nec etiam Leuitæ, quia consecratio istorum fieri debebat in templo cum multis cæremonijs. Et ob hoc, quando Ezechias aperuit templum, & exclusis immunditijs voluit facere magnam festiuitatem, & multa sacrificia, erant valde pauci sacerdotes, & etiã Leuitæ consecrati, qui ministrare possent. Leuitæ autem multi subitò consecrati sunt, quia ritus consecrationis eorum facilis est: sacerdotes autem nulli tunc consecrari potuerunt propter temporis breuitatem, quia ritus consecrationis est longior. Vnde oportuit, quòd Leuitæ adiuuarent sacerdotes ad detrahendas pelles holocaustorum, quod tamen pertinebat ad officium sacerdotum. Hoc totum colligitur secundo Paralipom. 29. Et sic patet, quòd licèt sacerdotium cõpeteret ex progenie, nullus tamen poterat ministrare, quousque consecraretur: siue de sacerdotibus minoribus, siue de summis, Idem autem erat in Leuitis. Nã etiam officium Leuitarum competebat ex progenie Leui, Numeri. 3. & 4. Et secundùm determinatam progeniem ipsorum Leuitarum competebant eis diuersæ ministrationes, vt patet Numeri. 4. & 1. Paralip. 25. & 26. Et officia istorum erant valde minora, & minus sacra, quàm officia sacerdotalia. Et tamen adhuc isti non poterant ministrare, quousque consecrarentur. De consecratione horum, cùm primò consecrauit eos Moyses in deserto, cùm primum assumpti sunt in ministerium Dei, patet Numeri. 8. & eo modo postea semper asserebantur. Nam tempore Ezechiæ cõsecrati fuerunt multi Leuitæ: sacerdotes autem nulli, & tangitur causa secundo Paralipom. 29. s. quia leuiori ritu consecrantur Leuitæ, quàm sacerdotes, ideo propter temporis breuitatem non potuerunt consecrari tũc, sacerdotes autem nulli, nisi pauci, & tangit causa, sed soli Leuitæ. Apparet ergo, quòd si sacerdotes, vel Leuitæ veteris testamenti debuissent habere characterem, quòd ille imprimeretur eis in consecratione, & non in natiuitate. Et ratio est, quia aliàs superflua videretur consecratio, si totum complementum sacerdotij consequerentur in natiuitate. Et maximè patet hoc, quia non licebat istis ministrare, quando nõ erant consecrati, ac si non essent sacerdotes. Et tamen per impressionem characteris inest sacerdotibus nostris potestas exeundi in actus sacerdotales. Et sic dicendũ, quòd licet sacerdotibus veteris testamenti character non imprimeretur, tamen illa potestas ministrandi, quæ erat eis loco characteris sacerdotum nostrorum, non dabatur nisi in consecratione, & ibi daretur character tam ipsis, quàm Leuitis si fuisset character in veteri testamento. Sed obijcietur, quia ex eo quòd aliquis nascebatur de progenie sacerdotali erat sacerdos, & dabantur eis partes de redditibus sacerdotalibus in alimentum. Dicendum, quòd hoc non stat, quia vocabantur isti sacerdotes, ideſt, nati de progenie sacerdotali, sed non sacerdotes, ideſt, habentes potestatem sacerdotalem. Et satis stat, quod haberent isti aliquod jus sacerdotale, & tamen non haberent potestatẽ propriam sacerdotalem, quæ erat in ministrando. Nam sic etiam est in nouo testamẽto quantum ad Episcopos, quia electus confirmatus in Episcopum põt ministrare in Episcopatu quantum ad ea, quæ sunt iurisdictionis. Et tamen nõ potest ministrare in eis, quæ sunt ordinis Episcopalis, quousque fuerit consecratus, & si conatur ministrare nihil facit de iure, nec de facto. Hoc autem est, quia character ordinis Episcopalis imprimitur per consecrationem, & sic Episcopus antequã habeat characterem Episcopalẽ habet aliquid de potestate Episcopali, vel de iure Episcopi: sed non plenã, & propriam potestatem Episcopi: & ita erat de illis sacerdotibus. Quod aũt dicitur, qđ isti eo ipso quòd nati erant, habebant ius recipiendi partes de oblationibus, & sacrificijs. Dicendum quod hoc non probat eos habere aliquid de potestate sacerdotali, quia partes oblationum, & sacrificiorum dabantur istis ex necessitate: quæ si non darentur perirent fame. Nam Deus voluit, quòd Sacerdotes, & Leuitæ nullam potestatem haberent possessionis in terra cum reliquis tribubus sed sacrificia, & oblationes dedit Sacerdotibus in hæreditatem. Iosue. 13. scilicet. Tribui autem Leui non dedit possessionem: sed sacrificia, & victimæ domus Dei Israel ipsa est hæreditas eius. Oportebat ergo, q Sacerdotibus mox natis competeret ius habendi partem de oblationibus, & sacrificijs, quia aliàs non habetent vnde alerentur paruuli relicti sine patre, cũ non esset alia hæreditas, in qua possent succedere patribus suis. Et ista etiam fuit causa quare aliqui de progenie sacerdotum prohibebantur ministrare, & non prohibebantur percipere iura, sicut ministrantes. Leui. 21. scilicet, homo de semine sacerdotali, in quo esset alqua macula, non attendebat ad ministrandum, & tamen vestiebatur de his, quæ offerebantur in sanctuario. Apparet ex dictis, quòd in veteri testamento Sacerdotes, vel Leuitæ non habebant characterem, nec claues ligandi, & soluendi. Et ista est causa, quam assignant multi Doctores iuristæ, quare in veteri testamento non dabantur indulgentiæ à prælatis, sicut nunc, scilicet, quia sacerdotes illi non habebant claues, à quibus prouenit posse dare indulgentias. Et ex hoc consequenter apparet, quòd licèt Ioannes baptista esset sacerdos, non habuit characterem, nec potestatem clauium.

Quare baptismus Ioannis dicitur baptismus pœnitentiæ. Quæst. LVIII.

QVAERITVR, quare baptismus Ioannis vocatur baptismus pœnitentiæ. Dicendum secũdum quosdam, quòd baptismus Ioannis vocatur baptismus pœnitentiæ, ideſt, pœnæ quia solùm dabatur ad quandam pœnam, vt hominis subijcientes se sponte illi pœnæ per hoc mererentur. Erat autem pœna ista, scilicet, quia Ioannes mergebat baptizatos in aquam frigidam Iordanis. Sed hoc non satis stat, quia ista non est tanta pœna, de qua scriptura mentionem facere deberet. Item quia si solus esset baptismus pœnitentiæ propter hanc pœnam, nõ oportebat, quòd ad hanc pœnam recipiendam homines venirent ad Ioannem, quia quilibet per se istam pœnam subire poterat. Item non poterat propter hoc vocari regula iste baptismus pœnitentiæ. i. pœnę, quia sicut ali quo tempore pœna est in aquam mergi, ita alio tpe est valde delectabile, & maxime in terra Chanaan, quæ est calidior ualde quàm nostra, quia pertinet ad quartum clima, & partim ad tertium. Ioannes autem omni tpe baptizabat, ideo non poterat vocari baptismus pœnitentiæ hac ratione. Item, quia baptizatis dicebat Ioannes: facite fructum dignum pœnitentiæ. infra in littera, Si tamen vocaretur baptismus pniæ. i pœnæ, p pœnã istam pœnã mersionis in aquã frigidã, non poterat, nec debebat

debebat iam sperari alius fructus pœnitentiæ, quia illa pœnitentia iam transierat, cùm baptizatus exiret de aqua. Non ergo accipitur sic. Aliter dicendum, quòd vocatur baptismus pœnitentiæ: quia Ioannes omnes quos baptizabat ad pœnitentiam admonebat, & non baptizabat nisi eos, qui quasi tunc incipiebant pœnitẽtiam ab ipso. Et patet hoc ex litera, quia dicitur, quòd Ioannes fuit prędicans in deserto, & dicens: Pœnitentiã agite. Et sic præcipuum quod Ioãnes faciebat erat admonere ad pœnitentiam. Et quia in ipso baptismo etiam admonebat pœnitere, cùm baptizati confiterentur peccata sua, vocabatur baptismus pœnitentiæ. Erat autem conueniens iste ordo, & modus. s. quia Ioannes volebat populum disponere ad digne suscipiendum Messiam venturum. Nam ipse venerat parare Domino plebem perfectam. Luc. 1. Istud autem erat per expositionem peccatorum. Ista autem fieri non poterat nisi per pniam dolendo de commissis, & puniendo in se quæ ptaũè egerant. Et ad hoc Ioãnes baptizabat eos in aqua. Nam sicut aqua tollit sordes corporis, ita pnia auferret omnia peccata. Vnde, licèt baptismus Ioãnis non posset tollere peccata, quia non erat sacramẽtum noui testamenti, signabat tamen peccata esse tollẽda, & non solùm per Christum, siue baptismum suũ, sed etiam signabat, q sicut isti baptizati à Ioanne mundabantur in corpore per aquam, ita mundarentur in aĩa ab vniuersis delictis per pniam. Et istud necesse erat ad digne recipiendum Messiam. Hoc aũt erat totum qđ Ioãnes hortabatur: ideo postquam baptizabat aliquos, dicebat eis, q facerent fructum dignum pniæ, ut patet in litera. i. talia opera facerent, per quæ essent perfectè mundi ad suscipiẽdum Messiam. Aliter potest dici, q erat iste baptismus pniæ. i. protestatio quædam de pœnitendo. Nam omnes, qui ueniebant ad baptismum Ioannis protestabantur, quòd pœniterent deserentes vitam ueterem. Et quia pœnitere nõ est nisi de peccatis: ideo isti profitebantur se primum peccatores. Et hoc est q dicitur, q baptizabantur à Ioanne confitentes peccata sua. i. profitentes se esse peccatores, & tũc protestabantur se de cætero abstinere a peccatis, & Ioannes hortabatur eos facere fructum dignũ pœnitentiæ, ideſt, opera bona, p quæ satisfacerent de pteritis malis.

Quomodo dicitur, quòd baptismus Ioannis erat in remissionem peccatorum. Quæst. LIX.

QVAERITVR quomodo dicitur, q baptismus Ioãnis erat in remissionem peccatorum: cùm per illum remittuntur peccata. Quidam dicunt, q erat vere in remissionem peccatorũ, quia baptismus Ioannis non erat minus pfectus, quam circuncisio, & tamen per circuncisionem tollebatur peccatum originale, & dabatur gratia: ergo idẽ fierer per baptismum Ioannis. Dicendum, quòd per baptismum Ioannis non remittebantur peccata, quia in illo non conferebatur gratia, ut probatum fuit supra in quadam quæstione de hoc, & tamen sine gratia non fit remissio peccatorum. Sciendum tñ, q baptismus Ioannis potest dici esse in remissionem peccatorum uno modo. s. per significationem, non quidem, q baptismus Ioannis remissionem peccatorum faceret, sed quòd illam per Christum, siue per baptismũ eius faciendam esse significaret. Et sic omnia sacramenta legis ueteris erant ad remissionem peccatorũ. s. significando. Dicit autem Beda, quòd duplex baptismus potest intelligi in uerbis Ioannis. Vnus quem Ioan. baptizando conferebat, & est baptismus pœnitentiæ. s. qa ibi erat quædam inchoatio pœnitentiæ, ut diximus præcedenti quæstione. Alius erat baptismus Christi, per quem peccata remittuntur, quem Ioan. dare non potterat, sed solùm prædicabat illum, cùm diceret: ego baptizo vos in aqua: ille autem baptizabit vos in spiritu. Et sic Mat. 1. quando dicitur fuit Ioan. prędicans baptismum pœnitẽtiæ in remissionem peccatorum, pñt distingui illa verba, quia cùm dr fuit Ioan. in deserto baptizans intelligitur de baptismo suo, quem ipse dabat. Cũ autem dr, & prędicans baptismum pniæ, si fiat ibi punctus intelligetur de baptismo suo, quia ille erat baptismus pniæ, vt dictum est. Cũ aũt sequitur, in remissionem peccatorum, debet resumi litera, vt dicatur prædicãs baptismum in remissionem peccatorũ, & intelligitur de baptismo Christi, quem Ioã. pdicabat. Aliter põt intelligi f̃m Hier. qđ baptismus Ioã. esset in remissionem peccatorum, nõ effectiuè, sed inchoatiuè, quia per baptismum gratia conferebatur, per q remittuntur peccata. Qđ autem consumatur per sponsum, inchoatur per paranimphum. Erat aũt Christus sponsus, & Ioã. paranimphus. s. amicus spõsi: sicut ipsemet Ioã. dixit Io. 3. Et sic remissio peccatorũ, q per Chr̃m consumanda erat, inchoaretur per Ioan. non tanq ipse aliquid de illa faceret, sed qđ disponeret hoĩes ad illã, vel per baptismum suũ illam significaret. Aliter põt intelligi ista remissio peccatorum. s. qđ non referatur ad baptismum, sed ad pniam: & tunc verum est: quia licèt baptismus Ioã. nõ conferret remissionẽ peccatorum, pnia tñ confert remissionem peccatorũ. Vñ quocũq; statu, & lege semper per pniam peccata remittunt̃. Et patet iste sensus ex ordine litere, quia dr, q fuit Ioã. pdicans baptismum pnię in remissionem peccatorũ. i. pdicabat baptismum pniæ, quæ pnia confert remissionẽ peccatorum. Et iste vr verior sensus literæ. Et tunc nullum est dubium. Hunc sensum sequitur sanctus Tho. 3. par. sum. q. 24. art. 3. in solutione tertij argumenti. Possunt tamen teneri alij sensus supra dicti.

Videns autem multos Pharisæorum, & Saducæorum venientes ad baptismum suũ, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à uentura ira?

Videns autem. Hic ostenditur idoneitas Ioan. ad ferendum testimonium de Christo ex veritate doctrinæ, q̃ consistit in hoc, q Ioan. non timebat vitia malorum confidenter arguere. Nam Pharisæos, & Saducæos, de quibus hic in litera dicitur arguebat, sed illi essent de præcipuis inter Iudæos. Et dicitur. *Videns autem multos Pharisæorũ & Saducæorum.* Istæ sunt duæ sectæ Iudæorũ, & vocãtur quidam pharisęi, & alij Saducei, de quibus infra dicetur in 63. q. *Venientes ad baptismum suum.* Ideſt veniebant, vt baptizaretur à Ioan. Et dicitur baptismus suus, ideſt, Ioan. quia non vocatur baptismus absolutè, nec baptismus Dei, sed baptismus Ioan. quia nihil ibi efficiebatur quod à puro homine fieri non posset. Et sic Christus vocauit istum baptismum Ioan. infra 21. s. Baptismus Ioan. de cęlo erat, an ex hoĩbus? Dicit hic Glos. ordi. q necesse fuit, q post doctrinam, quã Ioan. turbis tradiderat, Euangelista etiam illius doctrinæ faceret mentionem, quia instruxit eos, qui probatiores videbantur. s. Pharisæos, & Saducæos. *Dixit eis: Progenies viperarum.* Ad istos specialiter Ioan. locutus est, vocans eos progeniem viperarum. Sensus autem totius literæ est, quod isti pharisæi, & Saducæi erant iniqui, & in baptismo Ioan. fortè non habebant rectam intentionem, vt infra dicetur in expositione literæ, ideo dixit eis, q non solùm baptizarent, sed ẽt facerent fructum dignum pœnitẽtiæ. Vocauit autem eos progeniẽ viperarum pp iniquitatem, quã in corde tenebant, sicut vipera venenum intra corpus habet. Et ita vocauit istos Christus infra 23. s. serpentes genimina viperarũ: quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Alia causa potest

esse, & ualde conueniens literæ, scilicet, quia uoluit Io F
annes istos humiliare in eo, de quo ipsi superbi ebant.
Nam isti gloriabantur, quòd essent filij Abrahę, & per
hoc putabant se euitaturos omnem pœnam, etiam si
nulla bona facerent. Ioannes autem uoluit eos humi-
liare, ne superbirent de progenie, faciens eos de pessi-
ma, & noxia progenie, dicens: Genimina uiperarum,
vel progenies uiperarum. Quasi dicat. Nonne estis fi-
lij uiperarum, vel progenies uiperarum. Quod autem
sit ista intentio, patet quia Ioannes dixit eis, ne velitis
dicere, patrem habemus Abraham, ideſt, non glorie-
mini de hoc, quia magis estis filij viperarum, quàm fi-
lij Abrahæ, cùm conditionem uiperarum habeatis.
Chrysosto. enim super Matt dicit istos uocatos proge
niem uiperarum, eo quòd uipera cum aliquem homi G
nem momorderit, currit ad aquam, quam si non in-
uenit, moritur. Ideo istos dicebat progeniem uipera-
rum, quia peccata mortifera committẽtes currebant
ad baptismum, vt sicut uiperæ per aquam solùm peri-
cula mortis æuaderent. Viperarum etiam natura est,
rumpere uiscera matrum suarum, & sic nasci. Quo-
niam ergo Iudæi assiduè persequentes Prophetas cor
rumpunt synagogam suam: ideo progenies uiperarũ
nuncupantur. Item uiperæ foris speciosæ, & quasi pi-
ctæ sunt: intus autem ueneno repletæ. Ita, & isti in vul
tu pulchritudinem sanctitatis ostendebant: erant au-
tem hipocritæ, vt Christus dicebat infra 23. Ioannes
vocauit, istos progeniem uiperarum: Christus autem
vocauit eos serpentes siue uiperas, & genimina uipe-
rarum infra 23. Et utrunque uerum est. Nam isti sunt
serpentes, siue uipere inquantum in se ipsis uenenum
tenent. Vocantur progenies uiperarum, quia istud ue-
nenum à patribus acceperunt. Fuerunt enim patres
eorum mali, & ipsi secuti sunt eos in malitia ipsorum.
Sic Christus dixit infra 23. scilicet. Væ uobis Pharisæi
hypocritæ, qui ædificatis sepulturas Prophetarum, &
dicitis: si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non
essemus socij eorũ in sanguine Prophetarum. Itaque
testimonio estis uobismetipsis, quia filij estis eorum,
qui Prophetas occiderunt. Et uos implete mẽsuram
patrum uestrorum, ideſt, sequimini illos in malo. Di-
cit hoc prænunciando, & non imperando, scilicet, q̃
ipsi efficerentur successores in malitia patrũ suorum. I
Et propter hoc iustè vocarentur uiperæ, & filij uipera
rum. Vnde eod. cap. cùm Christus dixit, & uos imple-
te mensuram patrum uestrorum, subdidit, serpentes
genimina uiperarum, quomodo fugietis à iudicio ge
hennæ? *Quis demonstrauit vobis fugere à futura ira.* Quasi
dicat: cùm sitis de progenie uiperarum, & sic contra
conditionem uestram bonum faciatis: miror quomo
do facitis, sed hoc est, quia aliquis ostendit uobis.
Innuit Ioannes, q̃ isti Pharisæi, & Saducæi erant mali,
& tamen ueniebant ad baptismum. Et hoc erat opus
bonum: ideo miratur, quomodo ueniant. Et credit, q̃
non ueniant à se ipsis, sed quòd aliquis ostenderit eis
hoc. Iste autem est Deus, vt ait hic Remigius. Ipse
enim pulsat corda hominum, & erudit eos, vt rece-
dant à malo. Sic dicitur Iob 33. scilicet, Per somnium
in uisione nocturna, quando irruit sopor super homi-
nes, & dormiunt in lectulo, tũc aperit aures uirorum,
& erudiẽs eos instruit disciplina, vt auertat hominem
ab his, quę facit, & liberet eum de superbia eruens ani
mam eius à corruptione, & uita illius ait, nõ transeat
in gladium. Dicitur autem à futura ira, ideſt, à pœna
ęterna, quę futura est malis post uitam. Et uocatur ira,
quia homines irati solent inferre pœnas. Ideo pœna ob-
tinuit nomen iræ, ita vt Deus dicatur homini iratus
quando eum punit. In Deo tamen ira non est.

Quomodo verą sint verba sancti Ioannis dicentis Pharisæis, quis demonstrauit vobis fugere &c. & Christi dicentis, quomodo fugietis à iudicio gehennæ. Quæst. LX.

QVAERITVR, Quomodo Ioãnes dixit his, quis demonstrauit uobis fugere à uentura ira? in quo innuitur, q̃ illam euitabant, cùm Chri-stus uideatur dicere contrariũ istis dicens: serpentes genimina uiperarum quomodo fugietis à iudicio gehennæ. Quasi dicat, non poteritis effugere. infra 23. Dicendum, quòd secundùm diuersos actus vtrunque uerum est. Nam Pharisæi, & Saducæi hic ueniebant ad baptismum Ioannis, & uolebant pœni-tere de peccatis, & per hoc poterant euitare gehen-nam. Pharisæi autem quibus Christus infra 23. loqui-tur, erant in iniquitatibus patrum suorum, quia occi-derant Scribas, & Sapientes, scilicet, Christi discipu los. Et iste nõ erat modus ad euadendum gehennam, sed potius, vt nunquam euaderent: ideo dixit eis quo-modo fugietis à iudicio gehennæ, quasi dicat nõ pote-ritis effugere. Et patet iste sensus: qa immediatè dixit Christus. Ego mitto ad uos Prophetas & Sapientes, & ex illis occidetis, & crucifigetis, vt ueniat super uos omnis sanguis iustus.

Fãcite ergo fructum dignum pœnitentię. H
Et ne velitis dicere intra vos: Patrem habe-
mus Abraham.

Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Fructus est, q̃ prouenit de ipsa re, & est post rem. Et quia Saducæi, & Pharisæi habebant pœnitentiam nunc, quando ue-niebant ad baptismum, hortabatur Ioannes eos, vt fa-cerent fructum pœnitentiæ. Pœnitentia istorum erat dolor, vel detestatio peccatorum. Et istam habebat, quando baptizabantur quia confitebãtur peccata sua, ideſt, profitebantur se esse peccatores. Restabat ergo nunc, quòd ex ista pœnitentia proueniret fructus. Et istud est, quod qui peccata detestatur, nunquam ad il-la, nec ad alia redeat, etiam quòd pro peccatis aliqua opera satisfactoria faciat. Et non solùm dixit, quòd fa-cerent fructum pœnitentiæ, sed etiam dignum, scili-cet, vt quanta fuerũt peccata tanta sit satisfactio. Nam sicut per peccatũ homo uoluntati suæ concessit plus quam debuit; ita iustitia exigit, vt contra uoluntatem suam tantum faciat se puniendo Apocal. 18. scilicet, Quantum glorificauit se in delicijs suis: tantum date illi de tormento. Cùm autem se quis tantum punie-rit, pœnitentiam dignam faciet. Vt Gregorius dicit in quadam homilia, quòd non solum fructum pœniten-tiæ, sed etiam dignos fructus pœnitentiæ admonet et-se faciendos. Quisquis enim illicita nulla commisit, huic iure conceditur, vt licitis utatur. At si quis in cul-pam lapsus est, tanto à se licita debet abscindere, quan-to se nouerit illicita perpetrasse. *Et ne velitis dicere in-tra vos: patrem habemus Abraham.* Tollit per hoc Ioan- K
nes quandam responsionem, quam Pharisæi poterãt habere contra uerba Ioannis. Nam fortè putarent, q̃ etiam si multa peccata commisissent, non puniretur à Deo, etiam si de illis pœnitentiam non ageret. Et hoc quia erant filij Abrahę. Et sic dicerent, quòd non erat necesse, quòd facerent fructum pœnitentiæ, sicut Ioãnes dicebat, quia sufficiebat eis esse filios Abrahę. Dicit autem Ioannes, quòd istud nihil prodest. Quia etiam si sint filij Abrahæ peribunt, nisi pœnitentiam egerint: sicut dixit Christus Luc. 13. scilicet. Nisi pœ-nitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Istud moti-uum proueniebat Pharisæis ex sacra scriptura, quæ vi-detur

detur dicere, quòd propter merita Abrahæ, vel quia A
Deus dilexit eum, seruaret filios eius à malis, & non
destrueret eos licèt peccarent, vt patet Leuit. 16. cùm
Deus posuisset omnia mala, quæ facturus esset contra
Iudæos, quando peccarent, dixit in fine. Tunc orabũt
pro impietatibus suis, & recordabor fœderis mei, q̃d
pepigi cum Isaac, & Iacob, & Abraham. Bona quo-
que, quæ Deus faciebat Israelitis, faciebat propter A-
braham, & Isaac, & Iacob Deuteron. 7. scilicet. Non
quia gẽtes cunctas numero uincebatis iunctus est Do
minus uobis, sed quia dilexit uos, & custodiuit iuramẽ
tum, quod iurauit patribus uestris. Et ob hoc quando
Deus uolebat destruere Iudæos pro peccato uituli,
Moyses orauit, dicẽs: Recordare Domine Abraham, B
Isaac, & Iacob seruorum tuorum, & esto placabilis su-
per nequitia populi tui. Et sequitur, quòd placatus est
Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat. Et
sic putabant Pharisæi, quòd ab omnibus malis libera-
rentur propter Abraham. Sed dicetur quomodo Io-
annes dixit, q̃ non dicerent, patrem habemus Abra-
ham, cùm uerum est, q̃ propter eum liberarentur. Ip-
se autem dicit, quòd non liberabuntur per hoc à futu
ra ira nisi pœnitentiam egerint. Dicũt cõmuniter Do-
ctores multi, quòd isti erant filij Abrahæ secundùm
carnem, & tamen non uocantur filij Abrahæ in scri-
ptura nisi illi qui sequuntur ab Abraham. Sic innui-
tur ad Rom. 8. & 9. Et hoc verum est, & tamen Leuit.
26. ubi dicitur, quòd propter Abraham non destruet
eos, vel non pœnitus abijciet, non accipitur nisi de filijs C
Abrahę secundùm carnem, scilicet, de populo Iudęo
rum. Nam filijs Abrahæ spiritualiter secundùm imi-
tationem morum nulla mala inferenda sunt, cùm bo
ni sint, nec illi liberantur à malis propter Abraham.
Dicendum, q̃ Ioãnes loquitur de filijs Abrahę secun-
dum carnem, & non uetat Pharisæos uocari filios
Abrahæ, sed iubet, quòd confidant in uirtute animæ,
& non quòd sint filij Abrahæ, vt ait Chrysostomus su
per Matt. Concedendum etiam est, quòd filij Abrahę
secundum carnem à multis malis liberabãtur, & pro-
pter Abraham. Malum tamen duplex est, quoddam
temporale, & aliud æternum. De malo autem æterno
nullus Iudæus liberabatur propter Abraham, nec libe
ratur aliquis homo per illum quãtumcunque sanctus
sit. De malo autem temporali liberatur sæpe unus ho D
mo propter merita alterius. Et Leuit. 26. scriptura lo-
quitur de malo temporali, scilicet, de captiuitate po-
puli, & destructione eius. Et ab hoc interdum libera-
bantur propter Abraham. De malo autem æterno lo
quitur hic Ioãnes, quia dixit quis demonstrauit uobis
fugere à uentura ira. Et ista est pœna gehennæ, sicut
Christus dixit infra 23. scilicet. Genimina uiperarum
quomodo fugietis à iudicio gehennæ. Et uerum erat,
quòd ad hoc non proderat eis esse filios Abrahæ nisi
pœnitentiam agerent.

Quare Ioannes non dixit patres vestros Isaac, & Iacob, sed solum posuit Abraham. Quæst. LXI.

QVAERITVR, Quare solùm dixit Ioãnes, ne uelitis dicere, patrem habemus Abraham, quia non solùm propter merita Abrahæ, sed etiam Isaac, & Iacob liberabãtur Iudæi de malis, sicut Deus dixit Leuit. 26. & Moyses nomine illorum trium orauit. Exo. 32. Dicendum, quòd ue-rum est, q̃ Pharisæi confidebant de meritis omnium trium, & tamẽ solùm dixit Ioannes de Abra-ham, quia Pharisęi specialiter solebant loqui de Abra ham propter multa. Primò, quia loquendo de Abra-ham includebãt omnes tres, quia ipse erat caput alio-rum duorum. Ponendo autem unum de alijs duobus non includerẽtur tres, quia Abraham nõ posset intel-ligi per aliquem aliorum, cùm ipse esset caput, & pri-mus. Ideo ad nominandum unum, non fuit aliquis, qui deberet nominari nisi Abraham. Secundò, quia hic loquitur Ioannes de paternitate. Et licèt uerum sit, quòd Iudæi sint filij Iacob, & etiam Isaac, melius ta men dicuntur filij Abrahæ, quia ille est pater simplici-ter patrum. Et ob hoc nullus ita uocatur propriè Pa-triarcha sicut Abraham. Tertiò, quia Abraham fuit principium populi Iudæorum, & ipse est primus, quẽ reperimus uocari Hebręum. Gen. 14. Ipse enim est pri mus, qui separatus est de populis nationũ, vt in eo in-choaretur populus Dei. Nã ipsi dixit Deus, quòd exi-ret de terra sua. Gen. 12. Quartò, quia iste erat hono-rabilior cęteris: quia licèt Isaac, & Iacob viri sancti fue rint, totum bonum, quod Iudæi habebant, & spera-bant erat propter Abrahã. Ei enim promiserat Deus omnia, quæ postea compleuit. Nam sibi promisit, q̃ faceret eum in gentem magnam, & quòd non posset ąnumerari semen suum, sicut nec stellæ cœli, & puluis terræ. Gen. 12. & 15. Ei etiam promisit Messiam, sci-licet, quòd in semine suo benedicerentur omnes gen tes. Gen. 12. & intelligitur de Messia. ad Gala. 3. Sibi quoque promisit, quòd daret terram Chanaan, & de-signaret terminos eius. Gen. 13. & 15. Sibi etiam pro-misit, quòd filij sui pręualerent contra hostes, scilicet, posidebit semen tuum portas inimicorum suorum. Gen. 12. Alijs autem patribus Iudæorum Isaac, & Ia-cob, & posteris nihil Deus promisit de nouo, sed so-lùm confirmauit ea, quæ promiserat Abrahæ. Et ita cũ loqueretur Deus ad Isaac dixit: tibi, & semini tuo dabo uniuersas regiones has, complens iuramentum, quod spopondi Abraham patri tuo. Gen. 26. Et sic ni-hil isti promittebat de nouo. Et quod plus est, ea, quæ dicebat se daturum Isaac, & Iacob, dicebat, q̃ daret pp Abraham. eo. cap. Cùm Deus loquitur ad Isaac dicit. Multiplicabo semen tuum sicut stellas cęli, & benedi centur in semine tuo omnes Gentes terræ, eo q̃ obe-dierit Abrahã uoci meæ, & custodierit pręcepta mea. Quintò, quia etiam in sanctitate Abraham uidebatur esse maior quoque Isaac, & Iacob. Deus enim lauda-uit ipsum ualde, cùm ad præceptum eius non dubita-uit disponere se prompte ad occidendum filium suũ Isaac. Gene. 22. Sed an sanctior fuerit ipse Abraham q̃ Isaac, dubium est multorum: de quo. eo. ca. diximus. Potius ergo de Abraham dixit Ioannes, quã de Isaac, & Iacob. & tamen quantumcunque esset excellens Abraham, dixit Ioannes, non esse considerandum de meritis illius. Sic etiam stultè confidebant Iudæi in quibusdam aliis dicentes, quòd Deus non faceret eis malum, licèt peccarent, propter reuerentiam templi, quod habebant. Sic dixit contra eos Ieremias, scilicet. Nolite dicere templum Dei templum Dei, q.d. Non liberamini propter templum: sed propter iustitiam ve strum. Iere. 22.

Dico enim uobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abra-hæ. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. E

Dico enim uobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę. Quasi dicat. Non confidatis in meritis Abrahæ putantes, quòd aliquod magnum sit esse filium Abrahæ. & q̃ propter hoc Deus atten-dat ad vos: quia Deus potest de lapidibus suscitare fi-lios Abrahæ, ideſt, facere filios Abrahæ, & tamen lapi-des sunt aliquid contẽptibile. Ideo non credatis, quod propter hoc solum, quod estis filii Abrahæ, Deus tan-tum uos diligat, quod non puniat uos pro peccatis.

Et est

Universidad de Deusto Biblioteca

Et est modus iste loquendi, sicut dixit Deus Moysi, quando uolebat occidere omnes Iudæos in deserto, scilicet. Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos,& deleam eos:faciamque te in gentem magnam Exo.32. scilicet, ego potero facere aliam gentem magnam,cuius tu sis princeps,etiam si occidã istos : ideo ꝑmitte me occidere eos.Ita hic. Quasi dicat : si Deus diligit filios Abrahæ, non putetis quod propter hoc non puniat eos si peccauerint : quia etiam si occidebat illos, poterat facere de lapidibus alios plures, & meliores filios Abrahæ,in quibus gaudeat. Et sic occisio istorum nullam inopiam, uel modestiam Deo inducit q.d.Si Deus ualde delectaretur cũ filiis Abrahæ, & mortuis istis non posset alios facere, toleraret peccata eorum, ut non perderet illos, quos diligeret : sicut pater non occidit filium, licèt malus sit, quia gaudet in eo, Deus tamen potest facere ẽt de lapidibus filios Abrahę. Ideo non est uerisimile, quod non puniat eos peccantes propter hoc,quod illos diligit. An vero Deus possit de lapidibus facere filios Abrahæ,infra dicetur in 56.quęstione. Dicitur enim cõmuniter, quod isti lapides, quos Ioannes demonstrauit erant lapides 12. quos posuerunt Iudęi in Iordane, quando transierunt Iudæi per siccum,quos Deus ibi poni iussit Iosue 4. & mansuerunt ibi in memoriam miraculi : & tempore Ioannis erant, & apparebant cacumina eorum, & de illis Ioannes locutus est. Sic tenet Remigius. Istud est satis uerisimile, quia Ioannes baptizabat populum in Iordane, ut patet in litera : & forte erat circa locum illum, per quem Iudæi transierunt. Et quia isti lapides erant magni, apparebant existentibus extra fluuium, licèt lapides in alueo Iordanis essent,Iosue 4.Quod autem uiderentur lapides isti notabiliter manentibus extra fluuium,patet,quia Deus iussit illos poni in memoriam transitus Iudæorum. Si tamen non apparerent manentibus extra aquam, ad nihil proficerent. Ideo manifestè uidebantur.Et sic Ioannes loqueretur de illis specialiter,quia erãt aliqua res notabilis.Quod autem Ioannes de illis locutus fuerit non apparet ex sacra scriptura:doctores tamen quasi uerisimiliter colligunt,quod de illis dicatur propter duo. Primò quia Ioannes erat iuxta Iordanem,vbi erant isti lapides,maximè quia in flumine baptizabat. Secundò,quia præcipue propter demonstrationem, quia dixit de lapidibus istis,& illa demonstratio significat aliquid speciale.Ideo referunt ad illos lapides memoriales, qui erãt aliquomodo uenerandi, quia Deus illos ibi poni iusserat.Si autem Ioannes non intendisset aliquid speciale dixisset,potens est Deus de lapidibus suscitare filios Israel. *Iam enim securis ad radicem arboris posita est*. Hic ponit Ioannes aliquam rationem, quare pharisæi debebant facere fructum pænitentiæ, quia iam securis posita est ad radicem arboris. Et potest ista litera induci dupliciter.Vno modo quod fortè pharisæi dicerẽt, volumus facere fructum pænitentiæ,sed non oportet quod immediate conemur ad hoc, quia adhuc manet nobis tempus,Ioannes autem dicit non esse expectandum,quia iam tempus est.Nam iam securis posita est ad radicem arboris : ideo oportet mox fructum facere:alioquin arbor succidetur. Alio modo potest intelligi, quòd Ioannes continuet se ad sentẽtiam precedentem. Nam dixerat, quod debebant fructum facere, & non confiderent in meritis Abrahæ. nunc dicit quòd si fructus faciendus est,maximè iam in isto tempore fieri debet: quia nunc securis posita est ad radicem arboris.Et est Metaphora de homine ad arborem:quia sicut arbor infructuosa succiditur,ita homo non faciens fructum pænitentiæ mittetur in ignem. Dicit Nicolaus, quòd arbor accipitur hic ꝑ homine,

F quia homo est arbor conuersa. Scriptura tamen non accipit in sensu literali,sed in Metaphora, & comparauit hominem arbori propter ea, quæ supra dixit. Nam dixit quòd facerent fructum pænitẽtię, & quia fructus propriè ad arbores pertinet, continuata locutione comparauit hominem non facientem fructum pænitentiæ arbori infructuosæ.Securis est seueritas diuini iudicii,quæ in promptu est, quæ non solùm in futuro sæculo malos cõsumet:sed etiam in præsenti homines in peccatis obstinatos præ consuetudine, licèt aliàs illa grauissima non sint, Deus auferet de terra amaro exitu, relictis aliis, qui in pluribus peccauerunt. Quia tamen aliquando pęnitentiam agunt, Deus illos sustinet : & sic non est causa mortis grauissimę, uel

G repentinę inflictæ quibusdam hominibus a Deo multitudo, uel enormitas peccatorum, sed non pœnitere de illis, Sic patet Luc. 13. cùm quidam Christo nunciarent de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum, dixit Christus: Putatis, quòd hi Galilæi præ omnibus Galilęis fuerũt peccatores, quia talia passi sunt? nam dico uobis, nisi pœnitentiam habueritis omnes simul peribitis. Sic etiam dixit de alijs decem & octo uiris,quos turris cadens oppresit, scilicet. Putatis, quia hi debitores fuerunt præter omnes homines habitantes in Ierusalem. Nam dico uobis, nisi pęnitentiam egeritis &c. Chrysostomus super Matt.dicit,quòd securis est ira consummationis,quæ totum mundum præcisura est.Hieron.

H dicit,quòd securis est prædicatio Euangelij iuxta Iere. qui uerbum Domini comparat securi cędẽti petram. Gregorius autem in quadam homilia dicit, quòd securis est Redemptor noster, qui uelut ex manubrio & ferro,ex deitate constans & humanitate,tenetur ex humanitate, sed incidit ex deitate. Quæ securis ad radicem arboris posita est, quia etsi per patientiam expectat, videtur tamen quid factura sit,idest quòd uult præcidere arborem.

Quare dixit Ioannes, securis iam ad radicem arboris posita est, quia omni tempore hoc verum sit.

Quęst. LXII.

I QVAERITVR, Quare dicitur, iam securis ad radicem arboris posita est, quia omni tempore uerum est, quòd qui non facit fructum pœnitentiæ succiditur à Deo. Quare ergo Ioannes dixit potius istud nunc, quàm alijs temporibus, maximè quia Ioannes expresè significat, quòd etiam si alijs temporibus hoc non esset uerum, nunc verum erat,quia dicit,iam enim securis,scilicet,nunc. Dicendum, ꝙ uerum est,quòd omni tempore Deus homines impęnitentes punit, sed maximè tempore hoc,quo Ioannes prædicabat. Primò, quia nunc magis admonebantur homines facere pęnitentiã, quàm alijs temporibus: cùm Ioannes nihil aliud clamaret præcipuè,nisi,pęnitentiam agite. supra in litera. Chri-

K stus etiam post Ioannem istud prædicare incepit,scilicet,pœnitentiam agite.sequenti.ca. Istud etiam Christus mandauit discipulis suis prædicare. Ideo cùm homines istius temporis magis de hoc essent instructi, quàm homines aliorum temporum, magis punirentur,si negligerent;quia seruus sciens uoluntatem Domini,& non faciens,plagis vapulabit multis: qui autem nescit uoluntatem Dñi,& ideo non facit, plagis uapulabit paucis,Luc,12.Et ob hoc se excusauerũt illi,quos paterfamilias hora vndecima Christus otiosos inueniẽs,increpauit dicẽs: Quid hic statis tota die otiosi? Et illi dixerũt:Quia nemo nos cõduxit. infra 20. Isti sunt Gẽtiles, quibus prophetæ non ꝑdicauerũt ideo excusabiliores sunt de peccatis suis, Et sicut Gentiles non audientes prophetas excusabiliores sunt,quàm Iudęi, qui illos audierunt : ita Iudæi,qui antiquitus fuerunt, essent excusabiliores, quã isti,qui erant tempore Christi,& Ioannis: quibus quotidie prædicabatur, & miracula fiebant. Sic Christus innuit,infra 11. cùm cœpit exprobare ciuitatibus, in quibus factæ sunt multæ uirtutes ab eo, quia non egissent pœnitentiam, scilicet. Væ tibi Corozaim : væ tibi Bethsaida,quia si in Tyro, & Sidone factæ essent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis: olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent. Veruntamen dico uobis : Tyro, & Sidoni remissius erit in die iudicij,quàm uobis. Sic etiam comparat ibi Capharnaum ad terram Sodomorum, & dicit quòd remissius erit in die iudicij Genti Sodomorum,quàm genti Ciuitatis Capharnaum. Secundò erat hoc propter conditionem temporis instantis. Nam tempore Ioannis incepturus erat status noui testamẽti,qui erat status perfectionis, in quo necesse erat magis fructificare.Nam quando arbor noua est paruula,nemo conqueritur quòd fructum non proferat. Cum uerò magna est, & diligenter colitur : iustè querimur si nihil proferat.Sic etiam cùm homo est infans,vel puer, nemo ab eo petit opera perfecta : cùm uir effectus fuerit,si uirilia non agat,omnes eum arguunt. Istas duas comparationes habebat status ueteris testamenti ad nouum testamentum. Nam homines in ueteri testamento erant sicut paruuli sub Pedagogo: in nouo autem testamento sunt sicut uiri liberati à Pedagogo, ad Gala.3.scilicet.Lex Pedagogus noster fuit in Christo,idest. Sicut Pedagogus respectu puerorum. Et sequitur: At ubi uenit fides, iam non sumus sub Pedagogo. Et fides uocatur status noui testamenti,ideo in nouo testamẽto exigitur à nobis,quòd faciamus opera perfectiora,quàm in ueteri. Alioquin nunc potius, quàm tunc securis ad radicem arboris posita est,idest, magis puniemur nunc, quàm tunc. Hoc etiam Christus innuit infra 5. scilicet. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Pharisæorum, & Scribarum,non intrabitis in regnum cęlorum. Iustitia autem Pharisæorum,& Scribarum sunt ipsa opera ueteris testamenti. Iustitia autem, quam Christus dixit abundaturã sunt opera noui testamenti. Et sic declarauit ibi in multis inducendo, quòd præcepta sua erant perfectiora, & strictiora,quàm illa ueteris testamenti. Aliam similitudinem de arbore ponit Christus Luc.13. de eo,qui habuit arborem fici in uinea sua, & ueniens quærere fructum non inuęnit: dixitque ad cultorem uineæ: ecce anni tres sunt, ex quo uenio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergo illam, vt quid enim terram occupat. Et cultor dixit : Domine dimitte illam hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora : si quidem fecerit fructum, sin autem in futurum succides eam. Istam autem parabolam dixit Christus contra illos,qui expectati à Deo non faciebant pęnitentiam. Nam eo.cap.dixerat:Nisi pęnitentiam egeritis,omnes simul peribitis.Et distinguit ibi tempora. Quia licèt ficulnea non protulisset fructum in tribus annis, & Dominus contra eam irasceretur non succidit eam,sed diffiniuit, quòd si anno illo, quo cultor eam diligenter coleret, & mitteret stercora circa illam, non faceret fructum, succideret eam, Illud est tempus noui testamenti,in quo diligenter arbores iam coluntur per prædicationem, & adiutorium diuinæ gratiæ. Si ergo non faciunt nunc fructum non permittentur occupare terram. Rectè ergo Ioannes dixit, quòd nunc potius, quàm alio tempore securis ad radicem arboris posita est.

Omnis ergo arbor,quę non facit fructum bonum,excidetur,& in ignem mittetur.

A *Omnis ergo arbor,quæ non facit fructum bonum.* Non solùm petitur ab arbore, ꝙ fructum faciat, sed etiam,ꝙ sit bonus. Quia sicut infructuosa arbor succiditur: ita & proferens malum fructum. Maximè,quia in comparatione arboris ad hominem melius ponitur arbor faciens bonum fructum, & malum quàm arbor fructuosa,& infructuosa.Nam operatio hominis eius fructus est siue bona, siue mala sit. Et quia homines sine operibus non sunt, potius dicuntur mala arbor faciẽs fructum malum, quàm arbor non faciens fructum. Dicit autem Rabanus esse quatuor species arborum. Vna est totaliter arida : cui assimilantur Pagani: altera viridis,sed sine fructu:cui assimilantᷓ Hypocritę.Tertia uiridis,& fructuosa,sed uenenosa:cui assimilantᷓ Here

B tici.Quarta uiridis,& fructũ bonũ gignẽs,cui assimilãtur viri Catholici.Et dixit:Omnis arbor,vt auferatᷓ exceptio operarum,scilicet,quia quicumque fuerit,etiã si sit filius Abrahæ, si non facit fructum bonum mittetur in ignem.Et hoc dixit contra pharisæos,qui putabant sufficere sibi esse filios Abrahæ.Sic dicit Chrysostomus in homilia,scilicet cùm dicit, omnis, excludit primatum,qui est a nobilitate. Quasi dicat, Et si nepos Abrahæ fueris, sustinebis pœnam sine fructu manens. *Excidetur,& in ignem mittetur.* Arbor enim vel aliqua alia res nunquam debet esse inutilis, vel superuacua,quia superfluum repugnat omni ordini:ut sup. dictum est.Arbor autem potest proficere in duobus, scilicet,vel inquantum arbor, & hoc ad gignendum

C fructum:uel inquantum lignum,& hoc ut ardeat.Cũ igitur cessat fructum bonum facere, quòd ad arborẽ pertinet:non restat nisi,ut succidatur, & tanquam lignum proficiat ad ignem. Et satis proxima est metaphora ueritati:quia sicut arbor mala succiditur, & in ignem mittitur:ita homines iniqui non facientes fructum pænitentiæ tolluntur de terra a Deo,& mittuntur in ignem æternum: per quem Deus figurauit omnes pænas inferni. Aliter introducunt quidam istam literam totam, scilicet,quòd Ioannes loquutus est specialiter contra Pharisæos,& Saducæos : quia ipsi malè iudicabant de baptismo Ioannis attribuentes ei plusquam oportebat, scilicet, putantes, quòd sufficiebat eis baptizari a Ioanne.Et licèt multa peccata fecissent,

D non erat necesse de illis pęnitentiam facere. Et Ioãnes increpat eos,quòd non ponant spem in sola aqua: sed quòd faciant fructum pænitentię:quia aliàs tanquàm mala arbor succidentur,& mittentur in ignem.Istum sensum sequitur Chrysostomus super Matth.scilicet. Ioannes uenientium ad se pharisæorum prauas cogitationes intellexit.forsitam enim apud se cogitauerunt: imus, & confitemur peccata nostra nullum laborem nobis imponit:baptizamur,& consequimur indulgentiam peccatorum.Insipiens nunquid facta digestione impuritatis non est necessaria suppositio medicinæ? Sic multa diligentia necessaria est homini post confessionem,& baptismum, ut uulnus peccatorum perfectè sanetur,Et ob hoc uocauit eos uiperas:quia iniquã

E cogitationem intra se tenebant sicut uipera intra se uenenum tenet, Et in isto sensu quasi Chrysostomus exponit partem sequentem, scilicet, quis demonstrauit uobis fugere a uentura ira? Quasi dicat,Isaias. Si enim Isaias uos docuisset : non spem in aquam tantum poneretis:sed etiam in operibus bonis.Ille enim dicit: Lauamini,& mundi estote,auferte nequitiam ab animabus uestris,discite benefacere.Nunquid Dauid vos docuit,lauabis me,& super niuem dealbabor. Absit enim.Ille enim sic postea dicit: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Si ergo essetis discipuli Dauid cũ gemitu ad baptismum ueniretis. Et secundùm hoc continuatur litera sequens,scilicet,quòd debeant facere fructum pænitentię,scilicet non ponentes spem in

sola

Universidad de Deusto
Biblioteca

sola aqua: quia aliàs, ut arbor infructuosa succidetur. F
Iste sensus conueniens est: & tamen conuenientior est ille, quem supra assignauimus: quia secundùm istũ non potest applicari ad quid Ioānes diceret pharisęis, ne uelitis dicere patrem habemus Abraham. Videtur ergo, quòd error pharisæorum erat confidentia magna de meritis Abrahæ, quia filii eius erant: ita ut non esset eis necessarium facere pœnitentiam. Et tamen errabant, putantes quòd per baptismum Ioannis totaliter mundarentur, ita ut non esset eis necessarium facere pœnitentiam, cùm potius plurimi pharisæorum, & peritorum contempserint baptismũ Ioānis nolentes illum tenere. Luc. 7.

Qui erant Saducæi, & Pharisæi. Quæst. LXIII. G

QVAERITVR circa istos Saduceos, & Pharisęos, qui erant. Dicendum quòd secundùm Iosephum. 18. Antiquitatum apud Iudæos fuerunt quatuor genera philosophiæ, idest, quatuor opiniones, uel sectæ, scilicet Pharisæorum, Saducęorum, Hesęnorum, & Iudæ Galilęi. Duas illarum tanquàm communiores nominat hic Ioannes increpans eos, qui illas tenebant. De Hesęnis, & de sequentibus sectam Iudę Galilæi nihil in euangeliis dicitur, cùm sæpissimè tamen de Pharisæis, & Saducæis dicatur. Ratio est, quia de istis ponitur inquantum aduersabantur Christo, & ipse de multis eos arguebat præcipuè pharisæos: de secta Hesęnorũ nihil dicitur, quia H
erant uiri boni, & forte nunquàm contigit eos aduersari Christo, uel concurrere cum eo ad aliquid. De secta Iudæ Galilæi nunc fit mentio per Euangelistam: quia minor erat cęteris, ut infra dicetur. Istarum duarum, scilicet, pharisęorum, & Saducæorum scriptura ponit differentiam: & erat præcipuè in credendo: quia Pharisæi confitentur esse animas immortales, & resurrectionem futuram, & angelos spiritus: Saducæi autẽ negant resurrectionem, quia dicunt animas esse mortales: & dicunt non esse angelos, nec aliquos spiritus: sed sola entia corporalia, ut patet Act. 23. Et propter hoc erant magnæ controuersiæ & contentiones sæpe inter eos. Et per istum modum Paulus, cùm ab omnibus Iudęis vnaniniter accusaretur, ut faceret discordiam inter eos dixit. Viri fratres ego pharisæus sum, & I
filius pharisæorum. De spe & resurrectione mortuorum ego iudicor. Et cũ hęc dixisset: facta est dissensio inter Pharisæos, & Saducæos, & soluta est multitudo, & exurgentes quidam pharisæorum pugnabant dicẽtes. Nihil mali inuenimus in homine isto. Quid si spiritus locutus est ei, aut angelus? Act. 23. Et nisi hæc dixisset Paulus, tam Pharisæi, quàm Saducæi persequebantur eum ad mortem. Isti Saducæi contra Christũ semel arguerunt, quia ipse asserebat resurrectionem mortuorum, quam negabant Saducęi: & arguerant per deductionem ad inconueniens, scilicet, de muliere, quæ habita fuit hic a septem uiris, in resurrectione
cuius eorum esset: & Christus redarguit eos tanquã K
nihil intelligentes. infra 22. Tres Sectæ istorum eodẽ tempore ortæ sunt, scilicet Hesęnorum, Pharisæorũ, & Saduceorum, & fuit dum Ionatas Machabæus regeret populum Iudęorum, vt ait Iosephus 13. Antiquitatum. Cæpit autem Ionatas gubernare populum Iudæorum annis quasi centũ sexaginta tribus. ante Christi natiuitatem, & gubernauit per viginti annos, ut declaratum est præcẽdenti. cap.

Quarta autem Secta, scilicet Iudæ Galilæi orta est Christo uiuente, quasi circa annum quintumdecimũ eius, uel paulo plus, quia tunc Iudas Galilæus occisus est, qui fuit auctor huius Sectæ: ut ait Iosephus. 18. Antiquita. De pharisæis dicit Iosephus. 13. Antiquitatum.

quòd fato dicunt quædam gubernari, & alia non. Et de his dicit. 18. Antiquitatum, quòd pharisæi quotidiam conuersationem exiguam habent, & prosus abiectam: nihil mollitudini indulgentes, sed quęcunque rationis iudicio comparata sunt, illa sequuntur. Præpositis nullo modo reluctant: maiores natu competenti honore uenerantur: ita ut nec contrariũ quicquam alicui eorum aliquando respondeant: fato gerit omnia credunt. Sed neque liberum arbitrium hominibus auferunt: iudicium Dei futurum esse sentiunt: illic cunctos homines propria merita recepturos. tam eos qui secundùm uirtutem uixerint, qua eos, qui p nequitiam deprauati sunt. Animas autem immortales esse dicunt, & etiam in inferno congrua unicuiq; habitacula pro merito uirtutis, uel iniquitatis attribui. Et alias quidem animas æternis trudi carceribus, alias autem facultatem reuiuiscendi percipere. Et ob hoc pharisæi populis acceptabiles, & credibiles sunt: Quãtum uero ad cultum diuinitatis pertinet, orationum celebrationes, & templorum constructiones facientes prædicant: tantum autem uirtutibus eorum rędas prædicant: tantum autem uirtutibus eorum rędas prædicant: tantum autem uirtutibus eorum rędas

Universidad de Navarra
Biblioteca

probantur,& si dignus apparuerit: tunc demũ in con F
sortium accipitur: Ante hoc verò magnis execratio-
nibus se adiurat. Primum quidem culturum Deum:
deinceps quoque erga homines seruare iustitiam: nec
sponte nocere cuiquam, nec ex præcepto, iniquos e-
tiã omnes odire, & honorare semper iustitiæ sectato-
bus, fidem omnibus seruare, maximè verò principi-
bus: nec absque voluntate Dei cuiquam posse poten-
tiam principatus accedere. Si uerò ipse cæteris præsit
nunquam se abusurum viribus potestatis ad contu-
meliam subditorum, sed nec uelle aut ambitioso ali-
quo ornatu reliquis enumerare, veritatem semper
diligere, & habere propositum conuincere men-
tientes: manus verò à furto, & animam ab iniustis
rebus seruare: nec aliquid de secretis celare socios, nec G
exteris eorum de suis quicquam publicare etiam si
annunciata morte ad hoc compellatur. Nihil etiam
de dogmatibus præter id, quod habent tradere: fuge-
re latrocinia: & conseruare doctrinæ suæ lib. Depræ-
hensos autem in peccatis a sua congregatione expel-
lunt,& qui fuerit taliter cõdemnatus: miserabili mor-
te plerumque consumitur. Nec capere ab aliis oblatũ
cibum potest, pecudum more herbas decerpens. Pro-
pter quod plurimos plerumque miserati extremum
agentes spiritum receperunt sufficientem pro pecca-
tis eorum usque ad mortem adduxerint, peccati pæ-
nam fuisse censentes. In iudiciis diligentissimi, & iustis-
simi sunt. Disceptant autem non minus quàm centũ
in unum congregati: quod autem ab his decretum H
fuerit immobile manet. Veneratio quoque apud eos
post Deum magna legiferi est: vt si quis blasphema-
uerit eum morte dannetur. Cumque simul decem
sederint: nullus eorum nouem inuitis loquitur, & ex-
puere quoque in medio eorum, vel in dexteram par-
tem sui quisq; deuitat, Sabbathum supra alios Iudæos
custodiunt. Nam non solùm cibos sibi pridie præpa-
rant, nec illo die ignem accendũt: sed nec uas aliquod
transponere præsumunt: immo nec aluum purgant.
Aliis autem diebus fodientes foueam vno pede altam
cùm dolabro quod sibi ab initio traditur dimissa ue-
ste se diligentissime contegentes, scilicet ne splendori
diuino iniuriam faciant in eandem foueam ab onere
ventris leuantur, & deinceps quam effoderant terram I
reducunt. Et ipsum faciunt in locis secretissimis. Vi-
uunt autem longissimè: ita ut plurimi eorum usque
ad centenariam peruenient ętatem propter simplici-
tatem uictus. Ad aduersorum cruciatus tolerandos
fortes sunt animi firmitate: mortem uerò cum deco-
re sumendam meliorem immortalitate iudicant. Pro
didit autem eorum in omnibus negociis animos bel-
lum, quod gestum est cum Romanis. Tunc quidem
per arcuum confractiones, & ignes, & per tormenta
omnia transeuntes ne in legislatoris injuriam aliquid
loquerentur, ne ciborum, quos non solent edere ali-
quid tangerent. Ad neutrum horum potuerunt com-
pelli: sed nec deprecari tortores suos: immo in mediis
cruciatibus subridentes, & tortoribus suis illudẽtes cõ K
stãtes animos, cũ quadã alacritate reddebãt, quasi eos
essent itẽrũ recepturi. Opinio quippe apud illos cõsi-
stit firmata corruptibilia esse corpa, materiãq; eorũ nõ
esse perpetua: animas verò immortales semper mane
re, & de æthere subtilissimo commeantes quasi car-
ceribus ita corporibus implicari velut quas illecebra
naturalis atttaxerit. Cum verò fuerint carnalibus vin-
culis releuatæ qnasi de seruitute longissima liberatas,
ita eas illico lætari sublimique ferri. Et quidem de bo
nis conuenienter in hoc Græcorum sententijs pronũ
ciãt. vltra oceanum degere, vbi eis reposita sit perfrui-
tio. Illic quippe esse regionem, quæ nec imbribus, nec
niuibus, nec æstibus aggrauetur, sed quam oceano o-

riens Zephirus, & leuiter aspirans amęnet, malis autẽ
animalibus procellosa loca, & hyberna delegant ple-
na gemitibus exercẽdarum sine fine pœnarum. Hęc
sunt quæ Hesęni de diuinitate animæ philosophãtur,
Sunt autem in eis, qui etiam futura nosse promittant,
sacris videlicet libris varijs sanctificationibus Prophe-
tarum dictis à primis ætatibus vdhærentes. Raro autẽ
accidit, vt in eis, quæ prænunciauerint fallãtur. Est autẽ
Hesenorum alterum collegium cibos quidem, & mo
res, & leges cum prioribus similes habens: distat vero
opinione coniugij. Maxima siquidem vitæ hominũ
partem succesionem. s. amputare eos, qui abstineant
à nuptijs arbitrantur: quippe si in eandem sententiam
omnes velint ire defuturum confestim omne genus
humanum. Isti tamen cum tanta moderatione matri
monia accipiunt, vt per triennium explorent valitudi-
nem fœminarum, & si per naturalem purgationẽ cõ-
stantem apparuerit idoneæ partui eas in matrimonii
accipiunt. Nemo tamen eorum cũ pregnante cohit,
vt ostendatur, quòd non propter voluptates, sed libe-
rorum causa nuptias contrahant.

De quarta philosophia Iudæorũ dicit Iosephus 18.
antiqui. Quod huius princeps fuit Iudas Galilæus. Hu
ius sequaces in vestitu, & habitu à cęteris Phariseis nõ
differunt, circa libertatem tamen immutabilẽ tenent
sententiam. Nam huius rei cupido magna eorũ men-
tibus est infixa, solum enim Deum Dominũ & princi-
pem dicunt, mortis autem varias speties sustinere
pro nihilo habent, & amicorum amissiones omnino
contemnunt: dummodo Dominum nullum homi-
nem dicere compellantur. Hæc de sectis Iudæorum
dicta sunt.

An omnes Iudæi baptizati fuerint baptismo Ioannis.
Quæst. LXIIII.

QVAERITVR, an omnes Iudæi baptizati
fuerit baptismo Ioan. Aliquis dicet q̃ sic: quia
supra in litera dicitur, q̃ exibat ad Ioan. Hie-
rosolyma & omnis Iudea, & omnis regio
circa Iordanem, & baptizabantur ab eo, & sic videtur
quòd omnes baptizarentur. Quidam dicũt, quòd om-
nes Iudæi baptizabantur, & tamen sacerdotes, & legis
periti, & Pharisęi noluerunt recipere baptismum Ioã
vt innuitur infra 22. cùm Christus quæsiuit ab eis, ba-
ptismus Ioan. vnde esset de cœlo, an ex hominibus: &
illi non ausi sunt dicere de cœlo, ne diceret eis: quã-
re ergo non suscepistis illum? Sed obijcietur, quia hic
dicitur, quòd Ioannes dixit, vidit multos Phariseorũ,
& Saducæorum venientes ad baptismum suum. Dico
dum quòd cum Ioannes fuit tantæ auctoritatis apud
Iudæos quasi totus populus Iudęorum recepit bapti-
smum eius: quia credebant eum esse à Deo sicut ve-
rè erat. Sacerdotes tamen, & Pharisæi, & legis periti
pro maiori parte baptismum Ioannis recipere nolue-
runt. Quia tamen isti in comparatione populi Iudæo-
rum, quãsi nihil erant dicuntur omnes Iudæi, vel quia
si totus populus Iudæorum suscepisse baptismum Io-
annis. Primum patet, quia hic & Mar. 1. designatur eo
modo loquendi quòd omnes Iudæi baptizarentur, &
maximè ibi, cũ dicitur egrediebatur ad illum omnis
Iudęæ regio & Hierosolymitæ vniuersi, & baptizaba-
tur: & Luc. 3. dicitur factum est cum baptizarentur om-
nis populus, & Iesu baptizato apertum est cœlum. &
sic totus populus Iudęorum baptizabatur. Secundum
patet, quia Pharisæi, & legis periti, & Sacerdotes bapti-
zari noluerunt, Luc. 7. s. Et omnis populus audiens, &
publicani iustificauerunt Deum baptizati baptismo
Ioannis. Pharisæi autem, & legis periti consilium Dei
spreuerunt in semetipsis nõ baptizati ab eo. Et ob hoc

Christus

Christus arguebat eos petens an baptismus Ioannis es A
set a Deo, vt inferret, cur ergo non receperant, infra
& Mar. 11. Causa huius fuit, quia populus qui simplex
erat, credidit Ioanni, & baptizabantur ab eo, sacerdo-
tes autem, & legis periti confidentes de sua dignitate,
& de peritia legis noluerunt se subijcere Ioanni. Pha-
risei autem confidentes de sanctitate simulata quam
foris ostendebant, noluerunt Ioãni credere: ne in hoc
minores viderentur: ideo ad baptismum eius non ve-
nerunt. Sic autem fuit quantum ad Christum. Nam
plurimi de populo libenter eum audiebant, & seque-
bantur. Pharisæi tamen & Sacerdotes persequebãtur
eum. Ioann. 7. s. nunquid aliquis ex principibus credit B
in eum, aut ex Pharisæis: sed turba hæc, quæ nõ nouit
legem maledicti sunt. Cum autem dicitur, quòd Pha-
risei baptizabantur à Ioanne. ut patet hic. dicendum
quod isti Pharisæi erant pauci, respectu omnium Pha-
risæorum, ideo Luc. 7. absolutè dicitur q̃ Pharisæi, &
legis periti non fuerunt baptizati à Ioanne, quia pau-
cum & nihil secundùm legem, & consuetudinem lo-
ci equiparantur. Sed obijcietur, quia dicitur hic, videȝ
Ioannes multos Pharisæorum venientes ad baptismũ
suum. Dicendum q̃ vocantur multi, quia erant ali-
quot, non tamen erant multi respectu omnium Pha-
risæorum. Ideo Lucas, accepit eos tanquam nulli fuis-
sent, aliqui tamen erant. Et sic fuit quantum ad Chri
stum, quia Pharisei & Sacerdotes dicerentur absolutè
eum persequi, tamen aliqui de Sacerdotibus, & etiam
Principibus ipsorum credebant in eum, sicut patet de C
Nicodemo, qui uenit ad eum nocte, qui erat Sacer-
dos. & credebat in Christum. Ioan. 3. & 7. Sic etiam Io
seph ab Arimatia, qui erat nobilis decurio credebat in
Christum, & erat discipulus eius. 27. Alij etiam multi,
sed non audebant publicè confiteri, ne eijcerentur de
synagoga, quia decretum fuerat datum, vt quicũque
diceret Iesum esse Messiam, de Synagoga eijceretur,
Ioan. 9. Et ob hoc etiam principes timebant. Ioan. 12.
scilicet. Verumtamen ex principibus multi credide-
runt in eum, sed propter Pharisæos non confitebã-
tur vt de Synagoga non eijcerentur. Ita igitur de Pha-
risæis pauci baptizabantur à Ioanne, & ob hoc ipse ha
bebat eos tanquam damnatos uiros, quia ex iniquita-
te negligebant consilium Dei in se, nolentes baptiza- D
ri Luc. 7. Ideo uenientibus ad se illis paucis Pharisæis
dicebat. Progenies uiperarum quis demonstrauit uo-
bis fugere à uentura ira? Quasi dicat: Pharisæi mali
estis sicut progenies uiperarum, & uenturam iram nõ
evadent. Vobis ergo, qui de illis estis, quis ostendit fu
gere à uentura ira ueniendo ad baptismum? Quasi di-
cat: Mirandum est. Et iste etiam est sensus conueniẽs
huius auctoritatis, vltra eos, quos supra posuimus.

Ego quidem baptizo vos in aqua in pœ-
nitentiam, qui autem post me venturus est,
fortior me est, cuius non sum dignus calcia
menta portare. Ipse vos baptizabit in Spiri-
tu Sancto, & igni. Cuius ventilabrum in ma E
nu sua, & permundabit aream suam, & con-
gregabit triticum in horreum suum, paleas
autem comburet igni inextinguibili.

Ego quidem baptizo. ostensa Ioannis idoneitate ad te-
stificandum. Hic consequenter ponitur ipsius testi-
monium. Et diuiditur in duo, quia primo ponitur te-
stimonium eius de Christo in illius abundantia: secun
do in eius pœnitentia. ibi. *Tunc venit Iesus.* Circa pri-
mum dicitur. *Ego quidem baptizo vos in aqua.* Intentio
Ioannis est ostendere Iesum esse valde excellentio-

rem, quã ipse, & hoc facit ad tollendam opinionem
de se ipso, & ut populus toto corde sequeretur Iesum
tanquam Messiam. Hoc autem erat, quia populus vi-
dens tantam Ioannis sanctitatem, & putans, q̃ nemo
posset eo sanctior esse, credebat Ioannem esse Mes-
siam, & non curaret de Iesu. Ad hoc ergo quòd po-
pulus sequeretur Iesum tanquam Messiam viuente
Ioanne, qui tantæ sanctitatis erat, oportebat q̃ osten-
deret Iesum esse maioris sanctitatis, & potestatis quã
Ioannes esset. Et hoc facit Ioannes laudando illum, &
assignando magnam differentiam potestatis inter se,
& illum. Et ad hoc inducitur tota litera usque ad illũ
locum. Tunc uenit Iesus. Quod ista sit intentio Ioan
nis patet Luc. 3. cùm dicitur. Existimante autem po-
pulo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Io-
anne, ne forte ipse esset Christus: respondens Ioannes
dixit omnibus: Ego quidem in aqua baptizo vos, ve-
niet autem fortior post me. Quasi dicat. Non putetis,
quòd ego sim Messias, quia ille fortior me est. Et per
ista verba solùm respondebat ad opinionem, quã po-
pulus tenebat de eo, scilicet, vt nõ crederent eum esse
Messiã, & sic dixit, ego baptizo vos in aqua. Quasi di-
cat. Ego non possum baptizare nisi in aqua, idest, ego
baptizando vos nihil facio nisi, quod aqua facit, scili-
cet, lauare corpora nostra exterius. Interius verò ani-
mam mundare non possum. Sic ait Gregorius, scili-
cet, Ioannes non spiritu, sed aqua baptizat, quia si pec-
cata soluere nõ ualebat, corpora quidem per aquam
lauat sed tamen animas per veniam non lauat. Ioan-
nes ostendit hic duo. Primò ostendit virtutem bapti-
smi sui, ne aliquis in eo fallatur credens se per illum
remissionem suscipere peccatorum: Ioannes autem
dicit, quòd nemo hoc credat, quia ipse solùm in aqua
baptizat, & peccatorum remissionem non dat. Secun
dò ostendit differentiã potestatis inter se, & Messiam.
Et istud præcipuè intendit, scilicet, q̃ Messias maior
est ipso, quia ipse solùm baptizat in aqua: Messias au-
tem baptizat in Spititu: dicitur igitur, ego baptizo vos
in aqua, ipse autem vos baptizabit in Spiritu Sancto.
Quasi dicat: non credatis, quia ego sim Messias, quia
si essem Messias non baptizarem in aqua, scilicet, so-
lùm lauans corpora, sicut aqua facit, sed baptizarem
in spiritu mundando animam interius. Et tamen quia
non sum Messias, solùm in aqua baptizo, *in pœniten-
tiam.* Potest uno modo intelligi, quòd etiam per hoc
significetur differentia baptismi Ioannis, & Christi, sci
licet. Baptismus meus minor est baptismo Messiæ,
quia ille baptizat in remissionem peccatorum, per ba-
ptismum scilicet peccata remittens: ego autem non,
sed solùm baptizo in pœnitentiam, ideſt, baptismus
meus est quoddam exordium ad pœnitentiam, & non
confert ipsam remissionem peccatorum. Et est valde
conueniens sensus. Alio modo potest intelligi sicut su-
pra exponebatur sæpe, scilicet, quòd sit baptismus Io-
annis in pœnitentiam, ideſt, quia omnes qui baptiza-
bantur, oportebat confiteri pœnitentiam de præteritis
se acturos, quia aliàs Ioannes non baptizaret eos. Et in
signum huius confitebantur peccata sua, cùm bapti-
zarentur, vt patet supra in litera. *Qui autem post me ven-
turus est,* scilicet, Messias. Quasi dicat: ego non sum
Messias, sed alius post me. Apud Iudæos enim tempo
re Ioannis, & etiam ante eum nemo expectabatur ab
omnibus nisi Messias, qa iste erat, qui saluaturus erat
populum. Ierem. 23. scilicet. In diebus illis saluabitur
Iuda, & Israel habitabit confidenter. Et loquitur de
Messia expresè, vt omnes volunt, etiã ipsi Iudæi. Ideo
iste intelligebatur nomine uenturi, vel mittendi. Sic
enim Ioãnes istud significauit, cùm mittẽs discipulos
suos ad Iesum quæsiuit. Tu es, qui uenturus es an aliũ
expectamus? infra 11. ideſt, Nunquid tu es Messias an

expecta-

Universidad de Deusto Biblioteca

expectamus alium, qui sit Messias post te. Et ob hoc quando Ioannes baptizabat, dicebat, in nomine uenturi, siue in eum, qui uenturus est, idest, in nomine Messiæ, Act. 19. Vocatur etiam Messias per excellentiam mittendus. Gen. 49. scilicet. Non auferetur sceptrum de Iuda, donec ueniat, qui mittendus est, idest, Messias. Et sic dixit Ioannes, quòd post eum uenturus erat, scilicet, Mesias. Venit enim Christus post Ioannem, quia Ioannes fuit finis ueteris testamenti, Iesus autem principium noui. *fortior me est*, idest, non puteris me esse Mesiam propter sanctitatem, quam de me arbitramini, quia ille, qui post me uenturus est, idest, Mesias fortior me est, idest, sanctior. Et potest intelligi uno modo, ꝙ notanter dicatur fortior, & non sanctior nec melior, quia Iudæi sanctitatem iudicabāt potissimè in austeritate uitæ. Et in hac Christus non excesit Ioannem: sed potius è contrario, vt Christus innuit infra 11. scilicet. Venit Ioannes nec manducās, nec bibens, & dicunt quia Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax. Licèt ergo in immensum Christus esset sanctior Ioanne: non ausus est Ioānes dicere uenturum post se esse sanctiorem, quia cùm Iudæi in austeritate sanctitatem iudicent, viderent Ioannem expressè mentitum. Ideo non dixit sanctiorem. Quasi dicat: Licèt non sit Mesias me sanctior, idest, austerior in uita, est tamen fortior, idest, habet valde maiorem potestatem, scilicet, in varijs miraculis. Et hoc manifestè apparuit. Nam Iesus faciebat mirabilia inaudita, & promptissimè per solum imperium, Mar. 2. Ioannes autem nullum unquam miraculum fecit: Et iste sensus est ualde conueniens. Et posuit Ioannes etiam hoc ad tollendum dubium Iudæorum. Nam illi uidentes vitam Iesu esse mediocrem, & non excellentem in austeritate, dicerent Ioanni: quomodo dicis tu hunc esse Mesiam, quia Mesias debet esse excellentissimus omnium uirorum: tu tamen es sanctior isto? Dicit Ioannes, Licèt ego sum sanctior isto in austeritate vitæ: ipse tamen est sanctior & fortior me in miraculis. Et istud magis ostendit expressè ipsum esse à Deo, quàm me. Aliter potest intelligi, quòd esse sanctiorem accipiatur, idest, esse meliorem simpliciter, scilicet, quòd Ioannes diceret se in nullo posse æquari Mesiæ, quia ille fortior erat, idest, melior. Rabanus dicit nomine Ioannis. Ego quidem fortis sum ad pœnitentiam inuitando: ille autem fortior est peccata remittendo. Ego regnum cęlorum prædicando, ille donando. Ego in aqua baptizando, ille in Spiritu Sancto. *Cuius non sum dignus calciamenta portare.* In hoc Ioannes significauit se nullo modo posse comparari Mesiæ, quia non solùm non erat æqualis illi, sed etiam non erat dignus portare calciamenta eius supra se. Sed tamen nullum obsequium potest esse abiectius, quàm portare calciamenta alterius super se: potissime, cùm sunt sordida, aut puluerulenta: & tamen ad hoc Ioannis non erat dignus, ergo in nullo posset ei comparari. Et istud est ac si dicat, ego non sum dignus, vt sim minimus, & abiectissimus. Nam ad minimum, & abiectum pertinet calciamenta alterius portare: & tamen Luc. 3. dicitur, cuius non sum dignus corrigiam calciamentorum eius soluere. Et ad idem pertinet, quod minimum, & infimum est corrigiam calciamenti alicuius soluere, qui autem ad hoc dignus non est, ad nihil dignus est. Marcus tamen adhuc maiorem humilitatem Ioannis ostendit, dicens: Cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calciamentorū eius. Quasi dicat, non solùm non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius, sed si procumbam in terra manens prostratus, & abiectus adhuc, nec sic sum dignus soluere corrigiam calciamēti eius. Hoc uno mo-

F do secundùm Chrysostom. in quadam homilia intelligitur, ꝙ Ioānes adiunxit istud, quia dixerat supra, fortior me est, in quo innuebatur aliqualis operatio, scilicet, ꝙ licèt Mesias esset fortior Ioanne, erat tamen Ioannes fortis, hoc Ioānis dictū tollit istum errorem, scilicet, ꝙ non solùm ipse est minus fortis, quàm Mesias: sed etiam comparatus ad Mesiam nihil omnino est, cùm non sit dignus soluere corrigiam calciamentorum eius. Vnde ait: Cùm audieris quoniam fortior me est, ne extimes secundum comparationē me hoc dicere, nec inter seruos illius ordinari sum dignus, vt vilissimā ministerij suscipere possim particulam, scilicet, portare calciamenta. Aliqui exponunt calciamenta Christi, & pedes eius moraliter, vt Chrysostom. di-

G cit super Matthæum, scilicet, per pedes Christi intelligere possumus christianos, præcipuè Apostolos, cæterosque prædicatores, inter quos fuerat Ioannes Baptista. Calciamenta autem sunt infirmitates, quibus operit prædicatores. Hæc ergo calciamenta Christi omnes prædicatores portant, & Ioānes ipse portabat. Sed dignum se non esse portare pronunciat, vt maiorem ostenderet gratiā Christi meritis eius. Iste sensus conueniens est, & tamen est mysticus, sed secundùm literam Ioannes nihil intendebat per hoc ostendere, nisi suam paruitatē, & Christi magnitudinem. Sic ait August. 2. lib. de concor. euang. scilicet. Nihil intendit Ioannes cùm de calciamentis Domini diceret: nisi excellentiam eius, & suam humilitatem. *Ipse vos baptizabit*

H *in Spiritu sancto*, idest, Mesias baptizabit vos dando vobis Spiritum sanctum. Quidam intelligunt, ꝙ hoc ponatur ad differentiam baptismi Ioannis sic, scilicet, ꝙ Ioannes baptizabat in aqua, idest, lauando corpus per aquam, & Christus baptizabat in Spiritu, idest, in anima lauando animam. Et sic accipitur, Spiritus pro Spiritu humano. Iste sensus uerus est, & tamen non conuenit literę: cùm dicatur baptizabit in Spiritu Sancto. Ideo non potest accipi Spiritus ibi pro anima. Est ergo sensus, quòd baptizabit in Spiritu Sancto, idest, per Spiritum Sanctum: ita ꝙ teneatur ibi quasi instrumentaliter. Et tūc potest dupliciter intelligi. Vno modo, ꝙ baptizabit in Spiritu Sancto, idest, dando Spiritum Sanctum baptizato. Et istud est dare sibi gratiā,

I quia charitas, & gratia, & dona attribuuntur Spiritui Sancto cùm ipse sit donum. Et quia in baptismo Christi remittebātur peccata, quod fit per solam gratiam, & gratia est à Spiritu Sancto, dicitur Christus baptizare in Spiritu Sancto. Et sic baptismus Christi à quocūque detur etiam si ab infideli, & pessimo homine, dum tamen detur in forma ecclesiæ, & cū intentione faciendi, quod facit ecclesia est, baptismus in Spiritu Sancto. Aliud potest intelligi, ꝙ baptizabit in signo visibili Sancto, idest, dando Spiritū Sanctum in signo visibili ipsis baptizatis. Sic enim fiebat sæpe in ecclesia primitiua. Sic accipitur Act. 1. cùm Christus dixit: Ioannes quidem baptizauit in aqua: vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies. Et illud fuit quando Spiritus Sanctus descendit super eos

K in linguis igneis. Act. 2. Sic etiā beatus Petrus exposuit istud verbum, quando vidit Spiritum descendentem super Gentiles, qui audiebāt verbum. Act. 11. scilicet. Cecidit Spiritus Sanctus super eos sicut & in nos in initio. Recordatus sum autē verbi Domini, sicut dicebat. Ioānes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu Sancto. Isto modo nō intelligeretur generaliter de baptismo Christi, ꝙ esset in Spiritu Sancto, quia solùm esset uerum de baptismo, qui conferebatur per Apostolos in ecclesia primitiua. Dicendum ergo, ꝙ litera magis intelligitur de Spiritu Sancto, idest, de gratia, quæ datur in baptismo generaliter, & dicitur tūc Christus baptizare nos, quia quicūque baptizetur

tur à Christo baptizatur. Minister. n. in aquā mergit, sed solus Christus est, qui per gratiam Spiritus sancti animam baptizati lauat, & illud est verum baptizare. Nam aqua non pertingit ad aīam, sed solùm Spiritus sanctus eam mundat: & istud est conuenientius, quia aliàs oporteret dici, ꝙ Christus baptizaret plurimos dando spiritum sanctū in signo visibili super eos. Istud autē nō est verisimile. Primò quia Christus paucos, aut nullos baptizauit. Nam non legimus, ꝙ aliquē baptizauerit, licèt credit, ꝙ apostoli, aut aliqui apostolorum ab eo baptizati fuerint, vt supra dictū est in 49. q. & nō solùm non legitur, ꝙ ipse baptizauerit, sed potius scriptura vult innuere, ꝙ ipse neminem baptizabat. Ioā. 4. scilicet. Audierunt Pharisæi, quia Iesus plures baptizat, quàm Ioan. quamquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius. Ioan. tamen significabat, ꝙ plurimi baptizandi essent hoc baptismo, de quo ipse loquebatur, cū diceret. Ipse baptizabit vos in spiritu, & loquebatur ad totū populum, ergo non intelligitur de baptismo, quem Iesus p seipsum ministerialiter daret, sed de baptismo qui datur à quocumq; in noīe Iesu siue in forma quā ipse instituit. Tertiò patet, & efficacius, quia si intelligatur sic, etiam si daremus Christum plurimos per manum suam baptizasse, non conueniret, quòd baptizaret eos in spiritu i. faciendo apparere super eos spiritū sanctum in aliquo signo visibili. Istud. n. nunquam factum est Christo viuente. Quod patet, quia si Christus aliquos baptizauit, maximè isti essent discipuli eius, qui isti sunt, de quibus cōiter dubitabāt, an ab eo fuerint baptizati, & tunc baptizando eos faceret descendere Spiritum sanctum super eos in signo visibili. Istud tū nō fecit, quia si tunc spiritum sanctum sic accepissent, nihil noui circa eos fieret in die Pentecostes dando eis spiritum sanctum in signo visibili. Item, quia Christus innuit, ꝙ nondum receperant spiritum sanctum sic visibiliter. Nam ascendens in celū dixit eis. Ioānes baptizauit aqua: vos autem baptizabimini spiritu sancto nō post multos hos dies. Act. 1. & sic vr̄ ꝙ nondum acceperant spiritum sanctum. Item accipere spiritū sanctū in signo visibili ostendit quandam plenitudinem gratiæ super eum, super quem apparet istud signum. Sicut fuit de Apostolis die Pentecostes. Si ergo qñ baptizati fuissent prius à Christo, recepissent spiritum sanctum in signo visibili, habuissent gratiæ plenitudinem, sicut in Pentecoste, & tamen non habuerūt, quia ante Christi mortem imperfecti viri, & rudes, & timidi, & satis faciles erant apostoli ad peccandum, vt declaratum est Numeri. 28. & satis apparet ex toto processu Euangeliorum: non ergo fuerat datus spiritus sanctus. Itē non erat iustum ante Christi mortem spiritum sanctū dari, qui apertio vitæ æternæ, & collatio Spiritus sancti ad plenitudinē in signo visibili sunt quidam effectus meritorum passionis Christi, quos Deus omnino placatus nobis per mortem vnigeniti sui concessit. Sicut ergo iniustum videbatur secundùm Dei statutum aperiri vitam æternam alicui ante Christi mortem, quia istud pertinebat ad perfectam reconciliationem, ita uideretur iniustum spiritum sanctum dare ad totalem plenitudinē, quia istud fit ex quodam superabundanti amore Dei ad nos: quia non potest esse nisi post perfectam reconciliationem. Non ergo fuit datus vnquam spiritus sanctus à Christo in signo visibili, dum viueret, sed etiam fuit datus post mortem suam vsquequo ipse ascendit in cœlum: sicut innuitur Ioan. 16. scilicet. Si ergo non abiero, Paracletus non veniet: ergo antequam Christus recederet de sœculo per presentiam corporalem Spiritus sanctus nunquam datus est. s. ad plenitudinem, vel in aliquo signo visibili, ideo dixit, expedit vobis, ut ego vadam: si enim non abiero Paracletus non veniet ad uos: si autem abiero, mittam eum ad

A uos. Item patet efficacius, quod Christus baptizando, uel aliàs nunquam dedit Spiritum sanctum in signo uisibili, siue ad plenitudinem, dum uixit. Ioan. 7. scilicet. Qui credit in me flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Et sequitur: Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Non enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Et sic uidetur, quòd nulli de credentibus in Christum datus fuerat Spiritus sanctus antequam glorificaretur Christus, idest, sederet ad dextram patris: quod fuit in ascensione. Mar. ulti. & sic Christus nunquam baptizauit in Spiritu sancto, scilicet, dando eum in signo uisibili. Et tamen dicitur hic, quòd Christus deberet baptizare in Spiritu sancto. Ergo intelli-

B gitur de baptismo Christi, qui ministratur per quemcunque, quia ille est in Spiritu sancto, idest, confertur ibi gratia Spiritus sancti. Aliter potest intelligi, quòd non intelligatur hic de baptismo Christi, prout est sacramentum, sed solùm de missione Spiritus sancti super fideles, etiam sine baptismo, qui est sacramentum: & sic accipitur propriè Actu. 1. scilicet, Ioannes baptizauit aqua: uos autem baptizabimini Spiritu sancto: & tamen ibi non fuit baptismus, qui est sacramentum, sed solùm fuit missio Spiritus sancti super Apostolos in signo uisibili. Vocatur tamen illud baptizare, idest, lauare, quia Spiritus sanctus lauat interiora cordis nostri. Et iste sensus etiam est conueniens, & tamen tunc nihil loquitur Ioannes de ba-

C ptismo Christi. Omnes tamen Doctores tenent, quod Ioannes locutus fuerit de baptismo Christi. Ideo sensus præcedens est melior, & non dicitur, quòd Christus daturus esset Spiritum sanctum, sed etiam, quòd baptizaret in Spiritu sancto ad significandum plenitudinem Spiritus sancti, quia baptizare est lauare, & quando aliquid lauatur in aliquo liquore, necesse est, quòd ille liquor ex omni parte circundet ad abluendam ipsam rem, quæ lauatur, quia aliàs non poterunt sordes sufficienter dilui: sicut quando aliquid sordidum lauatur in pauca aqua. Nam necesse est manere sordes in re lota. Cùm igitur per baptismum Spiritus sanctus detur homini ad copiam, scilicet, ad remissionem omnium peccatorum, & ad

D collectionem multarum gratiarum, dicitur homo baptizari in Spiritu sancto, ac si dicatur, quòd homo lauatur in Spiritu sancto sicut in aqua. Est etiam metaphora: nam quando aliquis est sapiens nimium, & sapienter loquitur, dicimus de ore eius exire fluuios sapientiæ, idest, multa sapienter dicta. Ita quando alicui multum de spiritu sancto confertur, dicitur lauari in Spiritu sancto, quasi ex omni parte Spiritus sanctus eum impleat, & operiat. Sic dicit Chrysost. in quadam Homilia, scilicet. Non dixit, dabit uobis Spiritum sanctum, sed baptizabit vos in Spiritu sancto, copiam gratiæ metaphoricè ostendens, *Et igni*. Ex hoc quidam assumpserunt causam erroris putantes, quòd Christiani deberent in igne baptizari. Sicut dicitur apud quas-

E dam Gentes fieri, quæ non solùm in aqua baptizantur, sed etiam cum ferro candenti characteres sibi in vultu faciunt. Sed valde errant. Potest autem intelligi vno modo, quòd Christus baptizaret in igne, scilicet, mittendo spiritum sanctum in figura ignis. Et videtur conuenire, quia dicitur, baptizabit in spū sancto, & igni. i. dabit Spiritum sanctum in figura ignis, sicut fuit datus Apostolis in Pentecoste. Actu. 2. Et sic exponit Nicolaus. Iste sensus potest stare aliqualiter, sed non est satis conueniens. Primò, quia Ioannes loquebatur hic de eo, quod communiter, uel quasi semper fieri debebat à Christo, cùm diceret toti populo: ipse baptizabit uos in Spiritu sancto, & igne. Istud autem de Spiritu sancto in igne dato solùm

Universidad de Deusto Biblioteca

ſemel factum legitur. Actu.2. In alijs autem vicibus, licèt daretur ſpiritus in ſigno ſenſibili, non dabatur tamen in igne, ſed ſolùm incipiebant loqui varijs linguis illi, ſuper quos deſcendebat Spiritus ſanctus. Sic patet Actu.11. de Gentilibus audientibus ſermonem Petri, ſuper quos deſcendit Spiritus ſanctus, ſcilicet: Loquēte Petro verba hæc, cecidit Spiritus ſanctus ſuper oēs, qui audiebant verbū. Et obſtupuerunt ex circuncisione fideles, qui venerant cum Petro, quia in nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt. Audiebant enim illos loquentes linguis, & glorificantes Deum. Sic etiam patet. Actu.19. de illis, quos baptizauit Paulus, ſcilicet. His auditis baptizati ſunt in nomine Domini Ieſu. Et cùm impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. Non ergo loqueretur Ioannes de illo, quod ſemel accidit, cùm diceret totum populum à Chriſto in Spiritu ſancto & igne baptizandum. Secundò patet, quia iſtud nunquam factum eſt viuente Chriſto, vt ſupra declaratum eſt, & tamen verba Ioannis videntur etiam intelligenda de tempore Chriſti, ſicut de tempore, quod poſt mortem eius fuit. Tertiò patet, quia ſic intelligendo non loqueretur Ioā. de baptiſmo Chriſti, ſed ſolùm de collatione ſpiritus ſancti in ſigno ſenſibili, quæ non fit in baptiſmo Chriſti, nec vnquam fuit facta. Tenetur tamen communiter, ꝙ loquatur hic Ioan. de baptiſmo Chriſti, qui eſt ſacr̄m. Ideo aliter intelligendum eſt. Et eſt metaphora, ſicut ſæpe ſolet ſcriptura loqui, & per ignē ſignificatur gratia ſpiritus ſancti, & tamen iſta gratia inquantū hoīem lauat à vitijs, quæ ſunt quaſi quædam maculæ extrinſecus exiſtentes, & nō inhęrentes firmiter corporib⁹, dicitur eſſe ſpiritus ſanctus ad baptizandum.i.lauandū. Inquantum verò iſta gratia per magnitudinem ſuam conſumit omnino radices peccatorum, ita vt non ſolū peccata, ſed nec etiam radices peccati maneant, dr̄ eſſe ignis. Et eſt propria comparatio. Nam Spiritus ſanctus eſt, qui mundat nos ab omni inquinamento ſpirituali: ideo comparatur illis elementis, per quæ corpora nr̄a mundantur. Duo autem ſunt elementa, quæ communiter mundāt.ſ.aqua, & ignis: aqua.n.ſolùm tollit ſordes exteriores, quæ leuiter adhærent: illas autem, quæ multum infixæ ſunt, aqua tollere non poteſt, niſi adiuuetur calore ignis. Ideo aqua calida aptior eſt ad lauādum, quàm frigida. Sed interdum etiam ſic nō tolluntur ſordes. Ignis autem eſt, qui perfectè mūdat corpora relinquens in eis ſolùm quod purum eſt. Et ſic tollit tam ſordes extraneas, quàm naturalem impuritatē. Ideo non poſſunt tolerare ignem aliqua corpora niſi, quæ ſunt aliqualiter pura. Sicut eſt de metallis, & in illis ea, quæ ſunt pura, vt aurum, integra manent in pondere ſuo. Et ſic ſpiritus ſanctus habet duos gradus purgandi hominem. Vno modo purgat ad hoc ꝙ faciat hominem Deo acceptum. Et ad hoc requiritur remiſſio omnium peccatorum, & collatio gratiæ gratificantis, & nihil aliud. Et tunc poſſunt adhuc manere in homine multæ imperfectiones. Alio modo mūdat hominem, ita vt faciat eum omnino purum.ſ.auferēdo non ſolùm ſordes exteriores, quę ſunt peccata, quę quaſi ab extrinſeco homini adueniunt, inquantū non naturaliter nobis inſunt, ſed ſolùm per actum noſtrū. ſed ēt auferendo potentiam peccandi confirmādo hominem, vel etiam ſubijciendo paſſiones homini, quæ inducunt ad peccandum. Iſtæ namque ſunt imperfectiones naturales.i.quæ nobis innatæ ſunt. Et quia interdum ſpiritus ſanctus tollit iſtas imperfectiones, aut oīno mitigat, dicetur purgare tūc hoīem ſcd̄o modo. Prima iſtarum purgationum deſignatur per aquam, quæ ſolùm exteriora purgat, & non naturalia. Secūda per ignem, qui etiam interiora purgat, & tollit impuri-

F tatem naturalem. Et quia baptizare eſt lauare, & lauare fit in aqua, deſignatur iſta prima purificatio ſpiritus ſancti, cùm dicitur, baptizabit in ſpiritu ſancto.i.lauabit per ſpiritum ſanctum tanquam per aquam.i.inquantū eſt ſpiritus ſanctus velut aqua.ſ.leuiter, & ſola exteriora purgans. Cū autem dr̄, & igne, ſignificatur ſecunda purificatio.ſ.Chriſtus mūdabit hominē igne.i.per ſpiritum ſanctum tanq̄ per ignem cōſumendo in eis oēm impuritatem. Et hoc propriè Deo competit, qui vocatur ignis conſumens Deuteron.4. Hoc innuit Chryſo. ſuper Matthæum dicens: Spiritus repellit concupiſcentias, & prȩualere non ſinit. Ignis autem ipſas concupiſcentiarum radices comburit. Et Chryſo. in quadam Homilia dicit, ꝙ per ignem, vehementiam gratiæ quæ vinci non poſſit demonſtratur. G Alij exponūt, ꝙ Chriſtus baptizat hic per ſpiritum ſanctum mundando peccata per ſpiritum: id autem quod hic non fuerit mundatum, in futuro mundabitur per ignem, ſicut dixit Apoſtolus.1. Cor.3.ſ.Et vniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit. Sic cuius opus arſerit detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſi tamen quaſi p ignē. Et iſtam expoſitionem ponit cū alijs Hier. ſuper Matthę. dicens: in præſenti ſpiritu baptizamur, & in futuro igni ſecundū iſtud Apoſtoli, uniuſcuiuſq; opus, quale ſit, ignis probabit. Hoc bene ſtat, & tñ conuenientius quod ſupra diximus.ſ.ꝙ ſit cōparatio de igne, & aqua ad purificationem ſpiritus ſancti. *Cuius ventilabrum in manu ſua.* Hic etiam Ioan. oſtendit magnitudinē Meſſiæ, dicēdo, ꝙ ipſe eſt iudex omnium hominum, & ad H ipſum pertinet ſeparare bonos à malis, puniendo malos, & retribuendo bonis. In hoc Ioā. valde laudat Chriſtum, quia oſtendit eum eſſe Deum. Nemo.n. pōt iſta facere niſi Deus, in cuius manu ſunt omnes fines terræ, & ipſe ſolus eſt, qui reddet vnicuique iuxta opera ſua. Pſal.61. Et nihil maius de Meſſia dici poterat, q̄ eſſe Deū. nihil de eo maius eſt. Ideo nihil eſt maius, quos Per hoc etiam Ioan. incitabat ad pœnitentiam, quos baptizabat per terrorem diuini iudicii ſeparātis bonos à malis, & cremantis malos in igne inextinguibili. Significatur per ventilabrum poteſtas iudiciaria Chriſti. Duo.n.continet poteſtas iudiciaria.ſ.poteſtatē cognoſcendi, & poteſtatem diffiniendi. Vtrumq; ſignat per I ventilabrum, quia ventilabrum eſt inſtrumentum ad ſeparandum triticum à paleis eleuando vtrumque in altum, & tunc grana pondere ſuo cadētia in vnum locum coeunt, paleæ verò ſua leuitate à vento raptę diffugiunt: ideo ventilabrum à ventilando dicitur.i.proijciendo ad ventum. Et ſicut ſeparantur ibi paleæ à granis, ita per poteſtatem iudiciariam boni ſeparabuntur à malis, vt quilibet eat in locum ſuum. Et dicit ꝙ ventilabrum eſt in manu eius, ita ꝙ immediatè promptus eſt ad diſcernendum bonos à malis. Et non dixit ꝙ ſe aſſumet uentilabrum, quaſi hoc futurum expectet. An vero ante tp̄s Meſſiæ Deus hr̄et ventilabrum in manu ſua. infra q.70. dicetur. *Et permundabit aream ſuam.* Metaphora eſt, quia ventilabrum ad aream pertinet, K & per aream ſignificatur hic mūdus iſte, vel Eccleſia, vt alij dicunt, & vtrunq; verum eſt. Nam ſiue Eccleſia, ſiue totus mundus, ad Chriſtum pertinet, quia data eſt ſibi ptās ſuper oīa, & ipſe oīa iudicaturus eſt. Quia pater non iudicat quemq̄: ſed oē iudicium dedit filio [illegible] cere. Io.5. Et dr̄, permundabit.i. valde mundabit.ſ.plus quam in area. Quia quantūcunq; diligens vētilatio fiat ſemper manent aliquæ paleæ ſaltem paruę cū granis, & interdū grana cū paleis dilabunt̄. Diuinū aūt iudicium de ſeparatione bonorū à malis tā diligētiſſimū eſt, vt nullus errori locus ſit.ſ.vt nemo malorū p errorē inter bonos ad beatitudinem ſuſcipiatur, & nemo bonorū inter malos puniatur. *Et congregabit triticum ſuum in horreum.* Triticum dr̄ ipſi boni, quia de tritico gra-

tiſſimus hominibus fit: horreū eſt ipſa æterna beatitudo, ad quàm omnes boni tanquam ad fælicitatis horreū colligentur. *Palleas autem comburet igni inextinguibili.* Paleæ dicuntur ipſi mali, quia ſicut paleę ſunt vanæ, nihil ponderis habentes de bonitate. Sed omni uento tentationum rapiūtur. Rapi autem uel fluctuare vento vituperabile eſt. Sic dicitur ad Eph.4.ſ.Vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum. Et dicitur ꝙ comburētur igni inextinguibili: quia hoc uerum erit ad literam: nam mali ibunt in ignem æternum. inf.25. Et quia eſt æternus, eſt inextinguibilis. Sic etiam dicit̄ Iſa.vlti. vermis eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur. Et intelligitur de damnatis, qui comparant̄ paleis. Paleæ.n.ad duo proficiūt.ſ.ad ignē, & vt ſint in pabulū beſtiarum. Vtrumq; cōuenit damnatis, nam ſunt ad ignem æternum, & etiam dantur in pabulum Dæmonibus, qui vocantur beſtiæ in ſcriptura. Nā ipſi torquebunt eos, quibus ſuadentibus peccauerūt. De hoc dicit Hilarius, ꝙ per ventilabrum, i. paleam diſcretio iuſtitiæ ex animis deſignatur, quod habet Dn̄s in manu ſua.i.in poteſtate: quia pater oē iudicium dedit filio: Chryſoſtomus dicit, ꝙ area eſt Eccleſia: horreum eſt regnum cœleſte: ager verò hic mundus. Mittēs ergo Dn̄s apoſtolos cæteroſq; doctores, quaſi meſſores præcidit oēs gentes de mūdo, & in aream Eccleſiæ cōgregauit. Sic ergo triturandi ſunt ſic ventilandi omnes hoīes, q in rebus carnalibus delectantur, ſicut grana in palea. Sed qui fidelis eſt, & boni cordis habet medullā, mox ut leuiter fuerit tribulatus, carnalia negligens, currit ad Deū. Si autem modicè fidelior fuerit, uix cum grādi tribulatione recedit, & vadit ad Deū. Qui autem omnino infidelis eſt, & vacuus quantumcunq; ꝯtritus fuerit, non tranſit ad Deum: Triticum etiam cum primū trituratum fuerit, iacet cum paleis in vno loco confuſum, poſtea autem ventilatur, vt ſeparentur. Sic & in una Eccleſia fideles cum infidelib. habentur commixti. Ideo quando mouetur perſecutio quaſi ventus, ut ventilabro Chriſti iactati: quia iam diſtincti fuerant actibus, ſeparentur & locis. Dicit etiā Chryſoſtomus, ꝙ non dixit, mundabit aream ſuam: ſed permundabit: neceſſe eſt enim, vt diuerſis modis tentetur Eccleſia, donec permundetur. Et primùm quidem ventilauerūt illam Iudęi, deinde Gentiles, modo hæretici, poſtmodum ventilabit eam Antichriſtus. Sicut enim quando modica eſt aura non permundatur tritici maſſa, ſed leuiores paleæ iactantur, grauiores autem remanent: ſic, & modo modico flatu tentationis ſufflante peſſimi homines recedunt. Si autem ſurrexerit maior tempeſtas etiā illi, qui videbātur eſſe ſtabiles ſunt exituri. Ideo neceſſaria eſt tentatio maior: vt permundetur Eccleſia. Remigius dixit hanc aream.ſ.Eccleſiam: Dn̄s mundat in hac vita: cùm vel per iudiciū ſacerdotum mali de Eccleſia tolluntur. Vel per mortem de hac uita abſcindūtur. Rabanus dicit, ꝙ uniuerſaliter huius areæ purgatio in fine ſæculi perficietur, quādo mittet angelos ſuos filius hominis, & colligēt de regno eius omnia ſcandala. Grego. dicit ꝙ poſt trituram vitæ præſentis, in qua nunc triticum ſub paleis gemit: ita illo extremi iudicii uentilabro triticum paleaq; diſcernitur, ut nec in tritici horreum palea tranſeat, nec in palearum ignem horrei grana dilabantur.

Quomodo Deus poſſit de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ. Quæſt. LXVI.

QVAERITVR, quomodo poſſit ſtare quod ſupradictum eſt, ſcilicet, quòd Deus de lapidibus poſſit ſuſcitare filios Abrahæ. Quidam dicunt, quòd per lapides intelliguntur Gen-

A tiles, qui erant lapidei, & duri, & Deus poterat de illis ſuſcitare filios Abrahæ, faciendo quòd complerentur in eis promiſſa Abrahæ, & tamen promiſſa illa non cōplebantur niſi in filiis eius: quia ſibi, & ſemini ſuo promiſerat talia. Ita dicit Rabanus, quòd lapidum nomine Gentes ſignatæ ſunt, quæ lapides coluerunt. Idem Chryſoſtomus dicit, ſcilicet. Lapis durus eſt ad opus: ſed cùm factum fuerit opus ex eo deficere neſcit. Sic & Gentes cùm difficultate quidem crediderunt: tamē credentes permanent in fide. Rabanus etiam dicit, ꝙ de lapidibus ſuſcitati ſunt filii Abrahę: quia dum Gentiles in Abrahæ ſemine, hoc eſt in Chriſto crediderūt, eius filii facti ſunt, cuius ſemini ſunt uniti. Dicendum quod iſte eſt conueniens ſenſus, eſt tamen moralis. O- B portet ergo præter iſtum dari alium literalem, quia ſemper eſt neceſſe dari unum ſenſum, quem ſcriptura intendit, & ille vocatur literalis, quia litera illum intendit. Nicolaus tamen, qui exponit in ſenſu literali, vult iſtum eſſe ſenſum literalem, dicens quòd per lapides Gentiles ſignificauit, quia colebant idola. Dicendum tamen, quod non poteſt eſſe literalis ſenſus iſte. Primò, quia Ioannes oſtendit hic aliquid, cùm dixit, potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Si ergo de Gētilibus intelligebat, oportebat, quòd ibi eſſent Gentiles audientes prædicationē Ioānis, quos ipſe ad oculum oſtendens lapides vocaret. Non tamen erant ibi Gentiles, quia ut ſupra probatū in 47.q. ſoli Iudæi a Ioanne baptizati ſunt: maximè, C quia Nicolaus uult, quòd quando Ioannes dixit de lapidibus iſtis, oſtēdit lapides poſitos in alueo Iordanis, quos ibi iubente Domino poſuerant Iſraelitæ. Et tūc, cùm illos oſtenderet neceſſe erat, quòd ad literam de illis deberet intelligi, ſcilicet, quòd de illis lapidibus ſuſcitarentur Gentiles, qui fierent filii Abrahæ. Et tunc eſt omnino inconueniens. Quia ſi de illis lapidibus Deus homines faceret, nec eſſent Gentiles nec Iudæi, ſed quidam populus per ſe, non deſcendens de aliquo populo, qui iam fuiſſet: maximè quia Nicolaus non vult hoc, ſed quòd uerè intelligatur de Gentilibus, qui lapides coluerant. Et tunc cùm Ioānes oſtenderit, ut ipſe tenet, lapides Iordanis, ſi poſtea de Gentilibus intelligamus, neceſſe eſt eſſe ſenſum D myſticum, uel tranſumptum. Ideo ad hoc, quòd haberet locum aliqualiter iſte ſenſus, debebat dicere Ioannes, potens eſt Deus de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ, & tunc, quia nihil oſtenderet, poſſet intelligi de Gentilibus aliqualiter. Sed adhuc non eſſet omnino ſenſus literæ: quia cùm Ioannes dixit, potens eſt Deus de lapidibus iſtis: & etiam ſignificauit aliquam magnam potentiam, quam Phariſæi putarent eſſe magnam, & tamen quòd de Gentilibus Deus faceret filios Abrahæ, ſcilicet, complendo in eis promiſſa Abrahæ, ſiue potius faciendo eos participes iſtorum promiſſorum, non putarent Phariſæi eſſe magnam potentiam, immo nullam, quia etiam exiſtente ſtatu legis veteris, multi Gentiles conuerte- E bantur ad ritum Iudaicum, & illi erant participes omnium bonorum, quæ Deus promiſerat Iſraelitis. Ideo non intellexit ſic Ioannes.

Item quia Ioannes voluit innuere, quod Phariſæi non deberent gloriari ſe eſſe filios Abrahæ, ſcilicet, quia propter hoc Deus non parceret eis, ſi pænitentiam non agerent: quia etiam ſi occideret illos, leue erat ſibi habere alios filios Abrahæ, cùm etiam de lapidibus poſſet illos facere, & ſic habebat iſtud locum, quando Phariſæi non facerent pœnitentiam. Illis autem facientibus eam, nihil horum eſſet, quia non dicitur, ſuſcitabit Deus filios Abrahæ de lapidibus, ſed potens eſt ſuſcitare illos. Et tamen dato, quòd Phariſęi facerent pænitentiam

Universidad de Deusto Biblioteca

Deus vere facturus erat filios Abrahæ de Gentilibus cùm prænunciatum eſſet Gentiles ad Chriſtum conuertẽdos; ideo non intellexit Ioannes de hoc:quia id, de quo Ioannes loquebatur non factum eſt, ſed poterat fieri,ꝙ ipſe ſignauit,potens eſt Deus;&c.& non dixit faciet Deus & de lapidibus iſtis filios Abrahæ,& tamen de Gentilibus facti ſunt filii Abrahæ,ergo nõ intellexit de hoc Ioannes. Alii deducunt alitèr dicentes, quòd Ioannes increpabat Phariſæos : quia dicebant ſe filios Abrahæ. Quaſi diceret,ꝙ falſum erat,ꝙ non dicuntur filii Abrahæ ex carnali propagatione:ſed ex fidei imitatione,vt ait Apoſtolus. ad Ro.8.& 9. Et hoc tenet aliqualiter Nicolaus.Dicendum, ꝙ licèt verum ſit filios Abrahę vocari magis ſ̃m fidei imitationem, quàm ſ̃m carnem,tamen nõ conuenit in propoſito : quia Ioannes non increpat eos, quaſi falſum dicant ſe eſſe filios Abrahæ:nec prohibet eis hoc dicere:ſed dicit non eſſe in hoc confidendum. Sic ait Chryſoſt. in quadam homilia, ſ.cùm dr̃,ne uelitis dicere intra vos, patrem habemus Abraham. Hoc dixit non prohibẽs dicere ſe eſſe ex illo,ſed prohibet in hoc confidere,virtuti animæ non inſiſtentes. Item,quia tunc non faceret ad propoſitum dictum Ioannem,quia ipſe admonebat eos agere pnĩam,& ꝙ non dicerent ſe eſſe filios Abrahæ. Nam iſtud non poteſt eſſe ad propoſitum,niſi forte Phariſæi propter hoc gloriabãtur ſe eſſe filios Abrahæ,dicerent non eſſe ſibi neceſſariam pnĩam. Itẽ non erat ad propoſitum:quia hoc modo filii Abrahæ vocantur,qui imitantur eum:& tamen Ioannes ſuadebat Phariſæis pnĩam agere, & per hoc dato ꝙ non eſſent filii Abrahæ quantum ad operũ imitationem, efficerentur nunc per pnĩam: & ſic non prohiberet eis dicere patrem habemus Abraham . Item patet hoc plenius: quia tunc nullo modo eſſet ad propoſitum iſtud,quod Ioannes dixit, ſ. potens eſt Deus de lapidibus iſtis,&c.quia ſi ipſi non erant filii Abrahæ,nihil erat ad propoſitum,ꝙ Deus de lapidibus poſſit ſuſcitare filios Abrahæ;ideo neceſſe eſt intelligi literam , ſ.ꝙ Ioannes diceret eis non eſſe confidendum ſolùm in hoc,quòd erant filii Abrahę:quia niſi pnĩam agerent, etiam ſi eſſent filii Abrahæ Deus occideret eos,& nõ parceret propter hoc ꝙ erant filii Abrahæ,quia ſi multum diligeret filios Abrahæ,non ſolũ poſſet accipere alium populum, quem haberet,vt filios Abrahę, ſed etiam de lapidibus poſſet illum facere, ſ. de lapidibus illis,qui erant in Iordane,quos oſtendit ad oculum,vel de quibuſcunque aliis lapidibus.Iſtud tenet Hieronymus ſuper Matthæum dicens, ꝙ Ioannes indicat hic Dei potentiam , quia qui de nihilo cuncta creauit,poteſt de ſaxis duriſſimis populum procreare. Prima enim ſunt rudimenta fidei credere Deum poſſe quicquid uoluerit . Sed dicetur, dato quòd de lapidibus Deus populum crearet , quomodo eſſent illi filii Abrahæ? Nam poſſe de lapidibus homines fieri a Deo non eſt dubium, cùm de limo terræ primum hominem formauerit.Gene.2. æqualiter ergo de lapidibus, vel de lignis potuiſſet eum formare:non tamen eſſent iſti formati de lapidibus filii Abrahæ, quia non eſſent de ſemine ſuo.Dicendum quod uocarentur filii Abrahæ quantum ad ſucceſſionem in bonis Abrahæ. Nã ad filium ptinet eſſe hæredem,ſicut Apoſtolus dixit: ſi filii,& hæredes.ad Rom.8. Et quia Abrahæ fuerant multa promiſſa a Deo, illi qui ſuccederent in promiſſis,illi uocarentur filii Abrahæ, quia hæredes eius maximè,quia Deus promittebat Abrahę , & ſemini ſuo omnia,q̃ promittebat: ſicut dicitur:tibi,& ſemini tuo dabo terram hanc.& ita de aliis promiſſionibus.Gen. 13.15.& 22. Neceſſe ergo erát, ꝙ illi in quibus complerentur promiſſa illa,uocarentur filii Abrahæ. Et ſic ſi Deus delẽs totum populum Iudæorum ꝑꝑ eorum

F iniquitatem,de lapidibus ſuſcitaret ſibi vnum populũ nouum,in quo omnia quæ promiſſa erant Abrahę,vocaretur ille populus de filiis Abrahæ.Etiam quia Deus habebat filios Abrahę tanquam populum péculiarẽ de cunctis populis terrę.Exod.19.& Deutero.7. Si ergo de lapidibus,vel aliàs unum populum ſuſcitaret, quem haberet peculiarem inter omnes populos terrę,ille vocaretur de filiis Abrahæ.Aliqui uolunt,quod etiam Deus poſſet uerè filios Abrahæ ſuſcitare de lapidibus illis : quia iſtud includitur ſub omnipotentia. Dicendum tamen quod falſum eſt,quia ſicut impoſſibile eſt filium vnius hominis poſtquàm eſt,eſſe filiũ alterius hominis,ita & magis impoſſibile eſt hominẽ de lapide factum eſſe filium alterius hominis.Nam ad G hoc quod aliqui eſſent filii Abrahæ,neceſſe erat,quod aut iam fuiſſent aliquando filii Abrahæ , aut de nouo deriuarentur de ſemine Abrahæ:non poterant primo de lapidibus ſuſcitari filii Abrahæ,quia oportebat tũc quòd aliqui de filiis Abrahæ mortui fuiſſent,& corpora eorum fuiſſent conuerſa in illos lapides,& tunc per reunionem animæ ad corpus redirent illi homines, qui prius fuerant filii Abrahę,& fuerant conuerſa corpora eorum in lapides.Sic enim fiet in generali reſurrectione,ſcilicet,quòd redibit quilibet in eodem corpore,quod uiuens habuit,ſiue illud ſit conuerſum in terram,ſiue in lapides,ſiue in auras,aut in ignem diffugiat.Et tunc ſequerentur duo. Primum quòd Deus non poſſet de illis lapidibus ſuſcitare plures homines, H quàm quot fuerũt illi,quorum corpora in lapides verſa ſunt. Si autem plures ſuſcitaret , non eſſent illi filii Abrahæ,ſed alius populus,ſ̃m quod iſti homlnes ſuſcitarentur,iam olim ipſimet fuiſſent filii Abrahæ. Si autem deberet Deus de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ,qui nunquam fuiſſent,non erat poſſibile, quia ad hoc requirebatur , quod in lapide eſſet ſemen Abrahę,ex quo propter propagationem naſcerentur homines, & tamen lapis non poterat habere iſto modo ſemen Abrahæ,ſcilicet aliquid, de quo poſſet fieri propagatio.Et dato,quòd iſtud uellemus cõcedere,quod eſt impoſſibile,lapis tamen nihil poſſet propagare,quia hoc ſolùm pertinet ad animal perfectum , quod per generationem poteſt ſe continuare,Ideo non poterãt I de lapidibus ſuſcitari filii Abrahæ ,ita quod eſſent uerè filii Abrahæ , quia Abraham non poſſet eſſe pater iſtorum,quos Deus de lapidibus procrearet.Sed obijcietur,quòd ſanctus Thom. tenet in quodam quolibeto,& etiam multi alii,quòd ſi Adam non peccaſſet, ſolùm naſcerentur, qui ſaluandi erant , & illi eſſent idem numero,qui nunc ſaluantur. Prima pars ab omnibus catholicis tenetur , ſcilicet, quòd ſi Adam non peccaſſet, poſteri eius nunquam peccaſſent , ſed fuiſſent confirmati , & de paradiſo terreſtri transferrentur in cœleſtem,nunquam guſtata morte, & ſic omnes,qui tunc naſcerentur ſaluarentur. Secunda pars videtur habere difficultatem, ſcilicet, quòd illi eſſent iſti iidem numero,qui nũc ſaluantur. Nam nunc ali- K qui ſaluantur,quorum patres, & tota progenies damnata eſt.Sicut patet de illo,qui conuerſus eſt ad Chriſtum , & omnes ſui progenitores fuerunt Sarraceni. Illi tamẽ qui nunc damnantur, non naſcerentur tũc, cùm nullus tunc deberet damnari. Ideo neceſſe erat, quòd illi qui nunc ſaluantur habuiſſent alios patres, quàm nunc. Iſtud videtur multis impoſſibile, quia idem homo non poteſt eſſe niſi ab eodem patre, & matre. Dicendum,quòd poſſibile erat, quia ad hoc quòd homo aliquis gignat alium,duo requiruntur in eo,ſcilicet,uirtus generatiua,cum omnibus inſtrumentis ſibi deſeruientibus,& ſemen , quod fiat per uirtutẽ generatiuã,& poſtea decidatur. Quod aũt vnus hõ differat ab alio,ꝓuenit ſibi ex illis principiis,per quę eſt

materia,

materia,& forma,quæ complent eſſentiam compoſiti naturalis:ab identitate iſtorum eſt homo idẽ numero.Si autem iſta duo, vel alterum eorum varietur,non erit idẽ homo numero. Vnde ſi eſſet poſſibile, ꝙ duo homines haberent eandem aĩam,& idem corpus numero,eſſent duæ perſonæ, vel duo ſuppoſita:& tñ nõ eſſent duo hoĩes,ſed vnicus homo: quia vnicã humanitatem numeralem haberent . Sic.n.eſt in diuinis, qꝛ pater, filius,& Spiritus ſanctus tria ſuppoſita ſunt,& tñ non ſunt tres Dij,& non propter aliud,niſi quia habẽt eandem ſubſtantiam,vel deitatem numero.Si aũt tres deitates numero haberent, ſicut tres hoĩes habẽt tres humanitates numerales.i.tres animas,& tria corpora, non eſſent vnus Deus,ſed tres Dij.In hominibus autẽ anima non prouenit à gignente, ſed à Deo, ſolum aũt corpus eſt à parentibus:ideo id,in quo poteſt vnus homo pertinere ad vnum patrem , vel ad alium, eſt ſolũ corpus. Si autem iſtud corpus poſſet eſſe idem numero genitum à duobus patribus,eſſet idem homo filius duorum,vel poſſet eſſe à duobus.Nam,ꝙ pater ſit iſte homo,vel ille,non facit ad identitatem,vel diuerſitatẽ numeralem filij: nam ab eodem patre numero multi filij diſtincti numero ſunt. Sicut ergo ab eodem patre numero,ſunt diſtincti filij numero, quia communicat ad eorum generationẽ partes materiæ numero diſtinctas:ita ſi à diuerſis genitoribus potuit cõicari eadem pars materiæ numero,per deciſionem ſeminalem,poterit idem homo eſſe genitus ab alio , quàm ab illo, à quo genitus eſt:non quidem, ꝙ ille,qui ſemel genitus eſt ab vno homine,poſſit idem numero gigni ab alio, quia hoc includeret contradictionem,cùm oporteret totam ſubſtantiam corpulẽtam,quã iſte ſemel habuit, quando viuebat, ẽt in matura ætate communicaret ſibi alius per generationem.Et iſtud eſt ꝯ omnem generationem naturalẽ,nec poteſt vllo modo concipi. Sed eſt ſenſus, ꝙ iſte homo , qui genitus eſt ab vno patre, potuiſſet gigni ab alio, ita ꝙ tunc non genitus eſſet ab iſto à quo genitus eſt. Et hoc modo per Dei potẽtiam fieri poſſet.Et ſic ego potuiſſem eſſe filius Adæ immediatus:nam cõſtat,ꝙ ego ſum de ſemine Adæ. Si ergo eadem pars materialis numero,quæ fuit in patre meo, & in matre fuiſſet in Adam,& Heua.& illam decidiſſent in coitu , & fieret conceptio inde, neceſſe erat, ꝙ ex illo actu ego gignerer,& nullus alius, cùm eſſet ibi corpus meum idem numero.Quia tamen illæ particulæ numero, quæ fuerunt in patre meo ſecundum ſubſtantiam corpulentam Deus facere poterat,ꝙ fuerint: ideo poteram egomet eſſe filius Adæ immediatus. Patet hoc,quia quidquid in omnibus hominibus fuit, aut deciſum eſt de Adam realiter,& de Heua:aut conuerſum eſt incorpore eorum per nutrimentum. Accipitur autem nutrimentum de rebus , quas Deus creauit in cibum. Et tunc ſi id quod in patre meo fuit realiter,fuit ex parte Adæ: ita ꝙ in ipſo fuerit quãtum ad illud:ita ego poteram eſſe filius Adæ, ſicut patris mei. Si autem iſtud aſſumptum eſt per alimentum:poterat Deus facere, ꝙ eadem alimenta, vel cibi numero, qui erant , quando pater meus alebatur, eſſent de quibus aleretur Adam, ſaltem quantum ad illam particulam ſeminalem , quæ ad conceptionem meam deciſa eſt. Et tunc totum idem numero,quod fuit in patre meo, & in matre ad mei generationem, poſſet eſſe in Adã, & Heua:& ſic eſſem ego filius immediat⁹.Et hoc modo poſſent eſſe idem numero tunc , qui ſaluarentur, cum illis , qui nunc ſaluantur: licèt non haberent eoſdem patres,quos nunc habent.Iſtud tenet,ſi Deus eiſdem corporibus velit infundere eaſdem animas, quas nunc infudit,quia aliàs,ſi animæ eſſent alię,non eſſent homines ijdem numero.Iſtud tamen manifeſtum eſt, quod fieri poterat: immo videbatur quaſi neceſſariũ,

A cùm anima non accipiat eſſe numerale , niſi per vnionem ad materiam,quia aliàs non poſſent multiplicari, niſi ſecũdùm ſpeciem: cùm fuerint puri ſpiritus nihil habentes materiale, ſed formale,vel eſſentiale. Vnde ſi animæ differrent numero,& non per materiam corporum , quibus vniuntur : neceſſe erat eas differre ad minus ſpecie, cùm nulla ſit minor differentia eſſentialis, ſiue per eſſentiam quàm ſpecifica:& ſic videtur, ꝙ exiſtentibus tunc eiſdem corporibus numero , quæ nunc ſunt , eſſent etiam eædem animæ numero , quæ acciperent eſſe numero per vnionem ad illa corpora. Hoc præſuppoſito ſtat argumentum , quòd de lapidibus poſſent procreari filij Abrahæ : cùm idem homo numero poſſit eſſe filius alterius patris,quàm eius, B cuius eſt.Ita filij Abrahæ poterant eſſe,qui non eſſent geniti de filijs Abrahæ, ſed de lapidibus. Dicẽdum,quòd non ſtat. Primò , quia licèt idem homo numero potuerit eſſe filius alterius patris,quàm eius, cuius eſt:tamen poſtquam filius iſtius eſt, non eſt iam filius alterius: immo nec eſt poſſibile.Ita nunc, ſi Deus aliquos homines procreaſſet de lapidibus , dato quòd concederemus , quòd illi potuiſſent eſſe filij Abrahæ , quia tamen iam fuerunt de lapidibus procreati , & non de Abraham,nec de filijs eius, non ſunt filij Abrahæ,nec poſſunt eſſe. Secundò , quia ad hoc , quòd eſſent filij Abrahæ neceſſe erat,quòd procreati eſſent de ſubſtantia Abrahæ mediatè, vel immediatè, quia non dicitur filius,niſi qui eſt de ſubſtantia patris. Et tamen in C lapidibus non erat aliquid de ſubſtantia Abrahæ mediatè, vel immediatè : ideo non poterant eſſe filij Abrahæ, qui de lapidibus procrearentur. Secus autem in homine , de quo dicimus, quòd poteſt eſſe filius alterius patris , quàm eius cuius eſt , quia ponimus , quòd illa pars materialis, quæ fuit in patre ſuo , & matre potuerat eſſe eadem numero in alio à quo gigneretur. Et ſi iſtud non detur, non eſt poſſibile,quòd qui eſt filius vnius potuiſſet gigni ab aliquo alio,quia iam non eſſet idem numero , cùm non eſſet corpus ſuum idem numero cum illo , quod ab alio patre ſuſcepturus erat. Tertiò,quia ad hoc,quòd aliquis ſit filius alterius,non ſufficit,quod ſit de ſubſtantia eius,& etiam,quòd ei ſit ſimilis in ſpecie , ſed etiam quod deriuetur ab eo D mediatè,vel immediatè ſecundùm propagationem ſeminalem in animalibus loquẽdo. Quod patet,quia filius non eſt à patre niſi per generationem , in animalibus autem generatio eſt per ſeminalem deriuationẽ, ideo qui non eſt ab alio per deriuationem ſeminalem,licèt ſit de ſubſtantia eius non eſt filius eius.Sic patet de Heua . Nam illa formata fuit de ſubſtantia eius,ſ.de coſta Adæ,& tamen non vocatur filia Adæ.A fortiori ergo, ſi de lapidibus aliqui homines à Deo crearentur, dato quòd illi lapides facti fuiſſent de corporibus aliquorũ filiorum Abrahæ conuerſis in illos lapides,non dicentur iſti filij Abrahæ , quia non fuerunt ab eo per deriuationem ſeminalem . Nam productio iſtorum non fuit per propagationem , ſed per formationem , ſicut E Heua fuit formata de Adam . Non ergo poterant iſti eſſe filij Abrahæ , ſicut nec Heua filia Adæ , & adhuc multo minus,quia Heua de Adam viuẽte ſumpta eſt de vera carne eius. Iſti autem de veris lapidibus fierẽt, in quos mutata eſſent corpora filiorum Abrahæ , quæ iam non erant.Dicendum ergo quod includebat contradictionem , quod de lapidibus crearentur de nouo aliqui filij Abrahę,qui nunquam fuiſſent:ſed intelligẽdum quod poterat Deus de illis creare nouum populum,quantumcunque magnum vellet,& illi homines non ſolùm non eſſent de filiis Abrahæ: ſed etiam, nec de filijs Adæ, nec eſſent de cognatione noſtra , niſi ſolùm,quod communicaremus cum eis in ſpecie,& iſti vocarẽtur filij Abrahæ propter cauſas ſupra aſſignatas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo intelligatur dictum Ioannis, qui post me uenturus est, scilicet Christus; cum iam uenisset, & esset triginta annorum. Quæst. LXVI.

QVAERITVR, quomodo dicitur hic, q̃ post me uenturus est, ſ. Chriſtus. Nam quando Ioannes iſta dicebat, Chriſtus natus erat, & triginta annorum, cùm immediatè venit ad baptiſmum, ut patet in litera. Dicendum quòd Chriſtus iam venerat, quantum ad ſubſiſtentiam perſonalem, quia iam erat; non tamen uenerat quantum ad operationem ad quam ipſe mittebatur. Chriſtus autẽ non venerat in mũdum, ut homo eſſe, ſed, ut ſalutem noſtram operaretur. Et quia Chriſtus nihil adhuc fecerat de illo, ad quod veniebat, rectè dicebatur nondũ veniſſe. Opera.n. quæ Chriſtus fecit ad redemptionẽ noſtram fuerunt prædicatio, legislatio, miraculorum operatio, & nouiſsimè ac præcipuè ipſa mors. Iſta incepunt in baptiſmo Chriſti, quando Ioannes manifeſtauit eum populo. Ioan. 1, dicens: Ecce agnus Dei; ecce qui tollit peccata mundi. Hic eſt, de quo dixi. Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt. Et poſt baptiſmũ Chriſtus immediate aſcendit in montem, & ieiunauit 40. diebus. Quibus finitis deſcendit, & prædicare cœpit, vt patet Mar. 1. & etiam infra in litera, & ſeq. c. Remigius dicit quòd Ioannes uenit quinque modis ante Chriſtum, ſ. naſcendo, prædicando, baptizando, moriẽdo, ad inferos deſcendendo. De primo patet, quia Ioãnes natus eſt ante Chriſtum quaſi per ſex menſes. Nã quando Gabriel ſalutauit Virginem, & ipſa concepit, erat 6. menſis quo Heliſabeth mater Ioãnis, conceperat eum. Sic dicitur Lu. 1. ſ. In menſe autẽ 6, miſſus eſt Gabriel angelus, &c. i. In menſe 6, a conceptione Eliſabeth, de qua loquitur tota litera præcedens. Etiam, q̃ angelus dixit Mariæ: Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic eſt menſis ſextus illi, ideſt, ſextus a conceptione illius. e. c. Sex ergo menſibus Ioannes ante Chriſtũ natus eſt. De ſecundo patet, q̃ Ioannes incepit prædicare, & baptizare ſimul. Mar. 1. & hic in litera, licèt verum ſit, q̃ ordine tpis fuit prior prædicatio eius, quia nemo ab eo vel let baptizari, niſi annũciaret ei primò de baptiſmo, & I ad q̃d proficiebat. Et dũ Ioannis baptizaret, uenit ad eũ Chrs, vt inter cæteros baptizaret. Patet in litera, quia cùm dictũ eſt ſupra de prædicatione, & baptiſmo Ioãnis, dr infra: Tunc venit Ieſus a Galilæa in Iordanẽ ad Ioãnẽ, vt baptizaretur ab eo. Sic etiã Luc. 3. dicitur. Factum eſt, cùm baptizaretur omnis populus, ut Ieſu baptizato, apertum eſt cœlum. Et ſic Ioannes cæpit prædicare antequam Chriſtus baptizaretur. Chriſtus tamẽ baptizatus eſt antequam prædicaret: quia poſtquã baptizatus eſt, ſtatim aſcendit in deſertum, & ieiunauit, & poſt ieiunium deſcendit Ieſus in Galilæam, & prædicauit in Capharnaum, vt patet infra in litera, & ſequenti cap. & Mar. 1. & Luc. 3. & 4. Ergo prius Ioannes cæpit prædicare, quàm Chriſtus,

De 3. ſ. de baptiſmo patet, incepit enim baptizare K Ioannes ſimul, & prędicare, ut dicitur ſupra in litera. & Mar. 1. ſ. Fuit Ioannes in deſerto baptizans, & prædicãs baptiſmum. Chriſtus autem nondum inceperat baptizare, ſiue loquamur de baptiſmo, quem Chriſtus manibus traderet ſuis, ſiue de illo, quem traderent diſcipuli eius illo iubente. Nam de Chriſto nunquam legimus, q̃ per ſeipſum quenquam baptizauerit: ſed dicebatur ipſe baptizare, quãdo baptizabant diſcipuli eius, Ioan. 4. Eſt autem uerum, quod licèt non inueniatur ſcriptum, tenẽtur tamen conuenienter, q̃ Chriſtus aliquos per ſe baptizauerit. Nam ſaltem apoſtolos creditur Chriſtus baptizaſſe, uel aliquos de illis, vt tenet

F Auguſt. ad Seleucianum. Poterat tamen eſſe, q̃ nunquam Chriſtus aliquem baptizauerit, ſed diſcipuli ſui baptizarẽt. Sed obiicietur, quomodo ergo baptiſmus a Chriſto inſtitui potuit, ſi per ſeipſum non baptizauit aliquem? ſicut ipſe per ſe prius confecit corpus, & ſanguinem; & dixit diſcipulis, ſic facite in meam commorationem, & tradidit eis totam formam faciendi infra 26. & Luc: 22. Item ſi Chriſtus neminem baptizauit, quomodo potuerunt apoſtoli eſſe baptizati? q̃ nemo eos baptizaret niſi baptiſmo Ioannis, & tamen baptiſmus Chriſti erat de neceſſitate ſalutis. Mar. 1. ſci licet. Qui non crediderit, nec baptizatus fuerit, condẽnabitur. Dicendum, q̃ an Chriſtus aliquem baptizauerit, vel non, problema neutrum eſt. Poteſt enim vtrarit, vel non, problema neutrum eſt. Poteſt enim vtrarit, G que pars teneri. Ratio eſt, quia non reperitur Chriſtũ baptizaſſe, etiam non poteſt conuinci aliqua ratione, quia non eſt aliquod inconueniens, etiam ſi dicamus eum non baptizaſſe: ideo poteſt teneri quæcunque pars: licèt communius tenetur, quòd Chriſtus baptizauerit aliquos, ſaltem de Apoſtolis. ſicut tenuimus ſup. in 49. q. Tenendo tamen, quòd Chriſtus neminem baptizauit, facile eſt reſpondere ad omnia obiecta. Ad primum dicendum, q̃ potuit Chriſtus ſatis conuenienter inſtituere baptiſmum, etiam ſi per ſe nunquam ministrauerit: quia inſtituere aliquod ſacramentum eſt dare ei de nouo totum eſſe, & efficaciam: in baptiſmo autem potuit Chriſtus iſtud facere, non miniſtrando illum. Eſt enim in baptiſmo materia, & forH ma: & quædam efficacia interior, quæ eſt res ſacramẽti. Materia eſt aqua, & non abſolutè, ſed aqua ad hoc diſpoſita, ſcilicet, quæ pertineat ad ſpiritualem mundificationem. Iſtud autem Chriſtus dedit omnibus aquis cùm ipſe baptizatus eſt in Iordane. Nam tangendo aquam ſanctificauit eam, faciẽs eam eſſe aptam ad baptiſmum. Sic dicit Beda, quòd Chriſtus tactu ſuæ mundiſſimæ carnis vim regeneratiuam aquis contulit. Et iſta eſt una de cauſis, quare Chriſtus baptizari voluit. ut infra dicetur. q. 71. Formam autem baptiſmi eI tiam Chriſtus inſtituit. Nã ipſe dixit. Docete omnes Gentes baptizãtes eos in nomine Patris, &c. & inf. 28. Efficaciam quoq; interiorẽ ſolus Chriſtus operaẽ. Ipſe namq; dat gratiã, per quam remittunt peccata, & infundit oẽs uirtutes & characterẽ imprimit. Nulla aut tẽ alia ſunt in baptiſmo, & ipſe fecit oĩa a principio. Miniſtrare autem baptiſmum non eſt aliqua pars baptiſmi, nec uirtutis eius, quod eſt de eſſe illius: ideo nõ requirebatur, q̃ Chriſtus ad inſtituendũ baptiſmum, miniſtraret illũ, cũ poſſet facere oĩa, quæ erãt de eſſe, vel neceſſitate, aut integritate baptiſmi, non miniſtrando eũ. Cùm autẽ dr, q̃ ipſe cõfecit, verum eſt, & in ad inſtituendũ illud ſacrm nõ oportebat, q̃ ipſe prius cõfeciſſet: ſed ſolũ q̃ daret formã in in qua deberet confici. Et ſicut ipſe poſtquam cõfecit dixit Apoſtolis, ſic facite in meam cõmemorationẽ. Luc. 22. Poterat ante quã faceret iubere alicui Apoſtolo, q̃ proferret illa verba ſup panem, & uinum illa intentione, & fieret conſecratio, q̃ ibi nihil pertinet ad miniſtrum, niſi verba proferre: reliquum autem uirtus diuina eſt p q̃ ſit illa trãſubſtãtiatio admirabilis. Sicut ergo Chriſto proferẽte verba, facta fuit q̃erſio; ita fuiſſet, ſi Petrus primo feciſſet Chriſto tñ iubẽte, & Chrs nunq̃ p ſe q̃feciſſet ſicut quotidie fit. Ab eo tñ ſacrm illud totaliter inchoabatur: q̃a ipſe prius ſic fieri iuſſit, & ipſe materiã ſacrtuebat: q̃a ipſe prius ſic fieri iuſſit, & ipſe materiã ſacrdeterminauit, ſ. panẽ, & uinũ. Ipſe quoq; verba formalia dedit: ab ipſo ẽt eſt virtus ſpiritualis, ſm quã fit illa cõuerſio. Et ſic nihil manet niſi nudũ miniſterium, q̃ eſt poſterius ſacro, & non eſt aliquid de integritate illius, ideo poterat Chriſtus inſtituere iſtud ſacramentum Euchariſtiæ, etiam ſi ipſe nunquam conficeret. Quare ergo per ſe conficere voluit, dicetur loco ſuo

Et

Et ſic, licèt Chriſtus baptiſmum inſtituerit, nõ oportet q̃ ipſe aliquem baptizauerit. Ad ſecundum dicẽdũ ſecundum quoſdam, q̃ Apoſtoli non fuerunt baptizati, & tamen ſaluati fuerunt: quia cùm poteſtas Chriſti non ſit obligata ſacramento, poterat eis dare rem ſacramenti. i. gratiam, & remiſſionem peccatorum, ſine ſacramento. ſ. baptiſmi. Et cùm obijcietur de lege obligante, dicendum q̃ Chriſtus, qui poſuit illam legẽ, poterat abſoluere illos ab illa. Dicendum q̃ iſtud verum eſt: & tamen iſtud eſt ponere ſpecialia. Nunq̃ tamen ponenda ſunt aliqua exorbitantia à iure, vel ab eo, qđ commune eſt, ſine neceſſitate. i. niſi expreſſe appareat, q̃ oporteat talia imponi. Cùm ergo ſit lex generalis, q̃ qui non crederet, & baptizaretur, periret: & nõ appareat Apoſtolos abſolutos ab iſta lege, nec apparet aliqua cauſa veriſimilis, quare debeamus dicere eos fuiſſe ſolutos: eſt dicendum, quòd baptizati fuerũt. Cum autem dicitur, quòd ſi Chriſtus non baptizauit eos, vel aliquem eorum, non poterant eſſe baptizati. Dicendum q̃ cùm Chriſtus potuerit inſtituere baptiſmum non miniſtrando illum aliquando, vt dictũ eſt, poterat inſtituere, & iubere alicui de Apoſtolis, quòd baptizaret alios ſub forma, quam ipſe traderet: & rurſus aliquis de baptizatis baptizaret ipſum, & ita eſſent omnes baptizati, & neminem Chriſtus baptizaret. Sic enim quotidie fieri poteſt, quia infidelis, qui non eſt baptizatus, poteſt baptiſmum conferre. Et ſi duo infideles vellent baptizari, & nemo ſit, qui eos baptizet: vnus poterit baptizare alterum: & rurſus ab eo baptizabitur. Ita ergo non apparet aliqua neceſſitas quare dicamus, q̃ Chriſtus aliquem baptizauerit. Et ſi dicatur, q̃ Chriſtus baptizabat, quia Ioan. 3. dicitur, q̃ diſcipuli Ioan. dixerunt Ioan. Rabbi ille, qui erat tecum trans Iordanem, cui teſtimonium perhibuiſti, ecce baptizat. Dicendum, q̃ Chriſtus non baptizabat, ſed ſolùm diſcipuli eius, quia baptizabant mandato eius, & baptiſmo ab eo inſtituto, dicebatur ipſe baptizare. Sic patet Ioan. 4. ſ. Audierunt Phariſæi, quia Ieſus baptizat plures, quàm Ioan. Et ſequitur, quamquam Ieſus non baptizaret, ſed diſcipuli eius. Et ſic non conuincitur, q̃ Ieſus baptizaret aliquem, licèt dicatur baptizare. Et iſta litera aliqualiter innuere videtur, quòd Chriſtus nunquã baptizauerit, ſed ſolùm diſcipulis baptizare iuſſit, quia alias non videtur ſatis manifeſtè, quid illa litera velit, ſi Chriſtus aliquando per ſe baptizaret. Et ſic teneri põt, quod nunquam baptizauerit. Quia tamen cõmunius tenetur, quod aliquos baptizauerit, poteſt teneri in ſe, tamẽ problema iſtud neutrum eſt. Siue ergo dicatur, quod Chriſtus per ſe baptizauerit, ſiue non baptizauerit ipſe, ſed diſcipuli ſui, neceſſe eſt dicere quod Ioannes prius inceperit baptizare, quàm Chriſtus inſtituerit baptiſmũ. Nã baptiſmus Chriſti eſt ſacramentum legis nouæ: non ergo debebat inſtitui quouſque inciperet prædicari lex noua. Chriſtus tamen non cẽpit prædicare, quouſque baptizatus eſt, & ieiunauit: vt colligitur ſequenti. c. & Mar. 1. ergo Ioan. baptizauit antequam Chriſtus. De quarto patet. Nam Ioannes E mortuus eſt ante Chriſtum, & aſſeritur communiter, quod per vnũ annum. De quo dicetur infra 14. Et ſa 26 patet, quia ibi dicitur quod Herodes occidit Ioan. & repulerunt illum diſcipuli eius, & venientes annunciauerunt Ieſu: quod cùm audiſſet ſeceſsit in nauicula in deſertum locum. De quinto patet, quia Ioan. deſcendit ad inferos, ſcilicet, ad ſinum Abrahæ mox vt occiſus eſt: & Chriſtus deſcendit etiam illuc illico vt mortuus eſt: Ioan. tamen mortuus fuit ante Chriſtum: ideo prius deſcẽdit ad inferos. Et ſic in his quinque Ioannes venit ante Chriſtum.

Alph. Toſt. in Matth. Comm.

Quomodo conueniant dicta Euange. de calciamentis Chriſti, quæ Ioannes dixit ſe non eſſe dignum ſoluere, vel portare. Quæſt. LXVII.

QVAERITVR circa iſtud, quod dicitur hic, ſcilicet, cuius non ſum dignus calciamẽta portare, quomodo poſsit eſſe verum: q̃a Euangeliſtæ diſcordant hic. Matthæus. n. dixit hic calciamẽta portare, & Mar. 1. dicitur, corrigiam calciamentorum eius procumbẽs ſoluere, & Luc. 3. dicitur ſolùm, corrigiam calciamentorum ſoluere, & Ioan. 1. dicitur, non ſum dignus, vt ſoluam eius corrigiam calciamenti. Et tamen Ioan. non poterat dicere omnia B hæc: ſed vno modo diceret. Ideo non videtur, quòd poſsint ſtare dicta Euangeliſtarum. Sic enim aliqui infideles arguunt eos mendacij, quia inter ſe videntur diſcordare. Sic.n. fecit Iulianus Apoſtata Imperator quẽdam librum faciens in redargutionem Euangeliſtarũ, vt patet in hiſtoria tripartita, & per Aug. in lib. de concor. Euangeliſta. Aliqui dixerunt, quòd vnus Euangeliſtarum verum dixerat, & cæteri errauerant. Sed iſta eſt blaſphemia. Nam ſi vnum mendacium permittitur, vel conceditur in codice Euangelico, tota fides Chriſtiana eſt inanis. Quia eadem ratione omnia dicentur falſa. De hoc tamen latè diximus ſupra in prologo noſtro. Sic enim quidam Græci inſipientes, vidẽtes q̃ Matthæus, & cæteri Euangeliſtæ in aſsignatione paſchali videntur repugnare Ioanni in verbis, dixerunt Matthæum mentitum fuiſſe: & Ioannem uera dixiſſe. Iſta autem eſt blaſphemia, & inſipientia. Nam qui aliquod falſum dicunt eſſe in fide, blaſphemia eſt. Quia verò Matthæum mentitum, & Ioannem uera dixiſſe aſſerunt: inſipientia maxima eſt. Nam ſi conceſſero Matthænm mentitum, dicam Ioannem, Marcum, & Lucam mentitos, quia nihil magis unus probat, quam cæteri. Sed ideo illis firmiſsimè credimus, quia Eccleſia mater noſtra hoc tenet, quam errare in fide impoſſibile eſt. Maximè, quia illi Græci inſipientes mouebãtur ad hoc ſine cauſa. Tamen Ioan. in nullo repugnat Matthæo, ſed ipſi nec intellexerunt Ioannẽ, nec Matthæum. De quo latiſsimè dictum eſt in defenſorio noſtro trium concluſionum, ubi agitur de anticipatione, D uel non anticipatione Phaſe. Ideo non eſt concedendum, quòd aliquis Euange. in hoc, uel in aliquo erraverit, aut errare potuerit, cùm ſcriberent dictan te ſpiritu ſancto. Alij dicunt, quòd Euangeliſtæ mentiri noluerunt, & tamen aliqui eorum obliti ſunt ueritatem, & aliud pro alio poſuerunt. Sed hoc non ſtat, quia tũc non differret à priori, quia utroq; modo Euãgeliſtæ falſum dicerent, ſed ſolùm differret, q̃ quidam dicerent uolentes mentiri: alii uerò ex ignorantia, & iſtud, licèt quantum ad eos alleuiando peccatũ eorum differret, tamen quantum ad nos nihil differret. Quia utroq; modo falſum crederemus. Ideo dicit Aug. lib. 2. de concor. Euan. q̃ ab Euangeliſtis oẽm falſitatem abeſſe decet, non ſolùm ea, quæ mentiendo promit. ſed etiam ea, quę obliuiſcendo. Dicendum ergo, qđ licèt Euangeliſtæ uaria uerba poſuerint hic, in nullo ſibi obuiant. Pro quo ſciendum, q̃ Marcus, Lucas, & Ioannes non habent hic aliquam diuerſitatem difficilem: ſed faciliter concordantur. Nam Ioan. dixit, corrigiam calciamenti ſoluere: Marcus, & Lucas dixerunt calciamentorum, & non eſt diuerſitas, quia calciamẽtum aliquando ſignificat unum calceum aliquando utrumq;, & non ſolũ calceũ, ſed quidquid calciamus: Ioan. aũt dixit, q̃ non erat dignus ſoluere corrigiã ſubtalariũ, uel calceorum Chriſti. Marcus autem, & Lucas uolentes hoc exprimere, dixerunt, calciamentorũ, ſumentes calciamentum pro uno calceo. Ioan. autem

assumpsit calciamentum pro vtroque calceo, sicut a-
mictus aliquando significat vnam vestem, & aliquan-
do totum uestitum. Et sicut est in Latino, ita in Gre-
co, & in Hebræo sunt nomina æquipollentia istis in si-
gnificato, quæ accipiuntur eodem modo. Rursus Mar
cus differta Luca, & Ioanne, quia isti solùm dixerunt
soluere corrigiam. Marcus autem dixit procumbens
soluere corrigiam. Istud non est diuersitas, quia non
solùm in sacra scriptura, sed etiam in omnibus aliis i-
dem referentibus, quando vna addit super aliam non
obuiat sibi: quia illa, quæ tacuit una, non negauit alia
fuisse vltra ea, quæ ipsa scripsit. Et maximè est hoc
in sacra scriptura, vbi semper ea, quæ plus addit, te-
nenda est, nec præiudicat ei, quæ pauciora continet.
Nam scriptores sacræ scripturæ non ideo omiserunt
quædam scribere, quasi illa nescirent, sicut faciunt scri
ptores Gentium. Nam de omnibus plenissimè erat
edocti per spiritum sanctũ, qui dictabat eis, quod scri-
bebant: sed quidquid omiserunt ab intentione fece-
runt propter aliquam causam. Et rursus illi, qui sup-
pleuerunt ab aliis omissa, propter aliquas causas etiã
rationabiles fecerunt. De quo magis dictum fuit su-
pra in prologo nostro. q. 10. 21. & 22. Sic ergo uerum
est, quod Marcus dixit, Ego non sum dignus procum-
bens corrigiam calciamentorum eius soluere. Et hoc
solus Marcus expressit: cæteri autem tacuerunt tres:
ergo, Marcus, Lucas, & Ioannes discordiam nullam
habent: sed maior diuersitas est inter Matthæum,
& cæteros tres, cùm ipse dixerit calciamenta porta-
re: alij autem dixerint corrigiam calciamentorum
soluere. Ponit autem August. lib. 2. de concordan.
Euang. duas solutiones ad hoc. Vna est, quòd Ioan-
nes vtrumque dixerit, scilicet, quia sæpe Ioannes lo-
quebatur de Christo, & poterat dicere vna vice, cu-
ius non sum dignus calciamenta portare: alia vice, cu-
ius non sum dignus corrigiã calciamentorum solue-
re: & istud est valde uerisimile. Quia etiam sepe di-
xit Ioannis de Christo: Ecce agnus Dei: & diuersimo
de illud dixit. Ioan. 1. scilicet. Altera die vidit Ioan-
nes Iesum uenientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei,
qui tollit peccata mundi. Altera uice dixit solum: ec-
ce agnus Dei, cùm videret Iesum ambulantem. eo. c.
ita ergo poterat esse hic. Secundò soluit, quòd Ioan-
nes dixit hoc semel: & tamen Euangelistę non sum-
pserunt omnia uerba formalia Ioannis: sed solùm se-
cuti sunt sensum: quia Ioannes intendebat, loquendo
de calciamentis, ostendere Christi excellentiam, &
suam paruitatem. Omnes Euangelistæ tenuerunt
sensum: quia per verba cuiuslibet illorum significa-
tur Ioãnis paruitas, & Christi magnitudo. Et est ista re-
sponsio multum notabilis: quia verba non sunt pro-
pter se, sed tanquàm signa conceptuum. primo Peri-
hermenias, scilicet. Sunt ea, quæ in voce earum, quæ
in anima sunt, passionum notæ. Cùm ergo idem
conceptus omnino significatur, nihil differt qualia
verba sint. Et ita est in vsu nostro. Quia, quando
quis refert omnino eandem sententiam, quam alius
dixit: licèt non dicat per omnia verba illius, dicitur
tamen dicere omnia, quę ille dixit. Vnde dicit Au-
gustinus eodem lib. Vtilis ergo modus: & memoriæ
commendandus est, cùm quisque voluntatem eius
explicat, de quo aliquid narrat, etiam dicens aliquid
aliud, quòd ille non dixit: voluntatem tamen suam
explicauit eandem, quam & ille, cuius uerba com-
memorat. Ita enim salubriter dicimus nihil aliud esse
quærendum, quàm quid uellet ille, qui loquitur. Et
istud oportet sæpe intelligi accidere in Euangelistis;
cùm omnes eandem Christi sententiam fideliter nar-
rant, non tamen semper eadem tenent verba. Quod
autem diximus nihil differre in uerbis, dum tamen te
neatur eadem sententia, uerum est, nisi ubi ipsa uerba
inducunt aliquem effectum specialem: quia tũc opor
tet ipsa verba ad vnguem referre. Sic enim est in for-
mis sacramentorum, in quibus non solũ sententia nõ
est mutanda, sed etiam non est illa sententia per alia
verba disperata plura, vel pauciora exprimẽda: sed per
ea, quæ tradita sunt: quia aliàs sæpè sacramentum nul-
lum esset. Et sic Euangelistæ hic in nullo discordãt;
licèt varie loquantur.

An Christus calciamenta portauerit. Quæst. LXVIII.

QVAERITVR quomodo Ioannes dixit hoc, quòd nõ erat dignus soluere corrigiam calcia-
mentorum Christi. Nam Christus calciamẽta
nõ habuit: quia Apostolis iussit ire sine cal
ciamentis Luc. 22. f. Qñ misi vos sine sacculo, & pera,
& calciamentis: nunqd aliquid defuit uobis? & inf. 10.
dicitur, quod non portarẽt peram in via, nec calciamẽ
ta. Quidam dicunt, q̃ Christus calciamenta habuit, A-
postoli tamen non habuerunt illa, quia ipse vetuit illis
habere. Dicendũ, q̃ non est verisimile, quia Christus
nihil præciperet Apostolis, quod ipse prius nõ faceret:
quia aliàs nõ erat recta doctrina. Nã in moralib. plus
mouent facta, q̃ verba. Vnde si quis contra doctrinam
suam agat: etiam si uideatur excellens, & uera contẽ-
nitur. Sic dicit Arist. de Eudoxo philosopho 10. Ethi.
qui delectationẽ tanquam malã dixit fugiendã. Quia
tamẽ ipse illam in aliquo sequi visus est, contẽpta fuit
doctrina eius. Sic etiam dixit Apostolus 1. Cor. 9. f. Ca-
stigo corpus meũ, & in seruitutẽ istud redigo: ne cùm
aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar Christo autẽ
maximè cõpetebat hoc, qui daturus erat doctrinã ex-
cellentissimã a nullo contemnendã. Ideo ipse cõplet
faceret, quidquid aliis faciendũ prædicaret: imò antẽq̃
prædicaret, faciebat qdquid postea prædicabat. Sic.
antequã prædicaret ieiuniũ, illud grauissimũ egit Chris
sequ. c. Sic dr Act. 1 q̃ cœpit facere, & docere. Alii di-
cũt, q̃ Christus eo tpe, quo Apostolis iussit nõ portare
calciamenta, etiã ipse nõ portabat illa: & tñ anteq̃ re-
niret ad baptismũ Ioannis portabat calciamẽta, & sic
Ioãnes uerũ dixit. Dicẽdũ, q̃ nõ est verisimile, q̃ Chris
vsq; ad annũ trigesimũ portaret calciamẽta, & postea,
cũ inciperet prædicare nõ portaret illa: qa istud argue-
ret quãdã instabilitatẽ. s. mutare modũ uiuẽdi circa ha
bitũ. Quia istud nõ pertinet nisi ad illos, q̃ de nouo ue-
niunt aliquẽ modũ uiuendi eis cõuenire, quẽ prius
cõuenire non putabãt: Christo tñ, qui oĩa sciebat, hoc
nõ cõueniebat. Itẽ, qa istud argueret, uel esset occasio
ad arguendum quandã simulationẽ, uel hypocrisim.
nã, cùm Iudæi vidissent Christũ ante prædicationem
calceis vti, postea vero discalciatum ire, putarẽt, q̃ ipse
volebat de se ostentare famã sanctitatis, vel opinionẽ.
Debuit ergo semper tenere eandẽ formã uiuendi, ut
in nullo saltem posset, cõtra eum suspicari. Item quia
tenere semper in uariabiliter eãdem formam uiuendi
pertinet ad quandam constantiam morum, & gra-
uitatem, atque maturitatem uiri; quod ualde laudã-
bile est, & magnam auctoritatem præstat. Omne au-
tem laudabile in moribus, debuit in Christo apparere,
ideo fuit sibi valde conueniẽs semper tenere eandem
formã uiuendi. Dici potest ergo uno modo, q̃ Chris
nõ habebat calciamenta, & Ioannes hoc sciebat, quia
dixit: nõ sum dignus corrigiam calciamenti, &c. Quia
istud pertinet ad modum communẽ loquendi, qñ ali-
quis uult ostendere unũ improportionabiliter excede
re alterum, siue habeat calciamenta, siue non. f. nõ ca-
dignus soluere corrigiam calciamentorum, quæ ha-
bet, vel si illa haberet. Et istum modũ loquẽdi nos fre-
quentamus de homine habente calciamenta, non

non habente, & hoc tenet Nicolaus. Aliter potest di-
ci, quòd Ioannes, quando dixit ista, non cognoscebat
Christum determinatè. Quia licèt sciret, quòd illico
venturus erat: nesciebat tamen quis ille erat. Ioan. 1.
scilicet. Et ego nesciebam eum. Et sic poterat putare,
q̃ Christus portaret, vel portaturus esset calciamenta.
Et ita dicebat, q̃ non erat dignus soluere corrigiam il-
lorum. Iste modus uerus est, & tamen melior est præ-
cedens.

*An Ioannes dixerit mendacium, quòd non esset dignus por-
tare Christi calciamenta, cùm esset dignus.
Quæst. LXIX.*

QVAERITVR, quomodo Ioãnes dixit, non
sum dignus calciamenta eius portare: an men-
titus est, cùm uideretur ad hoc dignus. Et pa-
ter hoc, quia per hoc Ioannes intendebat
dicere, q̃ non erat dignus esse minimus seruulorum
Christi, vel ministrorum, vt supra expositum est, & ta-
men videtur, quòd dignus erat, quia Petrus, & cæteri
erant Apostoli Christi, qui non solùm non erant mi-
nimi seruulorum, immo nullo modo erant serui, sed
amici: sic ergo Christus dixit eis Ioan. 15. Iam non di-
cam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat Domi-
nus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ
audiui à Patre meo, nota feci uobis: Ioannes tamen
erat dignior omnibus his, quia inter natos mulierum
non surrexit maior eo. infra 11. ergo erat dignus. Ad
hoc dicunt quidam, quòd Ioannes dignus erat porta
re Christi calciamenta: non tamen mentitus est dice-
ret hoc, quia dixit ex humilitate. Dicendum, q̃ non
fiat, quia ex humilitate non est mentiẽdum, quia qui
ex humilitate mentitur efficitur quod uitabat, vt ait
August. scilicet. Per humilitatem incidit in peccatum
mentiendo per illam: si autem dicas, quòd humiles
negant laudes suas, & dicunt de se minora, quã sint,
& tamen non utuperantur, sed potius de hoc laudan
tur, & in hoc dicimus eos esse humiles. Dicendum, q̃
humiles dicunt de se minora, vel negant maiora, quæ
in eis sunt: non tamen animo dicendi falsum, sed quia
eos sic videtur. Et causa est, quia uera humilitas facit
eos respicere ad defectus suos, & nunquam ad excel-
lentiam suam. Vnde licèt in aliquo sint excellentes,
non se reputant excellentes, quia ad istud non aduer-
tunt: sed ad defectus suos, quibus existentibus putant
se non solùm non esse excellentes: immo nihil esse.
Ideo quando excellentiam suam negant, vel de se par
ua dicunt, non mentiuntur, quia non loquuntur con-
tra mentem, cùm verè paruos se reputent, sicut profi-
tentur. Sic dixit Beda, q̃ uiri sancti magis humilian-
tur de uirtutibus, quas non habent: quàm glorientur
de uirtutibus, quas habent, scilicet, quia magis respi-
ciunt ad defectus suos, quàm ad excellentiam: super-
bi autem è contrario, quia magis excellentiam suam
si aliqua est respiciunt, quàm defectus etiam si multi
sunt. Et ista est propria conditio humilium, & super-
ter de aliquo actu laudabili, an fecit illum: non potest
negare ex humilitate se fecisse, sed debet tacere, vel
confiteri veritatem, aliàs peccat. Ita poterat dici de Io-
anne, quòd ipse dignus erat portare calciamenta Chri
sti, & tamen, quia erat verè humilis, cùm esset verè san
ctus, non respiciebat suam excellentiam, sed conside-
rabat suos defectus: ideo non iudicabat se dignum, &
non mentiebatur, quia ita corde tenebat, sicut dice-
bat. Dicendum, quòd secundùm veritatem Ioannes
ipse dignus portare calciamenta Christi, nec etiam
quisquam, quia Christus erat verus Deus, & respectu
Dei omnes creaturæ nihil sunt. Vnde Ioannes dicens,
non sum dignus portare calciamenta eius non suffi-
cienter expressit excessum Christi ad se, quia ille erat
infinitus. Et tamen per istum modum loquendi de
calciamentis, licèt exprimatur magnus excessus non
tamen infinitus. Sciebat autem hoc Ioannes, quia ipse
testatus est illum esse Deum potentem remittere pec
cata, & baptizare in Spiritu Sancto, & iudicare sæcu-
lum, separando bonos à malis, qui solius Dei actus
sunt. Cùm autem dicebatur, quòd Petrus, & alij erant
Apostoli Christi, & amici, & erant minores Ioanne,
dicendum uerum esse. Et tamen nemo eorum erat
dignus ad hoc ad quod Christus eum assumpsit. Vo-
luit tamen ex immensa bonitate sua illos ad hoc assu-
mere. Nam non poterat assumere aliquẽ, qui dignus
esset quantumcunque esset sanctus, quia semper esset
infinita distantia eius ad Deum. Vnde necesse fuit, q̃
assumeret aliquos indignos absolutè, licèt ex sua di-
gnatione poterant digni effici, idest, quòd ipse, ita con
tentaretur cum eis. sicut si essent uerè digni ad mini-
strandum ei. Ita Ioannes indignus erat esse minister
Christi, & tamen minus digni erant illi, quos ipse ele-
gerat. An verò Apostoli Christi aliquo modo essent
digniores Ioanne, poteris videre infra 11.

*An Deus semper habuerit ventilabrum in manu.
Quæst. LXX.*

QVAERITVR, an Deus semper habuit ven
tilabrum in manu. Nam hic dicitur de Chri-
sto, quòd ventilabrum eius in manu sua. Di-
cendum, quòd cùm ventilabrum sit pote
stas iudicatiua, qua mali distinguũtur à bonis, per Dei
cognitionem, & postea realiter separantur ad pœnam,
& præmium, & Deus omni tempore malos à bonis
separat saltem per mortem, reddẽdo eis, quod meren
tur: omni tempore habet ventilabrum in manu sua,
& apparet, quòd in omni statu sæculi siue legis natu-
ræ, siue Mosaicæ, siue Euangelicæ hoc facit. De lege
naturæ patet in diluuio, quo puniuit Deus peccata ho
minum. Gen. 6. & in destructione Sodomorum Gen.
19. De tempore legis Moysi tota scriptura exemplis
plena est. Non autem habet Christus nunc ventila-
brum, ita ut Deus haberet à principio. Quidam dicũt,
quòd semper Deus habuit ventilabrum in manu, &
tamen nunc specialius habet, quia magis promptus
est ad puniendum delicta, & citius punit si homines
pœnitentiam non agunt: ideo non solùm dicitur ha-
bere ventilabrum, sed etiam in manu, vt signetur, q̃
paratus est ad faciendum hoc sine mora, sicut supra
dicebatur, quòd omnis arbor, quæ non facit fructum,
succideretur, quia iam securis ad radicem arboris po-
sita est, & dicebatur hoc de aliis temporibus. Dicen-
dum, q̃ non est uerum, quia Deus magis promptus
erat ad puniendum ante Christi aduentum, quã post.
Quod satis ostendit experientia gestarum rerũ. Nam
si quis legat omnes sacros libros de toto statu Iudæo-
rum inueniet eos sæpissimè punitos, & valde grauiter,
ita quòd quasi nullum peccatum reperitur sine vl
tione. Et ut communiter non expectabat Deus lon-
go tempore ad puniẽdum, sed in promptũ reddebat,
vel ad plus ad tertiam, & quartam generationẽ. Exo.
84. & Numeri 14. Post Christi autem mortem in re-
ligione christiana etiam si quotidie videamus immen
sa scelera, tam populorum, quàm singularium per-
sonarum, non videmus ita promptã punitionem, licèt
interdum videamus. Sed istud erat rarissimũ in com-
paratione ad multitudinem, & magnitudinem scele-
rum. Et etiã quando ipsa pœna danda est, magis nunc
Deus expectat, quã expectare solitus erat, & hoc est,

quia

quia expectare est, vt Deus inueniat locum miserendi per conuersionem nostram. Isa. 30. scilicet. Ideo expectat nos Deus, vt misereatur nostri. Et tamen Deus magis vult nunc nobis misereri, quàm alias, vt infra dicetur. Ideo magis nunc nos expectat. Et hoc Deus ipse dicebat Iudæis Deuter. 7. scilicet. Custodiens pactũ, & misericordiam diligentibus se, & reddens odientibus se statim, ita ut disperdat eos, & ultra non differat protinus eis restituens quod merentur. In quo significatur magna celeritas uindictæ: & tamen in nouo testamento nihil tale expressum est, nec etiam fieri videmus. Ratio autem videtur esse duplex. Prima est propter Christum. Nam ante Christi mortem homines erant in quadam Dei inimicitia, quia nondum reconciliati erant ei, nec fuerunt nisi per unigenitum suum: ideo Deus magis se ostendit hominibus tanquam Dominum, quàm tanquam patrem. Nunc uerò per mortem unigeniti sui reconciliatus est nobis, & est promptior ad nobis misserendum, & differendũ vindictam, quàm alias. Nam Christus fuit totus misericordia, vt colligitur ad Titum 2. scilicet. Cùm apparuit benignitas, & humanitas saluatoris nostri: non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundũ suam misericordiam saluos nos fecit. Ideo Deus donans nobis vnigenitum suum omnia nobis cũ illo dedit. Ad Colloss. 2. scilicet. Conuiuificauit nos cum illo donans nobis omnia. Nunc ergo promptior est ad remittendum delicta: tempore autem legis Moysi, quia nondum erat facta reconciliatio, non erat Deus ita promptus ad misserendum, sed ad statim puniendum. Secunda, & præcipua erat propter conditionem status, quia status legis Moysi erat status timoris, vt puerorum existentium sub Pedagogo, qui per timorem mouentur, & per verbera ad bonum. Lex autẽ Christi, siue status noui testamenti, est status perfectionis, sicut viri perfecti iam non existentis sub Pedagogo, qui non mouetur per timorem, nec per verbera ad faciendum bonum, sed per libertatem. Istam differentiam vtriusque status declarat Apostolus ad Gala. 3. & magis ad Hebræos 12. ideo dixit ad Rom. 8. Non accepistis Spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, ideſt. Estis iam filij adoptiui, & non serui. Et quia timor est respectu pœnæ: debuit status legis Moesi esse magis pœnalis, id est, quòd magis tunc punirentur delicta, quàm nunc, & quòd minus expectaretur vindicta. Et apparet hoc, quia adhuc in illo statu fuit differentia, scilicet, quia quando fuit minus perfectus, & in principio, erãt plures pœnæ, & minus expectabatur vindicta. Nam Iudæi, quando exierunt de Aegypto erant minus perfecti, quàm postea, quia non erãt instructi in cultu Dei. Et magis per timorem inducendi erant. Et patet satis de illis quadraginta annis, quibus fuerunt in deserto quotiens Deus illos puniuit, & tam grauiter non solùm personas singulares, sed etiam sæpe totum populum, & nulla erat dilatio uindictæ. Postea verò processu temporis nõ puniebãtur Iudæi ita grauiter, nec ita sæpe. Cùm ergo status noui testamenti sit totus gratiæ, & perfectionis, non sunt homines inducendi per timorem, & per verbera, sed per amorem: ideo rarò in comparatione ad illa tempora fit punitio peccatorum, & leuis valde. Et fortassis ista non fieret, nisi vt non ignoraretur Deus à gentibus, quem scelerum non sentirent punitotẽ. Nec tamen omnino euadent scelera ipsi ita, quia quod nunc non fuerit punitum, postea acerrime punietur; non ergo habet Christus ventilabrum in manu quasi nunc ad puniendum paratior sit. Dicitur ergo habere ventilabrum in manu ad significandum potestatem suam generalem: nam Ioannes voluit significare eum esse Deum. Et hoc fecit attribuẽdo sibi actum Dei, scilicet, iudicare omnes homines separãdo bonos à malis, & reddendo singulis, quod merẽtur. Secũdo dicitur hoc ad significandũ magnitudinẽ pœnarũ, quæ debẽtur illis, qui nunc boni nõ fuerint: nam licèt omni tempore mali pœnã meruerint, potius tamen illi, qui fuerint mali tempore noui testamenti: nulla est Gens, quæ tam grauem damnationem accipiet sicut pessimi Christiani. Primò, quia veritas eis magis declarata est, quàm in lege naturæ, vel in veteri testamento. Seruus tamen magis sciens voluntatẽ Domini, & non faciens, plagis vapulabit plurimis. Luc. 12. Secundò propter maiorem ingratitudinem, quia nulla gens à Deo tanta beneficia suscepit, cùm ante nouum testamentum non esset, pro nobis mortuus Dominus: & tamen, licèt sit iam mortuus, pagani, & Iudæi, & cæteræ gentes nesciunt eum mortuum pro salute humana: nos autem scimus, & confitemur: ideo nobis erit maxima ingratitudo, si rãtum bonum agnitum contemserimus. Tertiò propter maiorem facilitatem ad bene operandum: nam in veteri testamento erat difficultas ad bonum: quia erat ibi lex vetans, & per prohibitiones augebatur concupiscentia ad contrarium faciendum. ad Ro. 7. Et rursus non dabatur gratia aliqua ex operibus legis adiuuans hominem ad faciliter operandum. Ideo ipsa lex homini mors. eod. c. Nunc verò datur gratia ad abundantiam per sacramenta noui testamenti habentia efficatiam à passione Christi. Et per gratiam opera fiunt facilia, etiam si aliàs lex Christi dicatur dura, vel difficilis: cũ ipse dixerit, arcta est via, quæ ducit ad vitam. infra 7. Illi ergo qui fuerũt nũc mali, grauiorem sententiam accipient, quàm omnes aliæ gentes. Et hoc significatur infra cùm dicitur iam securis ad radicem arboris posita est. Et omnis arbor, quæ non fecerit fructum bonum, excidetur, quasi dicat. Maior culpa erit arboris, quæ nũc fructum non fecerit, quàm alio tempore, propter prædicta. Ideo securis est nunc posita ad radicem arboris potius, quàm alio tempore, quia magis meretur excidi, & acriori igne cremabitur arbor, quæ nunc fructum non fecerit, quàm quæ aliàs fructum non faciebat.

Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Iesus, dixit ei: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum.

Tunc venit. Hic ponitur testimonium Ioannis de Christo in ipsius præsentia, quia laudauit eum coram turba, sicut magis patet Io. 1. scilicet. Iste est de quo ego bis dicebam &c. *Et tunc dicitur venit Iesus.* Scilicet, tunc, quando Ioannes baptizabat populum, & prædicabat. Nam inter cæteros de populo venit. Luc. 3. scilicet. Factum est, cùm baptizaretur omnis populus, Iesus quoque baptizatus est. Et erat tunc Iesus annorum. 29. completorum incipiens trigesimum. Luc. 3. *A Galilæa.* Ante hoc Iesus in Galilæa semper habitauerat, quia ibi non prædicaret, nec faceret alia opera, propter quæ oporteret ipsum discurrere per loca, manebat semper in Galilæa, scilicet, in ciuitate Nazareth, quia ibi nutritus est. Luc. 4. scilicet, & venit Nazareth, ubi erat nutritus. In ipsa autem vrbe mansit semper, vsquequo venit ad baptismum Ioannis, & quando Ioan. cœpit prædicare, & baptizare adhuc manebat Iesus in Galilæa, in Nazareth. Et hoc significatur in fine præcedentis. Et scilicet. Et veniens habitauit in ciuitate Nazareth. Et tunc

tunc in principio huius. c. sequitur. In diebus illis venit Ioannes baptiprædicans, scilicet. In diebus quibus manebat Iesus in Nazareth Galileæ. Et sic ad hoc, quòd ueniret ad baptis. oportuit eum uenire de Galilæa. *In Iordanem*, ideſt, ad Iordanem, scilicet, quia apud Iordanem Ioannes prædicabat, & in ipso Iordane baptizabat, supra in litera, *vt baptizaretur ab eo*. Veniebat præcipue Christus, vt cognosceretur à Ioanne, & ab eo ostẽderetur toti populo. Nam ad hoc fuerat à Deo introductus baptismus Ioannis, vt patet Ioan. 1. Quia tamen istud non fieret sine baptismo, uenit, vt baptizaretur. Et dicitur ab eo, quia per Ioannem ostenduus erat populo. Ideo per Ioannem oportebat eum baptizari, & quia nemo ministrabat baptismum Ioannis, nisi ipsemet, vt probatum fuit supra in 50. quæstione. *Ioannes autem prohibebat eum*, scilicet. Nolebat eum baptizare dicens, quòd non erat opus ei, quòd ab illo baptizaretur. An uerò Ioannes cognosceret illum, cũ ista diceret infra dicetur quæstione 76. Dicens, ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me. Quasi dicat: iuste debeo baptizari, & tu venis ad me. Quasi dicat: iustius est, quòd ego à te baptizer, quàm, quòd tu baptizeris à me. Sic dicit Chrysosto. super Matth. scilicet, vt me baptizes est idonea ratio, vt iustus efficiar, & dignus cœlo, vt autem ego te baptizem, quæ est ratio? Omne bonum de cœlo descendit in terram: non de terra ascendit in cœlum. *Respondens autem Iesus dixit ei, sine modo*, ideſt, permitte me modo baptizari à te, & non contendas super hoc. Quasi dicat, quòd iustius sit te baptizari à me quàm è contrario, & tamen pro præsenti iustum est, quòd ego à te baptizer. Ideo sine modo, ideſt, modo permitte, postea verò aliud fiet. Ex hoc aliqui putant Ioannem à Christo fuisse baptizatum, de quo infra dicetur quæstio. 78. *Sic enim decet nos implere omnem iustitiam*, ideſt. Sic faciendo implebimus omnem iustitiam. Quidam exponunt omnem iustitiam, ideſt, totam iustitiam, scilicet, humilitatẽ. Nam dicunt primum gradum humilitatis, vel iustitiæ esse subijcere se maiori, & non præferre se æquali. Et ista uocatur iustitia sufficiens, & est iste gradus necessarius cuilibet iusto. Secundus gradus est subdere se æquali, & nõ præferre se minori. Et ista uocatur iustitia abundans. Tertius gradus est subijcere se minori, & ista est iustitia perfectissima, vel tota iustitia, & tunc nihil est aliud dicere omnẽ iustitiam, nisi dicere humilitatem, scilicet, ex humilitate Christus à Ioanne baptizatus est. Et istum sensum tenet Nicolaus. Alij exponunt omnem iustitiam, ideſt, omnem obedientiam. Christus namque homo ex obedientia totius Trinitatis fecit omnia, quæ operatus est, & passus. ad Philip. 2. scilicet. Factus est obediens Patri usque ad mortem, & in quolibet actu erat una obedientia. Et sic, quòd baptizetur, erat una de illis obedientijs. Ideo dixit, sic oportet nos implere omnem iustitiam, ideſt, omnem obedientiam per istum modum, quo ego à te baptizor. Quia ista est una de obedientijs mihi impositis. Et sic oportet nos implere omnẽ iustitiam, sic iustitiam baptismi secundùm dispensationem humanæ naturæ, sic impleuit iustitiam nascendi, & similium. Alij exponunt implere omnem iustitiam, ideſt, omne præceptum, vel omnem ritum, qui est ad iustitiam, scilicet. Omnis lex, quæ à Deo est, iusta est: ideo omnia præcepta talium legum dicuntur iustitiæ. Cùm autem quis impleuerit omnia præcepta illarum legum, dicitur implere omnem iustitiam. Sic Christus impleuit legem naturæ, quæ a Deo est: legem quoque Moysi, cum ait: non ueni soluere legem, sed implere infra 5. Legem quoque Euangelij, quam ipse dedit, prius implecuit, quia cœpit Iesus facere, & docere. Actu. 1. id. est, prius fecit illa, quæ docebat, quàm prædicaret ea.

Baptismus autem Ioannis licèt non esset sub præcepto, quia tamen à Deo erat, dicebatur quædam iustitia: ideo cùm Christus cætera obseruasset ad hoc, q̃ omnes diuinas iustitias compleret, oportuit eum suscipere baptismum Ioannis. Et sic dixit: Sic decet implere omnem iustitiam, ideſt, nunc accipiendo istum baptismum implebo omnem iustitiam, ideſt, præcepta diuina, uel ritus ab eo emanantes. Istud innuit Hieronymus aliqualiter super Matthæum dicens: Non autem addidit iustitiam legis naturæ, vt vtrumque intelligamus. Quasi dicat: dixit Christus omnem iustitiã generaliter, & non expressit legis naturæ: vt per hoc generale nomen intelligamus vtrumque, scilicet, iustitiam legis naturæ, & legis scriptæ vel prædicatæ, sicut erat baptismus Ioannis. Aliter exponit Remigius omnem iustitiam, ideſt, ostendere exemplar omnis iustitiæ in baptismo, sine quo non aperitur aditus regni cœlestis. Aliter exponit Chrysostomus super Matthẽ vocans omnem iustitiam, quæ est in opere, & in sermone. Est enim quædam iustitia recta facere: & alia iustitia est recta prædicare. Christus autem vtrumque fecit, quia non solùm baptismum prædicauit, sed etiam baptizatus est. Vnde ait, sine modo, vt iustitiam baptismatis non verbis sed factis adimpleam, prius suscipiã, postea prędicabo. Istæ omnes expositiones valde conuenientes sunt: si litera loqueretur solùm, vt diceret, sic decet me implere omnem iustitiam. Et tamen refertur ad Christum & Ioannem simul, cùm dicatur, sic decet nos implere: ideo uidetur dicendum, quòd iustitia accipitur pro obedientia, quæ quædam pars iustitiæ est: quia iustum est, ideſt, necessarium obedire illi, cui tenemur, immo obedientia coincidit ex maxima parte cùm iustitia legali, de qua. 5. Ethic. Et potest vocari iustitia legalis. Dicitur autem iustitia legalis, quando homo seruat omnia, quæ in lege scripta sunt. Et uocatur ista iustitia, quia iustum est legi obedire, i. debitum, quia superior est nobis. Et sic omnis iustitia legalis, est obedientia, licèt non conuertitur, quia etiã obediẽtia est ad aliquos ultra legem. Cùm ergo Christus impleret obedientiam suam implebat vnam iustiam; & Ioannes implẽs obedientiam suam implebat aliam iustitiam, cùm autem ambo implerent obediẽtias suas implebant omnem iustitiam, i. totam voluntatem iubentis, quia si alter eorum vellet implere, & alius non; non satisfieret Deo iubenti, quia non fieret, quòd ille mandabat. Cùm verò ambo obedirent, fiebat totum, quod ille mandabat. Et sic tota iustitia, uel omnis iustitia implebatur. Istud autem erat, qa Deus mandauerat Christo homini, quòd baptizaretur, & tenebatur obedire. Deus etiam mãdauit Ioanni, quòd baptizaret omnes, & aliquando baptizaret Messiam, nam propter hoc baptismus datus fuerat Ioanni, vt per hoc Messiam cognosceret, scilicet. Ego nesciebã eum: sed vt manifestetur in Israel, propterea ego veni in aqua baptizans, & Deus dedit ei signum ad cognoscendum ipsum, scilicet. Super quem videris spiritum descendentem, & manentem, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Ioan. 1. & sic Christus uolebat dicere, non recuses baptizare me, quia sic. i. q̃ tu me baptizes decet nos implere omnem iustitiam, quia ego teneor baptizari a te ex mándato Dei, & tu teneris me baptizare, quia ad hoc missus es. Istud ergo faciendo implebimus omnem iustitiam, i. voluntatem totam Dei, cui iustum est nos obedire. Iste videtur esse proprius sensus literæ; sed per hoc nullũ aliorum respuo. *Tunc dimisit eum.* ideſt, cùm Christus dixisset ista vidẽs Ioannes, quòd rectè diceret, non recusauit eum baptizare, sed dimisit eum, scilicet, intrare in aquam, & baptizauit eum.

Ad

Ad quid voluerit Christus baptizari, & an fuerit conueniens. Quæst. LXXI.

QVAERITVR, ad quid uoluit Christus baptizari. Quidam dicunt, quòd non, quia baptizari est lauari ab aliquibus inquinamentis, sed in Christo nulla fuit macula: ergo non debuit baptizari. Item Christus suscepit circuncisionem, vt impleret legem Moysi, quia illa erat de præcepto, & tamen baptismus Ioannis non erat sub præcepto, vt probatum est supra in 51. quæstione, ergo non licebat eum baptizari. Item in quolibet genere motus primum mouens debet esse immobile, quantum ad illum motum: sicut cœlum, q̃ est primum alterans, & generans, ac corrumpens omnia, nõ est alterabile nec generabile, aut corruptibile. Christus autem erat primum baptismum. Ioan. 1. scilicet. Super quem videris Spiritum Sanctum descendentem, & manentem, hic est qui baptizat. Ergo ipse non debuit baptizari ab aliquo. Item baptismus Ioannis erat baptismus pœnitentiæ, quæ Christo non conueniebat, quia non peccauerat. Dicendum, quòd conueniens fuit Christum baptizari à Ioanne, quia si non fuisset conueniens, non fuisset baptizatus ab eo, quia Christus nihil inconuenienter fecit. Et non solùm fuit conueniens, sed videtur necessarium, cùm Christus dixerit: sic decet nos implere omnem iustitiam, vt patet in litera. Iustum tamen quoddam debitum dicit, & sic Christus homo ex voluntate totius deitatis debebat baptismum Ioannis suscipere, quia conueniẽs erat propter causas, quæ infra dicentur: licèt propriè nõ possimus dicere Christum obligatum ad aliquid, cùm Christus esset persona diuina, & Deo nihil est maius. Nec est putandum, quòd Pater in diuinis aliquid iubeat filio: nec aliquid iubere possit, nec filius ad aliquid potest teneri Patri, cùm omnino æquales sint, quia eadem substantia numero sunt. Quia tamen Christus etiam homo est, ex ea parte potest aliquid facere, quod Deus iubet. Et largissimè loquendo poterit dici obligatus ad faciẽdum ex mandato Deitatis: propriè autem non, quia Deitas tota, non est maior Christo cùm quælibet persona diuina sit tota Deitatis, ideſt, ſm totam substantiam deitatis. Eo tamen modo quo Apostolus dixit Christum fuisse obedientem patri usque ad mortem, ad Phili. 2. possumus dicere eum esse obligatum, quia obedientia obligationem importat: quãdo enim quis facit id, ad quod non est obligatus, non dicitur obedire, sed sponte facere, vel ex supererogatione. Etiam, quia dato, quòd obedientia non importaret obligationem: tamen obedientia non est nisi ad maiorem, nec est possibile aliter intelligi, nisi quis uelit abuti uocabulo, dicens, esse obedientiam, vbi non est. Sed Apostolus dicit Christum obediuisse patri: ergo dicit patrem esse maiorem. Ex ea parte qua parte maior est potest mandare, & Christus tenebitur obedire. Sic enim dicitur Ioan. 14. infra. Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Qui tamẽ potest mandare potest obligare, quia præceptum obligationem importat, sicut dicit regula iuris, scilicet, quidquid præcipitur, imperatur: quidquid imperatur, necesse est fieri. Hoc ergo modo nos dicere possumus Christum obligatum fuisse ad faciẽdum aliquid de mandatis deitatis. Propriè tamen non poterat obligari: cùm Deitas non esset maior, nec aliquid separatum ab eo. Aliquis dicet, quòd Christus verè poterat obligari ad mandatum deitatis, quia licèt ipse esset verus Deus, erat tamen verus homo, & quia humanitas sua erat vera creatura, & Deo minor, poterat obligari. Dicendum, quòd non ſtat, quia licèt humanitas Christi esset creatura, Christus homo non erat creatura, quia Christus non est suppositum humanum, sed diuinum, licèt homo sit. Et quia obligatio cadit in personam, & in Christo erat unica persona, & illa erat persona diuina, nullo modo poterat obligari: sicut humanitas prout est natura, vel forma esset susceptiua obligationis, fuisset obligata Deo, sicut quælibet alia creatura, licèt esset maior qualibet alia propter unionem: quia tamen humanitas non est totum, sed pars, & non habet per se aliquod esse, quia esse est solius suppositi, per quod sunt omnia, quæ in eo sunt, quia aliàs quælibet res esset multæ rẽs, si partibus cõpeteret aliquod esse præter esse suppositi, cùm res dicatur unum ens ab unico esse. Cum ergo humanitas non sit, sed homo est, qui est, non poterit humanitas obligari: humanitas Christi non est Deus, nec deitas, & non repugnat sibi obligatio ex parte uiodeitas, & non repugnat sibi obligatio ex parte unionis ad uerbum, sed solùm, quia non est suppositum, & cùm non sit, non potest etiam obligari. Aliquis dicet, quòd potest obligari verè, quia secundùm iura est duplex obligatio, scilicet, personalis, & realis. Personalis respicit personam, vel suppositum. Realis verò respicit rem, quæ non est persona. Sic ergo, licèt humanitas Christi non est persona, est tamen res personæ, & sic propter eam causabitur obligatio realis, quę erit vera obligatio, & sic Christus propter humanitatem obligabitur. Dicendum, quòd obligatio, licèt sit quædam realis, quia est propter rem, nulla tamen est realis, ideſt, imposita rei. Omnis namque obligatio personalis est, ideſt, in persona. Cũ verò distinguitur obligatio in personalem, & realem, non distinguitur per substantiam, sed per causam. Quia per substantiã omnis obligatio personalis aliqua in persona est anima, & ipsa realis obligatio in persona est, quia dicimus, ipsa persona est obligata propter rem. Cum ergo persona dicatur obligata, necesse est obligationem in illa esse, quia aliàs non denominaret eam formaliter. Cum autem dicimus quandam obligationem personalem, & aliam realem distinguimus eas per causam, scilicet, quia cuiusdã obligationis est causa ipsa res, & insurgit propter rem, & alterius obligationis est causa ipsa persona, etiam nulla re exeunte, vel considerata. Vtraque tamen personalis est subiectiuè, ideſt, in persona est. Et sic si in Christo deberet aliqua obligatio realis esse, licèt illa esset propter rem, ideſt, propter humanitatem: esset tamen uerè in persona Christi, & tamẽ persona illa non potest obligari, cùm nihil sit maius ea, æqualiter repugnat sibi habere obligationẽ realem, sicut & personalem. Et sic nullo modo propriè Christus potest obligari. Sed obijcietur adhuc, quòd obligatio realis sit uera in re, & non in persona. Quia aliquando imponitur de iure obligatio alicui rei, sine persona: sicut alicui possessioni imponitur certa persio, quæ soluenda sit de illa possessione, & alicui beneficio, vel capellaniæ imponitur onus dicendi certas missas, vel faciendi certa obsequia, & non ponitur in illud alicui personæ, sed est proprium onus rei. Et ita ut cunt iura transire rem cum onere suo. Ita ergo ipsi humanitati Christi poterat esse impositũ quoddam onus, vel obligatio, q̃ ad personam non pertineret. Dicendum, q̃ non ſtat. Primò quia ista adhuc obligatio non est uerè realis, sed personalis, ideſt, non est in re obiectiuè, sed in persona. Quod patet, quia si esset obligatio realis nunquam posset transire in personam, & tamen transit, quia persona, quæ acceperit illud bonum, vel possessionem tenebitur ad illa onera. Et sic erit iam obligatio personalis. i. in persona: ergo nõ fuit in re, quia accidentia non transeunt de subiectanea in subſtantiam. Secundò patet. Quia ius non vult causare obligationẽ ad impossibile, immo nec potest, quia iam non esset ius, cùm no esset iustum. Omnis ratio obligatio est ad aliquid agendũ, vel patiendum, quod dependet ex actu: res tamen sine persona nihil agere potest. Ergo si ius imponeret alicui possessioni pensionem, & alicui beneficio onus certarum missarum, si esset illa obligatio in re, esset ad impossibile: cùm nec possessio posset soluere possessionem, nec beneficium missas dicere. Ius ergo imponens tales obligationes personam respexit: quia isti sunt actus personales, qui ad rem non pertinent. Causa autem quare, cùm istę obligationes sunt personales ponuntur rebus à iure est, quia ius interdum vult causare obligationem perpetuam. Nulla autem persona perpetua est, & res perpetuæ sunt. Ideo per quandã fictionem imponit onus certi, & sic quæcunque persona accipiat illam rẽ, transmittit in se obligationem, quàm ius dicebatur imponere illi rei, quę non erat verè in re, & est verè in persona. Alia causa est, quia ius vult facere obligationem certam, res autem sunt magis determinatæ, quàm personæ: ideo conuenientius ponitur onus rei, quàm personæ: vtpotè dato, quòd esset aliquod beneficium, vel capellania, quòd non institueretur ad semper durandum: sed solùm triginta, vel quadraginta annis, cõuenientius adhuc poterat ibi imponi onus rei, quàm personæ, scilicet, quòd illa capellania teneatur ad tot missas, vel obſequia, quàm q̃ imponatur alicui personæ. Quia magis apta est illa capellania, vt imponatur sibi onus certarum missarum, & habens eam tenebitur ad illas, quàm quòd imponatur alicui p̃sonæ: quia magis apta est illa capellania, quàm quòd imponatur alicui personæ illud onus, quia capellania est apta, vt quicunque habens eam dicat illas missas: & non est determinata aliqua persona ad semper dicẽdum, quia potest videri melius illi personæ aliud facere, quàm dicere illas missas, & tunc alia persona subibit illud onus, quod non fieret si esset onus impositum personæ. Et tamen propter hoc non est ibi aliqua obligatio in re, sed in persona. Sed obijcietur, quòd obligatio sit aliqñ in re: vt aliquando talis possessio pensionata, vel capellania à nullo tenetur, & tamen manet obligatio pensionis & missarum dicendarum: ideo nõ est obligatio in re, alioquin periret obligatio, & oportebat de nouo constituere obligationem, cùm possesio illa, vel capellania ab aliquo acciperetur: quia obligatio semel extincta non potest reuiuiscere. Dicendum, quòd nulla obligatio manet realiter in ipsa re eo tempore, quo à nullo tenetur, & tamen cum accipitur ab aliquo, non oportet de nouo constitui obligationem, quia ille reputatur manere in re non quidem verè, sed fictione iuris: quia ius fingit manere obligationem. Et est utilis ista fictio, quia aliàs multa iura oporteret destrui, quæ semper manent, & oporteret innouari sæpe obligationes, & multas mutationes fieri, quæ euitãtur per istam iuris fictionem. Et ita interdum iuris fictione duo dies sunt vnus dies, & mortui iudicantur viuentes, & duæ personæ reputantur vna, & tamen realiter non est sic: & ita de plurimis. Sic ergo dicendũ, quòd non poterat esse aliqua vera obligatio in humanitate Christi, cùm in rebus nulla sit obligatio nisi fictione iuris. Item quia etiam quando per fictionem iuris obligatio est in aliqua re, & transit illa ad aliquam personã, & transumit in se illam obligationem. Et sic, si in Christo humanitate esset aliqua obligatio vera, illa transiret in personam Christi, & tamen illa non potest obligari, quia est Deus: ergo nec in humanitate Christi erit obligatio. Dicendum ergo, quòd Christus non potuerat vere esse obligatus ad baptismum Ioannis, nec ad aliquid aliud, & tamen decuit, quòd illum assumeret propter aliquas causas: nec etiam ad aliquem baptismum erat obligatus: voluit tamen baptizari. Causę autẽ quare in generali voluit baptizari, sunt tres, de quibus hic dicetur. Causæ autem quare baptismo Ioãnis baptizari voluit ponentur sequenti. q. Prima causa est, vt ait Ambrosius super Lucam ad mũdandum aquas, scilicet. Baptizatus est Dominus non mundari volens, sed mundare aquas, vt abluta carne Christi, quæ peccatum non cognouit, baptismus vim haberet, & vt relinqueret aquas sanctificatas postmodum baptizandis. Idem dicit Chryso. super Matthæ. Augustinus quoque in sermone quodam Epiphaniæ dicit: Saluator ideo baptizari voluit, non vt sibi mundiciam acquireret: sed, vt nobis fluenta mundaret. Secundò baptizari voluit Christus non pro se: sed pro membris suis, quæ baptismo indigebant. Sic dicit Chryso. super Matth. scilicet. Ad hoc ad baptismum venit, vt qui humanam susceperit naturã, totũ humanæ naturæ inueniatur impleſſe ministerium. Nam quamuis ipse non erat peccator, tamen naturam susceperit peccatricem. Propterea, & si pro se baptismate non egebat, tamen malis in alijs carnalis natura opus habebat. Sic etiam dicit Grego. Nazianzenus: Baptizatus est Christus, vt totum veterem Adam mergat in aquam. Tertiò voluit baptizari propter exemplum. Sic ait Augustinus in quodam sermone Epiphaniæ, scilicet. Ideo baptizari voluit, vt faceret, q̃d faciendum omnibus imperabat. Vt doctrinam suam non tam uerbis insinuaret, quàm actibus exerceret. Et sic dixit ipse Christus Ioan. sic decet nos implere omnem iustitiam. Super quo dicit Ambro. super Lucam. Hæc est iustitia, vt quod alterũ facere velis, prior ipse incipias, & tuo alios horteris exemplo. Ad primũ argumentum dicendum, quòd licet baptismus communiter sit ad mundificationem baptizati, baptismus Christi non fuit ad hoc, sed ad mundificationem eius, in quo baptizabatur, scilicet, aquarum & propter causas dictas. Ad secundum dicendum, quòd Christus nõ solùm voluit implere ea, quæ erant legis veteris, sed etiam ea, quę erant legis nouæ, quia cępit facere, & docere. Et quia baptismus pertinet ad legem nouam, voluit Christus baptizari, vt ad baptismum legis nouæ nos hortaretur, licèt ipse non baptizatus est hoc baptismo, sed baptismo Ioan. Ad tertium dicendum, quòd verum est quod, licèt primum mouens sit immobile in illo genere, in quo est mouens, Christus autem nõ fuit primum baptizans in genere baptismi aquæ, sed in genere baptismi spiritualis, cùm dicatur de eo, ipse baptizabit vos in Spiritu sancto, & igne. supra in litera. Et sic Christus non debuit baptizari baptismo spirituali, scilicet, in quo conferretur sibi Spiritus sanctus, quia non egebat, sed potuit baptizari baptismo aquæ, qualis erat baptismus Ioan. s. Ego baptizo uos in aqua. supra in litera. Et in isto baptismo nõ fuit Christus primum baptizans, sed Ioan. immo nunquam ipse contulit baptismum istum alicui, cùm etiam de suo non constet, an alicui contulerit, vt declaratum fuit supra in 49. quæst.

An fuerit decens Christum baptizari baptismo Ioannis. Quæst. LXXII.

QVAERITVR vlterius, cùm Christus voluerit baptizari, an fuit decens eum baptizari baptismo Ioan. Quidam dicunt, quòd non. Quia omnis Christi actio, est instructio nostra, cùm supra dictum sit secundùm Aug. quòd ideo baptizatus est Christus, ut nos ad baptismum incitaret, & tamen nos omnino non admonemur baptizari baptismo Ioan. ergo, nec Christus illo debuit baptizari. Item baptismus Ioannis erat baptismus pœnitentiæ. Mar. primo. sed pœnitentia Christo non conueniebat, eo quòd pœnitentia est de peccatis. Christus autem peccatum nullum fecit. 1. Petr. 2. Qui peccatum non fecit,

fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Non debuit ergo baptizari baptismo Ioānis. Item sicut dicit Chrysostо. baptismus fuit quasi medius inter baptismum Christi, & Iudæorum, scilicet, baptismata calicum, & æramentorum, & alia baptismata legalia: medium autem sapit naturam extremorum. Si ergo Christus baptizatus est baptismo Ioannis, debuit baptizari baptismo legali, & suo, sed non baptizatus est eis, ergo nec debuit baptizari baptismo Ioannis. Item in rebus humanis, illud quod est excellentissimū Christo debuit attribui, quod uerò paruum est, & minus excellens non: baptismus Ioannis non est excellentior inter baptismata, quia maior est baptismus Christi: ergo non debuit Christus baptizari baptismo Ioannis. Dicendum, quòd Christum decuit baptizari baptismo Ioannis. Ideo uenit ad ipsum, vt baptizaretur ab eo in Iordane, & Ioannis baptizauit eum baptismo suo, idest, Ioannis, & non Christi. Sic dicit Augu. super Ioan. scilicet: Baptizatus est Dominus, & baptizabat, non eo baptismate, quo baptizatus est. Christus autem si baptizabat baptizaret baptismo proprio: ergo non baptitizatus est baptismo suo, sed Ioannis. Hoc autem fuit conueniens propter multa. Primò propter conditionem baptismi Ioannis, qui non baptizabat in Spiritu, sed in aqua solum: Christus autem non indigebat baptismate spirituali, quia ab instanti cōceptionis suæ fuit plenus Spiritu Sancto. Nam Pater dedit ei Spiritum nō ad mensuram. Ioan. 3. Si autem baptizaretur baptismo spirituali, qualis est noui testamenti, esset in eo superfluus, quia non indigebat gratia, quæ conferretur ei, immo nec aliqua posset ei conferri per sacramentum, cùm potius sacramenta ab eo uirtutem accipiant. Baptismus autem Ioannis non poterat in eo esse superfluus. Nam faceret in eo quod in alijs, scilicet, lauare corpus exterius. Istam causam tāgit Chrysostom. Secundò decuit eum hoc baptismo baptizari, vt per hoc baptismum Ioannis approbaret. Nam cùm ipse esset tam reuerēdus, vt postea apparuit omnibus Iudæis ex operibus eius, accipiēdo baptismum Ioannis approbabat illud ualde, & magnam ei auctoritatem conferebat. Istud autem erat conueniēs non solùm in fauorem Ioannis, sed magis in fauorē Christi, quia Ioannes missus fuerat, vt testimonium perhiberet de Christo. Ioan. 1. scilicet. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic uenit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine. Et omnes Euangelistæ allegant testimoniū Ioannis de Christo. Ad hoc ergo, q̄ testimonium istud esset firmum, oportebat Ioannem esse magnæ auctoritatis, & Christi intererat Ioannem habere magnam auctoritatem. Si autem Ioanne baptizante populum Christus non vellet ab eo baptizari, videretur contemnere baptismum eius, & sic ostendere quòd opera Ioannis non erant omnino à Deo, in quo multum de auctoritate eius peribat. Ideo fuit ualde conueniens Christum baptizari à Ioanne, & laudare baptismum eius. Et sic faciebat, & increpabat eos, qui nolebant baptizari à Ioanne. Luc. 7. Vbi Christus laudauit Ioannē. Et sequitur: Et omnis populus audiens, & publicā iustificauerunt Deū baptizati baptismo Ioan. Pharisæi autē, & iegis periti cōsiliū Dei spreuerūt in semetipsos nō baptizati ab eo. Et istam causam tangit Beda. Tertiò baptizatus est ad sanctificandum baptismū. Sic enim dicit Gregorius Nazianzenus, scilicet. Accedit Iesus ad baptismum Ioannis sanctificaturus baptismum. Alias tres causas huius assignauit Glo. Mag. primo. Prima est propter humilitatem implendam. sicut dicitur in litera. Sic decet nos implere omnem iustitiam, idest, humilitatem, vt communius exponunt. Secunda est, vt baptismum Ioannis approbaret, quæ supra posita

est. Tertia est, vt tactu suæ mundissimæ carnis aquam consecraret, vt esset materia apta pro suo baptismo, de qua diximus præcedenti quæstio. Alias etiam tres causas assignant Doctores. Prima est, vt ostenderet non differre quis à quo baptizaretur, quia Christus in immensum erat melior Ioanne, & uoluit ab eo baptizari, ita nemo debet cōtemnere ministrum sacramenti qualiscunque ille sit. Istam causam tangit Augu. in libro de Natura boni. Secunda est ad dandum exemplum baptismi illis, qui futuri erāt filij Dei per fidem, vt ait Augu. in libro Quæstionum ueteris, & noui testamenti, & etiam in quodam sermone Epiphaniæ. De hac diximus præcedenti quæst. Tertia est ad euacuandum errorem quorundam, qui Ioannem maiorem Christo esse volebāt, scilicet, quia per miraculum quod apparuit in baptismo, scilicet, descēdente super eum Spiritu Sancto in specie columbæ, apparuit eum esse maiorem Ioanne, & omnibus hominibus. Quia Deus dixerat Ioanni, q̄ ille, super quem descenderet Spiritus Sanctus, erat qui baptizabat in Spiritu. Ioan. 1. Et tamen baptizare in Spiritu erat maius, quàm baptizare in aqua. Istam causam tangit Chrysostо. Istæ causæ habentur ex intentione Doctorum, vt allegati sunt. Sunt tamen aliæ duæ causæ magis efficaces: quare Christus baptizari uoluit à Ioanne. Prima est, vt Ioannes cognosceret Christum. Ipse namque uenerat adferendum testimonium de eo, & non cognoscebat eum determinatè quis esset. Et ad hoc Deus dedit ei signum. Ioan. primo, scilicet. Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem uideris Spiritum Sanctum descendentem, & manentem, ille est. Oportebat ergo, q̄ Christus ueniret, & baptizaretur à Ioanne. Et sic descendente Spiritu Sancto ibi super Christum posset Ioannes cognoscere, quis erat ille. Aliàs enim nūquam cognouisset, & signum à Deo datum esset inutile. Secundò, vt Christus manifestaretur toti populo. Nam cùm veniret Christus ad baptismum Ioannis, ad quem totus populus ueniebat, poterat ibi ostendi toti populo à Ioanne. Et sic factum est Ioan. primo, cùm dixit populo. Iste est, de quo dicebam, qui post me venit, & ante me factus est. Quod autem ita sit causa baptismi, tangit ibi Ioannes dicens: Ego nesciebam eum, sed ut manifestetur in Israel, propterea ego ueni in aqua baptizans, scilicet, vt manifestetur Christus tam Ioanni, quam toti Israel. Et ad hoc erat totus baptismus Ioannis præcipuè, licèt haberet alias causas minus principales. Ad primum argumentum dicendum, q̄ actio Christi est instructio nostra non quidem, vt nos omnino agamus sicut ille fecit, sed ut imitemur eum eo modo, quo possumus, & qui nobis ieiunandi comdetit. Sicut Christus ieiunauit, vt nobis ieiunandi exemplum relinqueret. Et tamen non debemus nos quadraginta diebus ieiunare nullo cibo sumpto sicut ipse, sed eo modo quo bene ieiunare possimus, quantum sufficit ad carnem castigandam, & non ad occidendum. Sic ergo Christus baptizatus est, vt nos baptizemur. Et tamen Christo, qui non peccauerat, non cōueniebat baptismus spiritualis, sed baptismus aquæ qualis erat baptismus Ioannis. Nos autem egemus remissione peccatorum: ideo baptismus spiritualis nobis conuenit: & sic debemus imitari Christum, quòd baptizemur, quia ipse baptizatus est. Non tamen debemus baptizari eo baptismo, quo ipse baptizatus est. Ad secundum dicendum, quòd Christus baptizari voluit, vt nos ad baptismum inuitaret suo exemplo. Et ad hoc, quòd efficacior esset eius inductio uoluit baptizari baptismo, quo manifestè non indigebat, vt homines ad baptismum accederent, quo indigebat. Vnde Ambros. super Lucam. Nemo refugiat lauacrum gratiæ, quando Christus lauacrum pœnitentiæ non refugit. Cùm autem dicitur, quòd baptismus Ioannis erat baptismus pœnitentiæ, dicendum q̄ baptismus in se non importabat aliquam pœnitentiā, quam conferret, vt rem sacramenti, sicut baptismus noster gratiam confert, & characterem, sed erat quoddam præparatorium ad pœnitentiam quantum ad illos, qui pœnitentia indigebant. In Christo autem non fuit præparatus ad hoc, quia pœnitentia non egebat. Sic enim circuncisio erat in remedium peccati originalis. Et tamen, quia in Christo non fuit macula originalis, circuncisio non fuit in eo remedium. Ad tertium dicendum, q̄ baptismus Iudæorum erat duplex, Quidam legalis, & alius superstitiosus. Primus erat quantum ad multas purificationes, quas lex iubebat in illis, qui incurrebant immunditiam, vt patet Leuit. 11. & 14. & 15. Secundus erat quo utebantur Pharisæi, qui habebant multa baptismata, scilicet, calicum, & æramen rum, & urceorum, & lectorum, & sæpe corpora ablue bant. Et de isto manifestum est, quòd Christus non debebat illum assumere, quia ipse talia baptismata tanquam superuacua arguebat Marci. 7. Et ista non erant a lege, sed ex traditione seniorum. eod. cap. Baptismus autē legalis à Christo non fuit acceptus, quia ille erat ad expiandas immunditias legales: Christus autem non incurrebat illas: ideo non indigebat tali baptismate ad legis obseruationem. Et cum dicitur, quòd debebat accipere baptismum legalem, & suum suolebat accipere baptismum Ioannis. Dicendum, quòd ratio non urget, quia baptismus legalis erat solum figuralis, baptismus autem Ioannis erat aliqualiter realis inquantum inducebat homines ad abstinendum à peccatis, cùm esset baptismus pœnitentiæ: baptismus autem Christi habebat efficaciam mundandi à peccato, & conferendi gratiam. Christus autem non indigebat recipere remissionem peccatorū, quia in illo nulla erant: nec recipere gratiam, quia plenissimus erat ea. Similiter cùm ipse esset veritas, non competebat ei id, quod in sola figura gerebatur: qualis erat baptismus legalis. Ideo fuit magis conueniens, q̄ baptizaretur baptismo Ioannis, quàm aliquo de alijs. Ad quartum dicendum, q̄ baptismus est quoddam spirituale remedium. Quanto autē aliquid est magis perfectum, tanto minori remedio indiget. Ideo non solum ipse debebat baptizari perfectissimo baptismo, sed potius ex hoc, quòd ipse erat perfectissimus, debebat baptizari minori baptismo. Cùm autem dicitur, q̄ ea, quæ perfectissima sunt, sunt Christo attribuenda: dicendum, quòd est uerum de illis, quæ sunt in se perfecta, & perfectionem ostendunt in eo, in quo sunt, vel cui attribuuntur. Ista est de baptismo Christi, quia in se perfectus est, & omnium baptismatum perfectissimus, & tamen non imperfectionem ostendit in illo, qui eo indiget, scilicet, quòd non habeat gratiam, & quod habeat peccata, quæ possint remitti. Maior ergo perfectio erat alicuius, cui sufficeret baptismus Ioannis, quàm eius, qui indigeret baptismo Christi. Sicut medicina excellens perfectior est, quàm medicina parua. Et tamen quāto aliquis indiget perfectiore medicina, tanto minus perfectus est, idest, minus sanus. sed obijcietur, quòd Christo conueniret baptismus suus, quia etiam circuncisio tollebat peccatum, & conferebat gratiam. Et tamen Christus circuncisus est inde nullam gratiam accipiēs, nec peccatorum remissionem: ita ergo posset baptismum suum accipere, & quòd per eum nihil sibi conferretur. Dicendum, quòd non est simile propter duo. Primò, quia Christus accepit circūcisionem, quasi ex quadam necessitate, scilicet, vt non scandalizaret Iudæos, & quia alias non acciperent eum in Messiam tanquam legis transgressorem. De baptismo Christi non erat talis causa, cùm non esset aliqua cæremonia legis ueteris cadens sub precepto. Secundò, quia non poterat Christus baptizari baptismo suo, quando à Ioanne baptizatus est. Nam, vt præsuppositum est, oportebat Christum à Ioanne baptizari, Ioannes tamen non poterat ipsum baptizare baptismo nostro propter duo. Primò, quia Ioannes non conferebat nisi baptismum suum, & omnes ab eo baptizati illo baptismo baptizabantur. Secundò, quia baptismus Christi nondum erat institutus, quando ipse baptizatus est à Ioāne, sed tunc materiam ad baptismum præparauit sanctificās aquas tactu carnis suæ, vt quæstione septuagesimaprima supra dictum est.

An conuenienter Christus baptizatus est in Iordane. Quæst. LXXIII.

QVAERITVR, an conuenienter Christus baptizatus est in Iordane. Dicendum, quòd de baptismo Ioannis quare baptizaret in Iordane populum, supra dictum est, in 39. quæstio. An verò Christus ibi baptizari debuit nunc dubium est. Dicunt quidam, q̄ non debuit ibi baptizari, sed potius in mari rubro. Veritas enim debet respondere figuræ, sed figura baptismi præcessit in transitu maris rubri, vbi Aegyptij submersi sunt, sicut peccata delentur in baptismo, & sic Apostolus dicit Iudæos, fuisse baptizatos in mari. primæ ad Corint. 10. scilicet. Patres vestri omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari. Ergo Christus magis debuit baptizari in mari, quàm in flumine Iordanis. Item Iordanis interpretatur descensus, sed per baptismum potius aliquis ascendit, quā descendit, quia per eum ad ascendendum in cœlum paratur uia. Vnde infra in litera dicitur, quòd baptizatus Iesus ascendit confestim: ergo non debuit baptizari in Iordane. Item transeūtibus Israelitis in terram Chanaan, aquæ Iordanis conuersæ sunt retrorsum. Iosue 4. & Psalm. 113. Illi tamen qui baptizantur nō nadunt retrorsum, sed progrediuntur in faciendum: ergo non erat conueniens ibi Christum baptizari. Dicendum, q̄ conueniens fuit Christum ibi baptizari, quia ad baptismum istum nihil magis conferebat unus locus, quàm alius. Ideo Christus non elegit potius baptizari in Iordane, quàm in alio loco, quasi hoc aliquid conferret ad id quod ipse intendebat, sed Christus intendebat baptizari à Ioanne. Ideo vbicunque ille baptizaret ceteros, ibi Christus vellet baptizari. Accidit autem quòd Ioannes baptizaret populum in Iordane, quando Christus uenit ad baptismum: ideo ibi baptizatus est. Ioannes tamē baptizauit aliquādo in Aenon iuxta Salim, quia ibi erant aquæ multæ. Ioan. 3. & sic accideret, q̄ si illo tempore uenisset Christus ad baptismum fuisset baptizatus in Aenon. Nihil ergo loca conferebant ad hoc, sed erat per accidens. Istud est uerum quātum ad causam literalem. Et tamē in sensu mystico, in quo argumēta procedebant potest adhuc dici, q̄ Christus conuenienter in Iordane baptizatus est, quia Iordanis fuit fluuius, per quem Israelitæ in terram promissionis intrauerūt. Istud autem habet speciale baptismus Christi super omnia baptismata, scilicet, q̄ introducit in regnum Dei, quod per terram promissionis significatur. Vnde dicitur Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto nō potest introire in regnum Dei. Ad hoc etiam facit, q̄ Elias, qui rapiendus erat in cœlum in curru igneo, diuisit aquas Iordanis. 4. Reg. 2. scilicet, quia transeuntibus per aquam baptismi patet aditus in cœlum per ignem Spiritus Sancti. Ideo conueniens fuit, etiam quantū ad causam figuralem, quòd Christus in Iordane baptizaretur.

Ad pri-

Ad primum argumentum dicendum ꝙ ad veritatem baptiſmi ſecundùm cauſam literalem non magis erat baptizari Chriſtum in Iordane, quàm in mari rubro, quàm in aliquo lacu. Et ſi Ioannes fuiſſet baptizans in mari rubro Iudæos, ibi Chriſtus ab eo baptizaretur: quia tamẽ baptizabat in Iordane, baptizatus eſt ibi. Dicendum eſt, quòd etiam ſecundùm cauſam figuralem fuit tam conueniens baptizari Chriſtum in Iordane, quàm in mari rubro. Nam in vtroque baptiſmus præfiguratus eſt quantum ad duos effectus, quos habet, ſcilicet remiſſionem peccatorum, & apertionem regni cælestis. Tranſitus maris rubri figurat baptiſmum inquãtum in eo delentur peccata, & homo exit inde mundus a crimine. Sicut in mare rubrum intrauerũt quaſi ſimul Iudæi, qui erant cultores Dei; & Aegyptii, qui cultores Dæmonum. Et nullus Aegyptiorum exiuit: ſed ibi occiſi ſunt in aquis: omnes autem Iudæi exierant, quia ſeruitus Diaboli in aquis relinquitur. Ideo baptizandis, quando exorcizantur, Eccleſia dicit: abrenuncias Sathanæ & pompis eius? & illi profitentur ſe facturos. Tranſitus autem Iordanis prefigurauit baptiſmum inquantum aperit ianuam regni cælestis, ſicut Iordanis apertus fuit ad introitum Iſraelitarum in terram promiſſionis. Et quia principalior effectus baptiſmi eſt apertio regni cœleſtis: fuit conuenientius ſignificari in baptiſmo Chriſti, quàm aliàs. Ideo tam conueniens fuit Chriſtum in Iordane, quàm in mari rubro baptizari. Ad ſecundum dicendum, quòd in baptiſmo eſt acceſſus ad vitam æternam diſpoſitiuè per effectum gratiæ, quæ ibi confertur: & quia gratia præſupponit humilitatis deſcẽſum, iuxta illud Iac. 4 humilibus autem dat gratiam: ad iſtũ deſcenſum humilitatis ſignandum conueniens fuit nomen Iordanis. Ad tertium dicendum, quòd in baptiſmo vtrumque fit, ſcilicet progredi, & retrocedere. Nam progreditur homo in viam perfectionis, & verſus vitam æternam, & peccata, quæ prius cum homine procedebant per continuum augmentum retrocedunt: quia ibi cadunt, & pereunt. Sic dicit Auguſtinus in ſermone Epiphaniæ, ſcilicet. Sicut antea aquæ Iordanis retrorſum conuerſæ fuerunt, ita modo Chriſto baptizato in Iordane peccata retro cõuerſa ſunt.

Quam ſanctificationem tribuit aquis Chriſtus tactu ſuæ ſanctiſſimæ carnis. *Quæſt.* LXXIIII.

QVAERITVR circa id quod ſupra dicebatur, quòd ſæpe dicitur quòd Chriſtus tactu carnis ſuæ aquas ſanctificauit, quæ ſanctificatio fuit iſta: & an aliquid contulit aquis ille tactus carnis Chriſti, quantum ad effectum baptiſmalem. Quidam dicunt, quòd verè aliquid contulit. Nam virtutem ſanctificandi baptizatos contulit. Sic enim dicit Beda, & eſt dictum commune, quòd tactu ſuæ mundiſſimæ carnis uim regeneratiuam contulit aquis. Vis tamen regeneratiua eſt virtus baptiſmalis, ideſt, efficiens in baptiſmo, per quam baptizati ſanctificantur. Item ſic dicit Chryſoſtomus ſuper Matthæum, quòd Chriſtus baptizatus eſt, non vt peccatorum remiſſionem acciperet per baptiſmum: ſed vt ſanctificatas aquas relinqueret poſtmodum baptizandis. Ergo ſanctificatio aliqua manet in aquis ex tempore quo baptizatus eſt. Item apertius Auguſtinus ponit iſtud, ſcilicet, quòd illę aquæ non ſolùm lauent corpus, ſed penetrent ad animam. Quod tamen non fit ſine aliqua virtute ſpirituali in eis exiſtente. Vnde in quodam ſermone Epiphaniæ ait: Sed ſaluator ideo baptizari voluit, non vt ſibi munditiam acquireret, ſed vt nobis fluenta mundaret: ex quo enim ille in aquas mergitur, ex omni peccato abluit aqua. Et ſubdit ibi. Nec mirum, quòd aquam hoc eſt ſubtiliam corporalem, ad purificandam animam dicimus peruenire. Peruenit planè, & penetrat conſcientiæ uniuerſa latibula: quamuis & ipſa ſit ſubtilis, & tenuis, benedictione tamen Chriſti facta ſubtilior occultas ui tæ cauſas ad ſecreta mentis ſubtiliora pertranſit. Subtilior enim eſt benedictionum curſus, quàm aquarum meatus. Vnde quæ ſaluatoris baptiſmate benedicto fluxit, tanquam fluuius ſpiritualis omnium gurgitum tractus, & vniuerſorum fontium venas impleuit.

Dicendum quòd Chriſtus per baptiſmum ſuum tangendo aquam non contulit illi aliquam virtutem realem, quæ ad baptiſmum noſtrum in aliquo proficiat. Primò patet, quia ſi illa virtus fuiſſet collata, neceſſe erat, quòd eſſet purè ſpiritualis: quia virtus ſanctificatiua purè ſpiritualis eſt. Iſtam autem impoſſibile eſt eſſe in aqua, quia accidens ſpirituale non poteſt eſſe in corpore: ſicut eſt impoſſibile per aliquam perſonam habitum dialecticum eſſe in lapide, quia qualitas ſpiritualis eſt. Actus autem ſignificandi eſt pure ſpiritualis: ideo impoſſibile eſt eſſe in aliquo corpore, & conſequenter non poteſt ſibi conferri. Secundò quia omne accidens, quod eſt in ſubiecto eſt neceſſariò per modum ſubiecti, omnia autem corpora habent extenſionem. Ideo omnia accidentia eorum ſunt extenſa in eis. Et nullum accidens alicuius corporis eſt in indiuiſibili nec poteſt eſſe, quia tunc non eſſet in corpore nec in aliqua parte corporis ſit indiuiſibilis. Accidentia tamen ſpiritualia neceſſario ſunt indiuiſibilia, ideo non poſſunt eſſe in corpore tanquam in ſubiecto. Et ſic iſta virtus ſanctificatiua non poterit eſſe in aquis. Tertiò, quia non ſolùm in aquis, immo in nulla creatura poteſt eſſe talis virtus. Nam dicimus communiter, & eſt veriſſimum, quòd nulli creaturæ poteſt communicari virtus creatiua, quia illa eſt virtus infinita, & non poteſt eſſe ineſſe finito, & communicata nulli poteſt communicari. Poteſtas autem iuſtificandi impium etiam eſt infinita, quia iſta dicit remiſſionem peccatorum, & collationem gratiæ, & hoc ſolo Deo competit. Vnde Iudæi dixerunt, quòd Chriſtus blaſphemauit quando dixit paralitico, dimittuntur tibi peccata tua, dicentes. Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus? Mar. 2. In baptiſmo autem eſt iuſtificatio impij pleniſſima: quia non ſolùm peccata remittuntur, & confertur gratia: ſed extollitur debitum omnis pœnæ, quæ pro peccatis toleranda erat. Illud autem fit per virtutem ſanctificatiuam baptiſmi. Et ſic eſt iſta virtus infinita, non poteſt eſſe in aqua, nec in aliqua creatura: ergo Chriſtus non contulit aquis vim regeneratiuam, vel ſanctificatiuam. Quartò, quia ſi in aqua eſſet talis virtus realiter, quæ eſſet aliquod abſolutum, haberet ſemper aqua illam virtutem, & tunc neceſſe erat, quòd omnes, qui immergerentur in aquam, participarent de illa virtute, quæ verè eſſet in aqua: ſicut omnes merſi in aquam ſentiunt frigiditatem eius, & humiditatem, & tenuitudinem, & cætera accidentia ipſius. Et ſic omnes homines intrantes in aquam ſanctificarentur ſiue eſſent Chriſtiani ſiue non. Iſtud eſt abſurdum: ideo non eſt ibi aliqua talis virtus. Quintò patet, quia ſi talis virtus eſſet in aqua, quandocunque homo intraret in aquam ſanctificaretur per eam, & conferret effectum baptiſmalem, cùm dicatur habere vim regeneratiuam, & ſic quotiens homo intraret in aquam totiens baptizaretur. Iſtud autem abſurdum eſt, & etiam falſum: quia baptiſmus non debet iterari: ergo non eſt ibi virtus aliqua. Sextò patet, quia ſi virtus ſanctificatiua eſſet in aquis, non oporteret eſſe ſacram[entum] baptiſmi, nec proferri aliquam formam verborum ſuper baptizatum, quia cùm quis ingrederetur in aquã, ſanctificaretur per vim ſanctificatiuam, vel regenerati-uam, quæ in illa eſt, & iſte eſt totus effectus baptiſmi. Hoc tamen eſt abſurdum, quia qui non fuerit baptizatus in nomine patris &c. condemnabitur. Marc. 16. ergo non eſt in aqua virtus regeneratiua. Septimò ꝙ Auguſt. dicit: accedit verbum ad elementum, & fit ſacrãmẽtum. Detrahe verbum, quid eſt aqua niſi aqua? & ſic vult, quòd aqua ſine verbo nihil prodeſt: quia non eſt niſi aqua. Si tamen aqua haberet vim regenerationem, etiam ſine verbo proficeret omnibus merſis in eam, ergo non eſt ibi virtus. Aliquis dicet, quòd in aqua virtus regeneratiua eſt, & tamen illa non operatur, niſi quando proferuntur verba. Et hoc etiam ſolum quantum ad illos, qui credunt ſicut dicit Aug. Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramẽntum: non quia dicitur, ſed quia creditur. Dicendum, quòd non ſtat, quia ſi illa virtus regeneratiua fuiſſet collata aquis, & eſſet verè in eis, omni tempore operaretur, & reſpectu quorumcunque, quia agentia naturalia non habent in poteſtate ſua ceſſare ab actione, vel incipere agere, quia hoc pertinet ſolùm ad agentia liberalia rationalia. Sicut quicumque accedit ad ignem quocumque modo, & quacumque intentione accedat, calefit: & ita de tangente aquam. Si ergo eſſet virtus realiter in aquis, neceſſe erat, quòd quocumque modo quis mergeretur in aquam ſiue credendo ſiue non, immo etiam ſi nollet recipere effectum ſanctificationis, neceſſariò reciperet ſi realiter eſſet illa virtus in aqua, & ſubiectiuè, ſicut eſt ibi frigiditas, & humiditas: & tamen non ſanctificatur ingrediens, niſi credens, & quando proferuntur verba: ergo nulla virtus eſt in aqua. Octauò, quia iſta virtus, dato quòd poſſet conferri aquæ, eſſet omnino ſuperflua, quia in baptiſmo dicimus Deum operari gratiam confitendo, & iſtud eſt ſanctificare. Dato ergo, quòd in aquis non ſit aliqua virtus, ſufficit illa ſanctificatio. Si ergo fuerit virtus aliqua, ſuperflua eſt, cùm ſine illa ſalùm dominus fieret quidquid exiſtente illa fieret. Deus tamen nihil fruſtra facit: ergo talem virtutem aquis non contulit. Nonò dicitur, quòd Chriſtus contulit iſtam vim regeneratiuam aquis tactu ſuæ mundiſſimæ carnis, & tamen in carne Chriſti non erat illa virtus: ideo non poterat conferri tactu carnis ſuæ, quia illa erat virtus Deitatis. Decimò, quia per tactum nihil confertur niſi id, quod cuti adhæret, & tamen virtus illa non erat aliquod accidens adhærens cuti, quia per contactum poſſet tranſire, vel multiplicari ad rem tangentem: ergo non fuit collata virtus per hoc. Vndecimò, quia ſi per contractum carnis Chriſti à qua fuiſſet conſecuta virtutem regeneratiuam, nulla aqua hoc habuiſſet niſi aqua Iordanis, & ſic in Iordane ſolo debuiſſet homo baptizari. Et tamen falſum eſt: quia non differt in qua aqua homo baptizetur. Duodecimò, quia etiam in Iordane non proficeret. Quia virtutem illam, quæ per tactum carnis Chriſti tranſit in aquam, non conſecuta eſt, nec conſequi potuit, niſi illa pars aquæ, quam tetigit corpus Chriſti, & tamen illa defluxit per Iordanis alueum uſque in mare mortuum, ſiue mare Sodomorum, vbi abſorbetur Iordanis, & vltra non comparet.

Nulla ergo aqua iam maneret in orbe, quæ virtutem aliquam retineret per tactum carnis Chriſti. Et ſic nihil profuiſſet, quòd tactu carnis eius aqua fuiſſet conſecuta aliquam virtutem.

Si autem dicas, quòd illa virtus non ſolum collata eſt aquæ quam Chriſtus tetigit, ſed etiam omnibus aquis, ait Auguſtinus, in ſermone Epiphaniæ, ſcilicet: Benedictio, quæ de ſaluatoris baptiſmo fluxit, tan quàm fluuius ſpiritualis omnium gurgitum tractus, omnium fontium uenas impleuit: non poterit ſtare, quòd fuerit collata uirtus per contactum, cùm non tetigerit Chriſtus omnes aquas, ſed conferretur per ſolam voluntatem Dei, & ſic tactus carnis Chriſti nullam uirtutem aquis contulit.

Dicendum igitur, quòd ſecundùm veritatem contactus carnis Chriſti nullam virtutem contulit aquæ Iordanis, nec aliis aquis, quæ ſit uirtus aliqua realis manens realiter in aquis, per quam ipſæ aquæ aliquid verè efficiant in baptiſmo uel extra baptiſmum. Vnde non minus aquæ efficerent in baptiſmo Chriſti etiam ſi ipſe non fuiſſet baptizatus in aqua, quàm nunc faciunt cùm ipſe baptizatus eſt: quia ut dixit Auguſtinus: Aqua quid eſt niſi aqua, ſi uerbum detrahas? & tamen iam Chriſtus tetigit. Id tamen quod Chriſtus contulit aquis per baptiſmum ſuum fuit, quòd fecit eas materiam aptam ad baptiſmum noſtrum: non quidem conferendo illis aliquam qualitatem realem, quæ in illis actualiter maneat, vel auferendo aliquam prauam qualitatem, quæ prius in eis eſſet, quæ repugnaret effectui intento per baptiſmum: quia nulla talis eſſe poterat. Nam quæcunque qualitas bona, vel mala præfuiſſet in aquis, illa eſſet corporalis, ſcilicet accidens corporis: & nullum tale repugnat alicui qualitati ſpirituali: quia non ſunt eiuſdem generis propinqui. Et tamen neceſſe eſt, quòd contraria ſint ſub eodem genere immediato, & ſub illo maximè a ſe diſtent. Quia iſta eſt conditio contrariorum: ſed Chriſtus oſtendit nobis, quòd ſicut ipſe in aquis baptizabatur: ita nos debebamus in illis baptizari. Et per hoc determinabat aquam eſſe materiam propriam baptiſmi: quia ipſe illam eligebat, cùm in ea baptizaretur.

Cùm autem doctores dicunt, quòd contulit Chriſtus virtutem aliquam aquis, non eſt ſenſus, quòd illam aquis contulerit: ſed quòd ſignauit, quòd baptizatis in aqua uirtus illa conferretur: licèt non per aquas, ſed per verbum, & fidem: vt ait Auguſtinus. Hoc modo intelligitur dictum Bedæ, ſcilicet, quòd virtus regeneratiua collata eſt aquis, ſcilicet, non quòd in aquis illa ſit: ſed Chriſtus per hoc quod in Iordane baptizatus eſt, inſtituit, quòd quandocunque nos in aquas mergeremur ſub forma ab eo tradita, conſequeremur effectum virtutis regeneratiuæ.

Ad ſecundùm de auctoritate Chryſoſtomi dicendum, ꝙ Chriſtus per baptiſmum ſuum reliquit nobis aquas ſanctificatas, non ꝙ aliquam ſanctificationem eis contulerit: ſed reliquit eas ſanctificatas, ideſt, ad ſanctificationem determinatas, ſcilicet, ꝙ in eis ſanctificemur quando fuerimus baptizati.

Ad tertium de dicto Auguſtino dicendum, ꝙ eſt eſt modus loquendi metaphoricus ad multum exprimendum. Nam manifeſtum eſt, ꝙ impoſſibile eſt aquam peruenire ad animam, cùm illa non poſſit tangi, quia eſt ſpiritus. Dicit tamen Auguſtinus, ꝙ aqua peruenit ad animam, & penetrat conſcientiæ uniuerſa latibula. Eſt ſenſus ꝙ quando homo baptizatur, ſicut aqua baptiſmalis totum corpus exterius tangit, ita gratia baptiſmalis totam animam purgat penetrando omnia latibula conſcientię noſtrę: quę conſcientia noſtra immunda eſt. Si autem obiicias, ꝙ aqua poteſt penetrare ad animam, quia dicitur Pſal. 68. Saluũ me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animã meam. Dicendum ꝙ hoc intelligitur literaliter intrare aquas uſque ad animam, ideſt, uſque ad hoc, quòd tollant animam ſuffocaundo hominem, realiter tamen non intrant ad animam.

Alph. Toſt. in Matth. Comm.

Quem modum seruauerit Ioannes in baptizando Christum. Quæst. LXXV.

QVAERITVR, cùm Christus fuerit baptizatus à Ioanne quis modus fuerit seruatus in hoc baptismo. Et est dubium quantũ ad duo, scilicet, quia in baptismo Ioannis tenebatur forma. Nam omnes baptizabãtur in nomine uenturi, siue in eum, qui uenturus est. Actu. 19. Etiam baptizati à Ioanne confitebantur peccata sua. supra in litera. Et de his duobus est dubium quomodo seruata fuerint in Christo baptizato. Potest etiam esse dubiũ de tertio, scilicet, de pœnitentia facienda, quia baptismus Ioannis erat quoddam præparatorium ad pœnitentiam, & omnes ab eo baptizati protestabantur se facturos pœnitentiam. De primo dubio quidam putant, quòd Christus fuerit baptizatus à Ioanne in illa forma, in qua cæteri baptizabantur, scilicet, in nomine uenturi, quia Ioannes nihil uellet circa eum mutare potius, quàm circa cæteros. Dicendum tamen quòd istud dubium pendet ex alio dubio, de quo infra declarabitur sequenti quæstione, scilicet, an quando Ioannes baptizauit Christum, cognoscebat eũ esse Messiam antequam immergeretur in aquam. Si.n. dicatur, quòd nõ cognoscebat eum, sed in ipso baptismo, siue post baptismum cognouit, scilicet, quando descẽdit super eum Spiritus sanctus in specie columbæ: dicendum erit, ꝙ baptizauerit eum Ioannes in nomine uenturi sicut cæteros, quia nullam causam habebat ad mutandum in eum formam illam. Si autem cognoscebat eum tunc esse Messiam, dubium manet in qua forma baptizaret. Dicunt quidam, quòd adhuc baptizaret eum in forma, in qua cæteros, ne alios scandalizaret mutans aliquid circa illum, quasi ille esset maioris excellentiæ, & daretur locus æmulationi. Dicendum quòd non stat, quia si Ioannes cognosceret eum, & baptizaret in nomine uenturi, non rectè ageret, quia ipsemet erat, qui vẽturus erat: ideo magis deberet dici baptizo te in nomine tui ipsius. Item quia hoc præstat causam erroris, quia si diceretur, baptizo te in nomine venturi, significaretur, quòd nõ erat iste, qui venturus erat, sed alius expectabatur. Et iste error erat grauissimus, & omnino contra intentionem Ioannis, quia ipse non venerat ad aliud nisi ad manifestandum Israelitis, quis esset Messias. Ioan. 1. scilicet, sed vt manifestetur in Israel, propterea ego veni in aqua baptizans. Non ergo occultaret eum Ioannes esse Messiam dicendo in nomine venturi, cùm ad ostendendum istum esse Messiam venisset. Item quia istud erat magnum præiudicium Christo, scilicet, quòd honor suus alteri daretur: quod fieret si diceretur baptizo te in nomine venturi: in quo signaretur illum non esse Messiam, sed alium adhuc venturum. Dicendum ergo, quòd si Ioannes cognosceret Christum esse Messiam, non baptizaret eum in nomine venturi, nec etiam baptizaret eum in nomine sui ipsius, quia Christus non sperabat in se ipso, nec à se accipiebat uirtutem, quia nemo à se ipso accipit, sed à maiori. Etiam non baptizaret eum in nomine patris &c. quia ista forma baptismi nondum fuerat data: sed postea à Christo instituta est. Etiam quia ista forma pertinet ad baptismum spiritualem, in quo peccata remittuntur: Christo autem non conueniebat talis baptismus, vt supra declaratum est in quæstione 72. qua quærebatur, an debuit baptizari baptismo Ioannis. Ideo dicendum quòd si Ioannes eum cognosceret non baptizaret ipsum sub aliqua forma verborũ: sed solùm immergeret eum in aquã nulla verba proferendo. Ratio est, quia cæteros baptizabat Ioannes in nomine venturi, scilicet, Messiæ, vt in eum crederent, & per eum sperarent se saluandos. Act. 19 & vt signaret Ioannes, quòd per istum baptismum disponebat illos ad Messiam venturum. Christus autem erat ipse Messias: ideo non erat opus: immo nec conueniens, quod aliquod istorum sibi diceretur, sed sine verbis baptizaretur.

Secundum dubium erat de confessione peccatorũ, & in hoc aliquis putabit distinguendũ, sicut supra. Ioan, cognosceret Iesum esse Messiam, vel non. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia siue eum cognosceret siue non, Christus peccata non habebat: ideo confiteri nõ poterat illa sine mendacio. In quo considerandum, ꝙ confessio Ioan. poterat fieri dupliciter: vno modo, ꝙ baptizati confiterentur peccata, idest, quod exprimerent aliqua peccata determinata, siue pauca, siue multa, siue generalia, siue specialia. Alio modo, ꝙ confiterentur peccata. i. confiterentur se esse peccatores. Primò modo Christus non poterat confiteri aliqua peccata determinatè, quia nulla fecerat, nec contraxerat. Et si dicat aliquis ꝙ Christus, licèt in se non peccaret, peccabat tamen in mẽbris suis. i. fideles, qui sunt membra eius, peccant. Dicendum, ꝙ iste modus loquendi non recipitur, quia non est satis honestus, vt Christus dicatur absolutè peccasse, quia fideles peccauerunt, vel peccant, & tamen dato, quòd recipiatur iste modus loquendi, non conueniebat, quòd Christus confiteretur in baptismo aliquà peccata, quia talis cõfessio est personalis, & intelliguntur illa peccata esse propria personæ. Secundo autem modo potest quicunque homo confiteri peccata sua. i. se peccatorem, quia dato quòd aliquis sit vir sanctus, & non recordaretur se habere aliquod peccatum quod commiserit, potest dicere se esse peccatorem, quia si dixerimus, ꝙ peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. 1. primæ Ioan. 1. Quia licèt aliquis non sit sibi conscius alicuius peccati, non propter hoc est iustus: sicut dicit Apostolus. 1. ad Corin. 4. i. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, idest, non puto me esse iustum, licèt non sum conscius alicuius peccati. Et tamen quamdiu aliquis non potest se vocare iustum, potest se vocare peccatorẽ. Ideo quilibet homo in quocunque statu potest confiteri se esse peccatorem in generali. Sunt tamen quidam homines, qui non possent in particulari confiteri se peccatores nisi mentiendo, cùm nullius peccati sibi conscij sint. Christus autem non solùm non poterat in particulari se confiteri peccatorem, sed nec etiam in generali, cum esset sibi esset, quòd peccatum nullum commisisset, nec contraxerat. Ideo quocunque modo confiteretur se esse peccatorem, mendacium diceret. Ideo dicendum, quòd Christus quãdo baptizatus est à Ioanne, non confessus est peccata aliqua in particulari, vel uniuersali sicut cæteri. Sed dicetur, quomodo stabit hoc? Nam si Ioãnes cognoscebat eum tunc esse Messiam, non requireret ab eo confessionem peccatorum, & sic baptizaretur, siue illa confessione. Si tamen Ioannes non cognosceret eum, requireret confessionem illam sicut à cæteris. Et tunc oportebat, quod ipse confiteretur peccata saltem in generali, vel ostenderet se nulla habere, aut non baptizaret eum Ioannes, cum cæteri baptizati confiterentur peccata. Dicendum, quòd confessio peccatorum non oportet quòd fieret ante baptismum, sed in ipso baptismo, vel post, cum scriptura non det certam formam in hoc, maxime quia supra in litera dicitur, quòd baptizabantur in Iordane confitentes peccata sua. Et sic ex forma verborum non apparet, ꝙ confessio præcederet, sed quòd saltem fieret simul cum baptismo. Et tunc dicendum ꝙ nulla difficultas erat, ꝙ Ioannes nõ cognosceret Christum ante baptismum, in ipso baptismo necesse est dici, quòd eum cognouerit, quando descendit Spiritus sanctus super eum, vt patet infra in litera. Nam istud signum dederat Deus Ioanni ad cognoscendum Messiam. Io. 1. & tunc Ioan. nullam cõfessionem exigeret à Christo iam cognito, nec esset aliquod scandalum. De tertio dubio. s. de professione faciendi pœnitentiam, dicendum quòd sicut Christus in baptismo nulla peccata confessus est in generali, nec in particulari: ita nec fecit professionem aliquam de pœnitendo, quia in faciendo istam professionem mentiretur. Nam qui profitetur se facturum pœnitentiam, confitetur necessariò se peccasse, cùm pœnia non possit esse nisi de peccatis. Non ergo fecit Christ⁹ professionem de peccatis pœnitendo, nec etiam Ioan. petuit ab eo istam professionem, licèt eam ceteri facerent. Ratio est, quia ista professio fiebat post baptismum: tunc tamen Ioãnes cognosceret Christum per Spiritum sanctum descendentem, vt dictum est. Ideo non exigeret ab eo professionem istam. Cùm autẽ dr, ꝙ in hoc scandalizarentur cæteri, ꝙ alius modus teneretur circa Christum, quàm circa eos, & esset locus inuidiæ innuendo Christum esse excellentiorem eis. Dicendum ꝙ non est scandalum: immo hoc, ꝙ Ioannes intendebat. s. ostendere Iesum esse meliorem toto populo, quia erat Messias. Nam ad hoc ostendendum Ioannes venerat, nec cæteri scandalizarentur: immo gauderent maximè, quia nihil magis ipsi desiderabant, quàm scire quis esset Messias, & ꝙ eis ostenderetur.

Quare Ioannes prohibebat Christum baptizari, quando ab eo baptizari volebat. Quæst. LXXVI.

QVAERITVR, quare Ioannes prohibebat Christum baptizari quando volebat ab eo baptizari. Respondetur communiter, quòd Ioan. cognoscebat Iesum esse Messiam, & illum esse Deum, ideo nolebat eum baptizare, quasi istud esset iniustum, scilicet, quòd Deus baptizaretur ab homine. Sic tenet Nicola. & plurimi. Istud potest confirmari ex litera ista, quia Ioannes dixit. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me: & tamen Ioannes nõ diceret se ab eo debere baptizari, nisi illum cognosceret. Sed obijcietur, quia Ioan. 1. dicitur. Et ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israel, propterea ego veni in aqua baptizans. Item Ioan. 1. dicitur, qui misit me baptizare in aqua, dixit mihi, super quem videris Spiritum descendentem, & manentem, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto: ergo per signum istud Ioannes cognouit Christum, & non prius. Respondet Nicola. quòd Ioannes non cognouit Christum ante baptismum, sed cognouit eum dupliciter. Primò, quia per reuelationem diuinam, quando venit ad baptismum, & tunc dixit ei quod habetur hic, scilicet. Ego à te debeo baptizari. Secundò cognouit eum, quando Spiritus sanctus descendit super eum in signo visibili, & quando dicitur, & ego nesciebam eum, dicit, quòd refertur ad tempus præcedens baptismum, in quo Ioannes non cognoscebat Iesum quantum ad personam determinatam. Hoc dicit Nicolaus super Ioan. 1. cap. Ad secundum & etiam aliqualiter ad istud primum respondet Nicol. secundum Augustũ. dicit sicet, quòd bene cognoscebat eum in persona, & tamen quòd nesciebat eum quantum ad potestatem excellentiæ, quam in baptismo sibi retinuit, quæ consistebat in quatuor. Primum est, quòd ipse solus baptismũ instituere. Secundum est, quòd ipse effectum baptismi baptismo conferre posset. Tertium est, quòd baptismus à merito passionis eius efficaciam haberet.

Alph. Tost. in Matth. Comm.

Quartum est, quòd aliquo tempore ante ipsum baptismus conferretur in nomine eius, scilicet, quia Ioannes baptizabat in nomine ipsius, qui venturus erat. Et sic dicitur: Et ego nesciebam eum, idest, nesciebam, quòd istam excellentiam baptismi sibi reseruaret. Nicol. tamen dicit, quòd expositio sua præcedens magis conuenit literæ: quàm ista expositio August. Dicendum, quòd adhuc manet difficultas, quia neutra istarum expositionum, scilicet, August. & Nicol. contentat literam omnino. De expositione Nicolai patet: quia dixit, quòd duplex fuit facta reuelatio Ioãni de Christo, scilicet, vna quando veniebat Iesus ad baptismum, & alia postea in signo visibili. Et non conuenit, quia secundum Nico. dato, quòd per primam reuelationem factam Ioanni de Iesu cognouit eum esse Messiam, & ob hoc quando voluit ab eo baptizari non permittebat eum, quia cognoscebat eũ esse Messiam non indigentem baptismo, sed potius ipse petebat ab eo baptizari. Et tunc secunda reuelatio esset omnino superflua: quia id, quod omnino cognitũ est, non oportet, ꝙ amplius manifestetur: immo non põt manifestari: licèt fiant aliqui actus ad manifestationẽ. Istud autem est valde inconueniens, quia Deus nihil facit frustra, maximè quòd daret signum tam excellẽs, de descensu Spiritus sancti, & quòd nihil proficeret, non est vllo modo verisimile. Ergo debet dici, quòd per istud signum manifestatus est Christus Ioanni, & conuenienter non cognouit eum Ioannes, quousque fuit baptizatus, quia Spiritus sanctus descendit super Christum postquam baptizatus est, scilicet, postquam exiuit de aqua, vt patet infra in litera, & Marc. 1. Item quia istud signum dedit Deus Ioanni ad cognoscenstum Christum, & in eo præsupponitur, quòd Ioãnes non cognoscebat Iesum esse Messiam ante istud signum, quia dicitur: qui misit me baptizare in aqua dixit mihi, super quem videris Spiritum sanctum descẽdentem, hic est qui baptizat in spiritu sancto: ergo ante hoc Ioan. non cognoscebat illum. Item quia dixit ibi: Ego vidi, & testimonium perhibui ꝙa hic est filius Dei, ergo antequam Ioan. videret spiritum sanctũ descendentem super Christum innuit, ꝙ ipse non daret testimonium de eo, ergo innuit ꝙ prius non cognoscebat eum. De expositione Augu. magis est manifestũ, ꝙ non satisfaciat literæ. Vnde Nico. dicit eam minus conuenire literæ, quàm expositionem suam. Et patet, quia Aug. præsupponit, ꝙ non solùm quando Ioãnes baptizauit Christum, cognoscebat eum, sed ẽt anteq̃ baptizaret ipsum. Et ideo exponit literam illam. s. ego nesciebam eum. i. nesciebam habere talem ptãtem, & tamen si Ioan. ante hoc cognoscebat Iesum esse Messiam, & Deum, sciret ꝙ haberet illam ptãtẽ, ꝙa nulla ptãs est, quæ Deo desit. Item quia uidetur iste sensus satis extortus. s. Ego nesciebam eum, quia manifestè loquitur litera de cognitione personali, & non de cognitione ptãtis, cũ dr, hic est, de quo dixi, quia ante me factus est, & post me venit, & ego nesciebam eum. i. nõ agnoscebam eum in persona. Nã ptãtem bene agnoscebat cùm dicat, post me uenit, & ante me factus est: quia prior me erat: in quo signat eum esse Deum, qui prior est in ꝙternitate, licèt posterius natus sit in humanitate assumpta. Item, quia antequam ueniret Iesus ad baptismum Ioannes dixit, post me uenturus est, & fortior me est, cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamenti, uel portare calciamentum. supra in litera. Et sic cognoscebat potestatem istius, de quo loquebatur, cùm non posset maiora de eo dicere, & tñ post ista dixit. Iste est de quo dixi uobis. Et sequitur: Et ego nesciebam eum. Ergo non potest intelligi nisi de ignorantia personæ, cùm potestatem ante hoc laudasset. Item quia dicitur ibi, ego nesciebam eum, sed vt

Diuersę op. quõ vel qñ Ioã. cognouit Christũ esse Messiã.

Universidad de Deusto Biblioteca

manifestetur in Israel: propterea ego veni in aqua baptizans. Et sic ignorantia ista, & manifestatio pertinet ad idem: sed manifestatio non fuit nisi personalis: ideo etiam ignorantia erat personalis. s. ꝙ non cognoscebatur persona Christi determinatè, & per baptismũ Ioãnis fuit cognita, s. quia ibi Ioannes cognouit eum per signum sibi datum a Deo, & etiam ostendit eum toti populo congregato ad baptismum. Si autem intelligatur s'm August. s. nesciebam eum quantum ad potestatem baptizandi specialẽ, litera sequens. s. vt manifestetur in Israel, propterea ego veni in aqua baptizans, oportet ꝙ intelligatur de hoc. s. vt manifestetur in Israel, ꝙ habet istam potestatem baptizandi. Istud tamen non conuenit: quia antequam Ioannes uideret Iesum ipse dicebat, ꝙ Messias, qui uẽturus erat habebat istam potestatem baptizandi. s. Ego baptizo vos in aqua, q post me venturus est, fortior me est, ille baptizabit uos in spiritu sancto, & igne. Et sic iam audiuerat populus a Ioanne, ꝙ Messias, qui uenturus erat habebat potestatem baptizandi in spiritu sancto. Et sic iam nõ deficiebat ei nisi agnoscere personam, & tamen postea dixit Ioãnes, ꝙ ipse uenerat, vt Iesus manifestaretur in Israel, ergo intelligitur de manifestatione personali. Item nõ conuenit illa litera Ioanni. s. Ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua dixit mihi: super quẽ videris spiritum sanctum descendentem, ille est, qui baptizat in spiritu sancto. Et sic uidetur ꝙ Ioannes iam sciebat ꝙ aliquis erat, qui baptizabat, vel qui poterat baptizare in spiritu sancto, & tamen nesciebat, quis ille erat. Et Deus uoluit illi ostendere personam, dicẽs: Ille est qui baptizat spiritu sancto. Si autem Ioãnes cognouisset Iesum esse Christum. Et tamen ignoraret potestatem eius in baptizando non daretur ei signum isto modo, sed diceret Deus: Christus baptizat in spiritu sancto, vel ille, quem tu nosti baptizat in spiritu sancto. Et tamen datum est signum per contrarium. s. super quem uideris spiritum sanctum descendentem. Ergo non poterit intelligi, ꝙ ibi detur signum, nisi ad cognoscendum personam. Dicendum ergo item ꝙ Ioannes non cognoscebat Iesum esse Messiam, quando petebat ab eo baptismum, sed postquam baptizatus est. Cùm autem obiicitur, ꝙ Ioannes nolebat eum baptizare, dicens: Ego debeo a te baptizari, dupliciter dici potest, uno modo, quòd Ioannes ante hoc nõ cognoscebat Iesum esse Christum per aliquam reuelationem, nec nunc cognouit, & tamen uidebat eum sæpè venientem ad prædicationem suam, cùm Ioan. 1. dicatur, ꝙ bis ostendit eum Iudæis: & tunc agnoscebat sanctitatem eius in habitu, & in tota modestia uitę. Et ob hoc nolebat eum baptizare iudicans indignum esse, ꝙ uir, qui uidebatur tã sanctus baptizaretur ab eo, quia baptismus Ioannis non erat nisi peccatoribus, cũ esset baptismus pęnitentię, & confitentium peccata sua. Sed obiicietur, ꝙ Ioannes dixit Iesu. Ego debeo a te baptizari, & tamen non diceret hoc nisi agnosceret de eo aliquid magnum. s. maiorem sanctitatem, quam Ioannes haberet, & tamen quantum ad exteriorem conuersationem nemo fuit ęqualis Ioãni: ideo cognoscebat de Iesu, ꝙ esset Christus. Dici potest uno modo ꝙ Ioannes dixit hoc ex urbanitate: quia interdum, qui sunt magis uirtuosi deferunt honorem minus uirtuosis, sic dicitur ad Rom. 12. s. Honore uos inuicem pręuenientes. Vnde licèt Iesus quantum ad exteriora, nõ videretur ęqualis Ioanni in sanctitate: quia tamen apparebat alicuius sanctitatis, Ioannes ex urbanitate deferret ei hunc honorem, ut diceret, ego debeo a te baptizari. Similia legimus de multis viris sanctis, qui ex vrbanitate sibi deferebant. Aliter potest dici ꝙ Ioannes faciebat hoc ex humilitate, s. ꝙ licèt quantum ad exteriora Ioannes appareret ualde sanctior, quàm Ie-
F sus, tamen quia erat Ioannes uere humilis, non considerabat de propria excellentia, sed magis de defectibus suis, si aliquos in se inueniret. Quantum ad Iesum uerò consideraret solam excellentiam apparentem, & ꝙ arguere posset ex apparenti, & defectũ nullum consideraret: & sic posset iudicare eum esse excellentiorem seipso. Ista est conditio humilium, scilicet, quòd in seipsis nihil considerant, nisi defectus, & raro aduertunt ad ea, quæ in eis sunt digna laude: quantum ad alios uerò econtrario, quia non considerant de illis nisi excellentias, quas uidere possunt, defectus verò illorum non considerant. Ideo fit, ut humiles se ipsos fallant secundùm conscientiam suam iudicãtes alios esse meliores seipsis: qui tamen eis equales non
G sunt. Et talis error a Deo est, & laudabilis nimis: quia prouenit de radice ueræ uirtutis. Et sic Ioannes putando Iesum esse purum hominem, & sine aliqua reuelatione habita speciali de eo poterat credere ipsum esse sanctiorem se propter aliquam sanctitatem illius quã exterius uideret: & sic diceret ego debeo a te baptizari,

Alio modo potest dici, quòd Ioannes habuit de Iesu aliquam reuelationem, quando uenit ad petendum baptismum ab eo, & propter istam cognouit quòd erat uir sanctissimus. Et tamen non cognouit, quòd erat Messias. Et isto mo o poterit stare utrumque, scilicet, quòd signum istud, quod dedit Deus Ioãni ad cognoscendum Messiam esset necessarium, scilicet, per
H descensionem spiritus sancti super eum in specie columbę: & quod ante istud signũ non cognouerit Ioãnes, quis esset Messias: & nũc reuelaret ei de Iesu, quòd erat uir sanctissimus, & tamen non diceret ei, an esset Messias. Et propter illam sanctitatem, quam sciret eũ habere, nollet ipsum baptizare: sed potius diceret, ego debeo a te baptizari. Sed obiicietur. Ad quid ergo esset ista reuelatio: cùm posset Ioannes per signum illud sibi datum cognoscere, quis esset Messias. Dicendum quòd verum est, quòd poterat per illud cognoscere. Et tamen Deus interdum aliquid quod potest facere vnica operatione facit per plures. Sicut patet de illo, quem Christus sanauit de cęcitate: & non fuit prima vice perfectè curatus: sed Christus quæsiuit ab eo,
I si videret: & dixit quòd videbat homines tanquam arbores ambulantes: & postea curauit eum perfectè. Et tamen poterat eum curare perfectè in una vice, sicut omnes alios curabat. Ita ergo nunc, licèt Deus poterat Ioanni ostendere per unicum signum, quis erat Messias, voluit duas reuelationes facere, & per unam non ostendebat eum esse Messiam: & per aliam non. Sed uirum sanctissimum,

Istud uidetur ualde rationabile, scilicet, quòd non reuelaretur Ioanni, quis esset Christus ante baptismum. Quia si reuelaretur non oporteret, quòd descenderet spiritus sanctus super eũ in baptismo, ut per hoc cognosceretur a Ioanne. Et tamen fuit valde conueniens, quòd descenderet, ut declarabitur infra in qua-
K dam. q. Fuit etiam conueniens, quòd Ioannes, per aliquam reuelationem, uel aliàs cognosceret de Iesu, ꝙ esset uir sanctissimus, ut haberet occasionem nolendi eum baptizare, & Christus haberet occasionem magis se humiliandi, & dicendi. Sine modo: sic decet nos implere omnem iustitiam. Quod tamen non fieret si Ioannes non cognouisset de Iesu aliquam excellentiam: quia tunc reciperet eum ad baptismum sicut cęteros non recusando eum baptizare. Ista uidentur satis rationabiliter dicta. Multi tamen tenent, quòd Ioannes agnouerit Iesum esse Messiam antequàm baptizaret eum: quibus non intendimus omnino aduersari, ista tamen videntur uerisimilius dicta.

Quare beatus Ioannes dixit Christo. Ego à te debeo baptizari. Quæst. LXXVII.

QVAERITVR, quare Beatus Ioannes dixit Christo, ego à te debeo baptizari. Respondet Glo. quòd intellexit baptizari, idest, ab originali peccato mundari. Et dicit Nico. non ꝙ Ioannes tunc haberet originale, quia fuit in vtero matris sanctificatus, sed loquebatur in persona generis humani. Quod autem Ioan. non haberet peccatum originale tunc, nec etiam propter illud peteret baptizari, patet, quia erat in vtero sanctificatus, vt ait Nico. & isti mundantur ab originali in vtero. Item dato, quòd nõ fuisset sanctificatus, fuerat tamen circuncisus, & per illam tollitur originale, & gratia confertur, & sic nõ poterat Ioannes habere originale. Cùm verò dicit Nico. quòd loquebatur in persona generis humani, conuenit illi, qui aliquo modo potest repræsentare personã totius ipsius generis, sicut erat Christus inquantùm Deus, vel rector, vel redemptor, vel legislator, & sub multis alijs rationibus, sub quibus poterat gerere personam totius generis humani: Ioanni autem nulla ratio talis competit, vt ipse posset loqui in persona totius generis humani. Item quia Ioannes in hoc videbatur petere baptismum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tamen baptismus erat personalis, & non poterat prodesse toti generi humano, sed soli accipienti: ideo non loqueretur Ioannes nomine totius generis humani. Aliter ergo dicit Nico. posse melius intelligi, ꝙ Ioannes peteret à Christo baptismum, scilicet, quia licèt sanctificati in vtero non habeant originale, indigẽt baptismo Christi. ad hoc, vt sint Christo incorporati, quia in baptismo Christi character imprimitur, per quẽ homo Christo configuratur. Dicendum, quòd istud non erat necessarium. Nam sanctificati in vtero, qui modo nascerentur, etiam si constaret eos in vtero sanctificatos, baptizari debebant, quia licèt sanctificatio in vtero gratiam conferat, characterem tamen non imprimit. Ille est tamen necessarius, cùm per eum homo efficiatur Christianus. Item quia baptismus Christi est sub præcepto. Ideo omnes nati postquã semel cœpit præceptum illud obligare, tenentur ad illum suscipiendum. Secus autem de Ioanne, quia tunc baptismus Christi nondum obligabat, immo nondum fuerat institutus: sed postquam Christus prædicare incepit constitutus est, cùm sacramentum legis nouæ esset, & ob hoc non posset institui ante statum legis nouæ. Item quia character non erat tunc necessarius, cùm sit character ad figurandum hominem Christi faciendo eũ Christianum. Non erat tamen tunc necessarium: immo propriè loquendo erat impossibile esse aliquem Christianum, cùm lex Christi secundùm quam sunt Christiani nondum esset data, nec aliquis ritus à Christo institutus. Non ergo erat necessarius Ioanni baptismus Christi, nec in hoc videtur eum petiuisse. Dicendum ergo videtur, quòd Ioannes non petiuit hic baptizari à Christo. Primò quia, vt probatum est pręcedenti. q. Ioannes non cognouit Iesum esse Messiam antequam baptizaret eum, ideo non peteret ab eo baptizari, quia non crederet, quòd baptismus introductus ab aliquo puro homine posset ad aliquid conferre. Secundò, quia dato, quòd cognosceret ante hoc eum esse Messiam, non videtur, ꝙ haberet Ioan. intentionem petendi baptismum ab eo. Quia si hoc intendisset non expectasset, ꝙ Christus ab eo peteret baptizari. Et tunc ipse diceret, ego à te debeo baptizari, sed ante hoc mox vt cognouisset eum esse Messiã, peteret ab eo baptizari. Sed dicendum, quòd Ioannes non intendit hic petere baptismum, sed dare causam

A recusationis suæ, scilicet, quare recusabat Iesum baptizare. Et hoc comparando personas suas ad inuicem, scilicet. Tu petis à me baptizari, & non est iustũ, quia iustius est, quòd ego baptizer à te. Et sic cùm dicit ego à te debeo baptizari, non est sensus, quòd dicat ego peto à te baptizari, sed ego debeo à te baptizari, idest, iustius esset, quòd ego baptizer à te, quam tu à me: & tamen neutrum vult, scilicet, quia nec baptizari à Christo petit, nec baptizare ipsum vult. Et patet ex litera sequenti, scilicet, & tu venis ad me. Quasi dicat iniustum est, quòd tu venias ad me petendo baptismum, cùm iustius esset, ꝙ ego à te baptizarer.

An Ioannes fuerit à Christo baptizatus. Quæst. LXXVIII.

B

QVAERITVR, an Ioannes fuerit baptizatus à Christo. Dicẽdum, ꝙ antequam Christus baptizaretur à Ioanne, non fuit baptizatus Ioannes ab eo. An verò postea Christus baptizauerit Ioannem non constat. Quidam dicunt, ꝙ fuerit postea Ioannes baptizatus à Christo. Motiuum eorum est, quia Ioannes dixit Christo: ego à te debeo baptizari, & intelligunt quòd per hoc Ioannes petierit baptismum à Christo. Et tunc non est uerisimile, ꝙ Christus ei denegauerit. Huic etiam motiuo posset ꝯcordare verbum Christi, qui dixit sine modo. i. permitte me nunc. Quasi dicat. Permitte nunc fieri prius, qđ
C ego petiui. deinde fiat quod tu petisti. Nam si Christus voluisset simpliciter negare, dixisset: Sine. i. permitte, & non diceret sine modo, in quo videtur innuere, quòd postea faceret, qđ Ioannes petebat. Dicẽdum, ꝙ istud nihil arguit, quia pręsupponunt id, qđ non est verisimile. s. ꝙ cùm Ioannes dixit, ego à te debeo baptizari, petierit baptismum. Nam contrarium præcedenti. q. inductũ est. Dicit in hoc Chryso. super Matthæũ aliqualiter fauẽs istis, ꝙ in hoc ostenditur, quòd postea Christus baptizauit Ioannem, quamuis hoc in apocryphis libris manifeste scriptum sit, scilicet, quòd in quibusdam Euangelijs apocryphis expresse scriptum erat, ꝙ sicut Ioannes baptizauit Christum, ita Christus baptizauit Ioannẽ. An vero baptizauerit, vel non, nihil re-
D fert, cùm nec ei baptismum esset necessarium, nec sacra scriptura de hoc aliquid manifestè aperiat. Hieron. autẽ dicit, ꝙ per hoc qđ Iesus dixit, sine modo, ostendit se in aqua a Ioan. fuisse baptizatum, & Ioan. à Christo postea in spiritu baptizandum. Hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo, quòd baptizaretur in spiritu, idest, baptismo spirituali Christi, in quo remittebantur peccata, & non erat solùm in aqua, sicut baptismus Ioannis, & tunc diceremus Ioannem verè fuisse baptizatum à Christo. Alio modo baptizatus est Ioannes à Christo in spiritu, idest, solum per infusionem spiritus sancti, siue collationem amplioris gratiæ. Hoc modo accipitur baptismus. Actu. primo: Ioannes baptizauit aqua: vos autem baptizabimini Spiritu sancto, non
E post multos hos dies, idest, replebimini Spiritu sancto. Et non fuit ibi sacramentum baptismi, nec vlla aqua, nec forma uerborum, sed sola missio Spiritus sancti in signo uisibili super Apostolos. Actu. secundo. Petrus quoque dicit completa ista verba in illis, super quos descendit Spiritus sanctus, & loquebantur linguis. Actu. 11. Et illam descensionem Spiritus sancti uocauit baptismum in Spiritu. Ita poterat hic intelligi à Hieronym. Ideo non plenè constat ex intentione Hieron. an velit, quòd Ioannes fuerit postea à Iesu baptizatus baptismo sacramentali: maxime, cùm tam Chrysostom. quàm Hieronym. qui hoc tangunt transeunt immediatè ad alias expositiones, & non videtur quid determinatè velint. Dici potest ratio-

nabiliter, quòd Ioānes non fuit à Christo baptizatus, quia quando discipuli Christi baptizare inceperunt ali quanto tempore post hoc, scilicet, post baptismum Christi, & ieiunium, & aliquod tempus predicationis, discipuli Ioannis dixerunt Ioanni, Rabbi ille, qui erat tecum trans Iordanem, cui testimonium perhibuisti: ecce baptizat, & omnes veniunt ad eum. Ioan. 3. Et sic isti discipuli Ioannis mirati sunt, quòd nunc Iesus baptizaret. Si tamen Ioan. baptizatus fuisset à Iesu postquam eum baptizauit, non mirarentur discipuli Ioannis, quòd Iesus baptizaret alios, cùm Ioannes petiuisset ab eo baptizari, & baptizatus esset: ergo non baptizatus fuerat Ioan. à Iesu. Item quia Ioannes firmat aliqualiter admirationem discipulorum suorum. Quia cùm illi dixissent, ecce baptizat, & omnes veniunt ad G eum, Ioānes dixit, Non potest homo accipere aliquid nisi fuerit datum de cœlo. Quasi dicat, Cùm baptizet, credite, quòd accepit potestatem à Deo. Si tamen Ioannes fuisset baptizatus à Iesu, non responderet sic, sed diceret eos iniustè mirari, & zelare: cùm ipse baptizatus fuerit à Iesu. In quo ei manifestè daret excellentiam baptizandi. Et sic discipuli eius non haberent occasionem zelandi pro Ioanne, etiam si Iesus omnes baptizaret, & Ioannes iam neminem. Satis ergo est verisimile, quod Ioannes à Iesu baptizatus non fuerit. Si quis verò contendat eum fuisse baptizatum à Iesu non insistimus contra eum.

Quare Ioannes veniente Iesu ad baptismum dixit, quòd nolebat eum baptizare, & postea baptizauit. Quæst. LXXIX. H

QVAERITVR, quare Ioannes veniente Iesu ad baptismum dixit, quòd nolebat eum baptizare, & postea baptizauit. Nam videtur esse inconueniens quocunque modo Ioannes se habuerit ad Iesum, scilicet, siue cognouerit eum esse Messiam ante baptismum, siue non. Nam si cognosceret eum, non debebat ullo modo repugnare: cùm ille peteret baptismum, & Ioannes teneretur ei obedire tanquam Deo in omnibus similiter. Si tamen non cognoscebat eum esse Christum, non videtur causa quare à principio recusauerit eum baptizare. Dicendū I q̄ siue Ioannes cognouerit Iesum esse Christum, siue non, egit rationabiliter primò negando, & postea concedendo. Nam si cognosceret eum, diceret hoc non similiter per modum negantis, & prohibentis, sed per modum deprecantis, ne tantam humilitatem subiret volendo baptizari ab homine, & tunc diceret: Ego debeo baptizari à te, & tu venis ad me, id est, rogo te, q̄ nō cogas me ad baptizandum te, quia videtur valde ordo peruersus, quòd tu venias ad me. Cùm tamen postea Christus diceret, sine modo, sic decet nos implere omnem iustitiam: intelligeret Ioannes voluntatem determinatam Christi esse baptizari a Ioanne, & quia istud erat decens propter aliquas causas; ideo non renuit. Sic enim fuit de Petro ei. Nam cùm Christus venisset ad eum volens lauare pedes dixit: Domine tu lauas mihi K pedes? id est, nunquam ego debeo permittere, q̄ tu laues mihi pedes in æternum, id est, nunquam permittā, q̄ laues mihi pedes: Christus autem dixit: Si non lauero te: non habebis partem mecum. Petrus verò cognito hoc, dixit: Domine non tantum pedes, sed & manus, & caput. Io. 13. Ita ergo de Ioanne esset. Si autē Ioannes non cognouit Iesum esse Christum: videns tamen eius sanctitatem nollet ex humilitate, vel vrbanita e eum baptizare, ne videretur se illi velle præferre, quem baptizare volebat, cùm ibi regulariter maior esset baptizans, quàm qui baptizaretur. Ioannes verò nolebat se præferre illi. Ideo virtuose agebat à princi-

pio nolendo illum baptizare. Postquam tamen Iesus dixerit ei, sine modo &c. quasi dicat, dato quòd essem F sanctus sicut tu cogitas, & non indigerem isto baptismo, tamen subijciendo me illi mereor per humilitatem, quod est complere iustitiam, & decens est, q̄ ego faciam hoc, decens etiam est, quòd tu permittas ne impedias volentem bene agere, & sic ambo implebimus iustitiam. Et tunc Ioannes visa hac ratione permitteret. In vtroque ergo rectè egit, scilicet, primò negando, & postea concedendo.

Baptizatus autem Iesus confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cœli, & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de cœlis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Baptizatus autem. Hic ponitur testimonium Dei Patris de Christo baptizato, scilicet, per Spiritum sanctū descendētem, & per vocem patris auditam, in quibus signatur Iesum esse verum filium Dei, & Spiritu sancto plenissimum. Et dicitur. *Baptizatus autem confestim ascendit de aqua*. Immersus est in aquam ad hoc, vt baptizaretur. Et expleto isto ritu baptizandi, Christus confestim ascendit de aqua, id est, exiuit, & dicitur ascendere, quia alueus fluuij, in quem intrabant baptizandi, erat depressior quàm tantum extra flumen. Chrysost. super Matthæ, exponit mysticè dicens, quòd ideo dixit confestim, & non dixit ascendit similiter, quia omnes, qui digne baptizantur in Christo confestim de aqua ascendunt, id est, proficiunt ad virtutes, & ad dignitatem subleuātur cœlestem. Qui enim in aquam ingressi fuerant carnales, & filij Adam peccatoris, confestim de aqua ascendunt spirituales filij Dei facti. Si autem quidam ex sua culpa nihil proficiunt baptizati, quid ad baptismum? quasi dicat. Non est culpa baptismi. *Et ecce aperti sunt ei cœli*. Scilicet, prius exiuit de aqua quàm aperirentur cœli. Sic dicitur Marc. 1. scilicet. Et statim ascendens de aqua vidit apertos cœlos. Et sic descensio Spiritus sancti, & vox non fuerunt ei Christus baptizaretur, sed postea, scilicet, mox vt exiuit de aqua. Quomodo autem aperti fuerunt cœlis infra dicetur. *Et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam*. Scilicet, venit Spiritus sanctus super Christum in figura columbæ, & sedit super eum. Et dicitur Spiritus Dei, i. spiritus sanctus. Vnde Marcus, & Lucas, & Ioannes dicunt spiritum sanctum vbi Mat. dicit spiritum Dei. Et cùm dr̄, q̄ Christus vidit spiritum Dei descendentem, non est sensus, q̄ ipse solus viderit, quia & Ioannes vidit: cùm istud dedisset sibi Deus in signū ad cognoscendum, quis esset Christus, scilicet, Super quē videris spiritum sanctum descendentem, & manentē &c. Ioan. 1. Ideo cùm dr̄, q̄ Christus vidit non negat alios vidisse idem. *Et venientem super se*, s. ad sedendum super se, non enim sedit super Ioannem, nec super aliquem alium, sed super solum Christum, vt ostenderet Christus maior esse cæteris, qui spūm sanctum spāliter super descendentē habebat. Mar. 1. dr̄, & manentem in ipso. Qd̄ significat aliquam diuturnitatem standi, vt innuatur, quòd Christus non habuit Spiritum sanctum ad horam, vel ad tempus, sicut ferè cæteri homines, sed semper habuit, quia fuit in eo manens. *Et ecce vox de cœlis*. Scilicet. Audita est simul enim cum Spiritu sancto descendente audita fuit ista vox. Et ista est vox patris, cùm vocaret filium ipsum Iesum. *Hic est filius meus dilectus*. Istud fuit maximum, & apertum testimonium, quod nemo negare potest de audientibus illam vocem, cùm Deus expressè dicerat illum esse filium, scilicet, filium naturalem, cæterī autem adoptiui sunt. Et vocauit eum dilectū, quia pater diligit eum super omnia, cùm sit sibi consubstantialis. Creaturæ autem diliguntur à Deo, non tamen sicut filius: quia non sunt Dei consubstantiales. Et istam dilectionem patris ad filium dicit August. esse inenarrabilem, quia Deus miro modo diligit membra Christi. Magis tamen diligit eum, quàm membra ipsius. *In quo mihi complacui*. Remigius exponit, in quo mihi complacui, scilicet, quia istud solum reperi sine peccato, referendo ad humanitatem. Si autem legatur, in quo mihi complacui, intelligitur, scilicet, placitum meum constituere, vt per eum agerem, quę agenda sunt, scilicet, genus humanum redimerem. Vel potest intelligi, in quo mihi bene cōplacui, id est, in quo gaudeo, scilicet, magis gaudeo in isto, vel de isto, quàm in omnibus hominibus, quia iste est filius meus dilectus. A

An post Christi baptismum cœli aperti sint, & quomodo aperti. Quæst. LXXX.

QVAERITVR, an post Christi baptismum cœli aperti sint, vel quomodo aperti. Quidam dicunt, quòd nullo modo fuerunt aperti, scilicet, non corporaliter, nec spiritualiter. Primum patet, quia cœli non possunt rumpi. Secundum patet, quia si nunc spiritualiter cœli fuissent aperti Christo, prius clausi sibi essent. Et tamen filio Dei nihil clausum est, qui vbique est in cœlo, & in terra: ideo non fuerunt aperti vllo modo. Dicendum, quòd necesse est dici cœlos fuisse apertos, cùm scriptura hoc confiteatur hic, & Marc. 2. & Luc. 3. & tamen circa modum apertionis est difficultas. Est autem dicendum, quòd cœli non fuerunt aperti realiter: ita quòd aliqua diuisio, vel ruptio facta fuerit in eis, quia sunt substantia quædam impassibilis, & infrangibilis. Sic dicitur Iob. 37. Tu forsitam cum eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi quasi ære fundati sunt. Non tamen est putandum, quòd propter istam soliditatem non possent vllo modo rumpi vel diuidi, quia Deus qui dedit eis illam soliditatem, potest eos rumpere, vel diuidere, D vel aliquid opus esset. Sed ratio probat solùm, quòd ipsi naturaliter rumpi non possunt, & à nulla creatura pari. Item si cœlum deberet dici realiter diuisum, oportebat, vt daretur aliquid, propter quod deberet diuidi. Nam manifestum est, quòd Deus non rumperet cœlū sine causa, cùm sit corpus factum ad semper manendum. Et tamen nulla causa apparet, propter quam deberent rumpi cœli. Nam istud esset, vt aliquid, quod intus erat, & exire non poterat ad nos cœlo clauso, exiret cœlo rupto. Vel aliquid quod intus esset, & à nobis videri deberet, non posset videri cœlo clauso existente, & videretur cœlo aperto. Nihil tamen horum fuit nunc, quando cœlum dicitur fuisse apertum, quia nihil de illo venit ad nos, cui cœli clastra obstarent, nec ēt aliquid quod supra cœlum esset ab aliquo nūc visum est, quod aliàs videri non posset: cùm hic non ponātur nisi duo. s. Spiritus sanctus descendēs in specie columbæ, & vox patris audita. Et tamen ad formandam illā vocem, non erat necesse cœlum aperiri, quod non formabatur illa in cœlo. Nec etiam ad descensum apertum est cœlum, quia columba illa, siue fuerit verum animal, siue corpus fabricatum, nunquam in cœlo fuit, nec de cœlo venit. vt q. 84. infra dicetur. Ideo visetur, quòd cœlum non fuit realiter apertum. Item daretur, quòd cœlum aperiretur, nihil proficeret, quia per hoc nō posset videri aliquid quod esset in cœlo, quod aliàs clauso cœlo non videretur. Nam si aliquid quod in cœlo sit, videri debeat: oportet quòd istud sit ualde magnum, & etiam lucens. Nam si sit paruum non poterit videri ab aliquo existente in terra propter paruitatem anguli sub quo terminabitur pyramis uisionis, sicut apparet de qualibet stella fixa uisibili, quæ probatur ab Astrologis esse maior tota terra, & tamen à nobis uidetur tam parua propter elongationem ipsarum facientem paruitatem anguli, sub quo organum uisus nostri non immutatur. Ideo etiam si essent mille homines in octauo, uel nono cœlo, & omnia intermedia corpora essent aperta, nemo nostrum posset uidere illos propter paruitatem anguli. Sicut etiam experimur quotidie in rebus magnis, quas uidemus à longe, & partes earum paruas non distinguimus. Requiritur B etiam, quòd res, quæ deberet uideri à nobis in cœlo posita esset lucens, quia aliàs etiam si magna esset non uideretur, cùm in tanta distantia species sine naturali luce non haberent efficaciam mouendi. Si autem ista duo concurrant, etiam clauso cœlo poterit uideri id, quod interius est. Et patet hoc, quia stellæ fixæ sunt in octauo cœlo, & tamen uidentur à nobis, licèt septem cœli planetarum sint interpositi inter nos, & illas, & illi cœli non sunt rupti, nec aperti. Ratio huius est, quia corpora cœlestia sunt diaphana, & non obstant uisioni, licèt sint aliquid solidum: sicut aer non obstat uisioni. Ideo quod uideri potest cælo aperto, uideri potest cælo clauso. Non ergo erat utile ad aliquid, quòd cælum realiter aperiretur. Item hoc patet auctoritate Hieron. super Matth. Dicit enim quòd cæli non aperti sunt Christo referatione elementorum, sed spiritualibus oculis, id est, non fuit ibi aliqua realis apertio. C Dici ergo potest, quòd cæli non fuerunt aperti realiter, nec etiam ullo modo, sed dicuntur aperti propter intelligentiam rudium, quia aliàs non possent capere, quomodo fierent ista, quæ hic narrātur, scilicer, quòd descendit Spiritus sanctus super Christum in columbæ specie, & quòd uox audita est. Nam cùm Spiritus sanctus putetur esse in cælo, non intelligerent simplices, quomodo de cœlo descenderet, ut super Christum appareret, nisi cælum aperiretur, ut exiret columba illa. Sic etiam de uoce patris, quia illa uox de cælo uenire credebatur. Erat enim uox patris, uel saltem fiebat nomine patris. Et quia pater in cælo esse creditur: sicut Christus dixit, scilicet, Pater noster, qui es in cælis. infra 7 ad hoc, quòd peruenire ad nos de cælo, oportebat secundùm intelligentiam simplicium, quòd cœlum diceretur apertum fuisse. Hoc autem est, quia scriptura uult condescendere hominibus simplicibus ad hoc, quòd aliquid possint intelligere, & ob hoc sæpe in ea dicitur Deum habere pedes, & manus: cùm tamen nihil horum habeat. Et iste modus de apertione propter similes causas est satis uulgatus in scriptura, sic patet. Gen. 7. scilicet, Cataractæ cæli apertæ sunt, & pluuia facta est super terram. Manifestum est tamen, quòd in diluuio cælum non fuit apertum, nec uisum fuit aperiri. Quia tamen simplices credebant totam illam pluuiam contineri intra cælum, & non posse inde exire, nisi cælum aperiretur, dicitur, quòd apertæ sunt cataractæ cæli. Et tamen nulla apertio fuit. Sic etiam Deuteronomij. 18. dicitur. Aperiet Dominus thesaurum suum optimum cælum, ut tribuat pluuiam terræ tuæ. In quo innuitur, quòd tota pluuia intra cælum clausa est, & quando debet exire Deus aperit cælum, quia aliàs non potest exire. Sic etiam quarto Regum septimo, cùm diceret Elisæus obsessis in Samaria existentibus in magna fame, quòd sequenti die haberent simulam, & hordeum in bono foro, dixit quidam. Si Dominus fecerit Cataractas in cœlo, nunquid poterit esse, quod loqueris? Quasi dicat:

Cæli aperti non fuerunt realiter.

cat: etiam si aperiat cœlum, & per cataractas mittat nobis panem non poterit esse istud, quod dicis: Est ergo modus iste loquēdi vulgatus in Scriptura propter simplices, quòd cœlum aperiatur aliquando: licèt realiter nunquam aperiatur, & etiam tunc non videatur alicui apertum, secundùm aliquem modum. Isto modo dici poterat in præsenti, ꝙ cœlum apertum non fuisset, & etiam nulli videretur apertum, sed solùm diceretur hoc propter simplices, & propter causam iam dictam. Et tamen in præsenti videtur aliud dicendum. Nam si Euangelistæ dicerent solùm, quòd apertum est cœlum, sicut dicitur Luc. 3. scilicet. Iesu baptizato, & orante apertum est cœlum, diceremus sicut supra diximus, nullam fuisse apertionē realem, nec imaginariam, quia nec alias: quia tamen Mar. primo dicitur, quòd Christus uidit cœlos apertos, necesse est dari, quòd aliquo modo cœli apparuerunt aperti. Et dicendum uno modo, ꝙ fuit hoc per uisionem imaginariam, sicut Deus solet facere in phantasia Prophetarum per motum imaginum præexistentiū ibi; quos tamen Deus nouo modo mouet: vel per creationem aliquarum imaginum de nouo in phantasia Prophetæ. Et utroque modo Deus facit, quòd uideatur Prophetæ, ꝙ aliquid uideat realiter, & tamen nihil videt; licèt ita plenè certificetur per illam uisionem imaginariam quantum ad rerum certitudinem, sicut si realiter uideret. Sic tenet Hieron. super Matthæum, dicens: Cœli aperti sunt Christo baptizato, non reseratione elementorum, sed spiritualibus oculis: sicut Ezechiel in principio voluminis sui apertos esse cœlos commemorat. Constat tamen, quòd illa apertio cœlorum, de qua in Ezechiele, tota fuit imaginaria: sicut consuetū est apud Prophetas: ita ergo ista. Idem ostendit Chrysosto. super Matthæum dicens, Si enim ipsa creatura cœlorum rupta fuisset, nō dixisset aperti sunt ei, quia quod corporaliter apparet, omnibus est apertum. Et sic vult, quòd fuerit uisio imaginaria de apertione cœlorum, & quòd soli Christo fuit facta. Hoc autem modo non solùm non fuerūt cœli realiter aperti, sed etiam nihil exterius apparuit, per quod putarentur aperti, sed totum hoc erat in phantasia Christi, sicut erat in Prophetis. Et ita dicit Sanctus Thom. tertia parte summæ, quæst. 39. artic. 5. in solutione ad argumentum, quòd potest referri ad visionem imaginariam, per quem modum Ezechiel uidit cœlos apertos. Formabatur enim ex virtute diuina, & uoluntate rationis talis uisio in imaginatione Christi: ad significandum, quòd per baptismum cœli aditus hominibus aperitur. Aliter potest dici, ꝙ istud fuerit secundùm visionem intellectualem, sicut solet fieri in Prophetis, qui sæpe immutantur intellectualiter nulla re exterius apparente, nec facto aliquo motu in phantasia. Sic etiam dicit Sanctus Tho. vbi supra, scilicet, potest ad visionem intellectualem referri: prout Christus vidit iam baptismo sanctificato apertum esse cœlum hominibus, quod tamen etiam ante uiderat fiendum. Alij dicunt, quòd ista uisio de apertione cœli fuit corporaliter, licèt non aperirentur cœli realiter, tamen uidebatur hominibus, quòd aperirentur. Idem dicit Sanctus Thom. vbi supra scilicet. Aliqui referunt hoc ad visionem corporalem dicentes, quod circa Christum baptizatum tantus splendor fulsit in baptismo, vt uiderentur cœli aperti. Istud autem tenet Nico. non curans de alijs positionibus tanquam ista sola sibi uera videatur, cum ait, cœli aperti sunt, non quòd cœli fuerint diuisi, sed quia videbantur aperiri, sicut in corruscatione videtur fieri. Omnes istæ positiones possunt stare. Videtur tamen rationabilior ista ultima quam solam Nico. tenuit non curans de alijs. Ratio huius est, quia si fieret ista uisio imaginariè, vel intellectualiter solùm esset in Christo, & exterius nihil appareret. Et tamen rationabile est, quòd non solùm ipse, sed etiam alij hoc uiderint, vt dicetur infra in quadam quæstione. Item quia non videtur satis conueniens, quòd in Christo fieret uisio imaginaria, vel intellectualis, quia istæ visiones fiebāt in Prophetis, vt per illas ostenderet aliquid eis, quod alias non cognoscebant, nec cognoscere poterant. Christus tamen non solùm secundùm quòd Deus, sed etiam secundùm quòd homo cognoscebat omnia ista, quia anima sua, quæ erat unita verbo, sciebat omnia præsentia, præterita, & futura, vt est communis sententia Theologorum. Et sic sciebat ipse per baptismum aperiendum regnum cœlorum baptizandis. Et ista uisio imaginaria ad nihil aliud proficiebat, nisi ut Christus hoc intelligeret, & iam istud intelligebat: ideo erat omnino superflua. In Prophetis autem nō erat superflua, quia per illam cognoscebant id, quod aliàs non cognoscebant, nec cognoscere poterāt. Deus tamen nihil frustra facit. Ideo videtur, quòd non fecerit talem uisionem in Christo. Item videtur quædam imperfectio, & inconueniens, ꝙ Christo demus visionem imaginariam, quia ista uisio est imperfecta, cùm sit per phantasmata repræsentia modo corporali velut in somnio. Christus autem clarè cognoscebat omnia propter unionem animæ suæ ad verbum. Ideo inconueniens, & præpostera rum quoddam esse videtur dare ei uisionem imaginariam, cum haberet claram uisionem. Sicut esset inconueniens, ꝙ daremus alicui cognitionem fidei ænigmaticam, qui haberet claram patriæ uisionem. Nam illud quod perfectum est euacuat istam cognitionem imperfectā, scilicet, fidei, & imaginariæ uisionis, quæ uterque habet rationem obscuri, & imperfecti. Sic autem dicatur, ꝙ ista uisio fuit in Christo intellectualiter; adhuc minus videtur. Nam uisio imaginaria, licèt imperfecta sit, & inutilis quantum ad Christum, qui habebat claram cognitionem, & perfectam: tamen poterant ista esse in eodem inquantum una est ad phantastica, alia est purè intellectualis, & pertinet ad duos modos cognitionis. Quomodo tamen posset fieri ista apertio intellectualis non videtur, quia ante hoc semper Christus cognouerat, quòd cœlum aperiretur hominibus in baptismo, & etiam nunc quàm baptizatus est. Et postquam baptizatus est, illud idem sciebat, nec poterat obliuisci: cùm anima sua uideret omnia hæc in uerbo. Non ergo videtur quomodo ista cognitionem de apertione cœlorum, quam ipse habebat posset ei dari alia secundū quam dicetur, quòd nunc in baptismo aperti fuerunt cœli. Quia tunc duo actus intelligendi solo numero diuersi de eadem re essent simul in eadem anima. Quod non videtur possibile. Dicit autem Sanctus Tho. vbi supra, uolens istud excusare, scilicet, quòd Christus uidit cœlos apertos sanctificato baptismo, quod tamen ante uiderat fiendum. Hoc tamen nō videtur sufficere, quia licèt uerum sit, quòd ante baptismum suum Christus sciebat cœlos aperiendos hominibus, & post baptismum sciuit illos esse apertos: tamen per eandem cognitionem sciuit illos esse apertos, per quam sciebat prius illos esse aperiendos, sicut idem principium est mihi ad sciendum solem esse oriturum antequā oriatur, & ad sciendum eum esse ortum postquam ortus est. Et non oportet dari aliud principium cognoscendi, vel nouam scientiam per quam sciam solem esse ortum quā illam, per quam sciui eum esse oriturum, quia eadem ratio utrunque concludit, vtpote, si nunc fit meda nox, ego scio solē nō esse ortū, & scio, ꝙ necesse est ante octo horas eū oriri. Ideo elapsis octo horis, licèt non uideā eū ortū, vtpote, ꝙ nō exiui domū, scio tamen eum esse ortum. Et ista scientia nō potest

Cœli dicuntur aperti visione imaginaria,

Cœli dicuntur aperti visione intellectuali,

me fallere, nec oportet, quòd aliquis me instruat, dicendo: ecce iam ortus est sol. Ita ergo hic, cùm Christus ante baptismum suum sine vlla reuelatione sciret per baptismum cœlum esse aperiendum hominibus: necesse est, quòd eo baptizato etiam nulla reuelatione facta sciret cœlum iam esse apertum hominibus. Et non erat necessaria ad hoc aliqua noua reuelatio: maximè cùm dicamus nullam scientiam de nouo Christo aduenisse, nisi experimentalem. Ideo dicendum, quòd nō est vllo modo possibile, quòd ista apertio cœlorū sit aliqua uisio intellectualis facta in Christo de aperiendo cœlo baptizandis, nisi sit illa cognitio quam Christus semper ante hoc habebat: & tunc nihil nouum fuit in Christo factum, propter quod dicerentur cœli aperiri. Nam si propter istam cognitionem Christi de aperiendo cœlo baptizandis dicantur sibi aperti cœli, non magis poterit dici hoc de tempore baptismi quàm natiuitatis, & prædicationis, & de quolibet die vitæ suæ: qa nullus fuit dies in quo Christus istud non sciret. Dicendum ergo videtur secundū Nico. & multos alios quòd licèt ista apertio cœlorum non fuit realis, nisum est tamen, quod realiter aperirentur propter aliquem motum, uel figurationem fadam in nubibus: secundùm quàm cœli viderentur aperiri. Nam naturaliter sæpè hoc fit. Et uocantur tales impressiones hiatus: ut patet ex. 2. Meteo.

Ad argumentum in contrarium dicendum quòd non procedit a sufficienti diuisione, scilicet, quia nec cœli aperti sunt realiter, nec specialiter: sed visi sunt aperiri, licèt realiter non aperirentur, ut dictum est. Qui autem tenent, quòd ista uisio fuit imaginaria dicunt, quòd factum est hoc secundùm humanam dispensationem. Sic enim dicit Chrysostomus super Matthēū, scilicet. Quid enim ante oculos filii Dei clausi fuerāt cœli, qui etiam in terra constitutus erat in cœlo? Sed iendum, quòd secundùm dispensationem humanā baptizatus est hic. Secundùm autem naturam diuinā erat in cœlis. Ista solutio tenet dicendo, quòd fuit visio imaginaria: quia tunc sicut supra diximus, potest stare licèt sit inutilis talis visio. Si autem dicatur, quòd fuit visio intellectualis, non potest conuenienter respondere ad argumentum. Remigius tamen magis videtur fauere positioni nostrę. quàm quòd fuerit visio imaginaria, vel intellectualis, cùm ait. Sed nunquid tunc priuio aperti sunt ei cœli etiam secundùm humanam naturam. Fides enim Ecclesiæ credit, & tenet, quòd non minus aperti sunt ei cœli: quia omnibus regeneratis aperitur ianua regni cœlestis. Si tamen intelligeretur ista apertio secundùm visionem imaginariam poterāt tunc cœli aperiri Christo, qui nūquàm prius, nec post aperti fuerint. Ideo non intelligit de imaginaria, & mis de intellectuali: cùm dicat, quòd Christo etiam secundùm humanam naturam semper fuerunt cœli aperti.

apertum est eis cœlum vsque post Christi mortem, vt est doctrina indubitata omnium. Ergo potius debuit aperiri cœlum in Christi morte.

Dicendum quòd fuit conueniens, & quasi necessarium, quòd cœlum dicatur apertum in Christi baptismo. Et hoc propter duo, scilicet, propter conditionē baptismi, & propter ea, quæ tunc apparuerunt Christo baptizato. De illis, quæ nunc apparuerunt, dicendum, quòd etiam si Christus tunc non fuisset baptizatus: ista tamen apparerent & diceretur cœlum apertū. Nam ibi apparuit spiritus sanctus in figura columbæ, siue in columba: & illa uidebatur venire de cœlo, cùm dicatur descendisse super Christum: maximè quia spiritus sanctus in cœlo esse creditur a simplicibus tanquàm ibi Deus habitet, & ad hoc, quòd ueniret super Christum in illa columba, oportet quòd cœlum aperiretur, quia simplices non possunt intelligere quomodo spiritus sanctus in columba de cœlo potuisset descendere. Vox quoque Patris audita est, & illa de cœlo venire videbatur, ideo ut audiretur, oportebat cœlū aperiri: quia aliàs non intelligerent simplices, quomodo de cœlo vox venire potuerit. Similes modi sunt alii in veteri testamento de apertione cœli, de quibus diximus præcedenti. q. In nouo quoque testamento est sæpè etiam iste modus, vt patet Actuū 7. cùm dixit Stephanus, Ecce video cœlos apertos, & Iesum stantem a dextris Dei. Et tamen non fuerunt cœli aperti realiter: quia etiam nihil profuisset Stephano, quòd cœli essent aperti ad videndum Christum: quia si non poterat eum videre cœlo clauso, non posset eum videre cœlo aperto: vt declaratum est præcedenti quæstione. Quia tamen Christus erat in cœlo, & non possent simplices intelligere, quomodo posset Stephanus videre eum existentem in cœlo manente cœlo clauso, dixit Stephanus. Ecce video cœlos apertos: Et verum est, ꝙ ita videbatur Stephano, quia erat illa visio imaginaria: licèt esset in vigilia. vt declaratum est 3. Reg. 22. & 2. Paralip. 18. Sic etiam factum in beato Petro, quando vidit linteum magnum quatuor initiis submitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia. Actu. 10. & ibi dicitur ꝙ cecidit super eum mentis excessus: & vidit cœlum apertum, & vas descendens. Ibi dicitur, quòd vidit cœlum apertū: quia in visione sua imaginaria ostendebatur ei, ꝙ illud vas plenum animalibus, & linteum de cœlo descenderet: & tamen non poterat intelligi, quomodo illud vas de cœlo descenderet nisi aperiretur cœlum. Ideo dictum est, quòd apertum est cœlum. Ista ergo, quæ apparuerunt in Christi baptismo de cœlo descendentia, fuerunt causa, vt ex necessitate scriptura diceret cœlum fuisse apertum. Dicitur etiam fuisse apertum propter conditionem baptismi. Et hoc spiritualiter pertinet ad Christi baptismum, quòd tunc dicatur cœlum fuisse apertum potius, quàm alio tempore vitæ suæ. Nam vt supra dictum est, Christus baptizari voluit, vt suo baptismo ꝓsecraret baptismum, quo nos baptizaremur, & ideo in Christi baptismo illa demonstrari debuerunt, quæ ptinent ad efficaciam nostri baptismi. Et circa hoc sunt tria consideranda. Primò quidem virtus principalis ex qua baptismus habet efficaciam, quæ est virtus cœlestis. Nam non est a ministro, nec ab aqua, sed a Deo operante secretè in sacramentis. Et ideo baptizato Christo apertum est cœlum, vt ostendatur, quòd virtus cœlestis de cætero ad baptismum sanctificādum: & super quemcumque baptizatum venit virtus cœlestis. Secundò operatur ad efficaciam baptismi fides Ecclesiæ, & eius qui baptizatur. Vnde, & baptizati fidem profiterentur, quia dicitur eis, quid petunt ab Ecclesia, & dicunt se fidem petere. Baptismus quoque fidei sacramentum dicitur. Per fidem autem inspicimus

An fuerit conueniens, quòd Christo baptizato cœli aperti fuerint. Quæst. LXXXI.

QVAERITVR, an conueniens fuit ꝙ Christo baptizato cœli aperti fuerint. Aliqui dicūt, quòd nō. quia cœlum aperiendum est illis, qui indigent intrare in cœlum: & tamen Christus semper erat in cœlo, & est, iuxta illud Ioan. 3. Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis, qui est in cœlo. Item fidelibus cœlum apertum est per Christi passionem: iuxta illud ad Hebræ. 10. scilicet. Habemus fiduciam in introitum sanctorum in sanguine Christi. Baptismus autem hoc facere non potuit. Nam etiam si aliqui baptizati baptismo Christi ante eius passionem decesserunt, non

ſpicimus cælestia, quæ ſenſum, & rationem humanã F
excedunt. Et ad hoc ſignificandum Christo baptizato aperti ſunt cæli, ſcilicet. Quia in baptiſmo fides nobis donatur, p quam cælestia cognoſcimus, quæ ſine fide per humanam rationem cognoſci non poterant. Tertiò quòd per baptiſmum Chriſti ſpecialiter aperitur nobis introitus regni cœleſtis, qui primo homini per peccatum clauſus fuerat. Vnde baptizato Chriſto aperti ſunt cœli: vt oſtenderetur, quòd baptizatis pateat via in cœlum. Poſt baptiſmum autem neceſſaria eſt homini oratio ad hoc, quòd cœlum introeat. Quia, licèt per baptiſmum remiſſa ſunt homini peccata: manet tamen fomes peccati nos impugnans interius, & mundus, & dæmones, qui repugnant exterius. Cõtra quos oratio neceſſaria eſt. Sic patet 1. Petr. 6. ſ. Aduerſarius veſter Diabolus tanquàm Leo rugiens circuit &c. Ideo ad hoc beatus Petrus poſuit remedium dicens: Sobrii eſtote, & vigilate in orationibus. Et ob hoc ſignanter dicitur Luc. 3. quòd Ieſu baptizato, & orante, apertum eſt cœlum, ſcilicet, quia oratio fidelibus neceſſaria eſt poſt baptiſmum, vel vt detur intelligi, quòd hoc ipſum, quòd per baptiſmum aperitur credentibus cœlum, eſt ex virtute orationis Chriſti. Et ſic ſignanter dicitur ſupra in litera, quòd apertum eſt ei cœlum, ideſt, omnibus propter eum. Sic enim ſi Imperator dicat alicui petenti pro alio. Ecce homo beneficium non illi, ſed tibi do, ideſt, propter te do illi, ſic dicit Chryſoſto. ſuper Matt. Fuit ergo conueniens in Chriſti baptiſmo cœlum aperiri. Ad primum argumẽ H
tum dicendum, quòd cœlum apertũ fuit Chriſto: non quaſi ipſe ingreſſus eſſet illnc, ſed, vt ſignificaretur, p per baptiſmum ab eo inſtitutum omnibus baptizãdis, aperiretur. Aliter poteſt dici, vt ait Chryſo. ſuper Matt. p ſicut Chriſtus ſm humanam diſpenſationem baptizatus eſt quamuis ipſe propter ſe baptiſmo non indigeret: ſic etiam ſecundum humanam diſpenſationem aperti ſunt ei cœli, ſecundum autem naturam diuinam ſemper in cœlis erat.

Ad ſecundum dicendum, p per paſſionem Chriſti apertum fuit cœlum omnibus hominibus tanquam per cauſam generalẽ apertionis, quia paſſio Chriſti æqualiter omnibus hominibus profuit, ſi ipſi fructum eius capere uelint, & ipſa indifferenter pro omnibus I
fuit. Quia tamen non omnes homines ſaluantur, neceſſe eſt, quòd aliquid ſit per quod fructus paſſionis hominibus applicetur, & ſic cœlum intꝛoeant. Iſtud autem eſt per baptiſmum, iuxta illud ad Rom. 6. ſcilicet, Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Ideo potius mentio fit de apertione cœlorum in baptiſmo, quàm in Chriſti morte, licèt mors ſit uerè cauſa efficiens, & præmeritoria: baptiſmus autem eſt cauſa applicans illam apertionem ſingulis, qui deſiderant ea participare. Aliàs poteſt dici, vt ait Chryſoſtom. ſuper Matthæum, ſcilicet, quòd aliter in baptiſmo, & aliter in Chriſti morte cœli aperti ſunt, ſcilicet, quòd in baptiſmo Chriſti cœli aperti ſunt ſolùm: in paſſione vero eius ianuę cœli penitus ablatę ſunt, vt iam ſemper aditus pateat, cum ait, Baptizato Chriſto cœli tantùm aperti ſunt, poſtquam verò tyrannum vicit per crucem, quia non erant neceſſariæ portæ cœlo cœlum nunquam claudendo: ideo non dicunt Angeli: aperite portas. Iam enim erant apertæ, ſed tollite portas. Per quod dat intelligi Chryſoſtomus, quòd obſtacula, quibus prius obſiſtentibus animæ defunctorum introire non poterãt cœlos, ſunt totaliter per paſſionẽ Chriſti ablata, ſed in baptiſmo ſunt aperta quaſi manifeſtata iam uia, per quam homines intraturi erant in cœlo.

Cap. III.

An iſta apertura cœli in Chriſti baptiſmo omnibus patuit, vel ſoli Chriſto, aut quibus. Quæſt. LXXXII.

QVAERITVR, an iſta apertio cœli facta in Chriſti baptiſmo patuit omnibus, an ſoli Chriſto, aut quibus. Quidam dicunt, p ſoli Chriſto cœlum uiſum eſt apertum. Sic ait Chryſo. ſuper Matt. Si enim ipſa creatura rupta fuiſſet non diuiſio. Hoc autem confirmatur, quia dicitur ſupra in litera, aperti ſunt ei cœli, quaſi dicat ei ſoli, & non alijs. G
Nam ſi alij apertionem illam uidiſſent, non diceretur aperti ſunt ei cœli, ſed ſimpliciter aperti ſunt cœli.

Dicendum videtur, quòd iſtam apertionem non ſolus Chriſtus, ſed omnes quotquot erant ibi quando Chriſtus baptizatus eſt, viderunt. Ratio eſt, quia realiter apperuit hiatus quidam in figura diuiſionis, vt declaratum fuit ſupra in quadam quæſtio. quòd autem realiter erat, ab omnibus uideri poterat. Ideo multi viderunt. Secundò patet, quia iſta apertio cœlorum fiebat ad ſignificandum, quòd baptizandis aperiretur cœlum per baptiſmum Chriſti, ideo conueniens uidebatur, quòd multi uiderẽt illam apertionem, vt per hoc commẽdaretur baptiſmus Chriſti, quantum ad illos, qui eũ ſuſcepturi erant. Tertiò, quia iſta apertio cœli H
erat in teſtimonium Chriſti, ſicut miſſio Spiritus Sancti, & uox Patris. Teſtimonium autem non eſt niſi, quando conſtat. Ideo oportet, quòd multis conſtaret de iſta apertione, & ſic eam multi uiderent. Quartò, quia neceſſe erat, quòd ſaltem Ioannes videret cœlum apertum, quia ipſe uidit Spiritum Sanctum deſcendentem ſuper Chriſtum in columba. Ioan. 1. & tamen cœli apertio oſtenſa eſt, vt uideretur quomodo columba illa de cœlo poterat uenire, vt probatum eſt, ſupra in quadam quæſtio. Ideo oportet, quòd ſaltem ipſe Ioannes uideret cœlum apertũ. Quintò, quia ſi ſolus Chriſtus uideret cœlum apertũ, eſſet omnino inutile, quia per hoc nihil nouũ poterat ei innoteſcere, quia alàs ipſe non ſciret, & tamen Deus non aperiret cœlos ſtra etiam apparenter: ideo oportet, p illa apertio ſicrit oſtenſa aliquibus, qui per eam aliquid nouum poterant cognoſcere. Aliqui ergo præter Chriſtum uiderunt cœlum apertum. Aliqui autem putant, p illa apertio fuerit ſolùm imaginaria uiſione, & tunc certum eſt, p non fieret omnibus, ſed ſoli Chriſto: cùm nihil exterius eſſet in re, ſed in ſola phantaſia. Iſtud tamen non eſt ſatis ueriſimile. Nam ſupra in quadam quæſtio. oſtendimus realiter apparuiſſe apertionem cœli: licèt realiter non fuerit cœlum apertum. Ad argumentum in contrarium dicendum, quòd Chryſo. tenuit iſtam apertionem fuiſſe per uiſionem imaginariam: ideo neceſſe eſt, quòd dicat ſoli Chriſto fuiſſe viſam apertionem, & tamen ſupra oſtendimus ueriſimilius eſſe, quod uiſum fuerit cœlum aperiri exterius, licèt realiter ſic non fuerit. Ad cõfirmationem dicendum, quòd nihil probat. Vno modo, quia licèt dicat aperti ſunt ei cœli. Luc. dixit apertum eſt cœlum, & ſic poteſt intelligi, quòd abſolutè erat apertũ. Alio modo poteſt dici, quòd apertum eſt ei cœlum dicitur, ideſt, apertũ alijs propter eũ. Sic enim exponit Chryſoſto. ſuper Matt. dicens. Aperti ſunt ei cœli, ideſt, omnibus propter eum. Sicut ſi Imperator alicui petenti dicat: ecce hoc beneficium non illi do, ſed tibi, ideſt, propter te do illi. Et ſic poterat eſſe quod Matthæus dicit, p nunc apertum eſt ei cœlum, ideſt, erat illa apertio cœli oſtenſa fuit alijs propter eũ. Erit ergo realis apertio, quæ multis uiſa fuerit iſta apertio imaginaria. Tamen non manet firmus in eadem opinione. Quia ipſe Chryſoſtomus in quadam homilia dicit ſuper hoc, ſcilicet, Si tu non uides non incredulus fis. Et enim in principijs ſpiritualium rerum ſemper ſenſibiles apparent uiſiones: igitur & iſtas fuiſſe ſenſibiles, ſic non ſolum per uiſionem imaginariam, Gloſ. quoque idem tenet dicens, quòd tantus ſplendor circumfulſit Chriſtum in baptiſmo, vt empyreũ cœlum in baptiſmo reſeratum eſſe uideretur. Alio modo poteſt dici, quòd licèt dicatur, aperti ſunt ei cœli, non innuitur, quòd ei ſoli aperti fuerint cœli, quia ſic etiam dicitur uidit Spiritum Sanctum ſuper ſe deſcendentem, & tamen non eſt uerum, quòd ipſe ſolus uiderit, quia etiam Ioannes uidit. Ioan. 1.

An conueniens fuerit, quòd Spiritus Sanctus deſcenderet in ſpecie columbæ. Quæſt. LXXXIII.

QVIAERITVR, cùm Spiritus Sanctus deſcẽderet ſuper Chriſtum, an conueniens fuit, p deſcenderet in ſpeciem columbæ potius, quã in aliqua alia effigie. Aliqui dicunt, p non debuit deſcendere in ſpecie columbæ, ſed magis in figura ignis. Quia à Chriſto deriuatur Spiritus Sanctus in omnes alios, Ioan. 1, ſcilicet, De plenitudine eius nos omnes accepimus, ſed ſupra Apoſtolos non deſcendit in ſpecie columbæ, ſed ignis. Act. 2. ergo ſuper Chriſtum etiam debuit deſcendere in ſpecie ignis. Alij dicũt, p debuit in eo manifeſtari in uarietate linguarum, quia baptiſmus noſter cõfirmatur baptiſmo Chriſti. Ita quòd in noſtro efficitur id, quod in ſuo ſignificatum eſt. Et tamen in eccleſia primitiua in eis, qui baptizabantur Spiritus Sanctus deſcendebat in varietate linguarum. Ita ergo debuit fieri in Chriſto. Patet hoc Act. 10. & 11. de illis, qui audiebant uerbum Petri, & deſcendente ſuper eos Spiritu Sancto loquebantur linguis. Et etiam Act. 19. ſuper baptizatos à Paulo deſcendit Spiritus Sanctus, & loquebantur linguis Dominum laudantes. Dicendum, quòd conueni- D
entius fuit Spiritum Sanctum in ſpecie columbæ apparere, quàm in aliqua alia ſpecie ſuper Chriſtum, & hoc propter multa, quæ columbæ conueniunt, vt applicatur propoſito. Primò propter diſpoſitionem, quæ requiritur in baptizando, ut non fictus accedat. Quia ſic dicitur ſapientiæ, ideſt, Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiet fictum: columba autem eſt animal ſimplex, aſtutia & dolo carens. Vnde dicitur infra 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Secundò competit columba ad deſignandum ſeptem dona Spiritus Sancti. Nã baptizatis dantur dona Spiritus Sancti in baptiſmo, vt ait Remigius, ſcilicet, ſicut omnibus per baptiſmum renatis aperitur ianua regni cœleſtis, ita omnes, qui accipiunt donum Spiritus Sancti. Iſta ſeptem dona ſignantur per ſeptem proprietates columbæ, vt ait Rabanus. Prima eſt, quòd columba iuxta fluenta habitat: ita de ea dicitur, quòd habitat iuxta fluenta pleniſſimè, & ita ut viſo accipitre mergit ſe in aquam, & euadat. Hoc pertinet ad donum ſapientiæ, per quam ſancti iuxta Scripturę diuinæ fluenta reſidẽt, vt diaboli incurſum euadant. Secunda eſt, quòd columba meliora grana eligit ſibi in cibum. Hoc pertinet ad donum ſcientiæ, quo ſancti ſcientias ſanas, quibus paſcantur eligunt. Tertia eſt, quia columba alienos pullos nutrit: hoc pertinet ad donum conſilij, quo ſancti uiri homines, qui fuerunt pulli diaboli, ideſt, imitatores eius, doctrina nutriunt, & exemplo. Quarta eſt, quia columba roſtro non lacerat. Hoc pertinet ad donum intellectus, quo ſancti bonas ſcientias non peruertunt lacerando eas more hæreticorum. Quinta eſt, quia columba felle

caret: hoc pertinet ad donum pietatis, per quam ſancti irrationabili ira carent. Sexta eſt, quia columba in cauernis petræ nidificat: hoc pertinet ad donum fortitudinis, per quam ſancti in plagis mortis Chriſti, qui eſt petra firma, interdũ ponuntur: ibi cõſtituentes ſnũ refrigerium, & ſpem. Septima eſt, quia columba gemitum pro cantu habet: hoc pertinet ad donum timoris, per quem ſancti delectantur.

Tertiò fuit conueniens, quòd appareret in columba propter effectum proprium baptiſmi, qui eſt remiſſio peccatorum, & recõciliatio ad Deum. Hoc autem in columba propriè ſignatur, quæ eſt animal domeſticum, & manſuetum, & maximè quia ipſa ſignauit reconciliationẽ Dei cum homine, & tranquillitatem redditam ſæculo. Nam in diluuio per quod ſæculum delebatur, Noe miſit columbam de arca, vt uideret ſi defeciſſent aquæ de facie terræ, & retulit ei ramum oliuæ uirentibus foliis. Gen. 8. In quo pax, & miſericordia ſignificabatur, ſcilicet, quòd Deus iam miſereretur ſæculo, & ceſſaret diluuium. Sic ait Chryſoſto. in quadam homilia, ſcilicet, ueteris etiam recordetur hiſtoriæ. In diluuio enim apparuit hoc animal ramũ ferens oliuæ, & communem orbis terrarum tranquillitatem annuncians. Quæ omnia typus erant futurorum. Et tunc enim columba apparet liberatorem nobis demonſtrans, & pro ramo oliuæ adoptionem generi humano affert. Quartò apparuit Spiritus Sanctus in ſpecie columbæ ſuper Chriſtum ad deſignandum cõmunem effectum baptiſmi, qui eſt confirmatio ec- C
cleſiaſticæ unitatis. vnde dicitur ad Ephe. 5. p Chriſtus tradidit ſemetipſum, vt exhiberet ſibi gloriоſam Eccleſiam: non habentem maculam, nec rugam, aut aliquid huiuſmodi: lauans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ. Ideo Spiritus Sanctus conuenienter demonſtratus eſt in ſpecie colũbæ in baptiſmo, quia colũba eſt animal amicabile, & gregale. Vnde Cantic. 5. de Eccleſia: vna eſt columba mea. Quintò fuit conueniens, p appareret in baptiſmo, in ſpecie columbæ propter unam uirtutem, quæ ſpecialiter apparere debet in baptizatis, ſcilicet, charitas. Nã licèt in baptiſmo omnes uirtutes, & dona infundantur, charitas tamen eſt omnium excellentior, 1. Corint. 13. ſcilicet. Maior horum eſt charitas. Et iſta eſt, in qua pendet tota lex, quia finis legis eſt dilectio, ſiue charitas. Ad Rom. 13. Columba autem valde conuenit charitati. Sicut dicit Chryſoſtom. ſuper Matthæum, ſcilicet. Ideo Spiritus Sanctus ſpeciem columbę ſuſcepit: quoniam præ omnibus animalibus hæc cultrix eſt charitatis. Omnes autem ſpecies iuſtitiæ, quas habent ſerui Dei in veritate, poſſunt habere ſerui diaboli in ſimulatione: ſolam autem charitatem Sancti Spiritus non poteſt immundus Spiritus imitari. Ideo ergo hãc priuatam ſpeciem charitatis ſibi ſeruauit Spiritus Sanctus, quia per nullum teſtimonium ſic cognoſcitur, vbi eſt Spiritus Sanctus, ſicut per gratiam charitatis.

Ad primum argumentum dicendum, p non fuit E
conueniens Spiritum Sanctum deſcendere in igne ſuper Chriſtum, ſicut ſuper Apoſtolos. Deſcendit enim ſuper Apoſtolos in igne propter duo. Primò ad oſtendendum feruorem, quo corda eorum erant incitandi ad hoc, quòd Chriſtum ubique inter preſuras prædicarent. Et omnino in linguis igneis apparuit. Vnde Augu. dicit ſuper Ioan. Duobus modis oſtendit viſibiliter Dominus Spiritum Sanctum, per columbam ſuper Dominum baptizatum, per ignem ſuper diſcipulos congregatos: ibi ſimplicitas, hic feruor oſtenditur. Ergo ne animæ ſanctificatę dolum habeant, in columba demonſtratus eſt, & ne ſimplicitas frigidata remaneat, in igne diuiſæ ſunt unitatem in columba cognoſce. Alia ratio ad hoc eſt ſecundum Chryſoſtom.

ſcilicet,

scilicet, oportebat Christum delictis ignoscere: quod fit in baptismo. Mansuetudo ergo necessaria erat, quæ demonstratur in columba. Sed vbi adepti sumus gratiam restat iudicii tempus: & hoc pertinet ad ignem.

Ad secundùm dicendum, ꝙ non fuit conueniens spiritum sanctum ostendi in Christo in varietate linguarum. Primò, quia in Christo debebat nunc fieri manifesta ostẽsio sancti spiritus: & ad hoc oportebat, quòd aliquid exterius videretur. In baptizatis autem nihil exterius apparebat: sed solùm loquebantur linguis. Et ista erat imperfecta ostẽsio respectu eius, quæ in Christo fieri deberet. Nam in Apostolis maior facta est, quia illi non solùm locuti sunt variis linguis: sed etiam linguæ igneæ exterius apparuerunt, & sẽdebant super singulos eorum. Actu. 2. Ideo non sufficiebat in Christo tam parua ostensio. In istis autem baptizatis qualiscunque sufficiebat: quia sæpe fiebat. Etiã quia isti non erant personæ præcipuæ noui testamenti, in quibus aliquid ponderet sicut Apostoli, & alii prædicatores. Et propter hoc quia Apostoli erant columnæ legis Christi: & quia apparitio spiritus sancti fuit simpliciter prima, debuit esse totaliter manifesta, vt nemo de ea posset dubitare. Et sic nõ sufficiebat, quòd solùm descenderet in eum spiritus sanctus faciendo eum loqui linguis variis. Secundò, quia ista ostensio erat aliqualiter calumniabilis. Nam poterat putari, quòd istam peritiam linguarum ex exercitio habuerat, ideo prima facie quousque distingueretur an per doctrinam habuisset peritiam linguarum non constabat de miraculo. Si autem in aliquo signo exteriori, vt columba, vel igne descenderet spiritus sanctus, maximum erat miraculum. Tertiò quia loqui variis linguis nunquam visum fuerat apud Iudæos, ex miraculo prouenire. Ideo si viderent Christum loqui variis linguis subito admirarentur, & tamẽ non cognoscerent distinctè esse miraculum, sed dubitarent vnde hoc proueniret. Et putarent aliqui, quòd fortè Christus arripiebatur a Dæmone, cùm arreptitij aliqui variis linguis loquantur, quas extra passionẽ omnino ignorant. Sic enim erat de Saule, quia dicitur 1. Reg. 18. quòd arripiebat eum spiritus Domini malus, & prophetabat in medio domus suæ, idest, loquebatur aliqua, quæ aliàs extra passionem nesciebat. Sicut prophetæ aliqua magna dicunt, quando a Deo actualiter illustrantur. Alii putarent Christum esse ebriũ, & ob id loqui variis linguis præ cõfusione, & errore. Sic enim fuit quando Apostoli descendente spiritu sancto loquebantur variis linguis. Nam multi Iudæorum irridebant eos, dicẽtes: Isti musto pleni sunt. Act. 2. Non ergo fuit conueniens talem ostensionem fieri in Christo, quæ posset prima facie in dubium reuocari, & in malum iudicari. In columba autem nihil horum erat. Ideo in illa conuenienter spiritus sanctus apparuit super Christum.

An columba, in qua apparuit spiritus sanctus fuit uerum animal, uel solùm effigies. *Quæst. LXXXXIIII.*

QVAERITVR de columba in qua apparuit spiritus sanctus super Christum, an fuit verum animal, vel solùm effigies eius. Dicunt quidã quòd non fuit verum animal, quia illud cuius species solùm apparet non est verum, sed solam similitudinem veri habet. Et tamen Luc. 3. dicitur ꝙ descendit spiritus sanctus corporali specie sicut colũba in ipsum, ergò non fuit vera columba, sed similitudo columbæ. Item nihil Deus facit frustra, sicut nec natura, sicut patet, primo de cœlo, & mũdo. Sed cùm columba illa non venerit ad aliquid efficiendum, sed solùm ad significandum, & vt præteriret illico, vt ait Augustinus in sermone de Trinitate, frustra fuisset vera columba. Quia idem poterat fieri per columbæ similitudinem hic, quod per ueram columbam. Alii dicunt, quòd sicut nõ decebat, quòd filius Dei, qui erat Patris veritas vteretur aliqua fictione: & ideo non phãtasticum, sed uerum corpus accepit: ita spiritus, qui dicitur spiritus veritatis Ioan. 16. non debuit vti aliqua fictione, sed ipse venit in columba. Hoc tenet sanctus Thom. 3. parte sumæ. q. 49. artic. 7. Idem etiam tenet August. in lib. de Agone christiano dicens. Nec hoc ita dicimus, vt dominum Iesum Christum solum dicamus verum corpus habuisse, spiritum autem sanctũ fallaciter apparuisse oculis hominum: sed ambo illa corpora vera esse credimus. Rationem huius Augustinus assignat ibidem innuens, quòd si spiritus sanctus postea signat ibidem innuens, quòd si spiritus sanctus assumpsisset similitudinem columbæ, & non veram columbam, fuisset hoc, quasi facilius esset sibi fabricare illam similitudinem, quàm ueram columbam facere. Quod non est verum. Vnde dicit ibidem. Sicut nõ oportebat, vt spiritus sanctus falleret homines: sicut nec homines falleret filius Dei. Sed omnipotẽti Deo, qui vniuersam creaturam ex nihilo fabricauit, non erat difficile uerum corpus columbæ, sine aliorum corporum ministerio figurare: sicut non fuit ei difficile verum corpus in vtero Mariæ, sine virili semine fabricare: cui creatura corporea etiam in visceribus fœminę ad formandum hominem, & etiam in ipso mundo ad formandam columbam imperio Domini, voluntatique seruiret. Et sic vult, quòd columba illa vera fuerit.

Dicendum, quòd non apparet ex necessitate, an vera fuit ista columba, vel solùm similitudo, cùm sacra scriptura non ostendat expresse, nec etiam aliqua ratio videatur determinare ad hoc, quòd esset vera columba. Rationes tamen suæ non multum mouent. Alii ergo tenent, quòd ista columba non fuerit vera, sed solùm similitudo columbæ. Sic tenet Nicolaus super Mar. & asserit multos doctores tenere. Et nihil obstet auctoritas Augustini, cui multum fauendum est, etiam si nihil probet, quando contra eum manifestè probare non possumus, verisimilius mihi videretur iuxta Nicolaum, quòd non fuerit vera columba. Et satis sunt conuenientia motiua illa duo, quæ in principio allegantur, cùm Luc. dicat spiritum sanctum descendisse corporali specie, sicut columba in ipsum, & duo mouent hic. Primò quia dicit corporali specie, idest, in similitudinem corporis, quia species non accipitur ibi pro natura specifica, sed pro similitudine alicuius rei. Et sic innuitur, quòd non erat illud corpus verum, quod ostendebatur, sed species illius, ideſt, similitudo, aliàs diceretur spiritus sanctus descẽdisse in corpore, si realiter in colũba appareret. Sic enim scriptura interdum ponit aliquid esse corporale, vel apparere corporaliter, quod tamen non est corpus, nec corporaliter se habens, vt ostendat per hoc ueritatem rei. Sic patet ad Colos. scilicet. In Christo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & tamen certum est, quòd deitas non est corpus, nec potest in aliquo corporaliter esse. Et tamen dixit corporaliter, ideſt realiter: quia apud antiquos, & maximè circa simplices, illud solũ verè esse putabatur, quod corpus erat: quæ autem non erant corpora, nec uidebantur, dicebant non esse verè: sed solùm interius fictionem. Quia autem Deitas erat vera in Christo, & non per solam gratificationem, sicut in nobis dixit ibi esse plenitudinem Deitatis corporaliter, ideſt, realiter. Si ergo fuisset hic vera columba illa, in qua spiritus sanctus descendebat, sicut exterius videbatur non diceretur, quòd descenderet spiritus sanctus in corporali specie: sed in corpore: quia species, vt hic accipitur diminuit de ueritate rei. Patet etiam, quia nõ dicimus, quòd solus Christus habuit speciem corporis, uel uenit adnos in specie corporali: sed dicimus, quòd uenit in corpore. Si ergo spiritus sanctus apparuisset in uera columba, sicut Christus in uero corpore, non diceretur, quòd descendit corporali specie, sed descendit in corpore, uel corporaliter. Sic etiam in aliis locis scripturæ quando ponitur species non creditur esse uera res, sed similitudo. Sic patet Numeri 9. scilicet. A uespere autem super tentorium erat quasi species ignis vsque mane. Per diem apparebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis Et sic dicimus, quòd illa columna ignis non fuerit uerus ignis, sed solùm haberet splẽdorem ignis. Et tamen quantum ad substantiam nubes erat, quæ per diem habebat colorem nubis: per noctem uerò splendorem ignis, & sic erat semper eadem columna. Alioquin oporteret bis quotidie mutare columnas, & facere quotidie noua mirabilia, & multa alia inconuenientia, vt declaratum est Exo. 18. & Numeri. 9. Ita ergo hic species pro similitudine accipietur. Secũdò, quia dicitur sicut columba in ipsum, per quod etiã signatur, quòd non erat columba vera, sed sicut colũba, scilicet solam similitudinem habens. Hoc uidetur etiam colligi aliqualiter ex uerbis Hieronymi super Matthæum dicentis, mysterium trinitatis in baptismo demonstratur, Dominus baptizatur, spiritus descendit in habitu columbæ. Si tamen uoluisset eam esse uerã, diceret quòd descenderet in columba, & non in habitu columbæ. Satis quoque mouet illa ratio, scilicet, ꝙ frustra esset fieri nunc ueram colũbam, cùm ad istud, quod Deus uolebat sufficeret similitudo columbæ, scilicet, ad hoc, quòd uideretur ab hominibus. Motiua autem Augustini ad hoc quòd fuerit vera columba non sunt satis efficatia. Primum est, quòd sicut dicimus Christum habuisse uerum corpus, ita etiam credamus spiritum sanctum habuisse verum corpus. Sed istud non est necessarium, cùm hic sit magna dissimilitudo. Nam in Christo fuit necessarium uerum corpus, quia si non habuisset uerum corpus, non fuisset homo, & consequenter non fuisset passibilis sensibiliter, quia corpora phantastica nihil sentiunt. Christus tamen ad nihil aliud principaliter carnem assumpsit, nisi ut dolores nostros susciperet, & per dolorẽ suum satisfaceret pro nobis. Isa. 53. scilicet, verè langores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: discipulina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Etiam quia oportuit Christum mori, & per mortem suam nos reconciliandi eramus Deo: si tamen habuisset corpus phantasticum nõ profuisset eius aduentus in mundum. Item, quia necesse erat Christum esse hominem, vt nos redimeret, quia secundùm decretum, & exigentiam diuinæ iustitiæ homo pro hominibus debuit satisfacere, vt illi uiderẽtur puniri, qui peccauerant: cùm ille, qui erat cognatus eorum, & attinebat ad illos, debitum eorum in se transumeret. Si aũt Christus nõ fuisset uerus homo, nõ pertineret ad speciem nostram: ideo non posset conuenienter in se transumere debita nostra: etiã si assumpsisset corpus passibile alterius speciei, oportuit ergo Christum habere uerum corpus humanum. Non erat sic de Spiritu Sancto, quia columba in qua dicitur descendisse solum fuit, vt uideretur, quòd descendebat Spiritus Sanctus super Christum. Ad hoc autem, ita sufficiebat similitudo columbæ, sicut uera columba. Ideo non erat simile de Christo. Ipse quoque Augu. in sermone de Trinitate ponit multas dissimilitudines inter corpus assumptum à Christo, & columbã, in qua descendit Spiritus Sanctus, quia corpus Christi fuit assumptum ad unitatem hypostasis à Verbo: columba autem non fuit assumpta à Spiritu Sancto ad unitatem personæ. Item dicit, quòd filius Dei poterat dici homo, & tamen Spiritus Sanctus non poterat dici columba esse ex eo tempore, quo in columba apparuit. Item dicit, quòd corpus assumptum est à filio ad semper manẽdum: columba autem solùm fuit ad significandum, & transeundum. Et ponit exemplum de flamma, quæ apparuit in rubo, & de tonitruis, & fulgoribus apparentibus in datione legis. Cùm ergo ipse ponat magnam differentiam inter corpus Christi, & columbam Spiritus Sancti, nõ arguitur bene ex similitudine, scilicet, quòd si Christus habuit uerum corpus, quia etiam Spiritus Sanctus apparuerit in uera columba. Secundum motiuum est, quia dicit, ita Deo fuisse facile facere columbam ueram, sicut aliquid aliud id, quòd in illa appareret.

Dicendum ꝙ uerum est, & tamen non est istud motiuum tenentium contrarium, scilicet, quòd ideo Deus fecit similitudinem columbæ, quasi hoc leuius esset, quàm ueram columbam facere. Quia manifestum est, non esse magis facile Deo creare vnam muscam, quàm creare cœlum, & terram, cùm utrunque exigat æqualiter potẽtiam infinitam, & per minorem non potest fieri, & utrunque sufficienter per Dei uoluntatem fit. Sed motiuum est, quia licèt quantum ad Deum sint ista æqualia: in se tamen non sunt æqualia. Ideo Deus, qui omnia moderatur, ponẽs illa in suis ordinibus, nihil facit, nisi secundum exigentiam rerum, scilicet, quantum necessarij est ad finem illum, ad quem res est. Et quidquid super hoc est, superuacuum est, & superflua nõ possunt reduci ad ordinem. Ad faciendum tamen istam ostensionem, quã Deus volebat, sufficienter similitudo columbæ, & æqualis erat, scilicet, quia nihil minus similitudine illa abundare poterat ad istam ostensionem faciendam. Columba autem uera sufficiebat ad istam ostensionẽ faciendam, & tamen superabundabat, quia ueritas columbæ extendebat se ad quosdam actus, quorum nullus erat hic necessarius: ideo quidquid in hac columba erat ultra similitudinem, superfluum erat: licèt ita esset facile columbam ueram, sicut apparentem fieri. Est ergo uerisimilius columbam fuisse apparentem, quàm ueram. Tertium motiuum erat, scilicet, quòd sicut filius Dei homines nõ debuit fallere, ita nec Spiritus Sanctus, cũ ipse uocetur Spiritus ueritatis. Ideo debuit esse uera columba. Istud non sufficit: nam Spiritus Sanctus fallere nunquam debuit, nec tamen falleret, si solam columbæ similitudinẽ acciperet. Quia veritas in operationibus consideratur respectu alicuius finis. Dicetur ergo tunc res esse verè, quando per eas sufficienter, & verè peruenitur ad finem intẽtum. Sicut in ludis, in quibus accipiuntur humana simulachra, quæ per artificium mouentur, & bellorum similitudines inter se gerunt. Nam illi ueri ludi sunt: finis enim eorum est iucunditas per illos procuranda. Et quia per illa simulachra pugnantia uerè, & sufficienter hoc inducitur, veri ludi illi esse dicuntur: licèt non sint homines ueri, sicut apparent, quia non sunt ibi ad finem alicuius actus humani: nec etiam uidentes illos ludos dicuntur falli per hoc, quòd uident simulachra, quæ non sunt ueri homines, cùm sciant illa non esse ibi ad aliquem actum propriè humanum: sed ad illum, qui exterius apparet, & uerè per illa simulachra exercetur. Sic etiam licèt columna ignis quæ Iudæis apparebat per noctem, non esset uerus ignis, vt probatum

tum est Exo.14.& Nume.9. non tamen dicebatur ibi aliquid falsum esse, quia illa similitudo ignis, ita perfectè faciebat omnia, ad quæ erat, sicut fecisset uerus ignis, nam solùm erat ad illuminandum castra per noctem, & ad ostendendum uiam, si aliquando per noctem ambularent. Sicut Exo.18. Istud autem perfectè faciebat similitudo ignis. Si autem fuisset columna illa ad calefaciendum Castra, non sufficisset similitudo ignis, sed oporteret esse uerum ignem. Ita nunc columba, in qua dicitur Spiritus Sanctus descendisse, erat ad solam ostensionem, vt ipse Augu. ait in sermone de Trinitate. & ad hoc sufficiebat similitudo columbæ. Si autem fuisset illa columba ad gignendum columbos, vel ut postea assumeretur in cibum, non sufficeret similitudo columbæ, sed oporteret esse ueram columbam. Et hoc modo Spiritus Sanctus non fallebat homines, quia intentio Dei erat ostendere, ꝙ Spiritus Sanctus descendebat super Christum. Quod ita sufficienter signabatur per similitudinem columbæ, sicut per ueram columbam, Non ergo erat deceptio. Si autem dicas, quòd aliqui uidentes putarent esse ueram columbam, & fallerentur: dicendum quòd non erat inconueniens, Primò, quia nihil mali sequebatur ex hoc errore. Secundò, quia Deus non intendebat eos in hoc fallere: cùm ipse nō intenderet ostendere hominibus illam similitudinem tāquam ueram columbam, sed solùm, vt ostendentem Spiritum Sanctum, qui tam in similitudine, quam in uera columba æqualiter ostenderetur, & sic non falleretur. Secus autem de Christo, quia si non habuisset uerum corpus, sicut apparebat, nec fuisset uerus homo, nos falleremur, quia non possemus consequi per eum effectum illum ad quem ipse dicebat se uenisse, scilicet, vt nos redimeret. Item si ad hoc, quòd Spiritus Sanctus non falleret nos, oporteret quòd ista fuisset uera columba, etiam oportuisset, quòd ignis, & linguæ, in quibus Spiritus Sanctus descendit super Apostolos fuissent veræ linguæ, & uerus ignis, vel saltem uerus ignis, cū ita uideretur. Et tamen non erat ignis, sed solum similitudo ignis Act.1. Et apparuerunt illis dispartitæ linguæ tāquam ignis. Non ergo oportuit esse hic ueram columbam, sed uerisimilius fuisse solam similitudinem: non tamen intendimus per hoc repugnare Augusti. Si quis autem uelit dicere, quòd fuit uera columba, respondebit ad duo argumenta prædicta, sicut illi respondent.

Ad primum dicendum, ꝙ spiritus dicitur descendisse in specie, vel similitudine columbæ; non ad excludendum ueritatem columbę, sed ad ostendēdum, quòd spiritus sanctus non apparuit in specie substantiæ suæ. Dicendum tamen, quòd ista solutio haberet aliqualiter locum si Lucas posuisset unum solum, ꝙ excludit ueritatem columbæ, scilicet, dicendo, quòd descendit in columbæ specie. Ponit tamen duo, quòd descendit in corporali specie, & quòd descendit sicut columba. Si enim dicas, quòd dicitur sicut columba, non ꝙ illa esset uera columba, sed quòd spiritus sanctus non esset columba, manet tunc quod dicitur, scilicet, descendit in corporali specie. Et tamen si esset uera columba diceretur descendit in corpore, & non in corporali specie, scilicet, similitudine corporis, vt supra declaratum est.

Ad secundum argumentum dicunt, ꝙ non fuit superfluum formare unam ueram columbam, vt in ea spiritus sanctus appareret, quia per ipsam ueritatē columbæ significetur ueritas spiritus sancti, dicendum quòd non conuenit, quia signum debet esse per se cognitum, & tamen etiā si illa esset uera columba, quæ super Christum descendit, non constaret uidentibus, an esset uera columba, vel similitudo columbæ. Et sic essent ita dubij de signo, sicut de signato. Non ergo signabatur ueritas spiritus sancti per ueritatem columbæ. cùm non constaret, an esset uera columba: maximè, quia ad significandum aliquid esse uerum, non oportet signum esse rem ueram, quia aliàs ad significandum uerum hominem, non sufficeret imago hominis picta, vel sculpta, & tamen sufficit. Ideo nō oportebat ad hoc esse ueram columbam.

Quomodo, & à quo mouebatur ista columba super Christum descendens. Quæst. LXXXV.

QVAERITVR, quomodo mouebatur ista columba descendēs super Christum, & à quo mouebatur. Dicendum, quòd circa hoc differt, an ista fuerit uera columba, vel similitudo sola. Si fuit uera columba, poterat moueri multipliciter. Vno modo, quòd moueretur à uento impellente eam descendere super Christum: sic etiam dicitur Nume. 11. de coturnicibus, quas Deus detulit in castra Iudæorum: Ventus autem egrediens à Domino arreptas trans mare coturnices detulit, & dimisit in castra. Item Psalmo 77. Transtulit Austrum de cœlo in castra. Item Psalmo 77. Transtulit Austrum de cœlo, & induxit in uirtute sua Aphricum, & pluit super eos sicut pulueres carnes. Ita nunc poterat columba ista moueri à uento. Aliquis dicet, quòd non poterat ventus dirigere istam columbam ad ueniendum. Potest dici, ꝙ faciliter fieri poterat, scilicet, quia ille uentus susciteretur à Deo, & moueret columbam ad uoluntatem Dei. Nam sic fuit de uento tollente coturnices. Nam dicitur uentus egrediēs à Domino, ideſt, quem Deus misit: sic fieret hic. Dicendum, ꝙ posset aliqualiter stare, sed non est modus satis conueniens, sed si hoc per uentum fieri deberet, licèt Deus illum ventum susciteret, esset tamen de ventis qui aliàs solent stare ex partibus lateralibus à diuersis punctis cœli: de cœlo autem directè uersus terram raro ventus aliquis descendit. Et quando descendit, non est motus suus regularis. Ideo non satis conueniebat, ꝙ per ventum columba descenderet. Item patet efficacius, quia si per impetū uenti moueretur ista columba, oporteret, quòd ipsa illideretur ad terram ex impetu si uentus nō cessaret antequam peruenirent columba ad Christum. Si autem cessaret uentus, ipsa columba lassata impetu uenti caderet in terrā; uiribus defitùta. Sic fuit de coturnicibus, quas Deus detulit usque ad castra, & postea cadebant in circuitu Castrorum Nume. 11. Ista tamen columba descendit super Christum, & mansit super eum quieta. Ioan. 1. scilicet, Super quem uideris spiritum sanctum descendentem, & manētem super eum, & Mar. 1. dicitur & spiritum sanctum tanquam columbam descendentem, & manentem in ipso: ideo non fuit per impetum uenti. Si autem dicas, quòd istud sequeretur ex impetu uenti, & tamen Deus tenuit columbam quietā super Christum, contra impetum uenti: hoc non conuenit, quia tunc ponerentur plura miracula. Et ad hoc melius dicetur, quòd Deus, qui fecit columbam stare, etiam fecit eam moueri per alium modum: ita quòd non esset contrarietas in operibus suis, scilicet, quòd non vnum opus prouideretur damno, quod importaretur per alterum, quia istud pertinet ad deordinationem, vel impotentiam. Aliter potest dici, quòd Deus imprimeret illi columbæ desiderium ad descendendum super Christum, & manēdum super eum. Nam si illa esset uera columba, posset per se ipsam moueri. Solum tamen deerat, quòd moueretur ad illum locum, ad quem Deus uellet, scilicet ad descendendum, & manendum super Christum: & quia Deus per naturam brutis, & etiam inanimatis indidit inclinationes, secundùm quas mouentur ad loca sua, vel ad ea, quæ sibi conueniunt: ita nunc posset columbæ isti imprimere desiderium descendendi super Christum, & manēdi. Et faceret istud sicut cùm naturaliter mouetur. Et tunc Deus nihil faceret realiter de isto motu, sed columba totum faceret, postquam Deus semel impressisset ei desiderium ad illum faciendum. Aliter dicunt quidam, quòd Spiritus Sanctus mouebat istam columbam. Nam ipse descendit in columba: ipse ergo eam mouebat, sed dicendum, quòd hoc non stat. Nam Spiritus Sanctus illam non mouit, vt declarabitur infra in quadam quæstio. Aliter potest dici, quòd ista columba moueretur ab Angelo. Et istud erat valde conueniens, quia Angeli sunt ministri Dei, ad Hebræos primo, & ipsi deseruiunt uoluntati Dei in omnibus, quæ Deus vult fieri. Psal. 102. Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes uirtute facientes verbum illius: Benedicite Domino oēs uirtutes eius, ministri eius, qui facitis uoluntatem eius. Sic enim fuit de Abachuc, quem Deus uoluit ire in Chaldæam, & Angelus portauit eum per capillum. Daniel 14. Si autem dicatur, quòd non erat ista uera columba, sed similitudo, non possunt stare omnes modi supra assignati. Nam non diceretur conuenienter, ꝙ per ventum portaretur, quia tales similitudines sunt corpora facta de aere, & dissiparentur per impetū fortis uenti, & quia positquā uentus cessaret impellere illam similitudinē, caderet in terrā, cū in se non haberet aliquas vires per quas se teneret, quia non erat animal. Secundus modus ēt supra positus nō cōueniret, quia non poterat imprimi aliquod desideriū a Deo illi similitudini ad descendendū, & manendū super Christū, cùm esset corpus inanimatum, non habens in se principium ad aliquid agendum. Tertius modus non conuenit, sicut nec conueniebat superiori positioni, cùm spiritus sanctus nihil uerè moueat per se ipsum, vt infra dicetur. Quartus modus est conueniens, & ueri simile, scilicet, quòd Angelus aliquis assumpserit illam similitudinem columbæ fabricatam de aere, & mouerit eam usque ad Christum, & fecerit manere super eum, quàmdiu manere oportuit. Istud autem conuenit angelis, quia similia ipsi facere solent. Patet de columna ignis, & nubis præcedente Iudęos, quæ similiter erat corpus formatum de aere, & mouebatur per angelum. Exo. 14. scilicet. Tollensque se angelus Dei, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis. Sic etiam sępe angeli formabant sibi similitudines corporum humanorum apparuerūt in eis, & loquebantur, & comedebant, ut patet de tribus angelis, ꝙ uenerunt ad Abraham. Genes. 18. & de duobus, qui iuerunt Sodomam. Gen. 19. Et tamen angeli non habent corpora naturaliter, cùm sint puri spiritus. Psal. 103. & ad Hebr. 1. scilicet. Qui facit angelos suos spiritus, ideſt, substantias spirituales. Oportet ergo, ꝙ assumant illa corpora de elementis, scilicet, de aere, qui ad hoc aptus est. Ita ergo nunc aliquis angelus formaret illam columbæ similitudinem de aere condensando illum, & reducendo ad figuram, & colorem columbæ. Nam colores illos facere est in aere causari ex diuersa condensatione. Sic in rebus quibusque coloratis causantur diuersi colores ex uaria elementorum mixtione etiam, quia in aere ubi fiunt istæ condensationes, non est pura substantia aeris, sed mixtio omnium elementorum propter uapores, & exalationes surgentes de terra, & de aqua: & nos uidemus ibi naturaliter sine aliquo artificio, & sine aliquo applicāte actiua passiuis causari diuersos colores, & gradus eorum, vt patet in nubibus. A fortiori ergo angeli, qui cognoscunt conditionem naturæ, scientes applicare actiua passiuis formare possent corpora cuiuscunque figuræ, & coloris de aere. Sic ergo angelus formaret similitudinem columbæ de aere, & moueret eam, vt uideretur uenire uolando usque ad Christum, & ibi maneret quamdiu uellet angelus. Nam maius est per illa corpora posse aliquid propriè, sicut per homines, & tamen hoc faciunt sæpe. Non erat ergo alius modus conuenientior, quā iste, maximè quia supra dictum est, quòd ista columba nō fuerit uerum animal, sed similitudo, & sic innuitur Mar. 1. scilicet, vidit Spiritum Sanctum tanquam columbam descendentem, ergo non erat ibi uera columba, sed tāquam columba. Sed obijcietur, quòd siue fuerit columba, siue sola similitudo, quòd spiritus sanctus eam mouerit, & non angelus, quia aliàs non diceretur spiritus sanctus in illa descendere, cùm nihil in illa faceret. Dicendum, ꝙ spiritus sanctus non descendit in illa, quia nec descendere poterat, vt infra dicetur in quadam quęstione, sed dicitur quòd spiritus sanctus descendit, vel uenit in columba, quia per illam columbam uenientem nihil significabatur nisi spiritus sanctus ueniens super Christum. Et hoc modo sæpe scriptura loquitur: ita quòd angeli uocantur Deus, quādo solùm sunt ad repræsentandum Deum. Sic patet in angelo, qui dedit legem: angeli namque eam dederunt. ad Gala. 3. & Act. 2. & tamen Exo. 2. ille, qui proferebat verba legis dicebat. Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Non habebis Deos alienos coram me. Vocauit ergo se Deum, quia ad solum Deum repræsentandum loquebatur. Sic etiam ille, qui apparuit Moysi in rubo, dixit, ego sum Deus Patris tui Deus Abraham, &c. Exo. 3. Et tamen iste erat angelus, vt dixit beatus Stephanus Act. 7. Sic igitur angelus, vt dixi, in columba descenderet, & diceretur descendere spiritus sanctus, quia ad nihil aliud angelus descendebat nisi, vt signaret spiritum sanctum descendere super Christum.

De quo loco descendit ista columba, & de quo loco descendere incepit. Quæst. LXXXVI.

QVAERITVR, de quo loco descendit ista columba, ideſt, de quo loco incepit descendere. Aliqui dicunt, quòd descendit de cœlo, sicut litera significat. Etiam, quia litera dicit fuisse cœlum apertum, & ista videtur fuisse causa apertionis, scilicet, vt columba inde descenderet. Dicendum, quòd non descendit de cęlo ita, quòd fuisset uerè intra cęlum, quia ad hoc oportebat dari multa miracula, & aliquid superuacuum scilicet, quòd aperiretur uerè cœlum ad hoc, quòd columba illa inde exiret, cùm haberet uerum corpus extensum, siue esset vera columba, siue non: apertio tamen non fuit realiter facta in cœlo, nec aliquis istud cōfitetur: ideo non exiuit inde columba. Nisi fortè diceres, quòd fuit facta penetratio dimēsionum transeunte columba per solidum, sicut quando Christus exiuit de vtero virginis, nulla facta apertione, & quando intrauit post resurrectionem per clausas portas, & tunc ponitur miraculum, & tamen non debet poni sine necessitate. Motiuum autem istorum est insipiens, scilicet, quòd cęlum apertum fuerit, quia non fuit realis apertio, sed solùm in aere fuit factus realiter quidem hiatus, ficut in corruscatione, vt Nicolaus ait super Marcum. Secundò non stat, quia etiam poneretur miraculum, scilicet, quomodo illa columba, siue vera, siue non, transire

sire posset per regionem ignis, sine corruptione, & tamen non est necessarium poni istud miraculum, cùm possit excusari. Tertiò, quia ponitur aliquid superuacuum, scilicet, quòd illa columba transiret per omnes medias regiones, quæ sunt inter cœlum, & terram, in quibus est tanta vastitas, cùm etiam istud non sit necessarium. Quartò, quia etiam non videtur possibile, quia non potest aliquid descendere de cælo, nisi quod in cœlo fuerit: ipsa tamen columba nunquam fuit in cœlo. Ideo nec descendit inde. Patet, quia aut dicetur fuisse ueram columbam, aut solam similitudinem. Si primo modo, poterat fieri dupliciter; uno modo, quia aliqua de columbis naturaliter genitis assumeretur, in qua fieret ista ostensio, & tunc illa esset in terra, vel in aere, & inde assumeretur ad ueniendum super Christum. Alio modo, quòd fuerit aliqua columba nouiter à Deo producta, quæ uera esset, licèt non de semine columborum. Etiam sic tenet August. in libro de Agone Christiano, & tunc non poterat descendere de cœlo, quia non poterat ibi formari, sed de materia corruptibili, scilicet Elementorum formanda erat, cùm de materia cælorum nihil fiat: nec aliquid eis tollitur, sed manent semper in sua integritate. August. tamen vbi supra vult istam columbam fuisse formatam de materia, cùm ait: sicut nō fuit difficile Deo uerum corpus in vtero Mariæ sine virili semine fabricare: ita nec erat difficile uerum corpus columbę figurare, cui creatura corporea etiam in uisceribus fœminæ ad formandum hominem, & etiam in ipso mundo ad formandam columbam imperio Domini uoluntatique seruiret. Et sic vult creaturam corporalem obediuisse hic. Istud autem non poterat esse nisi inquantum formaretur illud corpus columbæ de quacunque materia Deus uellet. Nam si de nihilo columbam illam crearet, non posset ibi creatura corporea Deo obedire, quia nihil de ea fiebat, nec in ea. Etiam, quia dicit, quòd ita obediret hic creatura corporea, sicut obedierat in visceribus fœminæ ad formandum hominem: & tamen ibi corpus Christi non fuit creatum sed de materia formatū. Igitur Augustinus voluit de materia formatum fuisse corpus columbæ, & tamen non erat aliqua materia, de qua formaretur in cœlo. Ideo oportebat, quòd formaretur in regione elementali, & maxime in regione aeris, de quo ista corpora aptius fiunt, quàm de alio elemento: vt declarauimus Numeri 21. Si autem columba nō fuit vera, oportuit similitudinem esse formatam de aere: & sic in regione aeris formaretur, vt dictum est. Quintò patet, quòd non descenderit de cælo, quia istud videbatur necessarium quibusdam: quia spiritus sanctus descendere debebat in columba ista. Ipse tamen erat in cœlo. Hoc tamen non stat, quia falsum præsupponunt. Nam spiritus sanctus non descendit in columba: sed angelus eam mouebat, ut dictum est præcedenti quæstione. Sextò quia dato quòd spiritus sanctus illam realiter mouisset, non oportebat, quòd columba de cœlo descenderet: quia spiritus sanctus vbique est, quia omnia replet. Sic enim dicitur, quòd spiritus Domini replebit orbem terrarum. Dicendum ergo, quòd ista colūba non descendit de cælo, sed solùm de aliqua parte regionis aereæ, in qua formaretur. Et de qua posset nideri. Nam etiam uolucres quædam interdum ad tantam se extollunt altitudinem, quòd humanos frustrantur intuitus, ut iam nō uideantur. De tali ergo parte regionis aereæ ista columba descenderet, ita ut non uideretur principium uolatus eius; & ob hoc putaretur de cælo ostendere.

F

G

H

I

K

Quid de ista columba factum sit. Quæst. LXXXVII.

QVAERITVR, quid de ista columba factum est. Dicendum quòd siue fuerit uera, siue sola similitudo, necesse erat, quòd postquam descendit, & stetit super Christum, raperetur inde inuisibiliter opere Dei. Nam si non tolleretur inde subito, putaretur nihil esse descensus ille columbæ: ut potè postquàm columba stetit super Christum maneret ibi prope, vel aduolaret, sicut cæteræ columbæ faciunt. hinc, & inde, uiderent homines, quòd illa erat columba naturalis, & fortè per aliquod ingenium humanum procuratum fuerat, quòd descenderet super Christum: sicut de Mahometo quidam asserunt, quòd columbam ad aurem suam aduolare faciebat, quæ aliàs de aure eius grana frumenti comedere solita esset. vt per hoc spiritum sanctum sibi in aure loqui ostenderet. Dicendum ergo, quòd poterat in hoc differre, an ista columba fuerit vera, vel sola similitudo. Si nō fuit vera, est dicendum quòd angelus, qui mouit eam usque ad caput Christi, fecit eam stare aliquanto tempore super caput Christi, vt per hoc significaretur quòd spiritus sanctus non dabatur sibi ad tempus solùm, sed ad semper manendum. Et staret etiam ibi aliquantulum, ut omnes uidere possent, quòd columba illa super Christum veniebat, & non super aliquem alium. Sic dicit Hieronymus super Matth. scilicet: Sedit columba super caput Iesu, ne quis putaret uocem patris ad Ioannem factam, & non ad Dominum. Post hoc uero inuisibiliter columba illa raperetur, ut nusquam appareret, uel fortè, & conuenientius rediret illa columba uolando uersus cælum, sicut uenerat: ut per hoc magis confirmaretur spiritum sanctum fuisse, qui de cælis venerat, & in cælos redibat. Et cùm rediisset ad illam partem aeris, in qua iam videri non posset ab hominibus, resolueretur illa similitudo columbę in materiā, de qua sumpta fuerat: quia non assumpta fuerat ad semper manendum: sed solùm ad illud officium, quod iam expletum erat. Et istud est omnino uerisimile. Ita asseritur de illa stella, quæ conduxit Magos ad Christum. Nam expleto officio rediit in materiā de qua sumpta est, ut dictum est præcedenti. q. Si autē dicatur, quòd ista columba fuit uera, aut fuit naturaliter genita ante hoc, aut nouiter a Deo formata: vt vult Augustinus. Si primo modo, dicēdum quòd angelus, qui eam dirigeret ad ueniendum super caput Christi, faceret eam stare ibi aliquantulum, sicut supra dixi mus de similitudine columbæ: & tunc reduceret eā uolando directè uersus cœlum ad aliquam partem regionis aeris, vbi iam uideri non posset, & inde transduceret eam in aliam partem terrę, vt ibi viueret, sicut prius modo naturali. Nam non est conueniens, quòd diceremus eam in nihilum reduci, uel occidi propter hoc, quòd Deus exercuisset ministerium suū per illam: sed solùm transponeretur ad aliam partem orbis, vbi non posset constare iam de illa, sed putaretur, quòd in cælum rediisset. Si uerò dicatur, quòd illa columba fuisset a Deo nouiter creata ad istud ministerium implendum, poterat dici de ea, sicut de columba naturaliter genita, scilicet, quia rediret versus cælum vsquequo disspareret: & postea transferetur ad aliam partem terræ, vbi de ea non constaret hominibus. Quia, cùm esset verum animal, non oportebat, quòd resolueretur in materiam de qua sumptum fuerat: sed quòd uiueret, cùm iam sine miraculo naturaliter uiuere posset. Aliter potest dici, quòd resolueretur in præexistentem materiam. Sic tenet Augustinus in sermone de Trinitate, scilicet: Illa columba ad hoc tantummodo signandum repente extitit. Magis autem hoc

hoc verisimile videtur flammæ illi, quæ in rubo apparuit Moysi, & illi quam populus in eremo sequebatur. scilicet columnæ nubis, & ignis, & fulgoribus, ac tonitruis, quæ fiebant donec lex daretur in monte, ad hoc. n. rerum illarum corporalis extitit species, vt aliquid significaret, atque inde præteriret: pp has ergo corporales formas missus dicitur Spiritus sanctus, illę verò species corporales ad demonstrandum, qđ opus fuit ad tēpus apparuerunt: & esse postea destiterunt. Et sic manifestē vult, ꝙ ista columba solùm duravit quamdiu ibi apparuit. Postea verò esse destitit. Nos quoque & cęteri idem asserimus. Et tamen differt, quia Augu. dicit istam fuisse columbam viuentem: nos verò solam similitudinem, finem tamen, & durationem eandem ponimus cum Augustino.

A

B

An ista columba à multis visa fuerit, vel à solo Christo. Quæst. LXXXVIII.

QVAERITVR, an ista columba repræsentās Spiritum sanctum visa fuerit à multis, vel à solo Christo. Aliqui dicūt, ꝙ solus Christus eam vidit, ga supra in litera dicitur, aperti sunt ei cęli. Et dicit Chryso. super Matthæum, quia ex hoc significatur, ꝙ ipse solus vidit istam apertionem, quia dicitur apertum est ei. ita ergo dicetur, & vidit Spiritum Dei descendētem, sicut columbam. Item, quia nemo videbatur esse dignus videre tanta mysteria, ideo solus ipse videret. Sic dicit Hieron. de Ezechiele in Epistola ad Paulinum, scilicet. Aperiebantur cœli Ezechieli, qui clausi erant populo peccatori, scilicet, quia nō erat digni videre. Dicendum, quòd columbam istam descendentem non vidit solus Christus, sed, & multi alij, scilicet, omnes qui aderant, quando Christus exiuit de aqua. Et patet primò, quia necesse est saltem dici, ꝙ Ioannes viderit columbam, quia Deus dederat hoc Ioanni in signum ad cognoscendum Christum. Ioan. 1. scilicet. Qui misit me baptizare in aqua, dixit mihi, super quem videris spiritum sanctum descendentem, & manentem, hic est, qui baptizat. Et sequitur, ego vidi, & c. Secundò patet, quia ista columba realiter apparuit, & non fuit per visionem imaginariam, vt ait Aug. scilicet, quòd nullus vnquam dubitauit quin illa columen solus Christus eam videre debuisset, sufficiebat ꝙ fieret in sola visione imaginaria: ergo multi realiter eā viderunt. Tertiò patet, quia descendit ista columba ad ostendendum, ꝙ Spiritus sanctus descendit super oēs baptizatos, & conferuntur eis dona Spiritus sancti, vt ait Remigius. s. omnibus per baptismū Christi renatis aperitur ianua regni cęlestis. Ita & omnes in baptismo accipiunt dona Spiritus sancti. Ideo dicitur, vidit Spiritum Dei descendentem, sicut columbam. Hoc ergo ostendi debuit eis, qui circunstabant, vt per hoc incitarentur ad desiderium baptismi Christi. Quartò patet, quia aduentus Spiritus sancti fuit in testimonium, ꝙ Christus esset filius Dei, & dilectus ab eo, & tamē non esset testimonium, nisi constaret de eo. Ideo necesse erat, ꝙ videretur ista colūba à pluribus. Quintò patet, quia si soli Christo apparuisset ista colūba, fuisset omnino superflua ista apparitio, quia per eam nihil Christo innotesceret, quod prius ipse perfectè non cognosceret, cum sciret se habere Spiritum sanctum, & non posse ab eo separari. Et tamen non fuit superflua, quia nihil Deus facit frustra. primo de cęlo, & mundo. ergo apparuit circunstantibus. Simile patet Io. 12. cū Christus clamauit dicens, pater clarifica nomen tuū, & vox de cęlo venit dicens, clarificaui, & iterum clarificabo. Turba, quæ astabat audiuit vocem, & dixit. Non ꝓpter me vox hęc venit, sed ꝓptes vos. q. d. Non erat necessarium, ꝙ propter me veniret, quia ego bene sciebam quid Deus vellet, sed venit propter vos. Ita ergo nunc columba nō apparuit propter Christum, quia ipse sciebat quid illa significatura esset, sed propter astātes, qui nesciebant nisi vidissent. Viderunt ergo illam astantes. Sextò patet per Chryso. in Homilia dicentē. Si tu non vides, non incredulus sis. Etenim in principiis spiritualium rerum semper sensibiles apparent visiones propter eos, qui nullam intelligentiam incorporalis naturæ possident. Hic tamen non fuit aliqua natura incorporalis, quæ signaretur per corporalem, nisi sanctus Spiritus per columbam: ergo columba visa est à simplicibus, vt crederent Spiritum sanctum esse. Itē Augu. in sermone Trinitatis dicit, ꝙ factum est quædam species creaturę ex tēpore, in qua visibiliter ostenderetur Spiritus sanctus. Hæc autem operatio visibiliter oculis oblata mortalibus missio Spiritus sancti dicta est. Non vt appareat inuisibilis eius substantia, sed vt corda hominum exterioribus visis commota, ad occultam æternitatem conuerterentur. Item Hier. super Matthæum dicit, quòd columba sedit super caput Iesu: ne quis putaret vocem patris ad Ioannē factā, & nō ad Dominū. Et sic apparet, quòd astantes viderunt columbam super caput Iesu, quia aliàs per columbam non certificaretur, an vox fiebat ad Christum, vel ad Ioan. & sic necesse est dici, quòd multi uiderunt colūbam, scilicet, omnes astantes. Aliquis dicet, quòd solus Ioannes vidit eam, & nemo alius de astantibus, quia Ioa. 1. dixit: qui misit me baptizare in aqua dixit mihi, super quem uideris &c. Et sequitur, & ego uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Si tamen alij vidissent astantes, non oporteret quòd Ioan. perhiberet istud testimonium, quia omnibus hoc esset notū. Dicendum, quòd omnes, qui astabant, quando Christus baptizatus est, hoc uiderunt, & tamen qñ Ioan. dixit nunc ista uerba non erant prędentes illi, qui interfuerant, quando Christus baptizatus est, uel saltē erant ibi multi alij, qui præsentes non fuerant, & his Ioānes loquebatur. Et istis cōuenienter poterat testimonium perhibere, quia hoc non uiderant. Aliter potest dici, quòd isti uiderant columbam descendentem super Christum, & tamen Ioānes testimonium perhibebat eis. Quia aliud est, quod viderat, & aliud de quo testimonium perhibebat, sed perhibebat testimonium, quòd erat filius Dei, & hoc ipse non uiderat, nec populus. Et patet, quia ipse dixit, ego uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei, & non dixit testimonium perhibui, ꝙ super eum columba descenderit: & sic non tollitur per hoc quin multi viderunt columbam descendentem super Christum. Ad primum argumentum dicendum, ꝙ non tenet, quia arguitur ex opinione Chrysostomi, quæ non tenetur ab omnibus, cùm multi teneant, ꝙ à multis præter Christum uisa est apertio cœli: etiam quia non est uerisimile, quia ille tenebat uisionem de cęlo aperto fuisse imaginariam, ideo solus Christus eam haberet. De columba tamen omnes tenent, ꝙ realiter apparuerit. Sic ait Augu. in sermone de Trinitate. s. Nullus unquam dubitauit de columba illa, quin oculis corporeis uisa fuerit: & sic, siue fuerit uerum animal, siue similitudo est eadem ratio de vtroque. Ad secundum dicendum, quòd licet nemo esset dignus ista uidere, tamē Deus istud omnibus ostenderet astantibus, quia ostendebatur in testimonium. Et si non uideretur, non proficeret. Cùm autem arguitur de dignitate uidendi, dicendum, quòd hoc tenet, cùm uisio ostenditur solùm in fauorem eorum, qui illam uident. Secus hic, quia ostensio fiebat immediatè in fauorem Christi, scilicet, ut ipse agnosceretur, ideo omnibus astantibus columba ostenderetur.

C

D

E

Hom. 12. in Matth. c. 3. Tom. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

An Spiritus Sanctus verè descenderit super Christum. Quæst. LXXXIX.

QVAERITVR, an Spiritus sanctus descenderit, vel venerit verè super Christum. Aliqui dicunt, ꝙ non, quia Spiritus sanctus erat nunc in Christo, cùm habitaret in eo plenitudo Deitatis corporaliter.i.realiter ad Coloss. 2. ergo non poterat ad eum venire. Item Christus dicitur descendisse in mundum per mysterium incarnationis, per quam exinaniuit semetipsum formam serui accipiẽs, ad Philip. 2. sed Spiritus sanctus non incarnatus est, ergo incõuenienter dicitur, quòd descenderit sup Christum. Dicendum, quòd scriptura vtrumque confitetur de Spiritu sancto, scilicet, ꝙ descendit, & venit super Christum. Nam supra in litera dicitur, uidit spiritũ Dei descendentem, sicut columbam, & uenientem super se. Lucas dixit, quòd descendit. Et descendit spiritus sanctus corporali specie sicut colũba in ipsum, Luc. 3, Mar. uerò & Ioannes dixerunt, quòd descendit, & mansit Mat. 1. & Ioan. 1. Considerandum, quòd descendere, & uenire, & manere ad idem pertinent, & qui unum confitetur, confitebitur & cætera: sed dicuntur secundùm diuersam rationem. Descendere dicit terminum a quo, uenire dicit terminum ad quem: manere uerò dicit quietem in termino ad quem. Sciẽdum tamen, ꝙ propriè loquendo non est uerũ aliquid istorum. Primum patet, quia si spiritus sanctus descendit propriè, necesse est, ꝙ relinqueret cęlum, in quo erat, & de quo descendit: & tamen ibi semper est, quia omnia implet Iere. 13. scilicet, Cęlum, & terram ego impleo: ergo non potuit descendere de cęlo. Secundũ patet, quia si uenit super Christum sequitur, ꝙ nouiter acquisiuit ibi terminum, uel ubi. Et tamen ante hoc erat etiam ibi, cùm in omni creatura sit, & a nulla possit abesse. Ergo non potuit ad Christum uenire. Tertium patet, quia si spiritus sanctus mansit nunc super Christum postquàm descendit, sequitur ꝙ ante hoc, non manebat, cùm per aduentum habitus fuerit ille terminus, vel illa quies, quæ erat manere: & tamen nõ potuit uenire spiritus sanctus ad Christum, ut dictum est: ergo nec potuit nunc manere super eum. Quartũ patet idem, quia descendere, & uenire dicunt motus: sed spiritus sanctus non potest moueri, quia Deus est, apud quem non est transmutatio, Iaco. 1. ergo non descendit, nec uenit. Manere autem dicit terminum motus, s. quietem, & non potest esse, nisi ubi fuit motus: sed spiritus sanctus nõ potuit moueri, ergo nec potest manere post motum. Dicendum, ꝙ nemo, qui aliquid sapiat circa hoc, dubitat an spiritus uerè super Christũ descenderit per aliquem motum, aut mutationem large dictam, quæ in eo fuerit: sed dicitur spiritus sanctus descendisse super Christum: quia super eum uerè descendit illa similitudo columbæ ad significandum spiritum sanctum descendere, qui tamen non descendebat, sed in Christo realiter erat. Dubium autem in hoc non est aliud nisi an spiritus sanctus illam columbam mouerit, & formauerit, faciendo eam descendere super Christum. Dicendum autem, ꝙ spiritus sanctus non mouit eam, sed angelus fuit, qui illam mouit ducendo, & reducendo, ut supra in quadam quæstione declaratum est. Spiritus autem sanctus nihil ibi fecit, sed solùm significabatur per columbam. Hoc patet, primò, quia spiritus sanctus nõ poterat mouere illam columbã, quia mouere est in successione. Sicut enim includit contradictionem aliquid in instanti moueri, quia est contra naturam rei successiuæ, cuius est pars post partem necessariò: ita non potest aliquid mouere alterum nisi in successione. Quia quamdiu res mobi-
F lis mouetur mouet eam motor, & sic actio motoris est in successione: quia illius realiter est pars post partẽ. Deus tamen non potest aliquid facere cum successione, quia agere inquantum aliquid dicit ex parte Dei, nihil est nisi suum esse: esse tamen Dei est totum simul, quia est in æternitate, ideo actio sua non habebit partem post partem, & sic nihil poterit facere nisi in instanti. Et hoc uidemus in omnibus operationibus, quas Deo propriè attribuimus, sicut curare, iustificare, mortuos suscitare, & in omnibus actibus miraculorum. Potest ergo producere formam, uel uirtutem motiuam quancumque uoluerit ad hoc, ꝙ moueatur aliquod corpus, ipse tamen per se ipsum non poterit illud mouere, nullam virtutem aliam si-
G bi imprimendo. Istud autem non est defectus potentiæ Dei, sed potius prouenit ex imperfectione motus, & sic spiritus sanctus, aut aliqua persona diuina nõ poterat per se propriè mouere illam columbam, uel aliquod aliud corpus. Secundò patet, quia dato quòd spiritus sanctus posset mouere, nõ moueret ipse solus, sed simul omnes tres personæ mouerent: quia opera Trinitatis indiuisa sunt ad extra. vt ait August. 4. de Trinitate: & tamen mouere, uel creare, & generaliter omnia, quæ sunt respectu creaturæ dicuntur opera ad extra. ideo ad omnes tres personas simul pertinent. Et sic non diceretur potius spiritus sanctus descendere in columba, quàm pater, & filius, quia omnes tres simul unica actione mouerent illam colum-
H bam. Non potest ergo dici propter aliam causam spiritum sanctum descendisse super Christum in columba, nisi quia per columbam descendentem dicitur solus spiritus sanctus significatus est. Sic enim dicit beatus Augustinus in lib. de fide ad Petrum, & refert sanctus Tho. 3. parte summæ, quæst. 49. artic. 8. in responsione ad secundum argumentum, scilicet. Sicut columbam, & etiam humanam naturam tota Trinitas operata est, ita & formationem vocis: sed tamen in voce declaratur solus pater, ut loquens, sicut in naturam humanam solus filius assumpsit, & sicut in columba solus spiritus sanctus demonstratus est, licèt Augustinus aliquo modo in uerbis videatur differre: ista tamen tria opera facit ad indiuisibilia inter per-
I sonas. Et hoc notum est, quia nemo tam demens erit; qui putet unam personam posse facere aliquid sine aliis. Sed obiicietur contra id, quod dictum est, scilicet, quòd spiritus sanctus, aut personæ diuinæ nõ poterant aliquid mouere per se ipsas. Nam filius Dei assumpsit naturam humanam, & Christus est persona diuina, & non humana, & comedit, & bibit, & mouebatur, actus tamen prædicantur de supposito, & non de partibus naturæ. Persona ergo diuina mouebatur, & operabatur omnia hæc in successione. Sic ergo esset de spiritu sancto, & posset mouere columbam illam.

Dicendum ꝙ non est simile de spiritu sancto respectu colũbæ, & de filio Dei respectu naturæ humanæ.
K Quia filius Dei assumpsit naturã humanã, ad unitatem suppositi, ideo nõ erat incõueniẽs, ꝙ faceret aliquid cum successione, spiritus autem sanctus non assumpsit columbam illam ad unitatem suppositi, ideo non est simile.

Patet hoc, quia dicimus, quòd Christus est homo, & filius Dei est homo, & est prædicatio eiusdem de se ipso in supposito, & non dicimus, spiritus sanctus est columba, vel fuit columba. Hoc patet per August. in sermone de Trinitate, idest, spiritus sanctus uisibiliter ostensus est, non ut appareret inuisibilis eius substantia, sed ut corda hominum exterioribus uisis commota ad ocultam æternitatem conuerterẽtur. Non autem sic assumpta est creatura in qua spiritus sanctus apparuit in unitate, scilicet personæ. sicut assumpta est humana illa forma ex Virgine. Neque enim columbam beatificauit spiritus, aut sibi in personæ suæ vnitatem in æternum coniunxit. Proinde quanquam illa columba ipsius spiritus sancti dicta sit, ut ostenderetur per columbam spiritum demonstratum: non ita possumus dicere spiritum sanctum, & Deum, & colũbam sicut dicimus filium, & Deum, & hominem: nec sicut dicimus filium agnum Dei non solùm Ioanne baptista dicente, sed etiam Ioan. Euang. vidente agnũ occisum in Apocalypsi. Illa quippe visio prophetica nõ est exhibita oculis corporeis per formas corporeas: sed in spiritu per spirituales imagines corporum. De illa uerò columba nullus unquam dubitauit, quin oculis visa sit. Nec sicut dicimus filium petram. scriptum est enim petra erat Christus: ita possumus dicere spiritum columbam. Illa enim petra iam erat in creatura, & per actionis modũ nuncupata est nomine Christi quem signabat. Non autem sic illa columba, quę ad hæc tantummodo signanda repente extitit. Et sic spiritus sanctus non assumpsit columbam illam ad unitatem suppositi, sicut filius naturam humanam. Propter hoc autem saluatur in Christo motus, sine inconuenienti, & non posset saluari in spiritu sancto mouente columbam. Patet hoc, quia filius Dei assumpsit naturam humanam integram, ita ꝙ nihil deest ei. Et propter hoc ita Christus est homo uerus, & integer sicut quilibet alius. Solùm autem hoc deest humanitati Christi, quòd non est in supposito suæ speciei, sed suppositatur in supposito diuino: quia aliàs necesse erat Christum esse duo supposita duarum naturarum: & tunc nõ esset una res, quia vnum suppositum nullo modo pertineret ad alterum: aut esse purum hominem: quod patet quia filius Dei ab æterno esse suppositum. Si ergo homo Christus in sua humanitate haberet rationem suppositalem, essent necessariò duo supposita, & non posset fieri assumptio: cùm assumptio terminetur ad vnitatem suppositi. Et illo modo homo Christus non magis esset filius Dei, quàm quilibet nostrum, nisi per solam adoptionem. Si autem filius Dei, & homo Christus debent esse unum, est necesse vnum suppositum, & tunc oportet, quòd cum sint duæ naturæ in Christo, scilicet diuina & humana, quòd una earum non habeat rationem suppositalem. Filius tamen Dei est suppositum æternum, & non potest desinere esse suppositum. Ideo necesse est, quòd natura humana in Christo non habeat rationẽ suppositalem: sed assumpta sit ipsa natura a uerbo, sine ratione suppositali in specie humana, & suppositatur in uerbo diuino. Hoc modo dicimus, quòd Christus est suppositum diuinum, & non humanum: licèt sit verus homo, & est persona diuina, & non humana: & quòd actus prædicantur solùm de supposito, quod est diuinum. Dicendum tamen, quòd propter hoc nullus motus actiuus, nec passiuus, nec actionis successiuè est in uerbo diuino, quia in Christo, cùm esset uerus homo, erat principium sufficiens ad omnes actiones, & passiones humanas. Et licèt prędicentur de supposito: tamen verbum diuinum, cuius est suppositalitas in seipso, nihil istorum recipiebat. Flagellari namq; & tristari, & gaudere, de Christo ut est suppositum prædicantur, ita ut dicamus Deum flagellari, tristari, & gaudere: & tamẽ persona filii Dei in se ipsa nihil istorum recipiebat, nec patiebatur, sed in natura humana recipiebatur. Fit tamen denominatio a supposito, ita, ut in actione esset, quia licèt diceretur, quòd filius Dei comederet, & biberet, tamen iste actus, qui est cum hac successione, non erat a substãtia personę filii Dei, ita ꝙ persona filii s̃m se ipsam nihil in isto actu faciebat, ac si non uniuisset sibi naturã humanã, sed Chr̃s,
A qui erat integer homo faciebat oĩa hæc, cùm hẽret ad oĩa principium sufficiens, licèt Christus homo, & ipse filius Dei essent eadem persona. Et sic, quando dicebatur, quòd filius Dei comedebat, & bibebat, est sensus, idest, erat suppositum comedens, & bibens. Non tamen iste actus, qui est comedendi, & bibendi principiaretur ab ipsa persona filii Dei in se ipsa uel quantũ ad substantiam suam. Et sic iam est manifestum quomodo licèt Deus & homo essent unum suppositum; tamen actiones, & passiones humanę non erant ipsius diuini suppositi in seipso, sed solùm in natura assumpta. Nam verbum diuinum communicauit naturæ assumptæ suppositalitatem suam, non tamen communicauit ei actiones suas: ita ab ipsa natura assumpta ac-
B cepit, quòd esset homo, non tamen accepit actiones, nec passiones eius, sed sicut homo Christus; aliàs si nõ esset assumptus a verbo diuino, per se ipsum haberet actiones, & passiones, quas aliàs habiturus erat, & in illis non communicat sibi verbum, ita quòd verbum dicatur aliquo modo principiare aliquam illarum. Quia licèt actiones & passiones denominent suppositum, competunt tamen propter naturam, & ipsa est principium in agendo, & in recipiendo. Non dicitur tamen agere nec pati, quia ista pręsupponunt esse. & esse est suppositi, ideo agere, & pati denominant suppositum. Nemo tamen dubitat, quin ista propriè sit uera, scilicet, filius Dei tristabatur, & gaudebat: & tamen nemo credit, quòd aliquid significatum per gaudium, uel
C tristitiam esset realiter in ipsa persona uerbi quantum ad se, quia aliàs persona uerbi fuisset effecta misera per assumptionem naturæ.

Ita ergo ista propositio concedetur necessariò, scilicet, filius Dei comedebat, & bibebat, & ambulabat, & tamen nisi de ista motione actiua, quæ est in comedendo, & bibendo, & ambulando, erat in ipsa persona filii quãtum ad se, sed solùm in natura humana, cui non participabat persona diuina in actionibus, nec passionibus.

Ratio est, quia actiones, & passiones pertinent ad naturam, per assumptionem autem nihil communicatum est uni naturæ de altera, sed solùm de suppositalitate, & sic nullum inconueniens erat iuxta
D permutationes, & actus, scilicet, quòd non sequebatur, quòd motus, uel successio esset in filio Dei in seipso. Secus autem de spiritu sancto; quia non assumpsit columbam illam ad unitatem suppositi; Ideo si ipse diceretur mouere eam, necesse erat, quòd realiter in spiritu sancto, idest, successio in actione. Patet hoc, quia tunc aut illa columba esset vera, aut solùm similitudo. Si esset similitudo, cùm in se non haberet aliquod principium sui motus, sed a spiritu sancto, & quia non poterat illa esse sine successione, esset uerè successio in operatione spiritus sancti. Si autem columba illa esset uera, haberet in se principium sui motus: & tunc aut spiritus sanctus ageret aliquid ad motum illius
E columbæ, aut non. Si nihil ageret, non diceretur spiritus sanctus eam mouere, vel descendere in ea, cùm essent supposita distincta spiritus sanctus & illa columba, & actio vnius, uel passio non denominaret aliud. In Christo autem secus erat, quia licèt persona filii in eo realiter faceret in actu comedendi uel ambulandi, denominabatur tamen comedens, cùm ibi Deus, & homo non essent duo supposita, sed vnicum. Si autem spiritus sanctus aliquid ageret, necesse erat, quòd illa actio esset aliquid reale, quod uerè procederet a persona spiritus sancti. Et tunc istud esse non poterat, quia illa actio erat cum successione. Deus autem nihil potest facere, cùm successione; sed solũ in instanti, etiam, quia

Universidad de Deusto Biblioteca

si esset illa actio verè à spiritu sancto, necesse erat, ꝙ simul esset à tribus personis, quia illarum opera sunt indiuisa, & sic non potest dici, quòd Spiritus sanctus verè mouerit illam columbam, aut verè descenderit in ea: sed dicitur, quòd descendit in columba, non ratione vnionis ipsius ad columbam, sed quia columba descendens significabat Spiritum sanctum, qui super Christum venit, licèt non propriè descendendo: vel dicitur hoc propter gratiam spiritualem significatã per columbam, quæ à Deo per modum cuiusdam descẽsus in creaturam deriuatur. iuxta illud Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donũ perfectum de sursum est descendens à patre luminũ: sic dicit Sanctus Tho. 3. parte summæ. q. 49. articulo. 6. in responsione ad secundum argumentum. Circa istud multi dubitare solent, quòd verè Deus aliquando corporalem figuram assumpserit de aliquo elemento solùm ad apparendũ, & quòd aliquid ipse locutus fuerit. Dicendum tamẽ, quòd nihil horum ipse fecit vnquam, sed angeli faciebant, qui eum repręsentabãt: ideo dicebatur ipse facere. Sic tenet Mag. determinate. 2. sen. di. 8. dicens: Proinde, omnia illa, quæ patribus visa sunt, cùm Deus illis præsentaretur per creaturam, facta esse manifestum est, & si nos latet, quomodo ea ministris angelis Deus fecit, per angelos tamen esse facta dicimus. Idem tenet Augu. 2. de Trinitate, vbi mouet dubium de corporibus angelorum, & præsupponit ibi, quòd ipsi faciebant illas apparitiones, vel locutiones, quãdo Deus dicitur apparuisse, vel locutus fuisse. Et tamen solùm dubitat, an illa corpora, in quibus angeli apparere solebant, erant eis naturalia, & mutabant ea ad quascunque figuras, vel colores: aut assumebant ea de elementis. Et recitat id Magister. ea. di. Ideo quando dicitur communiter, quòd Deus apparuit in subiecta creatura, non est sensus, quòd ipse assumpserit de nouo aliquod corpus, in quo appareret, sed quòd creatura subiecta ei. i. Angelus apparebat loco Dei, & sic Deus dicebatur apparere. Hoc manifeste tenet sanct⁹ Tho. 2. sen. di. 8. artic. 6. dicens, Deus secundùm essentiam suam corporalibus oculis nunquam videri potest, nec intellectu, nisi à beatis: sed in corporalibus formis hominibus apparuit. Hæc autem apparitio facta est ministerio angelorum, vt dicit Augu. lib. de Trinitate, quia diuinæ illuminationes non veniunt in nos nisi mediante cęlesti Ierarchia, vt ait Dion. Vnde in omnibus illis apparitionibus corporalibus corpus formatum est, & assumptum, & motum ab angelo: sed tamen in corpore assumpto per angelum dicitur apparere Angelus, & aliquando Deus: formatio enim & apparitio corporis assumptiuè, vt dictum est, fit ad ostendendum proprietates spiritualium substantiarum. Quandoque enim immediatè angelus, qui illuminat hominem, vult eum instruere de propria virtute, quam ipse habet. Et tunc in corpore illo exprimit similitudines suæ virtutis, & sic dicitur ipse inferior angelus apparere. Aliquando autem vult instruere hominem de virtute diuina, vel etiam superioris angeli per quam operatur, & tunc format corpus assumptum ad exprimendum eminentiam diuinæ maiestatis, vel etiam proprietates superioris angeli. Et tunc dicitur Deus apparere, vel ille superior angelus. Et hoc etiam dicit Gregor. in Glo. Exod. 3. assignans causam, quare angelus qui loquebatur Moysi aliquando vocabatur Angelus, & aliquando Deus. Hæc Tho. in corpore articuli. Dicit autem in solutione primi argumenti, quòd non dicitur apparere in istis apparitionibus ille Angelus, qui immediatè corpus format, sed Deus cuius proprietates in figura ostensi corporis significatur. Et sic dicendum est in præsenti, quòd Spiritus sanctus non formauit illud corpus columbæ,

F nec illud mouit, nec in illo descendit, sed angelus aliquis totum hoc fecit. Dicitur tamen spiritus sanctus fecisse, quia angelus ille secundum proprietates assumpti corporis Spiritum sanctum ostendere volebat, & non se ipsum repræsentare. Idem dicendum est de voce audita, quòd non fuerit patris, nec totius Deitatis, sed aliquis Angelus eam formauerit. Dicitur tamen fuisse Patris, quia Angelus intendebat patrem per vocem repræsentare, & non se ipsum: Dicit etiam Sanctus Tho. in eodem art. in 2. arti. quòd Deus nunquam assumpsit aliquod corpus nisi ad vnitatem personæ: manifestum est tamen, quòd nullum corpus fuit vnquam assumptum ab aliqua diuina persona ad vnitatem personæ nisi corpus Christi. Ideo dicendum, G quòd alia corpora, in quibus dicebatur Deus loqui, vel apparere, non erant assumpta à Deo, sed ab angelo. Et sic Deus nunquam apparuit, nec locutus est per se ipsum in aliquo corpore assumpto, sed Angeli loco eius.

Ad primum dicendum, quòd in Christo erat plenitudo deitatis realiter, & fuit semper ibi ab instanti conceptionis suę. Vnde Spiritus sanctus fuit semper in eo, vel cum eo, non solùm per gratiam, sed etiam consubstantialiter, ita ut non possit ab eo separari. Vnde sicut Christus dixit, ego in patre, & pater in me est. Ioan. 14. ita de spiritu sancto dicere poterat. Ego in Spiritu sancto, & Spiritus sanctus in me est. Et sic non poterat spiritus sanctus venire in Christum nouiter, quasi prius H ibi non fuisset, sed dicitur descendisse, uel uenisse fi[illegible] per eum per exteriorem ostensionem, scilicet, quia columba descendit nunc, super Christum, quæ significabat Spiritum sanctum uenire, uel descendere: licèt realiter non ueniret, cùm prius ibi esset.

Ad secundum dicendum, ꝙ Spiritus sanctus non dicitur descendisse, uel uenisse, sicut Christus descendit, uel uenit in mundum, quia filius Dei assumpsit naturam humanam ad unitatem suppositi, per quam in mundo erat aliter quàm solebat: sed Spiritus sanctus non assumpsit columbam illam ad unitatem suppositi, ut ait Augu. in sermone de Trinitate, nec etiam mouit ipse columbam descendentem, ut supra probatum est. Et sic non descendit Spiritus sanctus, sicut Chri- I stus. Sed dicitur descendisse in columba, quia illa columba descendens super Christum solum Spiritum sanctum signabat, & ostendebat, ut s̃ declaratum est.

An conueniens fuerit, quòd Spiritus sanctus descenderet super Christum in columba in baptismo. Quæst. XC.

QVAERITVR, an fuerit conueniens, ꝙ Spiritus sanctus descẽderet super Christum in columba in baptismo. Dicunt quidã, ꝙ non, quia Spiritus habitabat in homine per gratiam, sed in Christo fuit plenitudo grãe à conceptione sua, ideo nõ debuit nunc Spũs sanctus super eum uenire. Item in bap. Christi debuit ostendi, sicut in quodã exem- K plari id, qđ fit in nostro bap. sed ĩ nr̃o bap. nõ fit aliqua missio spũs sancti: ergo nec in baptismo Chri debuit mitti Spũs sanctus. Dicendũ, ꝙ ꝯueniens fuit in baptismo Christi apparere super eũ Spũm sanctũ in forma uisibili. i. formã uisibilem repræsentantẽ Spũm sanctũ ppter multa. Primò, ut Christus cognosceret à Ioanne: quia Ioan. licèt sciret Messiã esse natum, cuius uiam ipse disponebat, tñ non cognoscebat eius personã. Io. 1. Hic est de quo dixi uobis, qui post me uenit, & ante me factus est. Et sequitur, & ego nesciebam eũ. i. licèt ista de eo dicerem non cognoscebam personam eius. Ad cognoscendum autem illum dedit Ioan. hoc signũ. s. ꝙ Spiritus sanctus descenderet super eum. Io. 1. s. Ego nesciebã eũ, sed q misit me baptizare ĩ aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum sanctum descendentem, & manentem, ille est, qui baptizat in spiritu sancto. Christus tamen non ueniebat ad Ioãnem, nisi ad baptismũ, quia ad hoc ueniebat totus populus ad Ioannem supra in litera. Ideo vt à Ioãne cognosceretur, debuit potius spiritus sanctus descendere super eum in baptismo, quàm aliàs. Secundò fuit hoc, quia Ioannes dixerat, ꝙ messias erat excellentior, quã ipse, quia ipse solùm baptizabat in aqua, messias vero baptizaret in spiritu sancto, supra in litera, & Mar. 1. Ad ostendendum ergo quis erat iste, qui baptizabat in spiritu sancto, conueniẽs fuit, ꝙ spiritus sanctus appareret super eum, quando baptizaretur. Et hoc etiã innuitur Ioan. 1. in allegata auctoritate, scilicet, super quẽ videris spiritum sanctum descendentem, & manentẽ, hic est, qui baptizat in spiritu sancto. Tertiò fuit hoc ad perhibendum testimonium de Christo, ꝙ erat sanctissimus. Et non poterat hoc magis ostendi, quã cùm spiritus sanctus descenderet super eum visibiliter, & maneret, qđ super nullum hominẽ adhuc factum fuerat. Et hoc quia totum hoc fiebat in testimonium Christi. Nam sicut per testimonium Ioãnis Deus uoluit ostendere Christum populo: ita etiam uoluit testificari per seipsum ostendẽdo cęlum apertum, & spiritum sanctum descendentẽ. Quartò factum est propter nos, quia totum quod in baptismo nostro est, debuit ostendi in baptismo Christi. Nam ut ait Chrysostomus super Mattheum id quod factũ est in baptismo Christi pertinet ad mysterium omnium qui postea baptizati fuerunt: omnes autem qui baptizantur baptismo Christi recipiunt spiritum sanctum, nisi fictè accedant, sicut Ioannes dixit, scilicet. Ipse baptizabit uos in spiritu sancto, supra in litera. Ideo conueniẽs fuit, vt super Christum baptizatum spiritus sanctus descenderet. Sic enim dicit Remigius, quòd omnes renati in baptismate recipiunt dona spiritus sancti. Et ideo dicitur, ꝙ Christus vidit spiritum sanctum descendentem super se.

Ad primum argumentũ dicendum, ꝙ spiritus sanctus, nunc non uenit nouiter super Christũ, & tamen quia ferè omnes ignorabant Christũ habere spiritum sanctum, conueniens fuit super eum apparere, vt per hoc crederetur, ꝙ illum habebat, & ante hoc habuerit, vel saltem iam sine illo non erat. Non tamẽ putandum, ꝙ Christus nũc nouiter spiritum sanctum acceperit, sicut dicit Augu. 15. de Trinitate, scilicet. Absurdissimum est dicere, ꝙ Christus iam triginta esset annorum, quãdo accepisset spiritum sanctum: sed sicut uenit ad baptismum sine peccato, ita non sine spiritu sancto. Sic enim de Ioanne scriptum est, ꝙ spiritu sancto replebitur ab utero matris suæ. Quid de homine Christo dicendum est, cuius carnis ipsa cõceptio non carnalis, sed spiritualis fuit? Ergo nũc in baptismo corpus suum, idest, Ecclesiam prefigurare dignatus est, in qua baptizati præcipuè accipiunt spiritum sanctum.

Ad secundum dicendum, ꝙ licèt in baptismo nostro non fiat missio spiritus sancti in signo uisibili, mittitur tamen inuisibiliter. Et ad hoc, vt certificaremur, ꝙ super nos veniebat spiritualiter, debuit venire super Christum uisibiliter, quia sensibilia certificant hominem, maximè in principijs spiritualium rerũ semper sensibiles apparẽt visiones propter eos, qui nullam intelligentiam incorporalis naturæ suscipere possunt, vt si postea nõ fiant ex his, quæ semel facta sunt recipiãt fidem. Et tamẽ adhuc ista apparitio spiritus sancti sensibiliter fiebat in baptismo Christi in Ecclesia primitiua, vt patet Act. 19. de baptizatis à Paulo, super quos descendit spiritus sanctus, & loquebantur linguis. & Act. 8. dicitur, ꝙ Simon Magus videns, ꝙ per impositionẽ manus Apostolorum daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, vt darẽt ei illam potestatẽ. Et sic

A spiritus sanctus visibiliter descendebat, idest, in aliquo signo sensibili, quia aliàs Simon non potuisset uidere, immo nec ẽt scire, ꝙ spiritus sanctus descenderet, vel daretur per impositionem manus Apostolorum. Et hoc fiebat post baptismũ. Nam cũ aliquis baptizatus erat, imponebant ei manus Apostoli, idest, vnus de Apostolis, & apparebat spiritus sanctus in eo in aliquo signo sensibili. s. in linguis, aut in aliquo. Nũc uerò cõfirmata iam fide, nõ fit aliqua sensibilis missio spiritus sancti, vt locũ habeat fides, & merendi occasionẽ. Nã Christus dixit: Beati q nõ uiderũt, & crediderũt. Io. 2.

Quis formauit istam vocem, quæ audita est Christo baptizato. Quæst. XCI.

B QVAERITVR de ista uoce, quæ audita est Christo baptizato, cuius fuit, idest, quis formauit eam. Aliqui dicunt, ꝙ est uox solius patris ab eo formata: quod patet, q̃a dicitur: Hic est filius meus dilectus. vel sicut dixerũt Mar. & Luc. Tu es filius meus dilectus. Mar. 1o. & Luc. 3. Nullus tamen poterat verè hoc dicere nisi pater, cuius filius Christus erat. Ideo vox solius patris fuit. Itẽ hoc ostenditur tota Trinitas in baptismo Christi, vt ait Hiero. super Matt. Et tamen filius ostenditur in persona, quia ipse baptizatur, & spiritus sanctus in columba, & manet vox: Ideo necesse est, ꝙ ipsa patrem ostendit. Et sic pater vocem formauit. Sic enim dicit Augu. in lib. de C fide ad Pe. s. Quamuis patris, & filij, & spiritus sancti sit vna natura, firmissimè tamen tene tres esse personas, patrẽ solum esse, qui dicit: hic est filius meus dilectus, & filium solum esse, super quẽ illa vox patris sonuit, & spiritum sanctum solum esse, qui in specie columbæ super Christum baptizatum descendit.

Dicendum, ꝙ ista vox non fuit formata à patre, nec ab aliqua de personis diuinis, nec ab omnibus tribus simul, sed fuit formata ab aliquo angelo. Prima pars patet, quia Deus nõ potest aliquam uocem formare. Nam Deus nihil potest facere cũ successione, vt probatum est sup. penul. q. Nam propter hoc spiritus sanctus non potuit in columba descendere, vt ibi declaratum est: ꝙ tamen vox formetur, non fit sine successio- D ne, quia uox est sonus quidam continuus, & quamdiu durat ipse sonus, oportet, ꝙ uocãs actualiter impellat, & frangat aerem ad formationẽ uocis, & sic est actio cum successione, & hoc Deo non conuenit. Si autem dicas, ꝙ Deus poterat formare uocem subito, siue in instanti. Dicendum, ꝙ non stat, primò, quia repugnat naturę uocis, & maximè articulatę, de cuius esse est habere partem, post partem extra partem, ideo impossibile est esse uocem in instanti. Secundò, quia dato, ꝙ aliqua uox posset esse miraculosè in instanti: homines tamen non possent illam audire, nec intelligere quidquam per eam: cùm auditus noster non immutetur sine quadam successione. Nulla ergo persona diuina poterat per se uocem aliquam formare. Item quia si potuisset formare istam uocem, nõ solus ipse formas- E set eam, sed tota Trinitas, quia opera Trinitatis indiuisa sunt, vt ait August. 4. de Trinitate. Et tamen formare uocem est quoddam opus ad extra. Ideo una persona non posset illud facere sine alia: non ergo est ista vox patris. Item patet, quia Ioan. 5. Christus loquens Iudęis de patre dixit. Qui me misit pater, ipse testimonium perhibuit de me, & sequitur. Nec uocem eius unquam audistis, nec speciem eius uidistis. Iudæi tamen audierant istam uocem, quæ sonuit super Christum in baptismo, scilicet, omnes astantes, vt infra declarabitur in quadam quæstione de hoc: ergo non fuit ista uox patris. Item patet, quia Chrysostomus supur Ioannem, super locũ istum dicit, ꝙ Christus pau-

Universidad de Deusto Biblioteca

latim Iudæos in prophetiæ dogma inducens ostendit quoniam nec uox, nec species circa Deum est: sed superior est figuris, & loquelis talibus. Non ergo potest Deus uocem formare. Aliquis dicet, ꝙ istud intelligitur de Deo in natura sua ꝙ non possit vocem formare, & tamen in assumpto corpore poterit eam formare. Et sic dicetur, ꝙ vocem eius nunquam audistis, scilicet, in substantia sua. Et tamen audire potuistis in corpore assumpto. Simile est de angelis. Nam in natura sua simplici manentes formare uoces non possunt: cùm tamen corpora assumunt nemo negat eos sæpè locutos. Dicendum, ꝙ istud non stat, nec conuenit uerbo Christi. Nā si diceremus, ꝙ Deus in aliquo corpore assumpto posset loqui, illa vox verè esset Dei; sicut quando quis loquitur per tubam, uel fistulā, uel alia organa: & sic audiens Deum ita loquentem diceretur uerè, & propriè audire vocem eius. Nam non dicitur, ꝙ quis uocem formet per organa naturalia coniuncta, vel per organa extranea, dum tamē ipsa uirtus formatiua, & actus formādi realiter sit ab ipso formāte vocem, & nō ab organis. Nos tamen dicimur uerè loqui, quia ꝑ organa naturalia loquimur. Ergo Deus etiam uerè loquitur, etiam si per organa non naturalia loquatur, cùm formatio illa uocis ab ipso verè sit. Itē patet hoc, quia si Deus per talia organa loquatur, cū illa vox sit uera, necesse est, ꝙ uerè, & propriè alicuius sit. Et tunc necesse est, ꝙ illa uox sit Dei, aut ipsius corporis assumpti. Non potest autem dici, ꝙ sit ipsius corporis: cùm illud non habeat aliquam uirtutem formatiuam uocis, sed solùm est instrumentum, sicut fistula, & tibia uocem nullam formant, quia uirtutem nullam formatiuam habent uocis; oportet ergo dicere ꝙ Dei sit propriè illa uox, cùm nihil ibi sit nisi Deus, & corpus assumptū. Et sic posset homo audire propriè vocem Dei, & tunc audita esset, quando Deus loqui dicitur in scriptura. Et tamen Christus dicit, ꝙ vox patris nūquam fuit audita, ergo nec per se, nec in corpore assumpto poterit uocem formare. Item nemo negat angelos interdum loqui, & uoces angelorum uerè audiri. Angeli tamen non loquuntur nisi in assumptis corporibus. Ergo etiam si Deus in assumpto corpore loqui posset, diceretur propriè uox eius audiri, & tamen nunquam audita est, vt Christus dicit: ergo nō potest vllo modo formare uocem, siue corpus sumēdo, siue non. Et ad hoc multum urget istud dictum Christi, & est ualde contra illos, qui ad pauca aduertentes dicunt Deum fuisse locutum quandocunque scriptura dicit, ꝙ Deus locutus est. Quod autem inducebatur de angelis, non est simile: quia licèt angeli nō habentes naturalia instrumenta ad uocem formādā, si assumpserint illa de aere, uocem formabunt: tamen Deus siue assumat, siue non, formare non poterit uocem. Et hoc propter perfectionem naturæ suæ. Simile patet de motu, quia angelus per se non potest moueri motu continuo: & tamen si assumat corpus, mouebitur in illo motu, sicut anima mouetur in corpore; cū motis notis moueātur omnia, quę in nobis sunt: Deus tamen etiam si corpus sumat non potest moueri per se, nec per accidens. Et nemo de hoc dubitat, cùm scriptura dicat Deum nullo modo mutari: maximè cùm sit includens contradictionem per se, aut per accidēs moueri localiter, qđ vbique est. Et hoc conuenit Deo propter perfectionem naturæ. Ita ergo non posse formare vocē aliquam etiam in corpore assumpto Deo conueniet propter naturæ suæ perfectionem, scilicet, quia actus eius non potest esse cum successione. Secunda pars patet, quia angeli possunt formare uoces, & sæpe formant illas in corporibus assumptis: ut patet de Gabriele, qui verè locutus est Virgini. Luc. 1. Et tota scriptura exemplorum plena est. Conuenit au-

F tem hoc angelis: quia ipsi sunt ministri Dei. Psal. 103. Ad Hebræ. 1. Et quia ea, quæ quis facit per ministrum suum, dicitur per se facere, si angelus loqueretur formando istam vocem loco Dei, diceretur Deus istam vocem formasse: sicut dicitur, ꝙ Salomon fundauit, vel fabricauit templum Domino. 3. Reg. 6. Et tamen ipse nihil fecit, sed ministri mandato eius. 3. Reg. 5. & 2. Paralip. 2. Conuenit autem iste modus loquendi scripturæ: quia sæpè Deus locutus est in sacra scriptura. Constat tamen quòd ipse non loquebatur, sed angeli: sicut in rubo dicitur, quòd locutus est Deus Moysi. Et dixit ego sum Deus Abraham. & Exod. 3. & tamen Act. 7. dicitur ꝙ ille, qui locutus est in rubo erat Angelus: sic etiam Exod. 2. ille, qui dedit legem uocatur G Deus. Nam dixit, ego sum Dominus Deus tuus, & tamen ille erat Angelus, vt patet Act. 7. & ad Galath. 3. Ita ergo hic licèt dicatur, ꝙ fuerit uox Dei; debet dici, ꝙ non formauerit eam Deus, sed aliquis Angelus. Quia tamen ad repræsentandum solùm Deum Angelus ille loquebatur, vocari poterat Deus. Et hac ratione poterat dici ista uox patris. Non quidem, quòd a patre fuerit formata, sed quia ipsa nomine patris, & ad eum solùm ostendendum formata est. Obiicietur contra hæc, quia sæpe in sacra scriptura dicitur, quòd Deus locutus est, & maximè in ueteri testamento, ideo posset loqui pater, & non oporteret dici quòd angelus loquæretur.

Dicendum quòd nunquam Deus locutus est pro-H priè, uel per seipsum quandocunque dicitur, ꝙ locutus est, sed angeli loquebantur loco Dei, cùm ipse loqui non posset, & illos appellat scriptura Deum, id est, Dei uicem gerentes in illo actu. Quare autem angeli loquentes ex mādato Dei uocentur interdum Deus, & interdum angeli declaratum est Exod. 19. & 20.

Ad primum argumentum dicendum, quòd ista uox dicitur esse patris solius; non quidem, quòd ipse eam formauerit, sed ad ostendendum quod propter eum solùm formata fuerit: & cùm dicitur quòd nullus posset dicere, tu es filius meus verè nisi pater Christi, dicendum quòd verum est si pro seipso diceret. Sed quia pro patre loquebatur, cuius vicem in hoc actu gerebat, poterat dicere, tu es filius, &c. Et non e-I rat propositio falsa, quia consideratur veritas, vel falsitas non quantum ad uerba in se ipsis, sed quantum ad intentionem loquentis. Et patet in exemplis dictis, quia nemo illorum angelorum poterat dicere verè. ego sum Dominus Deus tuus, si pro se loquerentur. Dicebat tamen hoc, & uerè, quia Deum solū repræsentabat, cui hoc competebat.

Ad secundum concedendum illud, quod concluditur, scilicet, quòd tota Trinitas hic ostensa est. Ideo per vocem solus pater repræsentatus est. Et tamen non est propter hoc intelligendum, quòd ipse uocē formauerit, quia satis erat, quòd nomine eius solius formaretur. Sic enim spiritus sanctus in columba ostendebatur, non tamen mouit ipse columbam K ad descendendum, sed angelus, vt supra declaratum est in quadam quæstione, quia in columba spiritus sanctus ostendebatur, dicitur ipse solus descendisse.

Ad auctoritatem Augustini dicendum, quòd cùm dixit solum patrem esse, qui dixit, Hic est filius meus, est intelligendum, id est, solum patrem esse, pro quo ista uox dicta est, licèt per eum dicta non fuerit. Et patet, quia etiam si Deus loqui posset, non loqueretur solus pater, sed necesse esset tres personas simul loqui eadem locutione, cùm indiuisa sint opera Trinitatis, vt ait August. 4. de Trinitate. Et hoc satis conuenit literæ Augusti. quia ipse solùm intendebat ibi ostendere, quòd personæ erant uerè tres; licèt natura

natura esset unica. Nam dixit, quamuis patris, & filii, & spiritus sancti sit una natura: firmissimè tamen tenet tres esse personas. Ad hoc autem non erat necesse, ꝙ solus pater esset qui uerè loquæretur, & solus spiritus, qui uerè descenderet in columba, sed ꝙ solus pater esset pro quo locutio fiebat: & solus spiritus sanctus, qui ostendebatur per columbam. Nam si pater, & spiritus sanctus essent una persona, sicut sunt una substantia, non poterat per vocem solus pater ostendi etiam si per alium formaretur, sed simul pater, & spiritus sanctus ostenderetur. Sic etiam per columbam non posset solus spiritus sanctus ostendi: sed simul pater, & filius. Quod autem distincti possint verè significari, sufficit ad intentionem Augustini, licèt ipsi per se non faciant illas repręsentationes.

In quo loco ista uox formata fuit, siue unde uenit. Quæst. XCII.

QVAERITVR, in quo loco ista vox formata est, siue vnde uenit. Aliqui dicunt, ꝙ uerè formata est in cælo, & de cælo uenit, quia ita scriptura innuit. Nam hic in litera dicitur. Et ecce uox de cælis, dicens. & Mar. 1. dicitur: Et vox facta est de cælis. & Luc. 3. dicitur: Et vox de cœlo facta est. Ergo de cælo uenit. Dicendum ꝙ ista uox non venit de cælo, nec ibi formata est, sed fuit formata in aere propinquo circa Christū. Prima pars patet, quia ista vox non poterat de cælo uenire. nisi ponātur multa miracula, & tamen ponendo eam formatam in aere, non est aliquod miraculum. Nunquam tamen miracula ponenda sunt nisi ex necessitate, scilicet, cùm non possumus illa euitare, quia aliàs omnis certitudo rerum confunderetur, ponendo fieri omnia per miraculum. Primò patet, quia in cælo non erat aliquid de quo uox formaretur. Nam uox necessaria debet de aere formari. Intra cælum uero non est aer, nec aliqua substantia alterius naturæ a cælo, & sic non potest ibi formari uox nisi miraculose.

Secundò patet: quia si ibi fuisset formata ad hoc, ꝙ perueniret ad terram, ut audiretur super Christum, oportebat vocem illam esse terribilem, vt totam terram concuteret, ita ut uix aliquis angelus eam formare posset. Hoc patet propter magnam distantiam cæli a terra. Hoc autem non sequitur ponendo, ꝙ ista uox fuerit in aere formata. Tertiò patet: quia regiones mediæ impedirent ad vocem, scilicet, tota regio media ignis, quæ non est sonans, & sic uox non uideretur per eam posse conuenienter multiplicari. Cùm uox non solùm intentionaliter, sed etiam realiter per illam regionem multiplicari deberet, vt posset peruenire in tanta distantia. Quartò patet, quia si in cœlo formaretur, tarde perueniret ad terram nisi per miraculum. Nam videmus, si quis a longè percutiat aliquam rem, cuius ictum nos audiamus, prius uidemus percussionem, & aliquantum post sonus eius ad nos peruenit. Si autem naturaliter de cælo ad terram vox peruenire deberet, considerata distantia, forte non perueniret ea die qua formaretur, & esset inconueniens, quia sic virtus uocis debilitaretur propter nō dependere actua litera formante eam. Ad hoc igitur, ꝙ subito perueniret, & non sequeretur inconueniens debilitationis, necesse erat fieri miraculum: ideo non fieret uox in cælo. Secunda pars patet, quia ponendo fieri eam in aere satisfacimus scripturę, & non sequitur inconueniens aliquod, nec oportet poni miracula. Nam in aere erat materia ad formandam uocem, & erat locus propinquus, de quo uox subito audiri posset, & non debilita-

A retur. Et patet, quia similis modus loquendi in scriptura est, vt dicatur aliquis loqui de cęlo. i. de aere, & dicēdū ꝙ angelus in aliqua nube propinqua & densa sup Christum formaret istam uocē. Et hoc propter duo. Primò ad occultandum corpus angeli. Nā ad formandā uocem angelus uteretur necessario aliquo instrumento corporeo denso cùm non habeat naturaliter organa ad formandā uocē, & ut nō videretur illud instrumentū angelus uellet occultare illud in nube densa. Secundò fiebat hoc propter uocē, quia melius formaretur vox fortis de illo aere grosso intra nubem, & iste modus loquendi erat in ueteri, & in nouo testō. Patet Numeri 12. Nam dr̄, ꝙ Dn̄s descendit in colūnam nubis, & stetit in introitu tabernaculi, & uocauit B Aaron, & Mariam. Sic etiam Exo. 33. dicitur ꝙ ingresso Moyse in tabernaculum fœderis descendebat colūna nubis, & stabat ad ostium tabernaculi, loquebaturque Dn̄s cum Moyse cernentibus vniuersis. Sic etiam in datione legis locutio fiebat super montem Sinai in caligine. Exo. 19. & 20. Ita factum est in nouo testamēto: nam iterum facta est uox super Christum, quando transfiguratus est, & dicta sunt eadem uerba, quę dicūtur hic. s. Hic est filius meus. Et tamen ista dicta sunt in nube. Nam infra. 9. dicitur. Ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce uox de nube dicens hic est, &c. Et Mar. 9. dicitur. Facta est nubes obumbrans eos, & uenit uox de nube. Luc. etiam dixit, facta est nubes, & obumbrauit eos, & timuerunt. Et intrantibus illis in nu-C bem facta est vox de nube. Luc. 9. Et iste magis expressit. s. quòd nubes, in qua fiebat illa uox erat in circuitu Christi, & apostolorum: ita nunc aliqua nubes esset in circuitu Christi. s. nō multum eleuata a terra, & in illa videretur uenire de cęlo, & propter nubem non uideretur quis formabat illam. Ad argumentum dicendū ꝙ ista uox dicitur facta de cælis, non quidem ꝙ de cælo uenerit, sed ꝙ venit de aere: & tamen aer in scriptura cælum dicitur, sicut dicimus volucres cæli. i. aeris. Psal. 8. & illud, aues cæli comederunt illud, i. aues quæ sunt in aere, infra 13. & Luc. 8. Aliter potest intelligi, ꝙ dicatur uox de cælis, i. quæ putabatur uenire de cœlis: quia de alto ueniebat, & nesciebatur locus formationis eius; maximè quia putabatur a Deo formata, q D in cælis est, sic enim dicit 2. Pet. 1. ꝙ Petrus, & alii duo audiuerunt uocem de cælo. s. Et hanc uocem nos audiuimus de cælo allatam, cùm essemus cum eo in mōte sancto. Constat tamen, ꝙ illa uox, de qua Petrus ibi loquitur, quæ fuit audita in trāsfiguratione, non uenit de cęlo, sed dicitur ꝙ uox de nube facta est, ut expresse dicitur infra 17. & Mar. 9. & Luc. 9. vt supra allegatum est. Est tamen commune in sacra scriptura, quòd dicatur aliquid de cælo uenire, quod de alto uenit, maximè quando locus eius non est determinatè cognitus.

An ista uox audita fuerit ab omnibus circunstantibus, uel solum a Christo. Quæst. XCIII.

E QVAERITVR de ista voce, an audita fuerit ab omnibus circunstantibus: uel solùm a Christo. Aliqui dicunt quòd solus Christus audierit illam, quia ipse solus dignus erat audire uoces cælestes. Item quia Mar. 1. & Luc. 3. dicitur quòd ista uox dixit, tu es filius meus dilectus, & sic dirigebantur uerba ad Christum: Ideo sufficiebat, quòd ad ipsum peruenirent etiam nullo alio audiente.

Dicendum ꝙ ista uox ab omnibus circunstantibus audita est, qa supra in litera dicitur, ꝙ facta est uox de cęlis, dicens, Hic est filius meus. Et sic quia uerba non dirigebant ad Chr̄m, sed ad astantes, ideo necesse erat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd illi eam audirent. Secundò patet, quia ista uox F
facta est in testimonium Christi, vt cognosceretur, ꝙ
ipse erat filius Dei, & tamen si hoc nō audiretur à cir-
cunstantibus nullum esset testimonium, quia testimo
nium est id de quo constat: ergo illam audierunt om-
nes, qui intererant. Tertiò patet, quia si solus Christus
illam uocem audiuisset, fuisset omnino superfluum
formare eā, quia nihil per ipsam significabatur, quod
prius Christus non sciret, sciebat ipse se esse filiū Dei
Patris, cui consubstantialis erat, & sic non oportebat,
quòd per istam vocem nunc ei notificaretur. Et tamē
non est dicendum, ꝙ fuerit superflua, quia Deus nihil
frustra facit: ergo oportuit, quòd audiretur ab aliqui-
bus, qui per eam informarentur de eo, quod nesciebant, G
scilicet, ab omnibus astantibus, qui ante hoc ne-
sciebant Iesum esse filium Dei. Quartò patet, quia etiā
ista vox facta est ad significandum, quòd in baptismo
homo fit filius Dei, vt dicetur infra in quadam quæ-
stione. Decebat ergo, ꝙ ista uox à multis audiretur, vt
per hoc incitarentur ad desiderandū baptismū Chri-
sti. Quintò patet, quia quando Christus transfigura- H
tus est, ista eadem vox audita est, scilicet. Hic est filius
meus, & tamen non audiuit eam solus Christus, sed
omnes tres Apostoli etiam, qui cum eo erant, vt pa-
tet infra 17. & Marc. 9. & Luc. 9. & in tantum audie-
runt, quòd ceciderunt in facies suas, vt patet ibidem:
ergo & hic auditetur ista uox ab omnibus astanti-
bus. Quintò patet, quia ista uox fiebat, vt astantes il-
lam audientes Christo magnam reuerentiam exhibe
rent tanquam filio Dei, & audirent eum obedientes
in omnibus: sicut patet infra 9. & Marc. 9. & Luc. 9.
Quia cùm dictum est, hic est filius meus &c. subiun-
ctum est: Ipsum audite. Ita ergo subaudiendum est
hic, quòd diceretur ipsum audite: licèt non exprima-
tur, cùm ibi eadem uox fuerit, quæ hic, & hoc expres-
sum fuerit. Septimò patet, quia uoces nunquam fie-
bant de cœlo ad Christū propter se, sed propter astan-
tes. Sic patet Ioan. 12. cùm Christus dixit. Pater clari-
fica nomen tuum. Et dicitur ibi, quòd uox de cælo fa-
cta est, dicens: Clarificaui, & iterum clarificabo. Tunc
dixerunt quidam astantes: Tonitruum factum est:
Christus autem dixit: Non propter me facta est uox,
sed propter uos. Sic etiam Ioan. 11. Christus cùm su- I
scitaret Lazarum clamauit, dicens: Pater gratias ago
tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quo-
niam semper me audis, sed propter populum, qui cir-
cunstat dixi, vt credant, quia tu me misisti. Et sic tam
voces, quæ fiebant de cœlo ad Christum, quàm illæ,
quas faciebat Christus ad Patrem non erant propter
ipsosmet, sed propter populum, qui circunstabat.
Oportet ergo, ꝙ astantes audirent uocem. Octauò pa
tet, quia Hieronymus super Matthæum dicit, quòd co
lumba sedit super caput Iesu, ne quis putaret uocem
Patris ad Ioānem fuisse factā, & non ad Dominum, si
tamen astantes non audiuissent istam uocem non pu-
tarent eam factam ad Ioānem, nec ad Christum. Item
Augu. in sermone Epiphaniæ dicit: Non enim vt an-
te per Moysen, aut per Prophetas, nec per typos, aut
figuras uenturum in carne pater filium docuit, sed pa
lam uenisse monstrauit, dicens: Hic est filius meus. er-
go ab omnibus audita est uox, cùm dicat, quòd pa-
lam per istam uocem pater ostendit filium. Hierony.
quoque dicit super Matthæum, quòd uox patris testi-
monium perhibentis super Christum in baptismo au
ditur. Ergo audierunt eam illi, quibus perhibebatur
testimonium, quia aliàs testimonium non esset. No-
nò pater per August. 2. de concor. Euang. cùm ait, sci-
licet. Non enim Christo indicabatur, quod sciebat,
sed audiebant, qui aderant, propter quos uerè fa-
cta est.

Ad primum argumentum dicendum, quòd licèt
nemo esset dignus absolutè audire uocem de cœlo,
nisi Christus: omnes tamen audire eam debuerunt,
quia propter eos fiebat, & sic poterant dici digni illa
uoce, cùm ad illos fieret, & propter illos solùm. Ali-
ter potest dici, quòd dignitas propter hoc posset con-
siderari, si uox ista fieret solùm in fauorem eorū, qui
audiebant eam, fiebat tamen immediatè in fauorem
Christi, scilicet, vt per hoc crederetur filius Dei; licèt
istud postea esset propter nos, scilicet, vt nos creden-
tes in eum uitam haberemus. Ioan. 1. & cùm dicitur,
quòd ista uox fiebat propter audientes, & aliæ similes
voces, Ioan. 12. intelligitur, idest, fiebat ad eos, & tamē
fiebant propter Christum, vt crederent eum esse à
Deo. Ioan. 11. scilicet, ego sciebam, quòd semper me
audis, sed propter populum, qui circunstat dixi, vt cre-
dant, quia tu me misisti. Et sic Iudæi indigni erant au
dire vocem Domini. Et cùm totus populus audiebat
vocem eius in datione legis. Exo. 20. & Deutero. 7. &
5. Et hoc quia lex dabatur Iudæis, vt obseruarēt eam,
ideo oportebat, quòd ipsi illam audirent.

Ad secundum dicendum, ꝙ licèt Marcus, & Lucas
dixerunt, tu es filius meus. Matthæus dixit, hic est fi-
lius meus. Et sic necessariò dirigebatur vox ad astā-
tes, licèt quid istorum dictum fuerit, scilicet, an in se-
cunda, vel in tertia persona, infra dicetur in quadam
quæstione: & tamen etiā si diceretur, tu es filius meus,
astantes audirent illam uocē, quia propter eos fiebat,
scilicet, vt ipsi scirent Iesum esse filium Dei.

An fuit conueniens, quòd vox patris audiretur super Chri-
stum in baptismo. *Quæst.* XCIIII.

QVAERITVR, an fuit conueniens, ꝙ uox
patris audiretur super Christum in baptismo.
Quidam dicunt, quòd non, quia ista uocis for-
matio est quædam ostensio sensibilis per-
sonæ patris, sed filius, & spiritus sanctus dicuntur esse
missi per hoc quòd sensibiliter apparuerunt, mitta-
men non conuenit patri, vt ait August. 3. de Trinitate,
ergo etiam non debuit ostendi in aliqua signo sensi-
bili. Item uox est significatiua Verbi concepti in cor-
de, sed pater non est uerbum, ergo non manifestatur
conuenienter per uocē, vel in uoce. Item homo Chri-
stus non incipit esse filius Dei in baptismo, sicut qui-
dam hæretici putauerunt, sed hoc fuit quando ho-
mo fuit, scilicet, ab instanti suæ conceptionis. Potius
ergo in conceptione ista uox audiri debuit, vel saltem
in natiuitate, eo quòd tunc Christus primò incipiebat
apparere in mundo, quod non poterat fieri in concep-
tione, & non daretur tunc occasio erroris, vt putare-
tur, quòd Christus incepisset esse filius Dei in baptis-
mo. Item ista uox fuit quasi quædam approbatio pre-
dicationis Christi, quia cū dicitur, hic e tifilius meus,
& etiam subauditur, ipsum audite. Sic exprimitur e-
tiam infra 17. & Marc. 9. & Luc. 9. & tamen Christus K
non incepit nunc prædicare, sed postea: ideo non fuit
nunc conueniens ista uox. Item ista vox ostendebat
Iesum esse filium Dei, & sufficiebat hoc semel osten-
di, quia si semel esset uerus filius Dei, necessariò erat
semper filius Dei: fuit tamen iterum ista uox audita in
transfiguratione Christi, infra 17. & Mar. 9. & Luc. 9.
2. Petr. 1. ergo superfluit altera istarum ostensionum.

Dicendum, quòd conuenies fuit in baptismo Chri-
sti audiri uocē patris super eum. Primò, quia ista uox
fuit ad ostendendum, ꝙ Iesus erat filius Dei. Tunc e-
men conuenientius debuit ostendi ipsum esse filium
Dei, cùm primò ipsi populo ostensus est: Christus e-
men non fuit ostensus Iudæis generaliter ante bapti-
mo Ioānis, & ad hoc fuit baptismus ille, vt in eo ma-
nifestaretur

nifestaretur toti populo. Sic patet Ioan. 1. scilicet. Ego A
nesciebam eum, sed ut manifestetur in Israel propte-
rea ego ueni in aqua baptizatus. Tunc ergo quando
toti populo ostensus est, debuit maximè istud testimo
nium audiri, vt à ptincipio Iudæi tenerent Iesum in
hac existimatione honoris, scilicet, ꝙ esset filius Dei.
Nam facilius est hominem teneri in honore si à prin
cipio, quando cognosci incipit, inueniatur in statu ho
noris, quàm si inueniatur in statu humili, & postea si-
bi honor accrescat. Et hoc siue propter æmulationē
eorum, qui uident se superari ab illo, quem prius tan-
quam æqualem tenebāt, siue propter admirationem,
vnde alicui tantus honor aduenerit sicut prius erat in
humili statu, & iste honor est magnus, qui sibi accre-
scit. Ista fuit causa quare Christus minus receptus est B
in Nazareth inter cognatos suos, & compatriotas,
quàm inter cæteros cognatos Iudeos, scilicet, quia isti
cognoscebant eum quantum ad progeniem suam, &
quantum ad conuersationem totius uitæ præteritæ.
Ideo mirati sunt quomodo subito ista uirtus sibi ad-
uenerat. Vnde licèt faceret miracula inter eos, non cre
debant in eum, nec laudabant Deum, qui dederat ta-
lem potestatē hominibus, sicut fecerant illi, qui erant
in urbe Naim, & in alijs locis, quando uidebant Chri-
stum facientem ista miracula, vt patet Mar. 2. & Luc.
7. & infra 8. & 9. sed magis scandalizabantur propter
miracula eius. Mar. 6. scilicet. Et multi audientes mira-
bantur in doctrina eius dicentes: Vnde huic hæc om- C
nia, & quæ est sapientia, quæ data est illi, & uirtutes ta-
les, quæ per manus eius efficiuntur? Nonne iste est fa-
bri filius, & Mariæ? Nonne & sorores eius hic nobi-
scum sunt? Et sequitur, & scandalizabantur in illo.
Ideo dixit tunc Christus, quòd non est Propheta sine
honore, nisi in patria sua, & in cognatione sua, & in
domo sua. Etiam cognati Christi non credebant in
eum, nec curabāt de miraculis eius. Sic dicitur Ioan.
7. scilicet. Nec enim fratres eius credebant in eum.
Ob hoc ergo fuit ualde conueniens, vt Christus mox,
vt ostensus est toti populo, scilicet, in baptismo per
totum audiretur testimonium patris de eo, scilicet,
quòd erat filius Dei. Et sic populus totus à principio
reciperet eum in illo honore, & nemo ei postea inui-
derer nec esset difficile eum semper postea teneri in D
honore illo, in quo fuisset à principio inuentus. Secun
do fuit hoc etiam propter nos, qui illam uocem non
audiuimus, vt scilicet, qui eam audierunt prædeceſſo-
res nostri in fide nos quoque per eorum fidem cre-
damus. Sic ait Chrysostomus super Matthæum in
quadam homilia, quòd in principijs spiritualium re-
rum semper sensibiles apparent visiones propter eos,
qui nullam intelligentiam incorporalis naturæ susci-
pere possunt, vt si postea non fiat ex his, quæ semel
facta sunt, recipiant fidem. Et sic cùm substantia
Dei patris sit inuisibilis, conueniens fuit notificari
per uocem, & hoc potius in baptismo Christi,
quàm aliàs, quia ibi fuit principium religionis nostræ.
Tertiò fuit hoc propter nostrum baptismum, quia in E
Christi baptismo ostendi debuerunt omnia, quæ in
nostro baptismo fiunt. Et tamen in baptismo homo
efficitur filius Dei per fidem, & sacramentum. Ioa. 1.
scilicet. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui
credunt in nomine eius. Modum autem istius filia-
tionis, vel generationis à Deo ostendit Christus Io. 3.
scilicet. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu san-
do, non potest introire in regnum Dei. Et sic dicitur,
quòd in baptismo nascitur homo de spiritu sancto, &
per istam natiuitatem efficitur homo filius Dei, siue
Spiritus, quia dicitur ibi, quod natum est ex Spiritu,
spiritus est. Ad significandum ergo quòd in baptismo
efficitur homo filius Dei, decuit, ꝙ in baptismo Chri-
sti ostenderetur testimonium, ꝙ ipse esset filius Dei,
& hoc fuit per istam vocem patris, ideo debuit tunc
audiri. Sic enim ait Hilarius, ꝙ vox patris audita est, vt
ex his, quæ consumabantur in Christo cognosceremus post aquę lauacrum de cęlestibus portis sanctum
in nobis sanctum in volucre, & paternæ vocis adoptio-
ne Dei filios fieri.

Ad primum argumentum dicendum, ꝙ pater ma-
nifestatus est hic per vocem, & tamen non propter
hoc dicitur missus, quia missio dicit duo, scilicet, appa
ritionem sensibilem, & auctoritatem mittentis: filio,
& spiritui sancto competit hoc, quia visibiliter appa-
ruerunt, & etiam quia à patre, qui habet auctoritatem
in Trinitate missi sunt: pater autem, licèt sensibiliter
ostensus sit per vocem, non potest tamen mitti, quia
mitti est ab alio esse: Pater autem à nullo est: ideo li-
cet appareat sensibiliter, non potest dici missus. Et sic
non arguit ista ostensio in voce missum fuisse patrem,
& sic bene conuenit ei.

Ad secundum dicendum, ꝙ pater non demonstra-
tur in voce nisi sicut actor vocis, vel loquens per vo-
cem. Quia, licèt ipse non sit locutus, significabatur ta-
men ipse loquens, quia ista uox eum solum ostende-
bat, vt supra declaratum est. Et quia proprium est pa-
tri producere verbum, quod est dicere, vel loqui: ideo
pater conuenientissimè manifestatus est per uocem,
quę significat verbum: vnde, & ipsa vox à patre emis-
sa filiationem verbi protestatur. Et sicut figura colum
bę, quę ostendebat Spiritum sanctum non erat in sub-
stantia Spiritus sancti: ita ista vox non erat verè à per-
sona patris, quia tamen patrem solum ostendebat,
dicitur fuisse vox patris, & conuenienter in illa mani-
festatus est.

Ad tertium dicendum, ꝙ nunc in baptismo debuit
perhiberi testimonium de ueritate deitatis Christi, &
non in natiuitate eius, sed magis tunc occultari debuit
in defectibus infantilis ætatis, nè Herodes haberet lo-
cum ad occidendum eum, qui cum magna sollicitu-
dine quærebat animam eius. præcedenti. cap Quando
autem peruenit ad ætatem perfectam, debuit ostendi
eius deitas, quia oportebat eum tunc docere, & mira-
cula facere, & homines ad se conuertere. Ideo aucto-
ritate patris hoc ostendi debuit, ut doctrina eius cre-
dibilior fieret. Vnde ipse dixit Ioa. 5. Qui misit me pa-
ter, ipse testimonium perhibet de me. Et hoc præci-
puè debuit fieri in baptismo. Ioannis ad significādum
baptismum nostrum, in quo homines renascuntur in
filios adoptionis Dei: filij autem adoptiui institutuntur
ad similitudinem filij Dei naturalis: iuxta illud ad Ro.
8. ſ. Quos præsciuit, hos & prædestinauit conformes
fieri imaginis filij sui. Debuit ergo in baptismo filij na-
turalis Dei ostendi, ꝙ ipse esset filius Dei, cùm nos in
baptismo efficiamur filij Dei adoptiui.

Ad quartum dicendum, ꝙ ista uox patris fuit in cō-
firmationem prædicationis Christi. Et cùm dicitur, ꝙ
illa non fuit immediatè, dicendum ꝙ si accipiatur im-
mediatè ita quòd ipsamet die prædicare deberet non
fuit ad confirmandam prædicationem immediatè,
quia tamen post paucos dies prædicaturus erat, scilicet
postquam compleret ieiunium, poterat dici prædica-
turus immediatè, quia secundum iura, quod parum
distat inesse videtur. Aliter potest dici, ꝙ ista vox non
fuit solùm ad confirmandum prædicationem Christi:
sed etiam ad confirmandum gesta, & ad auctoritatem
personę suæ: ideo debuit audiri in principio gestorum
suorum, & tamen in baptismo Christi ceperunt gesta
eius, quia ibi inchoauit baptismum nostrum sanctifi-
cando aquas: ideo ibi apparere debuit testimonium
patris in voce potius, quàm postea.

Ad quintum dicendum, quòd non sufficiebat Chri-
sto

sto testimonium illud, quod pater dedit de eo in transfiguratione, quia illud fuit solum coram tribus discipulis eius Petro, Iacobo, & Ioanne, & etiam mandatum est eis, ꝙ illud nemini dicerent infra 13. & Marc. 9. & Lu. 9. Christus autem toti populo debuit ostendi: ideo præter illa fuit necessaria ista ostensio patris in voce: Sed tunc dicetur, quòd illa ostensio in uoce, quæ fuit in transfiguratione fuit superflua, quia ista sufficiebat. Ad illud autem quod dicitur, vocem istam in Transfiguratione auditam iterum fuisse dicendum, ꝙ etiam illa fuit conueniens, vt dicetur infra 17.

Quomodo Euangelistæ diuersimode scribunt vocem factam, quia alij dicunt tu es filius, alij vero hic est filius. Quæst. XCV.

QVAERITVR, quomodo Euangelistæ hoc discordent, quia Matth. dixit hoc filius meus. Marcus, & Lucas dixerunt tu es filius meus. Aliquis dicet, sicut supra diximus de calciamentis Christi, de quibus dixit Matth. ꝙ non erat Ioannes dignus portare illa, Marcus vero & Lucas dixerunt, soluere. cor. cal. & diximus, quòd Ioannes potuit dixisse diuersis vicibus, & vna vice vnum, & alia aliud, vt ait August. lib. de concord. Euan. ita hic diceret, quòd vtrumque dictum est. Dicendum, quòd nō stat, quia vox semel locuta est hic, ideo non potuit dicere nisi vnum ipsorum. Secus esset si argueremus de verbis dictis hic, & dictis in transfiguratione, quia licet sint omnino eadem in sententia poterant esse diuersa in tenore, & tamen solùm comparamus verba dicta in baptismo, ideo nō possunt esse nisi vno modo, quia semel solùm vox illa insonuit. Dicendum, quòd vox illa vnum istorum dixit, & nobis non constat, quid horum dictum sit. Non est tamen difficultas vlla, quia Euangelistæ non curant, nisi de sententia. Ideo si omnino teneatur sententia, dato quòd verba aliqua mutentur, non curant. Hic autem siue dicatur, hic est filius; siue, tu es filius, idem significatur, scilicet, quòd Christus erat uerus, & naturalis filius Dei, & non dicitur nisi ad quem dirigatur vox, scilicet, ad Christum, uel ad astantes. Vtroque tamen modo, per istam uocem Deus inrendebat certificare astantes, quòd Christus erat filius eius. Vnde uidebatur, quòd uox dirigeretur magis ad astantes, quàm ad Christum, quia illi certificabantur, Christus uerò non, cùm ei semper constaret, quòd erat uerus filius Dei, quia ipse semper in patre, & pater in eo erat. Ioan. 14. Cùm tamen Marcus, & Lucas dixerunt, tu es filius meus, innuunt, ꝙ ostenderetur Christus ad oculum ex eo quòd columba super eum descendebat, & sedebat. Nec tamen per hoc certificare possumus quid istorum dictum sit. De hoc Augu. 2. lib. de concord. Euan. dicit, scilicet. Hæc verba alij duo Marcus, & Lucas similiter narrant, sed de uerbo uocis, quæ de cœlo facta est, narrant locutionem: salua tamen sententia. Quod enim Matthæ. ait dictum, hic est filius meus dilectus, ad eandem sententiam explicandam ualet. Vox enim cœlestis unum istorum dixit, sed Euangelista ostendere uoluit id ualere, quod dictum est, hic est filius meus, ut illis potius, qui audiebant indicaretur, quòd ipse esset filius Dei, atque ita dictum referre uoluit, tu es filius meus, ac si illi diceretur, hic est filius meus. Non enim Christo indicabatur quod sciebat, sed audiebant, qui aderant, propter quos uox facta est. Aliud dubium est in hoc, quia Matthæ. dixit: In quo mihi complacui, & Luc, & Mar. in te mihi complacui. Et istud dependet à præcedenti, scilicet, quia Matt. ponit uocem factam in tertia persona, Marc. & Luc. in secunda, Quia tamen in quibusdam libris inuenitur in te complacuit mihi. Aug. mouet ad hic dubium, & dicit quòd eadem sententia est, licèt diuersa uerba. Verumtamen, cùm dicitur, in te complacui, significatur quòd Deus sibi ipsi complacuit in filio. Si autem dicitur, in te complacuit mihi, significatur, quòd Deus placuit hominibus per filium suum. Et de hoc dicit Augu. eo. li. Iam uerò ꝙ alius dicit, in quo mihi complacui, alius, in te complacuit mihi, si quæris quid horum sonuerit in uoce, quodlibet accipe, dummodo intelligas eos, qui nondum eandem locutionem retulerunt, eandem retulisse sententiam. Quod enim Deus in filio sibi complacuit admonetur aliquis ex eo, quod dictum est, in te complacui, quòd autē in filio pater placuerit hominibus admonemur ex eo, quòd dictum est, in te complacuit mihi. Sed intelligatur hoc dictum esse ab omnibus Euangelistis, tanquam si diceretur in te placitum meum constitui, hoc est implere, quod mihi placet.

Ad quid hic fuerit ostensa tota Trinitas, & an conueniens fuerit, quòd ostenderetur. Quæst. XCVI.

QVAERITVR, ad quid fuit ostensa hic tota Trinitas, & an conueniens fuit, quòd ostenderetur. Aliquis dicet, quòd non, quia hic propositum erat ostendere Christum esse filium Dei, & ad hoc non erat necesse ostendi totam Trinitatem, sed ꝙ solùm pater ostenderetur loquens: ideo non oportuit, quòd tota Trinitas ostenderetur. Dicendum, quòd tota Trinitas hic ostensa est, vt ait Hieronymus super Matthæum. Nam filius baptizatur, & in baptismate demonstratur: spiritus sanctus in columba ostenditur: patris testimonium in uoce auditur. Et hoc fuit propter causas particulares pertinentes ad singulas personas, & fuit etiam propter generalem causam pertinentem ad totam Trinitatem. Primum patet, quia necesse fuit filium hic ostendi, cùm ipse baptizaretur: Pater etiam debuit ostendi in uoce, quia principalis intentio fuit, quòd ostenderetur, ꝙ hic Christus esse filius Dei. Et ad hoc oportebat, ꝙ uox ex nomine patris formaretur, in qua ipse manifestaretur. Oportuit etiam spiritum sanctum ostendi in columba ad ostendendum ad oculum, quis erat filius Dei, & ad quem fiebat uox, vt ait Hieronymus super Matthæum, scilicet, columba sedit super caput Iesu, ne quis putaret uocem patris ad Ioānem factam esse, & non ad dominum etiam, vt significaretur Christus plenus spiritu sancto. Et propter alias causas postas in quæstionibus de singulis istorum. Secundum patet, quòd multæ causæ fuerunt, ut Trinitas ostendi debuisset in baptismo Christi. Primò, quia iste erat maculus difficilis inter omnes, qui ad fidem pertinent. Ideo conueniens fuit, ꝙ de eo fieret aliqua ostensio corporalis, & sic per signa sensibilia notificare fuit tres personæ. Alij autem articuli, quia non sunt ita difficiles, & quia pendent aliquo modo ex articulo Trinitatis, non fuerunt ita manifestati in aliqua corporali ostensione, licèt alicui eorum ostensi fuerunt, sicut resurrectio, quæ per multas apparitiones, & argumenta probata est. Actu. 1. scilicet. Ostendit se illis viuum in multis argumentis. Secundo fuit hoc ualde conueniens propter simplices, qui uix possunt deduci ad credendum substantias incorporales: cùm intellectus eorum totus rebus materialibus immersus sit: His ergo debuit ostendi substantia spiritualis in aliquo signo sensibili. Et quia Trinitatis sunt tres personæ spirituales, & unica natura spiritualis, debuit ostendi eis forma Trinitas sensibiliter. Et hoc potius in baptismo Ioannis, quàm aliter: quia ibi incipiebat Christiana religio. Sic dicit Chryso. in quadam Homilia, ꝙ in principio spiritualium rerum semper sensibiles apparent ostensiones propter eos qui nullam intelligentiam incorporalis naturæ susci-

pere possunt: vt si postea non fiant, ex his, quæ semel facta sunt fidem recipiant. Tertiò fuit propter sacramentum baptismi, quia baptismus est sacramentum fidei, quia in illo fidem profitemur, & fidem ab Ecclesia petimus: Et quia in fide præcipuus est, articulus Trinitatis: debuit in baptismate Christi ostendi tota ipsa Trinitas. Quartò fuit hoc ad ostendendum formam, quæ teneri debebat in baptismo. Nam baptizamur in nomine trium personarum infra 28. ideo debuit in Christi baptismate trium personarum ostensio fieri, ut per hoc innueretur, quæ forma in baptismo nostro teneri deberet: sic ait Augu. in sermone de Epiphania. s. Nec mirum si in dominico lauacro ministerium non defuit Trinitatis, cùm nostrū lauacrum Trinitatis compleat sacramentum, ideſt. In nostro lauacro fit inuocatio Trinitatis per quam completur sacramentum, quia aqua per se nihil faceret, vt ait ipse Augu. sed accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Detrahe verbum, quid est aqua nisi aqua? Sed objicietur, quòd non fuerit conuenienter ostensa Trinitas per ista signa sensibilia, cùm non arguant sufficienter Trinitatem, quia vox non fuit formata à patre, & spiritus sanctus non descendit in columba, sed Angeli ista fecerunt, quia talia facere non conueniebat naturæ diuinæ. Et dato, quòd non essent tres personæ in deitate, sed vnica, sicut in vnica natura: poterant fieri istæ ostensiones per Angelos, & nō colligeretur inde esse Trinitatem. Dicendum, quòd nihil est per quod possit probari necessariò esse Trinitatem in deitate, nisi credamus scripturæ asserēti hoc. Quia nulli actus sunt, qui nobis ostendi possunt, quos faciant ipsæ personæ diuisim, cùm opera Trinitatis ad extra diuisi sint. Solum ergo Trinitatem personarum tenemus, quia Christus nobis illam prædicauit, & innumerabilibus miraculis confirmauit, ex quibus certissimè constat verum esse, quod ille asseruit, cū mendacium non possit per miraculum confirmari. Et sic istæ ostensiones non ponuntur hic tanquam per eas probetur necessariò Trinitatem esse, sed est quidam modus ostendendi exemplaris. Melius namque simplices sic intelligent Trinitatem ostendendo eis actus, quasi trium personarum, vel suppositorum distinctos, quàm si solum dicatur eis, quòd sunt tres personæ in diuinis. Et ad hoc facta est ostensio, & non ad probationem, quasi per necessitatem probetur Trinitas nolenti credere scripturam, etiam si constaret ei de ista. Ad argumentum dicendum, ꝙ non solùm intendebatur ostendi Christum esse filium Dei, sed multa alia quoque, ad quæ erat necessaria ostensio Trinitatis: sed adhuc dato, quòd solum debuisset Christus ostendi filius Dei, oportebat hic manifestari Trinitatem. Nam necesse erat Christū apparere, de quo fiebat ista ostensio, & patrem manifestari per vocem, vt diceret Christum filium suum esse, & Spiritum sanctum apparere in columba super Christum propter causas supradictas. Et sic non sufficiebat ostensio patris, sed tota Trinitas ostendi debuit.

Ad quid fuerit necessaria ista manifestatio. Quæst. XCVII.

QVAERITVR, ad quid fuit necessaria ista manifestatio facta super Christum in testimonium eius: cùm Ioannes testimoniū de Christo dedisset, & istud sufficere videbatur, cū Ioannes esset tantæ auctoritatis apud Iudæos. Dicendum, ꝙ fuit necessaria ostensio Trinitatis propter multa. Primò propter ipsum Ioannem, quia etiam ipse nouit testimoniū de Christo perhibere, nisi ista signa apparuissent in eo. Nam Ioannes non cognoscebat Christum in persona, & dedit Deus ei signum ad cognoscendum, scilicet, super quem uideret Spiritū sanctum descendentem. Io. 1. Secundò erat necessaria ista ostensio, quia licèt Ioannes de Christo testificaretur, & istud multum conferret propter Iudæos, qui Ioannem tenebant tanquam prophetam infra 21. tamen nō sufficiebat testimonium eius simpliciter, quia simpliciter Ioannes miraculum nullum faciebat. Ioan. 10. Et si quis vellet negare dicta eius, poterat. Christus autem volebat testimonium firmius, quod negari non posset. Et ita necessarium erat: ideo non fuit contentus solo testimonio Ioannis, sicut patet. Io. 5. cùm dixit Christus Iudæis: Vos misistis ad Ioannem, & ille testimonium perhibuit veritati. Ego autem testimonium ab homine non accipio. q. d. Ioannes de me verum dixit, scilicet, ꝙ ego eram Messias, & tamen ego non accipio testimonium ab homine, ideſt, non sum contentus testimonio solo, quod perhibetur à puro homine, quia istud posset negari, vel destrui: ideo subiūxit: Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Ipsa enim opera, quæ facio testimonium perhibent de me, scilicet, testimonium, cui ego innitor, maioris auctoritatis & firmitatis est, quàm testimonium Ioan. s. opera, quæ ego facio, quæ sunt miraculorum, & nullo modo possunt negari esse à Deo: & postea dixit. Et qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me. Hoc fuit nūc in baptismo, quando audita est uox patris. s. Hic est filius &c. Christus ergo significauit istam ostensionem Trinitatis fuisse necessariam ad ferendum de eo testimonium firmum, quia testimonium Ioan. firmū non erat. Sed dicetur: Cùm Christus postea facturus esset miracula: ad quid oportuit fieri nunc istam ostensionem super eum. Vel cùm facta fuerit, & sufficiens testimonium fuerit de eo perhibitum, ad quid oportebat postea fieri miracula. Dicendum ꝙ etiam, si postea miracula futura essent, erat necessarium nunc istud testimonium. Primò quia decebat Christum à principio cognosci à Iudæis sub magna ueneratione tanquam filius Dei, vt non esset graue eis postea tenere eum in illo honore, quod fieret, si primo à toto populo cognosceretur in statu parui honoris. Secundò quia ex conditione baptismi, & propter multas alias causas expressas in quæstionibus conueniens erat in baptismo Christi manifestari Trinitatem. Si autem nunc fiebat ista ostensio, non tollebatur quin postea essent necessaria miraculorum opera, quia nunc non ostensus est Christus toti populo, ideo non sufficiebat hæc ostensio ad hoc, ꝙ crederent Iudæi in eum: potissimè quia Iudæi erant gens dura ad credendum, & multis signis opus erat propter eorum duritiam, potissimè in re tam ardua. s. ꝙ crederetur homo esse filius Dei: ideo conueniens fuit eum post hæc miracula operari, de quibus magis dicetur. c. sequenti. Tertiò quantum ad principale decuit nunc fieri ostensionem Trinitatis propter fidem Trinitatis, quam in baptismo profitemur, & propter inuocationem Trinitatis, quæ exprimitur in forma baptismi. Ad hoc autem nihil faciebat testimonium Ioan. Ideo etiam si Ioannes sufficiens testimonium dedisset de Christo, adhuc erat conueniens fieri ostensionem Trinitatis propter ista quæ pertinebant ad baptismum, & alias causas, de quibus supra. Ad argumentum in contrarium dicendum, quòd testimonium Ioan. erat vtile, sed non sufficiens, quia non erat omnino necessarium. Et tamen dato, quòd Iudæi omnino crederent per istud testimonium Ioannis, adhuc Christus non erat contentus eo, quia poterat negari, ipse vero habere voluit solidam probationem, vt patet. Io. 5. vt supra declaratum est.

CAP.

CAP. IIII.

Marc. 1. Luc. 4.

TVNC Iesus ductus est in desertum a Spiritu, vt tentaretur a Diabolo. Et cùm ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt. Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.

Deutero. 8. Luc. 4.

Qui respondens, dixit: Scriptum est: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

IN præcedenti ostendit Matthæus veram Christi Deitatem per testimonium Ioannis, & Dei Patris, Hic ostenditur eius vera Deitas, & humanitas ex tentatione dæmonis, & ministrationibus angelicis. Et diuiditur in duo, scilicet, in ista duo, quæ dicta sunt: secundum ibi. *Tunc reliquit eum*. Prima in tres iuxta triplicem tentationem Dæmonis, & triplicem Christi victoriam: secunda ibi. *Tunc assumpsit eum*. tertia ibi. *Iterum assumpsit eum*.

An ea quæ hic habentur continuentur ad præcedentia.
Quæst. I.

QVAERITVR circa primum, an ea, quæ habentur hic, sint continuata ad præcedentia. Dicendum quòd hic totaliter est ordo continuitatis. Primò inquantum illa fuerunt ante ista. Quia hic agitur de Christi ieiunio, & de principio prædicationis eius: & tamen Christus non prædicauit, nec ieiunauit antequam baptizaretur, quia principium omnium operum suorum fuit baptismus. Secundò est continuatio, quia ista non solùm fuerunt post illa, sed etiam immediatè post illa non intercedentibus aliquot diebus: sed mox, vt Christus baptizatus est, iuit in desertum, vt hic dicitur, scilicet. *Tunc Iesus ductus est in desertum*, ideſt, tunc, quando baptizatus est, iuit in desertum. Sic etiam continuat istam literam Chrysost. super Matth. dicens postquam baptizatus est Dominus a Ioanne in aqua, ducitur à Spiritu in desertum, vt baptizaretur igne tentationis. Et sic tota litera est hic continua quantum ad tempus: licèt sit ista alia materia a præcedenti. Circa primum dicitur. *Tunc ductus est Iesus*. ideſt, tunc quando baptizatus est. s. quòd post baptismum non moratus est aliquot diebus inter Gentes, nec diu tertit ad alios actus, sed immediate iuit in desertũ ad ieiunandum: sic dicitur Mar. 1. postquam dixit tu es Filius &c. sequitur scilicet, & statim Spiritus expulit eum in desertum. Et sic nihil moratus est. Et dicitur ductus est, quia Spiritus eũ duxit: & tamen ipse iuit, quia nemo eum compulit. Quare tamen dicatur ductus infra dicetur. *In desertum*. Istud est desertum in terra Iudæ, & non est multum longe à Iordane, & solet vocari vulgariter Quarantana, ideſt, locus, in quo Christus ieiunauit quadraginta diebus: & solent ire peregrini ad locum illum ex deuotione. Et non longe ab ipso loco est mõs excelsus, ad quem Diabolus duxit Iesum, vt ostenderet ei omnia regna terræ. Est autem Quarantana circa Galgala. Mons tamen in quo nunc Christus manebat, siue desertum, vt hic dicitur, est in latere vrbis Bethel, & Hai non longe ab vrbe Iericho. Et sunt istę vrbes in tribu Beniamin. Iosuer 8. *a spiritu*, ideſt, a Spiritu sancto, vt spiritu suo: licèt quis spiritus fuerit infra dicetur. *Vt tentaretur a Diabolo*. Iste fuit finis ad quem Iesus præcipuè fuit in desertum, scilicet, vt tentaretur. Licèt aliæ etiam fuerunt causæ, de quibus infra. *Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus*. Accipiuntur hic dies artificiales, cùm distinguatur dies contra noctem, & in istis diebus proprie Christus dicitur ieiunasse: quia nunquam in eis comedit, sed finitis illis comedit, quando angeli ministrauerunt ei: vt patet infra in litera. *Postea esurijt*, scilicet, post illos quadraginta dies, scilicet, in omnibus illis nunquam esurijt, sed finitis eis. Et ob hoc nunquam comedit in illis, quia vir temperatus non comedit nisi in remedium famis. Lucas tamen expresse ponit, quòd nihil comedit. c. i. dicens, & nihil manducauit in diebus illis. Et consumatis illis esurijt. *Et accedens tentator*, scilicet, diabolus: quia supra dicitur, quòd tentabatur a Diabolo, & dicitur tentator, quia officium tentandi habet. Ad ipsum namque tentare pertinet: de quo infra dicetur in quadam quæstione. Sic etiam vocatur accusator, quia officium suum est accusare. Apoc. 12. scilicet: Nunc facta est salus: quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostrum, die ac nocte. Et ibi dicitur quòd iste est diabolus, & satanas. Accessit autem tentator ad Iesum post quadraginta dies, quòd tunc fuit locus tentandi, vt ait Chrys. super Matt. scilicet, quia Diabolus videns per quadraginta dies Christum ieiunantem desperauerat. Postquam autem esurientem sensit: iterum cepit sperare. Ideo dicitur. *Et accedens tentator dixit ei, si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant*. Quia vidit esurientem, & sciebat iam eum cibo indigere, tentauit eum circa gulam, scilicet, vt conuerteret lapides in panem, quasi dicat: Si filius Dei es, potes conuertere lapides in panes. Ideo conuerte, & comede. Et dixit: Dic ideſt iube. Nihil est aliud necessarium, nisi vt iubeas, & immediate fiet: cùm omnis creatura Deo obediat, & ita Deus facit sola voluntate, & mandato. Psal. 32. scilicet. Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Idem Psal. 148. An autem de lapidibus panis fieri posset infra dicetur. *Qui respondens dixit. Scriptum est: Non in solo pane viuit homo*. Christus noluit consentire diabolum potestate: sed solo testimonio scripturæ: quia diabolus suadebat conuerti lapides in panem, quasi hoc esset necessarium, vel conueniens. Christus vero dixit non esse necessarium: quia non erat recurrendum ad miraculum conuersionis lapidum in panem sine necessitate. Et tamen non erat hic necessitas, cùm posset Christus, & quilibet homo aliter viure. Ideo non erat hoc rectum consilium. Hoc probauit, scilicet, quia non in solo pane viuit homo, ideſt, nõ oportet, quòd ad hoc, quòd homo viuat panem habeat: quia non est solus panis, de quo homo viuere potest, sed multa quoque alia sunt, per quæ potest vita conseruari sine pane. Ideo nõ oportet peti panem, vel desiderari tanquam omnino necessarium. *Sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei*. ideſt. Non viuit homo in solo pane: sed etiam potest viuere de quocunque uerbo quod exit de ore Dei. Ideo non bene facides, quòd lapides in panem conuertam, cùm permulta alia possit vita conseruari. Plurimi exponunt ista de uita spirituali dicentes, quòd non solùm est panis necessarius ad uitam corporalem: quæ comparata uitæ æternæ potius mors dicenda est, ait Greg. in homilia: sed magis homo uiuit de uerbo quod exit de ore Dei. Et ista est uita spiritualis, quæ est uita simpliciter: sic dicit Rabanus, scilicet, si quis non uescitur uerbo Dei, ille non uiuit, quia sicut corpus humanum non sine terreno cibo, ita & anima uiuere non potest sine Dei verbo. Procedere autem uerbum de ore Dei dicitur, cùm uoluntatem suam per scripturarum testimonia reuelat.

Dicendum, uerumesse, quòd per uerbum Dei uiuit uita spirituali: tamen de ista non potest intelligi hic propter duo. Primò, quia non facit ullo modo ad propositum. Diabolus namque suadebat Christo lapides in panem conuertere, quia uidebat eum esurire, & innuebat, quòd sine cibo uiuere non poterat. Et sic manifestum est, quòd de uita corporali loquebatur, quia ad spiritualem uitam, nec lapides, nec panes erant necessarij. Si autem Christus responderet de uita spirituali, erat extra propositum, & uerbum quã insipientis hominis. Secundò, quia etiam responsio Christi in seipsa induceret inconueniens, cùm diceret, non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo &c. Nam ista ex genere locutionis ad eandem uitam pertinent, quia aliàs cõparasset respectu eiusdem vitæ panem, & uerbum Dei: cùm non pertineant ad eandem vitam, sed unum ad corpus, alterum ad spiritum. Etiam si Christus uoluisset hoc dicere, aliter eximere debuisset, scilicet, quòd magis erat necessaria vita spiritualis, quæ est per uerbum Dei, quã uita corporalis, quæ est per panem. Et tamen dixit hic uitam esse in pane, sed non in solo pane. Ideo uoluit hoc dicere. Tertiò, & efficacius patet, quia Christus allegauit hic testimonium scripturæ, dicẽs: scriptum est &c. Deutero. 8. Ideo necesse est, quòd Christus sequatur sensum, quem facit scriptura, quam allegat. Et tamen litera ibi non intelligitur de cibo spirituali, sed de corporali. Et uocatur ibi verbum Dei ipsum manna, de quo Iudæi quadraginta annis uixerũt nullum panem comedentes. Ideo oportet, q̃ etiam litera intelligatur hic de cibo corporali, & non de uerbo scripturæ. Patet, quia dicitur eo. cap. Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu, & patres tui, vt ostenderet tibi, q̃ non in solo pane uiuit homo, sed ex omni uerbo, quod egreditur ex ore Domini. Et sic necesse est, quòd intelligatur litera sic, scilicet, quòd Deus voluit ostendere Iudęis potestatem suam, & dedit eis manna ad comedendum quadraginta annis sine pane. Et dicitur, q̃ hoc fecit Deus, vt ostenderet Iudæis magnitudinem suam faciendo eos uiuere sine pane quadraginta annis comedendo manna, vt intelligerent, q̃ non in solo pane uiuit homo, ideſt, nõ sim pliciter panis necessarius est ad uitam, ita quòd sine illo homo nõ posset uiuere, sed potest homo viuere, & sustentari ex omni uerbo, quod procedit ex ore Dei, ideſt, de quacunque re, quam iusserit Deus comedi, scilicet, q̃ si Deus iusserit homini comedere de lapidibus, vel de ferro, ita nutrietur, & uiuet, sicut si comederet panem delicatissimum, & quoscunque alios cibos. Et necesse est sic intelligi literam, quia aliàs non conueniret intentioni Dei. Nam Iudæi non sustentabantur in deserto de uerbis, sed de manna, quod erat uerus cibus, & naturaliter nutriebat. Et sic uerbum egressum de ore Dei accipitur pro manna inquãtum Deus dixit, quòd comederent manna, & illud sibi dabat in cibum. Exod. 16. Ita ergo necesse est intelligi hic. Et concordabit Christus sensui literæ, quam allegat. Et etiam faciet ad propositum suum, vt directè respondeat Diabolo, scilicet. Non est necesse, quòd lapides conuertantur in panem, vt inde uiuam: cũ non in solo pane uiuat homo, sed in omni uerbo, quod egreditur de ore Dei, ideſt, de omnibus illis de quibus Deus iusserit homini comedere. quasi dicat: Deus potest dare mihi manna ad comedendum, sicut Iudæis, qui sine pane uixerunt. Potest etiam dicere, quòd comedam de istis lapidibus, & tunc illi erũt mihi cibus, sicut panis. Ideo non oportet, quòd ego à Deo determinatè petam panem, vel quòd lapides conuerti debeant in panem. An ista responsio satisfaceret Diabolo, infra dicetur. Et vocatur hoc uerbum ipse cibus inquantum Deus iubet illum comedi: & dicitur, quòd egreditur de ore Dei: non quidem q̃ Deus habeat os, quia nulla membra corporalia habet, cùm sit purus spiritus. Ioan. 4. scilicet, spiritus est Deus. Sed id quod Deus nobis declarat dicitur exire de ore eius more humano, quia quidquid homo vult, aut mente concipit, exprimitur in uoce prolata per os. Sic dicit Rabanus, scilicet. Procedere autem uerbum de ore Dei, est cùm uoluntatem suam per scripturarum testimonia reuelat. Et iste est sensus literæ. Nicolaus autem dicit, quòd cùm dicitur in omni uerbo &c. verificatur non solùm de uita spirituali, sed etiam de corporali, sicut patet de Moyse, qui ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus uerbo Dei spiritualiter, & corporaliter sustentatus, quasi dicat, q̃ uox Dei, siue colloquium sustentabat Moysen, vt non moreretur.

Dicendum, quòd istud uerum est, quia non solùm per colloquium Dei, sed etiam sine colloquio per solam uoluntatem potest Deus hominem multis annis sine cibo sustentare. Et tamen istud non est ad propositum Christi, cùm ipse allegauerit auctoritatẽ illam, quæ necessariò intelligitur de cibo corporali. Et sic dicendum, quòd sensus superior est uerus.

Quis fuerit spiritus, à quo Christus ductus fuit in desertum.
Quæst. II.

QVAERITVR, quis fuit iste spiritus, à quo Christus ductus est in desertum. Quidam dicunt, q̃ fuit Diabolus, quia ad eundem pertinet tentare, & ad tentationem oportunitatem quærere. Nec tamen in desertum erat oportunitas ad tentationẽ, vt infra dicetur: sed à Diabolo Christus tentatus est: ergo ab eo in desertum ductus est, maximè, quia tota ista litera de Diabolo loquitur. Itẽ quia constat, quòd Diabolus tulit Christum de deserto in Ierusalem, vt patet infra in litera: ergo ipsemet duceret eum de Ierusalem, vel de Iordane in desertũ. Etiam, quia iterum Diabolus tulit Christum de Ierusalem in montem, quãdo ostendit ei omnia regna terræ. Ipse ergo duceret eum nunc, vt omnes isti motus ei competerent. Aliquis dicet, quòd non poterat esse Diabolus, quia uocatur spiritus absolutè, & tamẽ Diabolus non uocatur spiritus absolutè, sed spiritus nequam, vel spiritus malus, vt patet 1. Reg. 16. scilicet, spiritus Domini recessit à Saul, & exagitabat spiritus nequam. Et dixerunt serui Saul: Ecce spiritus Dei malus exagitat te. Idem primo Reg. 18.

Dicendum, quòd licèt communiter diabolus non vocetur spiritus absolutè, tamen aliquando sic uocatur: sic ut patet 3. Reg. 22. & 3. Paralip. 18. Egressus est autem spiritus, & stetit corã Domino. Ille tamen est diabolus, quia decepit Prophetas Baal mentiendo. Et etiam ipse dixit, egrediar, & ero spiritus mendax. Hoc tamen non pertinet ad Angelos bonos. Et sic tenetur indubitanter, quòd accipitur pro diabolo. Et sic non obstat quin possit accipi hic spiritus pro diabolo. Cùm autem dicitur de illis determinationibus, scilicet, spiritus malus, vel spiritus nequam: dicendum quòd non sunt necessariæ ad hoc, quòd ponantur cum isto nomine spiritus ad significandum diabolum: nisi cum ponitur ibi, quòd spiritus Dei, quia tunc intelligeretur magis de spiritu bono: ideo fit adiunctio, & dicitur spiritus Dei malus, vel spiritus nequam à Domino. Sic habetur 1. Reg. 16. & 18. scilicet. Spiritus nequam à Domino

Domino exagitabat eum. Et iterum ſpiritus Dei malus exagitat te. Si tamen non ponatur iſte genitiuus Dei ibi, non oportebit poni iſtam determinationem, ſcilicet, malus, vel nequam, nec ſcriptura illud facit, vt patet 3. Reg. 22. & 2. Paralip. 18.

Dicendum tamen, quòd hic ſpiritus accipitur pro ſpiritu ſancto, qui Chriſtum hominem dirigebat in omnibus. Et iſtum ſolent uocare Euangeliſtæ ſpiritus abſolutè. Sic patet Ioan. 1. ſcilicet. Super quem uideris ſpiritum ſanctum deſcendentem, & manentem. Et iterum: Vidi ſpiritum ſanctum deſcendentē quaſi columbam. & Ioan. 3. dicitur. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu, & iterum. Quod natum eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt: Et accipitur ſemper pro ſpiritu ſancto, vel poteſt accipi ſpiritus pro anima Chriſti, ſcilicet, ꝙ G ſpiritus ſuus mouit eum ad eundum in deſertum. Et patet, quòd non poſſit intelligi de diabolo, quia dicitur hic, ꝙ ductus eſt Ieſus à ſpiritu in deſertū, vt tentaretur à diabolo. Et tamen ſi intelligeretur de ſpiritu malo, non diceretur abſolutè de ſpiritu, ſed de ſpiritu malo, vel de ſpiritu nequam. Sed quia omnino intelligitur de ſpiritu Dei bono, non dicitur abſolutè de ſpiritu, ſed de ſpiritu ſancto. Item patet per Gregorius in quadam homilia, cùm ait. Dubitari à quibuſdam ſolet, à quo ſpiritu ſit Ieſus ductus in deſertum, propter hoc quòd ſubditur, aſſumpſit eum diabolus in ſanctam Ciuitatem, ſed uerè, & abſque ulla quæſtione conueniēter accipitur, vt a ſpiritu ſancto in deſertū ductus credatur, vt illuc eū ſuus ſpiritus duceret, H vbi hunc ad tentandum ſpiritus malignus inueniret. Item, quia nō erat aliquod motiuum, ſuper quod diabolus duceret Chriſtum in deſertum ad tentandum. Quia ad hoc, quòd tentare poſſet eum ubicunque inueniret. Et non aggrederetur iſtud facere, antequam eum de aliquo tentaret, quia fortè diabolus putaret, quòd per hoc eum ſcandalizaret, & tentationem caueret: ſicut, qui ſemel timet, & putat latere inſidias, non faciè poſtea capietur. Ideo, vt diabolus eum tentaret non duceret in deſertum, quia per hoc fructum tentationis ſuæ perditurum ſe putaret. Si autem dicas, quòd alijs uicibus diabolus tulit Chriſtum de uno loco ad alium, dic quòd hoc fecit, quia per tentationem præcedentem putabat ſe cognoſcere aliquid de animo Chriſti, quantum ad ea, quæ foris apparebant. Et I uidebat Chriſto placere, quòd portaret eum de uno loco in alterum. Ideo portabat, quia ex hoc iam non timebat, quòd eum ſcandalizaret, nec perderet fructum ſuæ tentationis: ſed quòd per hoc facilius conſequeretur intentum, cùm uideret iam Chriſto placere, quòd portaretur. Et iſtud oſtendebat quaſi quandam facilitatem, vnde citius uinceretur. Non ergo tulit diabolus Chriſtum in deſertum ante tentationem, ſed à ſpiritu ſancto ductus eſt. Item patet, quia ſi diabolus Chriſtum duxiſſet in deſertū, vt eum tentaret, immediatè eum tentaſſet, & tamen non fecit, ſed poſt quadraginta dies, cùm Chriſtus iam eſuriret, & diabolus hoc uideret, tunc tentare incepit. Nam dicitur in litera. Et accedens tentator dixit, ſcilicet, ante hoc non acceſſerat ad eum, ſed tunc nouiter acceſſit. Non ergo tulit ipſe eū, ſed ſpiritus ſuus. Item patet per Chryſoſtomum ſuper Matthæum dicentem. Ad homines enim diabolus uadit, vt tentet eos: quoniam autē aduerſus Chriſtum diabolus ire non poterat, ideo contra diabolum Chriſtus proceſſit. Item ab illo ſpiritu Chriſtus in deſertum ductus eſt, qui ſuaſit ieiunare. Hoc autem non ſuadet diabolus, ſed ſpiritus Dei: ideo non duxit eum diabolus illuc. Patet, quia ſi Chriſtus à ſolo diabolo ductus eſſet, vt tentaretur ab eo, & non duxiſſet eum ſpiritus ſuus, non curaſſet ieiunare, nec aliquid aliud facere, ſed mox vt fuiſſet in deſerto, ſi F diabolus eum non occuparet in tentationibus, ipſe rediret de deſerto, quaſi nihil habens, quid faceret. Et tamen manſit ibi quadraginta diebus ieiunans, & diabolus adhuc non tentabat eum. Ergo videtur, quòd ipſe habuit propoſitum ueniendi in deſertum, vt faceret hoc ieiunium, ergo non ductus eſt à diabolo. Item diabolus non habuit motiuum tentandi Chriſtum, niſi poſtquam eſurijt, poſt quadraginta dies, & ſi nunquam eſuriuiſſet, nūquam eum tentaſſet: ergo non duxerat ipſe eum in deſertum ad tentandum, ſed caſu inuenit occaſionē ad eum tentandum. Sic enim dicit Chryſoſto. ſuper Matthæum, ſcilicet, quia diabolus uidens per quadraginta dies Chriſtum ieiunātem deſperauerat: poſtquam eſurientē ſenſit, iterum cōpit ſperare. Chriſtus ergo à ſeipſo ductus eſt, & non à diabolo.

Ad primum argumentum concedendum, ꝙ diabolus non ſolùm tentat, ſed etiam tentationis oportunitatem inquirit, vt facilius uincat. Quod tamen diabolus antequam Chriſtum tentaret, nō fecit. Si enim eſſet purus homo, vt ipſe putabat, eum nō duceret in deſertum: ne dum ad hoc inductus eſſet, ſcandalizaret eum, & incuteret timorem, ita ut poſtea nulli tentationi conſentiret, vt ſupra dictum eſt. Ideo diabolus, qui aſtutus eſt, nō duceret ſic Chriſtum, etiam ſi poſſet. Et patet apertius, quia ſi diabolus Chriſtum duceret in deſertum, aut uiolenter eum duceret, aut ſuggereret ei, quòd illuc ire vellet ſub ſpe alicuius boni. Primum non ſtat, quia diabolus nō poſſet Chriſtum violenter ducere, quia minor erat. Item, quia etiam ſi diabolus potuiſſet, nullo modo faceret, quia Chriſtus ſic uiolēter ductus turbaretur terribiliter, & fieret extra ſeipſum: ſicut fieret de quolibet homine, ſi ſentiret ſe rapi per aerem: ideo poſtea timeret, & quidquid poſtea ſibi diceretur putaret eſſe fraudem, & nunquā aſſentiret tentationi. Si autem prius Chriſtum ad uolendum ire induxiſſet, iam ante deſertum tentatus eſſet, quia illa ſuggeſtio ad eundum eſſet tentatio. Non tamen fuit tentatus ante deſertum, & ieiunium: cùm dicatur hic, quòd ductus eſt in deſertum, vt tentaretur Chriſtus: ergo non fuit à diabolo ductus.

Ad ſecundum dicendum, quòd diabolus tulit Chriſtum illis duabus uicibus, de quibus in litera dicitur, & tamen non tulit eum in deſertum ante ieiunium. Ratio diuerſitatis eſt, quia poſtquam diabolus cepit Chriſtum tentare, uidit eum diſpoſitum, & qualiter ductum, & permitteret ſe portari à diabolo de loco in locum, & ſic portauit eum, quia hoc non impediebat tentationem, ſed potius adiuuabat. Et tamen antequam tentaret eum ſi uoluiſſet eum portare inceſſiſſet ſibi timorem: ideo nollet eum portare, etiam ſi poſſet, vt dictum eſt.

Quare dicitur, quòd Chriſtus ductus eſt, cum hoc uideatur violentiam ſignificare. Quæſt. III.

K QVAERITVR, Quare dicitur hic, ꝙ Chriſtus ductus eſt, quod uidetur ſignificare quandam uiolentiam, ſed deberet dici, ꝙ ipſe iuit.

Aliqui dicunt, ꝙ diabolus tulit Chriſtum in deſertum, & quia iſtud erat quaſi inuoluntarium, dicitur quòd ductus eſt. Dicendum ꝙ non ſtat, quia ſupra dictum eſt, quòd Chriſtus non fuit portatus in deſertum à diabolo, ſed a ſpiritu ſancto. Etiam, quia ſi diabolus debuiſſet portare eū illuc, non potuiſſet uiolenter portare, cùm eſſet minor Chriſto. Dicendum, quòd Chriſtus uoluntariè iuit in deſertum, & à nemine compulſus eſt, nec tractus. Litera etiam iſta non ſignat eum iuiſſe uiolenter. Pro quo ſciendum, ꝙ iſta differunt, ſcilicet, trahere, ducere, & ire: trahere eſt cum

cum abſolutè infertur alicui uiolentia, & portatur, ita vt reſiſtere nequeat, vel etiam quādo eſt coactio non abſoluta, vt ſupra, per timorem mortis, aut alios timores. Et tunc homo non deſiderans ire, nec ſimpliciter uolens ire uadit. Sic dicitur aliquis trahi ad iudicium, quia ſi non iuerit poſtquam fuerit uocatus, incidit in pœnam, & timore huius uadit. Et ſic dicitur trahi, vel compelli. Ducere eſt, quando quis nulla neceſſitate abſoluta, aut conditionata mouetur, ſed cum ratione conuictus, vel precibus, ac ſuaſione. Nam tunc a bono mouetur, & tamen uoluntariè mouetur. Sic dicit Seneca, quòd generoſus eſt animus hominis, & facilius ducitur, quàm trahatur, ideſt, facilius mouetur precibus, vel ratione, quàm uiolentia. Ire eſt, quando quis à nullo mouetur precibus, aut ratione, nec alio genere motus, ſed à ſeipſo ſolùm, & tunc uadit. De Chriſto non dicitur hic, quòd tractus eſt, quia nemo ei uiolentiam fecit, nec etiam quòd iuit, quia tunc omnino à ſe ipſo moueretur, & tamen motus fuit à ſpiritu, vt dicitur hic, ſcilicet, ductus eſt à ſpiritu: ideo debuit dici, ꝙ ductus eſt, & nō quòd iuit. Et dicitur à ſpiritu ductus, quaſi ſpiritus ſanctus ſuaſerit ei hoc facere. Non tamē intelligendum eſt, ꝙ ſpiritus ſanctus eſſet maior Chriſto, & ſic eum quaſi minorem moueret per imperiū, ſed accipitur per modum conſilij, quòd etiam ſit ab æqualibus, & à minoribus. Sic dicit Chryſoſtomus ſuper Matthæum, ſcilicet, ductus eſt à ſpiritu ſancto, non quaſi minor maioris præcepto. Non enim ſolùm ductus dicitur, qui alicuius poteſtate ducitur, ſed etiam ille, qui alicuius rationabili exhortatione placatur: ſicut ſcriptum eſt de Andrea, quòd inuenit Simonem fratrem ſuum, & duxit eum ad Ieſum. Ioan. primo. Sic etiam dicit Hieron. ſuper Matth. ſ. Chriſtus ducitur non inuitus, aut captus, ſed voluntate pugnandi, & iſtud ducere eſt aliquo modo ire, cùm ratio hominē mouet, quæ eſt ab intrinſeco, licèt præceſſerint præces, aut monita. Sic dicit Chryſoſt. ſuper Matth. ij. Ad homines enim Diabolus uadit, vt tentet eos: Quoniā autem aduerſus Chriſtum ire Diabolus non poterat, ideo contra Diabolum Chriſtus proceſſit. Sed obijcietur, quòd Chriſtus inuoluntariè motus eſt. ſ. violenter, quia Matth. 1. dicitur. Et ſtatim expulit eū ſpiritus in deſertum. Expellere tamen violentiam importat. Etiam Luc. dicit quòd agebatur a ſpiritu: quod etiam importat violentiam, quia agi, & agitari idem ſunt. Et tamen dicimus homines agitari a Diabolo, qui omnino violenter eos mouet, ita vt extra mentem ponat. Sic dicitur primo Reg. 10. quòd exagitabat Saulē ſpiritus nequam à Domino. Et iterum: Ecce ſpiritus Dei malus exagitat te. Dicendum, quòd Chriſtus non fuit motus a Dæmone, vt aliqui volunt propter iſta verba, ſcilicet agebatur à Spiritu, ſed motus eſt a Spiritu ſancto: & non violēter, quia non erat Spiritus ſanctus maior eo, qui poſſet ei violentiam inferre: etiam, quia nemo aliquem uiolenter eſt imperfectionis: maximè cum ad bonum monetur, quia imperfecti eſt violenter moueri ad bonū, quod per ſe appeti deberet. Hic tamen Chriſtus ad bonum ibat, ſcilicet ad ieiunandū, ad tentationem patiendum, Ipſe ergo ibat ſponte, & non cogebatur ab aliquo. Sed dici poteſt vno modo, quòd licèt iſta verba expellere, & agere videantur importare violentiam: hic tamen mitius interpretanda ſunt, cùm Matthæ. dicat, ductus eſt, quòd magis ſignat ſuaſionē, quàm violentiam. Et ſic neceſſe eſt, quòd alij Euangeliſtæ deducantur ad ſenſum Matthæi, vt per expellere, & agere ſignificetur ſolùm ſuaſio: vel Matthæus ducatur ad ſenſum aliorum: vt per ducere ſignificetur violentia: & vtrobiq; ponuntur termini improprie: quia tamen neceſſe eſt Euangeliſtas in ſenſu concordare, per quos Spiritus ſanctus locutus eſt:

A neceſſe eſt trahi iſtos ad illum, cùm in verbis videantur differre, vt in ſenſu non differant: hic autem iuſtius eſt alios ad Matt. trahi: quia litera Matthæi in cortice ſaniorem ſenſum facit quàm aliorum. Cum non conueniat Chriſto, quòd violenter aliquid egerit nec paſſus fuerit: cùm & ipſa mors ſua ab inimicis ſuis inflicta non fuerit omnino inuoluntaria: nec ad hoc tractus eſt, ſed oblatus, quia ipſe voluit. Iſa. 53. Aliter poteſt dici, quòd proprie loquantur omnes Euangeliſtę: & tamen Matt. dicit, quòd ductus eſt Chriſtus veruni dixit, quia ratio ſua eum duxit, cū videret, quòd Deus hoc volebat: & iuſtum erat hoc, velle quod Deus volebat. Quia tamen voluntas Dei neceſſariò impletur, & illa erat quaſi lex maximè reſpectu Chriſti hominis, qui uocatur minor patre, ideſt, tota Deitate, uidebatur quaſi teneri omnino Chriſtus ad hoc, qđ Deus volebat eum facere. Ideo licèt non fuerit uiolentia realis, nec ex lege, quia tamen Chriſtus homo mouebatur cognita uoluntate Dei, quæ in ſe abſolutè erat neceſſaria, dicebatur expelli, vel agi: non quidem neceſſitatus, ſed propter illud, quod neceſſariū erat ſponte motus. Et ſic Matthæus ſignificauit uerè conditionem iſtius motus in Chriſto. Luc. & Mar. ſignificauerunt conditionem illius principij propter quod Deus nunc mouebat, quod in ſe neceſſarium erat: licèt non moueret neceſſariò, quia Deus neminem cogit, cùm ipſe vult id quod Deus vult. Sicut dixit Seneca. Fata volentem ducunt, nolentem trahunt. Et uocauit C fata diuinam diſpoſitionem, quam alii uocant fatalem ſeriem. Chriſtus ergo omnino uoluntariè iuit. Sed dicetur, quare Chriſtus dicitur hic ductus eſt à ſpiritu, ſcilicet, ſancto, quia ſi accipiatur ducere, ideſt, perſuadere, non ſolùm nunc, ſed etiam in omnibus actibus ſuis Chriſtus ducebatur à ſpiritu ſancto, quia omnia erant per ſpiritum ſanctum. Dicendum ꝙ uerum eſt, quia Chriſtus nihil egit, niſi quòd tota Trinitas faciendum diſpoſuit. Et cùm iſtud faceret Chriſtus homo, dicebatur à ſpiritu ſancto duci, ſcilicet, per attributionem. Nam quandocūque homo à Deo mouetur, dicitur moueri per ſpiritum ſanctum. Vel poteſt accipi ſpiritu ſanctus pro tota Deitate, quia tota Deitas D eſt ſpiritus, & eſt ſanctus. Et iſte modus videtur conuenientior, quando dicimus aliquid fieri per ſpiritum ſanctum, ideſt, per Deum, qui ſpiritus ſanctus eſt: non diſtinguendo ibi aliquam perſonā. Cùm omnes operationes Dei ad nos pertineāt ſimul ad totam trinitatē: cuius opera ad extra ſunt indiuiſa, vt ait Augu. 4. de Trini. Cauſa autem quare dicitur hic Chriſtus ductus à Spiritu, & non in alijs actibus fuit. Primò, ut per hoc nos intelligamus quantum ad omnes alios actus. ſ. ut ponatur iſtud tanquam quædam clauſula generalis ad omnes actus Chriſti, ad quos debeamus eum credere ductum a Spiritu Sancto. Ideo ponitur hoc in principio actuum ſuorum: ut per hoc oſtendi poſſit ad omnia, quæ ſequuntur. Sed dicetur, quòd non fiat propter hoc: quia tunc debuiſſet poni in primo actu Chriſti. Ille autem fuit baptiſmus, quia nullum alium E fecit ante hoc poſtquam incepit cognoſci, & continuatè operari ſalutem noſtram. Dicendum uno modo, quòd baptiſmus Chriſti fuit antequam cognoſceretur. Nam poſt baptiſmum apparuit ſuper eum Spiritus ſanctus, & vox Patris audita eſt perhibentis de eo teſtimonium in præceden. cap. & Mar. 1. Et etiam poſt baptiſmum Ioannes oſtendit eum populo poſt illud teſtimonium Dei. Ioan. 1. Et ſic primus actus Chriſti poſtquam cognitus eſt, fuit quod iret in deſertū. Ideo hic potuit dici, quod ductus eſt à ſpiritu. Aliter, & melius dicendum, quod non dicitur de baptiſmo, quod ductus eſt à ſpiritu, ſicut dictum eſt nunc de deſerto, quia antequam Chriſtus veniret ad baptiſmum, licet

haberet

haberet ſpiritum ſanctum non cõſtabat, quod illum haberet, cùm in baptiſmo primò apparuerit ſpiritus ſanctus ſuper eum, & ex tunc conſtabat eum habere ſpiritum ſanctum. Ideo de actibus, qui ſequebantur poſt baptiſmum poterat dici conueniẽter, quòd à ſpiritu ſancto ductus eſt ad illos faciẽdum. Et ſic fuit hic. Secundò quantum ad principalem eſt alia cauſa, ſcilicet, quod Chriſtus ante hoc baptizatus fuerat, & ſpiritus ſanctus deſcenderat ſuper eum, & manſerit. Volens ergo ſcriptura ſignare, quomodo Chriſtus moue batur à ſpiritu ſancto, quẽ in baptiſmo ſuſcepiſſe viſus fuerat, dixit quod ductus eſt à ſpiritu. Hoc autem magis expreſſit Luc. dicens. Ieſus autẽ plenus ſpiritu ſancto regreſſus eſt à Iordane, & agebatur in deſertum à ſpiritu Luc. 2. Tertiò, & efficacius dicẽdum, quod ſpiritualiter dicitur hic Chriſtus motus à ſpiritu ſancto, vt intelligatur actus iſte laudabiliter, & diſcretè factus. Quia ſi non conſtaret Chriſtum eſſe Deum, non eſſet aliquis actus inter omnes actus eius, de quo magis poſſet quis Chriſtum arguere, quàm de hoc, ſcilicet, quia ipſe uoluit ire in deſertum, vt tentaretur, & ſic exponebat ſe periculo. Dementis tamen eſt ſe exponere periculo, ſed potius fugere debet. Ipſe tamen docuit nos à Deo petere, ne inducamur in tentationem. infra 7. Ipſe ergo videbatur indiſcretè agere inquirendo pericula. Nam etiam ad uiros fortes nõ pertinet mortem quærere, ſed cũ pericula ingruerint, illa fortiter & imperturbato animo tolerare: Vt ergo nemo poſſet prima facie ad hoc Chriſtum arguere, dixit ſcriptura, quòd ductus eſt à ſpiritu, ſcilicet, nõ factum eſt humana uoluntate, aut leuirate, ſed conſilio, & mandato Dei, cuius omne conſilium, & mandatum bonum eſt.

An fuerit conueniens Chriſtum tentari. *Quæſt. IIII.*

QVAERITVR, an conueniẽs fuit Chriſtum tentari. Quidam dicunt, quòd non, quia tentare eſt opus diaboli, cùm dicatur hic, & acceſſit tentator. Chriſtus tamen uenerat, vt diſſolueret opera diaboli 1. Ioan. 3. ſcilicet. In hoc apparet filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli. Sed non pertinet ad eundem diſſoluere opera diaboli, & illa pati. Chriſtus ergo nõ debuit à diabolo tentationem pati. Item tentatio eſt triplex, à carne, à mundo, & à diabolo, ſed Chriſtus non fuit tentatus à carne, nec à mundo, nec hoc legitur: ergo nec à diabolo tentari debuit.

Dicendum, quòd conueniens fuit Chriſtum tentari à diabolo propter multa. Primò, vt nobis contra tentationes auxilium ferret. Vnde dicit Gregorius in homilia: Non erat indignum Redemptori noſtro, quòd tentari uoluit, qui uenerat occidi, vt ſic tentationes noſtras tentationibus ſuis uinceret. Secũdò fuit hoc propter noſtram cautelam, vt nos tentationes cauere, & timere doceat: Vt nullus quantumcunque ſanctus ſe extimet ſecurum, & immunem à tentationibus. Et ideo poſt baptiſmum tentari uoluit, vt ſignificaret, ꝙ poſtquam homo ſanctificatus eſt, magis à diabolo, quàm prius tentandus eſt. Sic enim dicit Hilarius ſuper Matthæum, quòd in ſanctificatis maximè diaboli tentamenta graſſantur, quia uictoria magis ei eſt expetenda de ſanctis. Tertiò uoluit tentari Chriſtus propter exemplum, ſcilicet, vt nos inſtrueret qualiter diaboli tentationes uincamus. Iſtud autem fuit valde conueniens, quia Chriſtus fuit nobis magis perfectus ad omnem actum uirtutis. Neceſſarium eſt tamẽ de maximè neceſſarijs in nobis reſiſtere tẽtationi: tum quia difficile eſt, tum quia tota uita hominis eſt quædam tentatio, & repugnãtia ad tentationes. Sic dicitur Iob 7. ſcilicet: Militia eſt uita hominis ſuper terram. Et rectè ſuper terram, vbi alia litera habet. Tentatio eſt uita hominis. Et rectè conuenit, quia tentatio quædam militia eſt, cùm oporteat militare reſiſtendo ſemper tentationi ne ſuccumbamus. Et propter hoc Chriſtus non ſolùm uoluit ſemel, ſed pluries tentari, vt per plures actus ampliorem doctrinam nobis traderet tentationibus reſiſtendi. De hoc Auguſt. 4. de Trinitate ait, quòd Chriſtus ſe diabolo tentandum præbuit, vt ad ſuperandas tentationes eius mediator eſſet, non ſolùm per adiutorium, verum etiam per exemplum. Quartò uoluit tentari, vt nobis fiduciam de ſua miſericordia largiretur, ſcilicet, ꝙ ſicut ipſe tentatus eſt, & ſuperauit tentationes: ita & nobis auxiliũ dabat ad ſuperandũ illas. Vnde dicitur ad Hebr. 4. Non habemus pontificẽ, qui non poſſit cõpati infirmitatibus noſtris, tentatũ per omnia pro ſimilitudine abſque peccato. Et per hoc Chriſtus dedit nobis confidentiã, ꝙ poſſemus uincere tentationes dicens: Confidite, quia ego uici mundum, ideſt, Confidite, ꝙ vincetis mundũ, ſtatim exteriorem ſuggeſtionem, & nihil ſit in corde eius, qui tentatur. Sed poteſt manere omnino eo tranquillum exiſtente exterius praua ſuggeſtione. Interpretatio autem, quæ eſt à carne non poteſt eſſe ſine peccato, quia iſta eſt uerè intra nos, cùm non ſit ab aliquo extrinſeco, & iſta eſt per quoddam deſiderium, vel delectationem ſurgentem in nobis, & incipientem fieri cum ad opera carnis tentamur. Chriſtus autem fuit tentatus ſine peccato: ideo tentationem carnis ſuſtinere non debuit. Non tamen eſt intelligendum, quòd illa tentatio ſit peccatum, ſcilicet, conſumatum, per quod nos Deo rei conſtituamur, & efficiamur inimici eius, cùm non ſit in poteſtate noſtra non tentari. Sed dicitur peccatum, ideſt, defectus quidam, vel inordinatio, quia inſurgit deſiderium illud, vel delectatio contra rationem, & ſic eſt deordinatio. Nam uires inferiores ſuperioribus ſubditæ debent. Cùm uerò fit tentatio non eſt ſic: quia rebellant uires inferiores: quia caro ibi concupiſcit contra ſpiritum, & ſpiritus contra carnem ad Gala. 5. Iſtud autem in Chriſto non fuit. Iſta enim deordinatio, licèt non ſit contra iuſtitiam gratiæ, & uirtutum: eſt tamen contra iuſtitiam originalem, ſecundùm quam omnes inferiores uires ſuperioribus ſubditæ eſſe debent. Chriſtus autem neutram iſtarum deordinationum habere uoluit: ideo non debuit tentari a carne. De tentatione, quæ eſt a mundo idem dicendum eſt, ſcilicet, quòd fit ſine peccato, ideſt, ſine quadam deordinatione intra nos. Nam mundus non eſt aliquid reale, quod habeat uim agendi in tentando nos: ſed dicitur homo tẽtari a mundo, quando in homine mouetur deſiderium alicuius rei earum, quæ in mundo ſunt, ideſt bonorum fortunæ, quæ propriè dicuntur eſſe in mundo, vel dicuntur eſſe mundus, ſcilicet honoris, potentiæ, diuitiarum, & ſimilium. Tunc enim homo uerè ſeipſum tentat, uel tentatur ab aliquo, quod eſt intra ſe ipſum inſurgente in nobis concupiſcentia iſtarum rerum. Et de hac tentatione dicitur Iacobi 1. ſcilicet. Nemo, cùm tentatur dicat, quoniam a Deo tentatur: ipſe enim neminem tentat: unuſquiſque uerò tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Iſta tentatio peccatum quoddam eſt, quia eſt deordinatio in uiribus noſtris, ut ſupra diximus: Ideo in Chriſto non fuit. Tentatio autem Diaboli non dicit aliquam deordinationem in homine: cùm ſolùm ſit exterius, & poſſit homo habere cor ſuum omnino tranquillum, & uires inferiores obedientes ſuperioribus exiſtente tentatione diaboli grauiſſima extrinſecus. Et hoc uerum eſt, antequam homo incipiat aliqualiter conſentire tentationi diaboli. Quia tunc ipſa interius cauſatur deordinatio quædam, & incipit eſſe verum peccatum. In tentatione autem carnis, & mundi etiam antequam ſit offenſus aliquis homo ad tentationem, eſt deordinatio in uiribus noſtris: quia ipſa tentatio nihil aliud eſt, niſi cum inferiores uires inciplunt ſuperioribus actualiter repugnare: & iſta eſt tentatio, & deordinatio uirium: & tamen peccatum nullum eſt, ſcilicet, ꝙ ſit contra charitatem, vel uirtutem: ſed eſt peccatum, quod eſt contra ordinem naturalis iuſtitiæ. In tentatione autem diaboli ante conſenſum, nec eſt peccatum contra charitatem, nec contra originalem iuſtitiam: ideo iſta eſt omnino ſine peccato, & illam Chriſtus ſuſtinuit. Aliter poteſt dici, ꝙ Chriſtus non fuit tentatus a carne, nec a mũdo: quia iſtud fit per paſſiones partis affectiuæ, uel rationis inferioris inſurgentis in nobis. In Chriſto autem non fuerunt paſſiones illę: ſed paſſiones ſolùm. Paſſiones quidem ſunt quidam motus aliquando contra uoluntatem, & aliquando præter uoluntatem facti, qui conturbant ſtatum rationis circa agibilia, tollendo rectam opinionem prudentię, ut patet. 6. Ethi. c. de prudentia. Et iſtæ non fuerunt in Chriſto. Sunt autem paſſiones, quia motus iſtarum partium facti per imperium rationis, vt ſiquando Chriſtus uolebat triſtari, & gaudere, uel turbari iubebat parti effectiuę, & fiebant iſti motus ad ſimilitudinem paſſionum. Non erant tamen uerè paſſionales motus, quia incipiebant ſolùm ad imperium rationis, & deſinebant ea iubente, & non creſcebant, niſi quantum ipſa iubebat. In nobis autem totum eſt ex oppoſito: quia nec principium, nec finis motus paſſionalis nec augmentum eius, eſt in poteſtate noſtra: immo interdum etiam ſi uelimus iraſci, & incipiat ira uoluntariè, non eſt in poteſtate illam omnino frenare: quia creſcit pluſquam uolumus, & non ceſſat ita cito ut uolumus. Ad hoc autem, ꝙ quis tentetur neceſſe eſt, ꝙ aliquid fiat contra id, quod ipſe ſimpliciter

vult: quia aliàs tentatio non eſſet pugna: ideo non poteſt fieri tentatio niſi per ueras paſſiones. In Chriſto autem non erant paſſiones, ideo non poterat tentari a carne, nec a mundo: quæ tentatio per ſolas paſſiones fit. Paſſiones autem tentationem non faciunt: cũ non inſurgant niſi uolente ratione, & quãdo illa uult, & quamdiu uult, & quantum uult. Ideo iam nõ eſſet tentari ad aliquod, ſed ſimpliciter iſtud uelle. A diabolo autem non requirebat ullam paſſionem tentari: ideo a diabolo tentari potuit: a carne uerò, & a mundo tentari propriè non erat poſſibile. Hoc innuit Gregorius in quadam homilia, dicens, Sciendum nobis eſt, ꝙ tentatio tribus modis agitur. Suggeſtione, delectatione, conſenſu: & nos cum tentamur plerumque in delectationẽ, aut cõſenſum labimur: quia de carnis peccato propagati in nobis ipſis gerimus, unde crimina toleramus. Deus uerò, qui in utero uirginis incarnatus, in mundũ ſine peccato uenerat, nihil contradictionis in ſemetipſo tolerabat: tentari quidem poterat per ſuggeſtionem: ſed eius mentem peccati delectatio non momordit: Atque ideo omnis illa diaboli ca tentatio foris non intus fuit. Aliquis ergo dicet: ſi Chriſtus a carne, & mundo tentatus non eſt, non potuit nobis dare ſufficientem doctrinam de tentatione toleranda, ſaltem exemplariter, cùm maior tentatio regulariter ſit a carne, quàm a diabolo, quoniam monemur ab eo, quod nobis magis intrinſecum eſt, & naturale. Quæ autem ſit ſimpliciter earum maior infra dicetur. In tentatione ergo carnis Chriſtus nos per exemplum inſtruere debuit. Dicẽdum, ꝙ Chriſtus nos inſtruxit exemplo in hac tentatione: quia licèt ipſe a carne, & mundo tentatus non eſt, ad ea tamen, quæ ſunt carnis, & mundi per diabolum tentatus eſt. Patet hoc, quia prima tentatio ſua fuit ad ea, quæ carnis ſũt, ſcilicet ad deſiderium cibi, vt de lapidibus panem faceret, & comederet. Tertia autem fuit ad ea, quæ mũdi ſunt, ſcilicet, ad deſiderium poteſtatis, & honoris, & diuitiarum, cùm diabolus oſtendit Chriſto omnia regna terræ, & gloriam eorum, & dixit, omnia hæc tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Nõ fuit tamen a carne, nec a mundo tentatus, quia caro, & mundus, ideſt, concupiſcentia mundana, non ſuſcitauerunt intra eũ iſtas tentationes, ſed diabolus exterius ſuggerebat. Satis autem per hoc doctrinam nobis dedit reſiſtendi tentationibus carnis, & mundi, cùm eas toleraſſet, & repellerit. Quod autem ille pateretur eas a mundo, & a carne, ideſt, ab intrinſeco, ſicut nos patimur, nihil differebat quantum ad doctrinam reſiſtendi illis, quã Chriſtus nobis tradere uoluit.

Quare Ieſus ductus fuerit in deſertum, ut tentaretur: cùm poſſet alibi tentari. *Quæſt. V.*

QVAERITVR, quare dicitur ꝙ Ieſus ductus eſt in deſertum, ut tentaretur, quia etiam poterat alibi tentari. Dicendum ꝙ Matth. expreſſit hic unam cauſam, quare Chriſtus iuit in deſertum, ſcilicet, ut tentaretur, multæ tamen fuerunt: Nam Chriſtus ſæpe ſecedebat in deſertum ſeparando ſe a turbis propter multa. Primò propter exemplum, quod dare intendebat prædicantibus. Nã Chriſtus nunc prædicare intendebat, ideo voluit omnia facere, quæ prædicatores facere deberent antequàm prędicarent, & etiam poſtquam prędicare cæperunt. Prædicator enim debet interdum particulariter exaudire eos, qui conſilia petunt in eis, quæ ſpiritualia ſũt: & debet etiam interdum abſtrahere ſe a populo. Primo propter auctoritatem uerbi Dei. Quia ſi prędicator fuerit familiaris populo, contemnetur uerbum

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius,cùm familiaritas nimia generaliter contemptum pariat,& maximè apud indoctos uiros,& paruæ uirtutis:qui ea,quæ insolita sunt, & rara apud eos iudicant esse aliquid excelsum,& supra se:quod uerò in assiduã venerit conuersationem pro nullo reputant. Ideo cuilibet,qui uult honorare uerbum Dei in ore suo,necesse est multum se sequestrare a conuersatione populi, scilicet,ut populus non uideat ea,quæ ille agit. Non quidem solùm,ut defectus illius non agnoscat: sed etiam, ut cp uiderint melius esse putent. Solent enim homines & maximè indocti ea, quæ non uident magna arbitrari in eo potissimè, qui exterius aliquam boni imaginem præfert. Secundò, ut per conuersationẽ non contrahat mores populi. Communitas enim imperfecta est, perfectio autem immo aliqua uera bonitas apud paucissimos est. Est autem naturale cp quis contrahat mores illorum,cum quibus assidue conuersatur. Vt ergo prædicator non contrahat mores populi, qui imperfecti sunt, debet a populo sequestrare se:quantum ad multam,siuem communem conuersationem. Tertiò quia si prædicator assidue, aut multum conuersetur cum populo,necesse est, cp mores sui,& populi sint similes:quia inter dissimiles impossibile est grata,& iucunda communicatio. Ideo dicitur 8.Ethic,cp inter amicos oportet esse similitudinem,& æqualitatem. Tunc ergo,ut iucunde prædicator communicet cum populo in assidua,& magna communicatione:necesse est,cp aut prædicator descẽdat ad mores populi,aut populus ascendat ad mores prædicatoris. Difficile est autem,cp imperfecti ascendant ad altos mores,quales debent esse prædicatoris: maximè autem,vbi est multitudo. Nam unum imperfectum ad perfectionem duci non erat ualde difficile,multitudinem tamen,seu populum ad hoc ascendere non est contingens; descendere autem cuilibet facile est etiã perfectissimo: cùm nulla sit in descendendo difficultas. Si ergo prædicator assiduè, uel multum conuersetur cum populo,necesse est, & uerisimilius eũ descendere ad mores populi,quã populum ascendere ad mores eius,quia facilius est. Hoc tamen debent cauere prædicatores; ideo assidua,uel frequens cum populo cõicatio est eis ualde nociua. Quartò,quia uita prædicatoris est mixta ex actiua,& contemplatiua. Contemplatio autem solitudinem requirit. Ideo a populo aliqualiter cauendum est. Qui uerò assiduè conuersatur ad populũ, licèt prædicet: solam actiuam uitam agere vult. Vnde officium, & statum prædicatoris non integrum gerit. Quintò est utile hoc prædicatori,quasi ex necessitate. Nam quæ prædicat,oportet ut consideret in lege Dei die ac nocte,ne conuertatur ad fabulas inanes. Sic suadet Apostolus Tim. 1. in sacris literis stude, quæ possunt hominem instruere dicens, cp omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum ad arguendum ad corripiendum ad erudiendum in iustitia 2.ad Tim.3. Ideo suadebat ei Apostolus, cp instaret lectioni,& obsecrationi: obsecrari tamẽ pertinet ad prædicatores: ideo etiam lectioni instare. Istud autem impeditur ex populari cõicatione, ideo illa prædicatori fugienda est. Vt ergo Christus instrueret prędicatores se a populo sæpe segregare, ipse quoque in desertum iuit. Secundò Christus interdum ibat in desertũ propter corporalem quietem. Quia cùm manebat inter turbas,sæpe non concedebant ei locum ad necessariã refectionem. Et sic Christus dixit semel discipulis: Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum Mar.6.& datur ibi causa. 1. erant enim qui ueniebant,& redibant multi,nec manducandi spatium habebant. Et in hoc etiam prædicatores instruuntur, ut si eos interdum populus propter deuotionem in opeF

ribus spiritualibus frequentet & uexet, ita ut non sit eis locus ad necessariam corporis quietem,quòd subtrahant se paululum a plebe, etiam si propter sola spiritualia opera ad eos fiat concursus, cùm Christus ex hoc se subtraxerit a plebe, quæ eum propter solum uerbum Dei frequentabat. Magis tamen necessaria est ista subtractio ad tempus cuilibet prædicatori,quã Christo: cùm ille posset ex potentia deitatis supplere defectus corporis nullam quietem, uel refectionem sumendo,sicut nunc,cùm quadraginta diebus sine cibo mansit. Nemo autem nostrum talia facere potest, nec tentare fas est. Ideo necesse est nobis corpori indulgere ad quietem suam, & refectionem. Et hoc Christus ostendit iterum Mar.3. cùm esset in domo, & uellet cibum sumere, & turba non permittente, quæ eum quærebat uidere,& audire,exiuit ipse ad turbam. Et tunc discipuli putantes hoc rationabiliter fieri, tenuerunt,& ipse assensit illis quasi iuste agerent,& comedit dimissa turba,cùm dicitur, Et ueniunt ad domum, & conuenit iterum turba, ita ut non possent neque panem manducare. Et cùm audissent sui exeG

runt tenere eum. Dicebant enim,quoniam in furore uersus est. Tertio Christus aliquando recedebat in desertum segregans se a turbis propter orationem, ut inde dam mentis in Deum,& eleuationem. Et istud imperditur si homo se distrahat ad alia. Quod tamen fieri necesse est, cùm homo manserit inter multos. Ideo conuenientior locus est ad orandũ in loco segregato. Et sic Christus ibat in montes, & deserta. Sic patet Luc.6.scilicet; Factum est in illis diebus exiit in montem orare,Et erat pernoctans in oratione Dei. Erdit ibi Ambrosius super Lucam,quòd per hoc Christus ad concepta uirtutis suo nos informat exemplo. Et istud etiam conueniebat in præsenti. Voluit enim Christus esse in deserto hoc tempore: ut ibi liberius, & amplius orationi uacaret,quod satisfacere potuit in quadraginta diebus. Quartò faciebat hoc Christus, vt suo exemplo nos doceret fauorem humanum uitare,scilicet,cp non uellemus facere omnia magna,quæ faceremus ad captandum fauorem plebis,& honorem. Vnde Chrysostomus super Matth.5.scilicet,videns Iesus turbas ascendit in montem, dicit, cp non in ciuitate,& foro, sed in monte,& solitudine sedens eradicat nos nihil ad ostentationem facere, & a tumultibus abscedere; & maximè cùm de necessariis disputare oporteat. Istud etiam conueniebat in præsenti: quia Christus fecit hic opus admirãdũ. 1. cp quadraginta diebus sine cibo manserit. Si autem hoc faceret coram populo,magnam de se opinionẽ sanctitatis,& diuinitatis gigneret. Vt ergo nos in altissimis rebus nostris fauorem plebis non quæramus, sed soli Deo intra cor nostrum placere studeamus, Christus istud factũrus a plebe recessit: ut sic nemo opus suum uideret,& uanam laudem inde consequi posset. Quintò Christus iuit in desertum nunc propter ieiunium, quia nihil in istis diebus facturus erat nisi ieiunare, & orare. In hoc autem inter populares prodesse nihil poterat, sed potius impediretur, quia aliqui urgerent eum ad sumendum cibum, si uiderent tot diebus sine cibo manere. Propter turbas discipuli tenuerunt eum dicentes: quoniam in furore uersus est. Matth. 3. a fortiori ergo urgerent eum ad cibum, & preceparent, si tot diebus incibatus maneret. Et maximè nunc, quia bene discipuli tenuerunt, cùm multa miracula fecerat, per quæ clare patere poterat eum esse Deum, & patet ex processu Marci a principio usque ad medium tertii capituli, ubi istud dicitur; nunc autem nullum adhuc miraculum fecerat: ideo magis nunc teneretur, & urgeretur ad cibum capiendum, & diceretur, quòd in furorem versus erat. Cùm ergo Christus habuerit propositum ieiunandi quadraginta diebus,fuit sibi valde conueniens sequestrare se a turba exeundo in desertum ad istud ieiunium. Sextò fuit conueniens hoc, vt Christus per ieiunium suum ostenderet nobis modum ieiunandi, quia ieiuniũ ad quandam afflictionẽ carnis inducimur,& ideo non solùm homo à cibis abstinere debet,sed etiam à cæteris delectationibus. Patet hoc de ieiunio diei propitiationis, in qua Deus iubebat,quòd Iudæi affligerent animas suas. Leui.16. & 23. Ideo Iudæi non solùm abstinebant à cibis,sed etiã ab omnibus delectationibus: cùm Deus dixisset: omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hoc, peribit de populis suis. Et sic in ieiunio etiam ab alijs delectationibus,quæ aliàs licita sunt homo abstinere debet,saltẽ de honestate, vel ad perfectionem ieiunij, scilicet, à planctu, & cantu, & similibus, & iucunditate collocutionum. Et ob hoc Ecclesia temporibus ieiuniorum, sicut in quadragesima cessat à quibusdam canticis lætitiæ, & non cantat in organis, & vasis musicis, sicut alijs temporibus. Ad hoc autem significandum conueniens fuit, quòd Christus iret ad ieiunandum in desertum, vbi nullum bonum est ad humanam iucunditatem, immo etiam omnia necessaria desunt. Septimò fuit in desertum specialiter propter tentationem, sicut Matth. dixit, scilicet, quòd ductus est in desertum, vt tentaretur a diabolo. Et quia Adam à diabolo superatus eiectus est de Paradiso in istum mundum, qui vocatur desertum, conueniens fuit, quòd Christus diabolum tentantem in deserto superaret. Sic dicit Ambro. super Luc.5. Agebatur Christus in desertum mysterio, vt Adam de exilio liberaret, qui de Paradiso in desertum eiectus est. Aliter inducit Glo. istud desertũ dicẽs, quod fuit desertum inter Ierusalem, & Iericho, vbi le homo incidit in latrones, de quo Luc. 10. qui gerebat figuram Adæ, & à dæmonibus conuictus est. Conueniens ergo fuit, vt ibi Diabolum Christus superaret, vbi diabolus hominem sub figura superasse dicitur est. Octauò iuit in desertum magis propriè, ppter tentationem, scilicet, vt diabolus maiorem opportunitatem inueniret ad tentandum eum in deserto, quàm si inueniret in vrbibus. Et hoc est, quia diabolus maxime tentat hominem quando eum solum inuenit. Sic ait Chryso. in quadam Homilia, scilicet. Tunc autem maximè instat diabolus ad tentandum: cùm viderit sine viro eam inueniens. Vnde & sic per hoc etiam diabolo datur occasio tentandi, quòd ducitur in desertum. Ista est causa, quare solitudo omnimoda non est nisi pro viris perfectis: minores autem non possunt illam sustinere, & incidunt in multa pericula. Et sic recte dixit Aristot. 1. Politic. quòd homines agentes vitam solitariam, aut sunt Dij, aut sunt bestiæ, ideſt, aut sunt omnino perfecti accedentes ad naturæ Dei imitationem, aut sunt omnino bestiales periculorũ ignari, & sequeri in seipsos bonorum insensibiles. Sunt autem in hoc multa damna, & ista cauentes patres antiqui nõ permittebant alicui tenere vitam Eremiticam omnino solitariam, nisi prius virtus eius in cænobijs probata existeret, & tunc de mandato, aut licentia maioris designabantur, qui in solitudinem irent siue ad tempus, siue in perpetuum.

Primum autem damnum solitarij est facilitas succumbendi tentationi. Nam, qui solus est, si à dæmone tentetur, non habet à quo consilium petat, & facile capitur. Cùm vero multi sunt, & tentatio unius alteri exponitur, subuenitur, & dæmon fugit uidens, quòd non fateat eius fraus. Propter hoc dicitur Eccl.4. Væ soli, quia si ceciderit non habet subleuantem. Si quispiam prævaluerit contra unum, duo ei resistent. Et quanto plures fuerint, tanto firmius per eorum consilium tentatio dissipabitur. Ideo dicitur ibi: Funiculus triplex difficile rumpitur, ideſt, quando tres fuerint, nõ poterit quis irrumpere in eos, nisi cum difficultate. Et propter hoc patres antiqui in Aegypto rectores cœnobiorum instituebant, quòd cùm quis de monachis tentaretur mox maiori suo tentationem reuelaret. Et sic subueniebatur ei. Et repertum est fuisse istud valde vtile documentum.

Secundum incommodum est tristitia, quia vita solitaria naturaliter est homini tristis: cùm enim homo sit animal politicum naturaliter, ut patet, 1. & 2. Poli. est quodammodo contra naturam solitarium viuere. Omne tamen quod contra naturam est, triste est: quia est violentum: ideo difficilè est tolerari, nisi viro perfecto, qui iam quasi mutauit naturam in virtutem subiectis sibi omnibus desiderijs. In viris autem imperfectis ista tristitia causat desperationem, & faciles sunt homines ad omne malum.

Tertium est difficultas resurgendi à peccato. Nam si quis solitarius semel tentationi succubuerit, non habet qui eum subleuet, vel per consilium, aut exortationem, aut exemplum, vel alios modos quibus homines redeunt ad cor. Et de hoc propriè dicitur Ecc. 4. Væ soli, quia si ceciderit, non habet subleuantem. Et sic est vita periculosa, quia facile est dæmoni hominem, quem sic semel deceperit, ducere in gehennam.

Quartum est, quia solitario non est facile totũ tempus ordinate expendere. Cùm non habeat cui vacet. Cùm autem quis inter alios conuersatur, interdum ipse apud alios, & sæpe alij apud illum ipsum occupant, & non solùm sibi, sed etiam eis, quæ ad proximũ sunt vacare quis potest: Cùm vero solitarius est sibi soli intendere necesse est. Quod tamen quis semper sibi intendat non est facile, tum quia non occurrunt solitario tanta circa seipsum, quibus semper occupari debeat: tum quia etiam si hoc accideret, difficile esset homini hoc facere, quia semper ad idem attendere tædiosum nimis est: etiam si illud bonum excellens sit,& delectabile. Et hoc quia, vt ait Arist. 7. Ethi. in fine, natura nostra non est pieikes. i. iusta, uel bene ordinata. Ideo dicit, cp non gaudet semper eadem delectatione, sed mutationem desiderat,& illa est delectabilis. Qui autem circa seipsum solum versatur, necesse est in hoc tædium concipiat. Est autem verum, quòd ad istam solitariam vitam occupatio in literis valde prodest: tum quia de tempore multum sic,& honestè expendi potest, tum quia talis occupatio secundùm se delectabilis est ei, qui de hoc indispositus non est. Et propter hoc dicitur, quòd otium sine literis mors est, ideſt, Vita solitaria, quæ otium dicitur. Et tamen hoc non sufficit, quia ipsa occupatio in literis si multum assidua est tædium parit. Quia dicitur primo de Anima. ex multum speculari marcescit animal corrupto quodam interius, ideſt, propter defectum, qui fit in organo phantastico, & corruptionem partium tenerarum ex ardore quodam consequente ad multum, vel intente speculari.

Quintum est, quia difficile est homini cogitare circa se ipsum longo tempore, nisi sit perfectus valde. Nã intellectus hominis pp suam actualitatem quiescere nescit in vigilia. Vnde si homo non offerat ei aliqd specialiter cogitandũ circa quæcũq; occurrentia variè, & instabiliter cogitabit. Si aũt homo solitarius fuerit nihil habet de quo cogitet nisi seipsum,& actus suos. Si autem ipse habeat in se aliquid excellens, circa quod versari possit aliquãdiu manebit, sine tristitia ĩ hac co-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gitatione. Si autem homo in ſeipſo nihil excellens reperit, triſtatur de ſeipſo cogitando: maximè, quando nihil niſi malum inuenit in ſeipſo. Nam tunc non triſtatur ſed etiam horret de ſeipſo cogitare, & ſeipſum fugit. Sic oſtendit latè Ariſt. 9. Ethic. dicens quomodo homo conuiuat ſibi ipſi, & quòd non poſſint mali ſibi ipſis conuiuere: quia in ſe nihil inueniunt, niſi quod fecerunt. Et eſt eis triſte cogitare ſola ſcelera, quę fecerunt: ideo fugiunt ſeipſos, & apud alios manere uolunt: ut cùm illis exiſtentes non recordentur de ſeipſis. Et ſic aliquid iucundum habent. Quia tamen neceſſe eſt aliquando ad ſeipſos redire, triſtantur ualde de ſeipſis cogitantes. Ideo interdum aliqui, qui ad magnam malitiam perueniunt, memores iniquitatum ſuarum, & non potentes illam cogitationem euitare, in qua ualde torquentur, interimunt ſeipſos, ut dicitur ibidem. Soli autem boni ſunt, qui ſibi ipſis longo tempore conuiuere poſſunt, quia delectabiliter cogitant de ſeipſis, memores operum bonorum ſuorum præteritorum, & de futuris meliorẽ ſpem habentes. Eſt igitur difficile ualde manere ſolitarium, & maximè propter iſtud, quod nunc dictum eſt de conditione intellectus noſtri. Soli ergo uiri perfectiſſimi in hoc poſſunt, qui totaliter in Deum tranſlati ſunt, & inueniũt apud ſe ſemper delectabilia, quæ cogitent: uel uiri omnino beſtiales, qui nihil penitus cogitant: nam hi ex hac parte non affliguntur: licèt aliunde ſolitudo eis odioſa ſit, quia ibi ad ſatiandum uentris lacunam, quod ſolùm bonum tanquam pecora putant, locus non eſt. Sed hi parum a beſtiis differunt: de quibus, cùm de hominibus loquamur ſilendum eſt, quia infra dignitatem ſpeciei humanæ ſunt. Eſt ergo deſertum propter prædicta tentationibus opportunitatem præbẽs. Nonò & magis in ſpeciali Chriſtus in deſerto tentari uoluit, quia aliter tentatio ſua prima locum non haberet. Nam cùm eſuriret, dixit ei diabolus: Dic ut lapides iſti panes fiant. Et hoc erat propter neceſſitatem ciborum, & impoſſibilitatem habendi eos in loco. Si tamen Chriſtus fuiſſet in urbibus, etiam ſi eſuriret, non poſſet eum diabolus tentare de hoc. Ideo fuit conueniens quòd iret in deſertũ. Aliæ cauſæ ad hoc aſſignari poterant: iſta tamen ultima eſt præcipua, & quam Matth. intendit. Cùm dixit quòd ductus eſt in deſertum Ieſus, ut tentaretur a diabolo, ſcilicet, quia erat ibi opportunitas tẽtationis ubi erat inopia panis.

An fuit conueniens, quòd Chriſtus tentaretur in deſerto.
Quæſt. VI.

QVAERITVR, an fuit conueniens, ꝙ Chriſtus tentaretur in deſerto. Quidam dicunt, quòd non: quia Chriſtus tentari uoluit, ut nobis ad reſiſtendum tentationibus doctrinam traderet. Melius tamen hanc traderet in urbibus, ubi tentatio iſta uideretur, quàm in deſerto, vbi nullus uidebat, ergo non debuit in deſerto tentari. Item ſi Chriſtus iret in deſertum, exponebat ſe maiori tentationi, quàm in urbe pati poſſet: Nemo tamen ſe debet exponere tentationibus: ergo magis in urbe tentari debuit.

Dicendum, quòd conueniens fuit Chriſtum tentari in deſerto propter cauſas expreſſas in præcedenti quæſtione, & etiam, quia ut ait Ambr. ſuper Luc. Chriſtus agebatur in deſertum conſilio, ut diabolum prouocaret. Nam niſi ille certaſſet non mihi uicifſet: myſterio, ut Adam de exilio reuocaret, uel liberaret, qui de paradiſo in deſertum eiectus eſt: exemplo, vt oſtenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere. Fuit etiam hoc propter imitationem. Quia cùm Chriſtus in deſertum uadit, hortatur nos in deſertum exire, & cum diabolo contendere. Nam quodlibet opus bonum, & arduum in deſerto eſt, ut ait Chryſo. ſuper Matth. Ad primum argumentum dicendum, quòd Chriſtus proponitur omnibus nobis in exemplum per fidem, iuxta illud ad Hebræ. 12. ſcilicet, Aſpicientes in auctorem fidei, & conſumatorem Ieſum. Fides autem ex auditu eſt, & non ex uiſu. ad Roman. 10. immo fides, quando uiſum recipit non eſt tanti meriti. Io. 20. Quia uidiſti me, credidiſti, beati qui non uiderunt, & crediderunt. Tentatio ergo Chriſti proponitur in exemplum nobis, non tanquam uiſa, ſed tanquam credita. Et hoc ſatis eſt, quia non oportebat, quòd omnes homines eam uiderent, ut per eã inſtruerentur, ſed quòd omnibus narraretur. Nam & nihil de aliis, quæ credimus, uiſum eſt ab omnibus, ſed omnibus narratum eſt. Sunt tamen quædam opera Chriſti, quæ licèt non ſint neceſſe uideri ab omnibus credentibus, ſunt tamen neceſſe a quibuſdam uideri, ut fides introduceretur. Et ſic ſunt omnia illa, per quę Chriſtus oſtendebat poteſtatem ſuam: ſicut fuerunt opera miraculorum, uel ucritates aliquorum articulorum credẽdorum. Sicut, quòd Chriſtus mortuus fuerit, & reſurrexerit, & ita de ſimilibus. Illa autem, quæ non pertinent ad ſolam doctrinam moralem, non erat neceſſe, ꝙ ab aliquo uiderentur: ſed ſolùm ꝙ narrarentur, ita ut credi poſſent ab illo eſſe facta. Et ſic fuit de tentatione Chriſti: quia cùm nobis conſtet per fidem quid eſt, in quo Chriſtus tentatus eſt, & quomodo uincentem ſtitit, nihil differt, ꝙ aliquis iſtud uiderit ſicut nemo: quia hic non principaliter quæritur an illud fuit, ſed quomodo fuit. Aliter reſponderi poteſt, quòd etiam ſi Chriſtus uoluiſſet tentari in urbe, nemo uidere poterat hanc tentationem; quia diabolus non appareret Chriſto, nec loqueretur coram aliis, ne uideretur, & imperditur: ſed ſoli loqueretur. Ideo ubicunque eſſet, neceſſe erat tentationem iſtam ſecretè agi. Et nunquam diabolus aliter tentauit quemquam hominũ: ſed ſemper in occulto tentat, ſiue per ſolam ſuggeſtionem, ſiue apparendo exterius. Et ſic conueniens fuit Chriſtum in deſerto tentari: quia nullus poterat habere doctrinam ex illa tentatione uidendo eam, ut dictum eſt. Ad ſecundum dicendum, ꝙ fuit maior opportunitas tentandi in deſerto: & tamen non fuit malum quærere illam, ut dicetur ſequenti quæſtione.

An omnes tentationes Chriſti fuerunt in deſerto.
Quæſt. VII.

QVAERITVR, an omnes tentationes Chriſti fuerunt in deſerto. Aliqui dicunt, quòd ſic, quia dicitur ſupra in litera, quòd ductus eſt Ieſus in deſertum, ut tentaretur a diabolo. Dicendum, quòd hic ponuntur tres tentationes, & duæ earum factæ ſunt in deſerto, ſcilicet, de lapidibus conuertendis in panes, & de oſtenſione omnium regnorum terræ. Alia autem, ſcilicet, ut ſe præcipitaret de pinnaculo, fuit in Ieruſalem: quia iſtud erat pinnaculum templi, ut dicitur in litera. Aliqui dicunt, quòd omnes tentationes fuerunt factæ in deſerto, cùm dicatur in deſertum ductus, ut tentaretur. Et cùm obiicitur de pinnaculo templi, dicunt, quòd illa ductio in Ieruſalem non fuit realis ſed imaginaria, ſcilicet, ut debatur Chriſto ꝙ ducebatur in Ieruſalem, & tamen non ducebatur. Dicendum, ꝙ non eſt uerum, ſed quia illa ductio fuit verè realis. Primò, quia ſi dicamus illam fuiſſe imaginariam, dicemus omnes fuiſſe imaginarias, cùm litera de illis æqualiter loquatur. Nemo tamen concedit omnes iſtas fuiſſe imaginarias viſiones, ideo nec iſta debet concedi imaginaria. Secũdo qa in modo literæ manifeſtè apparet, ꝙ omnes iſtę tentationes fuerint realiter factæ. Ideo eſſet diſtorquere ſenſum literæ, & prætiaricari eam, aſſerendo ꝙ fuerit viſio imaginaria: maximè quia eſt regula, ꝙ nũquã debet dici aliquid factum eſſe imaginarium, niſi quando conſtet neceſſariò. Nec alicubi credenda eſt antici patio, uel recapitulatio, niſi ratio urgeat illud dici: quia aliàs nulla ueritas manebit in ſacra ſcriptura, quia poſſemus dicere de qualibet re ibi ſcripta, quòd non fuit realiter, ſed imaginariè uiſum eſt eis, de quibus narratur. Nullum autem poteſt eſſe maius inconueniens: quia ita non ſolùm deſtrueretur una propoſitio ſacræ ſcripturæ, ſed tota omnino deſtruetur, ita, ut non maneret una litera: quia dicemus, quòd omnia fuerũt in viſione imaginaria, & nihil realiter accidit. Oportet ergo dici, ꝙ nunquàm aliqua ſcriptura, vbi aliquid narratur factum, uel dictum debet intelligi aliter fuiſſe, quàm iaceat: niſi neceſſariò probetur aliter debere intelligi: ſicut in quibuſdam locis concedimus aliquid debere intelligi ſecundùm uiſionem imaginariam, ſicut quòd Stephanus uidit cælos apertos. Act. 7. qui tamen nunquàm aperti fuerunt, & quòd Michæas uidit Dominum ſuper ſolium excelſum: & alia de quibus. 3. Reg. 22. & 2. Paral. 18. Hic tamen nulla cauſa apparet quare debeamus dicere iſta fuiſſe facta per uiſionem imaginariam: ideo neceſſe eſt dici, quòd fuerint realiter facta. Tertiò quia ſi fuiſſent in uiſione imaginaria oportebat, quòd diabolus, qui tentabat Chriſtũ moueret ſpecies in organo phantaſtico Chriſti operando realiter intra cerebrum eius: ſicut interdum quando diabolus deludit nos per ſomnium: nihil tamen abſurdius dici poteſt, quàm quòd diabolus habeat aliquam realem actionem intra ſacratiſſimũ Chriſti caput formando ſpecies, uel mouendo illas. Ideo non poteſt dici, quòd fuit uiſio imaginaria. Nam tunc tentatio eſſet intra Chriſtum: ſed totum fuiſſe extra per diaboli ſuggeſtionem, ut ait Gregorius in quadam homilia. Quarto, quia ſi iſta fuiſſent facta in uiſione imaginaria, non fuiſſet uera tentatio, ſed imaginaria, & illa magis uocatur diabolica deluſio, quàm tentatio, cùm tentatio fiat ad eum, qui ſui compos eſt, & uidet, quòd fit, & intelligit, & poteſt reſiſtere ſi uolit. Dicimus tamen tentationes Chriſti fuiſſe uerè ergo non fuerunt imaginarię. Quintò, quia ſi iſtud fuit factũ imaginariè, nihil diabolus conſequeretur de eo, quod uolebat: quia non eſſet uerus conſenſus ubi tes ſolum imaginariè fieret, & cõſequenter non eſſet peccatum: quia ſicut uiſio eſſet imaginaria, ita conſenſus, uel diſſenſus eſſet imaginarius, & non realis: & tamen ad peccatum requiritur realis conſenſus ratione: ſicut interdum per ſomnium uidetur alicui, quòd tentatur de libidine, & quòd conſentit, & quòd nititur apprehendere formam deſideratam, & præſentẽ: & tamen ibi peccatum nullum eſt, cùm non ſit conſenſus, quia omnia fiunt per ſolam imaginationem. Sed ſi fuiſſent iſtæ tentationes imaginariæ, uel aliqua earum, non laudaremus Chriſtum tanquam ſuperantem diabolum, & uincentem iſtas tentationes; ſicut non laudamus illum, qui in ſomnis uidetur a dæmone tentari, & ſuperare eum. Et tamen laudamus Chriſtum in hoc. Ergo fuerunt omnes iſtæ tentationes realiter factæ exterius, & non per uiſionem imaginariam. Non ergo poteſt teneri iſta poſitio.

Alii dicunt, quòd fuerunt omnes reales tentationes, factæ in deſerto. Et de iſta dicunt, quòd facta eſt in Ieruſalem, & illa uocatur deſertum: quia erat a Deo deſerta, uel uirtutibus uacua, uel in breui deſeren-

Alph. Toſt. in Matth. Comm.

da, ſicut Chriſtus dixit infrà 23. ſcilicet. Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Dicendum quòd non ſtat, quia iſte eſt ſenſus myſticus: neceſſe eſt tamen ſcripturam intelligi in ſenſu literali, quia ille eſt fundamẽtum, & in quo conſideratur ueritas, uel falſitas: ſenſus autem myſtici non ſunt ueri, nec falſi, cùm non ſint quos litera intendit: & æqualiter poſſunt multi applicari ad eandem literam. Si quis tamen deſerto ſenſu literali uellet ſequi myſticum pro literali, omnia cõfundet, & tota ſcriptura reddet incerta, & neſciemus quando eſt uera, nec falſa: maximè, quia hoc modo exponitur hic quædam pars literaliter, & quędam myſticè: & non coheret ſibi talis textura: ſicut pedes imaginis Danielis, cuius pars erat ferrea, & pars fictilis. Danielis 2. Ideo dicendum, quòd tentatio iſta de pinnaculo templi uerè facta eſt in Ieruſalem, & non fuit facta in deſerto.

Ad argumentum dicẽdum quòd Chriſtus ductus eſt in deſertum, ut tentaretur, ideſt, ut inciperet tẽtari: Nam ſi non fuiſſet ductus in deſertum, non potuiſſet tentari: quia non habuiſſet diabolus opportunitatem ad hoc: maximè quia tentatio prima, in qua diabolus cæpit contra Chriſtum, non potuiſſet fieri niſi in deſerto. Nam in urbe non potuiſſet eſſe talis defectus ciborum, ita ut conueniens eſſet, uel neceſſarium lapides conuertere in panem. Poſtea tamen inchoata tentatione in deſerto diabolus duxit Chriſtum per diuerſa loca, in quibus eum tentauit. Aliter poteſt dici ſiquis uellet tenere, quòd omnes tentationes factę ſunt in deſerto, ſ. ꝙ omnes ibi factæ ſunt. Quædam tamen ibi inchoatæ fuerunt, & completæ: alię uerò ſolùm inchoatæ: & ſic prima, & tertia fuerunt in deſerto inchoatę, & completę. ſecunda uerò, ſ. de pinnaculo tẽpli fuit inchoata in deſerto, & completa in Ieruſalem. Nam ex hoc ꝙ Chriſtus permittebat ſe portari a dæmone de deſerto in Ieruſalem, vt ibi tentaretur, erat inchoata tentatio: quia iſta portatio, cùm eſſet quædã opportunitas immediata ad tẽtationẽ, erat quaſi pars quędam eius præcedens. Tñ prior ſenſus melior eſt, ſ. ꝙ non fuerint omnes tẽtationes factæ in deſerto: quia litera Matthæi non urget nos ad hoc: cùm dicat Chriſtum ductum in deſertum, ut tentaretur. In quo innuitur, ꝙ antequàm iret in deſertum non fuerat tentatus, & tamen non innuitur, quòd poſt deſertum tentatus non fuerit. Et iſta eſt ueritas.

An Chriſtus bene egerit uadens in deſerto, ut tentaretur.
Quæſt. VIII.

QVAERITVR, an Chriſtus bene agerit uadens in deſertum, ut tentaretur: quia per hoc uolebat tentari. Quidam dicunt, quòd non fuerit diſcretè factum, quia tentatio periculum quoddam eſt. Non eſt tamen uiri fortis nec prudentis pericula quærere: ſed ad fortem pertinent, quando occurrerint illis uiriliter ſe exponere: ad prudentem autem pericula inquantum poterit euitare: non ergo fuit rectum tentari uoluiſſe.

Item quia non ſolùm tentari uoluit: ſed etiam tentatori ad tentandum, & præualendum occaſionem magnam tribuit: quia exiuit in deſertum, ut tentaretur: & tamen deſertus eſt locus aptiſſimus ad hoc, ut dæmon plures cauſas tentandi inueniat, & tentatus remedia pauciora, ut dictum eſt ſupra in quinta quæſtione de damnis uitæ ſolitariæ: ergo non fuit prudenter factum. Item Chriſtus faciebat omnia ad noſtram inſtructionem, quos non ſolùm uerbis, ſed etiam operibus erudiebat. Et tamen ipſe inſtruxit

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos in oratione a Deo petere,ne inducamur in tentationem infra 7. & Luc. 11. ergo non licèt tentationes quærere,& conuenienter ipse non debuit illas quærere; nec per hoc nobis ad similia occasionem præstaret.

Dicendum,quòd rectissime factum est,quòd Christus ductus fuerit in desertum, ut tentaretur,quia conueniens fuit Christum tentari, ut nobis ad sustinendū tentationes exemplo suo doctrinam traderet, & propter alias causas supra positas in quadam quæstione. Et tamen si Christus non se obtulisset,ut tentaretur,non potuisset tentari. Ergo debuit se offerre,& præstare occasionem dæmoni,ut eum tentaret. Sic dicit Chrysostomus super Matthæum,quòd ad homines diabolus uadit, ut tentet eos, quoniam autem aduersus Christum diabolus ire non poterat, ideo contra diabolum Christus processit. Sic etiam Hieronymus super Matthæum dicit,quòd Christus ducitur in desertum non inuitus,aut captus,sed pugnandi uoluntate. Idem dicit Ambrosius super Lucam quòd Christus agebatur consilio in desertum, vt diabolum prouocaret. Nam nisi ille certasset,non mihi iste vicisset. Non fuit autem ista prouocatio ad tentationem uerbalis,ita quòd Christus diceret diabolo,ecce præsto sum,veni,& tenta me,sed fuit prouocatio realis concedens diabolo oportunitatem ad tentationem inchoandam. Sic enim dicit Basilius,scilicet. Non enim uerbo prouocans inimicum,sed opere incitans quærit desertum. Delectatur enim in deserto:non enim patitur esse in urbibus, contristat quippe eum concordia ciuium. Et quanquam uideatur alicui difficile,quòd Christus tentatorem prouocauerit, non fuit iniustè, nec imprudenter factum.

Primò quia Deo iubente factum est;ideo dicitur in litera,quòd ductus est Iesus a spiritu in desertum,i. ductus est a spiritu sancto,q.d. nō iuit ipse,sed ductus est. Vel non fuit principium istius motus per uoluntatem humanam, sed per spiritus sancti consilium, & opus. Et ob hoc ne quis posset Christum arguere, quòd imprudenter,uel audaciter egerit,expressit hic scriptura, quòd Christus ductus est a spiritu sancto, quod non exprimit in aliis operibus Christi: licèt constet Christum in omnibus fuisse motum per spiritum sanctū. Quia tamē hic uidebatur posse magis argui, quàm de aliis actibus:expressum fuit hic potius,quàm alibi,Lucas tamen magis hoc expressit dicens. Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est a Iordane, & agebatur a spiritu in desertum. Secundò quia nisi Christus diabolum prouocasset, ipse non inuenisset causam tentandi eum, ut dictum est,& tamen necesse erat Christum tentari propter multa iam dicta, ergo oportebat,quòd ipse se offerret, si diabolus aliter eum tentare non poterat. Et non solùm tentari uellet, sed etiam, q ipsemet occasionem quæreret ad tentationem. Tertiò,quia tentationem desiderare,uel quærere in eo,qui potest succumbere non est laudabile, qui tamen succumbere non potest etiam si illam quærat nihil indiscretè agit,cùm non se exponat alicui periculo: Christus autem tentari poterat, succumbere tamē non poterat,cùm peccare non posset, ideo securè poterat tentationi se exponere. Sic ait Grego. in quadam homilia,scilicet. Sciendum nobis est,quòd tentatio tribus modis agitur, suggestione, delectatione, consensu: nos tamen cum tentamur plerumque in delectationē, aut consensum labimur; quia de carnis peccato propagati in nobis ipsis gerimus unde certamina toleramus. Deus uerò, qui in utero Virginis incarnatus in mundū sine peccato uenerat,nihil contradictionis in semetipso tolerabat. Tentari ergo per suggestionem potuit, sed eius mentem peccati delectatio non momordit. Atque ideo omnis illa diabolica tentatio foris,& non intus fuit. De hoc etiam ipse met Grego. 3. lib. moralium ait. Hostis tamen noster mentem mediatoris Dei, & hominum tentare quassare non ualuit: sic enim dignatus est tentationes exterius suscipere: ut tamen eius mens interius diuinitati inhærens inconcussa permaneret. Quartò, quia Christus uoluit per hoc ostendere suam perfectionem ex fine tentationis. Nam Christus in operibus suis non solùm instruere nos intendit, sed etiam suam magnitudinem ostendere. Vnde nec in omnibus oportet nos imitari eum,ut infra dicetur. Ideo sicut hic nos instruxit ad resistendum tentationibus, quia ipse illas repulit: ita etiam magnitudinem suam nobis ostendit, scilicet, quia hostem humani generis sustinere non timuerit: quem etiam prouocare confidenter ausus est oblata insuper illi oportunitate uincendi: & tamen his omnibus existentibus dæmon faciliter superatus fuerit: considerare poterimus quātæ fuerit magnitudinis,qui eum repulit.

Ad primum argumētum dicendum, q uiri fortis, & prudentis non est quærere pericula, quia uir fortis, & prudens succumbere potest in illis'. Iste tamen,de quo loquimur,uir erat,qui succumbere non poterat; ideo inconueniens non erat, q illa quæreret. Aliter potest dici,uerum esse simpliciter, q uir fortis,& prudens pericula quærere non debet:de Christo autem dicendum, q pericula non quæsiuit, quia tentatio in eo periculum non erat,cùm peccare non posset,nec sciebere. Aliter etiam potest dici, q ad fortem,& prudentem non pertinet pericula quærere tanquam ipse illa eligat:& tamē si iubetur illa quærere ab eo,qui potest iussè hoc iubere,tenetur illa quærere. Sic fuit de Christo homine:quia spiritus sanctus,idest,tota deitas sua debebat,quòd ipse tentatorem prouocaret;cùm dicitur in litera, q ductus est in desertum a spiritu,vt tentaretur. Iustissimum ergo opus agebat,& prudenter tentationem quærebat, quam deitas quærendam iudebebat.

Ad secundum dicendum q Christus occasionē præstitit magnam diabolo ad tentandum, & etiam ad præualendum si ipse habuisset infirmitatem nostram; quia tamen erat securus de sua firmitate,etiam si innumeto plures,& maiores occasiones præstitisset dæmoni, non egisset imprudenter, nec alicui periculo se committeret. Vt tamen sciatur quam occasionem tentandi homo posset diabolo præstare considerandum, q duplex est tentationis occasio. Vna quidem ex parte hominis,utpotè,cùm quis se peccato propinquius facit volendo sustinere aliquid,quod forte non est unde & tamen est directa occasio ad peccādum: & illud est generaliter, cùm homo occasionem peccati non euitat. Et talis occasio tentationis euitanda est. Sic enim dictum est Loth Genes. 19. Ne steteris in omni regione circa Sodomam, sed in monte salua temsum: quasi dicat. Terra ista Sodomorum destructa est, & si manseris in regione propinqua periculoda aliqua pars mali ad te peruenire, & peribis. Ideo caue ne maneas in ea. Et sic debet homo euitare occasiones propinquas, & directas ad peccatum, alioquin seipsum arguat si in peccatum incideriť.

Alia uerò tentationis occasio est ex parte diaboli, qui semper inuidet tendentibus ad meliora, ut ait Ambrosius super Lucam. Et talis occasionis tentatio non est uitanda: quia aliàs tolleretur omnis profectus in bono, scilicet, si homo diceret. Nolo aggredi res arduas: quia diabolus me grauiter tentabit, ut deseram, & incidam in mala. Vnde Chrysost. super Matthæum dicit: quòd non solùm Christus

Christus ductus est in desertum a spiritu: sed etiā omnes filij Dei habentes. Spiritum sanctum. Non enim sunt contenti sedere otiosi: sed spiritus sanctus urget eos aliquod magnum apprehendere opus,quod est in deserto quantum ad diabolum: quia non est ibi iniustitia qua diabolus delectatur. Omne etiam bonum extra carnem,& extra mundum est:quia non est secūdum uoluntatem carnis,& mundi. Ad tale ergo desertum omnes filii Dei exeunt,ut tententur,s. q opera ardua incipiunt, in quibus credere debent,quòd tentabuntur:quia diabolus mox inuidebit eis. Talem autē occasionem tentationis dare diabolo non est periculosum:dum tamen homo maturè,& prudenter agat:quamus est auxilium spiritus sancti,qui est perfecti operis actor, quàm impugnatio diaboli bono operi inuidentis.

Ad tertium dicendum, quòd Christus docuit nos petere,ne inducamur in tentationem,ideſt,vt non deducamur ad succumbendum tentationi: nos tamen eramus simpliciter,ne tentemur,cùm interdum proficiat nobis tentari. prima Corin. 10. s. Fidelis est Deus, qui non permittet uos tentari ultra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum,vt sustinere possitis. Christus autem non poterat incidere in tentationem,ideſt,succumbere:quia peccare nō poterat:ideo licèt ipse doceret nos orando dicere,& ne nos inducas in tentationem:non oportebat immo non conueniebat,quòd ipse pro seipso sic oraret. Et sic aliquid facere nos docuit,quòd ad eum facere non pertinebat. & aliquid ipse faciebat,quod nos in exemplum accipere non debemus. Et sic cùm dicitur,quòd non debuit ipse tentationem querere ne nobis ad similia præstaret exemplum. Dicendum quòd Christus fecit aliquid, quod a nobis est accipiendum in exemplum, scilicet, quod ipse faciebat ad instructionē moralem: aliquid uero,in quo non debemus sequi exemplum eius, scilicet in illis, quæ ipse fecit ad ostendendam potestatem suam, sicut in operatione miraculorum: ita etiam in moralibus aliquid ipse fecit, quòd partim pertinebat ad instructionem, & partim ad potestatis ostensionē. In primo debemus exequi exemplum,in secūdo autē non. Patet hoc in ieiunio Christi,qui quadraginta diebus ieiunauit. Ipse autem ieiunauit,ut nos ieiunare inducet, ut in aliquo ieiunemus iuxta conditionem nostram:quia hoc morale est. Quod tamen Christus quadraginta diebus manserit incibatus ad ostensionem potestatis & diuinæ uirtutis: ideo istud non proponitur nobis in exemplum. Et sic in eodem facto quantum ad aliquid instruimur,& sequi debemus,& quantum ad aliud non. Si tamen magis propriè loqui uelimus,dicendum quòd in utraque parte operationis est instructio nostra. Et tamen in prima instruimur ad agendum, in qua debemus sequi exemplum: in secda instruimur ad credendum,scilicet,ut per ista diuinam credamus potestatem. Et in hoc non oportet sequi exemplum,cùm Christus non fecerit hoc,ut nos illa ita ceremus:sed,ut eum esse talem, qualem ista ostendebat crederemus. Ita est in tētatione Christi:quia aliqd est,quod pertinet ad moralē instructionem.s. q sicut Christus tentationes repulit,ita ut nos repellamus: aliud uerò ad potestatis ostensionem, s. q non timuit aggredi publicum humani generis hostem præstita ei magna occasione tēptandi,si Christus fuisset infirmus. In primo instruimur ad Christum sequendum per opera:in secundo autem solùm ad credendum eius potentiam. Et sic nemo debet putare, quòd etiam in moralibus talia Christus solū facere debuit, quæ nos possemus imitari: sed oportuit omnia in isto esse,scilicet,moralia,& diuina.

Alph. Tost. in Matth. Comm.

Quare Christus immediate post baptismum, & non ante tentari uoluit. Quæst. IX.

QVAERITVR quare Christus post baptismum tentari uoluit,& non ante, & quare immediate post baptismum,uel quasi. Dicendū quòd hoc fuit propter multa. Primò,quia tentatio Christi fuit unum de operibus eius necessariis. Nam per eam instruendi eramus ad tolerantiam tentationum, quod ualde in nobis necessarium erat. Et tamen omnia opera Christi debuerunt esse post baptismum Christi. Ideo etiam tentatio debuit esse post baptismū. Hoc patet,quia baptismus fuit in Christo,sicut in nobis. Nos.n. per baptismum nouam uitam inchoamus, quia tunc dicimur nasci ex aqua & spiritu sancto. Io. 3. Et sicut ante natiuitatem nō potest homo aliquod opus naturale agere: ita ante natiuitatem spiritualem,quæ est per baptismum non potest homo aliquem actum spiritualem habere. Nam in baptismo incipit homo esse membrum Christi;ad Rom. 6. scilicet. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. & ex tunc homo incipit habere charismata spiritualia a Christo,per quæ uiuit uita spirituali. Ita ergo Christus ante baptismum suum nullum actum de illis,quæ pertinebant ad instructionem nostram,& legem nouam facere debuit,& sic nec prius debuit tentari. Secundò fuit hoc ad significandum,quòd post baptismum in homine sequantur tentationes. Sic enim dicit Hilarius super Matth. quòd in sanctificatis maximè diaboli tentamenta crassantur,quia uictoria ei magis est exoptanda de sanctis. Et in hoc exemplum tribuit conuersis ad Christum: ut non putent post baptismum nullas debere tentationes tolerare. Nec admirentur si diabolus eos exagitauerit, & cribrauerit sicut triticum, cùm Christus post baptismū tentatus est, qui ante baptismum tentatus nunquam legitur,nec credendum est eum prius fuisse tētatum, quia tentatio Christi non fuit ex necessitate inducta, sed uoluntariè suscepta,immo procurata, cùm ipse in desertum exierit,ut tentaretur. Ipse tamen tentari nolet nisi quando proficere posset ex hoc. Et tamen ante baptismum eum fuisse tentatum non proficeret nobis ad doctrinam,cùm scriptum non fuerit: ideo non est credendum,quòd tentatus fuerit ante baptismum. De hoc tamen magis dicetur infra in quadam quæstione. Tertio fuit hoc ad significandum inuidiam diaboli,qui omnibus bonis actibus,& maximè principiis rerum arduarum inuidet. Vnde homo, quando incipit Deum specialiter colere in aliquo statu, tunc maximè tentatur,cùm facilius sit tunc desistere, quā cùm peruenire ad incrementum perfectionis. Sic dicitur Ecclesia. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationē. Et quia in baptismo est principium uitæ spiritualis,post baptismū maximè tentationes diaboli apparent in eis,qui fuerint adultæ ætatis, & illas recipere potuerint. Quartò quia ante baptismum nulla, aut parua occasio est dæmoni ad tentandum hominem, quia non baptizatū baptizari nolentem necesse est perire æternaliter. Et sic suo iure illum dæmō possidet,qui baptizatus non est. Superuacuum igitur est eum uelle acquirere,quem pleno iure,& inconcusse possidet. Cùm uerò quis adultus baptizatur euasis laqueis dæmonis, & ad ipsum nihil pertinet, cùm in baptismo petente Ecclesia professus fuerit se abrenunciare satanæ, & pompis eius. Tunc ergo satan uniuersas tentationum suarum machinas colligit, vt illum, qui compedes eius euaserat, in pristinam redigat seruitutem. Necesse est ergo post baptis-

Universidad de Deusto Biblioteca

mum in adultis magnas ſequi tentationes, niſi illos Deus ex aliqua ſpeciali cauſa præſeruet. Et quia generale eſt tentari baptizatos poſt baptiſmum: Chriſtus voluit in ſeipſo hoc innuere, ſcilicet, quia poſt baptiſmum a ſathana tentatus eſt.

An Chriſtus ieiunare debuit, & quare. Quæſt. X.

QVAERITVR, an Chriſtus ieiunare debuit, & quare. Aliqui dicunt, quòd non fuit conueniens Chriſtum ieiunare: quia ieiunium eſt opus quoddam ſatisfactorium pro peccato, & placatiuum iræ Dei. Sic patet Ioelis. 2. ubi poſt mala, quæ prænunciata fuerũt contra Iudæos, ſuadetur ieiunium, ut auertatur Dominus ab ira ſua, cũ dicitur: Conuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio, & fletu, & planctu, & conuertimini ad Deum ueſtrũ: quia benignus, & miſericors eſt. Et ſequitur: Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus, & relinquat poſt ſe benedictionem? Ideo propheta ſuadet ibi congregari omnes Iſraelitas, & ieiunare dicens, Canite tuba in ſion, ſanctificate ieiunium, congregate populum, &c. Sic etiam Niniuitę audito, q Deus poſt quadraginta dies ſubuerſurus eſſet Niniuem, impoſuerunt ieiuniũ per edictum Regis, ſcilicet. Homines & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quidquam, nec paſcantur, & aquam non bibant. Et ſequitur, Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus, & reuertatur a furore iræ ſuæ, & non peribimus? Ionę.3. Et ſic factum eſt, quia non perierunt. eo c. Chriſtus autem nihil peccauerat, de quo ſatisfacere deberet, nec habebat contra ſe Deũ iratum, quem placare uellet: ideo nõ erat conueniẽs, quòd ieiunaret.

Item ieiunium eſt ad carnem ſubiiciendam, ne inſurgat contra nos, ſicut dixit Apoſtolus 1. Corinth.9. ſ. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Chriſtus tamen non poterat habere in ſe rebellionem aliquam, quia non receperat iſtas paſſiones, vt ait Grego. in quadam homilia, ſcilicet. Deus, qui in utero virginis incarnatus in mundo ſine peccato uenerat, nihil contradictionis in ſemetipſo tolerabat. Non ergo fuit Chriſto ieiunium neceſſarium.

Dicendum, quod conueniens fuit Chriſtum ieiunare propter multa. Primò, vt nobis exemplum ieiunandi tribueret. Nam cùm ipſe fuerit pleniſſimus legiſlator debuit nos de omnibus inſtruere, quæ nobis ad uirtutem neceſſaria, aut utilia eſſent. Nobis tamen ieiunandum erat, cùm ipſe dixerit, q quando auferetur ſponſus, ieiunarent diſcipuli eius. infra 9. Ergo ipſe nobis ieiunandi exemplum per ieiunium ſuum tradere debuit. Secundò quia abſtinentia ieiunii ordinatur ad continentiam carnis: quia dicitur Oſęę. 4. Comedent, & non ſaturabuntur: fornicati ſunt, & non ceſſauerunt, ideſt, ex hoc, q comederunt, & non ſaturati ſunt, ideſt, comedere non ceſſauerunt, ſecutum eſt q fornicati ſunt, & a fornicatione non ceſſauerunt. Chriſtus tamen ſeruauit in ſe carnis continentiam, & aliis ſeruandam oſtendit, cùm dixit infra 19. Sunt Eunuchi, qui ſe caſtrauerũt propter regnum cælorum. Qui poteſt capere capiat. Ipſe ergo ieiunium obſeruare debuit. Tertiò fuit neceſſarium ieiunium ſpecialiter ad inſtructionem prædicatorum. Chriſtus enim poſt iſta prædicaturus erat, ut poſtea factum eſt. Voluit ergo ex operibus ſuis oſtẽdere quid in prædicatore præcedere debet, antequam prędicet, ut dignè prædicare poſſit. Et quia prædicator debet eſſe prius a uitiis purgatus, maximè a uitiis carnis, quæ ſunt maximæ infamiæ, cùm ſint popularia, & iſta potiſſime compeſcuntur per ieiunium, uoluit Chriſtus antequàm prædicaret ieiunare. Quod autem ipſe intenderit per opera do-

F cere quid prædicator facere debeat antequàm prædicet: patet Act.1. ſcilicet. Cæpit Ieſus facere, & docere, ideſt prius facere ea, quæ debet facere bonus prædicator, & poſtea prædicare ea, quę debet dicere uerus doctor. Ieiunium autem maximè neceſſarium eſt præceſſiſſe in prędicatore ad domandam carnem propter cauſam dictam, ut innuitur 1. Corinth.9. ſcilicet. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Et ſubditur cauſa, nec cùm aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Debuit ergo Chriſtus nunc propter hoc ieiunare. Quartò ſpecialiter quantum ad præſens debuit ieiunare, quia ipſe uoluit dare diabolo occaſionem tentandi eum. Et tamen tentatio prima ſumpſit ortum ex ieiunio, ſcilicet, quia poſt longum ieiunium Chri-
G ſtus eſuriit, & diabolus tentauit eum, ut lapides conuerteret in panem: ideo ieiunare debuit, quia fortè nõ fuit alia occaſio, a qua aptius diabolus incipere poſſet tentationem ſuam, quàm ab iſta; ut infra dicetur in quadam quæſtione de ordine tentationis Chriſti. Conſiderandum tamen, quòd ante iſtud ieiunium ſæpe Chriſtus ieiunauerat. Nam Iudæi quolibet anno ieiunabant in die propitiationis Leu.16. & 23. ſcilicet. Affligetis animas veſtras. Omnis anima, quæ in hac die afflicta non fuerit, peribit de populis ſuis: Chriſtus tamen ſeruauit tota uita ſua legem Moyſi: quia dicitur infra 5. Non ueni ſoluere legem, ſed adimplere; Chriſtus ergo ieiunauit quolibet anno illo die. Etiam erant alia ieiunia inter Iudæos, de quibus dicitur Zach.8. ſci-
H licet, ieiunium quarti, ieiunium quinti, ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi, erit domui Iuda in gaudium, & in lætitiam, & in ſolennitates præclaras. Iſta etiam ieiunia Chriſtus obſeruauit, & quæcumque alia apud Iudæos ex inſtitutione, uel communi conſuetudine tenerentur. De his tamen non fit mentio, q Chriſtus illa obſeruauerit. Cauſa eſt, quia Euangeliſtæ ſcripſerunt nobis de Chriſto ea, quæ pertinebant ad legem nouam, ſcilicet, ea quæ ipſe tanquam legiſlator dixit, uel fecit uolens tradere ſubditis exemplũ faciendi. Iſta autem ieiunia, uel quęcunque alia opera, quæ Chriſtus fecit in obſeruatione legis Moyſi non pertinuerunt ad legem nouam, nec traduntur nobis imitanda, ideo ſcribi non debuerunt, ſed ſuffecit, quod
I in generali ſcriberetur, quòd Chriſtus obſeruauerit totam legem Moyſi. Cùm enim ieiunia illa fuerint Chriſto ſolùm perſonalia, ideſt ſolùm pertinentia ad perſonam ſuam inquantum ipſe natus eſt ſub lege ad Gal.4. ideſt tempore, quo lex durabat, & uoluit ſe oſtendere obſeruatorem illius propter cauſas, de quibus dicetur infra 5. non oportuit, quòd ſcriberentur. Illud autem ieiunium, quod Chriſtus nunc fecit, non fuit perſonale: quia nec lex Moyſi, nec aliqua Iudæorum conſtitutio, aut conſuetudo tale ieiunium diſponebat, ſed fecit illud tanquam legiſlator propter exemplũ, & alias cauſas ſupra poſitas. Ideo iſtud ſcribi debuit ante hoc. Namque nullum Ieiunium Chriſtus fecit, quod ad noſtram pertineret inſtructionem. Ideo nul-
K lum ante hoc ſcriptum eſt.

Ad primum argumentum dicendum, quòd ieiunium non ſolùm prodeſt in ſatisfactionem, & ad reconciliationem cum Deo, ſed etiam ad exemplũ, & multa alia, de quibus ſupra. Ideo licèt non fuerit neceſſarium Chriſtum ieiunare propter iſta duo, fuit conueniens eum ieiunare propter alia, de quibus ſupra. Aliter poteſt dici, quòd iſtud ieiunium etiam fuit ſatisfactorium: quia licèt Chriſtus non habuit de quo pro ſe ſatisfaceret: quia non peccauerat, nec inuentus fuerat unquam dolus in ore eius, prima Pet.2. habuit tamen multa, de quibus pro nobis ſatisfaceret. ſ. omnia peccata generis humani. Et ad hoc profuit ieiunium ſuum. Nam ſicut mors eius indubitanter fuit ad ſatisfactionem pro peccatis noſtris, ita & ieiuniũ eius, & omnia opera ipſius ſatisfactoria fuerunt pro peccatis noſtris. Et iſta ſunt, quæ reſeruantur in theſauro eccleſiæ, qui diſpenſatur per prælatos eccleſiæ nobis in ſatisfactionem pro debito pœnæ temporalis, vel purgatione, cùm ipſe Deus diſpenſet etiam in uita Chriſti ad relaxationem offenſæ ſibi irrogatæ quando ad eum conuertimur. Nam etiam per contritionẽ peccata nunquam fuiſſent remiſſa quãtum ad offenſam, aut maculam, nec quantum ad debitum mortis æternæ, niſi Chriſtus moriturus eſſet pro omnibus. Et ſub iſta ſpe quoniam Deus ſic futurum decreuerat, remittebantur peccata omnibus hominibus per contritionem, quia Chriſtus pro illa offenſa ſatisfacturus erat. Et ita fuit pars ſatisfactionis ieiunium Chriſti, & cætera opera ipſius. Aliter poteſt dici, q ieiuniũ, & ſimilia opera non ſolùm ſunt ſatisfactoria, ſed etiã promeritoria vitæ æternæ, vel alicuius boni. Chriſtus autẽ, licèt non indigeret promereri uitã ęternam, quia ab inſtanti cõceptionis ſuæ anima ſua erat beata, cũ eſſet unita verbo: tamen Chriſtus promeruit ſibi pro ſua humanitate, ſcilicet, quòd ipſe inquãtum homo eſſet Deus dominus, & caput omnium hominum. Et hoc dicit Apoſtolus, quòd acquiſiuit ſibi Chriſtus per ſanguinem ſuum, vt patet Act.20. ſcilicet: Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo Spiritus ſanctus poſuit vos Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, vt eſſet caput illius. Promeruit etiam Chriſtus, quòd ſibi inquantum homini daretur omnis poteſtas in cœlo, & in terra: & hoc fuit principaliter per mortem. Ideo poſt reſurrectionem ſolùm habuit iſtam poteſtatem inquantum homo, quam prius habebat ſolùm inquantum Deus. Vnde poſt reſurrectionem dixit. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Matt.28. Et hoc prius nunquam dixerat, quaſi tunc ſibi nouiter data fuiſſet illa poteſtas. Meruit etiam ſibi immortalitatem, & meruit exaltationem ſui nominis. De his ſanctus Thom.3. ſenten. diſt. 14. artic.4. & ibi communiter per doctores. Aliter poteſt dici, quòd iſtud argumentum, & ſequens nullo modo militant contra Chriſtum, quia ſi ex eo, quòd non fuit ſibi neceſſarium ieiunare non debuiſſet ieiunare, nullum opus Chriſtus bonum feciſſet, maximè de laborioſis, cùm nullum eſſet ſibi neceſſarium ſimpliciter, cùm iam eſſet beatus, & eſſet Deus, & tamen multa fecit, quæ licèt non eſſent ſibi neceſſaria, fuerũt valde conuenientia.

Ad ſecundum dicendum, quòd Chriſtus non indiguit ieiunio ad domandam carnem, in qua nulla erat contradictio ad rationem: fuit tamen ieiunans, vt nos inſtrueret carnem per ieiuniũ domandam, quod nobis erat valde neceſſarium. Actus autem Chriſti, vt in plurimum fuerunt magis ad doctrinam, quàm ad aliquid aliud, cùm tota uita ſua fuerit, vt nos inſtrueret, & redimeret, quia non fuit propter ſe ipſum natus in mundo, ſed propter nos, licèt nos aliàs ſimus propter eum, cùm ipſe ſit Deus noſter.

Quare Chriſtus ieiunauit quadraginta diebus, & non pluribus neque paucioribus. Quæſt. IX.

QVAERITVR, quare Chriſtus ieiunauit quadraginta diebus, & non pluribus, nec paucioribus. Dicendum, quòd Chriſtus non debuit ieiunare paucioribus diebus, quia ipſe uoluit oſtendere, quòd erat excellentior omnibus, qui eum præceſſerant, cum oſtenderetur vt Meſſias, & Deus. Aliqui tamen ante hoc ieiunauerant quadraginta diebus, ſcilicet, Moyſes, & Elias, ergo ipſe non debuit paucioribus ieiunare, ne minor uideretur. Nõ
A voluit etiam pluribus diebus ieiunare propter multa. Primò, vt dicitur ne crederetur impoſſibilis carnis aſſumptio, ideſt, vt non crederetur, q non erat uerus homo, cũ tot diebus ſine cibo manſiſſet. Sic dicit Chryſoſtomus in quadam homilia, ſcilicet. Non proceſſit ieiunando ultra, quàm Moyſes, & Elias, ne incredibilis videretur carnis aſſumptio. Secundò fuit hoc ad oſtendendum quanto tẽpore nos ieiunare debemus. Nam per ſuum ieiunium noſtrum quadrageſimale ieiunium conſecrauit. Sic ait Chryſoſto. ſuper Matt. ſcilicet. Vt quadrageſimi noſtri ieiunij poneret menſuram, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit. Tertiò fuit hoc propter cauſam myſticam, qa numerus quadragenarius ſignat aliquid, quod ad
B ſtatum ieiunantiũ pertinet, de quo dicetur infra in q. de ieiunio noſtro. Quartò, & principaliter fuit ad hoc, vt diabolus eum non cognoſceret, ſed tentandi occaſionem haberet: deſiderabat enim diabolus ſcire, an Chriſtus eſſet filius Dei, vel purus homo. Si autem ſolũ ieiunaſſet quadraginta diebus, vel paucioribus non poſſet diabolus arguere eum eſſe filium Dei, quia conſtabat Moyſen, & Eliam puros homines fuiſſe, & tamen uterque quadraginta diebus ieiunauit. Si autem Chriſtus ieiunaſſet quinquaginta, vel ſexaginta diebus, fortè diabolus putaret eum eſſe filium Dei, & nõ auderet ipſum tentare: Chriſtus autem tentari uoluit, & occaſionem procurauit. Ideo omnia illa debuit cauere per quę diabolus abſtineret à tentando ipſum, ſo-
C lis ergo quadraginta diebus debuit ieiunare. Dicitur autem ieiunaſſe quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quia tamdiu homo ieiunat, quamdiu à cibo abſtinet: Chriſtus autem abſtinebat tam per diem, quàm per noctem. Ideo tam diebus, quam noctibus ieiunabat. Hoc autem dicitur propter duo: primò propter conſuetudinem ieiunij Iudæorum. Nam Iudæi quãdo ieiunant, per totum diem nihil comedunt niſi poſt occaſum ſolis, cum incipiunt apparere aſtra per noctem comedunt: Saraceni quoque idem faciunt, licèt illi magis recedant à conditione ieiunii. Si ergo diceretur, q Chriſtus ieiunauit quadraginta diebus intelligeretur, quòd per noctes comedebat ſicut Iudæis ſolitum erat. Vt ergo innuatur, q nõ tenuit illum mo-
D dum, dicitur quòd quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit. Secũdò ad tollendum errorem quorundam, qui putauerunt Chriſtum non abſtinuiſſet totaliter à cibo his diebus, ſed quòd aliquando comedebat. Vt autem nullum tẽpus relinquatur, in quo calumnia locum habeat, dicitur quod ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ideſt, quòd nec comedebat per diem, nec per noctem. Nũquam ergo comedebat, cùm præter diem & noctem nulla alia pars temporis ſit.

Conſiderandum autem circa primam cauſam huius ieiunij ſupra poſitam, quòd non eſt neceſſaria ſimpliciter. Quia etiam ſi Chriſtus ieiunaſſet pluribus quàm quadraginta diebus, non uideretur incredibilis
E carnis aſſumptio, quia Moyſes, & Elias quadraginta diebus ieiunauerunt nihil comedentes. Manifeſtum eſt tamen, quòd erant veri homines, & puri: illud tamen ieiunium non fuit uiribus naturæ, ita quòd tot diebus naturaliter aliquis purus, aut uerus homo poſſet ſine cibo manere, quia uix erit, q aliquis homo ſanctus ſine cibo peruenire poſſit ad decem dies. Et tamen iſti quadraginta dies ſani, & fortes, & nulla mutatione facta in corporibus manſerũt ſine cibo. Ergo neceſſe erat, q per miraculũ hoc fuerit factũ. Et tũc ſi põt aliquis per miraculũ manere quadraginta diebus ſine cibo, poterit manere mille annis ſine cibo, etiã ſi ſint puri, & veri homines, & ſint adhuc mortales: teneret aũt ratio ſi fortè vſque ad quadraginta dies poſſet

homo

Universidad de Navarra
Biblioteca

homo naturaliter manere ſine cibo,& nõ ultra. Quia tunc aliqui non cognoſcentes aliam perſonam vltra naturalem, vel præter, illam putarent Chriſtum non eſſe uerum hominem, ſi pluſquã quadraginta diebus ieiunaret. Eſt ergo cauſa illa aliqualiter apparens maxime pro illis,qui non aduertunt ad multa, non tamẽ eſt neceſſaria. Arguetur autem ex eodem fundamento contra quartam cauſam,quam diximus in præſenti fuiſſe precipuam,quia etiam ſi Diabolus videret Chriſtum ieiunantem vltra quadraginta dies, non colligeret ex hoc eſſe filiũ Dei,quia ſciebat,quòd ſicut Moyſes,& Elias puri homines per voluntatem Dei manſerunt quadraginta diebus ſine cibo, ita potuiſſent manere centum annis,quia æquale miraculum erat utrobique ex parte potentiæ operantis. Ita ergo licèt Chriſtum videret vltra quadraginta dies ieiunantem, nihil noui ex hoc colligeret, cùm ſciret hoc in quolibet puro homine per Dei poteſtatem fieri poſſe. Dicẽdum, quòd verum eſt, quòd hoc non arguebat Chriſtũ eſſe filium Dei, etiam ſi decem annis ſine cibo manſiſſet, niſi preſupponeretur,quòd per virtutem ſuam ſine cibo manere poterat. Et tunc præſupponeretur, quòd probandum erat, & ꝙ Diabolus ignorabat. Nã etiam ſi decem diebus ſine cibo manere poſſet propria virtute, Diabolus de Chriſto putaret, uel crederet eum eſſe filium Dei. Hoc tamen neſciebat. Dicendum ergo, ꝙ Diabolus non colligeret Chriſtum ex hoc eſſe filium Dei quaſi argumento neceſſario, ſed ex quadã coniectura infra ſi pluribus diebus quam quadraginta ieiunaret, appareret iſtum eſſe maioris dignitatis, quã Moyſes, & Elias, quia pro eo Chriſtus plura faciebat, illi tamen fuerunt de maximis prophetis Iudæorum maximè ipſe Moyſes: ideo argueret iſtum eſſe filium Dei,& Meſſiam,quem Deus illis maiorem fecerat, & tunc timeret tentare eum,& fortè non tentaret;Chriſtus ergo uoluit auferre diabolo omnem occaſionem timendi, ut intrepide diabolus eum tentaret: ideo noluit ultra quadraginta dies ieiunare,vt ſic diabolus nõ crederet eum maiorem Moyſe,& Elia.

De differentia ieiunij Chriſti Moyſi, & Eliæ.
Quæſt. XII.

QVAERITVR nunc circa differentiam ieiunij Moyſi, & Eliæ & Chriſti:omnes enim ieiunauerunt æqualiter,ſcilicet quadraginta diebus,an ſimpliciter fuerit æquale ieiunium, & in quo differrent. Quidam dicunt, quòd Elias, & Moyſes ieiunauerunt quadraginta diebus, & tamen in his eſuriebant, Chriſtus autem nunquam eſuriuit uſque poſt diẽ quadrageſimum. Sic dicit Chry. ſuper Matth. Sed dicis,Moyſes, & Elias quadraginta diebus ieiunauerunt, & homines erant,ſed illi ieiunantes eſuriebant,& ſuſtinebant,iſte quadraginta diebus nõ eſurijt,ſed poſtea: eſurire enim & non manducare,patiẽtiæ eſt humanæ,non eſurire autem diuinæ naturæ.Dicẽdum tamen uidetur, quòd non ſit ueriſimile, quòd Moyſes, & Elias eſurirent his diebus, quia tunc eſurirent ex prima die, cùm naturaliter ſequeretur fames in ipſa prima die, ſi Deus naturaliter non conſeruaret eos ſine fame. Eſt autem fames pœna grauiſſima valde affligens,quod ergo per quadraginta dies iſtam tolerarent eſſet eis deterius morte temporali, ſcilicet, ſicut pœna inferni,in qua homines ſemper habent cruciatum ſuffirientem ad mortem, & tamen nunquam moriuntur.Iſtud autem non eſt ueriſimile,ꝙ Deus faceret alicui homini uiuenti. Nam non legimus,quòd tam accerrimam pœnam alicui uiuenti in tam pauco tempore inflixerit, quanta poterat eſſe famis quadraginta dierum, in quibus homo ſemper ſanus uiueret ſine ullo cibo:maximè quia iſti erant uiri perfecti maiores cæteris prophetis ueteris teſtamenti. Non ergo Deus infligeret illis talem pœnam. Item patet, quia Deus paſcebat ſupernaturaliter Eliam tempore famis mittẽs ei quotidie bis panem, & carnes per coruum, ne affligeretur fame.3. Regum.17.Non erat ergo ueriſimile, quòd enm fame affligeret quadraginta diebus quando ipſe ei iubebat ambulare. Item quia.3. Regum.19.dicitur, quòd angelus dixit Eliæ:comede, & bibe, grandis enim tibi reſtat uia, & tamen ſi fame cruciandus eſſet illis diebus non diceret ei angelus comede,& bibe propter uiam grandem quæ reſtat.Item eod.cap.dicitur, quòd Elias comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius uſque ad mõtem Dei quadraginta diebus,& ſic uidetur,quòd non fameſceret,nebat,quia fortis ambulabat, & tamen ſi fameſceret,neceſſe erat,ꝙ debilitaretur,& ambulare non poſſet. Itẽ non erat ueriſimile,ꝙ Moyſes manens cum Domino quadraginta diebus fameſceret, quia ſcriptura uult ꝙ ex conſortio diuini ſermonis multam excellentiam aſſecutus fuerit.Nam Exod.34.dicitur, quòd cornuta erat facies Moyſi ex conſortio ſermonis Domini, id. eſt,radios mittebat ex ſe ita,ut Iudæi non poſſent aſpicere in eum, nec accedere auderent niſi cùm Moyſes uelaret faciem ſuam. Non ergo erat ueriſimile,ꝙ Deus illum hominem fame affligeret in perſona ſua, cui ex conſortio ſermonis ſui tantam contulerat excellentiam:quæ etiam poſtea in abſentia durauit.Non eſt ergo ſatis ueriſimile, ꝙ Moyſes, & Elias illis quadraginta diebus eſurirent, cùm non appareat aliqua cauſa ad hoc, maximè quia tunc oportebit multiplicare miracula. Nam,cùm iſta fames naturaliter ſequeretur, & tamen homo fameſcens non poteſt tanto tempore naturaliter ſine cibo manere, oportebat, quòd diuinitus conſeruarentur fameſcentes tantum. Iſtud autem eſſet facere opus imperfectum, ſcilicet, ꝙ ſupernaturaliter conſeruarentur, & tamen ꝙ fameſcerent: cùm per idem miraculum utrumque fieri poſſet,& conuenientius,ſcilicet, ꝙ conſeruarentur, & ꝙ non fameſcerent,cùm per idem iſtud uidetur ſatis ueriſimiliter tenendum. Ad dictum Chryſo.dicendum, quòd poſſet intelligi, quòd Elias,& Moyſes eſuriebãt, & Chriſtus non, ideſt, quòd neceſſe erat Moyſen, & Eliam ſibi ipſis derelictos eſurire, quia puri homines erant,& tamen non eſuriebant à Deo cõſeruati:Chriſtus autem non eſuriebat, ideſt, non erat neceſſe eum eſurire, quia ipſe habebat in ſe ipſo poteſtatem ad nõ eſuriendum, cùm eſſet uerus Deus:litera tamẽ Chryſo.non multum conſentit huic ſenſui,quia dicit, illi ieiunantes eſuriebant, & ſuſtinebant,iſte quadraginta diebus non eſuriebat: teneat ergo quilibet quod placuerit prædicta,ſine præiudicio.

Dicendum ergo uidetur,ꝙ ſicut ieiunium iſtorum æquale fuit in tempore,etiam nemo eorum hoc tempore eſuriuit,ſed diuinitus ſuſtentabantur. Chriſtus tamen habebat hoc à ſe ipſo: alij uerò ex ſpeciali munere Dei. Fuit tamen differentia aliqua inter Eliam, & Moyſen, quia Elias manſit quadraginta diebus ſine cibo quodammodo naturaliter ſuſtentatus, eo ꝙ Deus dederat tantam uirtutem illi cibo, vt per eum poſſet manere ſanus, & fortis nullo alio cibo egens quadraginta diebus. Et ſic dicitur 3.Reg.19. quia ambulauit Elias in fortitudine cibi illius quadraginta diebus. Iſta tamen fortitudo data eſſet cibo ſupernaturaliter,quia nullum alimentum ſemel ſumptum in tanta parua quantitate creditur ex uiribus naturæ poſſe tanto tempore vegetare corpus,vt maneret ſanum,& forte. De quo quid uerum ſit dictum eſt eod.cap.De Moyſe ſecus fuit,quia ipſe non manſit in fortitudine cibi alicuius quadraginta diebus incibatus,ſed ſolùm ex conſectio diuini ſermonis. Exo.34. Ideo iſtud erat quaſi magis ſupernaturale,& tamen neceſſe eſt dici vtrumque caſum fuiſſe miraculoſè: Moyſes tamẽ exceſſit Eliam in hoc, quia Elias ſolùm ſemel manſit ſine cibo quadraginta diebus: Moyſes verò manſit quadraginta diebus bis,ſcilicet,vna vice pro primis tabulis, & alia vice pro ſecundis. Deuter.9. Chriſtus autem manſit ſine cibo quadraginta diebus, non ex uirtute alicuius cibi prius aſſumpti ſicut Elias, ſed ſolùm ex uirtute Dei. Differt tamen à Moyſe, quia Moyſes conſecutus eſt hoc ex conſortio diuini ſermonis, ideſt, quia erat loquens cum Deo his diebus, Chriſtus autẽ habuit hoc à ſe ipſo,quia uerus Deus erat.

An iſtis quadraginta diebus Chriſtus aliquid comederit.
Quæſt. XIII.

QVAERITVR, an in iſtis quadraginta diebus Chriſtus aliquid comederit. Quidam dicunt,quòd ſic,quia Mar. 1.dicitur,quòd Chriſtus erat in deſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus,& tentabatur à Satana: eratque cum beſtijs,& angeli miniſtrabant ei: ergo videtur,ꝙ in iſtis quadraginta diebus angeli ei miniſtrabant: iſta tamen miniſtratio erat in cibo, & potu, vt omnes exponunt: ergo comedebat in his diebus. Item Chriſtus non debuit uitam auſteram habere ſicut Ioannes Baptiſta,quia dicitur infra 11. ex uerbo Chriſti,quòd uenit Ioãnes non manducãs, nec bibens, & dicunt quia dæmonium habet,ſcilicet, cum tanta auſteritate. Venit autem filius hominis manducans, & bibens,& dicunt,ecce homo uorax,& potator uini. Si tamẽ Chriſtus nihil comediſſet in quadraginta diebus, eſſet auſterior in immenſum, quàm Ioannes: ergo in his diebus comedebat. Item Chriſtus ieiunauit,vt nobis ieiunandi exemplum præberet, & tamen nos non debemus talia ieiunia facere,quia uituperantur biduana,& triduana ieiunia, ſed iuxta Apoſtolum quotidie eſurire,& quotidie prandere: ergo Chriſtus quotidie aliquid comedebat, uel ſaltem non maneret ſemper ſine cibo.

Item ſi Chriſtus manſiſſet nunc quadraginta diebus ſine cibo,uideretur poſtea increpabilis, quia poſtea non habuit vitam auſteram,ſed mediocrem,ſcilicet manducabat,& bibebat ſicut homo temperatus, ita ut Phariſæi haberent occaſionem appellandi, uel vocandi eum uoratorem,& potatorem uini, infra 11. & Luc.7.& diſcipulos eius arguebant, quia non ieiunabant ſicut diſcipuli Ioannis & Phariſæorum, infra 9. Quod ergo a principio haberet uitam auſteram ſupernam auſteritatem iuxta mediocritatem hominum,il per omnes homines, & poſtea reduceret ſe infra omluderent, & dicerent id quod ipſe dixit Luc. 14. ſicet. Iſte homo cæpit ædificare, & non potuit conſumare: ergo diebus iſtis comedebat aliquid.

Dicendum, quòd Chriſtus in his quadraginta diebus nihil comedit, quia ſic ieiunium ſuum fuiſſet minus,quàm Moyſi & Heliæ. Noluit tamen uideri minor aliquo homine: nihil ergo comedit his diebus. Et patet,quia Lucas hoc expreſſe dixit, ſcilicet, agebatur a ſpiritu in deſerto quadraginta diebus,& nihil manducauit in diebus illis. Et conſumatis illis eſuriit. Item patet,quia dicitur ſupra in litera: quia cũ ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus,poſtea eſuriit. Et ſic ante illos non eſurierat. Homo tamen tẽperatus non comedit niſi quando eſurit, niſi fortè ſanitatis cauſa: Chriſtus ergo non comedit in diebus illis cùm non eſurierit. Item Gregorius in quadam homilia dicit.Ipſe auctor omnium hominum in quadraginta diebus nullum omnino cibum ſumpſit. Idẽ

Hilarius ſuper Matth.& Chryſoſt.ſuper Matth.Et Auguſtinus, & cæteri doctores tenent. Si enim ſic non fuiſſet,nihil admirationis ieiunium iſtud Chriſti contineret:cùm,& nos ſic quotidie ieiunemus.

Ad primum dicendum, ꝙ angeli non miniſtrauerunt Chriſto niſi poſt quadraginta dies,& finita tentatione. Quia cùm finiti eſſent quadraginta dies,diabolus tentauit Chriſtum, & cùm ſuperatus eſſet a Chriſto,receſſit ab eo, & tunc acceſſerunt angeli, & miniſtrabant Chriſto,ut patet infra in litera. Mar.autem dixit,miniſtrabant ei,ideſt,miniſtrauerunt.Iſte enim eſt ſuus modus loquendi,ut patet in ipſa litera,ſcilicet. Et ſtatim ſpiritus expulit eum in deſertum. Et erat in deſerto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur a ſatana,& angeli miniſtrabant ei. Et dicitur erat in deſerto,ideſt fuit.Ex hoc ſecundùm modũ literæ ſignificaretur, ꝙ Chriſtus in illis quadraginta diebus tentabatur,cum dicatur, & tẽtabatur a ſatana, & tamen Matthę. & Lucas ponunt, ꝙ iſta tentatio fuerit quadraginta diebus finitis, ſcilicet, quando cæpit eſurire. Ita ergo etiam miniſtratio fuit poſt quadraginta dies, quia prius non erat neceſſaria, cum non eſuriret.

Ad ſecundum dicendum, quòd Chriſtus non habuit uitam auſteram ſicut Ioannes ſed mediocrem. Et cùm obiicitur de quadraginta diebus ieiunii dicendum, ꝙ non fuit iſta aliqua auſteritas, quia auſteritas dicit afflictionem carnis ex abſtinentia immoderata uel excellenti:Chriſtus autem in his quadraginta diebus non eſuriebat,nec affligebat,ac ſi non abſtinuiſſet niſi per duas horas, cùm fuerit uirtute Dei ſuſtentatus:& ante hoc & poſt hoc uſus eſt cibis cõmunibus, & mediocris ſuſtentationis:ideo nullam auſteritatem Chriſtus habuit in iſto ieiunio, ſed ſemper Ioannes erat auſterior,licèt ille non faceret biduana, aut triduana ieiunia.Et patet hoc,quia aliàs diceremus, ꝙ Moyſes,& Helias fuerunt auſteriores,quàm Ioannes, cùm uterque illorum quadraginta diebus ſine cibo manſerit. Dicimus tamen Ioannẽ fuiſſe auſteriorem omnibus hominibus, ut declaratum eſt præcedenti cap. & etiam ex hac parte Chriſtus vocauit eum maiorem inter natos mulierum infra 11. auſterioris uitę quia Iudæi in illa auſteritate uitæ ſanctitatem conſtituebãt.

Ad tertium dicendum,quòd Chriſtus ieiunauit,ut exemplum nobis ieiunandi traderet. Et tamen in ſuo ieiunio non ſolùm iſta fuit cauſa, ſed etiam aliæ, ſcilicet oſtenſio poteſtatis.Ideo ieiunium Chriſti ex aliqua parte fuit nobis traditum in exemplum,ſcilicet, quòd quia ipſe ieiunauit nos ieiunemus: & ex aliqua parte fuit ad probationem poteſtatis ſuæ.Et ex hac parte nõ proponitur ieiunium ſuum nobis tanquam imitandum:ſed ſolùm ad credendum,ſcilicet,quòd ipſe erat tantæ poteſtatis, & dignitatis, quantæ eum iſtud ieiunium oſtendebat. Et ita eſt in multis geſtis Chriſti, quæ non ſunt nobis omnino imitanda. Sic fuit de tentatione: quia nõ ſolùm tentationes repulit, ſed etiam tentatori ſe obtulit, & ei occaſionem ad tentandum dedit.Nos autem Chriſtum imitari debemus, ut ſuſtineamus,& ſuperemus diaboli tentationes,ſicut ille fecit:& tamen non debemus nos offerre diabolo, ut tentemur, nec ei occaſionem tentandi in tentatione tradere: quia illud Chriſtus egit certus de ſua poteſtate: nos autem illud fugere debemus certi de noſtra infirmitate.

Ad quartum dicendum, quod ſi uita Chriſti fuiſſet uita ſingularis hominis, qui propter ſe ipſum ſolũ, uel in ſe ipſo ſolo uitam ſuam ordinaret, poſſet aliquo modo argui, ſi incepiſſet uitam a magna auſteritate,& perfectione,& poſtea reduceret ſe infra omnẽ auſteritatem,& perfectionem uitæ ad mediocritatem homi-

hominum. Nam hoc non decebat,quia rectè esset cõ F
tra eum id,quod ipse dixit Luc. 9. scilicet. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro est aptus regno Dei. Fuit tamen vita Christi quãtum ad ea,quæ leguntur tota exemplaris, ideſt, quia ita operatus est, quia volebat nobis exemplum viuendi tradere. Christus autem instruere debebat totum mundum ventu rum sub lege sua:in quo quidam futuri erant viri ma gnæ perfectionis,alij vero mediocres. Vtroſq; autem Christus instruere uoluit. Ideo in viuendo non debuit Christus tenere semper eandem formam,sed quia interdum altissimos, & interdum mediocres docebat, aliquando vitam altam, & aliquando mediocrem tenere debuit. Et ista mutabilitas non erat in eo arguenda,sed potius laudanda, immo si semper uoluisset te- G
nere vnicum modum viuendi,scilicet austeritatis, vel mediocritatis, non conuenienter nos docuisset, cùm præter rationem sit:quia sicut in cælo motus eius nobis est tota salus, & si quiesceret perirent omnia generabilia, & corruptibilia: cùm ergo sit motus ille ordinatus, est laudabilior, quàm quies:ita fuit de mutatione Christi in modo uiuendi, quæ nobis valde profuit. Et quia plures hominum futuri erant mediocres, quã excellentis vitę,& propositi, Christus pauco tempore secutus est vitam arduam, & ab omnibus separatam, reliquo autem toto tempore vitæ suæ mediocritatem tenuit.

An Christus solùm semel ieiunauit hoc ieiunium, vel pluries. H
Quæst. XIIII.

QVAERITVR, an Christus solùm semel ieiunauit quadraginta diebus,vel egerit hoc pluries. Aliqui dicunt,quòd pluries hoc egit: licèt Christus ieiunauit nunc istis quadraginta diebus antequam tentaretur quasi disponens se ad tẽtationem sustinendam. Et tamen Christus non solùm nunc tentatus fuit à Diabolo, sed & post, quia Luc. 4. dicitur, quòd consumata omni tentatione Diabolus recessit ab illo, vsque ad tempus. Et sic videtur,quòd alio tempore post tentauit eum. Ad ipsam ergo tentationem iterum Christus ieiunaret quadraginta dieb⁹. Pluries ergo hoc fecit. Item patet hoc efficacius, quia I
Christus uoluit ostendere se non fuisse minorem aliquo homine de præcedentibus, sed maiorem omnibus,& tamen Moyses bis fecit istud ieiunium quadraginta dierum,ergo etiam Christus saltem bis hoc face ret. Hoc patet de Moyse Deuter. 9.

Dicendum, quòd Christus solùm semel ieiunauit diebus quadraginta,quia non fuit necesse pluries hoc facere. Nam Christus faciebat hoc ad ostensionem potestatis, & tamen sufficienter ostendebat eam ieiunando semel quadraginta diebus. Item fecit hoc ad instructionem prædicatorum,& virorum contemplatiuorum, qui se debent à turba sequestrare:sufficiẽter tamen ostensum fuit hoc in illa vice. Item Christus nõ poterat conuenienter facere postea tale ieiuniũ, quia K
postquam nunc ieiunauit,incepit habere discipulos,& prædicare,& fuit postea semper occupatus circa prædicationem,& sanationem lãguorum,ita vt interdum Christus non haberet tempus ad quietem, & ad cibũ sumendum, sed irruebant in eum, & compellebant quasi de mensa surgere. Mar. 3. Ita vt iam non posset in ciuitatibus prædicare præ turba irruente in eum, sed prædicabat in campis,& locis desertis,& conueniebãt ad eum undique. Mar. 1. Et si aliquando vellet intrare in vrbem in aliquam domum,turbę se comprimebãt, vt irruerent in eum. Ideo quidam ferentes ad eum paraliticum,& non potentes intrare per portam ascende runt per tectum, & nudauerunt illud, & submiserunt grabatum,per cordas ante Christum. infra 9. & Mar. 2. Non posset ergo hoc tempore Christus dimittere tur bas,vt sequestraret se ad ieiunandum quadraginta die bus,quia quocunque iret turbæ sequerentur eum. Et tamen ieiunium istud solitudinem requirebat, quia ita ipse nunc in solitudinem ieiunauit. Moyses quoq; cùm ieiunauit quadraginta diebus bis in monte fuit extra turbas. Exod. 34. & Deuteronom. 9. Elias etiam ieiunans quadraginta diebus in deserto fuit, scilicet, ambulans per desertum usque ad montem Dei. 3. Regum. 19. Christus tamen iam non poterat conuenienter se à turba segregare: ideo non poterat ieiunare sic quadraginta diebus, maximè quia non decebat Christum tanto tempore cessare à prædicatione postquam semel cepisset, quia scandalizarentur Iudæi cur hoc fieret, & etiam quia feruor deuotionis plebis sequentis Christum aliqualiter tepesceret,quod erat inconueniens. Ideo postquam Christus semel cepit prædicare, non fuit intentio mea, nec aliorum Euangelistarum scribere miracula Christi,nisi ut credatur quia est filius Dei,ideſt,nisi ut constet,quòd est filius Dei per ista miracula, & sic uos credatis tanquam firmiter probati. Et propter hoc ista scripta sunt.s. quia sufficiebant ad probandum Christũ esse filium Dei, etiam si alia non scribantur. Secus autem de ieiunio quadraginta dierum, & de similibus moralibus instructionibus, quia talia sunt ad instruendũ nos specialiter de aliqua materia re. Si autem non scriberentur nihil proficerent ad finem instruendi nos facta essent. Et sic opera aliqua Christi uiderẽtur facta inaniter, quia ad nihil proficerent. Et hoc propter inopiam scriptorum. Istud autem est ualde irrationabile, immo quasi abiurium intelligenti, quia sicut Christus omnia speciali consilio Spiritus sancti operatus est: ita & Dei operationes assumpti sunt,qui scriberent gesta Christi: cùm Euangelistæ à Deo specialiter eligantur, & ipsi non se ingerant ad hoc opus. ad Ephesios 4. & probatum est, scilicet, in prologo nostro in quibusdam quæstionibus, & etiam ipsi in scribendo dirigantur specialiter à spiritu sancto dictante eis singula scribenda. 2. Petr. 1. & supra in prologo declaratum est. Non poterat esse, ꝙ Christus fecisset aliquod opus, quod specialiter esset ad nostram instructionem, & Euangelistæ illud scribere omisissent. Erat tamen tale ieiunium propter aliquam causam specialem instructionis nostræ, siue in moribus, siue in fide: cùm tam ardua res non fieret sine aliquo magno mysterio. Si ergo fuisset, scriptum fuisset, & tamen non scriptum est, ergo non fuit. Sed obijcietur, quòd multa alia miracula, quæ Christus fecit ad aliquid proficiebant,cùm Christus nihil faceret inutiliter, & tamen non fuerunt scripta: ita ergo etiam si aliquod ieiunium Christi quadraginta dierum esset ad aliquam utilitatem,fortè nõ scriberetur. Dicendum,quòd non est simile, quia miracula Christi, quæ non scripta sunt, poterant proficere ad duo, etiam si non sint scripta. Vno modo ad probandum potentiam: Iudæi enim erant valde duri ad credendum, & nolebant credere, nisi multa signa uiderent. De quo Christus arguit eos, infra 16. scilicet. Generatio mala,& adultera signum querit. Sic etiam dixit Apostolus,quòd Iudæi signa petunt,& Græci sapientiam querunt. 1. Corint. Et ob hoc,vt omnino satisfactum esset eis, quòd Iesus esset filius Dei, oportebat plura miracula fieri, quàm aliàs requirerentur ad istam probationẽ. Ideo cùm Ioannes scriberet Euan- C
gelium Græcis, & Asianis, & reliquis Gentibus, quæ non erãt tam duræ ad credendum,scripsit eis pauciora miracula, quia illa apud ipsas Gentes sufficientem probationem facerent: apud Iudęos autem,qui ad credendum erant durissimi, Christus plura miracula fecit,quàm scripta sunt, quia quodammodo omnia illa erant necessaria ad conuincendam eorum duritiem. Aliter potest dici,ꝙ miracula Christi erant ad duos fines,scilicet,ad probandum potestatem eius,& ad succurrendum miserijs nostris,scilicet, illorũ hominum, qui tunc erant. Ad primum istorum sufficiebant pauca miracula,ideo Euangelistæ non scripserunt omnia. Ad secundum non sufficiebant pauca, quia sicut erãt plurimi uexati languoribus,ita multæ curationes erãt D
necessarię:& hoc quia Christus miserabatur omnibus languentibus, qui fidem continebant, sic patet infra 9.scilicet. Et circuibat Iesus ciuitates prædictas Euangelizans, & curans omnem langorem, & omnem infirmitatem. Et dicitur ibi,quòd uidens turbas miser tus est eis, quia erãt vexati, & iacentes, sicut oues non habentes pastorem, & infra 8. dicitur, quòd Christus omnes malè habentes curauit,vt impleretur quod dictum est per Isaiam prophetam, scilicet. Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes portauit: & sic miracula facta ad istum finem erant utilia: etiã si non scriberentur: quia sicut vtilitas eorum fuit ad tempus, scilicet pro illis, qui uexabantur: ita non oportuit ea singulatim scribi, vt maneret semper eorũ memoria: E
dum tamen tanta scriberẽtur quanta ad ostensionem suæ potestatis sufficerent. De cæteris autem satis erat fieri mentionem in generali, sicut omnes Euangelistæ fecerunt. Et sic,licèt omnia miracula Christi non sint scripta,omnia tamen posuerunt tantum quãtum ipse ea proficere uoluit. Secus autem de ieiunio quadraginta dierum, & similibus instructionibus moralibus, quia ista non erant nisi propter aliquod speciale mysterium,vel propter instructionem moralem,ideo si non scriberentur periret fructus eorum. Non tamen potest rationaliter credi, quòd aliquid Christus fecerit ad nostram instructionem, quod perierit: ista tamen non sunt scripta. Ideo dicendum,ꝙ nunquam

facta fuerunt. Et sic solùm semel Christus ieiunauit A
quadraginta diebus, cùm solùm semel hoc scriptum sit. De alijs ieiunijs dicendum est,quòd Christus postquam prædicare cœpit,ieiunauit omnia ieiunia, quæ Iudæi obseruabant. Et tamen de illis non scriptum est, quòd Christus ieiunauerit illa, quia non pertinebant ad legem nouam: de quo magis dictum fuit supra in quadam quæstione. Alia quoque parua ieiunia interdum Christus faceret ultra ea, quæ erant in lege veteri: licèt hoc an fuerit, non constet. Et tamen dato, ꝙ fuerit, non oportebat,quòd scriberetur,quia non erat necesse scribi omnia gesta Christi, sed solùm ea, quæ importabant aliquod speciale mysterium, vel fiebant ad aliquam specialem instructionem in moribus,ad B
quod non facerent aliqua parua ieiunia,quæ Christus interdum ex supererogatione legis veteris faceret. Sicut etiam inter nos quotidie homines mediocres, & etiam imperfecti ieiunant ex deuotione aliqua, quod est supererogationis.

Ad primum argumentum dicendum, ꝙ Christus postea tentatus est, licèt illa tentatio non fuerit talis, sicut ista,vt dicetur infra in quadam quæstione. Ideo etiam si ieiunium esset conueniens fieri ante tentationem istam,non oportet, quòd fieret ante aliam: maximè, quia istud ieiunium non fuit factum tanquã præparatio ad tentationem, quasi Christus aliqua præparatione indigeret, sed fuit ad instructionem nostram, & propter alias causas, de quibus supra in ista quæstione, & in alijs, & suffecit ad hoc semel factum fuisse illud ieiunium. Ideo dato, quòd Christus postea tentaretur,non fuit necesse, quòd præmitteret ieiunium. Et dato,quòd aliquod præmitteret,non oportebat,ꝙ maneret quadraginta diebus sine cibo,sicut nunc,de quo ieiunio hic quærimus.

Ad secundum dicendum,ꝙ non fuit necesse Christum ieiunare quadraginta diebus bis,sicut fecit Moyses:quia Christus faciebat hoc specialiter ad ostendendum uirtutem suam, & tamen sufficiebat semel hoc facere, sicut si millesies egisset, quia ut supra dictum est in quadam quæstione, non poterat manere quis quadraginta diebus sine cibo,nisi miraculosè:miraculum autẽ fit ex potestate infinita: ideo non habet terminum infra quem claudatur. Vnde per eandem potestatẽ, per quam quis potest manere sine cibo quadraginta diebus,potest manere mille annis. Et non est maius miraculum unum, quã alterum: licèt effectus in se maior sit. Et quodlibet miraculum ostendit potentiam infinitam: ideo ita ostendetur per unum miraculum, sicut per mille. Ista fuit causa, vt supra dicebatur, quare nõ fuerunt scripta omnia miracula Christi per Euangelistas: scilicet, quia ad probandum potẽtiam eius infinitam, & quòd ipse esset filius Dei,ita sufficiebat, quòd solùm scriberentur miracula, quæ scripta sunt,sicut si scriberentur decem millia. Ita ergo nunc de ieiunio quadraginta dierum, quia nõ fuit maius bis idem ieiunasse, quã semel, sed fuisset maius ieiunasse quinquaginta diebus semel, quàm ieiunasse quadraginta diebus quater. Nam licèt nõ esset maius in potestate, esset tamẽ maius in honore:scilicet, quia Deus vellet istum ieiunantem quinquaninta diebus magis honorare,quàm alios, cùm maiori tempore sine cibo eum sustentaret. Et propter hoc dictum fuit supra in quadam quæstio. quòd Christus noluit excedere quadraginta dies in ieiunio, ne per hoc diabolus argueret eum esse filium Dei, & tentare nollet. Et tamen Moyses ieiunauerat bis quadraginta, & sic reputabatur maius ieiunare quadraginta quatuor diebus, quàm ieiunare quadraginta diebus bis, quia alioquin diabolus non reputaret Christum maiorem Moyse, qui ieiunauerat quadraginta diebus bis. Eadem ratio

tio est Chrysostom. super Matthæum dicentis, quòd Christus non ieiunauit ultra quadraginta dies, ne carnis assumptio incredibilis putaretur. Et tamen si ieiunaret quadraginta quinque diebus non reputaretur maius,quàm ieiunare quadraginta diebus bis non putaretur in credibilis carnis assumptio, cũ Moyses, qui erat purus homo, ieiunauerit quadraginta diebus bis. Et sic non oportuit, quòd Christus istud ieiunium faceret bis, etiam si Moyses illud decies fecisset.

Quid faciebat Christus in deserto his quadraginta diebus, cum ibi solus esset. Quæst. XV.

QVAERITVR, quid faciebat Christus in his quadraginta diebus in deserto, cùm solus esset. Aliqui dicunt,quòd de regionibus circunstantibus ueniebant aliqui ad eum, vt audirent uerbum ipsius,vel ut sanarentur à langoribus, quia ubicũque ille esset,quærebant eum. Dicendum, quòd non est uerum:nemo enim locutus est Christo in istis quadraginta diebus,sed erat in solitudine. Et patet quia Mar.1. dicitur,ꝙ tentabatur à Satana:eratque cum bestijs, idest, in illo deserto, in quo Christus manebat. Et sic erat locus ille segregatus ab hominum communicatione,quia loca, in quibus homines solẽt conuersari non sunt plena bestiis, cùm bestiæ fugiant illa loca propter hominem, vel homo propter bestias: licèt magis bestia fugiat propter hominẽ, quia Deus posuit terrorem hominis super omnes bestias, vt uiso eo fugiant. Sic dicitur Gen.9.scilicet, Terror uester,atque tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cœli. Istud dedit Deus homini etiam post peccatum in remedium,vt posset viuere in terra, quia aliàs bestiæ deuorassent eum, & non potuisset uiuere propter multitudinem bestiarum. Istud ergo desertum in quo Christus erat, segregatum erat omnino à conuersatione hominum, & sic nulli ad eũ confluerent, nec scirent eum ibi manere. Item patet hoc ex intentione Christi, quia Christus tempore hoc ieiunij voluit manere sequestratus à turbis,quia aliàs non fuisset necesse, ꝙ iuisset in desertum ad ieiunandum, quia posset ieiunare in vrbe. Nulli ergo conueniebãt ad eum illuc. Item, quia Christus uoluit ire in desertum,vt ibi solitarium diabolus tentaret, ad quem tentandum non haberet occasionẽ in vrbibus. Si tamen ad eum multi conuenirent manendo in deserto,erat quasi in medio vrbium : ideo ibi diabolus non haberet opportunitatẽ tentandi eum. Item,quia causa præcipua quare Christus fuit in desertum fuit,vt postquã ieiunaret, & esuriret non haberet ibi cibos, & diabolus haberet occasionem tentandi eum dicendo,dic vt lapides isti panes fiant. Si tamen ad Christum multi confluerẽt in deserto illis diebus, ipsi afferrent secum cibos ad usus suos, & de illis comedere posset Christus,quando esuriret, & non oportebat, quòd lapides conuerteret in panem : nec etiam diabolus istud suaderet data opportunitate tã facili ad habẽdum cibos'. Item patet, quia si confluerent aliqui ad Christum in deserto,à quibus posset habere cibos, quãdo esuriuit, peteret ab eis,vel ipsi eo non petente offerrent. Et sic, quando esuriret non oporteret,quòd angeli ministrarent ei, quia diuinum auxilium non debet expectari pro rebus nostris communibus, uisi quando potentia humana defficit, quia aliàs esset tentare Deum, sicut dixit dæmoni suadenti ei, quòd mitteret se de pinnaculo templi deorsum,infra in litera. Angeli tamen ministrauerunt hic Christo post tentationem:ergo videtur,quod non erat promptum aliunde pro tunc habere cibos, & sic non confluebant aliqui ad Christum, quia aliàs ab illis posset habere cibos. Item motiuum istorum non erat conueniens, scilicet, quòd confluerent aliqui ad Christum,vt audirẽt uerbum eius, quia Christus nondum inceperat prædicare,licèt finita tentatione redijt de deserto in Nazareth, & inde iuit in Capharnaum. Et dicitur,quòd ibi cœpit prædicare dicens pœnitentiam agite, vt patet infra in litera. Ante hoc ergo nulli ad eum conuenirent, vt audirent uerbum eius, quia nondum prædicauerat, & nesciebant an aliquando prædicaturus esset, immo potius putarent, quòd nunquam prædicaret, quia illi qui cognoscebant eum sciebant, quòd literas nunquam didicerat: ideo non expectabant sapientiam de ore eius. Vnde quando uiderunt eum prædicare conciues, & cognati admirati sunt.Marc.6. scilicet. Et multi audientes admirabantur in doctrina eius,dicẽtes: Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia,quæ data est illi.Item nemo ad Christum ueniret propter curationes morborum,quia nondum fecerat aliqua miracula,sed initium suorum fuit in Chana Galileæ in conuersione aquæ in uinum.Ioan.2.scilicet. Hoc fecit initium Iesus signorum suorũ. Illud tamen fuit post hoc,quia tunc habebat Christus discipulos, eod. cap. scilicet. Et crediderunt in eum discipuli eius. Et iterum,scilicet. Vocatus est Iesus, & discipuli eius ad nuptias, scilicet, ad illas, in quibus conuertit aquam in uinum. Et tamen nunc non habebat discipulos, quia nondum cœperat prædicare,nec uocare eos,sed post hoc uocauit,vt patet infra in litera. Nullus ergo ad Christum ueniret propter miracula dum erat in deserto, & sic dicẽdum quòd Christus solitarius fuit his quadraginta diebus, & nemo ei locutus est.

Alij dicunt, quòd Christus hoc tempore loquebatur cum angelis, & conuersabatur cum eis, & ita non erat ei locus otij. Dicendum, quòd non conuersabatur cum angelis.Verum est enim, quòd Angeli semper fuerunt ad ministerium omnium electorum. Ad Hebræ.1. scilicet. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.Cùm ergo Christus esset caput, & Dominus omnium electorum inquantum homo, angeli colloquerentur ei cùm ipse haberet in se aliquid magnam consolationem,& gaudium,quia angeli colloquerentur ei. Hoc autem verum est, nisi aliquando placeret deitati hominem Christum,quasi relinquere sibi ipsi, idest, vt affligeretur, sicut affligi poterat vnus homo ex infirmitate humana. Et tunc Christus, licèt absolutè esset maior omnibus angelis, tamen quãtum ad humanitatem assumptam consideratur, sine vnione minor erat Angelis, quia species humana non est æquàlis perfectionis cum Angelis: licèt ex gratia aliquando sit homo maior,vel æqualis Angelo,infra 22. Et non quantum ad id in quo Christus erat minor Angelis,& affligebatur,& placebat deitati, quòd non redundaret aliquod gaudium in partem inferiorem Christi ex gaudio animæ vnitæ : poterat tamen Christus affligi valde, & indigere consolatione Angelorũ, sic factum est tempore passionis. Luc.22.scilicet,apparuit illi Angelus de cœlo confortans eum,& factus in agonia prolixius orabat: & factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Nunc autem non erat Christus in aliqua afflictione: ideo non erat sibi necessaria consolatio aliqua,vel conuersatio angelorum. Ideo nunquam legimus,quòd angeli consolati fuerint Christum, nisi illa vice, quia tunc fuit maxima afflictio sua secundùm carnem. Et sic non est factis conueniens dici nunc,quòd angeli conuersarentur cum eo.Item patet magis infra in litera: nam describit Matt.totam tentationem Christi,& in fine dicit. Tunc reliquit

reliquit eum diabolus, & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. Et sic videtur, quòd ante hoc angeli non erant cum eo, sed tunc uenerunt quasi ex necessitate quadam ad portandum ei cibos,& sic non videtur dicendum, quòd his quadraginta diebus cum angelis conuersatus sit. Dicendum igitur, ꝙ his diebus vacauit orationi.Nam Christus quandocunque habebat locum, ita vt non occuparetur à turba, secedebat in loca deserta, & orabat : sic dicitur infra 14. scilicet. Et dimissa turba ascendit in montem solus orare. Et Mar.1. dicitur. Diluculo valde consurgens egressus abijt in desertum locum, ibique orabat.Nunc autem, quia erat sibi opportunitas ad hoc vacaret semper orationi, quàm multum desiderabat. Sed dicetur quomodo tanto tempore Christus oraret,scilicet,quadraginta diebus,quia istud erat, scilicet,omnem in modũ. Dicendum,ꝙ oratio secundum se valde bona est,cùm fit quædam eleuatio mentis in Deum, & per eam homo coniugitur Deo.Vnde si homo posset,semper deberet manere in oratione,sic dicitur Luc.14.oportet semper orare,& non deficere.Cessat tamen homo ab oratione, quia humana infirmitas non potest illam attentionem in Deum tolerare nisi ad paucum tẽpus : Christus autem erat Dominus naturæ suæ, & poterat semper manere sine cibo & potu, & semper attentus circa eandem rem, & conseruaretur in eo natura humana in sua integritate,quia in his non laboraret.Ideo potuisset manere per decem annos,aut quantum voluisset semper in oratione, & quòd non minueretur in eo aliquid de ardore, uel attentione. Ita ergo nunc perstos quadraginta dies Christus oraret,Et non erat aliquod mirabile,quòd tanto tempore oraret. Nam etiam quando conuersabatur inter turbas,quãdocunque poterat ad orationem se conferebat, & interdum manebat totis noctibus in oratione nihil dormiens. Sic patet Luc.6. scilicet,factum est in diebus illis exijt in montem solus orare,& erat pernoctans in oratione Dei. Et cùm dies factus esset, vocauit discipulos suos. Pernoctare autem est tota nocte in aliquo opere manere: sicut dicitur aliquis pernoctasse in taberna, quia tota nocte mansit in taberna bibens. extra de accusat. cap. Si constiterit. Sic ergo dicebatur Christus pernoctare in oratione, idest, per totam noctem manere in oratione. Et non est inconueniens, nec mirandum ali quòd,quòd istud faceret etiam per mille dies, si solus maneret. Ista oratio Christi proficeret ad multa. Primò,quia pro se ipso mereri poterat, per eam: nam, vt supra dictum est in quadam quæstio. Christus meruit per actus suos, & maximè per passionem impassibilitatem animæ, & immortalitatẽ suam, & exaltationẽ naturæ humanæ,& diuulgationem sui nominis per totũ orbẽ, & similia. Et quia oratio est unũ de operibus valde meritorijs,ꝙ eã Christus meretur aliquid de prę dictis. Secundò oratio Christi proficiebat nobis, quia ipse commendabat nos Deo patri, & pro hoc instanter orabat.Ioan.17.scilicet. Ego pro eis rogo, non pro mũdo. Et rursus: Pater sanctifica in nomine tuo,quos dedisti mihi.Et iterum. Non pro his rogo tantùm,sed pro eis, qui crediturí sunt per uerbum eorum in me. Et in toto illo capitulo nihil facit, nisi rogare patrem pro nobis. Oratio autem Christi exaudita est propter ipsius reuerentiam, quia etiam apud Deum patrem habit Christus homo æstimatus reuerendus supra ea, quæ in toto orbe sunt, ad Hebræ.5. scilicet. Preces,& supplicationes cum clamore ualidoi, & lachrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. Et sic ista oratio Christi erat multum necessaria nobis, sicut passio Christi,& cæteri actus eius,qui ad utilitatem nostram fuerunt. Tertiò fuit oratio Christi ista proficiens ad exemplum,scilicet,vt semper debeamus orare,& nũquam deficere Luc.18. Et licèt nos ex infirmitate carnis nõ possimus in oratione per longum tempus manere sicut Christus,saltem oremus iuxta nostram possibilitatem. Quia Christus est nobis exemplar non æqualitatis, sed excellentię in omnibus rebus. Ideo non debemus nos conari adæquare Christum in aliquo opere,sed solùm imitari eum in illo. Sic patet de ieiunio quadraginta dierum sine cibo, quia nos ieiunare debemus quadraginta diebus, sicut Christus,non tamen sine cibo sicut ipse.Sic etiam de tentatione,quia debemus repellere tentationes sicut ipse repulit: non tamen debemus nos offerre dæmoni, vt nos tentet,& opportunitatẽ sibi præstare sicut Christus fecit.Quartò profuit ista oratio Christi specialiter pro prædicatoribus,& niris contemplatiuis. Nam vt supra dictum est,Christus uolebat hic dare formam prędicatoribus qualiter se haberent antequam prædicarẽt. Et ad hoc uoluit prius recedere in desertum, vt ibi otationi, & contemplationi uacaret. Vt per hoc discant prædicatores,quòd antequam prædicent, & etiam postquam sumpserint officium prædicandi, debent vacare contemplationi, & sequestrare se valde à popularibus occupationibus,& negotijs. Quia si nemo Deo militãs implicat se negotijs sæcularibus,idest, implicare se debet. 2.ad Timot.2. à fortiori ille,qui spiritualiter Deo militat, scilicet, prædicator, & uir contemplatiuus debet se ualde ab omnibus popularibus occupationibus subtrahere,& in oratione tempora sua expendere. Aliter potest dici, ꝙ hoc tempore quadraginta dierum Christus vacauit soli contemplationi fœlicitatis:ita ut totus deitati intenderet, per cuius claram uisionẽ homo beatus fit. Sed objcitur, quòd Christus non posset nunc se circa hoc occupare,quia nihil nouum erat hoc in Christo:nec oportebat, quòd ab aliquibus exterioribus occupationibus Christus cessaret ad hoc,ꝙ occuparetur circa uisionem Dei claram, secundùm quam ipse erat beatus.Quod patet,quia dicimus Christum ab instanti conceptionis suæ fuisse uerum compræhensorem,& beatum,& semper fuisse in patria:licèt uideretur esse in uia quantum ad eos, qui sola exteriora eius considerabant. Et quia nullum tempus est quantumcunque paruum,in quo beati non fruantur diuina essentia clare uisa, quia aliàs pro illo tempore cessarent esse beati, necesse erat dici, quòd nullum fuerit tempus, in quo Christus non haberet istam claram uisionem,secundùm quã erat beatus. Et sic non oportebat,quòd Christus aliquo rempore cessaret ab alijs actibus, vt se conferret ad hanc beatificam uisionem. Dicendum uerum esse,ꝙ Christus habuit omni tempore istam uisionem,vel contemplationem. Vnde & in dormiendo non minus erat beatus,quàm uigilando. Quia non impediebatur illa uisio. In passione quoque sua in qua fuit acerrimus dolor non fuit ullo modo perturbata ista uisio nec summa delectatio,quæ ex ea sequitur,in aliquo diminuta est. Hoc autem erat,quia fœlicitas Christi erat per unionem animæ suæ ad uerbum, quod ab ea semper clarè uidebatur. Et ideo necesse erat animam Christi semper esse fœlicem.Istud autem erat quantum ad portionem superiorem animæ, secundùm quam homo est capax Dei, & quantum ad illam non est anima alligata organo. Et sic ea,quæ ad corpus pertinebant, non pertinebant ad istam partem superiorem animæ,vnde nõ impediebatur fœlicitas illius partis propter cruciatus corporis. Anima tamen quantum ad portionem inferiorem est alligata organis, & quantum ad illam partem fit lætitia, & tristitia, dolor, & gaudium, & motus facti in parte sensitiua impediunt tranquillitatem istius partis animæ. Et sic poterat Christus secũdùm unam partem animæ esse fœlix per uisionẽ beatificam non impe-

Universidad de Deusto Biblioteca

impeditam, & ſecundùm aliam tolerare dolores. An verò differentia iſta in homine Chriſto proueniret ex naturali differentia ipſarum portionum animæ, vel ex impaſſibilitate collata animæ Chriſti: aut ex aliquo alio diuino munere, declarabitur infra 26. Iſta autem fęlicitas animę Chriſti ſecundùm portionem ſuperiorem vndecumque ei proueniret, nunquam impediebatur per aliquos actus exteriores, nec per ſomnium, quia in ſomnio non ligatur anima noſtra niſi inquantum conſideratio fit per phantaſmata quæ in ſomnio turbantur. Fęlicitas autem animę Chriſti non erat per contemplationem alicuius phantaſmatis, ſed per viſionem in verbo: ideo anima non erat magis ligata, quantum ad iſtam viſionem in ſomno, quàm in vigilia. Et ſic non oportebat, quòd Chriſtus diuerteret à cæteris actibus exterioribus, vel occupationibus ad hoc, vt ſe conuerteret ad viſionem beatificam, ſed dicimus, quòd nunc poterat ſpecialiter frui Deo ita, vt bonum fruitionis redundaret aliquo modo in partem ſenſitiuam: ſicut dicimus, quòd in patria ex beatitudine animæ redundabit aliquid in corpus. Ad hoc autem, quòd homo ſecundùm portionem inferiorem animæ percipiat aliquid de illa redundantia, oportet quòd ceſſet à cæteris exterioribus, & tunc non ſolùm erit gaudium beatificũ in anima, quæ directè eſt ſubſtantia eius, ſed etiam aliquo modo erit in corpore per redundantiam. In Chriſto autem non erat iſta redundantia, quando ipſe inter homines cõuerſabatur, quia ſic non eſuriret, nec ſitiret, nec aliquid pateretur. Potuit tamen quandocunque vellet iſtam redundantiam habere, & ad hoc oportebat, quòd à cæteris exterioribus vacaret, vt portio inferior illi redundanti bono attẽta eſſe poſſet. Et iſtud tempus quadraginta dierum erat conueniens ad hoc, quia Chriſtus tũc ab omnibus exterioribus ceſſabat. An tamen Chriſtus aliquando dum vixit inter nos habuerit talem habitudinem per redundantiam in portionem inferiorem, aſſerere non audemus, quia nec legimus, nec ratione conuincimus. Si tamen aliquando habuit talem redundantiam, dicendum quòd illa non fuerit conſumata fęlicitas corporis, quia tunc habuiſſet Chriſtus dotes corporis, ſcilicet, immortalitatem, impaſſibilitatem, agilitatem. Et tamen conſtat, quòd non fuerunt in eo perfectè, cùm vere paſſus, & mortuus fuerit. Ideo magis dicendum eſt qđ ſupra dicebatur, ſcilicet, quòd Chriſtus his quadraginta diebus orationi vacabat.

An fuit conueniens Chriſtum ieiunare ita auſterè. *Quæſt. XVI.*

QVAERITVR, an fuit cõueniens Chriſtum ieiunare ita auſtere, ſcilicet, quòd quadraginta diebus ſine cibo maneret. Quidam dicunt, ꝙ non fuit conueniens, qui Chriſtus non debuit habere vitam auſteram ſicut Ioã. dixit infra 11. ꝙ venit Ioannes non manducans, nec bibens, & venit filius hominis manducans, & bibens. Et ita tenent Doctores, quòd Chriſtus non debuit habere vitam auſteram, vt patet per Sanctum Tho. 3. par. ſum. q. 4. art. 2. Item non proficiebat ieiunium iſtud ad oſtẽdendum potentiam: quia per miracula, quæ Chriſtus fecit, ſufficienter, immo pluſquam ſufficienter oſtendebatur eius potentia, maximè quia iſtud ieiunium non ita clare oſtendebat potentiam eius ſicut miracula: cũ Moyſes, & Elias ſimiliter ieiunauerint. Item non erat ad exemplum, quia nemo Chriſtum ſequi debet in tali ieiunio, & ſic ad nihil videbatur vtile iſtud ieiunium.

Dicendum, quòd fuit valde conueniens Chriſtum manere quadraginta diebus ſine cibo propter cauſas expreſſas, ſcilicet, in quadam quæſtione de hoc, & ma- F ximè erat hoc ad oſtendendum poteſtatẽ, vel dignitatem Chriſti, quę non oſtenderetur, ſi Chriſtus ieiunaſſet ſicut nos ieiunamus. Sed obiicietur, quòd Moyſes, & Elias ſic ieiunauerunt. Reſpondit Chryſ. ſuper Mat. quòd illi ieiunantes eſuriebãt, & ſuſtinebant: Chriſtus autem quadraginta diebus non eſurijt, ſed poſtea. Dicendum tamen, ꝙ hæc poſitio non multum placet ꝑꝑ cãs expreſſas, in quadam. q. Item dato, ꝙ ſic fuiſſet ſup. non conſtaret tamen an Chriſtus non eſurierit, & illi eſurierint, cùm ſcriptura hoc non exprimat, nec poſſit ad hoc haberi ratio conuincens. ſ. quòd illi eſurierint. Dicendum eſt ꝙ iſtud pertinebat ad poteſtatẽ, & dignitatem Chriſti. De dignitate patet, quia per hoc ſaltem apparebat, ꝙ ipſe nõ fuerat minor Moyſe, & Elia; & admi- G quia illud quod in eis fuit excellentiſſimum, & admirandum fuit quoque in Chriſto. Poteſtas autem eius conſiſtit in hoc, quia illi permanebant ſolo munere Dei: Chriſtus autem per ſe ipſum habebat virtutem, ſecundùm quam maneret quamdiu vellet non manducans, nec bibens. Et in hoc maior erat illis. Sed obiicietur, quòd iſtud non conſtabat, ꝙ ita poterat putari de Chriſto, quòd non uirtute ſua ſed munere Dei, ſicut Moyſes, ſine cibo manſerit.

Dicendum, quòd eo tempore quo Chriſtus ieiunauit, non conſtabat an hoc faceret virtute Dei, uel in ſe haberet uirtutem ad hoc, cùm nulla adhuc miracula feciſſet, per quę eius oſtenderetur diuinitas, licèt in eo aliqua ſigna præceſſiſſent, ſicut apparitio Spiritus ſancti, H quæ forte paucis nota erat. Nunc tamen, cũ nobis conſtet eum eſſe Deum, conſtat quòd ieiunium illud uirtute ſua faciebat, & ut nobis proficeret ipſe ieiunium illud faciebat. Vnde licèt tunc non conſtaret per illud ieiunium aliquid de eius poteſtate, ſatis eſt, quòd aliquando conſtare poſſet, ſicut nunc fit. Cauſa tamen præcipua quare Chriſtus debuit tot diebus, ſine cibo manere, fuit ut daret occaſionem diabolo ad ſe tentandum. Tentatio autem duplex diaboli. ſ. prima, & ſecunda fuit ad cognoſcendum, an Chriſtus eſſet filius Dei. Nam in utraq; dixit, ſi filius Dei es &c. Si aũt Chriſtus ieiunaret pluſquam quadraginta diebus, diabolus uidens eum omnibus præcedentibus maiorem, putaret eum eſſe filiũ Dei, & non auderet ipſum tentare, ideo I noluit quadraginta dies excedere. Si autem ieiunaſſet duobus, uel tribus diebus, quibus vnus homo naturaliter poſſet à cibo abſtinere, & eſuriret poſt illos: diabolus non haberet aliquam cauſam tentandi, uel dubitandi, an eſſet filius Dei cùm nihil maius in eo, quã in quibuſcunq; hominibus appareret. Ideo nõ tentaret eum de hoc. Si aũt ieiunaret quindecim, uel uiginti diebus: diabolus putaret iſtum eſſe hominem alicuius dignitatis, cũ Deus illum ſupernaturaliter conſeruaret. Quia tamen Moyſes, & Elias magis fuiſſent conſeruati, ſcilicet quadraginta diebus, & neuter eorum erat filius Dei, non haberet cauſam dubitandi, an iſte eſſet filius Dei. Ideo nõ tentaret eum ſuper hoc. Cũ autem uidit eũ quadraginta diebus ieiunaſſe, ſicut fecerãt Moyſes, K & Elias, licèt ex hoc aperte non cognouerit an eſſet filius Dei, habuit tamen cauſam dubitandi. Et iſta fuit occaſio tentationis. Et ſic Chriſtus, cũ uellet dare diabolo occaſionem tentãdi ſe, quia in litera dr̃, ꝙ ductus eſt in deſertum, ut tentaretur à diabolo, debuit abſtinere à cibo non minus quã quadraginta diebus. Ad argumentum dici poterat, ꝙ nõ concludebat, quia non ſit in eis ſufficiens diuiſio, quia licèt propter illorũ opiniones Chrs debuiſſet ieiunare, fuerat iam ꝯueniẽs, ꝙ ieiunaret, ut diabolo præſtaret occaſionem tentationis. Poteſt tamen reſponderi alio modo ad ſingula. Ad primum dicendum, quòd Chriſtus non debuit generaliter ſeruare auſteritatem in uita, ſicut Ioannes, quia tñ Chrs docturus erat oẽs ſtatus hoĩum, quorũ aliqui debebant eſſe valde perfecti ſicut contemplatiui, & Eremicolæ quorum vita auſtera eſt, fuit conueniens, quòd Chriſtus aliquo tempore, ſaltem parum oſtenderet exemplum auſteritatis, ſcilicet, manendo in Eremo inter beſtias, & abſtinendo tanto tempore à cibo, licèt nullus eum ſequi poſſet in hoc. Aliter poteſt dici, quòd Chriſtus nullo tempore tenuit auſteritatem Ioannis, & iſtud ieiunium quadraginta dierum non fuit auſterum, cùm in eo Chriſtus non affligeretur, quia nunquam eſuriuit, niſi poſt quadraginta dies, & tunc comedit, & non fuerunt ei cibi auſteri, ſicut Ioannis, ſcilicet, locuſtæ, & mel ſylueſtre, ſed ad cibos mediocres redijt, quibus ſemper vſus fuerat. Et ſic nõ fuit iſtud ieiunium tanquam ſignum, vel pars alicuius auſteritatis. Ad ſecundum, quòd proficiebat ad oſtendendum potentiam, & dignitatem Chriſti, ſicut ſupra declaratum eſt. Et cùm dicitur, quòd non ſufficienter: iam fuit hic reſponſum. Cùm autem dicitur, quòd iſta potentia ſatis oſtendebatur per miracula, dicendum, quòd Chriſtus non ſolùm voluit vno modo oſtendere potentiam ſuam, ſed pluribus. Ideo non ſolùm per miracula, ſed etiam per ieiunium eam oſtendit. Ad tertium dicendum, quòd profuit iſtud ieiunium, & exemplũ, quia nos ſequi debemus Chriſtum ieiunãdo quadraginta diebus, quia ipſe totidem ieiunauit, licèt non debeamus manere tanto tempore ſine cibo, ſicut ipſe manſit, quia nihil eſt, in quo nos poſſimus perfectè imitari Chriſtum.

Quomodo Chriſtus tanto tempore ieiunauit, & quomodo poſtea eſurijt. *Quęſt. XVII.*

QVAERITVR, quomodo Chriſtus tanto tempore ieiunauit, & quomodo poſt eſurijt, & vnde ei prouenit hoc. Dicendum, ꝙ de cauſis quare Chriſtus tanto tempore voluerit ieiunare, & quare poſt voluerit eſurire, ſupra dictum eſt, nunc autem ſolum quæritur, vnde ei proueniret hoc. Dicendum, ꝙ Chriſtus habebat in ſe ſecũdum ꝙ eſuriret, & ſecundũ ꝙ ſemper ſine fame maneret. ſ. Quia Deus erat, & inde competebat ei, ꝙ poſſet nunquam eſurire. Erat etiam homo, ex quo competebat ei ſæpe eſurire, vel non eſurire. Non eſt autem putandum, ꝙ diuinitas in Chriſto eſuriret, quia ridiculum eſt de ea dicere eſurire, vel non eſurire, quia non ſolùm nõ eſurijt, ſed nec eſurire poteſt, quia fames eſt apetitus cibi ex indigentia inſurgens. Non eſt ergo fames, niſi vbi cibus recipi ſolet, & quia ſolum animal cibatur, in ſolo animali eſt fames. Deus autem ſpiritus purus eſt: ideo in eo fames nulla eſſe poteſt, nec ſaturitas. Erat autem ſaturitas, & fames in Chriſto inquantum verus homo erat. Et ex hac parte neceſſe erat, ꝙ Chriſtus ſæpe eſuriret, ſicut nos. Quod ergo Chriſtus quadraginta diebus ſine cibo manſerit, non fuit ex conditione humanitatis, ſed, quia Chriſtus cùm eſſet Deus erat Dominus naturæ ſuæ, & poterat ſeruare eam incolumem ſine cibo, ſicut cum cibo ſeruauit. Ergo, ſcilicet, quamdiu uoluit. ſ. quadraginta diebus, & ita potuiſſet ſeruare in æternum, & tunc Chriſtus nõ eſuriebat. Finitis autem quadraginta diebus, placuit deitati relinquere hominem Chriſtum naturæ ſuæ, & tũc neceſſe erat, ꝙ eſuriret, ſicut aliàs eſurire conſueuerat. Et ſic iſta fames non fuit tanta à deitate, ſicut fuerat conſeruatio ſine cibo: ſed naturaliter ſecuta eſt propter defectum cibi. Sic ait Hilarius ſuper Matth. ſ. Igitur cũ eſurijt Dominus poſt quadraginta dies, nõ inedię ſubrepſit operatio, ſed naturæ ſuæ hominem dereliquit. Nõ enim erat à Deo diabolus, ſed à carne vincendus. Sic etiã dicit Greg. Nazianzenus. ſ. Quadraginta quidem diebus ieiunauit nihil manducans: erat. n. Deus.

A Nos autem ieiunium poſſibilitate proportionamus. Conſiderandum tamen circa famem, quæ ſecuta eſt in Chriſto poſt quadraginta dies qualis fuit. ſ. an talis qualis poſſet ſequi in homine, qui tanto tempore abſtinuerat à cibo, vel ſicut ſi nunquam abſtinuiſſet. Et dicendum, quòd licèt Chriſtus naturæ ſuæ derelictus eſt, non fuit maior fames in eo, quàm eſſe poterat eo tempore quo incepit iſtud ieiunium quadraginta dierum. ſ. tunc cum primum Deus cępit Chriſtum conſeruare ſupernaturaliter à fame. Et patet hoc, quia ſi Chriſtus ſibi derelictus tantam famem pateret, ſicut homo, qui quadraginta diebus abſtinuerat, immediatè moreret, cũ famem tot dierum nemo tolerare poſſet. Item dato, ꝙ poſſet aliquo modo tolerari eſſet cru- B ciatus iſte ineffabilis. Quod videmus in hominibus· ſi per duos, vel tres dies non comederent. Et ſic fortè cruciatus, quem Chriſtus tolerauit in cruce, non eſſet acerbior, quàm iſte. Iſtud autem erat inconueniens, quia nulla erat cauſa huius cruciatus, cùm hora paſſionis Chriſti nondum ueniſſet. Et ſi talem cruciatum Chriſtus fuiſſet paſſus, cùm ille propter nos eſſet, fieret de eo magna mentio, ſicut fit de paſſione eius, & tamen nihil de eo refertur. Item ſi deberet eſſe fames talis ſicut poſt quadraginta dies, neceſſe erat, quòd toto tempore medio corpus Chriſti diſponeretur ad perueniendum ad talem ſtatum, in quo ſequeretur naturaliter illa fames, quia nihil naturale inducitur ſubito, ſed per omnem ſuam ſucceſſionem in diſpo- C ſitionibus. Non fuit tamen corpus Chriſti alteratum illo tempore, quando ieiunauit, cùm nunquam eſurierit, ergo non fuit illa fames, ſicut ſequi deberet poſt quadraginta dies, ſed dicendum, quòd tanta fuit afflictio famis, quam Chriſtus tolerauit poſt quadraginta dies, quanta fuit, quando intrauit in deſertum, ſiue in tempore illo, à quo cępit computari iſtud ieiunium, quia toto tempore medio impedita fuit actio naturalium agentium diſponentium ad famem, & fuit tempus illud quaſi nunquam fuiſſet. Sicut ſi ponatur vnum lignum in igne, & incipiat ignis agere in eo per quartam partem horæ, & tunc Deus ſuſpendat actionem ignis per quadraginta annos quibus ſemper maneat lignum in igne, & illis finitis Deus permittat D ignem rurſus naturaliter agere, non erit combuſtum tunc de illo ligno pluſquam in quarta parte horæ comburi poterat. Sic igitur de fame dicendum eſt, quæ à naturali agente cauſatur. Item patet hoc, quia poſtquam Chriſtus cępit eſurire, iam naturaliter alterabatur corpus eius, quantum poterat alterari corpus alterius hominis eiuſdem complexionis, & diſpoſitionis. Et tamen Chriſtus tolerauit famem aliquanto tempore poſt hoc, ſcilicet, à tempore quo cœpit eſurire vſque ad tentationes finitas, quia non comedit vſque tunc, vt patet infra in litera, ſcilicet, quòd receſſit diabolus a Chriſto, & tunc acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei, ſcilicet, in cibo, & potu. Si tamen fuiſſet illa fames, qualis eſſe debebat, uel poterat poſt quadraginta dies, non potuiſſet Chriſtus vllo modo E ſuſtinere, quin ſubito moreretur. Non ergo fuit fames, niſi qualis futura erat, ſi nullum tempus intercidiſſet inter principium ieiunij, & finem quadraginta dierum.

Quare nos quadraginta diebus ieiunamus. *Quæſt. XVIII.*

QVAERITVR, quare nos quadraginta diebus ieiunamus. Dicendum, ꝙ hoc non prouenit ex aliquo mandato Chr̃i, ſed ex ſolo Eccleſiæ ſtatuto. Habuit tñ illud cauſas pendentes ex hoc facto. Prima fuit propter ſimilitudinem Chri-

Christi, quia ipse ieiunauit, ut nos ad ieiunandum instrueret, ut ait Chryso. in homilia 5. in Matth. scilicet, Christus ieiunauit non ieiunio indigens, sed nos instruens. Ita sicut ille quadraginta diebus ieiunauit, debuimus nos quadraginta diebus ieiunare. ait enim Chrysost. Vt quadragesimi ieiunii nostri poneret mensurā, quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit. Non tamē est putandum, quòd nos debeamus ieiunare sicut ille, scilicet, sine cibo manendo, quia excedit infirmitatem nostram: sed ieiunamus, ut nobis conuenit, scilicet, quotidie esuriendo, & quotidie prandendo. Si autem aliqui zelo deuotionis maiora ieiunia facere uelint, scilicet, biduana, non laudantur. Sic enim dicit Gregorius Naziāzenus, scilicet: Quadraginta quidem diebus ieiunauit nihil manducans, erat enim Deus. Nos autem ieiunium ad possibilitatem proportionamus, licèt zelus aliquibus progredi suadeat vltra posse. De hoc etiam Basilius ait, scilicet. Non sic vtendum est carne nostra, vt per egestatem naturalis alimenti vigor eius soluatur: nec vt ad ultimatum torporem intellectus urgeatur per dissolutionis excessum. Si tamen aliquis conaretur ieiunare sicut Christus, dissolueretur corpus eius. Ideo nemo conetur, quòd supra uires est. Vnum tamen est, in quo nos aliquo modo supplemus defectum ieiunii nostri, scilicet quia defectum austeritatis quantitate temporis compensamus. Hoc autem est, scilicet, quia Christus solū semel hoc ieiunium fecit nos autem quolibet anno facimus. Etenim dicit Basilius vbi supra, scilicet. Vnde Dominus noster semel hic peregit ieiunium: sed per totum cōsequens tempus ordine debito gubernauit corpus, & similiter Moyses, & Elias. Secūda causa fuit propter similitudinē, quia quadraginta constat ex decem super quatuor, per quos signantur decem præcepta decalogi, & quatuor libri Euangelii: in quibus ieiunandum est ab illicitis operibus. Istam causam ponit Gregorius in quadam homilia. Tertia est quasi in eodem fundamento, vt per decem significentur præcepta decalogi, & per quatuor ipsa elementa de quibus subsistimus, propter quæ ipsum decalogum præcepto rum transgredimur. Quarta est propter decimas dierum, quia sicut debemus Deo dare decimas rerum, ita debemus dare decimas temporum. Sunt autem decimę anni dies triginta sex, qui quasi tempus ieiunandi quadragesimale explent. De his tribus proximis Gregorius in quadam homilia dicit, scilicet. Ipse auctor omnium hominum in quadraginta diebus nullū omnino cibum sumpsit: nos quoque inquantum possumus quadragesimæ tempore carnem nostram per abstinentiam affligamus. Quadragenarius autem numerus custoditur, quia virtus decalogi per lib. 4. sancti Euangelii implętur. Denarius etenim quater ductus in quadragenarium surgit. Vt quia in hoc mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, per cuius voluntatem præceptis dominicis contrahimus, quæ per decalogum accepta. Qui ergo per carnis desideria decalogi mandata contemptimus, dignum est, ut eandē quater decies affligamus, ut sicut in lege offerre debemus decimas rerum: ita & offerre contendimus decimas dierum. A prima enim dominica quadragesimæ usque ad paschalis solennitatis gaudia sex hebdomadæ ueniunt, quarum dies quadraginta duo sunt. Ex quibus dum sex dies dominici ab abstinentia subtrahuntur, remanent triginta sex: dum uerò per trecentos, & sexaginta quinque dies annus ducitur, & nos per triginta sex dies affligimus quasi anni nostri decimas Deo damus.

Alia causas assignat Ambrosius super Lucam per applicationem ad numeros quadragenarios inuentos in sacra scriptura, dicens: Quadraginta autem dierum mysticum numerum recognoscis. Tot enim diebus aquas abyssi effusas esse meministi, & tot ieiunio dierum sanctificato refusam cæli serenioris ostendit clementiam, tot ieiunio dierum Moyses perceptionem legis meruit: tot annos in eremo constituti patres panem angelorum consecuti sunt.

Aliam causam assignat Augustinus lib. de concor. Euang. scilicet, quòd numerus quadraginta laborem signat, qui competit ieiunio, in quo animam humiliamus, cùm ait: Numerus iste laboriosi huius temporis sacramentum est, quo sub disciplina Regis Christi aduersus diabolum dimicamus. Hic enim numerus temporalem uitam signat, tempora enim annorum quadripartitis uicibus currunt, quadraginta autem quater habent decem. Porro ipsa decem ab uno usque ad quatuor progredientia numero consumantur. Quod declarat, quòd quadraginta dierum ieiunium humiliationem animę consecrauit, & lex, & prophetæ per Moysen, & Eliā, & Euangelistam per ipsius donum ieiunium. Aliam causam ponit Hilarius super Matt. scilicet, quòd quadraginta diebus Christus ieiunauit, & postea esurijt ad significandum quadraginta dies, qui post passionem suam manebāt, quibus Christus in sęculo moraturus erat, & tunc esuriret. i. desideraret expectationem salutis humanæ, deportando in cœlum humanitatem, quam assumpserat.

Quomodo Christus dicitur ieiunasse quadraginta diebus: cum in tali tempore nullam afflictionem habuerit.

Quæst. XIX.

QVAERITVR, quomodo Christus dicitur ieiunasse quadraginta diebus, quia ieiunij dicit afflictionem quandam, & tamē Christus non afflictus est, quia non esuriuit in diebus istis, Dicendum, q̄ Christus uerè ieiunauit, immo leperhabundanter, Quia ieiunium dicit abstinentiam a cibo: Christus autem simpliciter abstinuit, quia nihil manducauit in his diebus. Cùm autem dicitur, q̄ non esuriuit in illis. Dicēdum q̄ hoc fuit necessarium, quia si esuriuisset iam diabolus inuenisset eum minorem Moyse, & Elia, & non tentasset eum. Item, quia presupposito, q̄ Christus debebat ieiunare his quadraginta diebus propter causas supra positas, necesse fuit, q̄ nō esuriret in eis, quia si esuriret modo naturali, ut affligi posset, non potuisset tanto tempore sine cibo manere, quia necesse erat intra paucos dies mori. Et sic, q̄ Christus non esuriret, non erat solùm ad subleuandos labores Christi, sed quia nullo modo eos posset tolerare humanitus. Vnde nec Moyses, nec Elias hoc tempore esurierunt, nec afflicti sunt. Sed tamen dicendum, quòd in isto ieiunio Christi fuit aliquid de afflictione Primò, quia maneret quadraginta diebus segregatus ab omni humana conuersatione. Nam homo est animal ciuile, & manere extra communitionem hominum est sibi contra naturam: ideo est naturaliter triste. Secundò fuit afflictio propter locum, in quo manebat, quia erat locus asperrimus, & feruentibus. i. plenus bestijs, & ad significandum istam asperitatem, & feruentem, dicitur Marc. 1. quòd Christus tentabatur à Satana, eratque cum bestijs. Tertiò erat afflictio propter locum, quia necesse erat tolerare ibi aeris intemperiem, cùm ibi non essent domicilia, nec tuguria, nec aliquid, in quo homo refrigerare tur, sed oportebat manere super nudam terram die & nocte toto hoc tempore, & frigora, & estum pati iuxta temporis qualitatem. Et ista sunt ualde afflictiua. Quartò fuit sibi afflictio quædam ex parte bestijs, quia licèt Christus non esurierit in illis quadraginta diebus, finitis tamen eis incepit esurire, & tunc diabolus cepit eum tentare, & tamen Christus nō comedit quousque fuerunt consumatæ istæ tentationes, quia tunc diabolus recessit, & accedentes Angeli ministrauerunt ei. infra in litera. Toto ergo tempore tentationis Christus esuriebat, & affligebatur. Quantum autem id fuerit, dicetur infra quadam quæst. Et sic in isto ieiunio fuerunt afflictiones multæ sicut in alijs.

Quare Christus fuit tentatus post ieiunium, & non ante.

Quæst. XX.

QVAERITVR, quare Christus post ieiuniū tentatus est, & non prius. Dicendum, quòd hoc factum est propter multa. Primò ad instructionē nostram. Quia sicut ipse uoluit tentari, vt nos haberemus formam resistendi tentationibus dæmonis: ita voluit præponere dispositiones illas, quibus homo debet se munire contra diaboli tentationes. Et istud est ieiunium, quod Apostolus computat inter arma iustitiæ. prima Corin. 6. Sic enim dicit Ambro. super Lucam, scilicet, Tria sunt, quæ ad vsum proficiunt salutis humanæ, scilicet, sacramentum, defensum, ieiunium. Nemo enim nisi qui legitimè certauit coronatur. Nemo autem ad certamen virtutis admittitur nisi prius ab omnibus maculis delictorum ablutus gratiæ cælestis munere consecretur. Sic etiam dicit Basilius, quòd ieiunauit Christus ostēdens, quòd illi, qui se vult ad pugnas tentationum accingere sobrietas est necessaria. Secūdò fuit hoc ad reddendum cautos homines ieiunantes, vt non putent, quòd ex eo, quòd ieiunant, & bonis operibus insistunt, quòd diabolus non tentet eos: quia tunc eis maximè insidiatur, cùm bonis operibus inuideat. Et ob hoc etiam post baptismum Christus tentatus est, vt ostendat, q̄ purificati de peccatis à dæmone tentantur. Sicut dicit beat. Hilari. super Mat. quòd in sanctificatis maxime diaboli tentamenta grassantur, quia victoria ei magis est exoptanda de sanctis. Sic enim dicit Chryso. super Mat. scilicet, nec enim diabolus superueniret tibi ad tentandum, nisi te in maiori honore effectum uideret. Idem quoque Chrysost. dicit ieiunium esse quoddam apparatum contra diabolum in Homilia quadam, scilicet, Vt discas, quàm magnū bonum est ieiunium, & qualiter scutum est aduersus diabolum, & quoniam post baptismum non lasciuiæ, sed ieiunio intendere oportet. Ipse enim ieiunauit non eo indigens, sed nos instruens. Tertiò & præcipuè tentatus est post ieiunium, ut per ieiunium occasionem se tendandi diabolo traderet. Nam prima tentatio eius fuit, ut lapides in panem conuerteret propter famem. Si tamen non ieiunasset, non fuisset occasio ista ad tentationem. Sic dicit Chryso. super Mat. quòd quia diabolus uidens Christum ieiunantem per quadraginta dies desperauerat, postquam esurire sensit, iterum tentare cœpit. Sic etiam dicit Hilarius, quòd cùm Christus esurijt, naturæ suæ Deus hominem derelinquit. Non enim erat diabolus à Deo, sed à carne uincendus.

An diabolus fecerit Christo alias tentationes præter istas, quæ hic enumerantur. Quæst. XXI.

QVAERITVR, an diabolus fecit Christo alias tentationes præter istas, quæ numerantur hic. Quidam dicunt, quòd sic, scilicet, quòd per istos quadraginta dies Christus quasi continuè tentabatur à dæmone, ut innuitur Mar. 1. scilicet. Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur à Satana, scilicet, in illis.

Alph. Tost. in Matth. Comm.

aliquo tempore in primis parentibus ipsis uiribus superioribus, sine aliqua rebellione: Christus autem non assumpsit istum defectum rebellionis, quia licèt passibilitates alias nostras assumpserit, quæ erant solùm ad patiendum, istam tamen quæ non solùm ad patiendum, sed etiam ad peccandum occasionē præstabant suscipere noluit. Ob hoc ergo in eo non poterat esse tentatio aliqua à carne, nec à mundo, cùm ista sit ab intrinseco per rebellionem virium. Solùm ergo manebat tentatio, quæ est ab extra per suggestionem. Ista enim totaliter est exterius, ideſt, à principio extrinseco, & potest hoc modo aliquis homo tentari, cuius omnes uires in magna parte, & tranquillitate sint, & nulla sit rebellio inter inferiores, & superiores. Talis tentatio non dicit imperfectionem in tentato, quia nihil in eo mali ponit, sed totum malum est in tentante, scilicet, mala voluntas nocendi, & inducendi ad malum. Ista est tentatio à dæmone, & ista conuenienter poterat esse in Christo, & fuit vere. Tentatio autem quæ est à carne, & mundo, dicit quādam imperfectionem in tentato, etiam si non consumeretur, cùm ibi sit quædam rebellio virium inferiorum ad superiores, & istud malum quoddam est: ideo Christus non habuit tentationes istas, sed solùm à dæmone tentatus est. Non est tamen intelligendum, quòd tentatio à mundo sit penitus ab intra, quia magis est ab extra, vt infra dicetur, nisi quando incipit ei consentiri. De ista. tentatione dicendum, quòd nunquam Christus propriè tentatus est, nisi nunc, scilicet, quòd diabolus suggereret ei aliquod malum facere. Et patet hoc, quia ante tempus istud nunquam Christus tentatus est. Nam si tentasset Christum superatus fuisset ab eo, & postea non audetet ipsum aggredi.

Item, quia ex tentatione illa aliquo modo Christum cognosceret, scilicet, quia resisteret sibi alio modo, quàm cæteri homines resistere soleant. Ex eadem etiam ratione dæmon non tentaret Christum post hoc, cùm iam repulisset eum in omnibus tentationibus: maximè, quia dæmones post hoc apertius cognouerunt Christum, vt infra dicetur. Ideo non auderent tentare eum.

Item si Christus ante hoc, vel post hoc aliàs tentatus fuisset, scriptum fuisset, & tamen non scriptum est. Nec obstat, si dicas multa facta Christi non fuisse scripta. Ioan. 20. quia illud tenet de miraculis, quæ non fuerunt omnia necessaria scribi, vt supra declaratum est: secus autem de tentatione Christi, quia ista non fieret nisi propter aliquam specialem instructionem nostram, ideo scriberetur. Patet hoc quia in Christo non erat difficultas aliqua etiam ex parte humanitatis resistente tentationi, quia nihil erat in Christo, per quod posset succumbere tentationi. Nam tentatio, quæ est ab intrinseco, scilicet, à carne, & mundo in Christo esse non poterat, vt dictum est. Sola ergo tentatio dæmonij per suggestionem manebat, & in hoc non succumbit homo nisi propter duo, scilicet, quia caro, & mundus interdum adiuuant. Sicut cùm dæmon suggerit nobis aliquid facere, quod est delectabile secundùm carnem, vel de concupiscibilibus sęculi, quia tunc, licèt tentatio à dæmone incipiat, à carne tamen, & mundo consumatur.

Secundo modo succumbit homo in suggestione diaboli per solā ignorantiam, scilicet, quando suggerit nobis aliquid, ad quod secundùm carnem, vel in sęculi concupiscentiam non inclinaremur. Et tamen, quia innuit nobis illud esse bonum, decipimur, & facimus. Christus non poterat istis modis succumbere suggestioni dæmonis.

De primo patet, quia caro, & mundus in Christo non poterant adiuuare dæmonem, cùm ibi non posset esse aliqua deordinatio virium, vt supra dictum est.

De secundo patet, quia Christus decipi non poterat, vt erraret iudicando de aliqua re, an esset bona, vel mala, cùm anima sua esset vnita verbo, & etiam secundùm humanitatem sciebat in immensum plus quam omnes. Et sic etiam secundùm humanitatem nullus labor erat Christo sustinere tentationes dæmonis. Ideo nullus actus erat, qui minus Christo conueniret, quàm tentari à dæmone, cùm in hoc erat minor locus merendi ex conditione actus. Nam, cùm Christus aliàs ieiunabat, iter agebat, iniurias sustinebat, & verbera, & cætera humana incommoda, & paupertatem, & abiectionem: affligebatur in his secundùm humanitatem, & ideo erat magnus locus merendi. In tentatione autem dæmonis, non affligebatur, vt dictum est, Ideo istos actus Christus propter seipsos frequentaret etiam nulla alia speciali causa existente, & etiam si non pertineret ad exemplum vitæ nostræ. Tentatio autem non erat laboriosa, ideo erat Christo superuacuum illam velle sustinere, nisi propter aliquam causam specialem, vt potè propter instructionem nostram: & tunc sustineret, quòd illa scripta fuisset, quia aliàs periret totus fructus eius, cùm Christus propter solam instructionem sustinuisset, & nos instrui non possemus, quia non esset scripta. Istud autem est magnum inconueniens, & non est concedendum, quia sicut omnes actus Christi tota deitate dirigente facti sunt: ita, & omnes scriptores actuum istorum scilicet Euangelistæ in scribendo, à Spiritu sancto directi sunt, vt scriberent quicquid ille uellet. Et sic nihil omittere poterant. Quod ergo Christus ad solam nostram instructionem, uel propter eam principaliter fecisset, & tamen non scripserunt alias tentationes præter istas, quæ habentur hic, ergo nunquam Christus aliàs tentatus est tentatione propriè dicta, quæ fit per suggestionem dæmonis.

Ad primum argumentum dicendum, quòd Christus solùm tentatus est nunc. Marcus tamen dixit tentabatur, ideſt, tentatus est, quia iste est modus loquendi suus. Et patet, quia dicitur ibi, & tentabatur à Sathana, eratque cum bestijs, & angeli ministrabant ei. Constat tamen, quòd in illis quadraginta diebus nunquam angeli ministrauerunt Christo, quia dicitur Luce quarto, quòd in illis quadraginta diebus nihil comedit, sed solùm post quadraginta dies, sentia iam tentatione ministrauerunt ei. Sic dicitur hic, quòd ieiunauit quadraginta diebus, & postea esurijt, & tunc accessit tentator, & tentauit eum tribus tentationibus. Et postea dicitur, tunc diabolus dimisit eum, & accesserunt angeli, & ministrabant ei. Et sic debet necessariò exponi illud uerbum Marci, scilicet, ministrabant, ideſt, ministrauerunt, quia post quadraginta dies solùm ministrauerunt. Et ita debet exponi istud verbum, scilicet, erat in deserto quadraginta diebus, & tentabatur à Satana, ideſt, tentatus est, scilicet, post istos quadraginta dies, quia ita dixit Matth. scilicet, quòd cum ieiunasset quadraginta diebus, esurijt postea, & tunc accessit tentator. Sic etiam dicitur Luc. 4. quòd in quadraginta diebus nihil comedit. Et consumatis illis esurijt. Et tunc dicitur, quòd dixit ei diabolus, si filius Dei es &c. & sic non fuit alia tentatio in quadraginta diebus.

Aliqui putant, quòd tentatus fuit Christus in istis diebus, & tamen tentationes illæ fuerunt ita arduæ, quòd Euangelistæ illas scribere noluerunt, uel non potuerunt. Sic dicit Origenes, scilicet. Tentatus autem Iesus à diabolo quadraginta diebus. Quæ autem fuerunt tentamenta nescimus. Quæ ideo fortè præ-

prætermissa sunt, quia maiora erant, quàm ut literis crederentur. Sic etiam dicit Beda, quòd Dominus tentatus est quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Sed hoc non est intelligendum de illis tentationibus visibilibus quas Matthæus, & Lucas narrant, quæ manifestè factæ sunt post ieiunium, sed de quibusdam alijs impugnationibus, quas fortè illo ieiunij tēpore Christus à diabolo passus est. Sic enim refert sanctus Thomas, tertia parte, sum. quæstio. 41. articu. tertio, in responsione ad secundum argumentum. Sed magis dicendum est, quòd multæ aliæ tentationes fuerint præter illas tres, quas Matthęus hic scripsit, & Luc. 4. Hoc patet, quia magis conuenit intētioni Euangelistarum: eam Matthæus dicat tentatorem accessisse post dies quadraginta, quando Christus cœpit esurire. Item, quia motiuum eorum, qui dicunt Christum alias tentationes toleraſſe est propter literam Marci, & tamen illa nihil ad hoc urget, cùm sit modus suus loquendi, vt supra expositum est. Item, quia Doctores communiter tenent, quòd Christus illas tentationes non sustinuerit in illis quadraginta diebus. Sic dicit Chrysostomus super Matthæum, scilicet. Quia diabolus uidens per quadraginta dies Christum ieiunantem, desperauerat, postquam esurientem sensit iterum speraре cœpit: sic etiam dicit Basilius, scilicet, Dominus per quadragenam intentatus mansit. Nouerat enim diabolus, quòd ieiunauerat, & non famescebat, & ideo non audebat accedere. Item si diabolus in his quadraginta diebus Christum tentasset, auderet eum tentare antequam esuriret. Hoc autem non est uerisimile, quia Matthæus dicit, quòd postquam esurijt accessit tentator. Aliquis dicet, quòd hoc non fuit, quia prius non auderet tentare, & non tentasset, sed quia ista tentatio de qua hic dicitur non poterat fieri nisi postquā esuriret, scilicet, quia tentauit eum, vt lapides in panem conuerteret, vt saturaretur. Dicendum, quòd non stat, quia si propter hoc diabolus postquam esurijt tentasset eum, fecisset prius alias duas tentationes, quæ non pertinent ad famem, scilicet, quòd proijceret se de pinnaculo templi, & quòd adoraret eum. Et tamen istas duas nō ausus est facere antequā Christus esuriret: ergo ante diem quadragesimum nulla tentatio precesserat, quia aliàs diabolus solam tentationem de lapidibus conuertendis in panem seruasset usque ad diem quadragesimum. Item nō stat, quia litera innuit, quòd diabolus non ausus est tentare Christum quamdiu ieiunabat, & non famescebat. Nam intento dæmonis erat scire an Iesus esset filius Dei, & ob hoc in duabus primis tentationibus dicebat. Si filius Dei es, &c. Et quamdiu Christus ieiunans non esuriebat, frustra erat dæmon tentare eum, quia ipsum ieiunium poterat ostendere saltem per fortem præsumptionem Iesum esse filium Dei, si forsitan ieiunasset maiori tempore, quàm Elias, & Moyses. Ideo vigilequo videret terminum ieiunij eius, stultum erat diabolo ipsum tentare uelle. Non ergo tentauit. Item si tentasset eum, scripte fuissent tentationes, sicut fuerunt scriptæ istæ tres: cùm solùm proficerent tentationes Christi ad nostram instructionē, vt supra dictum est. Item motiuum Origenis non tenet, scilicet, quòd non scriptæ fuerunt, quia fortè maiores erant, quàm vt literis comendarentur. Nam propter hoc potius debuissent scribi. Ita uidemus in omnibus gestis Christi, & in historijs gentium, scilicet, quòd ea, quæ sunt communiora, & quasi quotidiana non scribuntur, quæ verò maiora sunt scribuntur. Nam manifestum est, quòd gesta quotidiana non scripserunt Euangelistæ, scilicet, quid Christus comederet, & biberet, & in quibus locis singulis diebus maneret, & quæ uerba familiariter cum suis discipulis loqueretur, sed solùm

Alph. Tost. in Matth. Comm.

scripserunt ea, quæ maiora erant, & electa ad instructionem totius mundi. Quanto ergo aliqua maiora essent in gestis Christi, tanto magis scribi deberent. Si igitur tentationes, quas Christus in quadraginta diebus pateretur essent maiores, quàm reliquę, tanto magis scribi debuissent.

Item quia quāto fuissent maiores tentationes Christi tanto essent nobis magis necessariæ, quia per illas ad repellendum maximas tentationes dæmonis instrueremur, quæ interdum sunt ita altissimę, quòd homines intelligere nequeunt, vnde dixit Apostolus. An ignorat altitudinem satanæ, ideſt, altitudinem astutiarum suarum ad tentandum. Quasi dicat, nemo debet hoc ignorare. Quod ergo tentationes illæ, per quas maximè poteramus erudiri subticeantur, & illæ per quas minus erudimur scriptæ fuerint, inordinatio magna erat. Non ergo passus est Christus alias tentationes maiores his.

Item istud erat omnino contra ordinem, quem diabolus in tentando tenet. Quia primò præmittit tentationes leues: deinde paulo grauiores, quousque ueniat ad grauissimas, quia aliàs uisis pessimis tentationibus scandalizaretur homo, & nollet cōsentire apertè uidens à diabolo illud esse. Et sic frustra diabolus tentaret, cùm tentatio manifesta esset, sicut frustra rete ponitur ante oculos pennatorum, vt dixit Salomon Prouer. primo, sed à principio diabolus parua suggerit, de quibus homo dubitare possit, an mala sint, & ad quæ faciliter inclinari possit, & post illa ad maiora promouet. Sic dicit Gregor. 31. moralium. Et apparet hoc ex ordine, quem tenuit hic diabolus in tentando. Quia primò suasit id, quod paruum erat, scilicet, desiderium cibi: deinde quod erat aliqualiter maius, scilicet, inanem gloriam. Vltimò illud, quòd omnibus malis deterius est, scilicet, idolatriam. Et propter hoc Doctores dicunt, quòd diabolus tenuit hic conuenientissimum ordinem tentandi. Sic patet per sanctum Thomam tertia parte summ. quæstione 41. articu. quarto, in corpore. Non est ergo uerisimile dictum Origenis, scilicet, quòd tentationes quadraginta dierum fuerunt maiores, quàm ut literis comendarentur, & quòd post illos dies minores tentationes faceret diabolus. Cùm tamen constet in illis fuisse ordinem grauitatis.

Dicendum ergo, quòd Christus non tolerauit in his quadraginta diebus aliquas tentationes, sed solùm post quadraginta dies sustinuit tres, quæ ponuntur in litera.

Ad secundum dicendum, quòd diabolus recessit à Christo ad tempus, & postea redijt: non quidem, q redierit ad eum tentandum per aliquas suggestiones, in quibus est propria, & uera tentatio, sicut hic fecit, sed solùm quòd concitauit postea Iudæos, vt Christum persequerentur. Et est sensus, quòd diabolus nunc persecutus est, quia eum per se ipsum tentabat. Et recessit nunc, mansitque aliquanto tempore, quo nec ipse Christum per se tentauit, nec membra sua, ideſt, homines iniquos contra eum concitauit. Et istud durauit quasi per duos annos prædicationis Christi. In quibus Iudæi nihil mali contra Christum cogitabant saltem apertè, & communiter. Postea verò in ultimo anno prædicationis suæ concitauit diabolus Pharisæos, & Scribas, & Principes Sacerdotum contra Christum, ita ut iam non auderet in Iudæa ambulare, sed recessit inde ad loca alia. Et etiam illi Iudæi, qui credebant in eum, & diligebant ipsum, non audebāt loqui de eo propter metum Iudęorum. Ioan. 7. Ista non fuit tentatio, sed magis fuit aperta pugna, quia tentatio sit per dolos, pugna autem fit uiribus. Maximè, quia tentatio propriè dicta à diabolo

non fit nisi per suggestionem. Hic autem nulla erat F
suggestio dæmonis: posset tamen large tentatio
appellari, quia per istam persecutionem, quam dia-
bolus aperte faciebat Christo, uidebatur eum tenta-
re de tristitia, & de odio proximorum: sicut in de-
serto tentauerat eum de gula, & inani gloria: non ta-
men oportet poni, quòd Christus fuerit propriè ten-
tatus nisi nunc.

Ad tertium dicendum, quòd non oportuit, quòd
Christus sæpe tentaretur, vt nobis exemplum trade-
ret sæpe resistendi, quia tunc oportuisset eum sæpe
quadragesimam ieiunare. Quod falsum est. Et ita de
alijs actibus dicendum est, quia exemplum est, vt for-
ma agendi. Et sicut ad trahendum mille exemplata
sufficit vnum exemplar: ita ad hoc, quòd nos instrue- G
remur in aliquo genere operationis, sufficit q̃ Chri-
stus semel faceret illam. Alioquin daretur, quod Chri
stus totiens deberet facere eãdem operationem quo-
tiens nos omnes, qui eum imitaturi facturi eramus,
cùm non sit causa quare potius bis, vel ter idem face-
re deberet, quàm decies millies. Non oportuit er-
go Christum pluries tentari propter exemplum no-
strum.

Ad quartum dicendum, quòd non oportuit Chri-
stum singilatim tentari de quolibet peccato mortali,
quia satis erat, quòd tentaretur de illis, per quorum
doctrinam sciremus resistere tentationibus aliorum.
Ita autem est de istis, cùm per ista prouideatur in alijs.
Cùm autem dicitur non habemus pontificem, qui H
non possit compati infirmitatibus nostris tentatum
per omnia, non est sensus, quòd de omnibus peccatis
singilatim tentatus sit, quia ibi tentatio non accipitur
propriè prout fit à dæmone per suggestionem, vel à
carne, & mundo, sed tentatio, idest, probatio quędam.
Nam Christus omnia genera laborum sustinuit, vs-
que ad mortem acerrimam, quæ est ultima, & ma-
xima in terribilibus, & ideo compati potest infirmita-
tibus nostris, quia omnes pœnalitates sustinuit, quas
nos sustinemus.

Aliter potest dici, quòd Christus tentatus est de om
nibus peccatis mortalibus, licèt non singilatim: sed
cum de ijs tentatur de omnibus tentatus est, quia in
istis omnia sunt. Sic dicit Ambro. super Lucam su- I
per illo verbo, scilicet. Et consumata omni tentatio-
ne diabolus recessit ab illo, nisi in tribus præmissis es-
set omnis causa delictorum, quia causæ tentationum
sunt causæ cupiditatis, scilicet carnis delectatio, spes
gloriæ, & auditas potentiæ.

Ad quintum dicendum, quòd Christus non debuit
tentari propter exemplum à carne, & mundo sicut
nos, quia non poterat. Nam sicut supra declaratum
est, non potest esse ista tentatio: nisi vbi est deordina-
tio virium. In Christo autem non fuit, ideo nun-
quam poterat tentari à carne, & mundo. Et sic ten-
tatus est Christus per omnia, scilicet, per omnia, in
quibus potest tentari: & tamen à carne, & mundo
tentari non poterat: ideo non fuit tentatus. Item quia K
dato, quòd Christus potuisset tentari à carne, & mun-
do, tamen tentari non debuit, quia ista tentatio dicit
quandam imperfectionem in tentato, quàm non po-
nit tentatio dæmonis, vt supra declaratum est.

Aliter potest dici, & adhuc melius, scilicet, quòd
Christus dedit nobis sufficiens exemplum in tenta-
tione carnis, & mundi. Quia licèt ipse non fuit ten-
tatus à carne, & mundo, fuit tamen tentatus ad illa,
ad quæ tentat caro, & mundus, scilicet, quia diabo-
lus tentauit eum ad illa. Nam tentatus est ad deside-
rium cibi, & ad istud solet nos tentare caro: cùm
ad eam solam cibus pertineat: fuit etiam tentatus
ad desidetium honoris, & diuitiarum, & potentiæ,
cùm diabolus ostendit Christo omnia regna mundi,
& gloriam eorum. Dixit. Omnia hæc tibi dabo, si
cadens adoraueris me, & tamen ista pertinent ad
concupiscentiam mundi, quòd ergo Christus à car-
ne, & mundo tentaretur, vel non tentaretur, nihil dif-
ferebat quantum ad nostram doctrinam, cùm ad eam-
dem tentaretur, ad quæ nos caro, & mundus tentare
solent.

Quomodo diabolus ausus est tentare Christum.
Quæst. XXII.

QVAERITVR quomodo diabolus ausus est
tentare Christum: nam videtur, quòd non de-
buisset eum tentare, nec auderet, quia sciebat,
quòd Deus erat omnipotens. Cùm ergo
offenderetur ab eo uolendo ipsummet tentare, auge-
ret Deus cruciatus diaboli, quasi in immensum, vel
anichilaret eum.

Item non auderet tẽtare, nec vellet, quia sciret se in
hoc non proficere. Omnis namquam tentatio diabo-
li, cùm per suggestionem fiat, non habet vim nisi de-
cipiendo. Sciebat tamen diabolus, quòd Deus decipi
non poterat, quia non est consilium contra Dom-
num. Prouer. 21. Ideo frustra eum tentaret.

Item videtur, quòd nullo modo diabolus Christũ
tentare vellet. Quia aut ipse putaret eum esse filium
Dei: aut putaret, quòd nullo modo erat Dei filius,
aut dubitaret. Si putaret eum esse filium Dei, non
auderet eum tentare propter duas rationes præcede-
tes. Si autem putaret non esse filium Dei, frustra erat,
quòd ab eo peteret bis de hoc dicens: Si filius Dei
es &cæt. Si autem dubitaret, debuisset potius abstine-
re à tentando eum, quia poterat esse, quòd ille esset
filius Dei. Et tunc diabolus timere deberet, quòd pu-
niretur ab eo. In hoc ergo dubio cautius erat diabolo
non tentare, vt non incurreret pœnam, quàm tentare
exponendo se magno periculo, sicut ipse poterat vide-
similiter timere.

Dicendum, quòd diabolus non auderet Christum
tentare, si vere cognouisset eum esse filium Dei. Quod
autem tunc hoc nesciebat, ausus est tentare. Quod
autem nesciret, patet quia petebat à Christo experi-
mentum de hoc dicens. Si filius Dei es, dic vt lapides
isti panes fiant.

Sed obijcietur, quòd dęmones cognoscebant eum:
quia infra octauo, & Marc. primo dicitur, quòd ex-
clamauit dæmoniacus, Quid tibi, & nobis Iesu Naza-
rene? venisti ante tempus torquere nos: scio, quis
sanctus Dei. Et iterum Marc. primo dicitur, quod
ejiciebat dæmonia, & non sinebat ea loqui, quoniam
sciebant eum. Et Luc. quarto dicitur, quòd Christus
non sinebat dæmonia loqui, quia sciebant eum esse
Christum, & filium Dei, & uocabant eum, cùm di-
citur ibidem, quòd exibant dęmonia à multis clama-
tia, & dicentia: quia tu es filius Dei.

Dici posset ad hoc, quòd non procedit ratio, quia
istud fuit multo postea, quando Christus prædicabat,
& faciebat miracula: quia tunc poterant dæmones
cognoscere Christum esse Deum ex operatione mi-
raculorum. Nunc autem miracula nulla adhuc ege-
rat, & sic poterant dæmones eum ignorare, & ideo
tentarent.

Sed dicetur, quòd non poterant ignorare, quia ne-
cesserant in Christo aliqua signa sensibilia, quæ diabo-
lus non ignoraret, & illa ostendebãt Iesum esse filium
Dei. Patet in conceptione Christi, quando locutus est
Gabriel Mariæ, quòd cõciperet de Spiritu sancto, & q̃
ille esset filius Dei. Luc. 1. Et illa apparitio, & uerba fac-
rũt realiter, quæ diabolus cognoscere poterat, quia res
gestas nouit, & illarum non obliuiscitur. Viderat A
etiam, quòd fuerat Christus conceptus sine semi-
ne, & de adoratione magorum, & ortu stellæ, quæ
ostendebant Christum esse Deum, & quòd maius
est, quia nunc recenter, scilicet, quando Christus ba-
ptizatus est, descendit Spiritus sanctus super eum in co
lumbæ specie, & uox patris audita est. S. hic est filius
meus &c. Istud manifestè ostendebat Christum esse
filium Dei, & fuerat factũ immediatè ante hoc, quia
nox, vt Christus baptizatus est iuit in desertum, & in-
cepit ieiunare, vt patet præceden. c. & hic, & Luc. 4.
Non ergo poterat diabolus ignorare Christum esse fi-
lium Dei. Dicendum, quòd vere diabolus ignorabat
Iesum esse filium Dei, sed de hoc aliquo modo dubi-
tabat, quia habebat aliqua motiua ad hoc de quibus B
infra dicetur. Et cùm obijcitur, quòd per prædicta po-
terat diabolus cognoscere clarè Christum esse filium
Dei: dicendum quòd non cognoscebat: hoc autem
poterat fieri dupliciter: vno modo, quòd Deus faceret,
quòd dæmonibus non constaret, de istis rebus factis:
licèt multis hominibus constaret, quia facile erat Deo
facere, quòd dæmones ignorarent quidquid ipse vel-
let. Nam, cùm Deus sit causa vniuersalis, necesse est, q̃
concurrat ad omne actum, cùm in quolibet actu sit
virtus eius, & efficacia maior quàm cuiuslibet agentis
particularis illius effectus. Si ergo sit aliquis actus ad
quem Deus concurrere nolit, vt causa: necesse est, q̃
ille actus nunquam fiat, nec fieri posset. Si ergo Deus
nollet concurrere cum dæmonibus ad cognoscẽdum C
ista, quę fiebant circa Christum: impossibile erat, quòd
ipsi illa cognoscerent, etiam si totus mundus illa vide-
ret. Alio modo fieri poterat turbando intellectum
eorum quodam modo obscurando, scilicet, q̃ quam-
quam constaret ista fuisse, non tamen permitteret eis
arguere quid sequeretur ex illis, vel faciendo, quòd
errarent in arguendo. Quia etiam necesse erat, quòd
non bene arguerent, si Deus ad istam rectitudinem
actus cum eis non concurreret. Et hoc modo cogno-
scebant dęmones de Christo solùm quantum ipse vo-
lebat, quòd ipsi cognoscerent, & in cæteris impedie-
bat eos. Et sic non est admirandum, quòd dæmones
ignorauerint multa, quæ cæteris hominib⁹ de Christo
nota erant. Causa autem huius erat, quia si dæmoni- D
bus permitteretur cognoscere veritatem de Christo,
ipsi impediuissent passionem eius, & totam viam re-
demptionis nostræ, faciendo quòd Iudæi non occide-
rent Christum. Nam Iudæi diabolo instigante Chri-
stum persequebantur: sicut Iudas suadente Sathana
Christum vendidit. Ioan. 13. scilicet, Sathanas miserat
Iudæ in cor, vt traderet eum. Si autem sciuissẽt diabo-
lus Christum esse filium Dei, non solùm non incitaret
Iudæos contra eum, sed etiam si ipsi ex propria iniqui-
tate incitarentur, diabolus distraheret eos, ne eum oc-
cderent. Debuerunt ergo multa mysteria de Chri-
sto dæmonibus saltem ad tempus esse ignota. Et sic
Deus permittebat: ideo solùm sciebant de Christo E
quantum ipse de se sciri volebat. Sic ait August. 9. de
Trini. Dei, scilicet, Christus tantum innotuit dæmoni-
bus quantum voluit. Non per id quod est vita æterna,
sed per quædam temporalia suæ virtutis effecta. hoc
etiam magis declarat ipse August. 3. de Trini. Dei, q̃
diabolus multa potest per virtutem naturæ suæ à qui-
bus tamen prohibetur uirtute diuina. Et hoc modo
cognoscere poterat de Christo multa quæ non co-
gnouit. Et sic aliquando cognoscebat, & aliquando
ignorabat. Quid tamen dæmones de Christo cogno-
scerit, & quomodo illud cognoscebant: declarabitur
magis infra 8. in quadam. quæst. Nunc autem, quia dæ-
mon Christum non cognoscebat esse filium Dei eum
tentare ausus est.

Alph. Tost. in Matth. Comm.

Ad primum dicendum, quòd si cognouisset eum
determinatè esse filium Dei, dæmon non ausus fuisset
eum tentare, timens pœnas. Sed quia non cognouit,
non timuit eum tentare nullum putans in hoc esse
periculum.

Ad secundum dicendum, quòd diabolus sciebat eũ
decipi non posse, si putaret Christum esse filium Dei,
non conaretur eum tentare, sed quia dubitauit, credi-
dit q̃ tentationi succumbere posset.

Ad tertium dicendum, quòd non est dicendum dę-
monem credidisse Christum esse filium Dei, vel credi
disse determinatè eum nõ ese filium Dei, quia in his
duobus casibus non erat conueniens, quòd tentaret
eum. Cùm autem obijcitur, quòd etiam si diabolus
dubitaret, timere deberet an esset filius Dei, & quòd B
cautius sibi esset eum non tentare, quàm se exponere
periculo: dicendum quòd diabolus ex propria iniqui-
tate peruersus est, & non considerat quid bonum sit
sibi, sed iniquitas extrema eum ad male agendum in-
ducit. Sicut apparet in hominibus incontinentibus,
quibus malum est fornicari, & inebriari, & crapulari,
& tamen passio eos ad ista deducit impediendo ratio-
nem bene iudicare. 7. Ethic. Ita autem est malitia in
dæmonibus. Quæ cùm sit in eis iam quasi naturalis:
facit, quòd non cogitent quid eis bonum sit. Maxi-
mè, quia dæmones per mala quæ faciunt, non vident
sibi pœnas augeri, cùm non sint in via merendi, &
demerendi, sed in statu. Ideo quidquid iam faciant
non correspondet eis pęna determinata pro illo actu,
sicut nobis correspondet.

Ad quid diabolus voluit tentare filium Dei.
Quæst. XXIII.

QVAERITVR, ad quid diabolus uoluit tẽ-
tare filium Dei. Dicunt quidam, quòd voluit
eum tentare sicut cæteros homines, vt ad ali-
quod peccatum eum deduceret, cùm ap-
pareret homo infirmus, & potens peccare.

Dicendum, quòd non stat: quia si hoc intendisset,
non expectasset, quòd famescceret post quadraginta
dies. Quia quocunque tempore poterat eum tenta-
re, & expectauit per hos dies vsquequo Christus esu- D
rijt, vt per hoc Christus sciret, an esset filius Dei, vel
purus homo habens humanam infirmitatem ergo
non tentauit eum, vt induceret ad peccatum, sicut cę-
teros homines, sed scire voluit an filius Dei esset.

Item patet, quia si diabolus intenderet solum ten-
tare eum, sicut cęteros, non diceret si filius Dei es &c.
Et tamen in primis duabus tentationibus dixit si fi-
lius Dei es, ergo hoc intendebat per tentationem
habere, & non principaliter inducere eum ad pec-
catum.

Item patet, quia in uerbis tentationis primæ, & se-
cundæ ponuntur semper aliqua, per quæ innuitur,
quòd dæmon desideret scire, an Christus sit filius
Dei. Quia in prima dicitur. Si filius Dei es, dic ut la- E
pides isti panes fiant. Et istud est dici potestatis, quòd
solum erat ad sciendum an erat filius Dei. In secunda
dixit. Si filius Dei es, mitte te deorsum, scilicet, quia
non læderet, licèt mitteret se de pinnaculo, si erat fi-
lius Dei. Intendebat ergo diabolus per istas tentatio-
nes scire an Christus esset Deus. Et tunc stat dubium
ad quid tentabat Christum, vt hoc sciret.

Dicendum, quòd diabolus habebat ad hoc dupli-
cem causam, scilicet motiuam, & finalem. Causa mo-
tiua erat, quia dæmon habuit causam rationabilem
dubitandi de Christo, an esset Deus, quia multa signa
ad hoc erant. Nam impletum fuerat tempus aduen-
tus Christi, quòd diabolus cognoscebat ex sacra scri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptura, & ex ipsa sciebat, quòd Messias futurus erat filius Dei, & apparuerant multa signa Messiæ in Christo, quæ in nullo alio homine apparuerunt, ideo uoluit per tentationem istam ueritatem inuenire. Sic ait Chrysosto. super Matthæum, scilicet, Audierat enim diabolus, quia Christus natus est in hoc mundo angelis prædicantibus, Pastoribus referentibus: Magis quærentibus, & Ioanne ostendente: ideo procedit ad eum tentandum. Sic etiam dicit Ambrosius super Lucam, scilicet. Quid autem sibi vult talis sermonis exorsus, scilicet, si filius Dei es, nisi quia diabolus cognouerat Dei filium esse uēturum, sed uenisse per infirmitatem corporis non putabat? Causa finalis erat, quia expediebat valde diabolo scire, an Christus erat filius Dei, Quia sciebat ex sacra scriptura, quòd per mortem filij Dei homines redimendi erant de potestate diabolo, & imperiū eius minueretur: id & conaretur impedire mortem eius, ne per eam spoliaretur antiqua potestate: sicut aliqualiter fecit instāte passione Christi. Nam tentauit uxorem Pilati, vt impediret mortem Christi, Ideo ipsa dixit Pilato. Nihil tibi, & iusto huic: multa enim passa sum hodie per uisum propter eum, infra 27. Et sicut dicit Apostolus. 1. Corin. 2. scilicet. Si enim cognouissent nunquam gloriæ Dominum crucifixissent. Et dicitur ibi, q̄ sapientiam istam, ideſt, filium Dei nemo principum huius sæculi cognouit, ideſt, nullus de Principibus Sacerdotum, & Iudæorum. Si ergo Iudæi nō crucifixissent Christum, si eum cognouissent, à fortiori, dæmones non induxissent ad occidendum ipsum, si eum agnoscerent. Et ob hoc non solùm diabolo, sed etiam Iudæis aliqualiter occultandum erat Iesum esse Deum, vt locum haberet redemptionis nostræ modus. De dæmonibus apparet, quòd se Christus eis in multis occultauerit: De Iudeis etiam patet, quia quando Christus dixit discipulis, quem dicunt homines esse filium hominis, & Petrus dixit, q̄ erat filius Dei, Christus dixit omnibus discipulis, q̄ nemini hoc dicerent. Quia oportebat adhuc filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & occidi. infra 16. & Mar. 7: & Luc. 9. Quasi diceret, quòd propter ista, quæ passurus erat, ne impedirentur tacendum erat hoc. Sic etiam quando in transfiguratione ostendit gloriam corporis sui, iussit astantibus, vt nemini dicerent, donec ipse à mortuis resurgeret, scilicet, ne per hoc passio sua impediretur. Et sic de alijs multis Christus uoluit occulta esse Iudæis usque post mortem suam, licèt multa alia ostendit, per quæ appareret eum esse filium Dei. Quare tamen quædam uolebat sciri, & alia occultari dicetur infra 16. Et sic dæmonibus utile erat scire an Christus esset filius Dei, vt per hoc cauerent mortem eius. Et ob hoc dæmon tentauit eum nunc ad sciendum, an esset filius Dei. Sed dicetur, quomodo dæmon uolebat scire hoc ad impediendum mortem Christi, quia sciebat per scripturam istam esse uoluntatem Dei, ideo q̄ non poterat impediri, quia uoluntas beneplaciti Dei semper impletur. Dicendum, quòd licèt diabolus hoc iudicare posset naturali ratione, tamen impediebat eum desiderium suum faciens apparere esse facile, quod erat impossibile. Sicut accidit hominibus, qui sunt affecti valde circa aliquid. Et dato, quòd sciant illud non posse habere, interdum ex magnitudine desiderij incitantur ad illud procurandum, & ipsi se fallunt, iudicantes sibi esse possibile, quod est impossibile: & ita in multis alijs diabolus conatur. Et hæc fuit magna causa diabolo tentandi Christum, ad sciendum an esset filius Dei.

Quid inducere intendebat diabolus, quando Christum tentabat, dicens, Dic, vt lapides isti panes fiant.
Quæst. XXIIII.

QVAERITVR, quare diabolus dixit Christo, dic ut lapides isti panes fiant, & quomodo per hoc Christū tentabat, & quid p hoc inducere intendebat. Nam videtur, quòd ista non erat tentatio, quia tentatio diaboli semper est ad malum, & tamen etiam si Christus conuertisset lapides in panem, non peccasset, quia hoc faceret vt subueniret fami: sicut non peccauit, quando multiplicauit panes, vt inde pasceret multitudinē, infra 14. quia non fuit minus miraculum illud, quàm lapides conuertere in panem, & utrobique eadem causa erat, scilicet, vt fami subueniretur. Dicendum, quòd diabolus hic dixit Christo, vt per hoc cognosceret quod intendebat, scilicet, an esset filius Dei. Nam si conuerteret lapides in panem, appareret eum esse filiū Dei. Et hoc diabolus volebat scire. Si autem niteretur conuertere, & non posset, appareret, quòd non erat filius Dei. Et per hoc diabolus de dubio suo certificaretur. Erdi cendum, quòd ista erat tentatio, quia per hoc diabolus induceret illud, quod uolebat. Cum autem dicitur, quòd non erat tentatio, quia non erat ad malum, dicendum q̄ diabolus hic duo intendebat. Primum est scire, an Christus esset Deus. Secundum, vt per desiderium cibi eum deduceret ad peccatū. De primo supra dictum est, & apparet, quòd istud est tentatio. Quia tentatio est quandocūque fit aliquid ad sumendum experimentum de aliqua re. Et quia diabolus nesciebat Iesum esse filium Dei, & desiderabat hoc scire. si ad hoc sciendum faceret aliquid, illud uocatur tentatio. Cum igitur per ista verba diabolus intenderet scire de Christo, an esset Deus dicebatur per hoc tentare eum: etiam si nullum malum ibi esset. Et sic dicitur Deus tentasse Abraham. Gen. 22. cui tamen malum nullum inferre intēdebat, sed potius bonum, sed volebat experimentum de eo ostendere toti populo. Aliter potest dici, quòd adhuc isto modo erat tentatio, & erat ad malum, quia licèt cognosci Christum esse filium Dei non esset malum absolutè: erat tamen malum in dæmonibus, quia per hoc ipsi conterentur impedire uiam redemptionis nostræ, vt supra dictum est. Et ad hoc istud scire uolebat. Ideo tanquā malum Christus cauit illud, & non potuit per dæmonem induci ad ostendēdum istud. Quantum ad aliud de desiderio cibi dicendum, q̄ erat tentatio, & erat ad malum, quia licèt uti necessarijs ad sustentationem uitæ non sit peccatum gulæ, quòd tamen ex desiderio huius tentationis homo aliquid inordinatum faciat, ad uitium gulæ pertinere potest. Est autem inordinatum, quòd vbi potest haberi recursus ad humana subsidia, uelit aliquis pro solo corpore sustentando miraculosè sibi cibum quærere. Vnde Deus Israelitis in deserto manna tribuit, quia aliunde humanitus cibus haberi non poterat. Sic etiam Christus in deserto turbas pauit miraculosè, quia aliter ibi cibi haberi non poterant opportunè pro illo tempore: Christus tamen ad subueniendum fami corporali poterat sibi aliter prouidere, quā miracula faciendo, scilicet, comedendo herbas agrestes, vel locustas, & mel siluestre, sicut Ioannes in deserto faciebat, præceden. cap. & Marc. 1. Vel poterat ad loca proxima pro cibo tendere: ideo diabolus reputabat, quòd Christus peccaret, si ad subueniendum fami miracula facere niteretur. Sic ait Iactus Thomas, tertia parte sum. 44. articu. quarto, in solutione ad primum argumentum. Ideo diabolus uolebat Christum impellere ad hoc, vt per istud peccaret. Præcipuè tamen uolebat scire an ipse esset filius Dei. Ad quod iste modus tentationis ualde profitebat. Sed obijcietur, quod non erat conueniens tentatio ista. Quia aut Christus esset filius Dei, aut non. Si esset Deus, dato q̄ conuerteret lapides in panem non peccaret: quia Deus peccare non potest. Si autem nō esset Deus non niteretur conuertere in panem lapides, quia non posset: & sic diabolus non haberet intentum suæ tentationis. Item ista tentatio est inordinata, vt ait Hieronymus super Matth. scilicet, quia diabolus ponit contraria in uerbis suis, scilicet, quia tentat eum, qui superari non potest: uel filium Dei uocat eum, quem uincere posse credit, cùm ait. Duobus contrarijs teneris o diabole. Si ad imperium eius possunt lapides panes fieri: ergo frustra tentas eum, qui tantæ potentiæ est: si autem non potest facere, frustra Dei filium suspicaris. Item Chrysostomus super Matth. dicit diabolum in ista tentatione fuisse excæcatum: & sic non tenuit conuenientem modum, cùm ait: Sicut diabolus omnes homines excæcabat, ita nunc inuisibiliter a Christo est excæcatus: post quadraginta enim dies esurientem sensit, & per quadraginta dies eum non esurientem nō intellexit, cùm suspicatus est eum non esse filium Dei, non cogitauit, quoniam fortis athleta ad ea, quæ infirma sunt descendere potest: infirmus autem ad ea, quæ fortiora sunt ascendere non potest. Magis ergo ex eo, q̄ per tot dies non esurijt intelligere debuit, quia Deus est: quàm ex eo q̄ post tot dies esurijt, q̄ homo est. Item non erat conueniens argumentum ad inueniendum an Christus erat filius Dei. Quia dato, q̄ Christus conuerteret lapides in panem, non appareret eum esse filium Dei. Quia per alios uiros sanctos ante eum fuerunt facta miracula, & non contincebatur ex hoc illos esse filios Dei. Ita nūc per Christum fieret istud miraculum, & non sufficiēter probaretur inde an esset filius Dei. Item Christus fecit multa alia miracula, scilicet, suscitare mortuos, & similia, quæ non erant minora, quàm conuertere lapides in panem: & diabolus ex nullo illorum conuincebat Christum esse filium Dei, quia aliàs non induxisset Iudæos cōtra ipsum. Ergo etiam isto miraculo nō faciens tentatio: quia poterat aliter respondere, per quod diabolus nesciret eum esse filium Dei: nec etiā ad aliquod peccatum inclinaret, etiam si esset purus homo, sicut nunc factum est: ideo non conuenienter tentabat.

Dicendum, quòd tentatio diaboli satis conueniens erat ad id, quod ipse intendebat. Non enim sciebat an esset filius Dei, sed dubitabat: ideo dixit, si filius Dei es &c. Vnde tentabat eum tanquam hominem, quia si de deitate certus fuisset, eum non tentasset. Sic ait Athanasius, scilicet. Non contra diuinitatem certamen diabolus iniit. Nec enim audebat: & ideo dicebat, si filius Dei es: sed cum homine certamē iniit, quem quōdam seducere potuit: ad tentandum autem hominem qui succumbere posset, satis conueniens modus erat iste.

Ad primum dicendum, q̄ quicquid Christus faceret, diabolus putabat se habere intentum, siue conueret lapides, siue non: quia si conuerteret lapides, puta eum esse Deum, quod inquirere intendebat: si autem non posset, & niteretur, incideret in peccatum, & etiam appareret eum non esse filium Dei. Si autem non niteretur conuertere sciens se esse purum hominem, & oraret Deum, quòd conuerteret illos, esset peccatum: cùm peteret sibi prouideri supernaturaliter, vbi humana subsidia non deerant. Cùm autem dicitur, q̄ si Christus cōuertisset lapides in panem, cū esset filius Dei, non peccaret. Dicendum, quòd nō fu-

strabatur ex hoc tentatio diaboli, quia ipse præcipuè intendebat scire, an Christus esset Deus. Et si hoc inueniret habebat intentum suæ tentationis etiam si eū ad peccatum non induceret. Si autem non conuerteret lapides in panem, poterat tētatio habere effectum ex alio capite, & sic erat ista tentatio quasi argumētū cornutum, quod ex utraque parte concludit. Sic dicit Hilarius, quòd diabolus in tentando, eam conditionem operis proposuit: quia in Deo ex mutatione lapidum in panes virtutem potestatis agnosceret, & in homine oblectamento cibi patientiam esurientis illuderet. Sic etiam dicit Ambrosius super Lucam, quòd aliud hic explorantis, & aliud tentantis est, & Deo se profitetur credere, & homini conatur illudere, scilicet. Dicere, si filius Dei es, erat explorantis, ideſt, scire desiderantis, an Iesus esset Deus. Aliud erat tentantis, scilicet, dic, ut lapides isti panes fiant: quia desiderium cibi ad aliquid inordinatum eum deducere intendebat. Ad secundum dicendum, quòd diabolus nō implicauit hic contrarietatem aliquam in uerbis suis. Nam dubitauit, an iste esset filius Dei: ideo posuit talem modum tentationis per quem induceret eum ad peccandum, sicut hominem, uel agnosceret eum esse filium Dei. Cùm autem dicit Hieronymus quòd diabolus tenetur duobus contrariis: dicendum, q̄ hoc est, si ipse crederet aliquam de istis partibus, scilicet, si crederet eum esse filium Dei, frustra ipsum tentaret quem tantæ potentiæ esse putaret. Et uerum est, quòd non tentaret eum, quia non auderet, ut supra dictum est. Si autem crederet eum esse purum hominem, frustra ei diceret, dic ut lapides isti panes fiant. Nec ullo modo tentaret: quia solùm fit tentatio ad habendum experientiam de re. Quia tamen diabolus utrumque ignorabat, etiam de utroque erat dubius, posuit talem modum tentationis, per quem unum de istis scire posset. Et sic non fuit in aliqua contrarietate.

Aliter dici posset, quòd etiam si diabolus sciret Christum esse purum hominem, posset cōuenienter eum tentare dicendo si filius Dei es, &c. Quia in Christo per ieiunium quadraginta dierum apparuerat magnum signum sanctitatis, & tales uiri a dæmone tentari solent de inani gloria, ut per eam totius boni operis fructum perdant. Etiam quia postquam uir sanctus cætera uitia, quæ quasi carnalia sunt, conculcauerit, desiderium inanis gloriæ sibi promptius est: ut tunc sibi aliquid esse uideatur, cùm ista omnia egerit. Et sic poterat diabolus putare, quòd Christus, licèt esset homo sanctus, si esset homo purus, posset desiderare gloriam, & honorem, & assentire adulatori. Et cùm ei diceret, si filius Dei es, quòd uellet usurpare sibi istam gloriam, & concedere illud uerum esse: uel niti ad faciendum aliquid, per quod opinionem de se daret, quòd esset filius Dei: cùm uideret talem se credi potuisse ex operibus suis. Et ista erat grauis tentatio. Vel si esset purus homo, dato quòd non usurparet sibi esse filium Dei, nec conaretur facere aliqua miracula ad ostensionem huius, poterat petere a Deo, quòd conuerteret lapides in panem. Et in hoc diabolus haberet intentum quendam tētationis suæ, scilicet, quia propter desiderium cibi inducebat Christum ad aliquid inordinatum: ut scilicet peteret miraculose sibi cibum dari, cùm posset aliter sibi prouideri. Ad tertium dicendum, q̄ diabolus dicitur excæcatus quantū ad hoc, q̄ tentatio sua effectum non habuit: quia illā Christus repulit: sed non quin illa in se satis cōueniēs esset ad fallendum aliquem, qui falli posset. Et tamen ad fallendum Christum nihil poterat esse sufficiens. Cum autem dicitur, quòd potius debuisset diabolus intelligere Christum esse Deum, quia post quadraginta dies esurijt. Dicendum, quòd si diabolus iudicasset

Christum

Universidad de De
Bibli

Chriſtum non eſſe Deum determinatè, quia eſurijt,
manifeſtè erraret,& excęcatus eſſet, tamen non iudi-
cauit, ſed ſolùm dubitauit. Et patet, quia ſi diabolus
determinatè putaſſet Chriſtum non eſſe Deum, quia
eſurijt,non tentaſſet eum amplius ad ſciendum,an eſ-
ſet filius Dei, & tamen tentauit ſecunda uice, dicens:
Si filius Dei es, mitte te deorſum. Ergo non credide-
rat determinatè eum eſſe Deũ, ſed dubitabat. In hoc
autem non errabat diabolus, quia ſatis conueniens
motiuum habebat. Eſt enim uerum, quòd probatio
neceſſaria fieri non poterat de Chriſto, an eſſet uerus
Deus, vel non per eſurire, vel non eſurire, quia etiam
erat verus homo, & aſſumpſerat paſſibilitates huma-
nas. Et ſic in ueritate Chriſtus quotidie eſuriebat an-
tequam cibum ſumeret. Et dato,quòd eſſet purus ho
mo,poterat manere in ęternum ſine cibo per miracu
lum, ſicut manebunt ſancti in uita æterna. Ideo nihil
poterat cõcludi neceſſariò de Chriſto per iſtam uiam,
ſed erat argumentum per coniecturam ſatis rationa-
bilem. Nam diabolus ſciebat ex ſacris ſcripturis,quòd
illud erat tempus aduentus Meſſiæ, qui futurus erat
Deus,& homo,& iſte eſſet ſanctior omnibus: ideo vo
luit diabolus cognoſcere deitatem illius per ſigna ſan
ctitatis,ſcilicet, ſi inueniret eum ſanctiorẽ cæteris præ-
cedentibus, iudicaret eum eſſe Deum, & Meſſiam: ſi
autem non inueniret eum excellentiorem, maneret
ſibi adhuc dubium. Et quia duo de antiquis patribus
ieiunauerãt quadraginta diebus ſine cibo, ſi Chriſtus
ſolus ieiunaret quadraginta diebus, non colligeretur
eum eſſe Deum,nec tamen colligeretur determinatè
eum non eſſe Deum, ſed maneret dubium. Si autem
ieiunaſſet pluribus, quàm quadraginta diebus diabo-
lus putaret eum eſſe Deum, non tanquam conclude-
retur neceſſariò ex hoc ieiunio,ſed iſta erat ſatis ratio-
nabilis coniectura cæteris de tempore aduentus Meſ
ſiæ,& cæteris,quæ apparuerant. Et diabolus nõ eſt di-
cendus erraſſe, quia nõ putauit Chriſtum eſſe Deum,
cùm ieiunauerit quadraginta diebus, quia etiã ſi mil-
le diebus,vel annis ieiunaſſet,non concluderetur hoc,
niſi fortè diceretur, quòd propria uirtute poterat ma-
nere ſine cibo illis quadraginta diebus, quia tunc be-
ne concluderetur, & tamen iſtud non conſtabat dia-
bolo, quia oportebat ad hoc, quòd conſtaret ei Chri-
ſtum eſſe Deum. Et tunc eſſet petitio principij, quia
non probaretur deitas per ieiunium,ſed conditio ieiu
nij per deitatem. Quia etiam ſi Chriſtus nullo die ie-
iunaſſet,ſi conſtaret eum poſſe manere ſine cibo qua-
draginta diebus, conſtaret quòd erat Deus, & non eſ-
ſet neceſſarium ieiuniũ illud ad oſtendendum ipſum
eſſe Deũ:diabolus ergo non errauit in tentatione iſta.
Ad quartum dicendum,quòd licèt per alios patres
ſanctos veteris teſtamenti fuiſſent facta miracula: dia-
bolus non putauit aliquem eorum eſſe Deum, & pu-
taret de Chriſto ſi faceret iſtud miraculum. Hoc au-
tem eſt propter duo. Primò propter coniecturas,quæ
erant in Chriſto, & non fuerunt in alijs. Nam ut di-
ctum eſt,diabolus non poterat colligere nunc ex ieiu-
nio quadraginta dierum, nec ex cõuerſione lapidum
in panes, etiam ſi fieret,Chriſtum eſſe Deum uia ne-
ceſſaria, quia tunc bene militaret ratio, ſcilicet, quòd
idem putandum fuiſſet de cæteris patribus, per quos
miracula facta fuerant, ſed diabolus arguit ex conie-
ctura,ſcilicet,quia antequam Chriſtus faceret aliquid
iſtorum, diabolus habebat magnũ dubium de eo an
eſſet Meſſias,& Deus, tam propter tempus imple-
tum, tam propter alia, quæ circa ipſum apparuerant.
Et iſtud dubium nunquam diabolus habuit circa ali-
quem de prioribus patribus,eo quòd non occurrebãt
circa ipſos conditiones Meſſiæ, quæ in Chriſto occur
rere uidebantur. Ideo etiam ſi propter illos miracula
F multa fierent, & ſigna magna ſanctitatis oſtenderen-
tur,nõ putaret diabolus aliquem illorum eſſe Deum.
De Chriſto autem dubium magnũ habebat propter
prædicta. Ideo ſi nunc aliqua excellentia ſuper cæte-
ros præcedentes apparuiſſet in Chriſto: diabolus puta
ret eum eſſe Deum, quia facile erat dubitantem de-
terminari uiſa rationabili coniectura, quia circa cæte-
ros non fieret. Secundum erat propter inſolitũ opus,
quia licèt per alios patres ueteris teſtamenti miracula
aliqua facta fuiſſent, per nullum tamen eorũ fuerunt
conuerſi lapides in panem. Si igitur Chriſtus conuer-
teret illos,appareret in hoc excellentior. Et ſic diabo-
lus putaret eum eſſe Deum. Sic patet de ieiunio qua-
draginta dierum,quod ſine miraculo fieri nõ potuit,
G vt ſupra oſtendimus. Quod tamen per Moyſen,& E-
liam ſic ieiunatũ fuerat, diabolus non collegit ex hoc
Ieſum eſſe Deum.Si autem ieiunaſſet pluribus quàm
quadraginta diebus, diximus ſupra quòd diabolus cer
tiſſimè collegiſſet eum eſſe Deum: non quidem tan-
quam maius miraculum eſſet ieiunare ſexaginta die-
bus, quam quadraginta,cùm utrũque miraculum ſit,
& conuenienter æquale, ſed quia iſtud per nullum
alium factum fuiſſet. Et ſic colligeretur Chriſtus eſſe
excellentior,& diabolus argueret eum eſſe Deum,&
iſtud motiuum eſt ualde rationabile, quia ſi Chriſtus
feciſſet miracula ſolùm ſicut pręcedentes: non fuiſſet
cauſa ſufficiẽs ad putandum eum eſſe Meſſiam. Quia
tamen fecit multa qualia nullus præcedentium fece-
H rat, debuit credi Meſſias, & Deus. Et ipſe dixit. Ioan.
16. ſcilicet. Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo
alius fecit, peccatum non haberent. Ita nunc nemo
de prioribus lapides in panem cõuerterat, ſi Chriſtus
ergo conuerteret,haberet diabolus rationabilem con
iecturam ad credendum eum eſſe Deum.
Ad quintum dicendum, ꝙ Chriſtus multa alia mi-
racula fecit, & fortè diaboli cognoſcebant eum eſſe
Deũ per illa: ideo qñ eijciebat dęmones de obſeſſis,
nõ ſinebat eos loqui,qa ſciebant eũ eſſe Chrm̃. Mar.
1. Ante hoc miracula Chriſtus nulla fecerat,ideo non
habuerat diabolus aliquod opus eius, ex quo cogno-
ſcere poſſet eum eſſe Deum.Et ob hoc impellebat ip
ſum ad conuertendum lapides in panem, ut per hoc
I cognoſceret an Deus eſſet. De miraculis autem Chri
ſti, quæ poſt hoc fecit an dæmones per ea cognoſce-
rent Chriſtum eſſe Deum, & qualiter cognoſcerent,
dicetur infra 8. Et ſic non negamus,quin per quelibet
alia miracula cognoſcere dæmon poſſet Chriſtum eſ-
ſe Deum. Ita ergo per iſtud, quod nunc ei facere ſua-
debat. Aliter dici poſſet,ſi uellemus tenere, quòd per
alia miracula, quæ Chriſtus poſt hoc fecit dæmones
non cognoſcebant illum eſſe Deum, ſcilicet, ꝙ non
curabant aduertere ad illa, uel quòd Deus non per-
mittebat eos ex his rectè arguere Chriſtum eſſe Deũ,
ſicut dicit Auguſt.3.de Trini.& 9.de ciui.Dei,ſcilicet,
quòd diaboli nõ ſciebant de Chriſto niſi ea,quæ Deus
volebat, & alia eis occultabantur, uel circa illa impe-
K diebantur rectè cognoſcere.Nunc autem dæmon nõ
impediebatur,cùm permitteretur tentare Chriſtum.
Ideo ſi Chriſtus nunc conuertiſſet lapides in panem,
diabolus putaſſet eum eſſe Deum. Ad ſextum dicen-
dum,quòd tentatio dæmonis fuit conuenienter facta
ad decipiendum.Non autem uocatur tentatio conue-
niens,quia neceſſariò fallit,uel per eam ſuperatur ten-
tatus, quia aliàs neceſſe eſſet homines ſuperari a dæ-
mone,quod falſum eſt:ſed dicitur tentatio conuenien-
ter facta, quando talis eſt, in qua aliquis ueriſimiliter
decipi poteſt.Ita autem fuit iſta tentatio Chriſti, quæ
pro utraque parte ſui inducebat inconueniens, ut ſu-
pra declaratum eſt. Chriſtus tamen decipi non pote-
rat.Ideo licèt ipſe taliter reſpondendo dæmoni tenta-

tio redderetur inutilis: non oſtendebat tentationem
fuiſſe inconueniẽter factam.Quia non ſolùm in Chri
ſto,ſed in quolibet puro homine poſſibile eſt tentatio
nes dæmonis quantumcumque ordinatiſſimas inuti-
les fieri,& ſuperari. Quia aliàs neceſſe eſſet hominem
ſuccumbere dæmoni quod falſum eſt. Fuit ergo ten-
tatio iſta ſatis conuenienter facta:licèt effectu caruit.

Quæritur de quo filiationis modo quærebat diabolus dicens: Si filius Dei es. Quæſt. XXV.

QVAERITVR, quando diabolus dixit hic
Chriſto,ſi filius Dei es: de quo modo filiatio-
nis quęrebat. Nam aliquis eſt filius Dei natu-
ralis, ſcilicet vnigenitus dei patris, & ali-
quis eſt adoptiuus,ſicut omnes nos per fidẽ, & gratiã.
Dicendum autem ꝙ diabolus quærebat an eſſet filius
naturalis Dei. Et patet. 1. quia diabolus dubitabat an
Chriſtus eſſet Meſſias:& ille futurus erat uerus Deus,
vt colligitur ex ſacris ſcripturis:ideo quærebat de natu
rali filiatione.Secundò patet,quia nulla cauſa erat qua
re diabolus quęreret de filiatione adoptiua: quia non
dicit aliquam ſpecialem perfectionem. Et tamen dia-
bolus quærebat nunc propter aliquam ſpecialem cau
ſam:ideo quærebat de filiatione naturali, quæ eſt ali-
quid ſpeciale; quia nihil maius illa eſſe poteſt. Ter-
tiò patet:quia omnes uiri ſancti,& quicunque exiſten
ter in charitate ſunt filii Dei adoptiui.Si ergo diabolus
de iſta filiatione quæreret,non magis quæreret a Chri
ſto,quàm a quolibet uiro bono,& ab aliis non q̃rebat
hoc. Quartò patet,quia diabolus uidebat in Chriſto
ſigna magnę ſanctitatis,ſcilicet,quòd quadraginta die
bus ieiunaſſet, quod ſine miraculo non fit, & ſic ex
hoc putaret eum eſſe filium Dei adoptiuum: ideo de
hoc non quæreret: inquiſiuit tamẽ an eſſet filius Dei,
ergo quærebat de filiatione naturali. Quintò patet,
quia diabolus non quæreret à Chriſto de iſta filiatio-
ne, nec ab aliquo alio uiro, quia nemo ſit per certitu-
dinem,an ſit in gratia Dei,ita quòd iſtud audeat firmi-
ter aſſerere, niſi Deus ei hoc reuelaret, & etiam hoc
profiteri eſſet quoddam genus præſumptionis, per
quod detraheretur filiationi adoptiuæ. Ideo de hac
non quæreret, quia ſciebat diabolus, quòd nullus uir
ſanctus hoc modo ſciret an eſſet filius Dei,aut ſaltem
profiteri non auderet. Quæſiuit ergo de filiatione na-
turali. Sextò patet, & efficacius, quia cùm quæreret,
an eſſet filius Dei,petiuit, vt miracula faceret,ſcilicet
ſi filius Dei es dic, vt lapides &c. Et ſic erat iſtud quaſi
quoddam ſignum ad cognoſcẽdum eum eſſe filium
Dei:& diabolus innuebat,quòd facere poterat ſi filius
Dei erat. Et tamen filii Dei adoptiui non poſſunt face
re miracula ex eo ſolo quod filii ſunt: ergo quærebat
indubitanter de filiatione naturali.

Quomodo concordantur Matthæus,& Lucas,quorum prior dixit:dic,ut lapides iſti panes fiant,et poſterior dixit,dic lapidi huic,ut panis fiat. Quæſt. XXVI.

QVAERITVR, quomodo dixit hic Mat-
thæus:dic,ut lapides iſti panes fiant,quia Luc.
4.dicitur,Dic lapidi huic,ut panis fiat. Dicen-
dum quod diabolus non potuit utraque
verba proferre,cùm ſemel tantùm hoc Chriſto dixe-
rit.Sed alterum eorum dixit. Quod autem dixit non
apparet.Nec in hoc eſt aliqua difficultas:quia intentio
Euangeliſtarum eſt ueritatem ſentẽtiæ ſcribere: ideo
vbi aliqualis mutatio verborum de ueritate ſententiæ
nihil mutat,de uerbis non curatur. Et ſic in plurimis
Euangeliſtæ loquuntur uariè in uerbis. Immo ſi per
eadem uerba loquerentur,non fuiſſet multum neceſ-
A ſarium plures eſſe Euangeliſtas. Ita in præſenti intẽtio
dæmonis erat dicere, quod Chriſtus faceret ſibi cibũ
de materia lapidum.Siue ergo diceret, dic, ut lapides
iſti panes fiant,ſiue,dic lapidi huic,ut panis fiat,eadem
ſententia eſt. Ideo non refert quomodo proferentur
uerba:maximè autem,ſiue dicatur lapides,ſiue lapis,
non ſolùm ſecundùm ueritatem rei,ſed etiam ſecun-
dùm proprietatem locutionis, idem eſt. Quia fortè
diabolus dixit Chriſto,dic ut lapides iſti, &c. per hoc
oſtẽdebat aliquod magnum ſaxum, quod in ſe plures
lapides continebat,& de illo erat uerum dicere, quòd
erat lapis unus, & quod erant multi lapides, ideo po-
tuit uterque Euangeliſta modo ſuo loqui de lapide il-
lo,& uterque propriè loqueretur. Dicit autem Nico-
B laus,quòd idem eſt dicere,dic,ut lapides,&c.uel,dic la
pidi huic,quia ſingulare includitur in plurali. Et ideo
ſi demonſtrauit plures lapides, neceſſariò demonſtra-
uit unum.
Dicendum tamen,quod licèt iſtud uerum ſit quan
tum ad rei ueritatem,& ſententiam: non tamen con-
uenit quantum ad proprietatem locutionis. Aliter e-
tiam dicit Nicolaus, ſcilicet, quod Lucas accepit ſin-
gulare pro plurali,ſicut accipitur Exod.8. ſcilicet. Ve-
nit muſca grauiſſima, ideſt multitudo muſcarum, &
ſic innuit,quod Mat. propriè locutus eſt, referens ea-
dem uerba,quę diabolus dixit,ſcilicet, dic, ut lapides,
&c.Lucas autem figuratè locutus eſt,ſcilicet, ponens
ſingulare pro plurali. Et iſtud eſt ſatis ueriſimile, quia
C facilius concordantur,ſi dæmon locutus fuerit in plu
rali,quàm in ſingulari:uterque modus ſtare poſſet,cũ
ſimilia reperiamus in ſcriptura.

Quando diabolus Chriſtum tentauit, quare non repulit eum Chriſtus. Quæſt. XXVII.

QVAERITVR, qñ diabolus tentauit Chriſtũ
quare nõ repulit eum Chriſtus iniurioſè,quia
erat blaſphemia,ſcilicet, quod diabolus tenta-
ret Chriſtum,qui erat Deus ſuus. Et licèt
Chriſtus toleraret iniurias humanas: diuinas tamen
non tolerabat: ſed increpabat dicentes. Sicut patet,
quando diabolus dixit Chriſto quòd procidens adora
D ret eum.Nam Chriſtus dixit. Vade retro ſatana. Et di-
xit quod ſolus Deus adorandus erat,infra in litera. Et
tamen ita erat blaſphemia quod diabolus tentaret
Chriſtum,qui erat Dominus eius. Dicendum quod
Chriſtus non repulit iniurioſè diabolum tentantem,
ſed patienter tulit. Quia ut ait Gregorius non erat ad-
mirandum quòd Chriſtus a diabolo permitteret ſe
tentari, qui a membris eius crucifigi ſe permiſit. Et
hoc facit propter plura.
Primò propter exemplum, quia ſicut Chriſtus
tentari uoluit, ut nobis exemplum præberet, quòd
tentandi eramus. Ita patienter tolerare uoluit, ut
nos inſtrueret patienter tolerare tentationes. Nam
omnia aduerſa, quæ nobis ſiue a dæmone ſiue ab
E hominibus infliguntur, tentationes quædam ſunt, &
patienter eas tolerare debemus, quia fructus noſter
eſt in patientia. Sic dicitur Luc.8. ſcilicet. Et referunt
fructum in patientia, & Luc.21. dicitur: In patientia
veſtra poſſidebitis animas ueſtras, ideſt,per patiẽtiam
poſſidebitis animas, ideſt, eritis Domini earũ ad hoc,
quòd non pereant. Secundò fecit hoc, quia Chriſtus
non ſolùm tentari uoluit, ſed etiam ipſe occaſiones
præſtitit tentatori, vt ſupra dictum eſt. Si autem iniu-
rioſè repellere vellet tentatorem, ipſe ſibi contrarius
eſſet,quia per hoc diabolus ab eo fugeret, & non ten-
taret eum amplius. Expediebat tamen nobis,ꝙ Chri-
ſtus de multis à dęmone tentaretur,vt nobis circa plu
res tentationes reſiſtendi formam daret. Non igitur
debuit

Universidad de Deusto Biblioteca

debuit iniuriosè repellere tentatorem, sed patienter tolerare, vt sic ipse tentaret toties quoties vellet. Tertiò fecit hoc, quia intentio diaboli erat scire per tentationem istam, an Christus esset Deus. Si autem ipse iniuriosè, & per modum potestatis dæmonem repelleret, agnosceret ipse Christum esse Deum. Et hoc est quod ipse intendebat. Christus tamen uolebat istud occultare, quia sic expediebat: ideo non debuit eum iniuriosè repellere. Quartò quia si iniuriosè repelleret esset minor honor Christi, quia uideretur, quòd hoc faciebat ex impatientia tentationis, scilicet, quia illam tolerare non poterat. Quod autem toleraret patienter, & permitteret dæmoni tentare quousque ipse uellet, erat uictoria plenissima, scilicet, quando dęmon uidens se omnino non posse proficere, a tentatione cessaret. Et istud innuit Origenes dicens: Sequebatur planè, quasi athleta ad tentationem spontè proficiscens, & quodam modo loquebatur dicens: Duc quò uis & inuenies me in omnibus fortiorem. Ergo si diabolus non permitteretur a Christo tentari ipsum qualitercumque, & quantumcumque uelit, non appareret ipsum esse fortiorem. Quintò fecit hoc: quia si Christus imperiosè dæmonem repulisset, uideretur ista tentatio a deitate, & nō ab humanitate superata. Quia deitas imperiosè agit. Dæmon tamen non erat superandus a deitate, sed ab humanitate, ut ait Hilarius, scilicet. Non enim erat a Deo diabolus, sed a carne uincēdus, quia etiam ipse diabolus non tentabat Christum tanquam Deum, sed tanquam hominem: vt Athanasius ait, scilicet: non autem contra diuinitatem certamen diabolus iniit: sed contra hominem, quem quondam seducere potuit. Et sic Christus tanquam homo debuit tentationi resistere patienter tolerādo, & prudenter respondendo, & non tanquam Deus imperiosè repellēdo. Cùm autem obiicitur, quòd blasphemia erat tentari Christum a dęmone, quia Deus erat: dicēdum quòd blasphemia aut peccatum non reputatur nisi quando cognoscitur, aut cognosci potest, quòd sit blasphemia, & peccatum, sicut Christus dixit Io. 9. Si cæci essetis non haberetis peccatum, nunc uerò, quia dicitis uidemus, peccatum uestrum manet. Ita nunc diabolus nesciebat Christum esse Deum: ideo quòd eum tentaret non erat blasphemia. Secus si cognosceret, & tentare niteretur. Talia ergo Christus tolerare debuit patienter, & tolerauit. Et tamen illo modo mors Christi, diceretur esse blasphemia Iudæorū: quia Deum suum occidebant. Vbi autem manifesta est blasphemia, Christus increpat illam. Et sic quando diabolus dixit Christo, quòd adoraret eum, Christus increpauit illum dicens: Vade retro satana, quia etiam si Christus esset purus homo, manifestum est, quòd blasphemia erat, quòd adoraret aliquem alium pręter Deum. Illam ergo tentationem tanquam manifestam blasphemiam repellere debuit, istam uerò, quia non erat manifesta blasphemia, debuit patienter tolerare.

Quare Christus in omnibus istis tentationibus defendit se auctoritate sacræ scripturæ. Quæst. XXVIII.

QVAERITVR, quare Christus in omnibus istis tentationibus defendit se auctoritate sacrę scripturæ. Nam in singulis allegauit aliquid contra dæmonem, ut patet in litera. Dicendum, quòd fecit hoc propter humilitatem, scilicet, quia non uolebat Christus superare dæmonem p potestatem, sed per rationem. Nam defendere se per testimonia scripturæ est defendere se per rationem. Est autem magna humilitas, quòd cùm quis conuenienter per potestatem se defendere potest, per solam

F rationem se defendere velit. Secūdò fuit hoc propter honorem hominum, quia si diabolus a Christo fuisset uictus per potestatem, vinceretur ab eo tanquam a Deo, & sic nullus honor esset humanitati, quæ nihil ibi facere uideretur. Cùm autem per rationem uinceretur, appareret eum ab homine uinci, cùm proprium sit hominis esse rationale, & maximum quod est in eo, est esse rationale. Debuit ergo per rationem uinci: & hoc est superari per testimonia scripturæ. Tertiò fuit hoc, ut magis diabolus conuinceretur, quia si per potestatem diabolus superaretur, cùm ipse per uiam rationis fallere uellet, non reputaret se conuictum: si autem rationibus cōuinceretur, appareret manifestè eum esse superatum, cùm per illud falleret, per quod

G fallere intendebat. Debuit ergo testimoniis scripturæ vti, quę per rationem conuincunt. Istas tres causas innuit Hieronymus super Matth. dicens. Propositum Christi erat humilitate uincere. Vnde, & testimoniis legis aduersarium uicit, & non potestate uirtutis: ut hoc ipso hominem plus honoraret, & aduersarium plus puniret, cùm hostis generis humani non quasi a Deo, sed quasi ab homine uinceretur. Quartò fuit hoc propter exemplum, ut innuatur, quòd in sacra scriptura est remedium contra omnes tentationes, & aduersitates, & nulla potest esse quantumcumque grauis aduersitas, contra quam remedium, & consolationem non inueniatur ex sacra scriptura, si quis solicitè, & deuotè legere uelit: immo propter hoc principa-

H liter tota sacra scriptura est, scilicet, ut per illam habeamus consolationem in aduersitatibus, & non deficiat spes nostra. Sic enim dicitur ad Rom. 15. scilicet. Quæcumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus. Quintò fuit hoc propter exemplum patientiæ, scilicet, ut quando homo aduersa patitur, & tentatur, uindictam non quęrat, sed potius ad bona opera, & sacræ scripturę considerationem se offerat. Sic dicit Gregorius in quadam homilia scilicet. Tentatus a diabolo Dominus sacri eloquii præcepta respondit. Et qui tentatorem suum mergere in abyssum poterat, uirtutem suæ potentiæ non ostendit: quatenus nobis præberet exemplum, vt quoties a prauis homini-

I bus aliquid patimur, ad doctrinam excitemur, potius quam ad uindictam. Sextò fuit, quia Christus uolebat respondere ualde efficaciter diabolo, ut se cōclusum & confusum uideret. Et quia nulla est maior auctoritas sub Deo, quàm sacræ scripturæ, qui per eam conuincitur, firmissimè conuincitur. Per eam igitur potiusquam per alium modum Christus diabolum uincere uoluit. Septimò, quia Christus uoluit in suis responsionibus auferre diabolo occasionem suspicandi de ipso, quod esset Deus, quantum per rationem humanam fieri poterat. Si autem Christus alio modo responderet, diabolus fortè putaret, quòd Christus hoc faciebat animo se occultandi, ut diabolus nesciret, an esset Deus, uel quis ipse esset. Cùm autem respondere-

K ret per auctoritates scripturæ, necessariò ad hoc conuincentes, diabolus putaret rationabiliter, quòd ille homo Christus non assentiebat tentationibus eius, quia uolens se occultare quis esset: sed quia putaret se per sacram scripturam teneri ad hoc faciendum, quia testimonia per eum inducta hoc significabant. Et hoc modo diabolus non haberet suspitionem, quòd ipse uellet se occultare.

An Christus conuenienter responderit tentationi dæmonis. Quæstio. XXIX.

QVAERITVR, an Christus conuenienter respondit tentationi dęmonis. Dicēdum, quòd sic, & istud patere potest per ea, quæ dæmon intendebat deducere contra Christum per istam tētationem. Quæ omnia exclusa fuerunt ex uerbis Christi. Nam uolebat dęmon principaliter scire, an Christus esset Deus, & ad hoc hortabatur eum lapides conuertere in panem. Ad hoc Christus conuenienter respondit, dicens. Non in solo pane uiuit homo. Quasi dicat: suades, ut conuertam lapides in panem: & dico tibi, quòd non expedit, quia ista conuersio nō debet fieri nisi ex necessitate, quando aliter prouideri non potest de cibo, uel non potest homo sustentari. Et tamen possum sine hoc uiuere: quia non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei, idest, de omnibus rebus, quæ Deus iusserit comedi. Ideo nō est necesse lapides conuerti in panem: hoc autem magis declaratum est supra in expositione literæ. Intendebat etiam diabolus quòd etiam si Christus non esset Deus, quòd induceret eum ad desiderium inanis gloriæ. Vsurpando sibi istud nomen, scilicet filius Dei, ita, ut crederet, quòd tale ipse erat, de quo credi posset, quòd esset filius Dei. Et ad hoc ostēdendum, niteretur facere aliqua miracula, uel saltem diceret se facturum, si uellet. Hoc autem Christus exclusit, cùm dixit non esse necesse, quòd ista conuersio lapidum in panes fieret, cùm aliter uiuere posset. Et in hoc prudentissimè respondit ad intentionem suam, scilicet quia nec se filium Dei asseruit, nec negauit, nec fecit aliquid, per quod asseri, aut negari, uel credi posset. Nā non dixit ego faciam, uel non possum facere, sed non expedit fieri, & ut mendatium euitaret, si diceret se facere non posse, & ut Deum conuertere se posse diceret, & sic per hoc relinqueret diabolum totaliter dubium, qui tamen intendebat certificari de una parte, uel de alia.

Item diabolus intendebat mouere Christum, si esset purus homo ad petendum a Deo, ut conuertat lapides in panem. Et hoc erat aliquid inordinatum, cùm pro solo cibo corporali peteretur a Deo miraculum, cùm aliter prouideri posset humanitus, ut supra dictū fuit. Et hoc etiam Christus exclusit dicens, quòd non expediebat lapides in panem conuerti, & sic per unicum responsum totam dæmonis intentionem exclusit. Et ista fuit causa, quare Christus post quam respondit diabolus non extitit in eadem tentatione, sed aliam nouam instruxit, scilicet, quia totaliter uidit se in ista superatum. Quia aliàs si diabolus putasset insufficienter responsum esse, institisset semper in eadem quousque Christus succumberet, uel plenè respondendo tentationem excluderet.

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctā ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei: si filius Dei es, mitte te deorsum: scriptum est enim; quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuū. Ait illi Iesus rursum: Scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.

Tunc assumpsit eum diabolus. Hic ponitur secunda tentatio, quę est de superbia, siue inani gloria, scilicet, ut Christus proiiciens se de pinaculo in terram gloriaretur, quòd illæsus euaderet. Et dicitur. *Tunc assumpsit eum.* Scilicet finita prima tentatione, cùm in illa diabolus uideret se uictum; uoluit ergo aliter eum tentare. *In sanctam ciuitatem.* Idest portauit illum in Ierusalem, quæ uocatur sancta ciuitas, ut infra dicetur: eo quòd quando Christus nunc tentabatur erat in deserto, ubi

A ieiunauerat, ut patet in litera, & ad hoc quòd constitueretur super pinnaculum, oportuit, quòd portarēt in Ierusalem, uel ueniret. *Et statuit eum super pinnaculum templi.* Idest posuit eum in pinnaculo. Est pinnaculum locus quidam altus in templo, de quo poterat quisquā se præcipitare. Et sic suadebat dæmon Christo. Quid autem illud sit infra dicetur. *Et dixit ei. Si filius Dei es mitte te Deorsum.* Scilicet. Si es filius Dei, etiam si mittas te de hinc in terram, non læderis. Ideo si filius Dei es mitte te, & uidebimus quòd es filius Dei. Lucas autem expressius hoc dixit scilicet. Si filius Dei es, mitte te deorsum, scilicet. Non descendas: sed præcipita te de summo. *Scriptum est enim, quod angelis suis mandauit de te.* Istud scriptum est Psal. 90. Et diabolus inducit

B ad probandum, quòd etiam si se mitteret deorsum non læderetur, quia ita scriptum erat de eo, idest, de filio Dei, quòd Deus mandauit angelis suis de eo, idest, mandauit, quòd custodirent eum. *Et in manibus tollent te.* Angeli non habent manus, quia sunt puri spiritus: sed est locutio more humano, quia per manum significatur tota virtus operatiua, eo quòd manus est in nobis organum omnium operationum. Et ita etiam dicimus, quòd in manu Domini sunt omnes fines terræ, idest in potestate eius. Et sic dicitur, in manibus tollēt te, idest, Angeli per uirtutem suam sustentabunt corpus tuum tanquam portantes illud in manibus, & ita etiam si cadas in quæcunq; loca, uel te præcipites nō poteris lædi, quia ipsi te sustinebunt. Et similis modus

C loquendi est Psal. 36. scilicet, cùm ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam, scilicet, vt super eam substentetur. *Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum* Idest, hoc faciunt, ut saltem pes tuus non possit offendi, idest, lædi in lapide, quando ambulas, quanto magis ergo angeli conseruabunt te, ne caput tuum, aut partes aliæ corporis nobiliores, quàm pedes non lædantur. Lucas autem aliter dixit, scilicet, angelis suis mandauit de te, ut conseruent te. Et istud tacuit Matthæus, quia credendum est, quòd diabolus istud allegaret, cùm scriptura, quàm ipse allegabat ita habeat, scilicet. Angelis suis mandauit de te, ut custodiāt te in omnibus uiis tuis. *Ait illi Iesus, scriptum est.* Respondit hic Iesus per scripturam sicut supra, maximè quia

D diabolus hic arguebat, vel confirmabat intentionem suam per sacram scripturam. Et istud scriptū est Deutero. 6. *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Aliqui simplices putant, quod ista uerba direxerit Christus ad dæmonem dicens, non tentabis me Dominum Deum tuum. Sed non stat.

Primò tunc Christus ex hoc expressè diceret se esse Deum, cùm prohiberet dæmoni tentare Deum suū. Hoc autem non stat, quia Christus intendebat se occultare, ne agnosceret esse Deus, cùm hoc esset, quod diabolus principaliter desiderabat. Non ergo diceret hoc Christus. Secundò patet, quia tunc dęmon cognoscens Christum esse Deum, non tentaret eum amplius, quia non auderet, vt ait Athanasius, & tamen

E post hoc tentauit eum de pessima tentatione, scilicet, quod eum adoraret. Ideo non cognouit eum, & consequenter Christus non direxit ista uerba ad dęmonē. Tertiò patet, quia dicitur, scriptum est, non tentabis Dominum Deum tuum: & tamen si Christus dirigeret ad dæmonem, non diceret scriptum est, tanquam inducatur hoc in testimonium, sed diceret per modū imperantis: non tentes Dominum Deum tuum.

Dicendum ergo quòd Christus non direxit uerba ad satanam, sed solùm voluit per ista se excusare de eo, quod dęmon suadebat, scilicet, quod mitteret se deorsum. Christus autem dixit, quòd non bene suadebat, quia istud erat tentare Deum, cùm posset de illo pinnaculo descendere per gradus modo humano.

Et ta-

Et tamen Deus non est tentandus, cùm scriptura hoc F
prohibeat: ideo non bene dæmon suadebat.

Quare finita tentatione priori diabolus non cessauit eum tentare. Quæst. XXX.

QVAERITVR, quare finita tentatione prio ri diabolus non cessauit tentare Christum, sed rursus tentauit. Dicendum primò quod hoc fuit, quia non erat satisfactum intentioni dæmonis: nam ipse desiderabat scire, an Christus esset Deus, vel non. Et quia neutrum eorum scire potuit per certitudinem ex priori tentatione, uoluit rursus tentare. Sic ait Chrysostomus super Matthæum, G
scilicet. Cùm ex præmisso Christi responso nihil certum discere diabolus potuisset, vtrum Christus Deus esset, an homo: assumpsit eum ad aliam tentationem. Secùdò, quia diabolus est pertinax, & semper pugnat, quousque uincat, vel omnino se victum videat. Ex priori autem tentatione diabolus se victum vidit, & tamen putabat sibi aliquas uires ad tentandum remanere: ideo rursus tentare uoluit. Tertiò, quia diabolus non uidit aliquid, propter quod à tentatione cessare deberet. Quod si ipse cognouisset Christũ esse Deum, vel ab ipso iniuriosè fuisset repulsus cessasset. Ipsum tamen Deum esse nõ agnouit, ideo putauit adhuc non esse inutile eũ tentare. Quartò, quia diabolus uiderat se superatũ à Christo in tẽtatione gulæ, in qua soli imperfecti succumbũt, nũc aũt uoluit eũ tentare de alia H
magis spirituali tẽtatione, in qua ẽt uiri magni interdũ succumbunt. Sic dicit Chrysosto. super Matthæum, scilicet. Diabolus assumpsit Christum ad aliam tentationem, dicens apud se. Iste qui fame non uincitur, & si non est filius Dei, tamẽ sanctus est. Valent enim homines sancti fame non uinci, sed postquam omnem necessitatem carnis uicerunt, per uanam gloriam cadunt: ideo cœpit eum tentare in uana gloria. Quintò diabolus tẽtauit eum iterum, quia Christus se ad hoc dispositum reddidit, cùm ipse dæmoni occasionem se tentandi præberet, quia ita expediebat, vt Christus in multis tentatus, ad resistendum omni generi tentationis nobis exemplum traderet.

I

An ista tentatio fuerit immediatè posi præcedentem. Quæst. XXXI.

QVAERITVR de ista tentatione, an fuerit immediatè post præcedentẽ. Dicendum quod istæ tres tentationes non ordinantur eodem modo à Luca, & Matthæo. Ambo enim ponunt tanquam primam tentationem de conuersione lapidum in panes, sed in alijs uariãt, quia Matthæus ponit hic secundam de pinnaculo templi, Lucas autem ponit illam tanquam tertiam. Luc. 4. In hoc autem dicendum, quod non est contrarietas. Quia licèt necesse sit, quod alter eorum, vel fortè ambo mutauerunt ordinem naturalem rerum gestarum, tamẽ neuter errat. Quia ordo naturalis rerum sæpe mutatur in sacra scriptura, & in alijs scripturis per anticipationẽ, recapitulationem, & alios modos, cùm ordo artificialis in narratione rerum sæpe sit utilior ad intelligendum, quàm ordo naturalis: si autem aliquis Euangelistarum assereret unam tentationẽ istarum fuisse tertio loco, & alius eam assereret fuisse secundam, necesse erat alterum, vel utrumque mentiri: quod tamen unus referat unam tentationem in secundo loco, & alius referat eam in tertio loco, non est contrarietas, nec quisquam eorum mentitur, quia non est necesse res semper fuisse eodem ordine, quo contigerũt. Quæ autem istarum tentationum prior fuerit, scilicet, an de pinnaculo, vel ostensione rerum, non potest apparere manifestè ex litera. De hoc dicit Augustinus 2. lib. de concord. euangel. quod totum hoc similiter Matthæus narrat sicut Lucas, sed non eodem ordine. Vnde incertum est, quid prius factum sit, vtrum regna terræ prius demostrata sunt ei, & postea in pinnaculũ templi leuatus sit, an hoc prius, & istud postea. Nihil tamen ad rem, dum omnia facta esse manifestum sit. De hoc etiam Maximus dicit, quod Euangelistæ mutauerunt hic ordinem ex industria, quia unus præposuit tentationem inanis gloriæ, & alius tentationem auaritiæ, quia interdum una ex alia, & interdum alia ex alia nasci solet, cùm ait. Ob hoc hic Euangelista hanc, illam verò illæ præmittit, quia inanis gloria, & auaritia ad inuicem se gignunt. Dicit tamen glo, quod tẽtatio de pinnaculo tẽpli fuerit ultima, & quod Matthæus refert tentationes Christi eo ordine, quo fuerunt in Adam: Lucas aũt refert secundùm historiam, ideò est, eo ordine quo contigerunt. Potest tamen dici sine præiudicio potius, quòd Matthæus tenuit ordinem naturalem in narrando, & sic quòd tentatio de pinnaculo fuerit prior, quàm de ostensione regnorũ, quia hic in litera Matthæi videtur innui ordo rerum gestarum, & in litera Lucæ non innuitur ordo. Quia potius quam dictum est de tentatione cõuersionis lapidum, dicitur hic. Tunc assumpsit eum diabolus: ergo videtur quod immediatè, vt fuit tentatio de conuersione lapidum, fuit tentatio de pinnaculo. Et tamen Lucas non innuit aliquem ordinẽ. Quia Lucæ 4. postquam narrata est tentatio de cõuersione lapidum subditur, scilicet, & duxit illum diabolus. Et ista finita dicitur, & duxit eum in Ierusalem. Et sic non ponitur ibi aliqua dictio signans ordinem temporis, vel cõtinuationem, & Matthæus ponit illam, scilicet, tunc. Ideo magis credendum est, quòd Matthæus tenuerit ordinem naturalem, quàm Lucas. Secundò patet per Chrysostomum super Matthæum dicentem: diabolus secundo reportat se incertus trãsit ad tertiam tentationem. Quia enim Christus retia ventris diruperat, & retia uanæ gloriæ transiuerat, ponit ei retia auaritiæ. Et propterea dicitur, iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde. Ista ergo tentatio de pinnaculo secunda fuit, & tertia de ostensione regnorum. Tertiò patet per sanctum Thom. 3. par. sum. quæstio. 41. articulo. 4. corpore, cùm ait, quòd diabolus tentauit primo Christum de eo, quod appetunt quantumcunque spirituales uiri, scilicet, de tentatione corporalis naturæ per obstentationem quandoque deficiũt, scilicet, aliqua ad ostentationem operentur, quod pertinet ad inanem gloriam. Quarto produxit tentationem ad id, quod iam nõ est spirituallium uirorum, sed carnaliũ, scilicet, vt diuitias, & mundi gloriam concupiscant. Ista ergo tentatio de pinnaculo templi fuit secunda, sicut Matthæus retulit, & ipse tenuit ordinem naturalem in narrando, Lucas verò mutauit ordinem, sicut sæpe fit: causa autem mutationis supra dicta est. Considerandum, quòd de illis tentationibus Christi tres Euangelistę, scilicet, Matthæus, Marcus, & Lucas solùm retulerunt: Ioannes autem nihil dixit. Et ratio est, secundùm quòd Origenes dicit, quia Ioannes à Deo exordium fecerat, dicens, in principio erat verbum: ideo tentationem domini non describit, quia Deus tentari non potest, de quo erat ab initio sermo. Quia verò in Matthæo, & Luca generatio hominis scribitur, & in Marco: homo autem est, qui tentatur: ideo Matth. Luc. & Mar. tentationem Domini scripserunt.

Quæst.

Quare uocatur hic Ciuitas sancta, & quæ est ista. Quæst. XXXII.

QVAERITVR, quare uocatur hic Ciuitas sancta, & quæ est ista. Dicendum quod ista est Ierusalẽ, quia vbi ait Matthæus, assumpsit eũ in sanctam Ciuitatem, dicitur Luc. 4. & duxit illum in Ierusalem. Et ipsa uocatur aliquando Ciuitas sancta in Scriptura, vt patet infra 27. scilicet. Et multa corpora Sanctorum, qui dormierant surrexerunt, & uenerunt in sanctam Ciuitatem, & apparuerunt multis. Vocatur etiam aliquando Ciuitas Dei sequenti cap. Causa huius est, quia Ierusalem erat Deo dicata, vt in ea coleretur, & quando aliquid Deo dabatur, vel offerebatur, dicebatur esse sanctũ, vel consecratum. Leuit. 27. Ierusalem autem erat specialiter applicata Deo, vt esset nomen eius in ipsa. 2. Paralip. 5. scilicet. Elegi Ierusalem, vt sit nomen meum in ea: ideo sancta uocari poterat. Aliter poterat dici sancta, quia ibi erant omnia sancta, scilicet, altare holocaustorum, & templum, & omnia mysteria, & sancta sanctorum, vt ait Rabanus, scilicet. Sancta autem Ierusalem dicebatur, in qua templum Dei erat, & erat sancta sanctorum, & cultus unius Dei, secundùm legem Moysi. In hac sancta Ciuitate Christus tentatus est, vt nemo putet se à diabolo liberum esse propter sanctitatem loci, cùm in Ierusalem quæ erat sancta Ciuitas Christus tentaretur, & in paradiso, qui erat locus optimus Adam à diabolo tentatus est. Sic ait Remigius in quadam homilia, scilicet. In hoc ostenditur, quòd diabolus fidelibus Christi etiam in sanctis locis insidiatur. De Ierusalem quidam dicũt, q habeat octo nomina, quæ compræhenduntur his versibus, scilicet.

Solyma, Luza, Bethel, Ierosolymam Iebus.
Elia, Vrbs sancta, Ierusalem dicitur atque Salem.

An tamen omnia ista nomina ei conueniant, vel quæ illorum declaratum fuit Gen. 28.

Quid sit pinnaculum istud, & quare diabolus Christum in eo constituit. Quæst. XXXIII.

QVAERITVR, quid sit pinnaculum istud, de quo hic dicitur, & quare diabolus Christũ in pinnaculo constituit. Dicendum, quòd pinnaculum est sumitas quædam, vel altitudo. Et quidam uolunt, quòd esset pinnaculum pulpitum quoddam, siue cathedra, in qua prædicabant ludæi. Sic enim dicit Remigius, scilicet. Pinnaculum sedes erat Doctorum. Et ad hoc subdit, q templũ non habuit culmen erectum, sicut nostræ domus habent, sed planum erat desuper more Palæsthinorum, & in ipso templo tria tabulata erant. Et sciendum, quòd in pauimento pinnaculum erat, & in vno quoque tabulato pinnaculum erat. Siue ergo statuerit illum in illo pauimento, quod erat in pauimento, siue in illis, quæ erant in secundo, vel tertio tabulato: intelligendũ est, quòd in illo statuisset eum, vnde aliquod præcipitium esse potuit. Hæc Remigius. Aliqui putant quòd fuerit illud pinnaculum cathedra, in qua sederent prædicatores in templo. Sed non est satis uerisimile, quia iste erat in plano, quia tales cathedræ non solent esse in locis valde altis, quia inde uox prædicantis non auditur conuenienter, sed solùm sunt sedes aliquantulum eleuatæ à terra: ita ut prædicantes videri possint ab omnibus existentibus, & sedentibus in pauimento, sicut dicitur 1. Paralip. 6. de Basi æneа in qua stetit Salomon ioquens coram toto populo in templo, quando illud dedicatum est, quia illa erat alta quinque cubitis. Diabolus autem volebat Christum ponere in loco, vbi esset magnum præcipitium: ita, vt cadẽs sine dubio moreretur. Ideo istud pinnaculum esset aliquid valde altum. Item, quia uolebat diabolus, quòd Christus uideretur à toto populo, & in illo insurgeret ei inanis gloria. Et tamen si esset solùm in cathedra Doctorum templi, non uideretur à populo Ciuitatis, sed solùm ab illis, qui essent in illa parte. Dicendum ergo videtur, q pinnaculum templi est altitudo maxima templi, scilicet, paries aliquis, vel mœnia erecta super tectũ templi, de quo loco uideri posset Christus ab omnibus, qui erant in vrbe. Vel si dicatur, q tectum templi erat omnino planum, ipsa planities erat pars altissima templi, & ipsa uocaretur pinnaculum templi. Ita tenet Nicolaus dicens, q pinnaculum erat tectum templi, quod erat desuper planum, sicut fiebant tunc domus Palæsthinorum. An uerò ibi esset aliquod pulpitum, de quo prædicari posset existẽtibus super tectum templi, nihil dicitur, licèt verisimilius sit, quòd ipsa altitudo, vel sumitas vocaretur solùm pinnaculum. Cũ autem quæritur, quare diabolus posuit Christum super pinnaculum, dicendum quòd hoc fecit, vt haberet locum, de quo præcipitaret se. Erat autem ille locus altissimus: ideo melius inde poterat præcipitari. Item, quia diabolus volebat Christum de inani gloria tentare, scilicet, vt ipse vidente toto populo se proijceret de pinnaculo, & maneret illæsus, in quo sanctitas sua appareret: non poterat autem hoc fieri, si poneretur in loco plano, quia inde non uideretur: ideo in loco altissimo totius vrbis, scilicet, in tecto templi positus est, quia ibi manens à tota vrbe conspici poterat, & ista fuit causa quare ad istam tentationem diabolus duxit Christum in Ierusalem, qui ante hoc manebat in deserto, scilicet, quia intendebat eum tentare de inani gloria. Non potest tamen quis gloriari, nisi in conspectu aliorum à quibus teneri cupit vt excellens in aliqua uirtute, vel probitate, & quia in deserto nemo erat, qui uidere posset opera Chtisti, non posset ibi diabolus consequenter de inani gloria tentare, sed duxit eum in Ierusalem, quæ erat Ciuitas famosissima, & valde populosa, vt ibi ab omnibus conspiceretur, & abundanter gloriari posset. Dicit Glos. quòd ideo duxit diabolus supra pinnaculum templi, cùm vellet eũ de uana gloria tentare, quia in cathedra Doctorum multos deceperat inanis gloria, & ideo putauit istum positum in sede magistrorum inani gloria extolli posse. Istud autem procedit suppositio, quòd pinnaculum esset cathedra Doctorum. Magis tamẽ dicendum est, quod erat sumitas templi: nisi fortè dicatur, quod etiã in ipso tecto templi erat aliqua cathedra ad docendum, vt supra diximus.

A B C D

Quomodo Christus fuit ductus hic in sanctam Ciuitatem à dæmone, an ipse venerit, vel dæmon eum portauerit. Quæst. XXXIIII.

QVAERITVR, quomodo Christus fuit ductus hic in sanctam Ciuitatem à dæmone, scilicet, an ipse per se iuerit, vel dæmon eum aliquo modo portauerit. Dicunt quidam quòd Christus per se iuit, quia sic videtur dicere Origenes, scilicet, sequebatur planè quasi athleta ad tentationem sponte proficiscens, & quodam modo loquebatur: Duc quò vis: inuenies me in omnibus fortiorem. Item, quia diabolus non auderet Christum tangere ad portandum eum: nec posset illum portare. Item, quia uidetur quodam modo absurdum, & imperitum dici, q diabolus Christum portauerit ad aliquem locum.

E

Dicendum, quod uerè dæmon nunc Christum portauit per modum, qui dicitur sequenti quæstione,

& non

Universidad de Deusto Biblioteca

& non progrediebatur Chriſtus per ſeipſum. Et patet primò, quia dicitur hic, & aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem. Aſſumere tamen ſignificat, quòd ipſe eum portauerit: quia ſi Chriſtus per ſe iuiſſet, nõ diceretur diabolus eum aſſumpſiſſe. Secundò, quia dicitur, & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi, & ſic patet, quòd Chriſtus non aſcendit per ſe in prinnaculum, ſed diabolus illum duxit illuc. Et confirmatur hoc, quia Lucas eodem modo dicit, ſcilicet, & duxit illum in Ieruſalem, & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi. Tertiò patet, quia ſi Chriſtus per ſe aſcendiſſet in pinnaculum per gradus, non habuiſſet diabolus occaſionem dicendi ei, quòd mitteret ſe deorſum, qa ipſe potius deſcendere uellet per gradus, per quos aſcenderat. Quia tamen diabolus Chriſtum portauerat per aerem, & poſuerat eum ſupra pinnaculum, erat ſatis veriſimile, quod poſſet de pinnaculo deſcendere per aerem, ſiue ſine gradibus. Et ita aliqualiter haberet locum tentatio diaboli. Quartò patet, quia ſi diabolus non portaſſet Chriſtum per aerem: ſed ueniſſet pedeſter, neceſſe eſſet, quòd per tranſirent aliqui dies inter principium tentationis eius, & finem, in quibus Chriſtus maneret ſine cibo, & fameſcens. Iſtud autẽ eſt inconueniens. Patet hoc, quia deſertum illud, in quo Chriſtus erat, quando cæpit tentari, & antequam nunc duceretur ad pinnaculum, diſtabat ſatis a Ieruſalem, ut dictum fuit ſupra in expoſitione literæ, ideo in ueniendo de deſerto, & redeundo, moraretur Chriſtus aliquot diebus, & in iſtis maneret ſine cibo, & fameſcens. Et patet, quia cùm ieiunaſſet quadraginta diebus cæpit eſurire, & tunc diabolus cæpit eum tentare, & quando fuerunt finitæ omnes tentationes angeli acceſſerunt, & miniſtrauerunt Chriſto, ſcilicet, in cibo, & potu, ut patet infra in litera. Non eſt autem dicendum, quòd poſtquam Chriſtus inciperet fameſcere, maneret duobus, uel tribus diebus, aut pluribus ſine cibo, quia iſtud erat inconueniens: ideo neceſſe eſt, quòd diabolus Chriſtum portauerit per aerem, vt iſta quaſi ſubito fierent, ut in breui omnes iſtæ tentationes finirentur, & pauco tempore Chriſtus fame cruciaretur. Et ſic etiam fuit ad aliam tentationem, quia Chriſtus a diabolo ductus eſt in montem excelſum, vbi oſtendit ei omnia regna terræ. Et ſic realiter Chriſtus a dæmone portatus eſt.

Ad primum dicendum quod Origenes dixit, quòd Chriſtus ſequebatur plane, quaſi athleta ad tentationem ſponte proficiſcens, non quidem quòd Chriſtus pedibus ſequeretur diabolum prȩcedentem quaſi comitando eum in itinere, ſed ſequebatur eum, ideſt, ſequebatur voluntatem eius, ſcilicet, quia omnes tentationes quas diabolus faciebat, Chriſtus ſponte tolerabat. Ad ſecundum dicendum, quòd ſi diabolus cognouiſſet Ieſum eſſe filium Dei, non auderet ipſum tangere, nec tentare. Ignorabat tamen hoc, & ideo tentabat eum, ut hoc ſciret. Vnde non formidabat eum tãgere, cùm nondum ei conſtaret quis ille eſſet. Cùm autem dicitur quòd dæmon non poſſet portare Chriſtum, uerum eſt ſi Chriſtus reſiſteret: & tamẽ ſi ipſe permitteret ſe portari, poſſet faciliter portari, & ita nunc permittebat: quia ſicut a Iudęis permiſit ſe trahi ad mortem lædendo eum, ita & a dæmone permitteret ſe portari nulla per hoc ſibi facta læſione.

Ad tertium dicendum, quod licèt quantum ad ſimplices uideatur abſurdum, quòd Chriſtus a dęmone portatus ſit, non eſt tamen aliquod inconueniens, cùm dęmon eum portans, non poterat ei malum inferre, niſi quod ipſe pati uellet, ſic ait Gregorius in quadam homilia, ſcilicet. Ecce dum dicitur Deus homo in ſanctam ciuitatem a diabolo aſſumptus, humanę aures audire expaueſcunt. Iniquorum tamen dia-

F bolus caput eſt. Quid ergo mirum, ſi ſe ab illo permiſit in montem duci, quæ ſe permiſit a membris illius crucifigi? Quaſi dicat non eſt mirandum.

Quomodo Chriſtum portauerit diabolus ad pinnaculum templi. Quæſtio. XXXV.

QVAERITVR, quomodo diabolus portauit Chriſtum ad pinnaculum templi. Dicendum quod eſt hic prȩſupponendum, quòd Chriſtus non uenerit per ſeipſum modo humano, & naturali, ſcilicet pedibus gradiendo, nec etiã diuina uirtute, ſcilicet, ſe ad quæcunque loca uellet ſine medio transferendo, ſed a diabolo portatus eſt, ita

G quod Chriſtus in iſto aduentu ad pinnaculum nihil egit, ſed ſolùm portare ſe permiſit, ut declaratum eſt præcedenti quæſt. Modus autem portationis poterat eſſe duplex, unus eſt, quòd diabolus, qui eſt ſubſtantia incorporea inuiſibiliter, & incorporaliter per ſolius virtutis applicationem ad corpus Chriſti portaret ipſum. Et ſic fieri ſolet interdum ſecundùm artes maleficas, ſcilicet, quòd aliqui manẽtes in uno loco uideãt ſe ſubito apud alium locum multum diſtantem a præcedenti, & non uideant quis portauit eos. Et interdũ ſentiunt ſe moueri, ſed portatorem non uident. Interdum autem nec ſe moueri ſentiunt, nec portatorem vllum uident. Ita ergo Chriſtus portari poterat a dæmone, itaque portator inuiſibilis maneret, ut incorpo-

H reus ſecundùm naturam ſuam eſt. Sic etiam angeli boni continuè cælos mouent applicando uirtutem ſuam ad eos. Et tamen corpora nulla aſſumũt ad mouendum, quia corpora nõ ſunt neceſſaria angelis, vel dæmonibus ad hoc, quòd aliqua agant principaliter, quod pertineat ad aliquas uires, ſed ad hoc, quòd in eis videantur, cùm illa corpora aſſumpta ſint de materia fragili, ſcilicet, de aere, & non ſint vllæ vires in eis.

Alio modo poterat hoc fieri modo uiſibili, & corporali, ſcilicet, quod dæmon in corpore aſſumpto Chriſtum acciperet tenendo eum manibus, vel quomodocunque eum ſibi aptando, ut ipſum portaret. Non oportebat, quòd imponeret eum humeris, vel ſuper ſcapulas ad hoc quòd portare poſſet. Quia etiã

I ſi non videretur eum tangere niſi digito, poſſet eum portare conuenientet. Quia non eſt ſic de uiribus dæmonum in corporibus aſſumptis, ſicut de uiribus hominum in corporibus ſuis. Quia corpora humana ſũt naturalia, cùm ſint pars ſpeciei, & uires animæ ſunt diffuſæ per ipſum corpus, & commenſuratę corpori, ita quod extra corpus ſuum anima nullas uires habet. Quod apparet, quia homo non poteſt aliquid facere in ea, quę non tangit immediate, vel mediatè, ſed neceſſe eſt, quod applicet partes corporis ſui illi rei, quã mouere uult, eo quod anima tota eſt intra corpus tã ſecundùm eſſentiam, quàm ſecundùm virtutem, cũ ſit ei naturaliter vnita tanquam parti ſpeciei. Ideo extra illud nihil agere poteſt, dum manet in eo. Dæmo-

K nes autem aſſumunt corpora voluntariè, non tanquã partem ſpeciei ſuæ: ideo interdum applicant totam virtutem ſuam corporibus, quæ aſſumunt. Et tunc extra illa corpora nihil facere poſſunt mouendo realiter, & ſi aliquid mouere velint, neceſſe eſt, quod applicent partes corporis illius aſſumpti ad id, quod mouere uolunt, Sicut homo, qui aliquid mouere vult, applicat ſe ad illud, & aliter mouere illud non poteſt, quantuncumque ſit res parua, & facilis ad mouendum. Interdum dæmones non applicant totam uirtutem corporibus aſſumptis, & tunc poſſunt applicare illam alijs rebus propinquis uſque ad quas poſſit diffundi uirtus dæmonis. Et tunc dæmon in corpore aſſumpto, ubi eſt, poterit mouere multas res propinquas loco, quas

quas tamen non tangit per aliquas partes corporis aſſumpti, & tunc, qui videret alias res moueri, iudicaret eas a ſeipſis moueri, cùm nemo eas videret tangere, nec impellere. Ratio omnium dictorum eſt, quia dęmon non vnitur corpori aſſumpto tanquam parti ſpeciei, ſed ſicut motor mobili. Ideo non oportet, quòd virtus ſua tota limitetur, & claudatur intra corpus illud aſſumptum. Anima autem vnitur corpori, non ſolum tanquam motor mobili, ſed magis tanquam forma materiæ, & perfectio ſuo perfectibili. Ideo extra ipſum corpus anima nullo modo eſt quantum ad totum, nec quantum ad aliquid ſui. Et apparet diuerſitas, quia vna anima humana nõ poteſt eſſe niſi in vno corpore, & tamen idem homo poteſt ſimul portare diuerſas res, & cuilibet illarum applicatur virtus animæ humanæ. Quia tamen applicatur ſolùm, vt motor mobili, non limitatur tota uirtus eius ad vnã rem: ſed ita poteſt portare vnam, quòd etiam multas ſimul portare poteſt, & cuilibet earum virtus animæ applicatur. Ita ergo virtus dæmonis non clauditur neceſſariò intra corpus aſſumptum, cùm vniatur illi ſolùm, vt motor mobili, ſed etiã poteſt ſe diffundere ad multas res propinquas illi corpori, & poterit mouere omnes illas non applicando eas partes illius corporis aſſumpti, ſed partes virtutis ſuæ. Sicut homo, qui portat ſimul diuerſa, non portat illa per applicationem vnius ad alterum, ſed per applicationem corporis ſui, & virium ſuarum ad quodlibet illorum. Et ſic poterat eſſe diabolus in corpore aſſumpto, & portare Chriſtum, & tamen quod non tangeret eum per aliquam partem corporis aſſumpti, ſed quod videretur Chriſtus per ſe moueri, cùm tamen à dæmone moueretur, vel poterat dæmon tangere cùm ſolo digito, uel leuiter, & portare eum. Et non oportebat quòd ſuper ſcapulas, vel ſuper humeros poneret ipſum. Patet ſimile de angelo portante Abacuch de Iudæa in Chaldæam. Nam dicitur, quod portauit eum per capillum vnum capitis. Danielis. 14. ideſt, quod angelus in corpore illo aſſumpto ſolùm tangebat unum capillum, uel paucos. Manifeſtum eſt tamen, quod non poterat teneri Abacuch per vnum capillum, quia pondere ſuo rumperentur multi capilli, & caderet de ſublimi, & moreretur. Et dato quòd poſſet teneri per capillum, uel per omnes capillos ſimul, ſi angelus non teneret eum per aliam partem, quàm per capillos, penderet in aere, & cum grauiſſima pęna portaretur: ſicut apparet, cùm quis conatur alteri euellere capillos. Manifeſtum eſt tamen, quòd Abacuch non affligebatur, cùm portaretur, quia a Deo ad bonum opus portabatur: ideo neceſſe erat quod etiã per alias partes teneretur, licèt hoc non appareret. Iſtud autem eſſe nõ poterat, niſi quia angelus ille portans Abacuch non ſolùm applicabat virtutem ſuam corpori illi aſſumpto in quo uidebatur, ita vt per iſtud putaretur operari, ſed etiam applicabat virtutem ſuam alijs rebus coniunctis, & poterat illas ſimul mouere. Ideo, licèt angelus de corpore ſuo aſſumpto non applicaret aliquid ad ipſum Abacuch niſi digitos ſuos ad vnum de capillis eius, tamen extra corpus aſſumptum extendebatur virtus angeli, & illam applicabat cæteris partibus corporis Abacuch, & per illam applicationem ipſe portabatur. Hoc tamen ipſe non uidebat, quia virtus illa erat incorporea: ſed ſolùm videbat, quomodo digitos illius corporis aſſumpti applicabat ad vnum de capillis eius, per quem non portabatur, ſed portari videbatur. Ita nunc dæmon poſſet facere, ſcilicet, quòd ſolo digito ſuo tangeret corpus Chriſti, & ita eum portaret, & applicando uirtutem, quæ erat extra iſtud corpus aſſumptum reliquis partibus corporis Chriſti inuiſibiliter.

A Dicendum autem, ꝙ Chriſtus à dæmone corporaliter, & uiſibiliter portatus eſt; ideſt, dæmon portans Chriſtum apparuit uiſibiliter in corpore. Quod patet, quia loquebatur Chriſto, & Chriſtus reſpondebat ei, ut patet in litera & Luc. 4. Et tamen ſi dæmon non aſſumpſiſſet corpus, non potuiſſet loqui, nec Chriſtus ei reſponderet, ſed eſſent iſtæ tentationes factæ imaginariè, ita dicit Glo. ſ. Nota hic omnia corporeis ſenſibus eſſe completa. Quia enim uerba adinuicem conferuntur, in ſpecie hominis diabolum apparuiſſe ueriſimile eſt. Et dicendum, ꝙ intentio diaboli portantis Chriſtũ, ſic erat ꝙ ſuper totam vrbem Ieruſalem portaret eũ quaſi uolantem, quouſq; poneret eum ſuper pinnaculum, ut ex hoc Chriſtus gloriaretur, ꝙ uideret a popu-

B lo uolare, & ſic eum de inani gloria reum faceret. Credendum tñ eſt, ꝙ Chriſtus, licèt uere portatus fuit ſup totam urbem, quaſi uolans, tñ a nemine uiſus eſt, quia ex hoc ſequeretur quoddam ſcandalum, ſi Iudæi uiderent Chriſtum uolantem, quia putarent eũ maleficũ, cũ talia ſoleant fieri per maleficas artes. Hoc tamen in Chriſto apparere nõ debuit, qui uoluit à ſe tollere omnem occaſionem ſuſpicandi, ut ei indubitata fides præſtaretur. Qđ autem Chriſtus faceret ſe inuiſibilẽ, facile ſibi erat. Sic enim ſæpe fecit. ſ. quando uoluerunt Nazareni præcipitare eum de monte, & ipſe tranſiuit per medium illorum, & nemo ipſum uidit. Luc. 4. Iterum etiam uoluerunt eum lapidare, quando dixit Iudæis, ꝙ ipſe erat ante Abraham, & tunc dicitur, quod abſcon-

C dit ſe, & exiuit de templo, ideſt, fecit ſe eis inuiſibilem. Io. 8. Iterum etiam propter ſimiles cauſas uoluerũt eũ lapidare, & exiuit de manibus eorum. ſ. factus inuiſibilis. Io. 10. Ita ergo nunc faceret, & ſic deciperet dęmonem, quia dæmon putabat quòd ab omnibus uidebatur uolans, ipſe autem a nemine uidebatur, quia dæmon neſciebat quomodo Chriſtus faceret ſe inuiſibilẽ. Sic dicit Chryſ. ſuper Mat. ſcilicet. Sed fortè dicis, quomodo in corpore ꝯſtitutum uidentibus omnibus ſtatuit ſupra templũ? ſed forſitã diabolus ſic eum aſſumebat, ut ab omnibus uideretur, ipſe autem neſciẽte diabolo inuiſibiliter ſic agebat, ut à nemine uideretur. Sed obijciet, quòd diabolus non portaret ſic Chriſtum, quia ꝑ hoc ſi Chriſtus eſſet purus homo expaueſceret, cũ ſe

D uideret portari per aerem, & conſtitui in pinnaculo, & manifeſtè uideret iſtam eſſe operationẽ dæmonis, uel ſuſpicaretur. Et ſic poſtea nullo modo aſſentiret monitis eius, & ſic tentatio ad nihil proficeret. Dicendum quòd diabolus non putauit, quòd per hoc impediretur tentatio, quia ipſe uidit Chriſtum promptum ad hoc quod permitteret ſe portari, & dæmon uolebat perſuadere Chriſto, quòd ipſe erat Angelus, & portabat Chriſtum tanquam filium Dei, ut per hoc Chriſtus extolleretur ad inanem gloriam, & non expaueſceret ſe portari, ſed potius cuperet ſe multum portari, ut a multis uideretur, & magis gloriaretur. Et ad inueniendum hoc dæmon dixit Chriſto, quòd nõ timeret ſe proijcere de alto, quia Angeli tenerent eum. Et ad

E hoc allegauit illam auctoritatem. ſ. Angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te, ut putaret Chriſtus ſe ab angelo portatum, & etiam quod poſtea per aerem portaretur, & iſta portatio per aerem erat ualde neceſſaria ad tentationem ſequẽtem, qua diabolus ſuadebat Chriſto proijcere ſe de pinnaculo. Nam ſi Chriſtus ante hoc non fuiſſet portatus, per aerẽ timeret ſe proijcere. Portauit ergo eum, ut poſtea putaret, quod ſicut per aerem portatus fuerat, & non cadebat, ita quando ſe proiiceret, non caderet, nec læderetur, quia angeli tollerent eum in manibus, ſicut prius portauerant. Et ſic non ſolũ fuit ſcandaloſa, ſecũdùm intentionem dæmonis illa portatio aeris: ſed etiam fuit ualde neceſſaria ad id quod dæmon intendebat.

Alij tollunt istud inconueniens aliter dicentes, quod F etiam si Christus fuisset purus homo non fuisset scandalizatus de illa portatione: quia poterat portari ita, quod nihil sentiret, sed putaret se manere. Dicendum quod non stat. Quia dato, quòd hoc fuisset, sicut aliquando fit per artes maleficas: tamen quando postea Christus videret se super pinnaculum templi, cùm ante hoc esset in deserto, magis expauesceret, & non consentiret tentationi diaboli. Item quia hoc modo non persuaderetur sibi ita manifestè quomodo posset se proijcere de pinnaculo, & non læderetur: sicut si prius vidisset se volare per aerem, & non cadere. Ideo tenendum est id, quod supra diximus.

Quomodo Christus se portari à demone permisit, & an fuerit conueniens. Quæstio. XXXVI. G

QVAERITVR, quomodo Christus portari se a dæmone permisit, & an fuerit conueniēs.

Primum argumentum. Aliqui dicunt quòd non, quia ponere se in manu dæmonis est exponere se periculo. Nullus tamen sapiens ex industria se periculo exponit: sed illa ex necessitate suscipit cùm occurrerint.

Secundum. Item, quia actiones Christi sunt instructio nostra, est tamen nobis vetita communicatio cum dæmonibus: non debuit ergo ipse a dæmone permittere se portari, ne nos desideremus portari a dæmonibus, & ambulare per aerem, & discurrere per diuersa loca nocturnis temporibus, sicut malefici faciunt, & maxime mulieres de quibus infra dicetur in quadam quæstione. H

Dicendum, quòd conueniens fuit Christum permittere se portari a dæmone: quia ipse voluit tentari, vt nobis resistendi tentationibus exemplum præberet. Voluit etiam de multis tentari: vt in omni genere tentationis nobis doctrinam resistendi traderet. Si tamē Christus non permitteret se portari a dæmone, non sustinuisset nisi primam tentationem, scilicet, cōuersionem lapidum: quia 2. & 3. fuerunt per portationem dæmonis de loco ad locum: vt patet hic in litera: debuit ergo permittere se portari. Secundò, quia Christus voluit perfectè vincere dæmonem, vt dæmō confunderetur videns se totaliter ab vno homine superatum: non est tamen aliquis victus quamdiu pugnare vult, & potest: ideo licèt dæmon superatus esset à Christo in vna tentatione, cùm adhuc manerent ei vires ad faciendum alias, & ipse vellet illas facere, non iudicaret se victum, nec confunderetur omnino: Debuit ergo Christus permittere eum tentare qualitercunque vellet, quousque ipse cessaret diffidens viribus suis, & deficiens animo. Istud autem non fieret nisi Christus permitteret ei facere quascunque tentationes vellet, ideo debuit permittere se portari ab illo, & omnia alia facere, quæ ille vellet. Et ita fuit quousq; diabolus iam fatigatus, & omnino se victum conspiciens peracta tertia tentatione recessit. Ad primū dicē dum, quòd periculum semper euitandum est, quamdiu sine præiudicio salutis æternæ euitari potest: ubi autem salus æterna aliud suadeat, non solùm pericula sustinenda sed etiam inquirenda sunt. In Christo autem erat necessarium, quòd se exponeret his tentationibus dæmonis: quia ipse venerat propter redemptionem, & doctrinam nostram. Erat autem vna pars doctrinæ nostræ, quòd doceret nos resistere tentationibus dæmonum per tentationes, quas ipse tolleraret: ideo secundùm diffinitionem deitatis, necesse erat hominem Christum his tentationibus se exponere, cùm propter eas, & reliqua opera nostræ salutis venisset, & ita in nobis est: quòd si Deus iuberet alicui se exponere periculo, non solùm tenebatur istud tolerare, I sed etiam tenebatur istud inquirere. Aliter potest dici, quòd periculum à pereundo dicitur, scilicet, quia in illo potest homo perire: vbi autem securitas est, periculum nullum est: in Christo autem sic erat: quia dæmon non poterat ei facere aliquod malum, nisi quod ipse pati eligeret: ideo non erat periculum in eo, quod se in manibus dæmonum poneret: secus autem in nobis, quibus dæmones possunt omne genus pœnæ inferre, nisi Deus eos prohibuerit: ideo nos cauere debemus ab eis: & periculum esset nobis ponere nos in manibus ipsorum. Ad secundum dicendum, quòd actiones Christi sunt instructiones nostræ: non tamen quantum ad omnia, sed quantum ad aliquid: ita quòd in qualibet Christi actione instruimur in aliquo. Christus tamen multa faciebat, quæ non solùm erant ad moralem instructionem, sed etiam ad ostensionem potestatis. Et inquantum illa sunt ad instructionem, debemus ea sequi: inquantum verò sunt ad ostensionem potestatis non debemus ea sequi, sed solùm credere. Sic patet de ieiunio suo quadraginta dierum. Nam ibi est aliquid morale, ideo nos debemus ieiunare quadraginta diebus, quia ipse totidem ieiunauit: & est aliquid pertinens ad potestatis ostensionem, scilicet, quòd illis quadraginta diebus sine cibo manserit. Et hoc nos non debemus imitari, quia non possumus, sed solùm credere, & venerari: ita nunc, quòd Christus a dæmone tentatus sit ad instructionem est: vt innuatur, quòd etiam nos tentari oportet, & quòd resistamus sicut ipse resistit. Quòd tamen ipse permisit se portari à dæmonibus, quò ipsi voluerint, & expostuerit se tentationi dando dæmoni occasionem ad tentandum, pertinet ad ostensionem potestatis, & hoc nos facere non debemus. Quia Christus, qui maior dæmonibus erat, voluit ostendere, quod non timebat eos: & posuit se in manibus eorum: Nos autem, qui fragiles sumus, non debemus permittere potestati eorum, nec dare eis occasionem tentandi: sed fugere occasiones quantum poterimus.

Quare diabolus in primis duabus tentationibus dixit Christo, si filius Dei es, & in tertia non. Quæst. XXXVII.

QVAERITVR, quare diabolus in primis duabus tentationibus dixit Christo, si filius Dei es, &c. & in tertia non dixit. Ad primum dicendum, quòd diabolus dubitabat de Christo an esset Deus, & desiderabat hoc valde scire: ideo à principio tentauit eum, vt hoc sciret: & sic dixit, si filius Dei es &c. & quia per illam tentationem diabolus non potuit certificari an Christus esset Deus, vel non: subiunxit secundam in qua etiam dixit, si filius Dei es: sic ait Chrysostomus super Matthæum, scilicet: Cùm ex præmisso Christi responso nihil certum discere diabolus potuisset, vtrum Christus Deus esset an homo: assumpsit eum ad aliam tentationem. Idem dicit Hieronymus super Matthæum, scilicet: In omnibus enim tentationibus hoc agit diabolus; vt intelligat si filius Dei sit. Ad secundum dicunt quidam, quòd diabolus iam cognouerat Christum esse Deum per secundam tentationem: ideo in tertia non quæsiuit ab eo, si filius Dei es. Hoc tamen non potest stare: quia nihil apparet, per quod diabolus potuisset cognoscere istud: cùm Christus nulla signa ad hoc ostenderit: sed valde cautè se occultauit, sicut in prima tentatione. Item, quia si diabolus cognouisset Christum esse Deum, per tertiam tentationem non tentasset eum amplius, quia timeret. Sic enim dicit Athanasius, quòd diabolus certamen tentationis K

tionis contra hominem: & non contra Deum iniit. Nec enim audebat Deum tentare. Tentatio autem tertia fuit grauior præcedentibus, scilicet, de idolatria, & auaritia: ideo diabolus non cognoscebat Christum esse Deum. Et sic non omisit dicere, si filius Dei es; quasi iam hoc cognosceret. Dicendum igitur, quod diabolus potuit cessare propter duo. Primò, quia putauit se omnino victum in tētatione illa, & quod iam nulla media haberet ad inueniendum an ille esset Deus, cùm tamen cautè se occultasset in hoc: quia diabolus ad hoc inueniendum, oportebat quod peteret à Christo aliquod genus miraculi ostendentis eum esse Deum saltem ex coniectura. Forte autem iam diabolus nesciebat, quæ miracula ab illo peteret fieri, quæ rationabiliter peti possent, idest, vt videretur, quod necessariū esset illa fieri ad aliquod bonum habendum, vel ad aliquod malum euitandum, quia alias Christus illa non faceret dicens non esse necessaria. Sicut quando diabolus petiuit, quòd lapides conuerteret in panem. Christus autem dixit quòd non erat necessarium, quia non in solo pane viuit homo, &c. Si ergo Christus esuriens excusauit se de illo miraculo tanquam non esset necesse istud fieri: a fortiori se excusaret de alijs, quæ essent minus necessaria, & opportuna. Vnde diabolus forte iam non potuit inuenire aliquod genus miraculi, quod rationabiliter a Christo fieri peteret: ideo cessauit quærere à Christo an filius Dei esset. Secundò potest dici, quod licèt non apparuissent aliqua signa, quæ ostenderent Christum esse Deum, vel non esse Deum: quia tamen in duabus tentationibus Christus nihil indeitatis ostendit: forte putauit diabolus, quod non esset Deus: & sic cessauit petere ab eo an Deus esset: & ad hoc aliqualiter adiuuat: quia tentatio vltima diaboli fuit deterior, scilicet, de idolatria, & auaritia: & tamen non est verisimile quod ipse tentaret de crimine tam pessimo, & tam aperto: cùm de hoc dubitaret an Deus esset: & satis est hoc verisimile: tamen verisimilior responsio præcedens.

Quare diabolus suasit Christo se præcipitare de pinnaculo. Quæstio. XXXVIII. D

QVAERITVR, quare Diabolus suasit Christo se præcipitare de pinnaculo. Dicendum quod intentabat per hoc habere experiētiam de eo, an esset Deus, vel inducere eum ad peccatum. Nam si se præcipitaret, & nihil læderetur, putaret diabolus ipsum esse Deum: & habebat argumentum: quia hoc ipse scire volebat: & ita innuebat, scilicet, quod si Filius Dei erat, etiam si se proijceret non læderetur: quia angeli portarēt eum in manibus. Si autem esset homo purus: diabolus volebat eum pecare, vt ipse crederet se esse Filium Dei, & putaret, quòd non læderetur proijciendo se de pinnaculo, si esset non fuerat læsus, quando per aerem portabatur. E vel dato quod nollet se proijcere de pinnaculo, volebat in eo gignere opinionem, quod ipse erat filius Dei, etiam si diceret, nolo me proijcere de pinnaculo, sed descendere per gradus, licèt sim filius Dei. Quia istud erat grauissimum peccatum, si hoc ipse crederet vellet, & gloriari de hoc nomine, si non esset filius Dei. Poterat tamen adhuc esse, quòd diabolus in præcipitatione de pinnaculo vellet sustentare eum, ne læderetur, dum tamen ipse vellet se proijcere: quia per hoc committebatur duplex peccatum. Primum erat diuina tentatio, cùm sine vlla causa exponeret se periculo expectando diuinum adiutorium. Et istud innuit Christus in responsione sua, dicens. Scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum: secundum erat inanis gloria: quia si se proijceret. Hoc erat, vt videretur ab hominibus volans, & quod non læderetur. Et per hoc vellet de se opinionem sanctitatis gignere. & quodcunque istorum sequeretur diabolus habebat intentum suū, scilicet, inducendo Christum ad quodcunq; peccatum. Gloss. dicit quod diabolus semper ad alta eleuando ducit per iactantiā: vt præcipitare possit. Ambr. etiam super Lucam dicit. Sequitur iactantiæ telum quo in procliue delinquitur: quia dum homines gloriam virtutis suæ iactare desiderant: de loco meritorum suorum, & statione recedunt.

Quare diabolus in ista secunda tentatione vsus est auctoritate sacræ Scripturæ, & non in prima vel tertia. Quæst. XXXIX. B

QVAERITVR, quare diabolus in ista secunda tentatione vsus est auctoritate sacræ scriptu ræ: & non in prima, nec in tertia. Ad primum dicendum, quod hoc fecit propter multa. Primò, quia ipse vidit, quod Christus per auctoritates scripturæ se defendebat: ideo ipse per eas voluit illum impugnare. Secundò, quia ex eo quod Christus allegabat auctoritatem scripturæ, diabolus vidit, quòd ipse valde credebat scripturæ: ideo putauit, quòd per eā posset eum facilius fallere, quàm aliter. Ad fallendum ergo ipsum allegauit eam. Sic dicit Origenes, scilicet: Vnde tibi diabole scire, quòd ista scripta sunt? Nunquid legisti Prophetiam, vel diuina eloquia? Legisti quidem, non vt ex ipsa lectione eorum melior fieres, sed vt de simplici litera eos, qui amici sunt litere interficias. Scis quia si de alijs voluminibus loqui volueris, non decipies. Ambrosius quoq; super Lucam dicit, q satanas transfigurat se in angelum lucis, & de scripturis ipsis diuinis laqueum fidelibus parat. Vtitur enim testimonijs scripturarum, non vt doceat, sed vt fallat. Et iterum ait: Non te capiat hereticus, quia potest de scripturis aliqua exempla proferre. Vtitur enim diabolus testimonijs scripturarum, non vt doceat, sed vt fallat. Occasio autem fallendi maxima est in istis scripturis: quia sunt maximę auctoritatis, & non licet illis contradicere. Ideo cùm diabolus allegauerit eas quantum ad literæ corticem, putat se per hoc faciliter fallere posse. Tertiò fecit hoc diabolus ad colorandum dictum suum, & tollendam suspitionem: quia dixerat Christo quod proijceret se de pinnaculo: istud autem erat malum, & periculosum, & qđ nullus facere vellet timens inde malum. Ideo diabolus dixit, quòd Christus non læderetur, licèt se proijceret. & ad hoc probandum allegauit testimonium scripturę, scilicet, Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollēt te. Quartò permisit hoc Deus ad instructionem nostram, scilicet, vt videamus, quòd licèt sacræ scripturæ bonæ sunt, tamen in malum trahi possunt, cùm malus homo earum sensum deprauando eas ad causandum errorem deducit. Nam diabolus, qui nullum bonum desiderat, scripturis vritur: de quo constat, quòd ad malum finem illis vtitur. Sic dicit Ambrosius super Lucam, vt supra dictum est, scilicet: Non te capiat hæreticus, quia potest de scripturis aliqua exempla proferre: vtitur enim diabolus testimonijs scripturarum, non vt doceat, sed vt fallat. Ad secundum dicendum, quòd in prima, & tertia tentatione non vsus fuit auctoritatibus. De prima est causa, quia diabolus vsus fuit scripturis, quia Christus illis vtebatur: & tamen ante primam tentationem Christus nihil allegauerat de scripturis: ideo in prima tentatione diabolus nihil allegauit. Secundò, quia principaliter

Alph. Tost. in Matth. Comm.

Universidad de Deusto Biblioteca

diabolus introduxit auctoritatem illam ad colorandum illud malum, quod perſuadebat, ſcilicet, quòd Chriſtus proijceret ſe de pinnaculo. In prima autem tentatione diabolus non perſuaſit aliquid, quod eſſet manifeſte malum, ſcilicet, conuertere lapides in panem ad ſedandum famem, ideo non oportuit, quòd vteretur tunc Scriptura. Tertiò, quia forte diabolus non inuenit aliquam auctoritatem accomodam illi tentationi, ſicut iſti ſecundæ: ideo in iſta ſecunda allegauit: & in prima tentatione nihil allegauit. De tertia tentatione dicendum, quòd diabolus ibi nihil allegauit: quia auctoritatem nullam inuenit ad propoſitum ſuum. Nam ibi ſatis fuiſſet neceſſaria ad colorandum iniquiſſimam ſuaſionem de idolatria, & auaritia: & tamen nullam inuenit ad hoc; ſed ſolùm ſuadere volebat idolatriam pollicendo diuitias, & honorem.

An iſta auctoritas a Dæmone allegata fuerit rectè allegata, Quæſt. XL.

QVAERITVR, an iſta auctoritas allegata a Dæmone fuerit rectè allegata. Dicendum, ꝙ quia præter hoc, quòd diabolus non allegabat eam ad bonum finem, adhuc ſenſus eius non concordabat propoſito dæmonis: quia dæmon loquebatur de filio Dei. Ipſa autem auctoritas non intelligitur ſpecialiter de filio Dei. Et patet hoc ex principio ipſius. Pſal. 91. vbi iſta auctoritas ponitur, ſcilicet: Qui habitat in adiutorio altiſſimi: & ſequitur, dicet Domino ſuſceptor meus es tu: & refugium meum. Loquitur ergo de viro iuſto ſperante in Domino: & non de filio Dei. Secundò patet, quia diabolus ſuadebat contra intentionem ſcripturæ: nam ipſa ſcriptura ſignificat, quòd viri iuſti liberabũtur a Deo à periculis, quando ad eum refugerint. Ideo dicitur ibi: Dicet Domino, ſuſceptor meus es, & refugium meum. & dicitur: Scuto circundabit te veritas eius, & iterum: Ipſe liberabit me de laqueo venantium: & tota litera prius: quæ ſignificat liberationem de periculis, quando inciderint refugiendo ad Dominum, & clamando ad ipſum. Vnde dicitur ibi: Clamabit ad me, & ego exaudiam eum; diabolus autem ſuadebat Chriſto, quod ſe exponeret voluntariè periculo, ſine vlla cauſa: ideo faciebat contra intentionem ſcripturæ: vnde intelligitur, angelis ſuis Deus mandauit de te, i. de quolibet viro iuſto clamante ad Dominũ, vt cuſtodiant ipſum a periculis in omnibus vijs, i. in oĩbus operationibus: quia in quolibet genere operationis, aut vitę, vel ſtatus pericula multa incidere poſſunt, a quibus angeli cuſtodes noſtri liberant iuſtos ex mãdato Dei. In manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidẽ pedem tuum, i. ſi aliquando vir iuſtus cadat de loco alto, angeli liberant eum de periculo tenendo eum ne offendatur ſaltem pes eius in lapidibus, i. vt in nullo ſibi noceatur. Sic dicitur Pſal. 36. ſ. Cũ ceciderit, non collidetur: quia Dominus ſupponit manum ſuam, i. ſuſtentat eum in manu ſua. Et loquitur ibi ſcriptura de viro: quia immediate ſubditur ibi, iunior fui, & enim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum. Et iſte eſt modus loquendi ad ſignificandum quòd Deus liberat viros iuſtos a periculis, quando ad eum refugiunt, ſi expediat eis liberari. Gloſ. autem exponit iſtã literam quaſi moraliter dicens, quòd præcepit Deus angelis ſuis, ideſt, adminiſtratorijs ſpiritibus, quòd in manibus ſuis, ideſt, in auxilijs ſuis tollerent hominem, & cuſtodirent eum ne offendat pedem, ideſt, affectum mẽtis ad lapidem, ideſt, ad veterem legem ſcriptam in lapideis tabulis. Vel per lapidem poteſt intelligi omnis occaſio peccati, & ruinæ. Iſte tamen ſenſus eſt moralis. Scriptura autem,

[F] quando allegatur ſemper debet allegari in ſenſu literali: quia in ſenſibus miſticis non facit aliquam probationem, & ita diabolus in ſenſu literali allegauit, licet non conueniret ſenſus ſuus literæ. Tertiò patet, quia nullo modo conuenit hoc filio Dei. Quia iſta ponuntur in refugium periculorum, ſcilicet, quod homines per angelos de periculis liberentur, vbi ſe ipſum homo liberare non poteſt: filius tamen Dei non indiget ab aliquo liberari, quia ipſe maior eſt angelis nullius auxilio indigens, ſed ipſe omnibus ſuſtẽtationem præbens, ideo non poteſt de eo intelligi, ſed de viro iuſto. Sic dicit Hieron. ſuper Matt. ſcilicet: Hoc in nonageſimo Pſalmo legimus: verum ibi non de Chriſto, ſed de viro ſancto prophetia eſt: malè ergo interpretatur diabolus ſcripturas. [G] Quartò diabolus malè allegauit, quia detruncauit partem ſcripturę, ex qua poterat haberi ſenſus eius. Quia ibi dicitur: Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. Iſta autem de diabolo dicunt doctores intelligi. Ideo iſtam partem ſubticuit, vt fallere poſſet. De his Chryſo. ſuper Matt. dicit. Verè enim filius Dei angelorum manibus non portatur: ſed ipſe magis angelos portat. Et ſi portatur manibus angelorum, non vt offendat ad lapidem pedem ſuum quaſi infirmus, ſed propter honorẽ quaſi Deus. O diabole, quoniam filius Dei manibus portatur, legiſti: & quia ſuper aſpidem, & baſiliſcum calcat, non legiſti. Sed iſtud quidem exemplum profert quaſi ſuperbus; hoc autem tacet [H] quaſi aſtutus. Ipſe etiam Chryſoſ. dicit, quòd teſtimonia a Domino allata ſunt conuenienter, a diabolo autem indecenter. Non enim quod ſcriptum eſt, angelis ſuis, &c. ſuadet proijcere ſe ipſum, & præcipitare. De hoc quoque Origenes dicit. Vide quomodo in ipſis teſtimonijs verſipellis eſt. Vult enim minuere gloriam Saluatoris, quaſi angelorum indigeat auxilio, quaſi offenſurus pedem niſi eorũ manibus ſubleuetur. Hoc enim teſtimonium non de Chriſto, ſed de ſanctis eſt generaliter ſcriptum. Nec enim indiget angelorum auxilio, qui maior eſt angelis; quin potius diſce o diabole quod niſi Ieſus adiuuaret angelos offenderent pedem ſuum, Et tu propterea quaſi fulgor de cœlo cecidiſti: quia credere in Ieſum Chriſtum Dei filium [I] noluiſti. Quare autem ſiles, quod ſequitur, ſcilicet, ſuper aſpidem, & baſiliſcum &c. niſi quia tu baſiliſcus, tu draco, tu leo?

Cum diabolus ſcripturam male allegauerit cur Chriſtus eum non redarguit. Quæſt. XLI.

QVAERITVR, cùm diabolus malè allegauerit ſcripturam, quare Chriſtus non redarguit eum, quia in ſacra ſcriptura non eſt permittendus aliquis errare: quia error eius eſt valde periculoſus, ſcilicet, quia cauſat hęreſim, & peruerſitatem in operationibus, & vitæ æternæ diſpendium ducit. Dicendum, quòd Chriſtus noluit re[K]darguere diabolum de falſo intellectu ſcripturæ. Primò, quia non faciebat ad propoſitum ſuum. Nam intentio Chriſti ſolùm erat excludere tentationes dæmonis, & quia poterat Chriſtus iſtam tentationem excludere non impugnando dæmonem de falſo intellectu ſcripturæ, non curauit eum impugnare: imo conuenientius excluderet tentationem non impugnando allegationem, quàm inſiſtendo impugnationi. Nam diabolus intendebat Chriſtum deducere ad hoc quod ſe præcipitaret de pinnaculo: Chriſtus autem dixit, quod iſtud non conueniebat, quia erat tentare Deum. Auctoritas autem inducta a dæmone erat ad confirmationem, & ad tollendum dubium, quod oriri poterat ex verbis dæmonis praui ſuadentis: & ſic reſpondere ad illam erat reſpondere ad minus principale: & tamen quando aliquis reſpondere vult alicui obiectioni contra ſe factæ, inordinatum eſt, quod reſpondeat ad id, quod minus principale eſt: niſi fortè reſpondere velit ad omnes defectus, qui accidunt in argumentatione. Chriſtus autem ſolùm voluit facere id, quod neceſſarium erat. ſ. excludere obiectionem. Quod autẽ oſtenderentur omnia, in quibus peccabat illud argumentũ, erat magis curioſitatis, quàm neceſſitatis. Chriſtus ergo diſciplinatè agens voluit reſpondere ad id, quod principale erat, quia per hoc excludebatur totum argumentum. Item cautela reſpondentis eſt, qđ ſi ſunt plura per qua deſtrui poteſt aliqua argumentatio, reſpondeatur per iſtud, quod habet maiorem apparẽtiã, & quod arguens facilius concedet, quia ſi reſpõdet ad id, quod non eſt tam apparens poterit arguens proſternere, & non apparebit ipſum bene reſpondere, & neceſſe erit diu in verbis contendere. Ita nunc erat, quia cùm Chriſtus diceret, quod non erat neceſſe p̃cipitare ſe de pinnaculo, quia Deus tentabatur, erat iſta rñſio valde apparens: ita vt diabolus non haberet, quid poſſet reſpondere, & ſic tacuit. Si autem dixiſſet, quòd illa auctoritas allegata non intelligebatur de filio Dei, ſed de quolibet iuſto, non erat iſtud ita manifeſtum. Et ſic poterat diabolus contendere in verbis cum Chriſto, aſſerens intelligi de filio Dei. Et ſic caute Chriſtus fecit, non curando illam impugnare. Item noluit Chriſtus eam impugnare, vt tolleret occaſionem diabolo ſuſpicandi contra ipſum. Quia ſi ſolùm Chriſtus ſe reduceret ad hoc, quòd diceret auctoritatem illam non intelligi de filio Dei, intelligere videretur quaſi innui, ꝙ ipſe erat filius Dei, & quod nõ intelligebatur auctoritas de eo, ſed de viro iuſto. Nolebat ſe præcipitare Chriſtus, tamen cauit ſemper in uerbis ſuis, vt diabolus non inueniret aliquod ſignum per quod credere poſſet eum eſſe Deum: ideo noluit impugnare allegationem. Item ſi Chriſtus contenderet cum diabolo, quòd non rectè allegabatur auctoritas, cùm diabolus ſit perſpicatior ingenio omnibꝰ hominibus, & poteſt intelligere ſcripturas melius, quã quicunq; homines: diabolus poſſet putare Chriſtum eſſe Deum, ſi ſuperaret ipſum intelligentia ſcripturarum conuincendo eum ſcientificè, quòd non rectè allegaret. Chriſtus ergo noluit impugnare allegationem tanquam ſapiẽtiſſimus, ſed ſolùm reſpondere planè, ſicut vir bonus, ẽt ſi eſſet ſimplex, quia quilibet etiam non multũ peritus poterat videre, ꝙ iſtud erat prauũ, quòd quis ſine cauſa ſe præcipitaret, & quòd erat tentare Deũ. Non ergo curauit impugnare allegationem. Ad argumentum in contrarium dicendum, ꝙ error in ſacra ſcriptura eſt periculoſiſſimus, & non eſt permittendus in eis, in quibus periculum gignit. In diabolo autẽ error iſte non eſſet periculum, quia iam perire non poteſt, cùm ſemel perierit, & ſit æternaliter damnatus. Ideo inutile eſſet eum circa aliquem errorẽ velle corrigere. Eſt etiam diabolus damnatus in moribus, ita, vt iam fieri bonus non poſſit, & etiam bonus effici nõ deſideret, ideo ſuperfluum eſt emendare eum circa errorem ſacræ ſcripturæ. Aliter etiam dici poteſt, ꝙ error non eſt permittendus in illis, in quibus eſt propriè error. In diabolo autem non eſt error, ita vt non intelligat, quia veritatem ſacræ ſcripturæ perfectè intelligit. Vnde qñ falſe, & inconuenienter allegat, non hoc facit, quia ignoret, ſed quia fallere cupit. Sic dicit Ambro. ſuper Lucam, & etiam Origenes, vt ſupra allegatum eſt in quæſtione illa, ſcilicet. Quare diabolus allegauit ſcripturam. Non ergo oportebat diabolum corrigi, quia non errabat, ſed intellectum ſcripturæ ſcienter deprauabat. Tales autem corrigendi non ſunt, cùm non er-

Alph. Toſt. in Matth. Comm.

[A] rent, ſed ſcriptura contra eos defendenda eſt, quam deprauare, & lacerare uolunt. Iſtud autem maximè eſt, quando quis in publico falsè exponit ſacram ſcripturam, ex qua expoſitione poteſt ſequi error in audientibus: tenentur illi, qui ſciunt reſiſtere tali expoſitioni. Diabolus autem nunc in ſecreto loquebatur Chriſto, & non poterat ſequi inde error in aliquo ex falſa expoſitione diaboli: ideo non fuit opus, quòd Chriſtus illam allegationem impugnaret. Secus autem ſi publicè diabolus hoc diceret, vel aliquis homo, quia Chriſtus reſtitiſſet ei.

An tentatio iſta ſatis fuerit conueniens. Quęſt. XLII.

[B] QVAERITVR, an iſta tentatio fuit ſatis cõueniens, & ueriſimilis, ſcilicet, ſuadere Chriſto quod ſe præcipitaret. Dicunt quidam, quod non, quia nullus ſuadet contrarium eius, quod intendit: ſed diabolus ſtatuens Chriſtum ſupra pinnaculum intendebat eum de ſuperbia, ſeu de inani gloria tentare, ergo inconuenienter ſuadebat ei mittere ſe deorſum, quod eſt contrarium ſuperbiæ, & inani gloriæ, quæ ſemper deſiderat ad alta aſcendere. Item iſta ſuaſio erat manifeſtè mala, quia ſuadebatur Chriſto, quòd ſe præcipitaret, quod aperte malum eſt, & nullum bonum ibi apponebatur ad iſtud malum excuſandum, vel per quod ad iſtud malum Chriſtus ſua[C]deretur. Item non erat conueniens tentatio iſta ad intentionem diaboli, quia ipſe uolebat ſcire an Chriſtus eſſet Deus, & ad hoc ſuadebat ei uolare. Poterat tamen uolare, vel præcipitare ſe incolumis de pinnaculo per artes maleficas, & ſic non cognoſceretur per hoc an eſſet Deus.

Item poterat volare per operationem Dei ſine vllo maleficio, & tamen quod non eſſet Deus, ſicut Abacuch volauit de Iudæa in Chaldæam quaſi in momento, quia portabatur ab angelo. Danielis decimoquarto. Sed ille non erat Deus, nec per illum volatum creditum fuit illum eſſe Deum: ergo etiam ſi Chriſtus ſe præcipitaret incolumis, non appareret ex hoc eum eſſe Deum.

[D] Item iſta tentatio erat ſcandaloſa, ſcilicet, quod Chriſtus poneretur ſuper pinnaculum templi, quia Iudæi videntes eum ibi ſiue ſe præcipitaret, ſiue per gradus deſcenderet, ſcandalizarentur de eo, ſcilicet, dubitantes quis eum ibi poſuiſſet, & quomodo veniſſet.

Dicendum, quod uocatur aliqua res conueniens ſi coaptatur illi fini, ad quem eſt, ſicut tibia eſt ad pſallendum. Si igitur ipſa talis ſit, vt per eam bene pſallatur, erit tibia bona, uel conueniens. Ita tentatio iſta fiebat, ut dæmon conſequeretur id quod intendebat. Si ergo conueniebat verè intentioni ſuæ, vel putabat dæmon ſcire an Chriſtus eſſet Deus, ſicut dicit Hieronymus ſuper Matthæum, ſcilicet. In omnibus tentationibus hoc agit diabolus, vt intelligat ſi filius Dei ſit: iſtud autem uolebat ſcire per aliquod ſignum, & [E] putabat hoc eſſe conueniens ſi Chriſtus de pinnaculo ſe præcipitans illæſus maneret, & dato quod non poſſet cognoſcere an filius Dei erat, uel etiam ſi filius Dei non eſſet, uolebat tamen ſaltem inclinare eum ad aliquod peccatum, ſcilicet, ut præcipitaret ſe, & moreretur, vel dato quòd non moreretur, quòd peccaret tentando Deum, & exponendo ſe periculo ſine cauſa, & etiam quòd deſideraret gloriam inanem ab hominibus per hoc quod uolare uideretur. Quidquid iſtorum ſequeretur, ſufficiebat ad intentionem diaboli cupientis inducere ad aliquod malum. Erat tamen ſatis ueriſimile, quod aliquid iſtorum ſequeretur ex iſta tentatione, niſi tentatus ualde ſi-

bi caueret prudenter resistendo. Ideo tentatio conueniens erat, secundùm finem suum, licèt non consecuta fuerit effectum prudenter illam excludendo. Et notandum, ut ait Hiero. super Mat. quod diabolus dixit Christo, mitte te deorsum, quia semper ipse homines cadere deorsum desiderat. Persuadere autem potest, præcipitare uero non potest. Et ideo dixit mitte te, & non misit ipse eum de pinnaculo. Sic etiam dicit Rabbanus, quod licèt Saluator noster permisisset se à diabolo supra pinnaculum templi poni: tamen renuit ad imperium eius descendere: nobis dans exemplum, ut quisquis imperauit uiam ueritatis tritam nos ascendere, obtẽperemus: si quis autem uult nos de altitudine ueritatis, & uirtutum ad ima erroris, & uitiorum præcipitare, non illum audiamus. Ad primum dicendum, quòd licèt diabolus tentaret Christum de inani gloria, suasit ei descendere, quia licèt inanis gloria ascẽdere cupiat, tamen aliquando per exteriorem humiliationem quæreret quis sibi gloriam qua exaltetur circa spiritualia bona. Vnde dicit Aug. in lib. de sermone Domini in monte. Aduertendum est non in solo rerum corporearum nitore atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus lutosis posse esse iactantiam. Et ad hoc signandum diabolus Christo suasit, ut ad quærendum gloriam spiritualẽ mitteret se corporaliter deorsum. Ad secundum dicendum, quòd præcipitare se de pinnaculo apparebat malum secundùm se, & tamẽ diabolus ad hoc aliqualiter suadebat. Primò ratione finis, scilicet, quia ex hoc Christo sequeretur magna gloria, si homines uiderent eum per aerem uolare. Multi tamen sunt, qui magnis periculis, & de quibus putant se non posse euadere, se exponunt, vt famam inde cõsequantur. Sic enim dicit Horatius in sua Poetica de Empedocle Philosopho, qui insilijt in Aetnã montem Siciliæ emittentem flammas, & perijt. Et dicit, quod hoc fecit, ut de se gigneret opinionem, qđ erat Deus immortalis, cùm ait,

Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam
Insilijt, sit ius liceatque perire Poetis.

Secundò suadebat ad hoc ostendendo istud esse securum. s. quod poterat Christus sine vllo nocumento se præcipitare. Et ad hoc primò faciebat, quòd Christus volando perductus fuisset de deserto in pinnaculum, & nihil mali inde sensérat, nec ceciderat: à fortiori ergo posset hic se præcipitare incolumis, quia maius erat de deserto vsque ad pinnaculum volasse: quàm de pinnaculo vsque ad pauimentum. Secundò probabat hac auctoritate scripturæ, scilicet, quia Deus mandauerat angelis suis, vt tollerent ipsum in manibus, ne offenderet pedem suum ad lapidem. His ergo suppositis, satis ausus aliquis fuisset præcipitare se de pinnaculo: præcipuè, ut ex hoc gloriam popularem consequeretur. Vnde in homine, qui inanis gloriæ cupidus esset, tentatio ista fuisset valde conueniens.

Ad tertium dicendum, quòd diabolus putabat conuenientem esse tentationem istam, ita quod si Christus uolaret incolumis, putaret eum esse Deum. Et cùm dicitur, quòd poterat hoc facere per artes maleficas, dicendum, quod non poterat hoc dæmoni latere, quia artes maleficæ per solos dæmones efficiũtur, & ipsi in his præstant auxilium, ut ait August. 18. de Ciuita. Dei, & habetur in decretis. 26. quæst. 5. cap. Nec mirum, & cap. Episcopi, vbi dicitur istas artes à Zabulo esse inuentas. Dæmones tamen inter se sunt concordes, ut patet infra decimosecundo. s. Si Satan in se diuisus est, regnum eius non stabit. Quasi dicat: Non sunt dæmones inter se diuisi, cùm potestas eorũ tanto tempore duret. Cùm ergo unus dæmon, vellet per uolatũ scire de Christo, an esset Deus, non præstaret alius dæmon Christo adiutorium ad hoc quod veritas hujus rei occultaretur, & impediretur tentatio alterius dæmonis. Sicut Christus increpauit illos, qui asserebant eum ejicere dæmonia de corporibus in potestate Belzebub tanquam irrationabiliter loquentes, quia unus dæmon non repugnat alteri, sed omnes in hoc fine, & desiderio maximè conueniũt, vt homines fallant, & ad inferos perducant. Si ergo Christus volaret incolumis, necesse esset, quod opere Dei uolaret, quia si opere magico faceret, diabolus hoc sciret, & sic non oporteret quod eum tentaret, quia iam sciret ueritatem.

Ad quartum dicendum, quòd secũdùm ueritatem non erat sufficiens argumentum ad cognoscendum Christum esse Deum, quod volaret, etiã si opere Dei hoc fieret. Diabolus tamen putabat esse sufficiẽs quãtum ad se, ergo sufficiens erat, quia ita est in doctrina respondendi & probandi, quòd aliquis probet ex eis, quæ simpliciter uera sunt, aut uera uidentur respondenti. Et istud erat, quia multæ coniecturæ præcesserant in Christo ad hoc quod esset Deus: ideo si nunc apparerent aliqua, etiam si per se non esset sufficiens ad probandum, coniuncta tamen præcedentibus uidebatur facere probationẽ, vel diabolus acciperet illam pro probatione. Et sic licèt uolatus Abacuch non arguebat eum esse Deum, quia mille coniecturæ aliæ in eo præcesserant: probaret tamen secundùm intentionem dæmonis Christum esse Deum, quia præcesserat volandi secũdùm se non probaret Christũ esse Deum in eo aliæ coniecturæ. Sciendum autem, quod actus in conspectu dæmonis, nec in conspectu hominum, non solùm, quia fieri poterat in homine puro, & ex arte dæmonum, sed etiam quia volare non est de miraculis pertinentibus ad Deũ. Quia miracula Dei sunt utilia: volare autem ad solam ostentationem pertinet. Sic dicit Chrysostom. super Matthæum, scilicet. Per hanc propositionem quomodo poterat cognoscere si esset filius Dei, aut nõ. Volare enim per aerem non est propriè opus Dei, qa nulli utile est. Si ergo aliquis volauerit prouocatus, propter ostentationem solum hoc facit, & est potius ex diabolo, quàm ex Deo. Si ergo homini sapienti sufficit esse quod est, & non est ei necessarium apparere quod non est, quantomagis filius Dei ostendere se necessarium non habet, de quo nemo tamen cognoscere potest quantus ipse apud se est.

Ad quintum dicunt aliqui, quòd Christus positus à dæmone supra pinnaculum uisus fuit à Iudæis, vel uideri potuit, ibi manens, vel per gradus descendens, & tamen non erat scandalum, quia poterat dicere Christus se portatum fuisse. Et Iudæi hoc uerisimile crederent, cùm scirent Abacuch ab Angelo de Iudæa in Caldæam fuisse portatum. Dicendum quòd non stat, primò, quia si Christus super pinnaculum apparet, erat scandalum propter personam suam, quia laici ad illum locum non ascendebant, sed solum ad atria templi, in quibus orabant, & audiebant verbum Dei. Ad interiora autem eius, vel ad fortalicium superius laici non intrabant, quia hoc ad solos sacerdotes pertinebat, vel saltem ad leuitas. Item, quia Iudæi nunquam tale uiderant, nec habebant ex sacra scriptura. Nam historia Danielis à fine capituli duodecimi usque ad finem libri non habetur in Hebræo, sed de Theodotionis trãslatione est, vt solet an notari ex rubeo ionibus biblijs: imo Iudæi irrident si quis dixit eis, quod volauerit Abacuch de Iudæa in Chaldæam, sicut Hieronymus refert quendam in lege peritum obiecisse cuidam christiano, vt patet in prologo Hieronymi super Danielem, qui incipit, Danielem Propheta. Istud ergo,

ergo, quòd nouum erat non crederent, sed putarent per maleficia factum esse. Item dato, quòd Iudæi illud crederent factum fuisse in Abacuch, non crederent factum esse in Christo, scilicet, quòd ab angelo portaretur, quia Abacuch portatus fuit de Iudæa in Chaldæam ex causa necessaria, scilicet, vt cibum ministraret Danieli. De Christo autem non appareret nunc aliqua causa, quare fuisset portatus. Ideo non crederetur, quòd ab angelo fuisset portatus, sed quòd esset ars malefica, & sic maneret scandalum. Item, cùm Christus videretur à Iudæis supra pinnaculum, quærerent ab eo quis eum illuc tulliſſet. Et si taceret, esset suspectus: si loqueretur, diceret se à dæmone portatum, quia ille eum tulerat, aliàs mentiretur. Mentiri tamen Christum fas non erat. Quod autem diceret se à dæmone portatum, erat scandalum, quia omnia, quæ postea faceret crederentur facta esse magicè, quod valde repugnabat intentioni Christi. Ideo inconueniens magnum erat si Christus à Iudæis supra pinnaculum videretur, vel descendens de ipso pinnaculo. Dicendum ergo, quòd Christus non visus fuit ab aliquo supra pinnaculum, quia sicut nemo vidit Christũ volantem, quando portabatur à dæmone de deserto in pinnaculum, vt supra dictum est, ita quando in pinnaculo fuit, & quando descendit, à nemine visus est, licèt dæmon putaret Christum a multis videri. Hoc autem erat, quia ipse se inuisibilem pro tũc reddiderat. Sic dicit Chryſ. super Mat. Sed forte dices, quomodo in corpore constitutum videntibus omnibus statuit supra templum? Respondet dicens: forsitan diabolus sic eum assumebat, vt ab omnibus videretur. Ipse autem nesciente diabolo inuisibiliter sic agebat, vt à nemine uideretur: & sic non potuit esse aliquod scandalum.

Quid sit tentare Deum, & quare tentandus non est.
Quæst. XLIII.

QVAERITVR, quid sit tentare Deum, & quare tentandus non est. Dicendum, ꝙ tentare propriè est experimentum de aliqua re velle accipere, vt quando quis non indigẽs vsu rei, vult vti illa solum vt videat, quomodo se habeat, & illud est tentare rem. Sicut qui cogit equũ ad cursum, non quasi vtile sit sibi currere, sed vt experimentum habeat de agilitate equi, tentare equum dicitur. Si autem quis vtatur re tanquam si vsus sibi utilis, vel necessarius, vel iucundus sit: & non faciat ad capiendum experimentum de ipsa re, non dicitur eam tẽtare, sed vti illa, etiam si illius modum non nouerit: licèt, ꝑpriè tentatio fiat in eis, qui rerum qualitates non nouerũt, & volunt eas experiri. Illud. n. experimentum uocatur tentatio. Et hoc modo homo tentat amicum suum, quando nescit an in eo confidendum sit, & in aliquo vult capere experimentum illius. Sic ẽt Deus dicitur tentare hominem, ut de illo experimẽtum habeatur. Deuter. 13. i. Tentat uos Deus vester, ut palã sciat, utrũ diligatis eum, an non. Hoc etiam modo diabolus tẽtat hominem. Licèt. n. intentio eius semper sit, ut hoĩem fallat, & perdat, quia tamen nescit an homo assentiet suasionibus eius, suggerendo aliquid homini tentat eum. i. experimentum uult accipere, an consentiat, uel nõ. Hoc modo dicetur homo tentare Deum. s. quãdo exponit se soli potestati diuinę sine ulla causa se subijciendo periculo, à quo non possit nisi per Deum liberari, quia istud est solùm uelle capere experimentum de eo. s. an succurrat homini, uel non. Sic. n. dicit Aug. contra Faustum, ꝙ pertinet ad sanam doctrinam quãdo habet homo aliquid quod faciat, non tentare Dominum Deum suum. Si autem aliquis fuerit in necessitate, in qua humanitus eripi non potest, qđ ponat se in manibus Domini, non est tentare Deum, immo habere firmam confidentiam de Deo. Et sicut peccaret ille, qui sine ulla causa peteret diuinam opẽ. s. liberari in periculis uoluntarijs, quia tentaret Deum: ita peccaret qui existens in periculo, de quo humanitus liberari non posset, si ad Deum non recurreret. Quia iste dispe raret de diuina potentia, si crederet qđ manus Domini esset abbreuiata, ita ut saluare nõ posset. Vel de Dei bonitate si crederet, quòd Deus non erat tantæ benignitatis, quòd ad se recurrentes in extremis necessitatibus exaudire nollet. Ideo in talibus ad Deum recurrendum est. 2. Paralipom. 20. scilicet. In nobis non est tanta fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te, idest, petamus à te auxilium, & ponamus nos in manibus tuis. Tentatio autem diuina maximè pertinet ad curiosos, qui semper uolunt noua uidere, & desiderant uidere magnifica opera Dei solùm, ut delectentur uidendo illa, vel propter alias causas non honestas. Sic erat nunc, cùm diabolus suadebat Christo se præcipitare de pinnaculo, quia præcipitando non posset euadere sine Dei ope. Et tamen non erat hic aliqua necessitas se præcipitandi, ideo erat propriè tentare Deum, idest, quærere experimentum de eo, an in talibus ostenderet, opem suam. Cùm autem quæritur, quare Deus tentandus non est, dicendum quòd hoc est propter duo. Primò, quia repugnat diuinæ bonitati, & potentiæ, diminuendo illam. Nam tentatio fit ad habendum experimentum de re, & propriè fit, quando rei conditio ignoratur. Ideo qui propriè tẽtat Deum, facit hoc ex defectu fidei, scilicet, quia non credit eũ tantæ potentiæ, ut in omnibus necessitatibus nostris succurrere possit, uel quia non credit eum tantæ bonitatis, ut semper subuenire uelit. Istud autem ualde præiudicat Deo, & diminuit eius statum, qui est in infinitũ potens, & in immensum bonus. Secũdò uitatur tentatio Dei propter eius magnam auctoritatem. Quia uelle habere experimentum de re sine ulla causa necessitatis pertinet ad quandam leuitatem. s. quia non putamus rem tantæ reuerentiæ, quin uti illa nobis liceat pro libito nostro. Ad res autem magnæ uenerationis non fit accessus, nec recursus, nisi ex magna causa, ad res autem paruas, & quotidianas ex parua, uel nulla causa accessus fit. Deus autem est maximæ uenerationis, immo supra omnem uenerationẽ. Ideo ad ipsum non debet homo recurrere, nec accedere ex aliqua facilitate, sed cum magna necessitate. Et tunc non est tentare Deum, sed confidere in eo: ideo tentatio Dei uetita est.

Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus: Vade Satana: scriptum est enim Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Iterum assumpsit. Hic ponitur tertia tentatio, & tentatur hic Christus de concupiscentia oculorum, scilicet, de desiderio diuitiarum, & possessionum, quas dæmon ei obtulit, & dicitur. *Iterum assumpsit eum diabolus*. Scilicet, semel iam eum assumpserat, quando de deserto perduxit in pinnaculum, nunc autem iterum eũ assumpsit ducendo in montẽ, ut ostẽdebat ei regna

Universidad de Deusto
Biblioteca

terræ. *In montem excelsum valde*, scilicet, vt inde multa videre posset, cùm vellet ei ostendere omnia regna mundi. De isto monte infra dicetur. *Et ostendit ei omnia regna mundi*, scilicet, ostendit in quibus locis erãt regna mundi: quomodo tamen potuerit ostendere dicetur infra. *Et gloriam eorum*, ideſt, diuitias, & potentiam ipſorum regnorum. Quia iſta uocantur gloria regnorum, cùm faciant ipſa regna eſſe glorioſa, ideſt, famoſa, & excellentia. Sic dicit Remigius, ſcilicet. Gloriam autem eorum appellat aurum, argentum, & lapides præcioſos, & temporalia bona. *Et dixit illi*, loquebatur diabolus Chriſto, quia apparebat in forma humana, vt ait Chryſoſto. & glo. Promptum autem eſt dæmoni quandocunque uoluerit tales formas fabricare. *Hæc omnia tibi dabo*, ſcilicet, omnia regna quæ tibi oſtendi, ponam in poteſtate tua, vt ſis Rex illorum. *Si cadens adoraueris me*, ideſt, ſolùm peto, quòd me adores, & dabo tibi omnia hæc. Et dixit cadens ad ſignificandum magnam humilitatem, & ſubiectionem, quam ſibi fieri uolebat. *Tunc dicit ei Jeſus. Vade Satana.* Tentatio iſta erat de re peſſima: ideo Chriſtus repulit dæmonẽ nunc amarius, quàm in alijs tentationibus. *Scriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Iſtud ſcriptum eſt Deutero. 6. Conſiderandum, quòd omnes auctoritates, quas Chriſtus contra dæmonem allegauit, habentur in lib. Deutero. Vnde dicit Hieronymus ſuper Matthæum. Notandum quòd neceſſaria teſtimonia Deuterono. tantum protulit, vt ſecundæ legis ſacramenta monſtraret, ideſt, vt oſtenderet ſacramenta legis nouæ, quæ eſt lex ſecunda. Nam Deuteronomium interpretatur lex ſecunda, vel lex noua. Et dicitur Deum tuum adorabis, ſcilicet, humiliando te coram illo, & illi ſoli ſeruies, ideſt, reddendo ei ſeruitutem, quæ ſpecialiter uocatur latria, quæ ſoli Deo debetur.

Quare diabolus tertia vice Chriſtum tentauit, cum ante bis fuiſſet ab eo ſuperatus. Quæſt. XLIIII.

QVAERITVR, quare diabolus nunc tertia vice tentauit Chriſtum, cùm fuiſſet bis ſuperatus. Quidam dicunt, quòd diabolus deſiderabat ſcire, an Chriſtus eſſet Deus, & quia per duas tentationes præcedentes hoc ſcire nõ potuerat, adiunxit tertiam. Sic videtur dicere Hieronym. ſuper Matthæum, ſcilicet, in omnibus tẽtationibus hoc agit diabolus, vt intelligat ſi filius Dei ſit. Dicendum tamen, ꝙ hoc non ſtat, quia diabolus uoluit, per iſtam tentationem ſcire, an Chriſtus eſſet Deus, quia tunc dixiſſet ei ſicut in alijs duabus ſi filius Dei es, & tamen non dixit: ideo non intendebat hoc inueſtigare. Item ſi diabolus nũc dubitaret an Chriſtus eſſet filius Dei, & uellet per iſtam tentationem, hoc ſcire, non feciſſet tentationem de re tam peſſima, ideſt, de idolatria. Non ergo diabolus putauit nunc Chriſtum eſſe Deũ. Ideo non cogitabat de hoc, ne intendebat iſtud inquirere, quia tunc feciſſet tentationem honeſtiorẽ. Item ſi diabolus uellet cognoſcere de Chriſto, an eſſet filius Dei, hoc eſſet per aliquod miraculum. Vnde peteret ab eo, quòd faceret aliquod miraculum, ſicut petiuit in alijs duabus tentationibus: ſed hic nullum petiuit: ergo non tentabat nũc, vt ſciret an eſſet filius Dei. Sed dicendum, quòd diabolus, licèt ſuperatus eſſet à Chriſto in duabus tentationibus præcedentibus: manebat tamen ei aliquid adhuc de quo tentare poſſet. Ideo tẽtare uoluit quouſque Chriſtum ſuperaret, vel nihil maneret, de quo tentare poſſet. Sic dicit Chryſoſtomus in quadam homilia, ſcilicet. Diabolus ſecundo reſponſo incertus tranſit ad tertiam tentationem. Quia enim Chriſtus retia ventris diruperat, & retia vanæ gloriæ tranſiuerat, ponit ei retia auaritiæ. Propter quod dicitur, aſſumpſit eum diabolus. Item hoc fuit, quia Chriſtus ſe facilem præbuit diabolo ad hoc, ꝙ eum tentaret adhuc poſt ſecundam tentationem. Et hoc conueniẽs erat, vt circa omnia nobis Chriſtus doctrinam reſiſtendi traderet. Si tamen hac tertia vice diabolus Chriſtum non tentaſſet, adhuc magnæ tentationes reſiduæ eſſent, de quibus Chriſtus nobis doctrinam reſiſtendi non daret per exemplum ſuum. Ad dictum Hieronym. dicendum, quòd ipſe non uoluit, quòd diabolus in omnibus tentationibus conaretur ſcire, an Chriſtus eſſet Deus, ſed ſolùm intelligitur de illis tentationibus, in quibus dicebat, ſi filius Dei es. Et patet hoc in uerbis Hieronym. dicentis, ſcilicet, in omnibus tentationibus hoc agit diabolus, ideſt, loquitur iſta uerba, ſcilicet, ſi filius Dei es, ideſt, in omnibus præteritis, quas ipſe expoſuerat, & de illis uerum eſt, quòd diabolus conatur ſcire, an Chriſtus ſit filius Dei.

De quo loco nunc diabolus Chriſtum aſſumpſit, Quæſt. XLV.

QVAERITVR, De quo loco diabolus nunc aſſumpſit Chriſtum. Dicendum, ꝙ dubium eſt. Quidam putant, quòd Chriſtus deſcenderit de pinnaculo templi. Conſtituerat diabolus Chriſtum ſupra pinnaculum, & ſuadebat ei mittere ſe deorſum, & Chriſtus dixit, quòd erat inconueniens, quia erat tentare Deum. Dicunt ergo, ꝙ tunc Chriſtus deſcendit de pinnaculo templi per gradus uſque ad pauimentum. Et hoc probant, quia ſi non deſcendiſſet per gradus, oportebat, quòd uolaret, ſicut dæmon ſuadebat ei, & ſic crederet eum eſſe Deum. Maximè, quia tunc Chriſtus faceret contra uerba ſua. Nam ipſe dixerat, quòd non ſe præcipitaret, quia hoc erat tentare Deum, ergo non deſcenderet de pinnaculo, niſi per gradus modo humano, & ſic diabolus non putaret eum eſſe Deum. Dicendum, quòd iſtud verum eſt, & aliqualiter concluderet, ſi finita fuiſſet hic tentatio, quia tunc diabolus recederet à Chriſto, & ipſe deſcenderet de pinnaculo, & deſcenderet per gradus propter cauſam dictam. Non fuit tamen hic finita tentatio, ſed diabolus iterũ aſſumpſit Chriſtum, & duxit in montem excelſum: ideo non erat neceſſe, quòd deſcenderet de pinnaculo, ſed poterat eum de pinnaculo accipere. Eſt ergo dicendum, quòd dupliciter potuit hoc fieri. Vno modo, ꝙ Chriſtus deſcenderet de pinnaculo per gradus dæmone hoc uidente, licèt Iudæi hoc non uiderent, vt appareret, ꝙ non tentabat Deum. Et poſtquã deſcendiſſet ad pauimentum, diabolus tolleret eum inde, & portaret ad montem excelſum. Alio modo fieri poterat, ꝙ poſtquam Chriſtus dixit diabolo, quòd nolebat ſe præcipitare, ne tentaret Deum, diabolus uidens, ſe in hac tentatione ſuccubuiſſe acciperet eum, & duceret ad mõtem, vbi tentaret eum. Quid autem iſtorum fuerit, non apparet. Ideo ſine præiudicio poteſt quodcunque iſtorum teneri. Veriſimilius tamen videtur dicendum, ꝙ Chriſtus non deſcenderet de pinnaculo præcipitando ſe, nec etiam per gradus, ſed inde aſſumpſit eum diabolus in mõtem excelſum, ſcilicet, quia Chriſtus ſciebat, quòd diabolus uolebat eum adhuc tentare. Ideo poſtquam ſuadente ipſo Chriſtus dixit, quòd nolebat ſe præcipitare ne tentaret Deum, manſit ſuper pinnaculum quietus, nec deſcendere uolens, nec ſe præcipitans. Et tunc diabolus uidens ſe in hac tentatione uictum inchoauit aliam, & de pinnaculo tulit eum in montem. Iſtud autem eſt veriſimilius, quàm ponere, ꝙ deſcenderit de pinnaculo ad pauimentum, & inde eum diabolus tulerit, quia non eſt ponenda pluralitas ſine

neceſſitate, & tamen non apparet aliqua neceſſitas ponendi, quòd Chriſtus deſcenderit de pinnaculo, & litera etiam non exprimit illud. Ideo non oportet illud aſſerere. Item non eſt veriſimile, quòd Chriſtus diſcendere uoluerit de pinnaculo, quia hoc ad nihil proficiebat: cùm immediatè diabolus aſſumpturus eſſet eum ad montem excelſum.

An diabolus Chriſtum nunc uerè portauerit, &c. Quæſt. XLVI.

QVAERITVR, An diabolus nunc uerè Chriſtum portauerit, vel ipſe per ſe iuit, & ſi portatus eſt, quomodo permiſit ſe portari, cùm iterum aſſumens eum ſuaſiſſet ei ſe præcipitare. Dicendum, quòd uerè portatus fuit nunc Chriſtus a diabolo, ita quòd per ſe non mouebatur, ſed a diabolo mouebatur. Modus autem portandi fuit, ſicut ſupra declarauimus de alia portatione, quòd fuerit portatus: patet quia dicitur hic: iterum aſſumpſit eum diabolus. Si tamen Chriſtus per ſe iret, non diceretur a diabolo aſſumptus.

Item, quia ſi Chriſtus per ſe iuiſſet prædicando, oportebat in his tentationibus tranſire aliquos dies, ſicut eundo, & redeundo. Et tamen Chriſtus non comedit a principio tentationis, uſque ad finem, & ſemper eſuriebat, cùm tentatio inceperit poſtquam ipſe cæpit eſurire. Non eſt tamen veriſimile, quòd Chriſtus manſiſſet diebus aliquot ſine cibo, poſtquam cæpit eſurire. Ideo oportuit quòd in eodem die fuerint factæ iſtæ tres tentationes. Non poterant tamen fieri, ſi Chriſtus pedibus moueretur eundo, & redeundo de mõtibus, ergo motus fuit a diabolo, qui ſubito portauit eum de loco ad locum. Et ſic dicendum eſt, quòd ſubito diabolus accipiens Chriſtum de pinnaculo templi, tranſtulit illum ad montem excelſum, ad quem voluit. Cùm autem quæritur, quare Chriſtus permiſit ſe nunc portari, dicendum quòd fuit conueniens, quia debebat permittere ſe tentari quouſque diabolus expenderet omnes ſuas tentationes, & eſſet omnino victus. Si tamen nõ permitteret ſe portari, nõ poſſet tentari, ideo debuit ſe permittere tentari. Cùm uerò obijcitur, quòd diabolus ſuaſerat Chriſto ſe præcipitare, quando alia uice eum portauit, dicendum, ꝙ ob hoc non debuit cauere a dæmone, quin ſe portari permitteret: quia ſi propter hoc quòd ſuaſerat ei ſe præcipitare, non debuiſſet permittere ſe portari, etiam non deberet permittere ſe tentari, quia quælibet tentatio dæmonis ad malum erat. debuit tamen Chriſtus per ſe permittere tentari, cùm non eſſet ei ullum periculum hoc permittendo, cùm dæmon eum decipere non poſſet, nec aliquod malum inferre, niſi quod ille permitteret.

An homines aliquando portentur a diabolo per diuerſa loca, Quæſt. XLVII.

QVAERITVR Occaſione prædictorum circa dæmones, an aliquando homines portentur ab eis per diuerſa loca. Quidam dicunt, ꝙ non, quia Eccleſia in Concilio Acquirenſi Epiſcopi, cùm dicitur, quòd quædam mulieres ſceleſtæ dæmonum illuſionibus phantaſmatibus ſeductæ credunt, & profitentur ſe nocturnis horis cum Diana dea Paganorum, uel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum equitare ſuper quaſdam beſtias, & multa terrarum ſpatia intempeſtæ noctis ſilentio pertranſire, eius iuſſionibus obedire uelut dominæ, & cunctis noctibus ad eius ſeruitium euocari. Ibi dicitur, quòd iſtæ mulieres ſeducuntur illuſionibus dæmonum, & ſic non eſt verum, quòd profitentur ſe per noctem ambulare. Item dicitur ibi, utinam hæ ſolæ in ſua perfidia periiſſent, & non multos ſecum ad infidelitatis interitum pertraxiſſent: nam innumera multitudo hac falſa opinione decepta hæc uera eſſe credunt, & credendo a recta fide deuiant. Et ſic non ſolùm ſunt iſta falſa, ſed ad infidelitatis uitium pertinet iſta credere. Item ibi dicitur, quòd iſtæ mulieres realiter nihil patiuntur, ſed eſt deluſio dæmonis in phãtaſia earum, ſcilicet. Si quidem ſatanas, qui ſe transfigurat in angelum lucis, cùm mentem cuiuſque mulieris ceperit, & hanc per infidelitatem ſibi ſubiugauerit, illico transfigurat ſe in diuerſarum pſonarum ſpecies, atque ſimilitudines, & mentem quam captiuam tenet in ſomniis deludens, modo læta, modo triſtia, modo incognitas perſonas oſtendens per deuia quoque deducit. Et cùm ſolus ſpiritus hæc patitur, infidelis hæc nõ in anima, ſed in corpore euenire opinatur. Et dicitur ibi, quòd iſtud eſt ſicut ea, quæ in ſomnis, & nocturnis viſionibus non extra ſeipſam educitur, & multa vidit dormiendo, quæ vigilando nunquam uiderat. Quis verò tam ſtultus, & hebes ſit, qui hæc omnia, quæ in ſolo ſpiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur.

Dicendum tamen, quòd his non obſtantibus dæmones poſſunt per diuerſa loca, tam per diem, quàm per noctem homines ducere aliquando volentes, & aliquando inuitos, & etiam aliquando hoc fit. Primũ patet, quia non eſt dubium, quin dæmon ſit tantę potentiæ, quòd non ſolùm unum hominem, ſed etiam multos poſſit ſimul per aerem portare, & quaſi in momento ad diuerſa loca deducere, quia dæmones naturalia non perdiderunt, & tamen ipſi in natulibus ſunt æquales angelis bonis, immo plures de dæmonibus ſunt excellentiores in naturalibus multis angelis bonis, cùm de quolibet ordine angelorum dicantur aliqui cecidiſſe. Angeli tamen boni ſunt tantæ poteſtatis, quòd poſſunt mouere cælos: quia tam Philoſophi, quàm ſacra ſcriptura profitentur cælos moueri per intelligentias, quas nos vocamus angelos. Et iſta eſt poteſtas admiranda. Ideo, qui poteſt mouere cœlos, poterit mouere ſimul multos homines ſub quanta celeritate voluerit. Item patet, quia hoc ſæpè factum eſt, tam per dæmones, quàm per angelos bonos. De dæmonibus patet, quia dæmon portauit ſemel Chriſtum de deſerto in pinnaculum templi, & iterum de pinnaculo in montem excelſum, ut patet hic in litera. & Luc. 4. Quod ergo potuerit dæmon Chriſtum portare, poterit & quemcunque alium. Nam Chriſtus non erat leuioris corporis quàm cæteri homines: ſed habebat grauitatem naturalem commenſuratam, ſecundùm quantitatem ſui corporis. Maximè, quia ſi dæmon ante hoc nullum hominem portaſſet de loco ad locum niteretur Chriſtum portare. Sed ipſe portauerat alios ante hoc, vel nouerat uires proprias, & ſciebat, quòd portare poterat. De angelis bonis patet, quia angelus Domini quaſi in momento tranſtulit Abachuch de Iudæa in Chaldæam per capillum capitis. Daniel 14. Ipſa quoque quotidiana experientia iſtud oſtendit, quæ vtinam non tam cognita eſſet. Multos enim ſcimus, qui quaſi in momento de locis diſtantibus ad alia ſe loca tranſtulerunt deſeruientibus ſibi dæmonibus ad hoc, qui principes maleficiorum ſunt. Et iſtud ita manifeſtum eſt, quòd imprudẽtia ſit illud negare cùm mille nobis teſtes occurrant, qui ſibi horũ conſcii ſunt.

Dicendum igitur, quòd homo ſponte poteſt a dæmonibus portari per diuerſa loca, ut ſi communicet cum eis in operibus maleficiorum. Aliquando etiam

aliqui

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliqui homines inuiti rapiũtur à dæmonibus,& transferuntur ad alia loca remota,siue propter eorum peccata,siue ex Dei dispensatione propter aliquod mysterium. Et de his etiam testes non desunt, scilicet,quòd aliqui per artem maleficiorum coegerint aliquos de locis remotissimis Deo permittente quasi in momento temporis ad se uenire. Et nisi Deus prohiberet multa huiusmodi sæpè fierent. Sic patet in uita beati Cypriani,& Iustinæ. Nam Cyprianus, qui tunc Gentilis, & Maleficus erat, uirginem Iustinam ad se adducere volebat missis ad eam dæmonibus. Sed illa se crucis signo,& inuocatione nominis Christi muniebat. Sic etiam patet in uita beati Iacobi: Nam Hermogenes mittebat dęmones ad domum beati Iacobi,vt ipsum, & Philetum discipulum suum ad se vinctos perducerent, sed à Christo arcebantur. Sic etiam patet in vita beati Petri de Simone Mago,qui subleuantibus eum dæmonibus per aerẽ volabat. Ista igitur vulgata sunt, nec quisquam nisi imprudenter ea negare poterit.

Quod autem dicitur de mulieribus,quæ per noctẽ discurrunt per diuersa loca,etiam uerum est. Nam sæpe hoc inuẽtum est,& iudicialiter punitum. Et aliqui volentes imitari earum nephandas cæremonias, magna incommoda incurrerunt. Nec potest dici illud per somnium accidere, cùm non solùm ipsi,qui passi sunt, sed etiam plures alij huius rei testes erant. Nec est aliqua causa de his dubitandi. Verum est autem, quòd apud simplices aliquibus veris multa falsa circa hæc admixta sunt, quia dæmones non solùm in moribus, sed etiam in fide nocere cupiunt. Et ista credi vetat sacra Doctrina,quia plurima eorum contra fidem sunt.

Ad primum in contrarium dicendum, ꝙ ibi non negatur, quin mulieres possint portari à dæmonibus per noctem, & diuersa spatia pertransire, sed vetatur credi totum illud,quod ipsi asserunt,scilicet,ꝙ ambulant cum Herodiade, vel Diana dea Paganorum, & credunt illam esse Deam sicut apud Paganos pluralitas Deorum tenebatur. Dicere ergo Dianam illam esse deam, non solùm est error,sed infidelitas. Et patet, quòd ista sit intentio literæ,quia quando ibi accusatur iste error, dicitur quòd multitudo innumera hac falsa opinione decepta,hæc uera esse credunt,& credendo à recta fide deuiant, & errore Paganorum inuoluuntur, cùm aliquid diuinitatis, aut numinis extra vnum Deum arbitrantur. Sunt autem dæmones,ista Diana, & Herodias, quæ se in formam Dearum venerari faciunt. Et licèt cum eis uerè per noctem istæ mulieres ambulent: tamen in hoc seducuntur,quia putant illas esse Deas cùm dæmones sint. Item dicebant istæ mulieres, quòd super quasdam bestias equitabant. Istud tamen non est uerum,quia nullæ bestiæ poterant per aerem volare, vt quasi in momento temporis magna terrarum spatia transirent,sed erant dæmones, qui aliquando se in formam pecorum, aliquando in cæteras formas se transfigurant, sicut eis placuerit,vt ex pluribus historijs patet. Item errabant istæ mulieres, quia dicebant se uocari singulis noctibus ad obsequium istius Dianę deæ Gentium,& obedire illi tanquam dominæ. Nam non est in potestate dęmonum homines ad ista trahere, nisi ipsi sponte uelint,& pacta cum dæmonibus iniant. Quod autem homines inuiti trahantur per dęmones,rarum est,& propter speciales casus. Ideo quòd istę mulieres singulis noctibus vocarentur à Diana, & cogerentur obedire ei, sicut domiuæ, falsum erat.

Ad secundum cùm dicitur,quòd sit uitium infidelitatis hoc credere,& recedere à recta fide. Dicẽdum quòd error non est in hoc, ꝙ credatur homines posse portari à dæmonibus per diuersa loca,& ꝙ aliquando realiter portentur:sed in hoc,quòd credantur ista,quę supra dicta sunt, & maximè quòd illa Diana esset dea. Quia istum errorem specialiter litera condemnat ibi, cùm dicat,errore Paganorum inuoluuntur, cùm aliquid diuinitatis,aut numinis extra vnum Deum arbitrantur. Et non dicitur,quòd sit error Paganorum credere,quòd homines à dæmonibus portentur.

Ad tertium cùm dicitur, ꝙ ista accidunt per somnium, cùm diabolus phantasiam illudit ostendendo tristia,& læta. Dicendum, ꝙ uerum est,ꝙ talia possint sæpe per somnium accidere,& putabit aliquis, ꝙ verè exterius accidant,quia etiam prophetica reuelatio sæpe sic fit per imaginariam uisionem: non tamen negatur, quin ista possint fieri realiter exterius:sicut ponitur ibi exemplum de somnijs,in quibus homo nihil realiter patitur eorum, quæ putat se pati, & tamẽ per hoc non tollitur, quin realiter talia fieri possent extra somnium. Sed obijcietur,quia dicitur ibi,omnibus ita que publicè annunciandum est, quòd qui talia credit, & his similia, fidem perdit. Et sic credere ista est infidelitas,sed oportet dici ea esse delusionem phantasiæ. Dicendum, quòd hoc refertur ad errores supra positos, scilicet, qui crediderit omnia illa, quæ illæ mulieres asserebant, fidem perdit. Quia illæ dicebant Diares asserebant, fidem perdit. Quia illæ dicebant Diam esse deam,cum qua per noctem ambulant:istud autem asserere,est fidem perdere, quia est ponere plures Deos. Et patet,ꝙ iste sit sensus literæ,quia cùm dicitur, qui talia credit,fidem petdit, & qui rectã fidem non habet non est eius, sed illius, in quem credit, id. est,diaboli. Et sic isti dicuntur hic fidem perdere,quia credunt in diabolum. Hoc autẽ est,quia credunt Dianam deam esse. Et tàmen Diana est diabolus. Credere tamen,quòd homo possit portari à dęmone peraerem, non est credere in diabolum, nec per hoc à fide receditur, cùm sacra scriptura similia asserat, scilicet, Christum portatum fuisse a dæmone, ideo negãdum non est mulieres maleficas, & etiam uiros factis quibusdam nephandis cærimoniis, & unctionibus a dæmonibus assumi,& per diuersa loca portari,& multos huius generis in unum locum conuenire,& dæmoni bus honorem quendam exhibere,ac libidini,& omni turpitudini uacare.

Quis est iste mons excelsus,ad quem Christus assumptus.
Quæst. XLVIII.

QVAERITVR, Quis erat iste mons excelsus, ad quem dicitur hic Christus fuisse assumptus a diabolo,& ostendisse ei regna terræ. Dicendum, quòd communiter asseritur istum esse quendam montem excelsum, non longè a Iericho,ꝙ distat duobus milliarijs a Quarantana. Est enim Quarantana desertum in quo Christus quadraginta diebus ieiunauit,& distat duobus milliaribus ab Vrbe Ierico. Et rursus ab ipso deserto, quod Quarantana dicitur, duobus milliariis contra Galilæam est mons excelsus, in quo diabolus Christum iterum tentauit: sic dicitur in libro de diuisione terræ sanctæ, & in libro Brocardi Theutonici, & in libro Marini Venetibro qui omnes diligenter scripserunt Terram Sanctam. Dicit autem Chrysostomus in quadam homilia,quòd iste fuerit mons excelsior qui erat in toto orbe, cùm ait,assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, quem scilicet diabolus circuiens omnem terram excelsiorem cognoscebat cæteris. Quanto enim excelsior fuerit mons,tanto ex eo spaciosior terra uidetur. Et tunc dicendum esset, quòd non fuerit ille mons, qui erat apud Quarantanam,quia alij montes excelsiores valde sunt in aliis partibus mundi,quàm in Iudæa, vbi erat ille mons,de quo diximus. Nam dicit Nicolaus,quòd iste mons non nominatur,quis fuerit, non tamen refert quis fuit. Potest tamen satis rationabiliter dici,quòd fuit de quo diximus,eo quòd ista opinio ab antiquo semper mansit apud habitatores terræ sanctæ,quibus circa talia satis credendum est.

Quomodo diabolus potuit ostendere Christo omnia regna mundi. Quæstio. XLIX.

QVAERITVR, Quomodo diabolus potuit ostendere Christo omnia regna terræ de illo monte, quia nullus mons quantumcunque altus est in toto orbe,de quo tota terra habitata possit uideri, cùm sint multæ interpositiones aliorum montium, sub quibus multæ ualles occultantur.Item dato,quòd non esset nisi unus mons in toto orbe, & reliqua terra esset plana non poterant de illo monte videri omnia regna mũdi,quia ipsa terra, cùm sit formata in modum sphęræ, propriũ tumorem habet, & cùm quis pertransierit aliquantũ eius spatium, necesse est intercidi quendam arcum circuli inter terminum à quo, & terminum ad quem,& tumor illius arcus impedit uideri terminum à quo,& terminus ad quem. Et sic non posset aliquis videre omnia regna terræ,etiam si nulli montes essent in ea. Item dato,ꝙ terra non esset sphærica, sed plana,ita ut nihil impediret videri aliquid à loco quantumcunque remoto, tamen non posset videri ab aliquo homine totus mundus, siue omnia regna terræ propter duo. Primò propter parvitatem anguli rei visibilis, quia quælibet res videtur sub angulo pyramidis radiosæ, & quanto ille angulus est minus acutus,tanto res efficacius videtur, quia species habet maiorem efficaciam immutandi. Tantum autem poterit angulus esse acutus, quòd res sub illo nisa, non possit immutare uisum. Et propter hoc,quãdo à longinquo videmus aliquem montem, vel turrim, licèt ipsum totum montẽ uideamus, non possumus distinctè videre singulas partes eius, licèt nihil interponatur, quod impediat illas videri, sed solũ, quia sub paruo angulo videntur:ideo non immutant. Totus autem mons propter suam magnitudinem capitur sub magno angulo,ideo ipse videtur,sed non sin gulę partes eius. Et sic vrbes,vel regna,quæ essent multum remota ab isto mõte, in quo diabolus Christum constituit,non possent uideri ab eo, quia propter longitudinem, & distantiam claudereturear um pyramis sub paruo angulo. Secundò accideret ex defectu oculi,quia oculus noster non potest immutari à specie visibili cuiuscunque vigoris, sed ab ea, quæ est aliquanti vigoris. Sed cùm species multiplicantur ab obiecto distanti,etiam si sub magno angulo claudentur propter magnitudinem corporis, à quo multiplicantur, quia tamen longè sunt à fonte suo,ideſt,à fonte à quo multiplicantur,minuitur vigor earum ad immutandum. Et sic non posset quis uidere rem ualde longinquam, etiam si esset magna propter debilitatem speciei, nisi forte res illa haberet multum de luce, & per hoc species visibiles essent fortes. Sicut apparet in corporibus coelestibus, quæ licèt multum à nobis distent, videntur tamen,quia multum de luce habent. Et sic Christus uidere non poterat omnia regna terræ de aliquo monte. Aliqui dicunt,ꝙ diabolus non ostendit Christo omnia regna terræ, nec aliqua eorum, sed solùm per sermonem retulit ei de omnibus regnis mundi, & de gloria ipsorum,sicut si quis ista,quæ in libro scripta legeret. Sic dicit Titus, quòd diabolus orbem describit uerbo, & uelut quandam domum eius intentionem manifestat,ut existimabat. Sed nõ stat. Primò, quia dicitur hic quòd Christus ductus est a diabolo in montem excelsum, ut ostenderet ei regna terræ. Si tamen solo uerbo ei illa ostenderet,non oporteret, ꝙ duceret eum in montem excelsum, nec in aliquem locum,sed existenti in pinnaculo ista referre poterat. Secundò patet, quia ad hoc, quòd diabolus enarraret Christo per sermonem de omnibus regnis terræ, & de gloria ipsorum, oportebat multum tẽporis in hoc consumi. Et tamen Luc.4. dicitur,quòd diabolus ostẽdit Christo omnia regna orbis terræ in momento tẽporis:ergo non ostendit ei per solum sermonem, licèt ratio superior est magis efficax.

Alii dicunt, quòd diabolus ostendit Christo regna terræ solùm mentaliter,ideſt, causando in mente eius cognitionem de omnibus regnis terræ. & gloria ipsorum. Sic dicit Theophilus,scilicet. Sed qualiter ostẽdit ei omnia regna orbis terræ? quidam dicunt,quòd mẽte hoc ostẽdit. Dicendum,quòd non stat. Primò,quia ipse Theophilus reprobat istam positionem in eadẽ auctoritate. Secundò quia efficatius diabolus non poterat talem ostensionem Christo facere, quia causare aliquam cognitionem nouam in intellectu, quæ non dependeat ex phantasmate,ad solum Deum pertinet, qui potest immediate agere in intellectu:eo quòd ipse solus potest illabi animæ: dæmones autem, & angeli boni hoc directè facere nõ possunt. Tertiò, quia Christus habebat cognitionem istam in mente sua:cùm ipse cognosceret omnia,quæ sunt, nõ solùm præsentia, sed etiam præterita,& futura. Non tamẽ possunt multiplicari accidentia eiusdem speciei in eodem subiecto,licèt bene accidentia diuersarum specierum. Quia sicut non possunt esse duæ albedines particulares in eodem subiecto adæquato,licèt in eo sint albedo,frigiditas,magnitudo, & figura: ita in intellectu non est possibile existere duas intellectiones,vel duos habitus intellectiuos eiusdem speciei. Dato ergo,quòd diabolus posset causare talem intellectionem in mente alicuius,non poterat tamen illam causare in mẽte Christi:quia illa ibi præexistebat: & sic essent in eodem intellectu duę intellectiones, uel habitus intellectiui solo numero differentes,quod non est possibile. Quartò patet,quia dicitur, quòd diabolus duxit Christum in montem excelsum ad ostendendum ei ista regna terræ,& tamen si solùm per intellectum hoc ostendi debebat,non oportebat, quòd duceretur ad aliquem montem,cũ locus ad hoc nihil conferret. Alii dicunt, quòd diabolus ostendit Christo regna terrę solũ per phantasiam,ideſt per uisionem imaginariam. Sic tenet Theophilus,dicens:sed qualiter ostendit ei omnia regna terrę? Quidam dicunt,quòd mente hæc ostẽdit, ego autem dico,quòd sensibiliter, & in phantasia apparere fecit. Sed dicendum,quòd non conuenit, quia superfluum erat Christum duci in montẽ excelsum ad ostendendum regna terrę,cùm sic exterius nihil uideret:sed totum esset in phantasia sua,& sic in quocũque loco fieri poterat ista uisio. Sed obiicietur, quòd oportebat Christum duci in montem,ut putaret se de illo monte uidere omnia regna terrę: licèt nihil uideret realiter,& si non esset in monte illo, putaret istam esse delusionem. Dicendum, quòd istud non est necessarium, quia si illa uisio imaginaria poterat esse tã efficax, quia secundùm eã Christus putaret se uidere omnia regna terrę exterius,cùm tamen nihil uideret: posset etiam secundùm eam ostendi Christo, quòd erat in loco altissimo terrę,immo quòd erat apud lunam,& quòd inde uidebat totam terram,nam similia nos in somniis patimur. Secundò patet, quia non est concedendum,quòd diabolo tanta potestas data fuerit,ut intra corpus Christi, &' caput eius uenerandissimum diabolus aliquid realiter operaretur,scilicet,immutando phantasmata, & turbando ad hoc, quòd posset talis uisio imaginaria fieri. Doctores quoque

omnes

omnes dicunt, quòd tota tentatio diaboli extra Chri-
ſtum fuit. Sic dicit Gregorius in homilia, ſcilicet. Tentari ergo per ſuggeſtionẽ potuit: atque ideo omnis diabolica illa tentatio foris, & non intus fuit. Si tamen diabolus immutaſſet phantaſiam Chriſti ad tentandum eum, magna pars tẽtationis eſſet intra Chriſtum. Ideo non eſt concedendum, quòd fuerit talis oſtenſio imaginaria. Tertiò patet, quia quando tales uiſiones imaginariæ naturaliter accidunt, vocantur ſomnia. Si autem à Deo fiunt uocantur propheticæ, quia unus modus reuelationis eſt per Prophetam imaginariam. Numeri 12. ſcilicet: Si quis fuerit inter vos Propheta Domini per uiſionem apparebo ei, aut per ſomnium loquar ad illum. Si autem talis uiſio fiat à dæmone uocatur illuſio, quia eſt ad fallendum hominẽ, cùm homo ibi fallatur putans aliquid eſſe quod non eſt. Et etiam fit ad intentionem fallendi. Eſt tamen inconueniens dici, quòd Chriſtus fuerit à dæmone illuſus. Ergo non eſt concedendum, quòd fuerit in eo talis uiſio imaginaria. Quartò patet, quia talis uiſio nihil operatur, niſi in eo, qui ſecundùm illam putat ſe aliquid verè uidere eo tempore quo ipſa fit. Et ſecũdum hoc per illam aliquid oſtenditur. Et patet hoc in prophetis, & in omnibus, quòd à Deo mittuntur tales uiſiones imaginariæ, quia quamdiu illæ durant, putant ꝙ realiter iſta fiant: licèt poſtquam ceſſauerint uiſiones, cognoſcunt quòd fuerit ſomnium à Deo immiſſum ad aliquid oſtendendum. Sic patet de Salomone, cui per ſomnium data eſt ſapientia, & putabat ſe verè loqui cum Deo, & quòd Deus ſibi loqueretur. 3. Reg. 3. Dicitur tamen ibi, quòd euigilauit Salomon, & inuenit eſſe ſomnium, quaſi dicat. Antequam uigilaret putabat rem ueram eſſe, & non fieri per ſomnium, ſed poſtquam euigilauit comperit, ꝙ fuiſſet ſomnium. Et ſic neceſſe eſt in omnibus talibus uiſionibus, quòd uidens putet ſe aliquid realiter uidere, quia aliàs nõ erit uiſio imaginaria, nec quidquam proficiet. Sicut in illo, qui uidet ludos apparitorum, & præſtigiatorum, & cognoſcit omnia illa falſa eſſe. Chriſtus tamẽ non poterat falli ita, quòd putaret verè videre id, quod ſolùm fieret per uiſionem imaginariam. Ergo Chriſto nihil oſtendi potuit de regnis terræ per uiſionem imaginariam. Alij dicunt, quòd diabolus verè oſtendit, & ſenſibiliter omnia regna terræ Chriſto, ſcilicet, quòd poterat ducere eum volando ſuper totam terram, & omnia regna, & ſic ſingula oſtenderet ei, vt Chriſtus illa videret ad oculum. Nam ſicut diabolus duxit Chriſtum quaſi volando de deſerto in pinnaculum, & iterum de pinnaculo in montem excelſum, vt patet in litera, ità poterat eum ducere per totum orbem. Dicendum, quòd non ſtat, quia dicitur in litera, quòd duxit eum in montem excelſum, & oſtendit ei omnia regna terrę: in quo innuitur, ꝙ de illo monte oſtendebat ei omnia regna, & ſic non ducebat eum uolando. Secundò, quia ſi uolando oſtenderet ei omnia regna terræ, non oportebat, quòd duceret eum ad aliquem montem, cùm ſuper ſingula regna diſcurreret, & tamen duxit eum ad montem excelſum. Ergo non duxit eũ per omnia regna terræ. Tertiò patet, quia Luc. 4. dicitur, quòd oſtendit in momento omnia regna orbis terræ, & tamẽ ſi duceret eum uolando ſuper ſingula regna, & illa ſibi determinatè oſtenderet, aliquã-
to tempore indigebat, & non poterat fieri in momento temporis, ſiue in pauco tempore: non ergo factum fuit ſic. Alij dicunt, ꝙ diabolus oſtendit Chriſto verè omnia regna terræ de monte illo excelſo faciendo, ꝙ omnes ſpecies regnorum omniũ, & vrbium venirent ad oculos Chriſti, & ſic realiter videret. Dicendum, ꝙ non ſtat, quia hoc fieri non potera t Chriſto manente in monte niſi dupliciter. Vno modo quòd diabolus

corpora obiecta, & apparet in corpore obiecto quædam umbra parum fuſca, & modicum ſenſibilis. Et iſtæ duæ umbræ ſunt aliqualiter diſtantes, ſecundùm conditionem loci in quo fit reflexio, & tunc quanta eſt differentia inter unam umbram, & alteram quantum ad eſſe fuſcum, tanta eſt differẽtia inter radios directos, & reflexos emiſſos à ſole, quia cùm umbra ſit priuatio lucis in corpore obiecto, quãto fuerit maior lux, tanto umbra eſt maior, ideſt, magis ſenſibilis, & quę magis fuſca videtur. Sicut magis uitium eſt, quod maiori uirtuti opponitur, & quanto maior eſt uirtus, tanto maius eſt uitiũ. Et tamẽ ualde maior eſt umbra cauſata propter defectum radiorum directorũ, quàm umbra cauſata propter radios reflexos. Ergo ualde maior eſt uirtus immutandi oculum per radium directum, quàm per reflexum, & tamen in magna diſtantia ſpecies perueniens directè ad oculum non poſſet immutare propter paruum uigorem, à fortiori ergo ſi fieret uiſio per radios reflexos in ſpeculis. Sextò patet, quòd non erat ueriſimile, ꝙ diabolus poſſet habere tot ſpecula, aut corpora ſpeculariter diſpoſita, vt ſpecies omnium regnorum, & partium ſuarum determinatè repræſentari poſſent, quia ad hoc faciendum longum tempus neceſſarium erat. Dicitur tamẽ Luc. 4. quòd in momento temporis oſtendit diabolus omnia regna terræ. Ideo non potuit fieri per reflexionem ſicham in ſpeculis. Dicet aliquis, ꝙ diabolus iſta ſpecula ante hoc diſpoſita habebat ad iſtud faciendum. Dicendum, ꝙ non eſt ueriſimile, quia immediatè, vt Chriſtus noluit ſe præcipitare de pinnaculo, diabolus tulit eum in montem excelſum, & ibi in momento temporis oſtendit ei omnia regna terræ, & ſic interuallum tentationem, & aliam non potuerunt iſta ſpecula fieri, quia diabolus eadem die fecit omnes iſtas tentationes, vt infra dicetur. Et poſtquam incępit tentare Chriſtum, nunquam receſſit ab eo, quo uſque fuerũt completæ omnes tentationes. Quia dicitur in litera: tunc diabolus reliquit eum, & Luc. 4. dicitur, ꝙ conſummata omni tentatione diabolus receſſit ab eo, & ſic prius ſemper manebat cum eo. Si autem dicas, quòd antequam inciperent fieri tentationes facta erant ſpecula: non eſt ueriſimile, quia diabolus non fecit iſtam certam tentationem, niſi quia non potuit ſuperare Chriſtum in duabus primis, & antequam inciperet tentare non ſciebat ipſe, quòd ſuperandus erat à Chriſto in duabus primis tentationibus, quia tunc non feciſſet illas, quia erant inutiles. Ergo ipſe non diſpoſuerat ſpecula antequam tẽtationes inchoaret. Septimò patet, quia non erat ueriſimile, quòd diabolus vellet tantum laborem, & occupationem ſumere ad unam tentationem faciendam, quam poterat facere ſine his difficultatibus, ſolùm ſuadendo Chriſto, quòd adoraret eum, & ꝙ daret ei omnia regna terræ per artem ſpecalorum. Alius modus etiam non poteſt ſtare, ſcilicet, ꝙ diabolus formaret ſpecies exterius, per quas ſpecies poſſet formare, non diceretur Chriſtus per illas uidere regna terræ, quia non uidet aliquis verè aliquam rem, niſi per ſpeciem illius. Et tamen iſtæ non erant ſpecies regnorum terræ, nec partium ſuarum: ideo etiam ſi per illas Chriſtus inuitaretur, non diceretur uidere regna terræ, nec verè illa videret. Secundo patet, quia diabolus nõ poteſt tales ſpecies formare, ſed multiplicãtur ſolùm à corporibus. Et nõ eſt credendum, quòd diabolus poſſit aliquod de nouo facere, quod non fuerit in ſe, nec in materia ſua. Nam qui hoc crediderit inſidelis erit, vt diffiniuit eccleſia etiam in Concilio Aquirenſi, & patet in Decretis. 26. quæſt. 5. epiſcopi, ſcilicet. De Domino noſtro ſcriptum eſt, omnia per ipſum facta ſunt: quiſquis ergo poſſe credit aliquam creaturam, aut in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam ſimilitudinẽ, niſi ab ipſo creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta ſunt, proculdubio eſt etiam pagano deterior. Dicendum tamen, ꝙ diabolus poterat de aere formare aliqua corpora cuiuſcunque ſimilitudinis ipſe vellet, & obijcere illa oculis Chriſti, & illa poſſent repræſentare aliquas partes mundi. Tamen hoc modo nõ diceretur verè oſtendiſſe Chriſto omnia regna terræ, quia Chriſtus verè nullum regnum videret, ſed ſolùm illa corpora à diabolo fabricata. Item, quia ad hoc non oportebat, ꝙ Chriſtus poneretur in aliquo monte excelſo, quia de quocunque loco poterat illa videre. Alij dicunt, quòd diabolus non oſtendit Chriſto aliqua regna terræ, ſed ſolùm oſtendit ei regna diuerſa, quæ ipſe in terra, ideſt, in hominibus terrenis habebat. Nam quoddam eſt auaritiæ regnũ, quoddam ſuperbiæ, quoddam luxuriæ, & generaliter quot ſunt vitia. tot ſunt diaboli regna. Sic dicitur Iob 41. de diabolo, ſcilicet. Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Sic exponit Origenes, ſcilicet. Non eſt arbitrandum, quòd regna ei mundi oſtendens Perſarum, verbi gratia, regnum Iudæorumque monſtrauerit, ſed oſtendit ei regnum ſuum, quo regnaret in mundo, ideſt, quo alij regnentur à fornicatione, alij ab auaritia. Sic etiam exponit Rabanus, ſcilicet. Oſtendit diabolus Domino regna mundi: non quòd ipſe viſum eius amplificare potuerit, aut aliquid ignotum demonſtrare, ſed uanitatem pompæ mundanæ, quàm ipſe diligebat quaſi ſpecioſam, ac deſiderabilem orbis, oſtendẽs, in amorem Chriſto ſuggerens venire volebat. Dicendum tamen, ꝙ iſtæ ſenſus eſt moralis, & tamen verè diabolus non intellexit de tali regno, ſed de regnis terræ. Primò patet, quia tunc non eſſet locus tentationi: cùm diabolus apertè oſtenderet Chriſto vitia in quibus ipſe regnabat. Secundò, quia ipſe promittebat dare Chriſto omnia hęc, & tamen non oportet, ꝙ diabolus promittat alicui dare peccata, quia quilibet per ſe ipſum peccare poteſt, quantum uoluerit. Tertiò, quia diabolus dixit, hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Et ſic videtur, quòd aliquid magnum promittebat ei, vt alliceret eum ad illam adorationem. Et tamen dare peccata nihil erat dare, cùm nihil ſit facilius, quàm peccare, & nihil difficilius, quàm abſtinere à peccato. Ergo nõ intelligebatur de tali regno. Quartò patet, quia hoc modo omnia peccata ſunt regnum diaboli, & ſic idolatria eſt unum de regnis eius. immo eſt præcipuum, & tamen diabolus diſtinxit hic idolatriam à regnis terræ, ſicut meritum à præmio: inquantum dixit hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Non ergo intelligatur de tali regno, ſed de regnis terræ. Quintò patet, quia Luc. 4. dicitur: tibi dabo poteſtatem hanc uniuerſam, & gloriam iliorum. Ergo neceſſe eſt intelligi de regnis terræ, quæ dicunt poteſtatem quandam, & non de peccatis.

Dicendum igitur, quòd diabolus oſtendit Chriſto omnia regna terræ, non oſtendendo ei realiter, nec diſtinctè aliquod illorum, ſed ſolùm de illo monte faciebat eum reſpicere ad diuerſas partes mundi, & dicebat ei. Verſus talem partem eſt regnum Perſarum, & ibi regna Iudæorum, & illic regna Hiſpanorum, & ſic de cæteris. Gloriam autem eorum oſtendebat dicendo, in tali regno abundant tales diuitiæ, & tales poteſtates, & in tali regno tales. Sic ait Chryſo. in quadam homilia, ſcilicet. Oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. Oſtendit autem ita nõ, vt ipſa regna, vel ciuitates eorũ, vel populos, vel argentum, vel aurũ videret, ſed partes terræ, in quibus vnumquodque regnum, vel ciuitas poſita erat. Vtputa ſi aſcendas ſuper excelſum locum digito extenſo dicam tibi, ecce ibi eſt Ro-

corpora

Universidad de Deusto
Biblioteca

est Roma, aut Alexandria, non sic ostendendo tibi, vt F
ipsas videas ciuitates, sed partes terræ, in quibus positæ
sunt. Sic, & diabolus poterat Christo singula loca di-
gito demonstrare, & vniuscuiusque regni homines,
& statum verbis exponere. Nam ostensum dicitur, q̃
exponitur ad intelligendum. Hoc tenet Nicolaus, &
idem sanctus Thom. 3. parte sum. q. 41. artic. 4. in re-
sponsione ad septimum argumentum. Et sic dicit Ni-
colaus, quòd ista ostensio magis fuit ad auditum, quã
ad visum. Sed obijcietur, quòd diabolus poterat osten
dere Christo omnia hæc vere, & distinctè. Nam beato
Benedicto ostensus est semel totus mundus, vt ait Gre
gor. 2. Dial. Moyses quoque vidit totam terram Israel
de monte Abarim, qui erat extra terram Chanaan,
scilicet, in terra Moab. Deutero. 34. & ibi declaratum G
est, quòd Moyses clarè, & distinctè vidit terram illam,
sic ergo potuit nunc Christus videre.

Dicendum, quòd Christus quomodocunque vo-
luisset, poterat uerè ad oculum uidere omnia regna
terræ: diabolus tamen non poterat ei ostendere illa ue-
re, ut supra ostensum est. Cùm autem obijcitur de bea
to Benedicto dicendum, quòd illa fuit uisio in spiritu,
& nõ ad oculum. Item, quia illa uisio facta fuit à Deo,
& potuisset ei Deus uerè ostendere totum mundum,
licèt spiritualiter solùm ostenderit: diabolus tamẽ hoc
facere non poterat, quia potestas sua est multũ finita.
De Moyse dicendum, quòd non fuit omnino simile,
quia non fuit ei ostensus totus mundus, sed pauca ter-
ra, scilicet illa, quàm Iudæi possessuri erant, & non to- H
ta quidem. Aliter etiam dici potest, quòd Moyses, li-
cèt paucam terram uiderit, non supernaturaliter illam
uidit. Quis autem fuit modus, quo eam uidit, scilicet,
an per confortationem specierũ, an congregationem
ipsarum, & præsentationem coram oculis Moysi, de-
claratum est Deuteron. 32.

Quomodo poterat diabolus dare omnia regna Christo, cui ea promittebat. Quæst. L.

QVAERITVR, quomodo diabolus dixit
hic, omnia hæc tibi dabo, si cadens adoraueris
me, scilicet, omnia regna terræ: quomodo po-
terat diabolus illa dare, & an poterat. Di-
cendum, quòd diabolus mentitus est; quia nihil dare
poterat, ut infra dicetur. Sciendum tamen, quòd Ma-
nichæi, & quidam alij hæretici, ut ait Nicolaus dix e-
runt, quòd diabolus est Dominus rerum corporaliũ,
& inferiorum, & est factor, & creator eorum. Habue-
runt autem occasionem quandam errandi ex hoc lo-
co, & similibus, quia dixit hic diabolus: omnia hæc ti-
bi dabo, & tamen dare non poterat, nisi essent in po-
testate sua. Sic etiam dicitur Ioan. 12. Nunc iudicium
est mundi, & princeps huius mundi eijcietur foras. Et
uocatur princeps huius mundi diabolus. Sic etiam Io.
14. dicitur. Venit enim princeps huius mundi, & in
me non habet quicquam, ideſt, diabolus uenit. Si er-
go princeps est mundi, potestatem habet super illum.
Dicendum, quòd stulte mouentur Manichæi dicen-
tes aliquid creatum esse à diabolo, quia creare est po-
tentiæ infinitæ, & ista est unica, nec potest multiplica-
ri: ideo diabolus creare non potest. Et patet, quia si dia-
bolus esset potentiæ infinitæ, non posset ab aliquo su-
perari, quia infinito nihil est maius, & tamen diabolus
superatur, & priuatur potestate sua. Quia Ioan. 12. dici-
tur: princeps huius mundi eijcietur foras. Et Apoc. 20.
dicitur, quòd ligatus est, non soluendus per mille an-
nos: ergo non est potentiæ infinitæ, & sic non potest
creare. Item Ioan. 1. dicitur. Omnia per ipsum facta
sunt, & sine ipso factum est nihil, ideſt, non potuit ali-
quid creari nisi per Deum. Item diabolus non innuit I

in uerbis suis, etiam si uera essent, quòd ipse aliquid
creauerit: immo quòd nec etiam aliquam potestatem
à se ipso habeat super regna terræ, sed si aliquam ha-
bet, quòd illam ab alio accepit. Nam Luc. 4. dicitur, q̃
ostendit diabolus Christo omnia regna terræ, & ait il-
li. Tibi dabo potestatem hanc uniuersam, & gloriam
illorum, quia mihi tradita sunt, & cui uolo do illa. Et
sic asserit ista regna terræ sibi tradita fuisse. Non ergo
innuit, quòd illa creauit. Sed Manichæi ualde insaniũt,
qui non solùm hoc asserunt, sed etiam, quòd uetus te-
stamentum datum est a diabolo, & multa alia absur-
da, de quibus non est ad præsens dicere. Cùm autem
quæritur, an regna terrę fuerint diabolo subdita, & pos-
sint illa dare, dicendum, quòd non. Cùm autem dixit, q̃
daret illa mentitus est, quia ista est conditio sua, cùm
ipse sit mendax, & mendacij pater. Ioan. 8. Et ibi dici-
tur. Cùm de proprijs loquitur mentitur. Et patet hoc,
quia ita dixit Hietonymus super Matthæũ, scilicet, Ar-
rogans, & superbus de iactantia loquitur. Non enim
potest omnia regna dare, cùm sciamus plerosque san-
ctos uiros à Deo reges factos. Idem dicit Titus, scili-
cet: In utroque mentiebatur. Nec enim habebat, nec
conferre poterat, quo carebat. Nullius enim obtinet
potestatem, sed ad pugnantem aduersarius derelictus
est. Secundò patet, quia si diabolus esset Dominus re-
gnorum terræ, & posset illa pro libito dare, semper ui-
ris malis daret, ut omnia malè fierent, & uitia cresce-
rent in immensum. Sæpe tamen repugnauerunt, &
ad magnas potestates ascenderunt uiri sancti: ideo nõ
dabantur regna a dæmone, sed a Deo. Tertiò patet,
quia per hoc tolleretur diuina prouidentia, nam si dia-
bolus potestatem haberet in regnis terræ, non solùm
sine ordine ista fierent, sed etiam omnia necesse erat
fieri per iniquitatem, & mala quæ homines patere-
tur non essent per diuinum iudicium, sed per diaboli
deordinationem, & potestatem, cui omnia ista subdita
essent. Hoc tamen est falsum, quia non solùm in rebus
magnis, sed etiam in minimis prouidentia Dei est, ut
infra 10. scilicet. Nonnè duo passeres asse ueneunt, & I
unus ex his non cadit in terra sine patre uestro, ideſt,
sine uoluntate Dei, & ordinatione eius. Et sequitur.
Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. No
lite ergo timere, multis passeribus meliores estis uos:
quasi dicat, unus passer non moritur, nec cadit in ter-
tam, & tamen passer, quod nihil ualet, quia duo passe-
res asse ueneunt, à fortiori uos nullum malum patie-
mini sine Dei uoluntate, & ordinatione. Vnde non
solùm membra corporis nostri à Deo custodiuntur,
sed etiam capilli nostri, qui nihil ualent, omnes nume-
rati sunt, & unus de illis non peribit sine Dei uolun-
tate. Et sic malum quantumcunque parum inferri
non poterit alicui, nisi Deus hoc faciat. Sic patet A-
mos. 3. scilicet. Si erit malum in ciuitate, quod Deus
non fecerit. q. d. Non est aliquod malum pœnæ quod
Deus non infligat. Non tamen habet potestatem su-
per regna, qui in illis nihil facere potest, nisi ab alio K
permittatur: ideo diabolus non habet potestatem in-
per regna terræ. Quartò patet, quia ad Ro. 13. dicitur,
non est enim potestas nisi à Deo: itaque qui resistit po
testati, Dei ordinationi resistit. Et iterum dicitur. Dei
enim minister est iudex in iram ei, qui malum agit. Si
ergo nulla potestas est, quæ non sit à Deo, nullum re-
gnum erit, quod sit a dæmone. Quintò patet, quia Da-
niel. 4. dicitur. Fœnum quasi bos comedes, & septem
tempora mutabuntur super te, donec scias, & septem
minetur excelsus in regno hominum, & cuicunque
voluerit, det illud. Et sic Deus est, qui dominatur in re-
gnis terræ, & ab ipso solo datur regnum, cui ipse uolue
rit. Sextò patet, quia Prouerbio. 21. dicitur. Cor regis
in manu Domini, & quocumq; uoluerit uertit illud. Et

Et quia per cor regis gubernatur regnum, necesse est A
regnum esse in potestate Dei, in cuius manu cor regis
est. Septimò patet, quia Deus uocatur rex regum, &
princeps omnium Regum terræ. Apoc. 1. Si tamen
diabolus esset princeps mundi, & daret regna cui uel-
let, non esset Deus princeps regum terræ, quia nihil
ad uoluntatem illius fieret: ideo diabolus non est
princeps regnorum, sed Deus solus.

Aliqui dicunt, quòd uerum est, quòd regna,
quæ iustè habentur a Deo dantur, quæ autem haben-
tur iniustè habentur a dæmone. Sic uidetur dicere
Chryso. super Matthæum, scilicet, Non potest diabo-
lus omnia regna dare, sed ea quæ per iniquitatem
sunt in mundo, ut puta furtum, aut periurium ac- B
quisitas illicitas diuitias diabolus quibus diuitias dare
potest, sed illis, qui uolunt ab illo recipere.

Dicendum tamen, quòd diabolus non dat aliqua
regna, nec potestates in mundo. Ideo siue acquiran-
tur iustè, siue iniustè, a Deo dantur. Patet hoc cùm
Apostolus dixerit, omnem potestatem a Deo esse, sci-
licet, non est potestas nisi a Deo: ergo tam benè, quàm
malè acquisita Deo. Secundò patet, quia si potestas
malè acquisita esset à dæmone, tolleretur prouidẽtia
Dei in illis regnis, & Dominijs, & ibi possent fieri plu-
rima mala, quæ non caderent sub diuina prouidentia,
& sic maior pars, & excellentior negociorum huma-
norum essent extra diuinam prouidentiam: quod fal-
sum est, cùm etiam unum capillum nostrum, aut unũ
passerem dicat Christus non cadere in terram, sine C
Deo, ideſt, sine eius ordinatione. infra 10. Tertiò pa-
tet, quia Daniel. 4. dicitur. Donec scias, quòd altissim⁹
dominatur in regno hominum, & sic in regno Nabu-
cod. dominabatur Deus. Et tamẽ istud regnum, & cõ-
muniter alia ipso tempore per tyrãnidem obtineban-
tur, quia Nabuc. contra omnes Gentes bella mouebat
solùm, ut eas subderet. Et tamen Deus dixit, q̃ trade-
ret eas in manus Nabuco. & non excuterent ceruicẽ
suam de iugo eius usque ad annos 70. ut patet Ier. 25.
Ergo etiam regna, quę per iniquitatem habent, à Deo
dantur. Quartò patet, quia Deus interdum facit ipsos
malos regnare, & de uoluntate sua regnant, ut patet
Iob 34. scilicet. Qui facit regnare hominem hypo-
critam propter peccata populi. Ergo tam boni, quàm D
mali à Deo regnum accipiunt. Quintò patet, quia
Deus dedit potestatem Senacherib Regi Assyriorum
super Iudæos. Nam per Isaiam decimo dicitur. Ad
gentem fallacem mittam eum, & contra populum
furoris mei mandabo illi: ut auferat spolia, diripiat
prædam, & ponat illum in conculcationem, quasi
lutum platearum. Senacherib tamen per iniquita-
tem pugnabat contra Iudæos, & dicebat non solùm
contra eos, sed etiam contra Deum ipsorum pugna-
turum se. 4. Regum. 19. & Isaię decimo. Sic etiam fuit
de Nabucod. quem Deus uocauit contra Iudæos, &
dedit ei fortitudinem, vt subijceret eos sibi Isa. 5. scili-
cet. Et leuabit signum in nationibus procul, & sibila-
bit ad eum de finibus terræ. Et Abachuch primo, di- E
citur, quòd Deus posuerat eum fortem ad corripien-
dum Gentes, & dedit eas sub iugo eius. Ierem. 15. Et
tamen Abachuc primo, & secundo dicitur, quòd erat
iniquus, & per iniquitatem pugnabat. Ideo dicebat ibi
Abachuch, quòd deuorat iniustus iustiorem se. Et sic
apparet, q̃ etiam viris iniustis Deus regna dat. Nam si-
cut viris iustis dat regna, quia boni sunt, & ut populus
bene regatur: ita dat iniustis regna, vt puniant subdi-
tos propter peccata ipsorum. Iob 34. scilicet. Qui facit
regnare hypocritam propter peccata populi. Aliquã-
do etiam propter bonos hoc fit, vt boni, qui imperfe-
cti adhuc sunt, hic purgentur, & per disciplinam tem-
poralem ad maiorem gradum uirtutis proficiant. Ad

dictum Chrysostom. dicendum, quòd cùm regnum
habetur per iniquitatem sunt ibi duo, scilicet, obtine-
re regnum, & iniquitas, per quã obtinetur. Regnum
enim, & obtinere illud à Deo solo est cuicũque pro-
ueniat, iniquitas causa per quam obtinetur à Deo nõ
est, sed à dæmone, vel ab homine. Et sic licèt obtinere
regnum semper à Deo sit, obtinere tamen illud per
iniquitatem non est à Deo, & hoc Chrysostom. vult.
Sed adhuc obijcitur, quia Oseę 8. dicitur, Regnauerũt,
& non ex me, principes extiterunt, & non cognoui.
Et sic aliquis principatus est, qui non est à Deo. Di-
cendum, quòd omnis principatus, vel regnum, siue in
bonis, siue in malis à Deo est, dicente Apostolo, quòd
non est potestas, quæ non sit à Deo. Bonorum tamen
principatus à Deo totaliter est, quia ipse tales princi-
pes instituit, & sibi de illis absolutè placet. Mali autẽ
à Deo in principes instituuntur, quia ei placet, quòd
illi principentur, cùm contra uoluntatem suam nihil
fieri possit. Non tamen absolutè Deo placet de eis,
quia mali sunt, sed inquantũ regimen malum eorum
aliquo modo est conueniens in pœnam propter ma-
los, vel in correptionem, propter bonos. Et sic dicitur,
regnauerunt, & non ex me, ideſt: medium illud, per
quod ad regnandum uenerunt, non fuit ex me, quia
per iniquitatem, scilicet, per tyranidem, vel fraudem
ad principatum uenerunt, & iniquitas illa à Deo non
est: Sed quod ipsi possint ad principatũ uenire à Deo
est. Et dicitur, principes extiterunt, & non cognoui, id
est, non approbaui, scilicet, modum quo ad principa-
tum uenerunt. Et ista uocatur apud sanctos Doctores
cognitio approbationis. Nam de absoluta cognitione
manifestum est, quòd Deus omnia cognoscit, siue bo
na, siue mala, & sic omnis principatus à Deo est: à dæ-
mone autem nullum regnum est, nec dari potest ali-
cui ab eo. Sed mentitus est dicendo, q̃ ipse poterat da
re, quia nullam potestatem habet diabolus in præsen-
ti, nisi tentare homines quantum Deus permiserit. Sic
dicit Titus, scilicet. In vtroque mẽtiebatur. Nec enim
habebat, nec conferre poterat, quo carebat: nullius
enim obtinet potestatem, sed ad pugnam aduersarius
derelictus est.

Quare diabolus tentauit Christum de auaritia, & idolatria. Quæst. LI.

QVAERITVR, quare diabolus tentauit Chri
stum de auaritia, & de idolatria. Dicendum de
primo, quòd propter multa tentauit eum de
auaritia. Primò diabolus uictus in duabus
præcedentibus tentationibus, non reputauit se totali-
ter uictum, quia adhuc supererat ei aliquid, de quo
Christum tentaret, scilicet, auaritia. Secundò fuit, quia
diabolus putauit, quòd fortè in isto uitio superare pos
set Christum, quia plurimi, qui circa cætera benè se
habent, circa diuitias peccant in superfluo desiderio
earum, dicente Salomone, quòd propter diuitias mul
ti perierunt. Poterat ergo esse, quòd si Christus fuisset
purus homo, licèt in alijs non fuisset superatus, quòd
in hoc superaretur: ideo tentauit eum diabolus. Ter-
tiò fuit ex dispositione Christi, quia ipse se aptum de-
dit ad hanc tentationem. Quia conueniens erat, vt de
auaritia tentaretur, vt in ea nobis resistendi tentatio-
nibus diaboli formam daret: cùm de isto uitio sæpe
homines tententur. De idolatria diabolus tentauit
Christum, quia erat uitium pessimum, vt si fortè ali-
quo modo eum tanquam purum hominem ad hoc
inclinaret. Secundò fuit, quia Christus de hoc noluit
tentari doctrinam nobis tradens, ne mirentur uiri bo-
ni, quòd sæpe de uitijs pessimis tententur, cùm Chri-

stus

Universidad de Deusto
Biblioteca

stus à dæmone de idolatria, quæ est pessimũ omnium vitiorum fuerit tentatus.

An tentatio ista fuerit conueniens, & verisimilis.
Quæst. LII.

QVAERITVR, an tentatio ista fuerit conueniens,& verisimilis. Dicendum,quòd tentatio diaboli, cùm in se mala sit, non potest absolutè uocari conueniens, sed dicitur conueniens,vel inconueniens respectu finis,ad quem diabolus illam instituit. Et quia omnis tentatio eius ad malum est,non solùm ad malum, sed etiã ad pessimum, conueniens erat ei. Cùm autem quæritur an erat uerisimilis,quidam dicunt, quòd non, quia malum manifestum in ea suadebatur. Dicendum,ꝙ licèt non esset uerisimilis ista tentatio simpliciter, erat tamen uerisimilis ex suppositione. Vnde si solùm diabolus tentasset Christum, vel aliquem alium de idolatria,dicẽs, adora me, non esset uerisimilis tentatio, & nemo sic ad eam moueretur. Diabolus tamen ostendit Christo omnia regna terræ,& dixit: Omnia hæc tibi dabo, si cadens adoraueris me. Licèt ergo aliquis iudicaret idolatriam absolutè malam, suppositio tamen, ꝙ pro uno actu idolatrię absolutè darentur omnia regna terræ,iudicaret aliquis bonam esse idolatriam istam: non quidem inquantum idolatria erat, sed inquàtum pro ea dabantur omnia regna terræ. Et sic fortè iudicaret melius esse idolatriam committere, & habere omnia regna terræ,quàm non committere,& nihil recipere: cùm uideamus plurimos, qui non pro tantis, sed pro paucis temporalibus delectationibus, vt uindicta inimicorum, non solùm semel, sed quasi continuè per vindictam dæmones colunt, multas cæremonias uenerationis iuxta eorum mãdatum exhibentes. Et alij miseriores, qui nullum unquam saltem parum temporale bonum ab eis recipiant, sed pro solo desiderio aliquorum bonorum temporalium,quæ frustra expectant dæmones uenerantur. Dicendum tamen,quòd aliquo modo erat ista tẽtatio non uerisimilis:inquantum diabolus promittebat ea,quæ nullo modo dare poterat, quia uir prudens satis cognosceret, & quòd diabolus nihil dare posset. Et sic dicit Remigius. Miranda etiam est diaboli dementia. Illi promittebat dare regna terrena,qui suis fidelibus dat regna cœlestia, & gloriam mundi ei,qui est cęlestis gloriæ Dominus. Et sic Cyrillus quasi admirans de diabolo dicit: Quomodo tu, cuius sors est inextinguibilis flamma, qualiter omnium Domino, quæ sua sunt,spondes? putasti cultorem habere,cuius metu tremunt uniuersa. Diabolus tamen non erubescit mentiri in talibus promissionibus: quia multi miseri desiderio cunctarum rerum, per quas se fœlices arbitrarentur, etiã si non sint verisimilia, quæ dicuntur, mouentur, & falli se permittunt: immo & interdum ipsi se ipsos fallunt, nolentes perdere spem tantarum rerum, quia saltem in falsa spe ipsarum rerum delectantur. Et istud est,quòd promissiones diaboli reddit verisimiles: & in hoc etiã amor sæculi hominem valde decipit,quia homo proponit sibi certam spem, & longam fruitionem illarum rerum,quas nunquam habiturus est.

Quare diabolus uoluit adorari. Quæst. LIII.

QVAERITVR, quare diabolus uoluit adorari Dicendum,quòd propter multa. Primò, vt per hoc Christum ad peccatum induceret colendo Deum alienum. Secundò, quia non solùm istud erat peccatum,sed etiã grauissimum omnium peccatorum ex genere suo propter duo. Primò,quia in cæteris peccatis aliquo modo repugnatur Deo, sed non totaliter, nec directè: in hoc autem penitus, & directè ei repugnatur. Sicut si regi iubenti aliquid facere, dicat aliquis: non teneor illud facere, vel nolo facere: malum est. Si tamen dicat,tu non es Rex:istud est pessimum,& maximè contra honorem eius, quia per hoc tota reuerentia ei adimitur, ꝙ nec fit in alijs. Ita est in Deo, si quis præuaricatur unum de præceptis eius, agit contra honorem ipsius. Si tamen idolatriam committit, dicit de eo, ꝙ non est Deus, quia non est possibile esse plures Deos. Sed qui idolatriam cõmittit, facit illum Deum respectu cuius idolatriam committit: ergo illum colendo est ac si diceret Deo vero, tu non es Deus. Nullum ergo potest esse ex genere peccatum maius, licèt aliquando per accidens aliquod de alijs peccatis sit maius, quã idolatria, vt si sit aliqua idolatria non grauis: sicut in aliquo sortilegio,vel augurio, & sit aliquod homicidiũ grauissimum, vel unum bellum iniustum, in quo sunt multa homicidia,& prædæ. Secundò est idolatria grauius ꝙ teris,quia in transgressionem præceptorum,quæ sunt ad proximum,est duplex præuaricatio:vna inquàtum homo lædit proximum agendo contra illam legem, quæ concernit ius illius. Alia est inquantũ homo contemnit legem,cuius Deus legislator est. Et sic in præceptis, quæ sunt ad proximum, malum quod directè fit in ipsa transgressione,non est contra Deum,sed solùm contemptus legis. In idolatria autem malum, quod fit per præuaricationem legis, directè est contra Deum, & non contra proximum, quia Deo tollitur honor debitus, per idolatriam, & datur alteri, cui non potest competere. Secunda etiam præuaricatio est contra Deum inquantum agit homo contra legem à Deo institutam de non colendo Deos alienos. Et sic in hoc præcepto utraque transgressio præcepti directè contra Deum est.Ideo est peccatum istud

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quidam dicunt, quòd non, quia aliquando in una ten F
tatione tentabat de uno peccato, & aliquando de duobus, sicut in vltima, in qua de auaritia, & de idolatria tentauit. Et tamen vna tentatio de vno peccato esse debet. Item videtur, quòd tentationes Christi esse debuerunt plures, quia tentatio diaboli ordinatur, ut inducat hominem ad peccatum, sunt tamen peccata mortalia vel capitalia septem. Diabolus autem non tentauit hic, nisi de tribus, gula, vanagloria, & cupiditate: ergo non fuit tentatio sufficiens. Item videtur, quòd non fuit ordo conueniens in tentationibus, scilicet, quia prius debebat tentari de auaritia, quàm de superbia, vel inani gloria: quia post victoriam omnium vitiorum remanet adhuc homini tentatio superbiæ, vel cuiusuis inanis gloriæ, quia superbia etiam bonis operibus insidiatur, vt pereant, vt ait Augustinus. Et tamen vltima tentatio fuit hic de auaritia, & media, sine de inani gloria, ideo videtur quòd non fuerit conueniens ordo. Item videtur, quòd Christus non se habuit conuenienter in responsione ad tentationes, quia dicit Hieronymus super Mattheum, quòd propositum Christi fuit diabolum humilitate vincere, non potestate. Non ergo debuit eum imperiose, & obiurgando repellere: quod fecit in vltima tentatione.

Dicendum quòd tentationes Christi factæ fuerunt ordine conuenienti. Est enim tentatio ad inducendum hominem in malum: & quia tentatio a diabolo fit per modum suasionis ille, & ordo debet esse intentio- H
nibus, secundùm quem id, de quo homo tentatur, magis ei suadere potest. Et quia non suadentur omnes homines eodem modo, cùm non sunt omnes vno modo affecti, tentationes a diabolo variè instituuntur quantum ad ordinem secundùm conditionem personarum, quas tentare vult. Nam si tentat hominem spiritualem, non tentat eum statim de granibus peccatis: sed paulatim a leuioribus incipit: vt postmodum ad grauiora perducat. Sic ait Gregorius exponens 31. Moralium illud quod habetur Iob 39. scilicet: Procul odoratur bellum, exhortationem ducũ, & vlulatum exercitus, scilicet: Bene Duces exhortari dicti sunt, & exercitus vlulare, quia prima vitia deceptæ menti, quasi sub quadam ratione se ingerunt, sed innumera, quæ sequuntur, dum hanc ad omnem insaniam pertrahunt, quasi bestiali clamore confundunt. Et hoc idem seruauit diabolus in tentatione primi hominis. Nam primò solicitauit mentem primi hominis de ligni vetiti esu dicens Genes. 3. Cur præcepit uobis Deus, ut non comederetis de omni ligno paradisi? secundò de inani gloria, cùm dixit, aperientur oculi vestri: tertiò perduxit tentationem ad extremam superbiam, cùm dixit, eritis sicut dij scientes bonum & malum. Et hunc etiam ordinem tentandi seruauit diabolus in Christo. Nam primò tentauit eũ de eo, quod appetunt quantumcunque spirituales viri, scilicet, de sustentatione corporalis naturæ per cibum. Secundò processit ad id, in quo spirituales uiri K
quandoque deficiunt, scilicet, vt aliqua ad ostentationem operentur, quod pertinet ad inanem gloriam. Tertiò produxit tentationem ad id, quod non est iam spiritualium uirorum, sed carnalium, scilicet, vt diuitias, & gloriam mundi concupiscant usque ad contemptum Dei. Et ideo in primis duabus tentationibus dixit: si filius Dei es; & non in tertia, quæ non potest conuenire spiritualibus viris, qui sunt per adoptionem filii Dei, sicut possunt eis conuenire duæ primæ tentationes: De his patet per Sanctum Thomam tertia parte summæ quæst. 41. arti. 4. in corpore. Ad primum dicendum, quòd diabolus tentauit in vltima tentatione de duobus, scilicet, auaritia, & idolatria. Et sic ei conueniebat, vt persuadere posset. Nam si de sola idolatria tentasset, non fuisset tentatio satis apta ad suadendum, quia idolatria, cùm sola proponitur, manifestum malum apparet, & nemo ad eam incitaretur, nisi spe alicuius præmij. Si autem diuitiarum, & potestatis solùm desiderium proposuisset: non videbatur sufficienter per hoc ad peccatum inducere, cùm diuitiæ, & honores aliquando licite appetantur. Proposuit ergo idolatriam cum honoribus, & diuitijs, vt sub spe istorum Christum ad idolatriam inclinaret. Appetere enim diuitias, & honores tunc peccatum est, quando inordinatè appetuntur. Hoc autem præcipue manifestatur ex hoc, quòd pro ijs adi- G
piscendis homo aliquid inhonestum facit. Et ideo non fuit contentus diabolus persuadere cupiditatem diuitiarum, & honorum: sed induxit ad hoc, quòd propter ista adipiscenda Christus eum adoraret, quod est maximum scelus contra Deum. Nec fuit omnino speciale in tertia tentatione, quòd fuerit de duobus vitijs, quia sic etiam fuit in præcedentibus, scilicet, quia ex appetitu vnius peccati in alterum inducere conabatur: sicut ex desiderio cibi conatus est inducere in uanitatem, scilicet, faciendo miracula sine causa: & ex cupiditate honoris conatus est ducere ad tentandum Deum se præcipitando. Ad secundum dicendum, quòd Christus dedit nobis doctrinam resistendi tentationibus circa omnia uitia resistendo his tentationibus tribus: ideo non oportuit, vt pluries tentaretur, cùm in peccatis ad quę diabolus intendebat deducere. Per has tentationes includebantur omnia peccata, uel quæ oriantur ex eis, aut habeant aliquam habitudinem ad ipsa. Sic dicit Ambrosius super Luc. scilicet, Non dixisset scriptura, quòd consummata omni tentatione diabolus recessit à Christo: nisi in tribus I
premissis, esset omnium materia delictorũ, quia cuius tentationum, causæ sunt cupiditatis, scilicet, carnis delectatio, spes gloriæ, & auiditas potentiæ. Ad tertium dicendum, quòd circa tentationem inanis gloriæ, & auaritiæ non apparet, ideo incertum est, quæ illarum prius fuerit, cùm Matth. ponat vltimo loco tentationem de auaritia, & Luc. tentationem de superbia, vel inani gloria. Quæ autem prior fuerit, non refert secundùm August. lib. 2. de concord. Euangelistarum, cùm constet vtranque factam fuisse, licèt vt supra dixi- J
mus in quadam quæstione, ordo quẽ ponit Matth. est magis ad literam, quàm ille, quem ponit Luc. Habuerunt tamen Euangelistæ cautam variandi in ordine istarum tentationum, vt ostendant ordinem originis vitiorum, scilicet, quia aliquando inanis gloria oritur ex auaritia. Et hoc concordat ordini beati Lucæ. Aliquando vero oritur auaritia ex superbia, vel inani gloria. Et hoc concordat ordini Matthæi. Sic dixit Maximus. s. Ob hoc autem euangelistarum hanc iste, illam vero ille præmittit: quia inanis gloria, & auaritia adinuicem se gignunt. Modus autem est, quia quando auari ex multitudine diuitiarum, quas possident, in quandam superbiam, & inanem gloriam intumescunt. Et tunc auaritia gignit superbiam, & inanem gloriam. Interdum vero, qui in superbia, & inani gloria delectantur: quia statum illum tenere non possunt, & diu conseruare sine diuitijs & potestate, incipiunt eis desiderium istorum, quod ad auaritiam pertinet. Et tunc superbia, & inanis gloria auaritiam gignunt. Ad quartum dicendum, quòd intentio Christi erat per humilitatem diabolum superare, & tenuit eum quamdiu decuit, scilicet, in duabus primis tentationibus, quæ erant solùm ad propriam injuriam Christi, inquantum homo erat. Cùm verò diabolus prorupit in manifestam blasphemiam petens se adorari, quod ad solùm Deum pertinebat, Christus non tolerauit, nec

nec tolerare debuit, sed obiurgando repulit Satanam A
dicens: Vade Satana.

Tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.

Tunc reliquit. Hic ostenditur Christi diuinitas ex ministerio sanctorum Angelorum. Nam sancti Angeli nullum maiorem habent nisi Deum. Si ergo alicui, tanquam maiori ministrent, oportet dici illum esse Deum. Et ita fuit de Christo, cui hic angeli tanquam Domino ministrauerunt, & dicitur. *Tunc reliquit eum diabolus.* Scilicet, consumatis istis tribus tentationibus recessit diabolus: sic dicitur Luc. 4. quòd consumata B
omni tentatione diabolus recessit ab eo. *Et ecce angeli accesserunt.* Scilicet, angeli boni, qui non erant præsentes dum Christus tentaretur: finita autem tentatione accesserunt ad eum, & ministrabant ei, seruiendo in aliquo, quid autem istud erat infra dicetur.

Quanto tempore fuit diabolus cum Christo.
Quæst. LVIII.

QVAERITVR, quanto tempore fuit diabolus cum Christo. Dicendum, quòd diabolus fuit semper cum Christo, ex quo cepit tentare eum, vsquequo finita est tentatio. Nam à principio tentationis dicitur quòd tunc reliquit eum C
diabolus & sic viditur, quòd toto tẽpore medio manserat eum eo. Ex hoc autem apparet, quòd diabolus mansit pauco tempore cum Christo, & non est verisimile, quòd manserit vna die integra. Primò patet hoc, quia istæ tentationes fuerũt continuæ, ideſt, postquam cepit diabolus tentare Christum nunquam desijt tẽtare, vsque ad finem omnium tentationum: cùm semper manserit diabolus cum Christo à principio tentationum vsque ad finem, nunquam ab eo recedens, vt dictum est, & tamen diabolus cum Christo manens, non erat oeiosus. Semper ergo eum tentauit quamdiu cum Christo fuit. Tentationes tamen istæ contiD
nuè faciendo eas, ideſt, non interiecto aliquo tempore inter illas, poterant fieri in breui. Nam prima tentatio solùm fuit, quòd diabolus Christo dixerit, quòd conuerteret lapides in panem, & ille ait, non est necesse, quia non in solo pane viuit homo &c. Immediatè assumpsit eum diabolus, & constituit super pinnaculum templi, dicens, quòd se præcipitaret. Et Christus dixit, quòd non faceret, quia erat tentare Deum. Et tamen de deserto in pinnaculum quasi in momento poterat diabolus Christum portare, cùm Christus nõ venerit pedibus suis, sed à diabolo portatus fuerit, vt probatum fuit supra in quadam quæstione. Et de pinnaculo subitò etiam tulit eum in montem excelE
sum, de quo ostendit ei omnia regna terræ, & gloriam eorum: & dixit, hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Christus autem repulit eum dicens. Vade Satana. Istud autem in breui factum est, quia Luc. 4. dicitur, quòd diabolus ostendit Christo in momento temporis omnia regna orbis terræ. Et in hoc fuit consummata tota tentatio. Ideo in pauco tẽpore, scilicet, quia toto hoc tempore quo diabolus tentabat Christum, esuriebat Christus, & non comedit usque ad finem tentationis. Si tamen durasset tentatio una die, aut plus, esset inconueniens, scilicet, quia Christus tanto tempore cruciaretur. Ideo pauco tempore duratauit, nisi postquam cœpit esurire, vt patet in litera, scilicet, quòd cùm ieiunasset quadraginta diebus esu-

Alph. Tost. in Matth. Comm.

rijt, & tunc accedens tentator dixit ei: si filius Dei es &c. Quod autem non comederit durantibus tentationibus patet, quia illæ fuerunt continuæ, vt supra dictum est, & sic non erat locus Christo ad comedendum: maximè quia finita tentatione dicitur, quod accedentes angeli ministrabant ei. Et solet intelligi de cibo, & potu. Tunc ergo primò comedit. Si autem durasset tentatio ista aliquot diebus, fuisset magnus cruciatus Christo. Nam in quadraginta diebus, quibus ieiunauit non affligebatur, quia non esuriebat, sed illis finitis cepit esurire, & tunc cruciabatur fame, sicut quilibet purus homo. Quando tamen fames post quam ceperit duret per diem integram, aut plus, est magnus cruciatus. Nuuc autem non erat aliqua causa, quare Christus tam amarum cruciatum subire deberet. Ideo dicendum est, quòd famem pauco tempore toleraverit. Maximè, quia omnia, quæ Christus patiebatur pro nobis erant. Si ergo magnam, & diuturnam sustinuisset famem, quæ faceret cruciatum, notificata esset nobis per scripturas, ut uideremus, quid nobis profuisset, uel in quo per eam instrueremur, & tamen non scriptum est de ea. Ideo credendum est, q̃ non fuerit: & sic necesse erat, quòd pauco tempore durauerit tentatio, cùm toto illo tempore Christus famem sustinuerit. Vnde in ipsa die in qua tentatio cepit, finita est in breui tempore.

Quando diabolus recessit à Christo, in quo loco eum dimisit.
Quæst. LIX.

QVAERITVR, quando diabolus recessit à Christo finita tentatione, in quo loco eum dimisit. Pro hoc sciendum, quòd tentatio ultima Christi facta est in monte excelso, de quo diabolus ostendit ei regna terræ, & sic est dubium, an reliquit eum ibi diabolus, uel deduxit eum ad alium.

Quidam dicunt, quòd deduxit eum in regionem suam, scilicet, in Galilæam, de qua Christus uenerat, antequam inciperet tentatio. Sed dicendum, quòd non stat. Primò quia hic dicitur, quòd tunc reliquit eũ diabolus, & Luc. 4. dicitur, quòd consummata omni tentatione diabolus discessit à Christo. Et sic post D
tentationem nihil fecit diabolus cum Christo. Et tamen tentatio finita est in hoc, quia Christus dixit Satanæ. Vade Satana. Ergo diabolus nihil circa Christum egit. Et sic non tulit eum de ipso loco, in quo illum nunc tentauerat. Secundò patet, quia Luc. 4. finitis istis tentationibus dicitur, & regressus est Iesus in uirtute Spiritus in Galilæam. Et sic non reduxit diabolus Christum de loco tentationis in Galilæam, sed ipse per se uenit. Tertiò patet, quia Christus diabolum repulerat ignominiosè dicens: Vade Satana. Non ergo maneret amplius Satanas cum eo. Et sic non portaret eum amplius de loco ad locum. Quartò patet, quia diabolus non desideraret facere aliquod obsequium Christo finita tentatione, sed potius eum E
haberet exosum, cùm ab eo uictus, & confusus fuisset, ideo nollet eum portare ad alium locum, in quo melius esse posset, nisi ad hoc cogeretur. Et tamen ad hoc non coactus est, quia Christus non indigebat ministerio eius, nec usus est eo nisi ut tentatore. Quintò patet, quia dicitur, quòd discedente diabolo accesserunt angeli, & ministrabãt Christo. Et sic quæcunque ministratio esset Christo placens, fieret sibi per angelos suos. Potissimè cùm scriptura ponat illico eos fuisse præsentes ad ministrandum: Diabolus autem Deo non placet, ideo non est ab eo electus minister, nisi in malis, ideſt, quæ ad malum finem fieri posset, cũ diabolus nihil bono aĩo agat. Dicẽdũ ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd Christus mansit in monte excelso in quo diabo F
lus eum tentauerat, & ibi ministrauerunt ei angeli. Quomodo autem postea redierit in regionem suam est dubium. Et hoc pendet propter dubium de monte, in quo tentatus est. Nam si ille mons fuit extra terram Iudææ distans ab illa, Christus rediret de illo monte supernaturaliter: quia non erat verisimile, quòd lõginquas regiones pedibus peregrinare vellet, cùm ex hoc nihil boni specialiter sequeretur: si autem mons ille erat intra terram Iudææ, scilicet, circa Quarantanam non longe à Iericho, sicut communiter tenetur, & supra dictum est. Christus rediret de illo monte pedibus suis. Si autem primum ponatur, poterat Christus redire miraculose etiam de extremo orbis in momento, non transeundo per medium. Nam potest es- G
se nunc in uno loco, & immediate in alio quantumcunque distante, nullum medium transeundo, & hoc solius diuinitatis virtute. Aliter poterat esse, quòd transiret per totum medium quasi volando, & hoc in breuissimo tempore, sicut angelus transtulit Abacuch de Iudæa in Chaldæam quasi in momento, scilicet, impetu spiritus sui. Danielis vlti. & sicut diabolus portabat eum de deserto in pinnaculum, & de pinnaculo in montem excelsum. Aliter etiam poterat esse, scilicet, quòd Christus vteretur ministerio angelorum, cùm illi accessissent, vt ministrarent ei, & quòd faceret se portari ab eis de illo monte in Iudæam: non quidem tanquam eorum ministerio indigens, sed propter honorem, ut ait Chrysost. super Matth. Magis ta- H
men videtur dicendum secundum, scilicet, quòd ille mons excelsus fuerit circa Iericho, & Christus ibi relictus a diabolo tentatione finita acceperit ministerium ab angelis in aliquo de quo infra dicetur, & postea pedibus suis redierit in Galilæam, de qua erat, & hoc innuitur Lucæ quarto, vbi finitis tentationibus dicitur, Et regressus est Iesus in virtute spiritus in Galilæam.

An finita tentatione diabolus à Christo recesserit sponte, uel coactè. Quæstio. LX.

QVAERITVR, quare finita ista tertia I
tatione diabolus recessit a Christo: & an ipse sponte recessit, vel a Christo recedere coactus est. Quidam dicunt, quòd recessit coactus Christo iubente. Nam dixit ei, vade satana. Et sic non licuit ei ultra ibi manere. Alij dicunt, quòd diabolus sponte recessit, quia compleuerat iam totam tentationem suam, & non habebat vltra quid faceret, & ideo recessit: sic innuitur Luc. 4. scilicet. Et consummata omni tentatione discessit ab eo diabolus. Dicendum, quòd vtrumque verum est, scilicet, quia iussus est recedere, & etiam ipse recedere voluit. Vnde propter multa recessit. Primò, quia recedere iussus est, cùm Christus imposuerit terminum tentationibus eius per imperium dicens, vade satana. Sic dicit Chrysostomus K
super Matthæum, quòd Christus dicens diabolo, vade satana, finem tentandi ei imposuit, ne progrediatur vlterius tentans. Sic etiam idem Chrysostomus dicit: Diabolus sicut rationabiliter intelligi potest, non quasi obediens præcepto recessit: sed diuinitas, & spiritus sanctus, qui erat in eo, excussit inde diabolum. Et sic innuit, quòd diabolus non recessit propter præceptum Christi inquantum erat nudum præceptum, sed inquantum in eo latebat quædam vis deitatis: ita vt necesse esset diabolo facere id, quod ei iuberet. Secundò fuit recessus diaboli a Christo ex imperio propter nostram instructionem, & spem. Vt quando tentamur non deficiamus animo putantes, quòd relicti sumus potestati diaboli, vt iuxta voluntatem suam, & uires nos tentet. Quia non potest nos tentare amplius quàm Deus permittit. Sic dicitur primæ Corinth. decimo. Fidelis est Deus, qui non permittet uos tentari vltra id, quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentum, vt sustinere possitis. Nam & Christus non solùm inquantum Deus tollet a nobis diabolum, ne tentet iuxta voluntatem, sed etiam ipse inquantum homo orauit pro nobis, ne tentaremur a diabolo quantum ipse vellet. Sic dixit Christus Luc. vigesimosecundo. Simon ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Sic dicit Chrysostomus super Matthæum, scilicet, quòd diabolus reliquit Christum, quòd ad nostram proficit consolationem. Quia tamdiu homines Dei diabolus tentat, quamdiu Christus permittit. Et si enim permittat eum paulisper tentare, repellit pronim infirmitatẽ nostrã. Tertiò recessit diabolus, quia iam desperabat posse Christum vincere. Tentauerat enim eum in multis, & in omnibus inueniebat eum superiorem: ideo putans, quòd numquam posset contra eum præualere, quia nulla ad hoc signa videbat, recessit. Sic dicit Athanasius, scilicet, Accesserat quidem ad eum hostis, vt ad hominem. Non inueniens autem in ipso antiqui sui seminis signa, discessit. Quartò recessit, quia iam non uidebatur superãre aliquid, de quo tentaret. Nam tentauit Christum de tota materia vitiorum, cùm in istis tribus tentationibus includantur omnes radices peccandi. Et qui in istis non superatur, nihil est, de quo amplius tenteri possit. Et sic dato quòd Christus diabolo non insisset recedere, ipse recessisset: quia iam nihil erat, de quo tentare deberet. Sic innuitur Luc. 4. scilicet; Et consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo: quasi dicat, quòd propter hoc recessit, quia omnis tentatio consummata erat. Et sic non habebat quid ultra cum Christo ageret: sic dicit Ambrosius super Lucam, scilicet, Non dixisset scriptura omnem tentationem consummatam, nisi in tribus præmissis esset omnium materia delictorum, quia causæ tentationum causæ cupiditatum sunt, scilicet, carnis oblectatio, spes gloriæ, auiditas potentiæ. Factum est autem speciali dispensatione Dei, quòd tunc Christus diabolo recedere iuberet, quando omnis tentatio consummata erat: quia utrumque necessarium erat, scilicet, tentationem consummari, & diabolum per Christi imperium repelli. Nam si Christus antequam finirentur omnes tentationes diabolum repelleret, non putaret diabolus se esse uictum, cùm superesset sibi aliquid de quo tentare posset. Et rursus Christus non dedisset nobis perfectam doctrinam de resistendo tentationibus. Fuit etiam necessarium quòd diabolus a Christo repelleretur, vt nobis daretur spes, quòd in tentationibus non quantum diabolus uellet, sed quamdiu Christus permittat nos tentet. Fuit etiam hoc, quia diabolus in blasphemiam prorumpebat, & decebat eum repelli, vt innueretur nobis, quod blasphemia Dei non solùm non sit tolerandæ, sed nec etiam audienda, ut ait Chrysostomus super Matthæum. Ad hoc autem Deo disponente factum est, ut in fine omnium tentationum, quas diabolus facere uellet, pessima poneretur, in qua Christus eum tentauit, quam blasphemum repelleret. Si autem ista fuisset prima, vel media: oportuisset, quòd Christus diabolum repelleret, antequam accederet ad aliquas tentationes. Sic ergo optimè ordinatum est. Quintò diabolus nunc recessit, uel recedere iussus est, quia non erat iustum, vt in eodem tempore postquam uictus erat ter, permitteretur ultra tentare, licèt ei pro alio

alio tempore tentandi maneret locus. sic innuitur Lu A
ca quarto, scilicet. Consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo tempore usque ad tempus, ideest, alio tempore post redijt. Sic dicit Greg. Nisen⁹. s. Legimè pugnanti agonum reperitur terminus, uel quia aduersarius sua sponte cedat vincenti: vel trino casu deponitur secundum purgatoriæ artis decretum. Sexto recessit diabolus propter verecundiam, quia licèt diabolus inuidus sit, & semper nocere desideret, & quanto aliquis fuerit melior, tanto magis & acrius in eum nititur, est tamen superbus valde, & erubescit superari. Ideo quando pluries ab eodem homine superatus fuerit, erubescit eum amplius tentare. Sic ait Ambros. super Lucam, scilicet. Vides ergo ipsum diabolum non esse in studio pertinacem: cedere verò soleB
re uirtuti. Et si inuidere non desinat, tamen instare formidat, quia frequentius refugit triumphari.

Quare Angeli, & qui Angeli ad Christum accesserunt. Quæst. LXI.

QVAERITVR, quare dicitur, quòd Angeli accesserunt nunc ad Christum finita tentatione, & qui erant isti Angeli. Dicunt quidam, q isti erant Angeli dati Christo ad custodiã, & astabant videntes quomodo de hoste triumpharet. Dicunt enim, quòd Christus habuit angelum deputatum sibi ad custodiam, sicut cæteri homines per hoc, quòd dixit Dionys. libro de celesti Ierarch. cap. 4. scilicet, quòd Christus subdebatur paternis dispositionibus mediantibus Angelis. Sed custodia angelorum est executio diuinæ dispositionis de hominibus per angelos: ergo uidetur, quòd Christus habuerit angelum custodem. Item quia Luc. 22. dicitur, quòd instante passione apparuit ei angelus Domini confortans eum. Confortare tamen est vnus de actibus custodiæ angelicę, Christus ergo Angelum habuit custodem.

Dicendum, quòd Christus non habuit aliquẽ Angelum custodem, quia custodia angelica est propter necessitatem humanam, vt cùm natura angelica sit perfectior, & potẽtior natura humana, quòd in illis in quibus homines non sufficiunt ad seipsos custodiendam custodiantur per Angelos, vt nihil desit prouidentiæ diuinæ, & bono regimini vniuersi. Christus autem erat maior omnibus angelis, ideo custodia angelica non indigebat, sed potius Angeli indigebant custodia eius. Sic enim dicit Chrysostomus super Matthæum. Verè enim filius Dei angelorum manibus non portatur, sed ipse magis Angelos portat. Et si portatur manibus angelorũ, non ut nõ offendat ad lapidem pedem suum quasi infirmus, sed propter honorem quasi Deus. Sic etiam dicit Origenes super Lucam: Vide quomodo versipellis in testimonijs scripturæ vult minuere gloriam saluatoris quasi angelorum indigeat auxilio, offensurus pedem nisi eorum manibus subleuetur. Nec enim indiget angelorum auxilio, qui maior est angelis: quin potius disce Diabole, quia nisi Christus adiuuaret angelos, offenderent pedem suum. Erat enim anima Christi maior omnibus Angelis, & immediatè à uerbo sibi unito illuminata. Erat etiam Christus semper verus compræhensor. Vnde bonum eius non poterat impediri, nec iuuari. Et sic non ipse indigebat Angelo custode, quia perhuiusmodi custodiam adiuuatur homo ad sequẽdum bonum suum, & tolluntur impedimenta, quæ possent eum ab illo distrahere.

Ad primam rationem dicendum, quòd Christus

Alph. Tost. in Matth. Comm.

erat subditus paternis iussionibus mediantibus angelis, non quidem directè quantum ad Ioseph, & Matrem eius, qui per Angelos instruebantur, quid de puero facere deberent.

Ad secundum dicendum, quòd illa confortatio angelica non pertinebat ad custodiam Angelorum, quia non fuit imprimendum aliquid in eum: sed per modum ministerij inquantum gratulabantur fortitudini eius. Sicut homo naturaliter in tribulatione confortatur ad præsentiam amicorum, & ita eo modo, quo in Christo potuit esse uera tristitia, fuit in eo uera confortatio. De quo magis dicetur Luc. 22. De his sanctus Thom. 2. sen. di. 11. ar. 3. in responsione ad sextum & septimum argumentum. Et sic apparet, quòd Christus non habuit angelum deputatum ad custodiam. Vnde isti angeli non astiterunt tanquam ad custodiam deputati. Item si fuissent angeli dati ad custodiam, tunc fuissent maxime præsentes Christo, quando tentabatur: quia tunc homo est in maximo periculo spirituali, scilicet, quando a dæmone tentatur. Et tamen quamdiu Christus tentabatur, erant isti angeli absentes, & finita tentatione accesserunt, ergo nõ erãt dati ad custodiam. Item dati angeli ad custodiam sunt maiores his, quos custodiunt, saltem in hoc, quòd illos custodiunt. Et sic angeli custodes non dicuntur ministrare hominibus, quòd dicit inferioritatem, sed dicuntur custodire eos, vel liberare ab incommodis. Et tamen isti angeli, de quibus hic dicitur, accesserunt, & ministrauerunt Christo: ergo non erant angeli custodes. Sed obijcietur, quòd angeli custodes ministrant, quia dicitur ad Hebr. primo. Sunt omnes administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.

Dicendum, quòd angeli custodes Domini ministrare non quidem custoditis, sed ipsi Deo ad cuius mandatum homines custodiunt. Et sic vocantur ministri Dei. Psalm. 103. & ad Hebræ. primo, scilicet. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Et sic angelos vocauit Dei ministros, & non hominis. Item patet, quia non fuissent plures, sed vnicus, quia cuilibet homini assignatur unus angelus in custodiam, & tamen isti erant multi, ergo nõ erant angeli custodes. Et sic dicendum est, quòd isti non venerunt ad custodiam Christi: sed scriptura dicit, quòd angeli venerunt. Et hoc propter multa. Primò propter honorem Christi, quia in omnibus præcedentibus tentatus fuerat sicut purus homo, & non apparebat eius deitas. Ideo ne quis putaret eum esse purum hominem sicut cæteros, qui tentantur, scriptura dixit, quòd angeli accesserunt, & ministrauerunt ei. Secundò quia intentio Matthæi est in omnibus præcedentibus probare Christi deitatem. Et supra posuerat ad hoc multa testimonia, scilicet, Magorum, & stellæ & Dei patris in voce, & ipsius Ioannis Baptistæ, addidit hoc testimonium angelicum, per quod etiam patet eum esse Deum, quia nullus est maior angelis bonis, nisi Deus saltem secundùm naturam: Christus tamen erat maior eis: quod ipsi ostenderunt inquantum ministrauerunt ei. Ideo apparebat eum esse Deum. Nam ministrare ad minores pertinet, sicut Christus dixit Matthæ. vigesimo. Quicunque uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister. Et Luc. secundo dicitur: Quis maior est, qui recumbit: an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Tertiò fuit hoc ad instructionem nostram, & spem, ut sciamus, quòd quandocunque tẽtamur à diabolo angeli Dei præsentes sunt, & desiderant nostram victoriam. Et postquam vicerimus quasi congratulantur nobis, & appropinquant ad nos. Quartò secundum aliquos angeli nunc accesserunt, quia

ex causa recesserant a Christo ad tempus. Nam dicunt, quòd angeli semper erant præsentes Christo. Nunc verò propter tentationem recesserunt modicum ab eo. Finita autem tentatione redierunt ad Christum, sicut soluti erant: sic dicit Chrysostomus super Matthæum. Causa autem quare recesserunt ab eo tempore tentationis, fuit primò, vt diabolo daretur locus tentandi Christum. Nam si videret diabolus præsentes Angelos, ad tentandum accedere non auderet. Sic dicit Chrysostomus super Matthæum, scilicet: Non autem dixit descendentes angeli, vt ostendat, quia semper ad ministerium eius erant in terris, sed tunc præcipiente Domino recesserunt ab eo, vt locus diabolo aduersus Christum daretur, ne forte videns angelos tunc non appropinquaret ad eum. Secundò fuit, vt diabolus non cognosceret Christum, quia desiderium diaboli in istis tentationibus erat scire an Christus esset Deus, vt patet ex duabus tentationibus. Si autem diabolus videret Christum cum angelis præsentibus quasi venerantibus eum, agnosceret illum esse Deum, cui Angeli ministrabant. Christus autem hoc voluit latere dæmonem, ideo præsentes Angelos non habuit pro tunc. Tertiò fuit hoc, vt ipse Christus proprijs viribus vincere videretur, & non adiutorio angelorum. Nam vt ait Hylarius super Matth. Diabolus erat non a deitate, sed ab humanitate superandus. Vt ergo non putaretur, quòd Christus homo indigeret angelorum auxilio, fecit illos esse absentes tempore tentationis suæ: vt sic victoria Christi appareret gloriosior in quantum solus vincebat, & esset maior honor naturæ humanæ. Sic etiam dicit Nicolaus. Quartò fuit hoc propter instructionem vt sciamus, quod quando tentamur à dæmone, Deus permittit nos aliqualiter affligi ab eo, vt locum merendi hēamus. Et facit, quod angeli custodes nostri non adiuuent tūc nos iuxta totas vires suas, quia aliàs diabolus non posset nos tentare, cùm illico angeli custodes eum repellerent. Et tamen permittūt eum contra nos agere, sicut Deū velle vident. Et ista pemissio significatur per aliqualē absentiam angelorum a Christo tempore tentationis. Non est tamen ista permissio totalis: ita vt permittant dæmonem agere iuxta omnes vires suas. Et nos totaliter destituāt, quia tunc semper vinceremur propter altitudinem Sathanæ. Sed permittimur tentari quantum possumus tollerare, & tunc angeli custodes nos adiuuant. primæ Corinth. 10. scilicet. Fidelis est Deus, qui non permittet vos tentari vltra id, quod potestis. Istud adiutorium, quod angeli nobis faciunt, quando nos fecimus quantum potuimus, signatur per hoc, quòd angeli non erant multum elongati a Christo tempore tentationis, licèt non essent omnino præsentes. Et hoc colligitur in quantum dicitur in litera. Reliquit eum diabolus, & ecce angeli accesserunt, idest immediate accesserunt, quod signat illa dictio, ecce. Satis ergo propinqui erant, cùm immediatè accedere potuissent. Etiam quia dicitur, accesserunt, quia accedere non est nisi inter ea, quæ propinqua sunt. In his autem, quæ long inqua sunt dicitur venire, & non accedere. Sic dicit Chrysostomus super Mattheum. Quintò quantum ad principale angeli accesserunt ad Christum post tentationem, quasi ad gratulandum ei de victoria, & ad honorandum ipsum. Quia superauerat dæmonem. Nam angeli boni lætantur, & laudant Deum, quando diabolus superatur. Sic patet Apocalypsis duodecimo. Ibi cùm Michael, & angeli eius præualuissent contra draconem, qui vocatur ibi diabolus. Et dicitur: Et audiui vocem magnam dicentem. Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum vestrorum. Sextò Angeli accesserunt, ut innuatur, quòd illi, qui hic dæmonum tentationes superant, angelorum concues erunt post mortem. Et etiam hic habebunt eorum auxilia: sic dicit Hilarius, scilicet: Victo autem a nobis calcatoque diaboli capite, & angelorum ministeria, & virtutum in nos cœlestium officia non defutura ostenditur.

In quo ministrauerunt Christo isti angeli, qui accesserunt.
Quæst. LXII.

QVAERITVR, in quo ministrauerunt nunc Christo isti angeli, qui accesserunt. Dicendum, quòd dubium est. Potest tamen accipi multipliciter. Vno modo, quòd angeli accesserunt nunc ad ministrandum, non quòd aliquod speciale ministerium Christo impenderent, quod prius non impendissent, sed quia semper angeli erant ministri Christi, & præsentes erant ad seruiendum, & in quo uellet. Et quia nunc ad tempus tentationis paululum se ab eo elongauerant, dicitur, quòd accesserunt, & ministrabant, idest, erant præsentes, vt ministrarent in omnibus, quæ eis Christus iuberet. Alio modo intelligitur secundùm quosdam, quòd angeli ministrabant Christo quantum ad omnia, quæ ipse faciebat, siue in correptione animarum, siue in effugatione dæmonum, & in operationibus mirabilibus. Sic dicit Chrysostō. super Matth. scilicet, In quibus autem rebus illi ministrabant scire non possunt, utrum ad sanationes infirmitatum, an ad correptionem animarum, an ad effugationem dæmonum: quæ omnia per angelos facit. Vnde eis facientibus ipse facere videtur. Tamen manifestum est, q̄ non propter necessitatem impossibilis eius ei ministrabat, sed propter honorem potestatis ipsius. Nō. n. dicitur, quòd adiuuerint eum, sed q̄ ministrarēt. Aliter potest intelligi, quòd angeli ministrauerunt Christo, scilicet, in cibo, & potu prouidentes ei iuxta necessitatē famis deportantes ei cibos de aliquo loco. Istud est rationabile. Primò, quia ministrare in communiori significatione accipitur pro seruitio, quod exhibetur ad mensam, & in ciborū apparatu: sic accipitur Act. 6. scilicet, Non est æquum nos relinquere uerbum Dei, & ministrare mensis: sic etiam Luc. 12. Martha conqueritur, quòd soror sua relinquat eam solùm ministrare. Et sic communiter in scriptura accipitur. Vnde Christus dixit, Quis est maior, qui ministrat, an qui recumbit? infr. 20. idest, Quis est maior, qui sedet ad mensam, vel qui seruit ei de cibo? Cùm ergo ponatur hic ministrare sine aliquo adiuncto, videtur accipi pro ministrando cibum. Secundò patet ex adiuncto, quia sūpra dicebatur, quòd Christus esuriebat antequam inciperet tentari, & sustinuit famem quamdiu tentatio duraut. Cùm ergo dicatur nunc, quòd angeli ministrauerunt ei, de cibo intelligendum videtur. Tertiò apparet hoc ex quadam necessitate, quia Christus, tum iam inceperat esurire, cùm deitas relinqueret naturam humanam conditioni suæ. Ergo necesse erat, quod Christus affligeretur ualde, & moreretur, si non prouideretur ei de cibo. Et tamen in deserto non habebat cibum, quia si habuisset cibum, non tentasset diabolus eum a principio dicens, dic vt lapides isti panes fiant. Non poterat etiam fortè Christus satis cito recurrere ad loca habitata ad cibos habendum, quia in deserto erat, & iam aliquantulum famem sustinuerat. Non ergo erat modus alius aptior, quàm ut sibi per angelos ministraretur, adducendo cibos de aliquo loco, & forte de domo matris suæ, vt aliqui dicunt. Hoc etiam conuenit angelis, quia ipsi subueniunt fami-

licis, qui aliunde sibi prouidere nequeunt. Sic patet de angelo, qui posuit panem subcineritium, & vas aquæ ad caput Eliæ dormientis in solitudine. 4. Regum. 19. Sic etiam Danieli esurienti in lacu Leonum angelus dedit cibum portando Abacuch, & cibos eius: Daniel. vlti. Et si dicas, quòd Christus poterat cibos formare, concedendum, & tamen forte placuit sibi magis iste modus, quia ita poterat cibos creare in lacu Leonum pro Daniele, & tamen noluit, sed misit Angelum, & Abacuch cum cibis: & iste est modus satis conueniens.

Quæruntur quędam circa tentationem humanam.
Quæst. LXIII.

QVAERITVR nunc circa tentationem humanam, quoniam supra multa dicta sunt de tentatione Christi, cū qua nostra tentatio concordat. Nunc ergo in generali erunt aliqua dubia de tentatione. Et primum est quid sit tentatio. Dicendum, quòd tentatio accipitur variè, aliquādo largè, aliquando propriè, & tamen ad propriam, & perfectam rationem tentationis tria concurrunt. Primò, vt per tentationem alicuius dubij cognitiò accipiatur. Secundò, vt hoc sit intentum ab eo, qui tentationem facit. Tertiò, ut ipsemet, qui tentat, cognitionem ipsius rei accipere velit. Et hoc modo dicitur quis tentare equum in cursu, quando per cursum vult accipere experimentum de agilitate eius, vel de tarditate ad motum. Et hoc modo etiam est tentatio, qua homo tentat hominem. Considerandum autem, quòd quædam tentationes sunt, in quibus reperiuntur istæ tres conditiones, in alijs verò duæ, & in alijs vna. Et secundùm hoc dicetur una magis propriè tentatio, quàm alia. Primò modo tentat unus homo sapiens alium si disputat cum eo, vt experimentum habeat de scientia illius, quia ibi omnia illa tria concurrunt. Et sic accipitur infra 16. scilicet. Accesserunt Pharisæi, & Saducæi ad Christum tentantes, & rogauerunt eum, vt signum de cœlo acciperent. Et sic per illam tentationem haberetur experimentum de potestate Christi. Et ad hunc finem fiebat, & tentantes intendebant habere istam cognitionem. Aliquando saluantur duæ conditiones solùm in tentatione, scilicet, quòd habetur experimentum, uel cognitio de re, & ad hunc finem fit, & tamen faciens tentationem non intendit inde habere aliquam cognitionem. Sicut Deus dicitur tentare hominem. Gen. 22. s. Tentauit Deus Abraham. Nam per immolationem filij sui, idest, quòd in obedientia huius præcepti manifestaretur sanctitas Abrahæ: & etiam Deus ad hoc fecit, ut cognita esset sanctitas Abrahæ: tertium tamen deest, scilicet, quòd Deus non fecit tentationem istam, ut inde acciperet experimentum, uel cognitionem aliquā de fide, & obedientia Abrahę, quia ipse certissimè sciebat, quid facturus esset Abraham. Sic. n. dicitur Ioan. 6. q̄ quæsiuit Christus à Philippo, unde ememus panes, & sequitur: Hoc autem dicebat tētans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus. Et etiam per tentationem illam non intendebat Christus habere cognitionem de eo, q̄ Philippus dicturus esset, quia ipse sciebat antequam loqueretur, quid dicturus esset: sed hoc fecit, vt notificaretur alijs quid Philippus in hoc consuleret, & an esset bonum cōsilium. Sic etiam accipitur Deuteronom. 13. scilicet, Tentat uos Deus, ut palam sciat utrum diligatis eum, an non, idest, ut ab alijs sciri faciat an diligatis eum, quia ipse hoc bene scit. Aliquando uero in tentatione saluatur unica conditio solùm, scilicet, quòd manifestatur tentatus per eam, licèt tentans non intendat accipere istam cognitionem, nec etiam intendat, quòd aliquid per hoc manifestetur. Et sic caro & mundus dicuntur tentare, quia in his cognoscitur manifesta uirtus, uel infirmitas mentis. Sicut in bello uirtus boni militis cognoscitur, quamuis hostes non impugnent eum, ut cognoscant suam uirtutem, sed ut ipsum uincant. Vnde ipsa impugnatio uirtutis tentatio dicitur. Hoc autem est, uel a principio intrinseco, & sic est tentatio carnis, uel ab extrinseco, & sic est mundus tentans. Hoc etiam modo quælibet tribulatio uocatur tentatio inquantum per eam cognoscitur hominis uirtus, si patienter resistit. Et sic Iob. 7. dicitur. Militia est uita hominis, idest, pugna. habet alia litera tentatio est uita hominis. Hoc modo accipitur. Ia. 1. scilicet. Omne gaudium existimate fratres, cùm in tentationes uarias incidetis, idest, in uarias tribulationes. Quod patet ex sequenti litera, scilicet, scientes, quòd probatio fidei nostræ patiētiam operatur, patientia autem opus perfectum: & tamen patientia non est nisi in aduersitatibus. Hoc modo sciri potest de tentatione diaboli, in quo modo illorum sit. Nam in tentatione dæmonis est duplex finis. Vnus est ultimus. s. inducere ad peccatum. Et quantum ad hoc habet rationem tētationis, secundùm q̄ quælibet impugnatio dī tentatio, quia per eam uirtus, uel infirmitas tentati manifestat, licèt tentans manifestationem nullam intendat. Et sic pertinet ad tertium modum. s. in quo saluat̄ unita conditio tentationis. Alius est finis proximus. s. experiri ad quod uitium quisque maximè promptus est. Diabolus namque nō cognoscit desideria hominis, nec habitus bonos, aut malos, nec inclinationes, aut paruitates ad hoc uel ad aliud, nisi ex quadam generali coniectura, sicut physici cognoscunt, uel magis per actus, qui manifestant habitus, uel inclinationes: desiderat autem diabolus ualde scire ad quod uitium quisque sit maximè inclinatus, ut de eo ipsum tentet, & sic facilius uincat. Vnde quando à principio aliquem tentat, non solùm tentat, ut ad malum inducat, sed etiā ut de eo cognitionem habeat. Et sic saluatur ibi perfecta ratio tentationis, quia intēdit diabolus, quòd habeatur aliqua cognitio per hoc, & q̄ ipse habeat illam, & postea realiter habeat per effectum. De his patet per sanctum Thom. 2. sen. di. 21. ar. 1. in corpore.

An homines tententur per diabolos.
Quæst. LXIIII.

QVAERITVR circa tentationem diaboli, an homines tentantur per diabolos. Quidam dicunt, quòd non, quia non est iustum. Nam angeli boni custodiunt homines, quia deputantur à Deo ad humanam custodiam. Dæmones tamen non mittūtur à Deo, cùm intentio eorum non sit animas saluare, sed perdere: ergo non deputantur ad hominem tentandum. Item tentatio hominis fit solùm à carne, ergo non fit à dæmone. Patet Iacobi. 1. s. Nemo, cùm tentatur, dicat quòd à Deo tentatur. Vnusquisque uerò tentatur a concupiscentia sua. Et sic uidetur, quòd non sit aliud tentans, nisi cōcupiscentia hominis, quia aliàs non bene argueret Iac. dicens, quòd Deus non tentat hominem, sed concupiscentia: si esset aliud tentans præter concupiscentiā. Item non est iusta pugna infirmi contra fortem, & insipientis, contra instructum, sed homines sunt infirmi & ignari: dæmones autem potentes, & astuti: ergo non est iustum, q̄ permittantur dæmones pugnare cō homines. Item ad exercitium hominis sufficit tētatio carnis, & mundi: sed Deus permittit electos suos impugnari propter eorum exercitium: ergo cum carne, & mundo solùm pugnabunt, & non cōtra dæmones.

Dicendum,quòd dæmones tentant hominem: & patet quia dæmon tentauit Christum: a fortiori ergo alios homines; maxime quia tentatio Christi non fuit propter se,quia non erat opus ipsum exerceri per tentationes, cùm certum esset eum superari non posse, nec decipi; nec indirectè per tentationes proficere ad virtutem, vel cautior fieri: sed fuit tentatio sua exemplaris,vt per eam instrueremur ad resistendum tentationibus dæmonis. Item tentauit diabolus primos parentes, ex qua tentatione cæteris occasio data est: in quibus nos plerumque succumbimus,sicut illi succubuerunt.Item Apostolus ad Eph.6.dicit: Non est nobis coluctatio, idest, pugna aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates; aduersus mundi rectores tenebrarum harum: contra spiritalia nequitiæ in celestibus:idest,pugna est nobis contra dæmones,qui sunt rectores tenebrarum,& spiritales nequitiæ,idest,spiritus mali, Et sic Apostolus signauit istam solam esse tentationem,vel istam esse præcipuam inter cæteras. Item 1.Corint.7.dicitur: Rursus redeuntes in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram,& 1.ad Thessalon.3.dicitur: Ne forte tentauerit vos is, qui tentat, idest, diabolus, cuius officium est tentare.Et 1.Petri vlti.dicitur: Aduersarius vester diabolus circuit,querens quem deuoret: cui resistite: Et tamen non esset resistendum ei in aliquo, nisi nos tentaret.& Act.5.dicitur: Cur tentauit Satanas cor tuum mentiri spiritui sancto, Et sic tota scriptura annunciat nobis tentationem dæmonũ: & hortatur illam cauere. Ad primum dicendum, q̃ dæmones impugnant hominem dupliciter, Vno modo impugnando, vt ad peccatum deducant; & hoc modo non mittuntur à Deo ad tentãdum,cùm Deus non intendat directè culpam alicuius, quia culpa est per se malum. Dæmones autem intendunt culpam inducere. Permittit tamen Deus sæpe,quòd homines tẽtentur, & incidant in culpam iusto iudicio suo:quia posset illud prohibere arcendo dæmones, vel continendo humanam voluntatem,& non vult, Aliquando dæmones impugnant homines solùm puniendo; & sic dæmones mittuntur a Deo.Psalmus 77.scilicet: Misit in eos iram indignationis suæ: immissiones per angelos malos; pœna enim benè refertur in Deum tanquam in primum auctorem, & directè, culpa autem non. Et hoc modo dæmones mittuntur à Deo ad puniendum; licèt ipsi alia intentione puniant,quã mittantur, quia Deus mittit eos propter suam iustitiam; & illi puniunt homines propter odium,& inuidiam. Ad secundùm dicendum, quòd non tentatur homo solùm à carne,sed etiam à mundo,& diabolo. Et cùm ibi dicitur,quòd tentatur vnusquisque à concupiscentia sua; non accipitur concupiscentia pro sola concupiscentia, sed pro desiderio aliquo, vel motu inordinato,qui vocatur large concupiscentia. Et ista fit in homine per quancunque tentationem, siue dæmonis,siue carnis,siue mundi. Ad tertium dicẽdum, quòd licèt non sit æqualis conditio pugnæ inter hominem ad dæmones: Deus recompensat ex parte hominis id quod deest: Primò per diuinæ gratiæ auxiliũ. Secundò per custodiam angelorum: & sic fit æqualitas, vel maioritas ex parte hominis. Sic dicitur 4.Regum 6.scilicet cùm Elisæus dixit discipulo suo: Noli timere: plures enim sunt nobiscum, quàm cum illis, idest, plures sunt in adiutorium nostrum, quàm sint impugnatores, & illi erant angeli, sicut ibi dicitur. Istud adiutorium semper homo habet contra diabolum: ita,vt nunquam diabolus possit esse superior, nisi homo sponte repulerit adiutorium suum volendo dæmoni consentire. Sicut dixit Philosophia ad Boetium,scilicet: Talia tibi contuleramus arma,quæ nisi prior abiecisses, in vita te firmitate tuerentur. Et sic, quando homo succumbit tentationi diaboli non excusatur,quia ipse repulit adiutorium suum:aliàs enim non præualuisset contra eum Satanas quantumcunq; fortis. Ad quartum dicendum, quòd infirmitati humanæ sufficeret ad exercitium impugnatio à carne, & à mundo, sed malitiæ dæmonum non sufficit,quæ vtitur tam carne, quàm mundo, ad hominum impugnationem.Hoc tamen ex diuina ordinatione prouenit in gloriam electorum. Aliter potest dici,quòd licèt humanæ infirmitati sufficiat tentatio a carne, & a mundo ad exercitium; homini tamen adiunto per gratiam, & custodiam angelicam, non sufficit tentatio carnis,& mundi, quia etiam si maior superueniat, scilicet,tentatio,quæ est a dæmone, adhuc erit homo sufficiens ad resistendum illi, De his patet per S.Tho. 1.par.summ.quæst.114.arti.1.

Quare dæmones volunt tentare homines,& torquere.
Quæst. LXV.

QVAERITVR, quare dæmones volunt tentare homines, & torquere. Dicendum,quòd dæmon vult hoc propter multa. Primò vult propter inuidiam, quia ipse est inuidus homini, & per inuidiam desiderat homo alteri nocere, cùm odium pertineat ad inuidiam. Ista inuidia orta est ex casu inuidiæ diaboli,qui propter iniquitatem suam perdidit æternam beatitudinem, in qua quodammodo videt sibi subrogatũ hominem,quem ipse cognoscit creaturam fragilem, & secundùm naturam inæqualem sibi; inuidet ergo prosperitati eius, scilicet, quòd ille, qui non est sibi æqualis secundùm naturam,fiat maior eo ex gratię adoptione.Et ob hoc diabolus conatur nocere homini qualitercunque potest. Sed maxime in eis, per quæ dirigitur ad vitam æternam, quia in assecutione illius homo efficitur maior dæmone,Ista autem inuidia diaboli est causa directa omnium malorum, quæ nobis facit, & quæcunq; a principio humanæ naturæ irrogata sunt: sicut dicitur Sapientiæ 2.Inuidia diaboli mors introiuit in orbẽ terrarum. Ista fuit causa quare diabolus tentare voluit primos parentes,scilicet,inuidendo eorum fœlicitati, quando incipere videbat: nisi ipse illam per suas fraudes conturbasset,Sic dicitur per Magistrum 2.Sentendes distinct.21. in principio,scilicet,videns igitur diabolus hominem per obedientiæ humilitatem posse ascendere, vnde ipse per superbiam corruerat, inuidit ei. Et qui prius per superbiam fuerat diabolus,idest,deorsum lapsus,zelo inuidiæ factus est Satanas, idest,aduersarius. Secundò accidit hoc ex superbia dæmonum. Sunt enim naturaliter superbi. Consistit autem superbia in desiderio excellentiæ,& dominij. Nam per superbiam homines volunt præesse alijs,quibus de iure non præsunt,& deprimere eos. Dæmon ergo cùm superbus sit,dominari desiderat. Nihil tamen habet,in quo iustè dominij ius exerceat,ideo vult vsurpare sibi dominium super homines violenter, nocendo eis,& irrogando mala pœnæ,& perducendo ad mala culpæ. Et in hoc vult accipere similitudinem diuinæ potestatis.Quia sicut Deus,qui est naturaliter dominus totius creaturæ,disponit angelos tãquam ministros suos ad custodiam hominum:ita & dæmones constituunt inter se ministros ad nocendum hominibus, & subiciendum eos sibi. Et quantum ad hoc dæmon vocatur princeps huius mundi.Ioan.12.& 14.scilicet: Princeps mundi huius eijcietur foras,idest,diabolus. Et ite rum venit:princeps huius mundi.Sic etiam omnes dæmones vocantur principes,& rectores mundi,& tenebrarum,ad Ephe.6. inquantum inter se habent officia distributa,& quandam gubernationem, secundum quam possint nocere hominibus, tenendo eos sibi subiectos.Et ad hoc,sicut regnum est vnum corpus politiæ constans ex pluribus partibus regentibus, & regulatis constitutis sub vno supremo rectore in concordia: ita cõgregatio dæmonum regnum quoddam efficit, inquantum quidam sunt superiores, & alij inferiores: omnes tamen inter se sunt ordinati ad hoc, quòd homines sibi subiectos teneant. Sic dicitur infra 12. Si Satanas eijciet Satanam, aduersus se diuisio est. Quomodo ergo stabit regnum eius? quasi dicat, non stabit. Et tamen Christus arguit hic per deductionem ad inconueniens,& sic innuit,quia regnum Satanæ in concordia est. Aliqui addunt alium modum,scilicet, quòd dæmonibus competit tentare ex officio sibi à Deo imposito: quia sicut Deus bonos Angelos instituit ad custodiam hominum: ita Angelos malos ad eorum tentationem præposuit. Dicendum, q̃ non, quia officium bonorum Angelorum bonum est, scilicet,custodire,& adiuuare: etiam intentio eorum bona est, quia nihil circa nos faciunt, nisi ea intentione, vt nos proficiamus. Talis ergo institutio à Deo est, à quo omnia bona emanant.Id verò quod dæmones facunt,malum est,scilicet,interdũ malum pœnæ,quod irrogant, sicut patet in Iob: & interdum malum culpæ, quod procurant, vt nos à Deo separent, quia iniquitates separant hominem à Deo, sicut dicitur Isa. 59.scilicet,Iniquitates vestræ separauerunt inter vos, & Deum vestrum. Intentio etiam eorum mala est, quia quidquid agant, semper malo animo agunt, vt nocent: licèt aliquando Deo disponente bonum sequatur. Istud tamen est per accidens, & contra intentionem eorum. Etiam motiuum dæmonum malum est,scilicet,odium,& inuidia. Et sic non est eis à Deo impositum,quòd nos tentent,sed permittit Deus tentationes istas inquantum ex gratia eius ad augmentam gloriæ electorum pertinent. Verum est tamen,q̃ interdum Deus iubet dæmonibus aliquod malum pœ næ inferre,sicut patet de Aegyptijs, contra quos Deus misit Angelos malos ad inferendum eis plagas. Psal. 77.Sic etiam fuit de percussione Iob,licèt ibi aliqualiter est magis percussio, quàm iussio. Iob 2. ad malum autem culpæ Deus directè nunquam confert, quia illud est propriè malum. Et quia tentatio propriè est ad peccatum, quod est malum culpæ, & non est ad pœnam, quia quando dæmones nos puniunt,non dicuntur nos tentare, sed torquere, erit tentatio semper ad peccatum. Et sic dicendum,quòd tẽtatio dæmonum non est à Deo instituta,sed solùm permissa. Et sic dæmones non tentãt homines quasi Deus hoc uelit, sed quia ipsi inuidi sunt, & superbi. Verum est tamen, q̃ non possent tẽtare, nisi Deus eos permitteret. De his tangit sanctus Thom.aliquid, prima parte summæ. q. 114.artic.1. in corpore.

An tentare homines sit officium dæmonis.
Quæst. LXVI.

QVAERITVR, an tentare homines sit officium dæmonis. Aliqui dicunt,quòd non,quia si officium suum esset,solus ipse tẽtaret. Deus tamen etiam tentat hominem. Gen.22.& Deutero.13.ergo non est officium dæmonis. Item ca 10.& mundus tentant: de carne patet Iaco.1.scilicet, vnusquisque tentatur à concupiscentia sua: de mundo patet 1.ad Timot.6. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem,scilicet,tentationem mundi,scilicet,quia diuitiæ sunt de his, quæ ad mundum pertinent,vel quæ in mundo sunt. Erit ergo officium tentandi carnis, & mundi,sicut dæmonis. Et tamen non dicimus officium carnis, & mundi esse tentare, licèt tentent: ita non dicemus,quòd officium dæmonis sit tentare,etiam si tentet.Item tentatio pertinet ad ignorantem: cùm tentare sit velle experimentum accipere de re: dæmones tamen sciunt,quid circa hominem agitur, ergo non oportet, quòd eum tentent, & consequenter non erit officium eorum tentare.Item tentatio directè est ad peccatum: ipsum autẽ peccatum, in voluntate est: dæmones autem non possunt voluntatẽ hominis immutare,nec aliquid in ea directè agere,ergo non pertinebit tentare ad illos.

Dicendum, q̃ officium dæmonis est tentare, non tanquam ab aliquo sit sibi impositũ, sed ab eo est voluntate assumptum,propter inuidiam, & superbiam, vt dictum est præcedenti quæstio.Dicitur tamen officium eius: non quòd dæmones nihil aliud agant, sed quia hoc est quod præcipuè agunt, & quod cum maiori desiderio,& solicitudine exercent. Nam quãtum ad cætera conuenit eis pœnas tolerare, sicut animabus damnatorũ, quia ipsi quoque damnati sunt ad ignem æternum, infra 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo,& angelis eius. Ipsi quoque dæmones confitentur se à Deo torqueri,infra 8. & Mar. 1,scilicet. Quid tibi,& nobis Iesu Nazarene? Cur venisti ante tempus torquere nos?In hoc autem dæmones nihil agunt,sed patiuntur. Tentatio igitur est præcipuum opus suum ab eis voluntariè assumptum,per quod aliquo modo satisfaciunt superbiæ suæ, scilicet, subijciendo sibi homines, & tenendo hic subiectos. Satisfaciunt ergo inuidiæ, inquantum per eam impediunt profectum hominum, & deducunt eos ad pœnam æternam. Non est tamen ita officium illorum, quòd nulli alij competat: licèt nulli ita,sicut eis competit, vt infra dicetur, & sic scriptura ostẽdit officium dæmonum esse tentare, quia supra in litera dicitur, q̃ accedens tentator,idest,diabolus:tentator tamen non est nomen actus,sed habitus,vel officij,& sic officium eius est tentare. idem patet,1.Thessal.3. Ne forte tentauerit vos is, qui tentat, idest, ille cuius officium est teneare,scilicet,diabolus. Et sic non expressit eũ,quasi notum esset quis est ille, ad quem tentandi officium pertineat. Idem patet ex Glos. Nam cùm dicitur, is qui tentat,dicit,Glo.1. diabolus,cuius officium est tentare.Et sicut officium diaboli est tentare: ita etiam officium est eius accusare,sicut dicitur Apocal.12.scilicet, proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusãbat illos ante conspectum Dei nostri,die ac nocte. Et loquitur bi litera de diabolo. Considerandum tamen,vt magis hoc appareat,q̃ tentatio est ad hoc,q̃ habeatur aliqua cognitio de ipso tentato, vt supra diximus,& istud est de ratione tentationis: ex ipsa tamẽ cognitione tentans intendit aliquãdo bonum finem, & aliquando malum,& aliquando nullum. Et vbi nullus finis intenditur,nisi ipsa cognitio,vel experimentũ est solum id, quod est de ratione tentationis: fieri autem illam ad bonum,vel ad malum finem,vltra rationem tentationis est. Si ergo consideretur hoc solum, quod est haberi experimentum de re tentata,non tentat solus diabolus, sed etiam Deus tentat, & caro, & mundus tentant, & homines boni, & mali tentant se ipsos, vel aliquas res, & interdum Deum. Patet, quia per tentationem, qua Deus dicitur nos tentare, notificatur aliquid in nobis, scilicet, an ipsum diligamus. Deuterono.13.Per tentationem carnis, & mundi notificatur in nobis virtus, vel infirmitas nostra, consentiendo, vel dissentiendo. Per tentationem etiam, qua unus homo tentat alium, notificatur id de quo tentatur,siue sit scientia,siue robur corporis,siue prudentia in agendis. Per tentationem etiam, qua homo tentat equum,apparet agilitas sua,vel pigrities in motu. Sic

etiam

etiam homines tentant Deum interdum, quando desiderant habere experimentum de aliqua operatione eius. Dicendum autem, quòd sic accipiendo quãtum ad id, quod est solùm de perfecta ratione tentationis nullius est officium tentare, cùm multis competat, & etiam non competit alicui sub aliqua speciali ratione. Si autem consideretur finis tentationis, qui est extra rationem propriam tentationis, dicendum quòd quidam tentant ad bonum, vt cùm aliquis Dominus tentat aliquem, vt habeat cognitionem de aliqua probitate eius, & per hoc eum promoueat ad maiorem statum. Et hoc modo Deus tentat hominem, vt eum exaltet, vel probitatem suam alijs ostendat, & per hoc eum laudabilem, & honorabilem reddat. Sic tentauit Deus Abraham, vt toti sæculo ostenderet altissimam virtutem obedientiæ, & fidei eius, quæ adhuc incognita mansisset, si Deus eum non tentasset. Ad malum autem Deus nunquam tentat, Iacobi. 1. Et ista tentatio, quæ ad bonum est, non solet uocari communiter tentatio. Si autem per tentationem intendatur malum: sic est proprie tentatio, Quia istud nomen tentatio, iam ex communi vsu, malum quoddam importat. Ideo magis competit illi tentationi, quæ ad malum fit. Hoc modo proprium est diabolo tentare. Ipse enim solus est, qui ex inuidia sua malum hominis intendit, ad malum semper eum tentat. Et si aliquis homo alium tentet ad malum, ista tentatio a diabolo est. Nam homo non intenderet alteri malum iniustè facere, nisi ipse prius à diabolo ad hoc uolendum superatus esset, & inductus. Differt tamen tentatio diaboli à tentatione hominum malorum in duobus. Primò, quia diabolus tentat ad malum: homo autem tentat ad bonum, & ad malum: diabolus autem nunquam ad bonum tentat. Secundò, quia diabolus à se ipso habet, quòd malum intendat, quia malitia sua nõ reducitur in aliud principium superius, homo autem quando ad malum tentat alium, non habet istud malum desiderium à se ipso, sed à diabolo, qui caput est omnis mali, vnde omnes peccatores uocantur filij diaboli: sicut Christus dixit Ioan. 8. scilicet, vos ex patre diabolo estis, & desideria eius uultis perficere. Soli ergo dæmoni propriè competit tentatio. Et sic ipse solus dicitur habere officium tentandi, scilicet, in hac tentatione, quæ ad malum est.

Ad primam dicendum, quòd Deus tentat hominem, non ut inde aliquod malum inducat, sed magis, vt bonum eius ostendat. Vnde si contingeret, quòd Deus inferat pœnas alicui, per quas efficiatur malus, & sic appareat eius infirmitas, uel iniquitas, Deus non dicitur tentasse istum, quia non intendebat ad hoc, ut iste deterior fieret, nec eius infirmitas, aut iniquitas aliis nota fieret, sed solùm, quòd puniretur iste pro demeritis suis, quod bonum erat. Ideo in tali casu non dicetur, quòd Deus aliquem tentauit. Si tamen Deus inferat alicui pœnalitates, uel occasiones aliquas cadendi, & per hæc homo efficiatur melior, uel bonitas sua appareat, dicetur Deus illum tentare. Sic dicitur, quòd tentauit Abraham, ut uirtutem suam notam faceret. Gen. 22. & sic tentatio, de qua hic loquimur, scilicet, secundùm quam malum intenditur, ad Deum non pertinet.

Ad secundum dicendum, quòd caro, & mundus hominem tentant: malum tamen nullum intendunt, nec etiam bonum, ut cadit sub cognitione, quia caro, & mundus nihil intelligunt. Diabolus autem propriè malum intendit, & in hoc tentatio ad ipsum solum pertinet. De tentatione tamen carnis, & mundi, magis dicetur infra in quadam quæstione.

Ad tertium dicendum, quòd dæmones sciunt ea, quæ exterius aguntur circa homines tam præsentia, quàm præterita, interiorem tamen hominis conditionem solus Deus nouit, qui scrutatur corda, & renes. Psalm. 7. Ideo dæmones adhuc desiderant scire conditionem hominum, ut sciant ad quod uitium est unus homo magis inclinatus, quàm ad cætera, ut illud semper suggerat, & facilius uincat, & ad hoc necesse est ipsis dæmonibus interdum homines tentare ad habendum experientiam de eis.

Ad quartum dicendum, q̃ licèt homines non possint uoluntatem hominis immutare: possunt tamen aliqualiter immutare uires inferiores, ex quarum immutatione, licèt uoluntas non cogatur, tamen aliqualiter inclinatur, & hoc sufficit ad tentationem faciendam, quia non oportet, quòd per quamlibet tentationem homo succumbat: immo non esset necesse, q̃ in aliqua succumbat, nisi uelit. Si tamen tentatio dæmonum peruenire ad hoc, q̃ directè, vel indirectè sufficeret uoluntatem immutare: necesse esset, q̃ in qualibet tentatione diaboli homo succumberet, quod falsum est. De his tangit sanctus Thom. 1, parte sum. q. 114. artic. 2. & 2. sen. dist. 22. artic. 1.

An omnia peccata, quæ homines faciunt, sint per instigationem diaboli. Quæst. LXVII.

QVAERITVR, an omnia peccata, quæ homines faciunt, sint per tentationem diaboli, vel instigante diabolo. Quidam dicunt, quòd sic, quia dicit Dionys. lib. de di. no. cap. 4. q̃ multitudo dæmonum est causa omnium malorum sibi, & alijs: sed peccatum est propriè malum, ideo de quo est causa omnis peccati. Non est tamẽ causa peccati nostri, nisi per tentationem dæmonis fiunt omnia peccata, quæcunque sint. Item de quolibet peccatore potest dici illud, quod Christus dixit Iudæis, Ioann. 8. scilicet, Vos ex patre diabolo estis, & desideria eius uultis perficere. Vbi innuit, quòd desiderium faciendi malum à diabolo est: ergo in omnibus peccatoribus suggestio diaboli est causa peccatorum: cùm ipse non moueat nos nisi per suggestionem. Item sicut boni Angeli Dei institutione sunt ad custodiam nostram: ita dæmones ex sua iniquitate sunt ad nostram impugnationem: Ideo tamen bona, quæ facimus sunt per suggestionem bonorum Angelorum, quia diuina ad nos mediantibus Angelis perferuntur, vt ait Dionys. ergo similiter omnia mala, quæ fecerimus, per suggestionem dæmonum erunt.

Dicendum, quòd peccata nostra sunt aliquo modo omnia à dæmone, & alio modo sunt quædam à dæmone, & alia non. Pro quo sciendum, quòd causa alicuius potest dici dupliciter. Vno modo illud, quòd directè agit ad rem, alio modo, quod agit indirectè. Sicut quando aliquod agens non producit effectũ, nec intendit illum producere, sed causat dispositionem aliquam ad illum: dicitur esse tunc indirectè, & occasionaliter causa illius effectus. Sicut qui fecit gladium, est causa occasionalis occisionis hominis, licèt ipse nunquam intenderit hoc. Et qui secat ligna, est causa, vel potius occasio combustionis eorum, & tamen quando ipse secabat, fortè non intendebat eorũ combustionem, sed potius, vt essent ad ædificationem. Si autem accipiatur diabolus vt causa occasionalis, vel indirectè, dicetur causa omnium peccatorum nostrorum, quia ipse instigauit primum hominem ad peccandum, & non peccasset, nisi ille suasisset. Nos quoque nunquam peccaremus, nisi primus homo peccasset. Ideo diabolus hoc modo dicitur causa omnium peccatorum. Patet hoc, quia si ptimus homo tentatus ni restitisset, fuisset confirmatus, vt sacri Doctores dicunt, & iam non esset locus peccato, nec tentationi in eo,

ineo, nec in posteris suis: sicut est nunc in vita æterna. Si autem accipiatur diabolus in causa directa peccatorum, dicẽdum quòd non est ipse causa omnium peccatorum, licèt sit causa plurimorum, non enim committuntur omnia peccata instigante diabolo, sed quædam ex libertate arbitrij nostri defectibilis ex corruptione carnis, quæ fierent etiam si diaboli nulli essent, vel si nos non tentarent. Sic enim dicit Origenes, quòd etiam si diabolus non esset, homines haberent appetitum cibi, & venereorum, & huiusmodi, circa quem appetitum multa inordinata contingerent, nisi per rationem frenaretur. Et hoc maxime supposita corruptione naturæ. Refrenare autem, & ordinare appetitum, pertinet ad liberum arbitrium: per cuius omissionẽ, uel negligentiam, possunt multa inordinata circa appetitum contingere. Et sic non est necesse, quòd omnia peccata veniant ex suggestione, uel tentatione dæmonis, cùm multa à nobis ipsis possint prouenire. Sic etiam dicitur in libro de ecclesiasticis dogmatibus, scilicet: Non omnes cogitationes malæ excitantur a diabolo: sed aliquotiens ex nostri arbitrij motu emergũt. Ad primum dicendum, quòd multitudo dæmonum est causa omnium malorum, non quidem directa, sed occasionalis, inquantum per ipsos procuratum fuit peccatum primi parentis, ex quo uenerunt in nos omnia peccata, ideſt, corruptio naturæ, & incentiuum ad omnia peccata. Ad secundum dicendum, quòd diabolus dicitur esse pater omnium, causalitate, vel imitatione. Sicut nos dicimur filij Abrahæ, quia imitamur in fide illum. Ita cùm diabolus, ex iniquitate sua solùm malum velit, & semper illud velit: dato quòd nos faciamus aliqua peccata, ad quæ ipse non incitet, nos dicimur filij eius quantum ad illa peccata, quia imitamur eum in pecato, scilicet, quia ipse totus peccator est, & omne malum fieri desiderat ex sua iniquitate, & inuidia: sicut dicitur Sap. 2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum: imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. Alia ratio est, quare omnes peccatores dicantur filij diaboli, quia pater est nomen principij, a quo res incepit: sicut ille dicitur pater alicuius artis, vel scientiæ, qui primus circa illam aliquid inuenit, aut excogitauit: ita Tubal uocatur pater musicorum, & eorum, qui cantant in musis musicis Genes. 4. scilicet: Nomen fratris eius Tubal: ipse fuit pater canentium in cithara, & organo. Ita ille, qui primum peccatum faceret, diceretur pater peccatorum. Sic fuit de diabolo, quia ante eum nemo peccauerat, ideo ipse omnium peccatorum pater est. Ad tertium dicendum, quòd homo per se ipsum cadere potest, ad bonum tamen surgere, vel proficere non potest, nisi diuino auxilio: Ioan. 15. scilicet: Sine me nihil potestis facere, ideſt, nullum bonum meritorium. Exhibetur autem homini diuinum auxilium immediatè ministerio angelorum, ideo ad omnia bona nostra cooperantur angeli. Non tamen omnia peccata nostra necesse est procedere ex suggestione dæmonum, cùm ad peccandum exteriori auxilio non indigeamus: quia ad hoc ex nobis sufficientes sumus, vel sufficienter deficientes, cùm peccatum ex defectu sit. Dicunt tamen communiter doctores, quòd licèt multa peccata fiant non instigante dæmone: nullum tamen genus peccati est, quod dæmone instigante non introductum fuerit. De istis tangit S. Thomas 3. par. sum. quæst. 114. art. 3.

An tentatio dæmonis sit peccatum. Quæst. LXVIII.

QVAERITVR, de tentatione dæmonis an sit peccatum. Aliqui dicunt, quòd sic, quia minor potentia non potest excludere effectum, & intentionem maioris potestatis: sed potestas dæmonis est maior, quàm hominis, quia non est potestas super terram, quę ei possit comparari. Iob 41. Dæmon tamen intendit per tentationem inducere peccatum, ergo non potest impediri quin inducat peccatum, & sic tentatio dæmonis erit peccatum. Item violentia excusat aliquo modo peccatum, quia vbi est maior violentia, est minus de peccato: & tamen tentatio, quæ est a carne, est maior, quàm illa, quę fit à diabolo, vt patet per Magistrum 2. senten. distinc. 31. & tamen tentatio, quæ est à carne peccatum est, vt ibidem dicitur: ergo tentatio, quæ est a dæmone, erit peccatum a fortiori. Item non potest homo vitare quamdiu viuit tentationem carnis, & tamen illa peccatum est, licèt non sit in potestate nostra. Ita igitur, licèt non sit in potestate nostra, non tentari à dæmone, erit ipsa tentatio peccatum, cùm per illam diabolus malum intendat. Item diabolus non potest hominem tentare nisi imprimendo aliquid in eum, diabolus tamen non potest imprimere aliquid, nisi malum, cùm sit pater mendacij, & omnis peccati. Ioan. 8. ergo quando tentauerit nos semper imprimit aliquod peccatum. Item motus partis concupiscibilis, & irascibilis, quando tendit in illicitum vocatur tentatio, & maximè motus partis concupiscibilis, qui vocatur tentatio carnis. Et ista tentatio peccatum est, vt dictum est. Vis tamen concupiscibilis, cùm sit affixa organo corporali, potest cogi, & immutari per immutationẽ organi: ergo videtur, quòd dæmon tentando nos, possit facere in nobis peccatum, quia poterit immutare vim concupiscibilem. Et sic tentatio dæmonis erit peccatum.

Dicendum, quòd tentatio carnis, & mundi, dicitur peccatum, vt declarabitur infra in quæstione de hoc, tentatio tamen dæmonis non est peccatum. Et patet, quia Christus tentatus est a dæmone in multis, vt patet supra in litera, in eo tamen peccatum non fuit, nec esse potuit. 1. Petri. 2. scilicet: Qui peccatum non fecit, & Ioan. 14. venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam, ideſt, non inueniet in me aliquod peccatum. Et magis patet ad Heb. 4. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia absq; peccato, ideſt, quòd in omnibus tentationibus fuit absq; peccato. Ibi tamen fuit vera, & magna tentatio dæmonis, ergo illa non est peccatum, nec est necesse, quòd causet peccatum. Item peccatum consistit in actu proprio cuiuslibet, & actus vnius non potest esse peccatũ alterius. sicut dicitur Ezech. 18. scilicet: Anima quæ peccauerit ipsa morietur: & pater non portabit iniquitatem filii, & filius non portabit iniquitatem patris: tentatio autem quę a dęmone fit, est actus ipsius dæmonis, scilicet, suggestio, quæ ab eo fit, & de illa nihil est in nobis, nisi quòd patimur illam. In tali ergo tentatione peccatum esse non potest, nisi delectemur in illa, & consentiamus. Et istud iam est in actu nostro vltra suggestionem dæmonis: & sic per illam non peccatur. Itẽ dicit Augu. quòd nullus peccat per id, quod vitare non potest: & tamen non est in potestate hominis, q̃ non tentetur à dæmone, quia ille tentat quandocunque vult, & dæmon permittitur, ergo non est peccatum in hac tentatione. Item peccatum cuiuscunque inter ipsum est, scilicet, in anima. quod autem extra est, peccatum non est: sicut Christus dixit infra 15. scilicet. Id quod per os intrat non coinquinat homine, quia quod per os intrat in ventrem uadit, & per secessum emittitur. Quæ autem de corde exeunt coinquinant hominem. Et accipitur cor, pro anima more scripturarum tentatio autem diaboli est totaliter extra hominem, ideo illa peccatum non est. Iste est

modus,

modus, quo probat Gregorius in quadam homilia, ꝙ tentatio diaboli non fuit peccatum in Christo dicens: Tentari ergo per suggestionem potuit, sed eius mentem peccati delectatio nō momordit, atque ideo omnis diabolica illa tentatio foris, & non intus fuit. Non est ergo tētatio diaboli peccatum aliquod, nec est necesse sequi peccatum ex illa, cùm sit peccatum in delectatione, & consensu illius. Delectare tamen, & consentire in illa in potestate nostra est.

Ad primum dicendum, quòd non est necesse, ꝙ dęmon per tentationem inducat peccatum in nos: & cùm dicitur, quòd est maioris potestatis, quā homo: dicendum, ꝙ est maioris potestatis, ideſt, maiorum uirium ad aliquid faciendum, vel intelligendum. Non est tamen maior homine quantum ad actus liberi arbitrij, quia illi cogi non possunt. Et sic dæmon per uires suas, nisi à Deo prohibeatur, potest cogere homines, ne ad loca, ad quæ uolunt ire uadant, & turbare omnes operationes suas exteriores: non tamen potest aliquid super actum uoluntatis humanæ, quia horum actuum homo Dominus est. Peccatum tamen non consistit nisi in actibus liberi arbitrij: ideo quantumcunque dęmon sit potens, non potest cogere hominem ad peccatum.

Ad secundum dicendum, quòd tentatio carnis dicitur esse grauior, inquantum est proximior ipsi homini tentato, quā tentatio dæmonis, quæ totaliter ab extra est. Et quia secundùm eam homo quodammodo diuiditur in duo desideria, scilicet, unum, quod est interioris hominis, & aliud exterioris, quod non sit in tentatione carnis: manet adhuc ratio peccati de quo infra dicetur, cùm sit aliquo modo in potestate tentati, & sit intra ipsum. Tentatio autem dæmonis non est intra tentatum, nec est in potestate eius: ideo non est peccatum.

Ad tertium dicendum, quòd licèt non sit in potestate hominis vitare omnem tentationem carnis: ita quòd nullam habeat potestatem: potest tamen vitare hanc tētationem, vel illam singulariter. Et sic de qualibet, & ita quodammodo est in potestate hominis uitare tentationem carnis, quod non est de tentatione diaboli.

Ad quartum dicendum, ꝙ dæmon potest aliquid repręsentare in imaginatione nostra, & istud est imprimere aliquid nobis, de quo magis infra dicetur. Et secundùm hoc tentare nos dicitur: non tamen dicitur propter hoc imprimere aliquod peccatū, quia ista impressio facta in imaginatione non habet rationē peccati, cùm sit in parte apprehensiua, & non in appetitu. Peccatum tamen in appetitu est, quia non peccat homo per hoc, quòd malum intelligit, sed quia aliquod malum vult. Si autem diabolus posset perfectè in appetitu aliquid imprimere, posset peccatum in nobis causare. Quomodo tamen diabolus aliquid in nobis imprimat tentando dicetur infra in quadam quæstione de tentatione carnis, & mundi.

Ad quintum dicendum, quòd diabolus potest mouere in nobis partem concupiscibilem. Possunt tamē motus istius partis dupliciter in nobis insurgere, scilicet, ex qualitate organi, vel ex apprahensione alicuius delectabilis. De primo patet, quia calefacto corpore insurgit in homine motus libidinis, etiam sine aliqua imaginatione præcedenti, vel præsenti. Et iste motus est purus naturalis: nec habet rationem peccati, quia purè naturalia, nec laudem, nec uituperium faciunt, quia sunt omnino necessaria. 3. Ethicorum. Ad talem autem immutationem potest uirtus dæmonis ex potestate naturæ suæ, secundùm quam potest in transmutationem rerum corporalium applicando actiua passiuis, nisi à Deo hoc facere prohibeatur. Secundus motus partis concupiscibilis insurgit ex apprehensione alicuius delectabilis, & ex ista parte appetitus concupiscibilis participat quandam libertatem in homine, secundùm quòd potest obedire imperio rationis prohibentis. Et sic uocatur rationale per participationem. 1. Ethicorum, in fine: hoc modo peccatum potest esse in concupiscibili. Et quantum ad hoc diabolus non potest in nobis mutare partem concupiscibilem per apprehensionem delectabilis, ad hoc, quod feratur in illud. Et sic tentatio sua non potest causare peccatum. De his patet per sanctum Thom. 2. senten. distinct. 21. artic. 24.

Si dæmones tentantes superantur, an adhuc cessent à tentatione, vel potius tentent. *Quæst. LXIX.*

QVAERITVR, circa dæmones tentantes si superantur in tentatione, an per hoc cogantur cessare postea à tentatione, vel possint adhuc tentare. Alij dicunt, quòd per hoc dęmones non coguntur cessare à tentatione, quia instigere pœnam alicui, qui succumbit in pœna, est incitare ipsum ad acrius impugnandum. Hoc autem non pertinet ad Dei misericordiam: ergo dæmones superati non retroducuntur in inferno: nec à tētatione arcentur. Item Christus efficacius vicit suum tentatorem, quàm sancti uincant dæmones se impugnantes: Lucifer tamen, qui Christum tentasse dicitur, non est omnino priuatus officio tentandi, quia tempore Antichristi grauissimè impugnabit sanctos: ergo superatus non arcetur ab officio tentandi. Item non solùm Lucifer in fine sæculi tentabit homines, sed etiam iterum tentauit Christum tempore passionis. Sic dicit Theophilus, scilicet, ꝙ nunc in deserto dæmon Christum de uoluptate tentauerat, & tempore passionis erat eum de tristitia tentaturus: ergo non arcebatur à tentatione. Item quanto pauciores sunt tētatores, tanto leuior est tentatio: cùm ergo quotidie multi dæmones superentur in tentationibus à uiris sanctis, si omnes, qui superantur cessārent à tentatione: manerent in fine sæculi pauci dęmones ad officium tentationis, & sic tentatio esset leuissima. Tunc erit grauior, dicente Christo, quòd erit tunc talis tribulatio, qualis nunquam fuit, ita quòd si non abbreuiarētur dies illi, non fieret omnis caro, sed propter electos breuiabuntur, infra 24. Ergo non erunt tunc pauciores dęmones tentantes, quàm nunc, & consequenter non arcentur à tentatione illi dæmones, qui superantur. Item dæmones sunt ordinati à Deo ad nostrum exercitium. Si ergo à tentationis officio cessarent, essent omnino ad nihil ordinati, quod repugnat diuinæ sapiētiæ, quæ nihil inordinatum, & frustra relinquit in orbe.

Dicendum, quòd circa hoc fuerunt opiniones tres. Prima fuit, quòd dæmon superatus omnino repellatur à tentatione, ita quòd non potest tentare postea eundem hominem, nec alium de peccato illo, in quo superatus est, nec de aliquo alio. Hoc uidetur tenere Origenes dicens: Puto inquit sanè, quia sancti repugnantes aduersus tentatores, & uincentes minuant exercitium dæmonum, velut quamplurimos eorum interimant: nec ultra fas sit illi spiritui, qui ab aliquo sancto castè, & pudicè uiuendo uictus sit, impugnare iterum alium hominem. Secunda opinio est, quòd dæmon superatus non potest tentare ipsum superārem, nec aliquem alium de uitio, in quo superatus est. Potest tamen tentare ipsum, & quoscunque alios de aliquo uitio, in quo à nullo superatus fuerit. Istas duas opiniones ponit magister in litera. Tertia opinio est, quòd ex quo aliquis dæmonem perfectè de uno uitio tentantem uicit: non potest de eodem vitio ab eo tentari, sed potest de quolibet alio: ipse tamen dæmon potest quoslibet alios homines, tam de isto, quàm de alio tentare. De hac opinione dicit sanctus Thom. quòd habet causam magis manifestam, quia ille dicitur perfectè diabolum vincere de aliquo vitio, in quo omnino vincuntur passiones ad vitium illud declinantes. Sicut est in illis, in quibus acquiritur habitus consuetudinalis, & tunc non remanet magna probitas. Et ideo à diabolo non tentatur de hoc peccato, quia uires eius circa hoc cognoscit. Aliarum autem opinionum ratio esse potest, quia cùm charitas bona opera communia faciat in tota Ecclesia, ex victoria vnius omnes reportant aliquod commodum, scilicet, quòd hostes eorum minuantur. Dicit tamen sanctus Thomas, quòd quis istorum verius sit incertum est, quia nec ratione, nec auctoritate confirmari potest. De his idem sanctus Thom. 2. sen. dist. 6. art. 5. Quarta autem opinio, quæ circa hoc probabilior esse uidetur est, ꝙ diabolus superatus ab aliquo possit tentare alios homines, sed non istum, & hoc non semper: sed vsque ad aliquod tempus. Et post istud tempus iterum possit tentare. Sic dicitur Luc. 4. quòd diabolus consumata omni tentatione, recessit a Christo, vsque ad tempus, ideſt, non dimisit illum simpliciter, sed post aliquod tempus redijt, quia tempore passionis redijt ad tentandum, ut ait Theophilus, scilicet. Tentauerat diabolus Christum de uoluptate in deserto, & recessit ab eo vsque ad tempus crucis: in quo eum erat de tristitia tentaturus. Est autem uerum, quòd illa non fuit tentatio propriè dicta, prout est suggestio diaboli ad malum, sed fuit aperta persecutio, scilicet, incitando Iudæos contra Christum: sic dicit Ambros. super Lucam, scilicet. Diabolus audito Dei nomine, recessit vsque ad tempus, postea enim non tentaturus, sed aperte pugnaturus aduenit. Causa autem quare diabolus non tentat usque ad tempus eum, à quo superatus est, potest esse duplex. Prima ex parte diuinæ clementiæ, quia non permittit tentare diabolum quamdiu vult, Sic ait Chrysostomus super Matthæum, scilicet. Non tamdiu hominem diabolus tentat, quamdiu vult: sed quamdiu Deus permittit. Qui, & si permittit pauliſper tentare, tamen repellit propter infirmam naturam. Secunda ratio est ex astutia diaboli, quia etiam si permitteretur tentare eundem, non auderet vsque aliquantum tempus, quia erubescit sæpe vinci ab eodem homine: sic dicit Ambros. super Lucam, scilicet. Vides ergo ipsum diabolum non esse in studio pertinacem, cedere uerò solere virtuti: & si inuidere non desinat, tamen instare formidat, quia frequentius refugit triumphari. Quod tamē diabolus redeat ad illum, à quo superatus est, uel de cuius domo excluſus est, colligitur ex uerbis eius infra decimosecundo, & Luc. 11. Reuertar in domum meam unde exiui. De his sanctus Thom. 1. parte sum. q. 114. ar. 5. Aliqui autem dicebant, quòd non deberet tentari amplius homo à dæmone superato à se, quia a iudice iusto debet contingi æqualis conditio pugnantium. Sed dæmones vincentes nos, minuunt aliquos de exercitu nostro: ergo si homo uincat dæmonem, debet minuere exercitum dæmonum, scilicet, faciendo, quòd ille amplius non tentet. Item hoc pertinet ad iustitiam humanam, quæ pugilem victum, ad pugnam vlterius non admittit.

Dicendum ad primum, quòd æqualis conditio est, Nam eo modo, quo dæmones minuunt exercitum nostrum, nos minuimus exercitum suum. Si enim homo superetur à dæmone, non manet uictus pro semper, sed solùm pro tunc. Vnde potest iterum in simili vitio vincere dæmonem, à quo uictus fuerat, vel quemcunque alium, cùm per victoriam istam de dæmone non reddatur homo confirmatus. Et sic uideretur aliqualiter irrationabile, quòd dæmon semel victus arceatur in perpetuum à tentatione, quantum ad istum, vel quantum ad alios homines.

Ad secundum dicendum, quòd licèt per consuetudinem certaminis pugil superatus nō permittatur pugnare, durante isto certamine: in alio tamen certamine post tempus pugnare potest. Et sic dęmon superatus licèt pro aliquo tempore impediatur tētare eum, à quo superatus est; tamen post tempus iterum tentare potest.

Ad argumenta probantia, quòd dæmones superati nullo modo impediantur tentare, respondendum est ad primum, & dicendum, quòd uoluntas dæmonum, cùm sit in malo obstinata, semper manet in eadem obstinatione ad nocendum hominibus. Quia ut ait Ambrosius super Lucam, dæmon inuidere nūquam desinit, & ideo magis prodest, ꝙ remoueantur à pugna, quia per hic potestas impugnandi compescitur, quorum iniqua uoluntas, nec minuitur, nec augetur.

Ad secundum dicendum, ꝙ istud argumentum, solum militat cōtra primam, & secundam positionem: non tamen contra tertiam, nec quartam, quę sunt uerisimiliores: maximè contra quartam, quæ tenenda videtur. Nam istæ concedunt dæmones semel victos post tempus redire ad tentationem. Etiam prima, & secunda positio ad hoc, quòd uerę sint, debent habere istam modificationē. Et ita modificat eas sanctus Tho. vbi supra, & tunc contra nullam earum militat argumentum.

Ad tertium eodem modo concedendum est, quia probat, quòd uictus post tempus redire possit. Verum est autem, quòd illa impugnatio quam diabolus fecit Christo tempore passionis, non fuit propriè tentatio, sed bellum manifestum, vt ait Ambrosius super Lucam, & sic diabolus nunquam redijt ad tentandum iterum Christum.

Ad quartum dici potest uno modo, quòd si dæmones superati in perpetuum arcerentur à tentatione teneret argumentum, scilicet, ꝙ essent pauci in fine sæculi. Et tamen quia solùm atcentur ad tempus: ideo manebunt tot tentatores in fine sæculi, sicut nunc. Et sic non minuetur tentatio. Aliter potest dici, ꝙ etiam si quilibet superatus arceretur in perpetuum à tentatione, & manerent pauci dæmones in fine sæculi: dum tamen aliqui essent, possent facere maiorem tentationem, quàm nunc. Nam nunc non tentant quantum possunt, sed solùm quantum permittuntur. Si autem iuxta vires suas tentare permitterentur, fortè plus tentarent decem dæmones, quàm mille. Patet suppositum, quia sicut dęmon nō permittitur tētare quamdiu vult, sed solùm quamdiu Deus vult, vt ait Chryso. super Matthæum, ita non permittitur tentare quantum acriter vult, sed quantum Deus uoluerit: sicut ipse uiderit nos posse sustinere, iuxta mensuram gratiæ, quam nobis largitur. 1. Corint. 10. scilicet, Fidelis est Deus, qui non permittet vos tentari vltra id, quod potestis. Item patet, quia in fine sæculi, nemo ponit plures dæmones tentatores, quàm nunc: licèt multi ponant pauciores. Constat tamen tentationem illam futuram maiorem, quàm istam: ergo dæmones nō tentant nunc, quantum possunt, quia aliàs non esset maior tunc, quàm nunc.

Ad quintum dicēdum, quòd licèt aliqui dæmones cessārent tentare, non propter hoc erant omnino ordinati ad nihil, quia manent semper ordinati ad pœnam per peccatum suum, vt ipsi semper in inferno puniantur, & damnatis pœnas infligant. Quòd autem dæmones tentent hominem: non est ex Dei ordinatione, sed ex eorum iniquitate, & permissione Dei.

ideo,

ideo,licèt omnes dæmones tentare ceſſarent,non tollebatur aliquid de ordine diuinæ diſpoſitionis.

An homo debeat optare tentationem, aut ſit fugienda tentatio. Queſt. LXX.

QVAERITVR, an optandum ſit homini,ꝙ tentetur à diabolo,vel ſecundùm aliam tentationem,aut ſit fugienda tentatio. Aliqui putant,quòd tentatio optanda ſit, quia dicitur Iacobi primo. Omne gaudium exiſtimate fratres mei,cùm in uarias tentationes incideritis. Sed illud de quo gaudendum eſt,quando habitum fuerit,eſt appetendum,quando non habetur: ergo tentatio appetenda eſt. Item illud in quo manifeſtum ſit bonum, vel excellentia alicuius,appetendum eſt, ſed uirtus mentis oſtenditur in tentationibus: ſicut dicitur primo Ethicorum, quòd in aduerſitatibus floret uirtus: & eſt bonum, & uerè uirtus in omnibus, ſicut terra, genus ſine vituperio:ergo tentatio appetenda eſt. Item illud, quod eſt materia,& organum virtutis,eſt appetẽdum, ſed ſicut dicit Auguſtinus tentatio, cui non conſentitur eſt materia exercendæ virtutis; ergo eſt appetenda. Item laudabile eſt gaudere de eo,in quo vir bonus gaudet,quia quid ſit bonum, & quid malum, & quid medium in ſingulis rebus ex viri boni ſententia pendet, quem Ariſtot. 2.Ethicorum in diffinitione virtutis ſapientem vocat,ſed rectè gaudere,& rectè triſtari, eſt recta diſciplina. 2. Ethicorum, gaudendum ergo eſt de illo,de quo uir bonus gaudebat, quia gaudet de maximis tentationibus, quia dicitur Actu. 5. ꝙ ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Ergo tentatio appetenda eſt. Item illud,ſine quo non poteſt peruenire ad regnum, eſt ſummo ſtudio appetendum, ſed tentatio eſt huiuſmodi, quia non coronabitur,niſi qui legitimè certauerit.2.ad Timot.2. certamen autem ſpirituale ſine tentatione non eſt: ergo tentatio appetenda.Item Paulus petiuit ſtimulum carnis à ſe remoueri, per quem carnis tentatio intelligitur.2.Corint. 12.ſed ibi dicit glo.quòd ipſe hoc petens neſciuit quid peteret: ergo videtur quòd non eſt deſiderandum eſſe extra tentationem.

Dicendum,quòd licèt tentatio poſſit eſſe utilis: eſt tamen periculoſa. Etiam, quia ſecundùm ſe non importat aliquid boni, ſed ſolùm ex adiuncto inquãtum Deus vult facere nobis prouentum cum tentatione.1. Corint.10.non eſt tentatio deſideranda.Confirmatur hoc,quia illud quod debemus orare, debemus etiam deſiderare,ſed Chriſtus Matth.6. docens nos orare dixit,& ne nos inducas in tentationem.Ergo debemus deſiderare eſſe extra tentationem. Item, quia Apoſtolus monuit cauendam eſſe tentationem, & quòd non daretur ei locus. 1. Corinth.7. ſcilicet. Iterum reuertimini in ipſum, ne tentet vos ſatanas propter incontinentiam ueſtram. Si tamen bona,eſſet Apoſtolus non hortaretur eam cauendam. Item ſicut voluntas noſtra debet eſſe conformis diuinæ uoluntati: ita debet eſſe diſcordans à voluntate diaboli: ſed diabolus deſiderat nos tentare,ſicut Chriſtus dixit Luc.22. ſcilicet. Ecce ſatanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: ergo tentationem appetere non debemus. Conſiderandum autem ad huius euidentiam, ꝙ cùm bonum ſit obiectum voluntatis,& deſiderij,eo modo aliquid appetẽdum eſt. Inter bona autem eſt aliquid, quod eſt bonum ſimpliciter, & per ſe, ſicut honeſta, quæ tanquam fines appetuntur propter ſe ipſa, etiam ſi in aliud nos ducant,vel ſi aliquid aliud ſecum inducant, quia in omnibus honeſtis vtilitas eorum coincidit cum honeſtate,ſcilicet, quia inquãtum ad aliquid vtilia ſunt, & tamen illa vtilitas non eſt extra genus honeſti, ſed coincidit cum honeſtate, ſicut virtus honeſtum eſt, quia ipſa ad fœlicitatem eſt utilis, & tamen iſta vtilitas non eſt in genere bonorum vtilium, ſed in genere honeſti. Iſtud eſt in omnibus honeſtis, niſi in ultimo, quod eſt finis omnium finium, cùm propter ſe ſolum ſit concupiſcendum.

Aliquid autem eſt, quod in ſe bonitatem non habet. Vnde non appeteretur ſi in ſe, & abſolutè conſideraretur, ſed ex ordine ad finem bonitatem quandam ſortitur, quæ bonitas vtilitas nominatur. Et hæc ſunt ſolùm propter aliud appetenda, vt ſectio membri propter ſanitatem conſeruandam,& flebothomia propter ſanitatem acquirendam,& ſimilia. Sed ſciendum, ꝙ ad finem aliquem conſequendum contingit aliquid dupliciter ordinari, ſcilicet, per ſe,& per accidens. Per ſe autẽ ordinatur in finem illud,quod quantum in ſe eſt in finem debitum ductiuum eſt: per accidens tamen ordinatur in finem, quod quantum in ſi eſt in aliud deduceret, ſed ex concurſu alterius cauſæ ducitur ad ipſum finem. Sicut qui comedit aliquẽ cibum, vt moriatur, & per illum contingit eum ſanari. Cùm ergo cauſa per accidens non ſit proportionata ad effectum, ſed ſolùm cauſa per ſe ex ordine adſit, qui eſt per accidens: non dicetur aliquid ſimpliciter bonum, vel appetibile, ſed ſolùm concurrentibus omnibus,quæ ad hunc effectum determinantur. Dicendum ergo, ꝙ tentatio per ſe, ideſt, inquantum fit à tentatore,ordinata eſt ad hominis perditionem: ad ſalutem autem eius non ordinatur, niſi per accidens,ſcilicet,ex hoc ꝙ tentator uincitur per auxilium diuinæ gratiæ. Et ideo tentari ſimpliciter non eſt appetendum,ſed tentari,& vincere ſimul acceptum appetendum eſt. Quia tamen per noſtram fragilitatem victoria nimis dubia eſt, ideo tentatio ſecurius fugitur, quàm appetatur. Quia in nobis nihil eſt niſi peccatum quod fugiamus,ſcilicet,infirmitas, per quam ſuperari timemus. Ab extrinſeco autem eſt, per quod appetimus poſſit, ſcilicet, ipſa diuina gratia, per quam poſſimus tentatorem ſuperare. Quandoque tamen eſt bonum homini tentari,licèt homo neſciat,quia finem tentationis ignorat. Et ob hoc Deus permittit etiam diabolum nos tentare. Nam ſi corde bono homo maneat, Deus non permittet eum ultra id, quod poteſt tentari,& ipſa tentatio facit ei prouentum. 1. Corint.10. Et maximè in hominibus alicuius perfectionis, vel boni propoſiti, quos diabolus valde tentat maximè in exordijs. Et ponit de hoc quinque cauſas Chryſoſtomus ſuper Matthæum, dicens: Quiſquis ergo poſt baptiſmum maiores ſuſtines tentationes, non turberis, etenim propter hoc accepiſti arma non vt vaces, ſed vt prælieris. Ideo autem tentationem à te Deus nõ prohibet: Primò quidem, vt diſcas, quoniã multo fortior es fortior, deinde ut magnitudine donorum non extollaris. Tertiò, vt diabolus experiẽtia cognoſcat perfectè,quod ab eo abſceſiſti. Quartò,vt per hoc fortior reddaris. Quintò, vt crediti tibi theſauri ſignum accipias. Nec enim tibi diabolus ad tentandum ſuperueniret,niſi te in maiori honore effectum videret. Vnde ait Hilarius. In ſanctificatis enim maximè diaboli tormenta craſſantur, quia victoria ei magis eſt exoptata de ſanctis.

Ad primum dicendum,quòd Iacobus loquitur de tentatione, quæ eſt per tribulationes, & non de illa, quæ eſt per ſuggeſtionem, qualis eſt tentatio diaboli. Nec de illa, quæ eſt per modũ delectationis inſurgentis in nobis, qualis eſt tentatio carnis: quæ ſunt magis propriè tentationes, & ſunt magis periculoſæ, quam tentationes,quę ſunt tribulationes. Vnde Iacobus hortatur ad patientiam tribulationum,ſcilicet, vt inter-

ſis æquanimitatem, & gaudium mentis ſeruemus. Non enim poſſumus eas vincere, niſi per patientiam. Vnde ipſum gaudium,quædam victoria eſt. Et ſic gaudere in tribulationibus, quæ uocantur tentationes, non eſt appetere illas,ſed reſiſtere illis. Et ſic Iacobus non hortatur nos ad optandum tentationes: ſed ad ſuſtinendum eas, quod neceſſarium eſt poſtquam euenerunt. Secus eſt de tentationibus propriè dictis, ſcilicet, carnis, mundi, & diaboli: quia ſuſtinere illas, non eſt gaudere, ſed magis ſollicitum, & vigilantem eſſe,& fortiter repugnare,ſicut dicitur.1.Pet.6. Sobrij eſtote,& vigilate,quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret: cui reſiſtite fortes in fide. Et de iſtis etiam verum eſt, quòd neceſſe eſt ſuſtinere eas, quando venerint: ſed non ſunt appetendæ, ſicut nec tribulationes. Et quia ſuſtinere illas non eſt gaudere, non poſſumus de iſtis gaudere. Ad ſecundum dicendum,quòd in tentationibus non relucet bonum alicuius,niſi ſuppoſito quodam alio,ſcilicet,victoria. Quia aliàs potius perit bonum hominis. Ideo tentatio abſolutè deſideranda nõ eſt,ſed tentatio cum victoria. Ad tertium dicendum, quòd tentationes non ſunt materia uirtutis tanquam per ſe ad virtutem ordinatæ: ſed per accidens tantũ, vt dictum eſt,ſ.inquantum accidit,quòd Deus ex miſericordia ſua faciat illas nobis in bonum prouenire. ideo non oportet eas eſſe appetendas. Ad quartum dicendum, quòd Apoſtoli gaudebant de tribulationibus,quia confirmati erant,& confidebant ſe non poſſe ſuccumbere in illis. Et ex hoc erat illis quaſi certa victoria. Gaudebant ergo quòd propter Chriſtum affligerentur propter honorem nominis Chriſti, quem valde appetebant, tum propter augmentum meritorum ſuorum. Nos autem non ſumus certi,quòd poterimus æquanimiter tolerare tribulationes: ideo non debemus eas deſiderare, immo interdum fugere eas bonum eſt.infra 10.dicente Chriſto: Si perſecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite ad aliam. Aliter poteſt dici, quòd nos debeamus conformari apoſtolis in tolerantia tribulationum: ipſi namque non appetebant eas,ſed poſtquam eas ſuſtinuerant, videntes datam ſibi æquanimitatem ad tolerandum, gaudebant. Ipſi tamen non ſe ingerebant ad hoc, quòd aliquę tribulationes eis fierent pro nomine Chriſti, & ſic non apperebant illas. Ita & nos ſi tolerauerimus tribulationes patienter, Deo nobis donante patientiam, debemus de hoc valde gaudere propter honorem Dei, & fructum operis noſtri. Et tamen non debemus exoptare alias tribulationes euenire, quia neſcimus,an forte illas tolerabimus, vel mouebimur ad impatientiã. Aliter etiam poteſt dici,quòd Apoſtoli gaudebant de contumelijs ſibi illatis pro Chriſto, quas tenebantur ſuſtinere poſtquam inferebantur. Et quia non poterant ſuperare eas,niſi per patientiam,oportebat æquanimiter tolerare. Et iſtud eſt gaudere in illis. Sic accipitur Iaco 1. Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cùm in varias tentationes incideritis,vt ſupra poſitum eſt. Ad quintum dicendum, quòd tentationes non ſunt neceſſariæ,vt perueniatur ad regnum, niſi neceſſitate conditionata. Sic, ſcilicet, vt tentationes aduenian: & non perueniatur ad regnum, niſi vincantur: ſed tentationes aduenire non eſt neceſſarium abſolutè, niſi ſecundùm conditionem ſtatus præſentis, ex qua conditione ſequitur pugna carnis aduerſus ſpiritum,quę dicitur tentatio. Ad ſextum dicendum,quòd Paulus petens a ſe ſtimulum carnis remoueri, rectè petijt, habita conſideratione ipſius ſtimuli abſolutè. Sed quia conſiderato euentu pugnæ, in qua futurus erat victor,remotio ſtimuli ſibi non expediebat,qui tamen euentus ſibi certus non erat. Et pro tanto dicebat,quòd neſciebat quid peteret, ſcilicet,quia petebat ſibi tolli profectum virtutis. Vnde quomodo certificatus eſt de victoria ex uerbis Domini dicentis, ſufficit tibi gratia mea, patienter ſuſtinuit ſtimulum, & non retinuit illum vltra ſe amoueri. De his S.Thom. 2.Senten.diſt.21.artic.3.

An Deus tentet hominem. Quæſt. LXXI.

QVAERITVR, an Deus tentet hominem. Aliqui dicunt, quòd non tentat quenquam, quia tentatio eſt ad accipiendum experimentum alicuius, quod neſcitur de ipſa re; Deus tamen nihil poteſt ignorare, ideo non poteſt ipſe experimentum accipere. Item tentare eſt officium dæmonis, vt ſupra dictum eſt. Deo tamen nihil eſt commune cum dæmone in actu: quia dæmon omnia facit ad malum, Deus vero omnia ad bonũ: ideo tentare ad Deum non pertinet. Item Iacobi primo dicitur: Nemo cùm tentatur dicat,quia à Deo tentatur. Ipſe enim neminem tentat: ergo nullus modus tentationis a Deo eſt.

Dicendum,quòd Deus aliquo modo tentat homines. Et pro hoc conſiderandum, quòd ad perfectam rationem tentationis tria concurrunt, ut declaratum eſt ſupra in quæſtione qua quærebatur quid ſit tentatio. Et diximus,quòd aliquando omnia tria concurrunt in tentatione, & eſt aliqua tentatio, in qua duo ſola euenìunt, aliqua autem eſt,in qua unica conditio ſaluatur. In tentatione autem Dei ſunt duæ conditiones tentationis,ſcilicet,quia per illam aliquid notifica tur, & etiam fit ad hanc intentionem, quòd aliquid notificetur: licèt non concurrat ibi tertium, quòd Deus non intendit illam cognitionem,vel experimentum pro ſe accipere,cùm ipſe omnia nouerit. Sic patet in tentatione,qua dicitur tentaſſe Abraham Gene. 22.quia ibi intendebatur,quòd notificaretur virtus fidei,& obedientiæ Abrahæ. Etiam ibi fuit uerè notificata,quia per hoc,quòd ipſe non diſtulit obedire Deo iubenti occidere filium, quem diligebat: totus orbis cognouit quanta eſſet uirtus fidei,& obedientię Abrahæ. Ipſe tamen Deus etiam ſi iſtam tentationem non feciſſet, ſciebat virtutem Abrahæ, & non oportebat propter ſe quærere aliquam tentationem. Et interdum Deus dicitur tentare hominem, ut notificet eum ſibi ipſi: quia homo quando non tentatur,etiam ipſemet neſcit ad quantũ ſit. Nam quantitas,vel perfectio habitus oſtenditur per actum. Quando ergo aliquis non operatus eſt per habitum,quem habet a longo tempore, vel per aliquas naturales uires, neſcit ad quantum ſit:& ſi operatur,uidebit ad quantum ſufficiat. Ita ſæpe aliqui homines putant ſe eſſe maioris fidei,& maioris firmitatis in uirtutibus,quam ſint. Iſtis autem expedit, quòd tententur, ne ſeipſos ſeducant de ſe maiora reputando. ſicut dicitur ad Gala.6. ſcilicet: Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe,cùm nihil ſit: ipſe ſe ſeducit. Talibus autem utile eſt, quòd tententur a Deo: vt per hoc cognoſcant infirmitatem ſuam, & ſic cautiores fiant. Vnde talis tentatio proficit ad hominis inſtructionem: ſic dicitur Deuteronomij octauo, ſcilicet: Deduxit te Dominus quadraginta annis per deſertum,ut affligeret te, atque tentaret: & nota fierent ea, quæ in tuo animo verſabantur: utrũ cuſtodires mandata illius,an non. Et poſtea dicit,quia ſicut Dominus erudit filium ſuũ, ſic Dominus Deus tuus eruditit te, vt ambules in uijs eius. Et ſic tentatio eſt ad eruditionem. Et ſicut tentatur homo aliquando à Deo, vt cognoſcat infirmitatẽ, vel firmitatem in operatione, & virtute: ita interdum tentatur, vt cognoſcat imperfectionem ſuam in intellectu, & ut uideatur

tur quantum distet consilium Dei à consilio nostro. Sic patet Ioann. 6. cùm dixit Christus ad Philippum. Vnde ememus panes, vt manducent hi? Et dicitur ibi: Hoc autem dicebat tentans eum, ipse enim sciebat quid esset facturus. Et apparuit in hoc defectus consilij Philippi, & paruitas fidei. Nam dixit, ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt unusquisque modicum accipiat. Aliquando autem tentatur homo à Deo de talibus rebus, de qualibus diabolus solet tentare. Differt tamen in hoc, quia diabolus tentat, vt in illis hominem superet, & in peccatum deducat: Deus autem, vt uirtutes hominis notas faciat, vel ut ipsum cautiorem reddat, sicut dicitur Deuteron. 13. scilicet. Si surgeret aliquando Propheta, qui diceret se uidisse somnium, & prædixerit aliquod, & illud euenerit, constat per hoc illum esse verum Prophetam, & à Deo. Dicitur tamen ibi, ꝙ si iste Propheta diceret postea, eamus, & colamus Deos alienos, ꝙ non erat sibi credendum. Et datur causa ibi, scilicet. Tentat vos Deus, vt palam fiat vtrum diligatis eum, an non. Et sic erat hic tentatio Dei, quæ in seipsa erat satis apta ad fallendum, & ut per eam homines errarent, scilicet, quia ille de quo semel constabat, quòd erat Propheta missus à Domino, permittebatur à Deo falsum dicere, & sic illi, qui modicę fidei essent deciperentur. Et sic dicitur, quòd est tentatio: quia tamen ad bonum ordinatur à Deo, scilicet, vt appareat, ꝙ illi diligant Deum quibus ista tentatio fit, uocatur tentatio Dei. Similem autem tentationem fecit diabolus, quia ipse iuit ad Prophetas Regis Acab, & reuelauit eis falsum, dicens, ꝙ Acab prævaleret in bello contra Syros, & tamen in veritate moriturus erat in bello, si illuc iret. Et Prophetæ decepti per illum spiritum annunciauerunt Acab victoriam hortantes ire ad bellum, & mortuus est in eo. 3. Reg. 22. & 2. Paralipo. 18. Vnde tentatio Dei, & diaboli bene possunt esse similes materialiter. Distinguũ tur tamen in duobus, scilicet, in intentione tentãtis, & ex euentu tentationis. De primo patet, quia Deus semper tentat ad bonũ, scilicet, vt virtus alicuius nota fiat, vel ut ipse, qui tentatur instruatur agnoscendo seipsum. Et sic de multis alijs motiuis, quæ omnia in bonum redundant. Diabolus autem semper ad malum intendit, scilicet, vt occidat inducendo in peccatũ mortale. De secundo patet, quia ex tentatione Dei semper sequitur bonus euentus, scilicet, quia tentatus nunquam succumbit, sicut patet in Abraham, sed ostenditur virtus eius, vel instruitur: ita vt per ipsam tentationem in peccatum nequaquam cadat, sed aliquod bonum semper inde sequitur. Et si aliquis homo est infirmus in virtute, qui fortè tẽterur incidit in uitium, Deus nunquam illum tentauit, sed si tentatus fuerit erit tentatio à diabolo, vel à carne, vel à mundo, sicut dicitur Iaco. 1. Deus tentator malorum non est, ideſt, non tentat ad hoc, quòd mala fiant, nec mala sequuntur ex tentatione sua. In tentatione autem diaboli secus est, quia ipse semper tentat ad malum, & sic astutia sua magna, & fortitudo semper uinceret, & induceret peccatum in nobis ex tentatione, nisi Deus adiuuaret nos ex gratia, faciendo quòd possemus tolerare. 1. Corinth. 10. scilicet. Sed faciet cum tentatione prouentum, vt sustinere possitis. Et loquitur de tentatione diaboli, vel carnis, aut mundi. Quia illa est ex permissione Dei: & non de tentatione, quam ipse facit, quia illa non est ex permissione, sed ex propria uoluntate. Sicut fuit in tentatione facta Abrahæ, qua ipse dicitur tentasse illum, scilicet, per aliquem de Angelis bonis, qui sunt ministri Dei: & loquuntur nomine eius in tentatione. Ergo diabolo aliquando succumbimus ex nostra infirmitate, & viribus diaboli: ali quando autẽ superamus ex Dei adiutorio. Nunquam tamen in tentatione, quæ à Deo est, aliquis superatur, aut succumbit, sed semper bonum prouenit ex illa. Et ob hoc, licèt scriptura vocet istam tẽtationem: tamen nos propriè vocamus tentationem eam, quæ ad malum est. Non quòd hoc significet terminus, cùm esse ad bonum, vel ad malum finem, sit extra rationẽ tentationis, sed quia consueuimus eam in malum accipere. Et sic tentatio diaboli est propriè tentatio.

Ad primum dicendum, quòd Deus non tentat aliquem, vt ipse experimentum de illo capiat, cùm omnia nouerit, sed ut alij experimentum capiant, vel ipse tentatus de se ipso, vt dictum est, & hoc sufficit ad esse tentationem.

Ad secundum dicendum, ꝙ tentatio non est communis Deo, & dæmoni quantum ad intentionem tentandi, & quantum ad euentum tentationis: est tamen communis quãtum ad ipsam rem, de qua fit tentatio: quia interdum potest esse eadem, vt supra declaratum est, vt cùm dicitur, quòd officium dæmonis est tentare, verum est, accipiendo tentationem prout fit ad malum finem, quia hoc modo proprium est dæmoni tentare: & tamẽ accipiendo tentationem quantum ad ea, quæ importantur nomine tentationis, scilicet, velle capere experimentum de aliqua re, non addendo, an sit ad bonum, vel ad malum finem, vel an sit ad aliquem finem, non est proprium dæmoni tentare, nec est officium eius, cùm multis conueniat, scilicet Deo, & homini, & dæmoni.

Ad tertium dicendum, ꝙ Deus neminem tẽtat, scilicet, ad malum, & tamen ad bonum aliquando tẽtat. Sic patet in eadem auctoritate Iaco. 1. scilicet. Nemo cùm tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est, ideſt, non est tentator malorum, quia ibi ponitur in negatiuè, vel priuatiuè. Et patet hoc, quia tentationem de qua ibi loquitur, refert Iaco. ad malum dicens, quòd à concupiscentia horamo tentatur, & concupiscentia parit peccatum. Hanc autem tẽtationem Deus non facit.

An caro, & mundus tentent hominem. *Quæst. LXXII.*

QVAERITVR, an caro, & mundus tentent hominem. Quidam dicunt, ꝙ non, quia tentatio fit ad habendum experimentum de re, & experimentum non potest haberi, nisi ab habente cognitionem. Caro autem, & sanguis cognitionem non habent: ideo tentare non possunt. Item tentare est officium dęmonis, & sic est sibi proprium, non ergo conuenit carni.

Dicendum, ꝙ homo tentatur à carne, & est grauis tentatio. Patet Iaco. 1. scilicet. Vnusquisque verò tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus. Patet etiam, quia cõcupiscentia carnis uocatur stimulus, vel lex membrorũ impugnans sanctos, ita ut beatus Paulus conqueretur de illa, & peteret à se ammoueri. 2. Corint. 12. & dicebat, ꝙ iste stimulus captiuabat eum in lege peccati. ad Rom. 7. Sic etiam dicitur ad Gala. 5. ꝙ caro cõcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc enim inuicem sibi aduersantur. Ista autem aduersitas est tentatio, ideo à carne tẽtatio est. Considerandum tamen in hoc, ꝙ caro potest accipi multipliciter: vno modo pro substantia corporis, quæ est pars speciei humanæ. Et hoc modo nõ potest caro tentare, quia nõ debetur ei aliqua actio, cùm sit solùm materia, maximè quia tentatio carnis est concupiscentia. Iac. 1. & consistit in concupiscendo. ad Gala. 5. Concupiscere tamen pertinet ad appetitum, sed appetitus est virtus animæ: ideo concupiscentia non est à carne, isto modo accipiendo, sed est ab anima: & sic exponit sanctus Thom. illud dictum Apostoli in quæstionibus suis de Anima. s. Caro concupiscit aduersus spiritum, & ipsa anima prout est in quadam parte carnis concupiscit contra spiritum. i. contra seipsam, vt nõ est in carne. Alio modo accipitur pro toto illo, quod est in homine, præter ipsam animam, quantum ad partẽ rationalem. Et hoc modo corpus cum omnibus organis, & cum omnibus viribus organicis sensitiuis, & affectiuis, & naturalibus vocatur caro. Et sic postea viſiua caro est, & vis concupiscibilis, & vis irascibilis, & virtus phãtastica, & imaginatiua, & omnes huiusmodi sunt caro. Et tamen manifestum est, ꝙ istæ non sunt corpus, nec pars corporis, nec de substantia corporis, sed magis possunt vocari partes animę. s. partes potentiales. Rõ istius differentiæ est, quia in anima nostra continentur plures gradus potentiarum. s. vegetatiuæ, sensitiuæ, affectiuæ, rationales. Anima quantum ad omnes potentias vegetatiuas, effectiuas, & sensitiuas, est alligata corporis. Et apparet operatio sua magis in quibusdam partibus corporis, quàm in alijs. Etiam quantum ad operationes illarum potẽtiarum anima sequitur necessariò conditionem corporis, etiã in actibus istarum potẽtiarum anima potest cogi. Anima autem quantũ ad vires rationales. s. intellectum, & voluntatem, non est alligata corpori, quia actus intelligendi, & volendi non est magis per vnam partem corporis, quàm per aliam: immo per nullam est, ac si anima non esset realiter in corpore, & ei vnita. Etiam non sequitur conditionem corporis intelligendo, volendo, sicut in actibus aliarum potentiarum: nec etiã potest cogi ratione corporis ad intelligendum, & volendum, sicut cogitur, & impeditur quãtum ad actus aliarum potẽtiarum, sicut de sinistris apparet. Quia aliquando uidemus quando nolumus, & interdum vellemus videre, & non possumus: ira indigestiua, & appetiua, expulsiua, & generatiua, imaginatiua, & phantastica, & sic de cęteris. Et ob hoc valde conueniter ipsa anima, quantum ad potentias rationales, secundùm quas non est alligata corpori, vocatur spiritus: quia spiritus dicit rem simplicem, & immaterialem: & ipsa substantia carnis, cum omnibus illis potentijs, vel viribus animæ secundùm quas anima est alligata corpori, vocantur caro, quia anima quantũ ad illas potentias sequitur conditionem carnis. Et hoc modo est tentatio à carne. i. ab ipsa anima, prout est affixa carni, & desiderat ea, quę sunt conuenientia secundum carnem. Sic dicitur ad Gala. 5. ꝙ caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. i. anima concupiscit contra seipsam, quia anima quantum ad vires, secundùm quas est affixa corpori, concupiscit solum illud, quod est bonum, & delectabile corpori, & nihil aliud potest concupiscere. Istud autem est cõtra spiritum, quia est contra determinationem rationis, & contra appetitum rationabilem. Nam ratio, cùm non sit affixa organo, nõ cogitur, quòd iudicare debemus, quod est bonum isti, uel illi: sed sicut ipsa est absoluta ab omni alligatione, ita iudicat de eo, quod est bonum simpliciter, & secundùm se. Illud ergo sequi debemus. Et quantum ad hoc ipse spiritus concupiscit ꝺ carnẽ, ideſt, iudicat, & eligit de bono contrario modo, quàm caro. i. anima, vt est carni affixa, & sic tentatio ista nihil pertinet ad carnem propriè dictam, sed tota tentatio, & contradictio est inter animam ad seipsam. s. inter ipsam quantum ad personas, secundùm quas non est alligata, & quantum ad partes, secundùm quas est alligata, & dicitur caro tertio accipitur caro pro omni illo, qđ est contra rectitudinem rationis. Et hoc modo aliquãdo actus partis rationalis uocantur actus carnis, & ipsa ratio, & uoluntas vocantur caro, inquantum non sequuntur rectitudinem sibi debitam. Et sic omne peccatum uocatur carnale, vel fructus carnis. Sic patet ad Gala. 5. scilicet. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt

fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, sectæ, inuidiæ, & omnia ista vocantur opera carnis. Et tamen ponuntur hic quædam peccata, quæ nihil ad carnem pertinent, sed purè ad partem rationalem, sicut idolorum seruitus. Nam idolatria non prouenit ex aliqua inclinatione carnis, cùm non sit in se aliquod delectabile, sed solùm pertinet ad quendam errorem intellectus, & uoluntatis, attribuendo illi deitatem, cui non competit, & exhibendo ei cultum deitatis: Etiam ponitur ibi inuidia, & tamen ipsa ab omnibus ponitur peccatum spirituale. Idem patet de veneficijs. Patet etiam hoc, quia ibi distinguit Apostolus fructus spiritus contra opera carnis, & in fructibus, uel operibus spiritus nihil ponit nisi uirtutes, & sic omne uitium includitur sub nomine operum carnis. Quandocunque ergo peccamus, intellectus noster, & uoluntas caro sunt, & non manet in nobis spiritus ullus. Hoc modo accipiendo carnem erit etiam tentatio à carne, & tamen non est ista, quàm nos uocamus tentationem carnis, quia sicut hoc modo omne peccatum uocatur carnale: ita omnis tentatio uocabitur à carne, & sic non distinguetur tentatio in tentationem carnis, & mundi, & dæmonis. Accipiendo ergo tentationem carnis, ut solemus accipere: dicendum, quòd illa erit tentatio a carne, secundo modo assumpta, scilicet, prout est substantia corporalis cum potentijs, & uiribus animæ sibi affixis.

Considerandum circa hoc, quid sit ipsa tentatio carnis, & dicendum quòd tentatio carnis non fit per modum suggestionis, sicut tentatio diaboli, quia tentatio non est aliquid, quod in nobis sit, aut ex nobis insurgat, sed est solùm quædam suggestio, uel suasio dæmonis, qua conatur suadere nobis facere aliquod malum. Et ista suggestio in ipso est realiter. Sicut, si aliquis homo cõsulat nobis facere aliquod malum: illud consulere in ipso est, & non in nobis. Quia tamen nos non uidemus diabolum, & sentimus in nobis, quòd mouemur ad malum, quasi per modum cuiusdam rationis suadentis, putamus illud esse in nobis, & non est. Secus autem est in tentatione carnis, quia illa non est per modum suggestionis, cùm non fiat ab aliquo extrinseco, sed intra nos est, à quo mouetur. Et fit hoc quasi naturaliter per motum quendam insurgentem in parte concupiscibili, prout ille motus est repugnans imperio rationis. Nam si ille motus esset iustè, uel iniustè imperantis: non esset tentatio. Sicut si quis intentatus iudicans bonum esse fornicari, quia delectabile est, si eligat fornicari, si ad istud iudicium & electionem contingat fieri motum in vi concupiscibili inclinante ad coitum, non uocatur ille motus tentatio, quia tentatio inuoluntaria est. Iste tamen motus est per imperium rationis, uel concurrit cum imperio rationis, ideo tentatio non est. Istud tamen imperium rationis iniustum est. Sicut etiam, si quis coniugatus elegerit reddere debitum, quando petitur, & ad istam electionem assequatur motus ad uenerea in ui concupiscibili, non est tentatio, quia est imperium rationis: & si iustè, uel iniustè imperet, non differt.

Dicendum igitur esse iste motus inuoluntarius, ideſt, contra imperium rationis, scilicet, quia licèt uoluntas iubeat non insurgere cõtra rationem, quòd insurgat, & tunc insurgit contra rationem. Aliquando autem insurgit præter rationem. s. rõne non iubente, nec uetante, cùm ad hoc fortè non attendat, & tamen adhuc est motus iste inordinatus, cùm insurgat sine imperio. Nã, cũ sit in uiribus inferioribus, & ille nihil agere debeat sine directione, & imperio superiorum, inordinatus motus est. Et hoc modo posset diffini-

ri tentatio carnis, scilicet, quòd sit motus quidam inordinatus insurgens in vi concupiscibili prout in malum tendere potest. Hoc satis ostendit Apostolus ad Galatas quinto dicens, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc enim inuicem sibi aduersantur. Et sic innuit, quòd in hoc sit tentatio, quòd vnum alteri aduersatur. Si autem caro moueatur ex imperio rationis, etiam si ad malum sit, non est tentatio: quia tunc appetitus dirigitur per illum, a quo dirigi debet naturaliter. Considerandum, quòd ista tentatio insurgit ex conditione carnis corruptæ. nam si non fuisset per peccatum Adæ corrupta natura nostra, anima prout est alligata carni, non concupisceret contra rationem: quia vires inferiores essent sibi subditæ superioribus viribus: & tamen vires alligatæ sunt naturaliter inferiores viribus non alligatis, & subiectæ illis, & ista subiectio, siue repugnantia pertinebat ad iustitiam originalem, quæ vocatur iustitia inquantum iustum est inferiores superioribus esse subditos, & vocatur originalis, quia data fuit homini in sua origine tam in origine personæ, quàm naturæ. Personæ quidem, quia Adam ab instanti suæ plasmationis illam habuit: naturæ autem, quia non incepit prius natura humana, quàm inciperet ista iustitia. Per peccatum autem Adæ corrupta fuit caro nostra, quia obedientia istarum virium affixarum carni ad superiores non affixas ablata est. Et in hoc stat tota tentatio carnis, quæ esse non potuisset ante peccatum propter obedientiam ipsarum virium, & hoc modo apparet quid sit tentatio carnis, quæ esse non potuisset: & quomodo se habeat: & vnde originem trahat. Ad primum dicendum, quòd in tentatione carnis non sunt omnes tres conditiones, quæ requiruntur ad perfectam rationem tentationis, scilicet, quòd experimentum habeatur de re, & quòd hoc experimentum intendatur per tentationem, & quòd tentans intendat illud accipere. Primum solùm est in tentatione carnis, scilicet, quia per illam habetur experimentum de virtute, vel infirmitate nostra, si resistimus, vel succũbimus. Et hoc sufficit ad hoc, quòd possit vocari tentatio. Cùm autem obijcitur, quòd caro non cognoscit: dicendum est, quòd hoc requireretur si in tentatione carnis deberent esse omnia tria requisita ad perfectam rationem tentationis, Nam illa non possunt esse nisi in intelligente: & sic caro non tentaret. Ad secundum dicendum, quòd tentare est officium dæmonis inquantum tentare sit ad malum finem. Et tamen prout ex tentatione habetur experientia quædam, nõ solùm fit tentatio a dæmone, sed etiam ab alijs. Et sic tentare non est officium dæmonis, vel alicuius: quia ad multos pertinet.

De tentatione, quæ est ad iram quomodo se habeat.
Quæst. LXXIII.

QVAERITVR de tentatione, quæ est ad irã, quomodo se habeat. Nam ista non videtur includi sub aliqua de tribus tentationibus, quæ distinguuntur. Non est enim sub tentatione mundi: quia ista solùm est ad opes, honores, & potentiam: & similia, quæ extra nos sunt, & vocantur bona fortunæ. Non est etiam sub tentatione diaboli, quia diabolus non habet aliquod genus speciale rerum, circa quas tentet, sicut habent mundus, & caro. Aliqui putant pertinere tentationem iræ ad tentationem diaboli, quia non inueniunt eam sub alijs duabus, quæ habent certum genus rerum, de quibus fit tentatio: ipsa autem tentatio diaboli est latior, quia non habet aliquod speciale genus obiecti de quo fiat, ideo sub hac putauerunt melius posse reponi.

Dicendum, quòd hoc non stat, sed quòd pertinet ad tentationem carnis. Primum patet, quia si pertineret tentatio iræ ad tentationem diaboli, nunquam homo tentaretur de ira nisi a diabolo. Istud tamen inconueniens est, cùm ira possit naturaliter insurgere sicut delectatio venereorum: sed tentatio ad venerea potest fieri sine dæmonis instigatione, nec de hoc aliquis dubitat, ita ergo tentatio ad iram. Et apparet magis. Quia sicut naturaliter habet homo vim concupiscibilem, ita habet irascibilem, sed ex eo quod habet homo concupiscibilem naturaliter potest tentari de venereis demone non instigante, ita ergo poterit naturaliter moueri tentatio iræ dæmone nihil agente. Ista est causa quare Origenes dicit, quòd dæmones non sunt causa omnis peccati, quia etiam si dæmones non essent, homines haberent appetitum cibi, & venereorum, & huiusmodi, circa quem appetitum multa inordinata contingerent, nisi per rationem refrenaretur. Et sic est de ira, quia etiam non existentibus dæmonibus, homo haberet vim irascibilem. Item patet, quia ex conditione complexionis, vel ex qualitate tpis, & alijs multis accidentibus contingit hominẽ moueri sæpe ad iram, etiam si nemo eum impellat: ideo tunc manifestum est, q̃ illa ira non prouenit ex tentatione dæmonis. Et tamen ista tentatio quædam est, & non est ei assentiendum, scilicet, ne per eam alicui simus molesti. Item quia tet efficacius, quia adhuc magis insurgit naturaliter, & contra imperium rationis ira, quàm concupiscentia venereorum, quia concupiscentia illa est aliqualiter pigra, & paulisper subrepit quousq; efficiatur magna. Ira autem subito insurgit in magnum statum, & non accipit paulisper incrementum. Sic dicit Arist. 7. Ethic. quòd ira modicum audit rationis. Et dicit, q̃ est ficut canes præstolantes, qui cùm audierint sonitum porte subito latrant, & currunt ad portam, & iudicant priusquam ille qui pulsat notus sit, vel innotus. Nam postea ad viderint notos latrare cessant. Minus ergo dicetur tentatio iræ a diabolo, quàm tentatio venereorum.

Dicendum ergo est, quòd ista tentatio naturaliter euenit, licet aliquando per dæmonem possit suscitari, qui conatur suscitare iras, & discordias, sicut interdum ipse prouocat libidinem, quæ tamen sine ipso naturaliter insurgere poterat. Et debet poni sub tentatione carnis, quia licèt communius nos accipiamus tentationem carnis pro ea, quæ est ad venerea, tamen oportet sub hac tentatione poni multa alia, scilicet, omnia illa, quæ naturaliter insurgere possunt, & intra nos sunt, quia per has duas conditiones distinguitur tentatio carnis, a tentatione dæmonis, & mundi. Nam tentatio mundi, licèt sit de his quæ naturaliter potest homo concupiscere, est tamen ab extra, quia omnia quæ sic concupiscuntur extra nos sunt. Tentatio autem diaboli est interdum de his, ad quæ naturaliter non est inclinatio: sicut de hæresi, & de infidelitate, & de idolatria, & similibus. Est etiam semper tentatio diaboli extra nos, quia est per suggestionem quæ suggestio est actus diaboli. Et non est in nobis realiter, sed in ipso. Ideo ad hoc, quòd isti tres modi tentationis comprehendunt sufficienter omnem tentationem, necessarium est sub tentatione carnis poni omnia illa, de quibus tentamur ab intrinseco, idest, insurgunt ex nobis: Et sic est tentatio ad venerea; quàm communiter vocamus tentationem carnis. Sic etiam est tentatio ad gulam, secundum quòd homo desiderat cibos, quos non debet, vel quando non debet, & sic de alijs circumstantijs. Et ista tentatio naturaliter insurgit, & adhuc magis naturaliter, quàm tentatio ad venerea, inquantum cibus est magis ad conseruationem hominis, quàm actus venereus. Et sic necessariò vocabitur tentatio carnis sicut tentatio venereorum: quia ambæ sunt in eadem vi animæ, scilicet, in concupiscibili: quia concupiscentia ad conseruationem speciei est ad eum per generationem, quę per coitum generetur species: desiderium autem conseruandi indiuiduum causat concupiscentiam cibi, per quem cõseruatur indiuiduum. Etiam ambæ pertinent ad eandem virtutem. Nam secundum Arist. 3. Ethicorum. Temperantia est circa delectabilia tactus, & gustus: delectabilia tactus sunt in venereis, & similibus: delectabilia gustus sunt in cibo, & potu. Necesse est etiam poni tentationem iræ sub tentatione carnis, quia tentatio carnis dicitur, quia a carne insurgit. Caro autem, vt hic accipitur, est substantia carnis cum viribus animæ sibi affixis: vt dictum est præcedenti quæstione. Et tamen irascilis est vis animæ affixa carni, sicut concupiscibilis, quòd istæ potentiæ dicuntur duæ vires affectiuæ: ideo tentatio ad iram erit necessariò sub tentatione carnis: & potest vocari ipsa tentatio aliquo modo concupiscentia, cùm ira sit appetitus vindictæ. primo de Anima. Verum est tamen, quòd desiderium cibi, & potus vocatur magis proprie concupiscentia, eo quòd ista sunt ad bonum, scilicet, ad delectabile, & sunt ad prosequendum illud: ira autem magis est ad repellendum aliquid, cùm ipsa sit secundùm existimationem, & non sit ira nisi vbi tentamus aliquod malum nobis esse factum siue vere, siue falsè putemus. Etiam quia desiderium cibi, & potus est in vi concupiscibili, ideo proprie ipsum desiderium vocatur concupiscentia. Desiderium autem vindictæ, quod ad iram pertinet, non est in concupiscibili, sed in irascibili. Ideo non vocatur ita propriè concupiscentia nisi inquantum vindictam concupiscimus, vel magis propriè appetimus: & quia tentatio carnis in scriptura solet vocari concupiscentia, non capitur ita propriè tentatio iræ sub concupiscentia, sicut desiderium venereorum, & cibi. Dicendum tamen, quòd propriè pertinet tentatio iræ ad tentationem carnis propter causam supra positam.

An mundus tentet hominem. Quæst. LXXIIII.

QVAERITVR, an mundus tentet hominẽ. Aliqui dicunt quòd non, quia mundus non est aliquid intelligens: ideo non potest. Item nullus tentat eum, quem abiectum reputat: cum tentatio fiat de rebus dubijs. Mundus tamen reputat viros sanctos quasi abiectos. Sapientiæ 2. scilicet: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Ecce nunc quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Ergo mundus non tentauit aliquem. Nam viros malos non tentat, quia illi de mundo sunt, & ideo diligit illos. Ioannis decimoquinto. Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo essetis, mundus, quod suum erat diligeret.

Dicendum, quòd homo tentatur a mundo, quia prima ad Timothæum sexto dicitur. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem. Ista autem tentatio pertinet ad mundum, quia diuitiæ sunt de rebus, quæ sunt in mundo, & sic mundus tentat. Sciendum in hoc, quòd mundus accipitur multipliciter. Primò pro vniuersitate rerum, Ioannis primo, scilicet: Mundus per ipsum factus est, idest, tota vniuersitas. eodem capitulo, scilicet: Omnia per ipsum facta sunt. Sic prima ad Corinthiorum octauo, & decimo: idolorum nihil est in mundo, idest, non est idolum aliquid de

Alph. Tost. in Matth. Comm.

vniuersitate rerum: quia non est a Deo factum, sed ab humana malitia excogitatum: sicut dicit Augustinus, & Magister tertio Sententiarum distinctio. 37. Secundò accipitur mundus pro statu præsenti, quo inter homines viuitur. Ioannis primo, scilicet: In mundum venit, idest, ad viuendum inter homines. & Ioannes decimotertio, scilicet: Sciens Iesus, quia venit eius hora, vt transeat de hoc mundo ad patrem, idest, de hoc statu vitæ mortalis. Et Ioannis decimoseptimo. Non rogo, ut tollas eos de mundo: sed vt serues eos ad malo: idest, non rogo ut auferas eis uitam, per quam tollantur de hoc mundo. Tertiò accipitur pro omnibus hominibus, siue bonis, siue malis. Ioannis decimoquarto, scilicet: Vt cognoscat mundus, quia diligo patrem, idest, cognoscant omnes homines. Quartò accipitur pro hominibus mundanialis, quos uocamus mundanos: quia ea sola, quæ in præsenti uident desiderant. sic Ioannis decimoseptimo. Pro his rogo, & non pro mundo, idest, non pro hominibus mundanis. Et iterum. Non sunt de mundo, sicut ego non sum de mundo, idest, illi non sunt homines mundani, sicut nec ego. Quintò accipitur mundus pro rebus, quæ in mundo sunt, & solùm habentur hic, & concupiscuntur ab hominibus mundanis, scilicet, diuitiæ, honores, potentiæ humanæ, & similia. Sic accipitur prima Ioannis secundo, scilicet: Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitæ, idest, in rebus mundanis nihil est nisi hoc. Accipiendo mundum primo modo, non conuenit ei tentare: quia tota uniuersitas rerum simul bona est, & nihil mali facere potest. Secundo modo, etiam mundus non tentat, licèt in mundo tentemur, idest, in statu præsenti. Ioannis decimoseptimo. In mundo pressuram habebitis, idest, in statu præsenti habebitis tribulationes. Tertio modo etiam mundus non tentat, quia homines boni, qui sunt hoc modo de mundo neminem tentant. Accipiendo quarto modo, mundus tentat hominem, quia homines mali persequuntur bonos. Ioannis decimoquinto: Si mundus uos odit, scitote quia me priorem uobis odio habuit, idest, si homines mali habuerint uos exosos. Et iterum ibi: Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret, idest, si essetis homines mundani alij mundani diligerent uos. Et tamen hoc modo non accipitur hic tentatio, quæ fit a mundo. Nam tentatio a malis hominibus persequentibus bonos non distinguitur a tentatione diaboli, sed pertinet ad eandem: cùm illi diabolo instigante hoc faciant, & malum intendant, sicut ille intendit: immo ipse diabolus per eos exequitur: sicut dixit Christus Iudæis, qui persequebantur eum sine causa. Ioannis octauo, scilicet: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis perficere. Et quia eadem est actio principalis agentis, & instrumenti, uel ministri, erit eadem tentatio dæmonis, & malorum hominum. Tentatio tamen mundi, de qua hic dicimus, distinguitur a tentatione dæmonis: ideo non accipitur mundus sic. Accipiendo mundum quinto modo, fit tentatio a mundo: quia tentamur concupiscendo res mundanas, scilicet, honorem, potentiam, diuitias, & similia. Et proprie hoc modo uocatur mundus ipsa bona fortunæ, per quorum concupiscentiam tentamur. Et non est intelligendum, quòd ista nos tentent, quasi aliquid agant, quia sunt aliquid inanimatum, & separatum a nobis: sed tentant nos per modum obiecti inquantum mouent nos ad se concupiscendum per hoc, quòd illa bona, & pulchra quædam iudicamus.

Considerandum autem, quòd tentatio mundi

Universidad de Deusto
Biblioteca

differt à tentatione carnis in duobus. Primò, quia tentatio carnis est naturalis, cùm sit de rebus aliquo modo necessarijs ad ipsam naturæ conseruationem; tentatio autem mundi non est de rebus necessarijs, sed de rebus curiosis, & vanis. Patet hoc, quia tentatio carnis quantum ad vim concupiscibilem est de necessarijs, quia cibus, & potus, & venerea, quæ per concupiscibilem desiderantur, sunt necessaria ad conseruationem speciei, & indiuidui. Et ideo ipsa naturalis inclinatio, etiam non existente ratione, illa exigit. Sic etiam ira, quæ pertinet ad vim irascibilem, & cadit sub tentatione carnis, est necessaria naturæ, quia sicut vis concupiscibilis prosequitur cõcupiscendo ea, quæ per naturam conseruantur: ita vis irascibilis prosequitur destruẽdo, & repellendo ea, quæ naturę contraria sunt, vel contraria iudicantur. Et utrumque necessarium est ad naturæ conseruationem. Bona autem fortunæ, quæ uocantur mundus, non sunt necessaria, sed pertinent ad curiositatem, quia sine diuitijs, potentia, & honore, vita duci potest: immo ista magis sunt ad perturbandum vitæ tranquillitatem, quia propter istorum superfluam sollicitudinem in acquirendo, & conseruando turbatur pax humana, & vita, quę quodam modo hic fœliciter duci posset, si ad ista bona fortunæ homo nunquam aduertisset, quæ magis sunt bona per opinionem nostram, quàm in rei ueritate. Et ex hac parte est aliqualiter cæteris paribus magis culpabile succumbere in tẽtatione mundi, quàm carnis, quia illa est de rebus non necessarijs, & minus naturalibus, quàm ista. Secundò differt tentatio mundi à tentatione carnis, quia tentatio mundi non est aliquid in nobis, sed ab extra, scilicet, à rebus fortunæ, quæ nos mouent per modum pulchri, & boni. Tentatio autem carnis insurgit ab intra in ipsa vi concupiscibili, & irascibili. Tertiò differunt, quia tentatio mundi fit ab ipsis rebus solùm in ratione obiecti, quæ potentiam nostram desideratiuam ad amandum mouent: tentatio autem carnis fit per modum impulsus, quasi à causa efficienti, & iste est aliquis motus realis factus in concupiscibili, & irascibili. Tentatio autem mundi non dicit aliquid reale, sed solum motum in ratione, quia concupiscere bona fortunæ non pertinet ad concupiscibilem, sed ad uim rationalem. Concordat autem tentatio mundi cum tentatione diaboli in hoc, quia utraque est ab extra. Differt tamen primò, quia tentatio mundi solùm fit per modum suggerentis, quia diabolus verè aliquid suggerit, & consulit nobis facere, licèt nos ipsum non uideamus. Secundò differunt, quia tentatio mundi est in rebus certis, scilicet, solum circa bona fortunæ. Tentatio autem diaboli nõ habet aliquam specialem materiam, sed aliquando fit in eis, quæ pertinent ad carnem, & aliquando in eis, quæ ad mundum, de quo dicetur infra in quæstione de diuisione, & numero tentationum.

Ad primum dicendum, quòd in tentatione mundi non reperiuntur omnia tria, quæ sunt de perfecta ratione tentationis, sed unicum illorum, scilicet, quòd per illam habetur experimentum de uirtute, aut infirmitate mentis nostræ si resistimus, aut succumbimus. Si autem deberent in aliqna tentatione concurrere illa tria, non poterat fieri talis tentatio nisi ab habente intellectum.

Ad secundum dicendum, quòd accipitur in isto argumẽto mundus pro hominibus mundanis. Isti enim sunt, qui contemnunt viros sanctos. Sapien. secundo. Hic tamen non loquimur de istis, sed de mundo, vt est in rebus fortunæ, quæ mouent nos ad concupiscendum eas, & sic non tentant. Et istæ non possunt contemnere quemquam, quia hoc solùm fit ab intelligente: Et tamen dato, quòd acciperemus mundum pro hominibus mundanis, dicendum quòd licèt illi contemnant sanctos viros: tamen persequuntur eos, sicut Christus dixit, Ioannis decimoquinto. Si mundus vos odit, scitote quoniam me priorem vobis odio habuit. Ista persequutio est propter contrarietatem operum, & quia mali putant, quòd tota vita bonorum est ad improperium eorum. Sapient. secundo. Vbi dixerũt impij, circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius, operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Grauis est nobis ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius.

An tentatio carnis, & mundi sit peccatum.
Quæst. LXXVI.

QVAERITVR de tentatione carnis, & mundi, an sit peccatum. Quidam dicunt, q̃ nulla earum est peccatum. Nam illud, quod est naturale, non est peccatum, sed insurgere tentationem carnis tam in concupiscibili, quam in irascibili est naturale: ideo peccatum nullum est. Item, vt dicit Augustinus, nemo peccat in eo, quod vitare non potest, & tamen quamdiu viuimus, non est in potestate nostra vitare omnem tentationem carnis, quia si potest ignis non vrere, potest caro non concupiscere. Ergo non est peccatum aliquod ipsa tentatio. Dicendum, quòd tentatio diaboli non est peccatum, vt supra ostensum est in quadam quæstione: tentatio etiam mundi non est peccatum, quia quodlibet peccatum nostrum in nobis est: tentatio autem mundi non est in nobis, sed est ab extra, tanquam ab obiecto: in nobis autem solùm est, quòd immutemur ab illo. Et hoc non possumus euitare, quia non est in potestate nostra, vt ait Augustinus, quibus visis tangimur. Cùm autem nos viderimus bona fortunæ, non possumus vitare, quin illa per modum obiecti moueant nos, cùm non possimus mutare naturam rerum. Non erit ergo tentatio mundi aliquod peccatum. Sic tenet sanctus Thomas, secundò sententia, distinctio. 21. articu. secundo. De tentatione carnis dicendum, quòd est peccatum, vel non sine peccato. Sic dicit Augustinus, & Magister secundò sententia, distinct. 21. scilicet. Ideo tentatio, quæ est ex carne non fit sine peccato, quæ autem est ab hoste, nisi ei consentiatur non habet peccatum. Ratio huius est, vt ait sanctus Thomas, vbi supra, qui in alijs tentationibus non est actio nostra: in tentatione autem carnis est actio nostra, quia est ibi concupiscere, & illud non est actus partis, sed compositi, quia nullus actus est partis, sed compositi, vt patet secundo de Anima. Et tamen illud concupiscere est in se illicitum. Quia, vt dicit Augustinus, & Magister vbi supra, ex carnis corruptione suboritur motus illicitus, & titilatio prauæ. Et sequitur, Ideo tentatio, quæ est ex carne, non fit sine peccato.

Secunda causa est, quia tentatio carnis in se est aliquid inordinatum, & tamen ipsa est realiter in nobis: ideo peccatum est, vel non sine peccato. Ista namque est causa quare communiter dicitur, q̃ tentatio diaboli non est peccatũ, scilicet, quia extra nos est, sic innuit Gregorius in quadã homilia, scilicet, Deus verò, qui in vtero Virginis incarnatus in mũdo sine peccato venerat, nihil contradictionis in semetipso reperabat. Tentari ergo per suggestionem potuit, sed eius mentẽ peccati dilectio nõ momordit. Atque ideo ois diabolica illa tẽtatio foris, & non intus fuit. Ista etiam

est causa quare tentatio à mundo dicitur non esse peccatum, quia ab extra est, scilicet, ab obiecto. Non est tamen credendum, q̃ ista tentatio sit peccatum, idest, quòd ipsa in se sola peccatum sit, quia ista potest esse in viris, qui peccatum nõ habent, nec habere possunt, ergo non est peccatum. Patet de Paulo, quia ipse sustinebat tentationem grauissimam à carne. 2. Corint. 12. & tamen ipse non habebat peccatum: immo nec peccare poterat, cùm esset confirmatus per spiritum sanctum: ergo tentatio ista, etiam si esset fortis, non erat peccatum aliquod. Item si fuisset peccatum, non fuisset bonum, quòd illa maneret, quia omne peccatum auerit aliquo modo à Deo. Paulus tamen petiuit à Christo, vt tolleret eam ab ipso, & licèt ter rogasset, noluit eam tollere, sed dixit, quòd melius erat sibi habere illam, quia uirtus in infirmitate perficitur. Ergo peccatum non erat. Item si tentatio ista esset peccatum, necesse esset, quòd homo semper succumberet in tentatione carnis, & ex eo quòd illam haberet iam peccaret. Et tamen multi sunt, qui in hac tentatio ne nullo modo succumbunt, sicut fuit de Paulo, cui Christus dixit, sufficit tibi gratia mea: ergo tentatio ipsa peccatum non erat. Dicitur tamen, quòd tentatio ista sit peccatum, quia est in se aliquod inordinatum, & contra rectitudinem rationis, cui si ratio immediate non resistit, ipsa tentatio peccatum est, vel cum ea peccatum est. Et hoc modo dicimus, quòd delectatio morosa in tentatione peccatum est. Non est sic de tentatione diaboli, & mundi, quia etiam si diabolus per totum diem tentet, & homo eum repellat: dum tamen non consentiat, non peccat. Secus in tentatione carnis, quia si postquam incipit oriri, homo non resistat illi, immediatè peccatum est, etiam si non accedat nouus consensus. Ratio differentiæ est, quia tentatio diaboli, & mundi tota est extra hominem, & per id quod est extra nos non peccamus. Ideo etiam si tentatio illa per annum maneat continuè, peccatum non est, quia nihil de nostro ibi est: sed si consensus accesserit, peccatum est. In tentatione autem carnis secus est, quia illa est actus concupiscendi in nobis, & est actus noster, scilicet, actus compositi, vt dicit sanctus Thom. est tamen principium huius concupiscere ipsa anima, quantum ad vires, quas habet affixas carni, & non quantum ad vires rationales. Si ergo ratio videns illam rebellionem virium inferiorum mouentium ad illicitum, nõ resistat illis immediatè quantum in se est cohibendo, dicitur consentire, etiam si eligat aliquem actum consentiendi specialem, cùm in seipsa videat actum illum, siue motum illicitum. Et sic in tentatione carnis peccatum dupliciter causatur. Vno modo per cõsensum rationis ad ipsum motum illicitũ. Alio modo per hoc, q̃ ratio nõ cohibet illum motum inobedientiæ quantũ in se est. Et dico quantum in se est, quia etiam si ratio velit repellere totaliter illum motum illicitum non potest, cùm ille naturalis motus insurgat, & pars effectiua non obediat parti rationali ad motum, sed solùm per modum deprecationis, & persuasionis, vt patet primo Ethicorum in fine. Et apparet in Paulo, quia si fuisset in potestate eius, q̃ cessaret motus ille, quando ipse vellet, non rogasset ter dominum, quòd tolleret stimulum illum ab eo. 2. Corint. 12. Postquam ergo ratio resistit tentationi, scilicet, dissentiendo ei, siue tentatio cesset, siue non: iam non potest esse peccatum, quia tentatio per hoc superata est.

Aliter potest intelligi, q̃ tentatio carnis sit peccatum, non quidem peccatum, quòd sit cõtra iustitiam gratificantem, & charitatem, sed peccatum, quòd sit contra iustitiam originalem. Omne quippe peccatum tollit quandam rectitudinem, & iustitiam: illud quod-

tamen quod vocamus nos communiter peccatum, est quod charitati repugnat, & per quod homo non potest manere in gratia. Tale autem peccatum nõ est tentatio carnis secũdùm seipsam. Vnde potest aliquis esse in gratia perfectissimus, & habere tentationẽ carnis grauissimam: sicut erat in Paulo. Est tamen tentatio carnis peccatum cõtra iustitiam originalem, quia secundùm illam debet esse obedientia virium inferiorum ad superiores, & quandocũque rebellauerint, tollitur illa rectitudo, vel iustitia. Et sic est in tentatione carnis, quia ibi rebellat pars appetitiua parti rationali, & sic est peccatum.

Ad primum dicendum, quòd ea quæ sunt purè naturalia non sunt peccatum, quod dicat culpam, & tollat charitatem: licèt possint esse peccatum, quod est contra iustitiã originalem, & sic est de tentatione carnis, quæ tamẽ non est purè naturalis, sed magis ex corruptione naturæ per peccatum, vt dictum est. Quia tamen in omnibus iam sic est, vocatur naturalis, vel potest dici, quòd ista tentatio, licèt sit naturalis, est peccatum, scilicet, quando fuerit morosa, siue quando ratio non resistit, peccatum est, vt dictum fuit.

Ad secundum dicit sanctus Thom. 2. senten. distin. 21. artic. 2. in responsione ad tertium argumentum, q̃ quamuis homo nõ possit vitare omnem tẽtationem, ita quòd nullam habeat: potest tamen vitare hanc, vel illam singulariter. Et ita quodammodo erit in potestate hominis: secus de tentatione carnis, & diaboli, quia nullo modo est in nostra potestate: nec potest per aliquam cautelam nostram euitari quin fiat. Aliter potest etiam dici, quòd licèt tentatio carnis sit aliquando totaliter extra potestatem nostram: sicut erat in Paulo: tamen non est peccatum quod nos à Deo separet tollendo charitatem, sed vocatur peccatum per modos ibi expositos.

Quæ sit grauior inter omnes tentationes.
Quæst. LXXVI.

QVAERITVR, quæ sit grauior inter omnes tentationes. Dicendum, quòd grauitas in tentationibus potest euenire per accidens, vel ex conditione speciei ipsarum. De grauitate, quæ est per accidens, nõ potest regula dari, quia quod per accidens est non cadit in arte. Dicitur autem hoc, quia fortè in specie leuissimarum tentationum poterit interdum alicui homini incidere aliqua tẽtatio ita grauis propter aliquas circunstantias particulares, q̃ illa sit grauior multis tentationibus aliarum specierum, quæ secundùm se sunt grauiores, sicut est in peccatis. Quia regulariter maius peccatum est homicidium, quàm falsum testimonium: poterit tamen accidere, quòd falsum testimonium sit grauius, quàm quędam homicidia. Et ita in cæteris speciebus peccatorum. Si autem loquamur de grauitate tentationũ secundùm speciem suam. Aut considerabuntur istæ tentationes simplices, aut coniunctæ: hoc dicitur, quia aliquando circa eandem rem est vnica tentatio, & vocatur simplex. Interdum verò de eadem re sunt duæ tentationes, scilicet, tentatio carnis, & diaboli simul, vel tentatio mundi simili, de quo declarabitur sequen. quęst. & tunc manifestum est, quòd tentatio iuncta maior est, quàm tentatio simplex, quia comparatur totum ad partem. Si verò loquamur de tentationibus simplicibus, ideſt, de qualibet earum per se, dicendum, q̃ tentatio mundi est minor inter omnes. Patet, quia ipsa est minor, quã tẽtatio diaboli. Nam licèt tẽtatio mũdi, & diaboli conueniãt in hoc, q̃ ambæ sint ab extra: tamẽ diaboli tẽtatio est per modũ suggestionis, & persuasionis, vel cõsilij. Tẽtatio aũt mũdi solũ est à rebus fortu-

næ mouentibus nos in ratione obiecti. Manifestum est, quòd potest esse maior grauitas in suggestione. Dato enim casu, quòd aliquando mundus tentet nos de cupiditate alicuius rei, & ibi non concurrat diabolus, & iterum diabolus tentet nos de cupiditate rei illius, & tunc res non moueat nos in ratione obiecti, erunt tentationes istæ simplices: illa tamen, quæ a diabolus est, manifestum est, quòd poterit esse maior: quia res mouens per modum obiecti non repræsentat seipsam, nisi sicut est. Diabolus autem per astutiam suam potest suggerere meliora de re, quàm in veritate sit: & ita magis suadebit. Sicut apparet in propositione causarum, siue in genere demonstratiuo, siue deliberatiuo. Nam si aliquis non orator proponat eandem rem, & alius, qui est orator, vel eloquens, ipsam eandem proponat: efficacius mouebit orator, quàm alius: maxime, quia diabolus potest in multis pulchrè, & coloratè mentiri. Et sic per falsitatem interdum quasi extorquebit a nobis consensum alicuius tentationis, quem nō daremus, si verum ille referret. In tentationibus autem mundi, in quibus res mouent solùm per modum obiecti, non poterit esse aliqua falsitas, nisi quis seipsum fallere voluerit, magis ergo mouebit tentatio dæmonis. Secundò est hoc, quia tentatio mundi est in certo genere rerum, scilicet, in rebus solius fortunæ. Tentatio autem demonis, cùm non habeat certum genus rerum, de quibus fiat; poterit interdum fieri de rebus illis, quæ fm se magis mouent, quàm res fortunæ. Vt si tentet diabolus de rebus, de quibus caro & mūdus solēt tentare. Nam tunc manifestum est quòd tentatio dæmonis erit grauior, quàm tentatio mundi. Est etiam tentatio mundi minor, quàm tentatio carnis. Primò, quia tentatio carnis fit de rebus necessarijs ad conseruationem individui, vel speciei, vt supra declaratum est: tentatio autem mundi fit de rebus non necessarijs, sed curiosis. Et tamen quanto desiderium est de re magis necessaria, vel magis naturali, tanto regulariter maius est. Erit ergo maior tentatio carnis, quàm mundi. Secundò est hoc, quia tentatio mundi est ab extra: tentatio autem carnis est aliquid intra nos. Ideo difficilius est resistere ei, quod est intra nos, quàm quod exterius est. Et propter hoc dicitur, quòd nulla est peior pestis, quam familiaris inimicus. Ita de carne est, quæ pars nostri est, & tentat nos. Tertiò est hoc: quia tentatio mundi non est tanto tempore in homine quanto tentatio carnis, ideo violentius aget caro, quam mundus. Patet hoc, quia non incipit homo concupiscere res fortunæ, nisi postquam peruenit ad aliquem statum discretionis: & cogitat modum viuendi hominum, & quid est illud, quod ceteri cupiant: & quid est quod ab omnibus magis reputetur. Et tunc homo incipit concupiscere res fortunæ, quia cæteros videt eas concupiscere, & extimare beatum eum, qui in illis abundauerit. Si enim neminem videret talia cupientem, nec ea reputantem, non concupisceret illa: cùm ipsa non sint necessaria sicut naturalia. Ea autem de quibus caro tentat, insunt nobis ab exordijs vitæ, & sunt tanquam necessaria ad conseruationem, & consueti sumus semper illa desiderare. Et sic saltem propter diuturnitatem efficacius mouebit nos desiderium illarum rerum, de quibus caro tentat, quam desiderium rerum fortunæ. Istam rationem ponit Aristo. 2. Ethicor. ad ostendendum, quòd difficilius est pugnare contra cōcupiscentiam, quam contra iram, quia concupiscentia est nobis cognata per totam vitam, & contemporanea nobis, & non est sic de ira. Est igitur grauior tentatio carnis, quàm mundi. De tentatione carnis etiam dicendum est, quòd grauior est, quam tentatio diaboli. Et sic erit simpliciter maior inter omnes tentationes. Sic patet per Augustī, & per Magistrum 2. Sen. distin. 21. scilicet: Tentatio, quæ est ex carne, nō fit sine peccato; quæ autem est ab hoste, nisi ei consentiatur, peccatum non habet. Et sequitur: Tentatio autem carnis interior difficilius vincitur; quia internus oppugnans de nostro contra nos roboratur. Secundo est hoc, quia tentatio diaboli est omnino extra nos; tentatio autem carnis est intra nos. Quòd autem intra nos est, difficilius caueri potest, quàm id quod exterius est. Tertio est hoc, quia tentatio diaboli fit per modū suggestionis, & quasi per modum rationis suadentis; tentatio autem carnis fit per modum cuiusdam motus in nobis insurgentis. Nam verè motus quidam est, & naturalis quidem. Et cùm inclinatio naturalis sit efficacior, quàm inclinatio ex persuasione rationis; ideo erit grauior tentatio carnis. Quarto est hoc, quia cùm tentatio facta a diabolo sit per modum consiliantis, & suggerentis: tanta erit efficacia illius tentationis, quanta fuerit efficacia rationis ostendentis bonum esse id, quod suggeritur, & vltra id nulla virtus mouendi est. In tentatione autem carnis, non solùm est pedes testas superandi nos ex eo, quòd illa delectabilia, ad quæ caro mouet, ostenduntur nobis in imaginatione tanquam valde bona, & delectabilia, sed maxima efficacia tentationis carnis est in hoc, quòd sequetur quædam realis angustia, & afflictio durissima, si non consentiatur ei, ad quod caro mouet. Et ob hoc tentatio carnis magis est violentia quædam, quàm tentatio diaboli, & sic magis vrget valde, quàm tentatio diaboli. Vnde considerandum, quòd in tentatione diaboli, & mundi, solùm est vnus modus succumbendi, scilicet, si illæ res, de quibus tentamur appareant nobis bonæ, & propter desiderium bonitatis earum moueamur; in tentatione autem carnis est duplex modus succumbendi: vnus est ex eo, quòd illa res, ad quam caro mouet, potest ostendi nobis, ut valde delectabilis, & bona ad fruendum, & propter desiderium fruitionis illius moueamur. Et iste modus est in omnibus intemperatis, quibus non est necessaria tentatio secundùm carnem ad prosequendum delectabilia secundùm carnem, sed ex ratione mouentur, quia iudicant simpliciter bonum esse, uel saltem sibi melius esse frui delectabilibus secundùm carnem in tactu, & gustu. Alio modo tentatio carnis mouet per modum cuiusdam affluentis, quia etiam si id, ad quod caro mouet non iudicetur esse bonum, nec simpliciter delectabile: tamen propter non sustinere diutius illam molestiam, & angustiam tentationis, multi succumbunt. Verumque modum tangit Aristo. 9. Ethico. Sunt autem plures, qui succumbunt propter non posse semper tolerare angustias illas tentationum, quàm propter desiderium fruendi ipso delectabili, quod proponitur; cùm quidam illud iudicent non delectabile, & alij parum delectabile. Tota ergo efficacia tentationis carnis est propter molestiam, quam infert, nisi ei assentiatur. Et istud non est in tentatione dæmonis, nec mundi. Ideo ex hac parte ipsa est valde maior, quàm aliæ. Et potest cognosci per hoc, ut si quis tentaretur ad uenerea a dæmone, uel ab homine proponendo ei quantitatem illius delectabilis secundùm omnes circunstantias suas, & quòd non insurgeret aliquis motus in ui concupiscibili, sed solùm iudicaretur per imaginationem, vel per rationem de quantitate illius delectabilis: est manifestum, quòd esset facile talem tentationem repellere, quia non esset aliqua angustia tolerare eam multis diebus, cùm totaliter esset exterius. Nunc autem secus est, quia cùm insurgat motus ille in ui concupiscibili, aut irascibili: si tentatio non consentiat, est magna angustia tolerare illam. Nec solùm quidem in imaginatione, sed etiam redundat

redundat ista molestia ad corpus, in quo fiunt veræ, & magnæ immutationes afflictiuæ. Et apparet hoc, quia etiam interdum nulla forma delectabili præconcepta, in imaginatione insurgit naturaliter motus quidam, quasi violentus in parte concupiscibili, qui valde affligit, & est quasi rationabilis, vel saltem rationabilior cæteris tentationibus: cùm non sit iste motus super re certa, nec habita aliqua præconceptione, q̄ in alijs tentationibus nunquam accidit. Est ergo tentatio carnis ualde maior alijs, quia est multum impetuosa, & inducit secum executionem, quia habet vim coactiuam ad puniendum non consentientes, quod aliæ tentationes non habent.

Quintò est ista maior quàm tentatio diaboli, quia in tentatione diaboli totus homo resistit tentationi, uel resistere potest, & diabolus solus est, qui pugnat: ideo est quodammodo facile resistere. In tentatione autem carnis homo pugnat contra seipsum: nam diuiditur homo in duo, quia caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. ad Gala. 5. Et sic homo minoris uirtutis est ad resistendum, quia pro medietate sua solùm pugnat, & ab alia medietate impugnatur. Et ista est etiam causa de potissimis, qua tentatio ista fit difficilis, scilicet, quia resistens est partata uirtutis. s. medietas hominis, & illa quidem captata propter cognationem cum parte pugnante: maior ergo est ista, quàm aliæ.

Sextò patet, quia Apostolus magis conqueritur de illa tentatione, quàm de alijs. Nam ad Romanos septimo dicit: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Et hoc est, quod supra dicebamus: scilicet, quòd ipsa tentatio carnis, non solùm est tentatio, sed etiam uiolentia: cùm dicat Apostolus, quòd captiuat hominem. Etiam eod. cap. exclamat propter difficultatem resistendi, dicens: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? ideſt, de hac mortifera tentatione, quæ est in corpore, quæ est dura sicut mors? Dicit etiam eam esse ita fortem, quòd homo non potest liberè facere quæcumq; uult, eod. cap. scilicet. Non enim quod uolo bonum hoc facio, sed quod uolo malum hoc ago. Et ad Gala. 5. dicitur, quòd caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc enim inuicem sibi aduersantur, ut non quæcunque uultis illa faciatis. Etiam in nulla alia tentatione Apostolus rogauit ad Christum, q̄ eam à se tolleret, nisi in tentatione carnis, secundæ Corin. 12. quo innuitur, quòd cæteras poterat tolerare. & in toleratione huius inueniebat maiorem difficultatem, & sic est secundum ueritatem difficilior. Considerandum autem, quòd sub tentatione carnis tria continentur, scilicet, desiderium ad delectabile, quod est in tactu, & ad delectabile, quod est in gustu, & motus iræ, ut supra ostensum est, & tentationes in illis non sunt æquales. Nam tentatio circa gustum, licet quibusdam uideatur graue se continere, tamen non est ita grauis, sicut aliæ duæ. Ratio huius est, quia desiderium gustus est ad cibum, & potum. Et ista sunt maioris necessitatis, quàm cætera desiderabilia. Et ob hoc sunt nobis magis licita omnia, quæ ad cibum, & potum pertinent. Et sic non est tanta occasio peccandi in his, sicut in alijs, cùm liceat cuilibet sumere cibum & potum pro sustentatione naturæ, usque ad saturitatem. Modi etiam ciborum rarò sunt prohibiti. In alijs autem circa uenerea, & circa iram est maior occasio peccandi, quia est maior prohibitio. Etiam actus uenereus est omnibus hominibus generaliter, & in perpetuum interdictus nisi eis, qui matrimonio utuntur. Et sic magna occasio peccandi est in hoc propter magnam prohibitionem. Sic etiam est de ira, quia ira quasi semper est prohibita, cùm impediat hominem ad iustè operandum. Iacobi primo, scilicet: Ira uiri iustitiam Dei non operatur. Et iterum ibi: Sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram. Est ergo propter hoc occasio magna ad peccādum circa iram propter prohibitionem quasi generalem. Circa cibos autem sunt pauca prohibita, ideo parua, uel minor occasio peccandi est quidem in eis, & sic minor tentatio est, quia prohibitio rei auget concupiscentiam ad illam. Sic dicitur prima Corinthio. decimoquinto. Virtus peccati lex: ideſt fortitudo peccati est ex lege: & dicit ibi Gl. Quòd hoc est, quia prohibitio legis auget cōcupiscentiam ad peccandum: licèt ergo in quibusdam hominibus sit difficilè resistere gulæ, tamen rationabiliter difficilius est resistere alijs tentationibus carnis. Manent autem aliæ duæ tentationes carnis, scilicet, ad venerea, & ad iram. Et harum grauior est illa, quæ ad venerea. Nam licèt aliquo modo sit difficilior tentatio iræ inquantum est impetuosior, & præuenit iudicium rationis, quod non facit tentatio ad venerea, vt patet. 7. Ethico. tamen simpliciter difficilior est ipsa tentatio ad venerea quàm ad iram, vt Aristot. secundo Ethic. dicit, quòd difficilius est pugnare contra concupiscentiam, quàm contra iram, & subdit causam, scilicet. Difficile est nobis pugnare contra hanc passionem, scilicet, contra concupiscentiam tanquam connutritam nobis a puero, & contemporaneam uitæ. Et sic dicit, quòd est difficilè conterere eam, ideſt, totaliter superare. De comparatione autem earum, scilicet, quæ sit turpior, & quæ efficatior ad mouendum, & cui difficilius resistatur. Psal. 7. Ethi. vbi specialiter quæritur de hoc.

Item patet hoc ex supra allegatis per Apostolum, quia omnia ista, quæ ipse induxit de grauitate tentationis carnis, intelliguntur de tentatione ad uenerea. Nam stimulum carnis suæ appellauit, secundæ Corin. decimosecundo. Quod non intelligitur nisi de passione uenereorum. Satis etiam patet ad Roma. septimo, vbi litera non posset conuenienter exponi de desiderio cibi, nec de ira, sed solùm de concopiscentia uenereorum. Ista ergo est maior simpliciter inter tentationes: licèt per accidens possint interdum multæ aliæ maiores esse, ut dictum fuit supra. Sed de his, quæ sunt per accidens, non potest dari certitudo aliqua. De violentia autem tentationis ad venerea, & de cæteris conditionibus huius amoris passionalis, dictum est satis secundo Regum decimotertio, & magis in libro nostro de amore, & amicitia parte prima.

Quot sunt species tentationis, & quomodo distinguantur.
Quæst. LXXVII.

QVAERITVR, de speciebus tētationis quot sunt, & quomodo distinguantur. Dicendum, quòd hic solùm consideramus de tentationibus illis, quæ ad malum sunt: vel ex quibus peccatum solet, autem potest induci. Et istæ diuiduntur in tres species, scilicet, tentationem a carne, & a mundo, & à diabolo. Tentatio namque quæ à Deo fit, inter istas non connumeratur, quia ad bonum semper est, ut supra ostendimus in tentatione Dei. Tentatio etiam, quæ fit a bonis hominibus, non ponitur inter istas, quia etiam illa fit ad bonum, ut cùm quis tentat alium ad experiendum, an sit in eo aliqua probitas, de qua ipsum possit honorare. De tentatione autem, quæ fit à malis hominibus dicendum, quòd ista ad bonum, & malum est, & tamen non constituit per se speciem, sed pertinet ad speciē tentatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis diabolus, quia homo malus est instrumentum, vel minister diaboli, & actio principalis agentis, & ministri est eadem. Sciendum tamen pro hoc, quòd tentatio à malo homine potest dupliciter fieri: vno modo

Duplex tentatio a malo homine.

suggerendo alicui, quòd malum faciat, & tunc propriè pertinet ad tentationem diaboli, quæ est per modum suggestionis ad faciendum malum. Alio modo fit tentatio persequendo, & ista non est ita propriè tentatio: & tamen uocatur tentatio, inquantum per eam habetur experimentum de virtute, vel infirmitate mentis nostræ: & etiam ista tentatio reducitur ad tentationem diaboli inquantum mali homines persequuntur bonos suadente diabolo. Sicut aliquis dicitur suadente diabolo manus violentas in clericum iniecisse. Sunt ergo solùm tres species tentationis supra nominatæ, & istæ distinguuntur tripliciter. Nam tentatio potest habere distinctionem ex parte tentatoris, vel ex parte obiecti, de quo homo tentatur, uel ex parte modi ipsius tentationis. Primò modo sunt tres tentationes prænominatæ, scilicet, a mundo, a carne, & diabolo. Secundò modo sunt aliæ tres tentationes, quia sunt tres de quibus tentamur. 1. Ioan. secundo, scilicet, omne quod est in mundo, est concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quasi dicat. In mundo non sunt aliqua alia. Tertiò modo sunt etiam tres tentationes, scilicet, suggestione, delectatione, & consensu: vt ait Gregor. in quadam Homilia. De prima diuisione tentationum dicendum, quòd istæ tres tentationes differunt per tres tentatores, & de quolibet eorum supra aliquid diximus. Caro enim tentat quasi aliquid intrinsecum nobis, insurgente motu quodam inordinato in vi concupiscibili, aut irascibili. Et ille motus est ipsa tentatio. Mundus autem, ideſt, bona fortunæ, quæ vocantur mundus, mouent solùm per modum obiecti aliciendo nos ad concupiscendum, tanquam aliquid bonum, & pulchrum: Diabolus autem tentat per modum suggerentis, & suadentis: licèt nos suggestionem eius non audiamus, nec uideamus, sed experimur fieri nobis quandam suasionem tanquam ab aliquo consulente: ita ut interdum uideatur homini, quòd quasi aliquis ei loquitur. Et istam suggestionem facit dæmon per aliquem motum, quem potest facere in phantasia illustrando phantasmata, cùm habeat potestatē ad immutandum istam naturam corporalem: nisi per Deum, vel bonos angelos arceatur. Et sic potest facere impressionem in potentias affixas organis, quarum operationes immutantur ad immutationem organorum, sicut est sensus, & imaginatio, & huiusmodi. Et sic etiam per accidens eorum operatio resultat in intellectum, cuius obiectum est phantasma. 3. de Anima. Sicut color est obiectum visus, tamen ista immutatio non potest peruenire usque ad voluntatem, quia voluntas non dependet ab organo corporali quantum ad actum volendi, nec quantum ad obiectum volibile: non quidem quantum ad actum, quia actus uoluntatis non est actus alicuius organi determinati: sicut uidere est actus oculi, & idē est de intellectu, quia non intelligit per aliquid organum, quia aliàs non esset vis absoluta à corpore. Etiam non dependet uoluntas ab organo quantum ad obiectum, quia non accipit obiectum suum ab organo, sed accipit ab intellectu, quia illud voluntas prosequitur tanquam bonum, quod intellectus præiudicauerit esse bonum. Et sic uoluntas omnino est absoluta ab organo. Intellectus autem, licèt non dependeat ab organo, quantum ad actum, vt dictum est: aliquo tamen modo dependet ab organo quantum ad obiectum: quia obiectum intellectus est phantasma, vt dictum est, & illud non potest accipere intellectus, nisi ab organo phantastico, & sic voluntas est magis absoluta à corpore, quàm intellectus. Hoc autem dicitur, quia si uoluntas dependeret ab organo, saltem quantum ad obiectum, cùm diabolus possit aliquid super organum, & phantasma, quæ sunt de conditione corporis, posset aliquid saltem indirectè super uoluntatem: sicut diximus, quòd actus dæmonis aliquo modo perueniebat ad intellectum propter obiectum, quod accipit ab organo: nō tamen peruenit ad uoluntatem vllo modo, quia illa nullo modo participat cum organo. Et sic actio diaboli non potest pertingere directè, nec indirectè, nec determinatè voluntatem: potius ad hæc, quā ad aliud. De his sanctus Thomas quarto sentent. distinctio. 8. articu. 5. in corpore. Potest etiam dæmon aliquid agere illustrando phantasmata nostra, ideſt, species reseruatas in phantasia, faciendo per virtutem naturę suę aliquid circa illas, vt secundùm diuersas eorum compositiones possint nouæ intentiones ab eis accipi, quæ prius non accipiebantur. Et sic tentat immittendo hominii cogitationes. Non cogitur tamen intellectus noster accipere illas intentiones repræsentatas per species, quia præter obiectum, & potentiam cognoscentem, requiritur ad actualem cognitionem intentio cognoscentis, siue per sensum, siue per intellectum. Et ex hac parte debilitatur tentatio dæmonis. Quia licèt operatio sua possit pertingere ad intellectum mediante phantasmate, quod dæmon potest illustrare: non cogitur tamen intellectus recipere intentiones illas nouas repræsentatas per phantasmata à dæmone illustrata. Et sic poterit liberè reijci tentatio dæmonis, &c. cus autem esset si intellectus cogeretur illas intentiones recipere, quia tunc grauior esset tentatio. Et non dicitur hic, q̄ non cogitur recipere, ideſt, q̄ non cogitur iudicare per illas, scilicet, quòd iudicet bonum esse id, quod per phantasmata illustrata sub ratione boni ostenditur, vel è contrario. Etiam si reciperet intellectus illas intentiones, non cogeretur iudicare secundùm illas, quia tunc semper esset idem iudicium phantasiæ, & rationis. Sed est sensus, quòd non cogitur intellectus recipere illas intentiones, ideſt, quòd non solùm non cogitur iudicare bonum, vel malum esse aliquid, sicut illæ repręsentant, sed etiam non cogitur cogitare circa illas, vel speculari: & sic est nobis liberum, non solùm non consentire tentationi dæmonis, iudicando bonum esse, quod ille suggerit, sed etiam liberum est nobis non cogitare, nec aduertere aliquid ad ea, quæ ipse suggerit. Sicut liberum mihi est, quando aliquis mihi vult loqui, non audire illum. Secus est de Angelis, quia illi directè possunt aliquid imprimere in intellectu nostro, quia secundùm Augustin. Angeli boni operantur in intelligentias nostras miris quibusdam modis. Hoc autem est inquantum lumen intellectus agentis nostri confortatur per intellectuale lumen ipsorum. Sed dæmonibus non competit, quamuis naturale lumen eorum sit efficacius, quàm lumen intellectus nostri: tamen lumine gratiæ non sunt perfecti, sed tenebris culpæ obumbrati. Et ideo non intendūt iudicium rationis nostræ rectificare per confortationem intellectualis luminis, sed aliqua nobis ostendere ex quibus decipiamur. Et hoc faciunt illustrando phantasmata. Si autem lumen intellectus nostri confortarent, hoc esset magis contra eos, quia sic facilius intelligeremus eorum fraudes: ideo intellectum nostrum nunquā illuminant. Alio modo dæmones possunt nos tentare mouendo in nobis sanguinem circa cor ad suscitandum libidinē, & hoc facile est eis nisi à Deo prohibeātur. Et quātū ad hoc dæmones dicuntur incēsores peccatorum, quia succendunt corpora nostra ad prouocandum passiones. In uoluntate autem

autem imprimere nihil possunt, quia ibi solus Deus potest aliquid imprimere. Et hoc est propter voluntatis libertatem. Et hoc non cogitur ab obiecto, sicut intelligens cogitur per demonstrationem. Et sic solus Deus potest in voluntatem directe agere. Angeli boni possunt in intellectum, & in phātasmata aliquid agere vel imprimere. Diabolus autem in solis phantasmatibus potest aliquid agere. Et isti sunt modi, quibus potest diabolus aliquid agere, vel imprimere in nobis, ad tentandum nos. De his Sanctus Thomas 2. Senten. distinct. 8. artic. 5. in solutione 6. & 7. argumenti. Considerandum autem, quòd licèt tentatio sit ab illis tribus, dæmon tamen solus dicitur habere officiū tentandi, quasi ad eum solum hoc pertineat: vel magis proprie ad eum, quam ad cæteros tentatores. Et verum est, quòd habere aliquid in officium solùm pertinet ad intelligentem & volentem, scilicet, vt intelligat quid est quod facit, & velit illud facere: quia aliàs, licèt aliquod agens agat aliquid, non dicetur habere illud in officium: sicut ignis semper calefacit, & tamen non dicimus, quòd officium ignis est calefacere: quia ignis non intelligit quid facit, nec illud facere vult, quod facit. Et quia caro, & mundus, licèt tentent, nihil tamen intelligunt, non potest dici, quòd habeant officium tentandi. Diabolus autem solus est intelligens inter tentatores: ideo ipse solus potest habere officium tentandi. Aliter potest dici, quia dicitur solus diabolus habere officium tēdi, quia speciali modo ei competit tentatio. Primò, quia omnis tentatio accepit ab eo originem. Ipse enim tentauit primum hominem, & quia superauit eum, data est via ad omnes tentationes carnis, & mundi. Si autē in illa tentatione non succubuisset homo, nunquam mundus, aut caro, nec ipse diabolus potuisset postea aliquem hominem tentare. Et hoc modo dicit Diabolus, quòd omnia peccata sunt à dæmone per suggestionem, scilicet, inquantum per illam primam suggestionem parauit viam ad omnia peccata. Sic dicit Sanctus Thomas 1. par. sum. quæst. 114. art. 3. Dicitur secundò diabolus propriè tentare, vel solus tentare, quia tentationibus alijs ipse vtitur: Quia interdum vtitur tentatione carnis, & interdum tentatione mundi. vt infra dicetur. Caro autem, & mundus non vtuntur dæmone: & sic ipse est principale tentans, & caro, & mundus sunt quasi instrumenta. Tertiò dicitur solus dęmon tentare, inquantum ipse solus ad malum inducendum tentat. Nam semper intendit causare peccatum per tentationem. Caro autem quando tentat, non mouetur sub ratione mali: sed sub ratione boni: inquantum vult frui illo delectabili, quod bonum, vel necessarium iudicatur. Mundus etiam, ideſt, bona fortunæ non tentat sub ratione mali, cùm nihil intelligat: sed solùm mouet, vt obiectum in ratione boni, & pulchri. Solus ergo dæmon habet officium tentandi, & solus propriè tentat: licèt tentatio carnis sit maior, quàm tentatio dæmonis, vt supra dictum est. De his Sanctus Tho. 2. Senten. distin. 21. arti. 2. in solutione ad quintum argum. Considerandum vlterius, quòd licèt isti sint tres tentatores, non habent tamen tria obiecta distincta, de quibus tentent. Caro enim, & mundus bene habent obiecta distincta, & tñ non habet illud diabolus, quia præter illa, de quibus caro, & mundus tentat, non relinqui aliquid in rebus, de quo diabolus tentat. Verum est autem, quòd sunt peccata spiritualia, quæ non cadunt inter ea, de quibus caro, & mundus tentant: sicut idolatria, hæresis, infidelitas, & similia, & de istis posset tentare diabolus, & tamen ista non habent rationem alicuius apparentis boni: & non posset de eis solis tentatio fieri, cùm omnis tentatio fiat sub colore alicuius boni: quod ibi esse prætenditur: aut quod inde habendum speratur. Patet hoc quia quando diabolus tentauit Christum de idolatria, non tentauit proponendo ei solam idolatriam: sed ostendit sibi omnia regna terræ: dicendo. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me, supra in litera, & Luc. 4. Ita de alijs peccatis est, quæ in se nulla mala habere videntur: ideo diabolus non potest tentare nisi de his, de quibus mūdus, & caro tentant, vel saltem per eas, quæ mundus, & caro tentant. De primo patet, vt si diabolus tentauit aliquem de cupiditate cibi, sicut tentauit Christum supra in litera: & tamen tentare de cibo ad carnem pertinet, de secundo sic tētauit Christum de idolatria per diuitias, scilicet, dicendo, quòd daret ei diuitias: & licet idolatria, de qua tentauit non sit de rebus, de quibus mundus tentat, diuitiæ tamen, per quas tentat sunt de rebus, de quibus tentat mundus. Sciendum vlterius, quòd tentationes istæ: licet inter se sint distinctæ: possunt esse aliquando coniunctæ, scilicet, quòd de eadem re simul tentant diabolus, & mundus, vel diabolus, & caro: nunquam tamen diabolus, caro, & mundus tentant simul de eadem re: quia obiecta eorum sunt distincta. Diabolus autem non habet obiectum distinctum, vt supra dictum est. Considerādum autem, quòd vna tentatio potest fieri tripliciter, vtpote inclinari ad iram, vel ad venerea, uel concupiscere honores, & ita de singulis. Nam potest aliquis tentari ad uenerea, uel a sola carne, vt si dæmone non instigante insurgat motus in vi concupiscibili, qui est desiderium ad uenerea, & potest ille motus sine dæmone simpliciter insurgere. Vno modo ex sola dispositione corporis, sicut calefacto corpore insurgit appetitus libidinis, & ille motus est purè naturalis. Alio modo fit ad hoc per formam appræhensam. Quia, licèt quis non sit naturaliter dispositus ad venerea, forma apprehensa poterit eum mouere per imaginationem sub ratione pulchri, & delectabilis. Et iste est motus ad venerea. Nam ex ista apprehensione sæpe suscitatur motus in vi concupiscibili, quia phantasia habet magnum dominium super corpus. De his Sanctus Tho. 2. Sen. distinct. 21. ar. 2. in solutione ad quintum articulum & istis duobus modis fit tētatio ad venerea a sola carne. Secundo modo fiet tentatio ad venerea a solo dæmone, si ipse immutet phantasiam, sicut supra diximus, & ita mouet ad concupiscendum venerea. Tertio modo fiet ista tentatio, quia caro, & dæmon simul concurrant, scilicet, quòd postquam caro tentare incepit, concurrat dæmon cum illa: vel postquam dæmon incepit immutare phantasiam insurgit motus in vi concupiscibili, quia vtroque modo fieri potest. Et ista tentatio tertia, est grauior duobus primis, inquantum duo tentatores simul hic se adiuuant. Secundus modus huius tentationis est facilior primo & tertio, quia solus dæmon agit: nisi postquam ipse tentare cæpit, insurgit motus in appetitu, quia tunc erunt duo tentatores: & pertinebit ad tertium modum tentationis.

Secundo modo distinguuntur tentatores ex parte obiecti: & etiam hoc modo sunt tres species tentationis secundùm quòd tota materia, de qua potest esse tentatio, distinguitur in tres partes. prima Ioan. 2. scilicet: Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis; aut concupiscentia oculorum: aut superbia vitæ. Dicuntur ista sola esse in mundo: quia ista sola sunt, quæ homines mundani cupiunt: & in quibus homines peccare possunt. Sed non potest homo tentari nisi de eo, in quo potest peccare, quia aliàs non vocaretur tentatio: prout in præsenti accipitur. Ergo non potest esse aliqua tentatio nisi de his. Per concupiscentiam carnis intelliguntur omnia, quæ caro concupiscit, & de quibus est tentatio carnis, scilicet, desideriū cibi, & potus, & venereorum, & motus iræ: quia omnia

nia ista sunt ex carne, vt supra ostensum est. Per concupiscentiam oculorum intelliguntur bona fortunæ, quæ uideri possunt, & concupisci tanquam pulchra. Sicut sunt diuitiæ, & omnia quæ possidentur. Per superbiam vitæ intelliguntur honor, & fama, & potentia, & fauor popularis, & illa bona fortunæ, quæ non videntur, sed solùm ratione iudicantur. Et sic sunt ista nominata, & dicuntur superbia vitæ, quia ex quadam superbia, & tumore animi homo ista desiderat. Et istę duę partes, scilicet, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ pertinent ad tentationem mundi, quia de his omnibus mundus tentat. Diabolo autem non relinquitur aliquid specialiter, de quo tentet. Et sic dictum fuit supra, quòd non habeat aliquam materiam specialem in qua tentet sicut mundus & caro, sed tentat de illis de quibus mundus, & caro. Tentat tamen interdū diabolus de quibusdam vitijs purè specialibus, scilicet, de idolatria, hæresi, infidelitate, schismate, simonia, & similibus. Sed ista etiā possunt intelligi per superbiam, quia non fit hæresis nisi per superbiam, quando quis non vult se subdere communi doctrinæ ecclesiæ, præferendo iudicium suū omnibus. Eodem modo infidelitas ex superbia prouenire potest: cùm quis non vult credere ea, quæ alij credūt. Potest etiam dici, & adhuc melius, quòd licèt ista peccata spiritualia non sint aliqua pars illius materiæ, de qua fit tentatio: reducuntur tamen ad illam, eo quòd de istis non fit tentatio, nisi præmittendo aliqua de bonis concupiscibilibus carnis, vel sæculi, per quæ in talia uitia declinetur. Sicut cū diabolus tentauit Christum de idolatria, præmisit dicens, quòd daret ei omnia regna terræ, si cadens ipsum adoraret. Et ista bona, per quæ homo allicitur ad ista peccata, ponūtur in istis tribus partibus. Et sic sufficienter tangitur tota materia rerum, de quibus fit tentatio in istis tribus. Item patet hoc, quia propter istud Christus permisit se tentari de omnibus his. Nam uolebat Christus dare nobis sufficientem doctrinam ad resistendum in omni genere tentationis, & permisit se tentari de istis tribus, quasi in istis sit tota materia tentationis. Nam prima tentatio sua fuit de concupiscentia carnis, scilicet, de cibo. Et secunda fuit de superbia vitæ, scilicet, de inani gloria, vt se de pinnaculo præcipitaret, vt per hoc filius Dei putaretur. Tertia fuit de concupiscentia oculorum, scilicet, de diuitijs, quia dixit diabolus, ꝙ daret ei omnia regna terræ. Et sic Luc. 4. vbi dicitur, & cōsummata omni tentatione discessit ab eo diabolus, dicit Ambrosius, quòd non discessisset nisi in tribus præmissis essent omnium delictorum causæ. Causæ enim tentationum causæ cupiditatum sunt, scilicet, carnis oblectatio, spes gloriæ, auiditas potentiæ.

Tertiò distinguuntur tentationes ex parte modi, & sunt tres: Quia quædam est tētatio per suggestionem, alia in delectatione, alia in consensu. De his Gregorius in quadam homilia dicit: Sciendum nobis est, quòd tribus modis tentatio agitur, suggestione, delectatione, consensu. Et nos cùm tentamur, plerumque in delectationē, & cōsensum labimur. Quia de carnis peccato propagati in nobis ipsis gerimus, vnde certamina toleramus. Deus verò, qui in vtero Virginis incarnatus in mundo sine peccato venerat, nihil contradictionis in semetipso tolerabat. Tentari ergo per suggestionem potuit, sed eius mētem peccati delectatio non momordit. Atque ideo omnis diabolica illa tentatio foris, & non intus fuit. Isti tres modi possunt aliqualiter poni, vt modi, & aliqualiter, vt gradus. Erunt modi si nos attribuamus suggestionem diabolo, quia solus diabolus tentat per modum suggestionis. Delectationem autem attribuimus carni, quia tentatio carnis est quidam motus per modum desiderij, vel delectationis insurgens in carne, scilicet, in vi concupiscibili, aut irascibili. Melius tamen ponetur vt gradus tentationis, ita quòd suggestio sit primus gradus tentationis: delectatio sit secundus, quia postquam aliquid nobis suggeritur tanquam bonum incipimus in eo delectari: consensus sit tertius gradus, quia postquam homo delectatur, consentit, & tunc consumatur peccatum, & finitur tentatio: cùm tentatio non sit nisi ad peccatum causandum. Et melius sic ponuntur, quàm dicantur esse modi tentationis. Nam consensus non est aliquis modus tentationis, sed est iam in ipso peccato, cùm consensus sit actus liber ipsius tentati. Et hoc vult Gregorius dicens, quòd nos cùm tentamur, plerumque labimur in delectationem, & in consensum. Christus autem, cùm tentatus est, dicit, quòd non habuit delectationem, nec cōsensum, sed solùm fuit ibi suggestio, quæ extra Christum fuit, scilicet, in ipso diabolo suggerente. Et sic in Christo de tentatione nihil fuit, licèt eam pateretur, quia de malo nihil imprimi poterat. Et tamē aliquod malum fuisset ei imprimi poterat. Et tamē aliquod malum fuisset ei imprimi poterat. Et tamē aliquod malum fuisset ei

erat verisimile,quòd aliquis Iudæus,nisi valde simplex F
posset hoc ignorare. Maximè de Mat.non erat verisimile,quòd hoc ipse ignoraret, cùm scriberet de rebus ad hoc pertinentibus, vt colligitur hic. Non debebat ergo aliquid de his ignorare.

Item apparet, quòd Mat.non ignoraret, quia dixit hic, quòd Capharnaum erat in finibus Zabulon, & Nephtali. Ad hoc ergo, quòd ipse sciret, quomodo veritatem dicebat, oportebat, quòd ipse sciret terminos sortium, vbi terminabatur sors Zabulon, & sors Nephtali determinatè, quia aliàs nesciret ipse dicere de aliqua ciuitate, quòd erat in finibus Zabulon, & Nephtali. Si enim ipse nesciebat,vbi se contingebant sortes Zabulon, & Nephtali; & consequenter sciret de ciuitate illa,in qua sorte esset, scilicet,Nephtali, vel G
Zabulon,quia aliàs nesciret, an in territorio illius vrbis vna sors alteri coniungeretur,& cuius sortis esset illud territorium,cùm nesciret de qua sorte erat illa ciuitas. Dicendū ergo,quòd Mat. sciebat determinatè in qua sorte esset Capharnaum, & tamen noluit dicere, sed dixit, quòd erat in finibus Zabulon, & Nephtali.

Primò, quia forte ista ciuitas non erat tota in Zabulon nec tota in Nephtali: sed pars eius erat in Zabulō, & pars eius erat in Nephtali. Et sic oportuit dici,quòd esset in finibus Zabulon, & Nephtali. Simile erat de aliquibus alijs Vrbibus, quia aliquando linea diuisionis sortium diuidebat per medium alicuius Vrbis, & pertinebat tunc illa ciuitas ad duas sortes. Sic patet Iosue.17.vbi ponitur sors dimidiæ Tribus Manassæ,& H
nominantur vrbes, quæ pertinebant ad illam. Et dicitur, quòd pertinebat etiam ad eam tertia pars Vrbis Nopheth. Et sic necesse erat, quòd ciuitas Nopheth pertineret saltem ad duas sortes.

Secūdò potest dici, quòd Capharnaum erat tota in Nephtali,vel tota in Zabulon, & Mat. hoc sciebat, & tamen uoluit dicere, quòd erat in finibus Zabulon,& Nephtali, ut concordaret modus suus loquendi cum scriptura Isa. quam allegabat. Nam Mat.voluit ostendere,quòd prędicatio Christi incepit in Capharnaum; & ad hoc inducit Isa. 9. scilicet. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephtali, & nouissimè aggrauata est via maris. Debuit ergo apparere quomodo Capharnaum pertinebat ad Zabulon, & Nephtali: siue quomodo habeat locum illa scriptura, scilicet, alleuiata est terra Zabulon, & Nephtali per hoc, quòd Christus prædicabat in Capharnaum. Et ad hoc dixit, ꝙ erat Capharnaum in finibus Zabulon, & Nephtali. Et tunc apparet, quomodo auctoritas Isaiæ concordet Matthęo. Et ista est causa, quare Mat. sic locutus est, uolens se conformare auctoritati Isaiæ. Et ob hoc etiam dixit, quòd uenit in Capharnaum ciuitatem maritimam, quia in auctoritate Isaiæ dicitur: aggrauata est uia maris, & sic ostenditur, quòd illud competat ciuitati Capharnaū, quia dicitur, ꝙ illa erat maritima,& sic erat in via maris.

Tertiò potest dici,ꝙ Mat. uult ponere hic loca Galilææ,in quibus incepit prędicatio Christi,& quia quędam illorum pertinebant ad Zabulon, & quædam ad K
Nephtali,quæ erant loca uicina,dixit,ꝙ cępit p̄dicatio Christi in Capharnaum,in finibus Zabulon, & Nephtali,ideſt,non solùm in Capharnaum,sed etiam in alijs locis vicinis.s.in Bethsaida, & Corozaim, & Tyberiade,& alijs,quorum quædam erant in Zabulon, & q̄dā in Nephtali, & omnia erant in finibus Zabulon, & Nephtali. Ista positio est conuenientior,& tamen secunda positio est magis conueniens intentioni Matthæi. *Vt adimpleretur, quod dictum est per Isaiam propheta.* Hoc dicitur Isa.9.& non est intelligendum, ꝙ hoc factum est, ut prophetia Isaiæ impleretur, sed potius ꝓphetia Isaiæ dicta fuit, quia sic futurum erat, ꝙ Christus prædicaret in finibus Zabulon,& Nephtalin,quia non est res prophetata propter prophetiam, sed propter prophetia propter rem prophetatam: sicut uoces ꝓpres, & non res propter uoces. Sed est sensus, ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam propheta.i. tunc impletum est id, quod dictū est per Isaiam. Et sic ista dictio,vt, tenetur hic consecutiuè,vel concomitatiue, & non causaliter.i.non significat causam finalem, sed concomitantiam quandam. Sic declaratum est supra primo, & secundo. vbi sunt similes locutiones. *Terra Zabulon,& terra Nephtali.* Ista est prophetia Isaiæ,& scié dum, ꝙ non ponitur hic tota litera Isaiæ,sed valde decurtat eam Mat. Nam Isaiæ.9.dicitur: Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & Nephtali, & nouissimè aggrauata est via maris trans Iordanem Galilęe Gentium. Et Mat.de toto hoc non dicit nisi terra Zabulō, & Nephtali via maris trans Iordanem Galilææ Gētiū. Quare autem decurtauit sententiam infra dicetur in quadam. q. Et est sensus istius prophetiæ, secundùm quod uult eam inducere Mat. ꝙ ista terra, quæ est in finibus Zabulon,& Nephtali,& est de utraq; sorte partim,audiuit primò prædicationem Christi, & per hoc illuminata est, cùm prius sederet in tenebris ignorantiæ. Et uocatur terra Zabulon,& Nephtali ista pars Galilææ,in qua Christus prædicare cępit. Quia pars eius pertinebat ad Zabulon,& pars ad Nephtali.i.quia erat ista terra ī finibus Zabulō, & Nephtali.sicut Matthæus dicit de ciuitate Capharnaum, ꝙ esset in finibus Zabulon,& Nephtali. *Via maris.* Ista terra uocatur uia maris, ideſt, via apud mare. Est enim ista via,per quā uenitur de Syria,& de Mesopotamia,& de alijs partibus orientis ad mare Mediterraneum, quod erat in occidentali parte Iudææ. Et ista via transit per litus maris Galilææ, & protenditur uersus occidentem usque ad mare Mediterraneum per ciuitates terrę Iudęorum. Et ista uia maris transit per terram istam Galilææ apud ciuitatē Capharnaum, non tamen per eam: sed per ciuitatem Cedar,quæ erat ciuitas glorioſa,sita in monte Sanir,& distat per tres leucas à Capharnaum, ut patet in libro Fratris Brocardi Teutonici. Et sic tota ista terra uocatur uia maris, quia per eam transit uia maris duplici- I
ter, scilicet, quia tendit ad mare,uel quia transit iuxta mare.

Primò modo dicitur uia maris, scilicet, Mediterranei, quia in eo terminatur, nam omnes illi populi Orientales ueniunt portantes merces ad mare Mediterraneum, quod uocatur in Scriptura mare magnum, & nauigatur per illud ad omnes partes Occidentales. Ideo omnibus orientalibus, qui sunt propinqui terræ Iudææ, est cursus communis portare merces suas ad mare Mediterraneum. Et uia illa,per quam transeunt, uocatur uia maris, ideſt, tendens ad mare Mediterraneum. Et ista uia transit per illam partem Galilęe, in qua Christus cępit prędicare. Et ob hoc terra ipsa uocatur uia maris.

Secundò modo dicitur uia maris, quia transit iuxta mare, scilicet, Galilęę, quod non est propriè mare, K
sed est quidam magnus lacus, per cuius medium transit Iordanis. Et uocatur aliquando ſtagnum Genesareth, sed more scripturæ omnis magna congregatio aquarum uocatur mare. Gen.primo, scilicet, Congregationes aquarum appellauit maria. Vnde illud uas magnum in quo ponebatur aqua in templo Salom. quia continebat aquam multam uocabatur mare æneum. 3. Regum 7. Et uocatur istud ſtagnum mare Galilęę, quia est in terra Galilęę: sic uocatur Ioan.sexto,& aliquando uocatur mare Tyberiadis.lo. 21.s.quia est apud illud ciuitas quędam uocata Tyberias, & apud istud mare transibat illa uia magna per quam ibatur ad occidentem. Melius tamen uocatur

tur via maris Mediterranei, quia tendebat ad aliud, quàm via maris Galilææ: quia transibat iuxta illud. *Trans Iord.mem.* ideſt,ista terra Galilææ erat trans Iordanem, ideſt, ad occidentalem partem Iordanis. Nam Iordanis transibat per terram Israelitarum,& ad orientem eius erat terra duarum tribuum, & dimidiæ. Numer.32. reliqua autem terra nouem tribuum, & dimidiæ erat ad occidentem Iordanis. Vnde Nume.34. ponitur Iordanis terminus orientalis terræ huius. *Galilæa gentium populus.* ideſt, ista terra Zabulon, & Nephtali, erat populus Galilææ gentium. Erant enim duæ Galilææ.vna Gentium,& alia Iudæorū. Pro quo sciendum,quòd Galilæa tota erat vna prouincia,& tamen tempore Salomonis diuisa est,quia ipse dedit uiginti ciuitates Galilææ regi Iram,qui erat rex Tyri,pro expensis, quas dederat ei per ædificationem templi. Et istæ ciuitates vocatæ fuerunt ab ipso Iram terra Chebul.3.Reg.9.& a Iudæis vocabantur Galilæa gentium, ideſt,Galilæa pertinens ad gentiles, quia sub dominio gentilium fuerunt aliquanto tempore. Et ista Galilæa gentium est magis occidentalis, quàm Galilæa Iudæorū,quia est versus terram Tyri, & Sydonis, quarum erat rex ipse Iram. Et de ipsa Galilæa gētium erat Capharnaum,& aliæ ciuitates in quibus Christus cępit prædicare. De hoc Hieron.dicit. Nota quòd sunt duæ Galilææ, vna quæ dicitur Iudæorum,altera quæ dicitur gentium. Diuisa est enim Galilæa tempore Salomonis, qui dedit 20. ciuitates in Galilæa Iram regi Tyri,quæ pars dicta est postea Galilæa Gentium, reliqua autem Iudæorum. *Qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam,* scilicet,populus qui ambulabat. Iste erat populus Galilææ gentium,qui in tenebris ambulabat, nesciens quid ageret, & Christo incipiente prædicare vidit lucem magnam: quia informatus est in fide, & in operibus per Christi doctrinam. Hic ponuntur multi nominatiui cum verbo vno,& sunt omnes quasi ex ponens expositum,scilicet,terra Zabulon,& terra Nephtali,scilicet,quæ est via maris,& est populus Galilęę gentium trans Iordanem ambulabat in tenebris,& vidit lucem magnam. Sic dicit hic Glo.construendum. *Et sedentibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis.* Eadē sententia est replicata, quia idem est, quòd populus, qui ambulat in tenebris, videret lucem, quòd sedentibus in vmbra mortis respicerent lucem super se ortā. Est tamen modus duplicandi sententiam ad ornatum: & fit maxime in prophetis, & in Psalmis, sicut dicitur Psalm.143. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Et tamen idem est docere manus ad prælium, quod docere digitos ad bellum. Dicuntur sedere illi in vmbra mortis: quia erant iuxta mortem. Nā vmbra rei est prope rem. Vnde, qui est in vmbra domus, non est in domo,& tamen non multum distans à domo. Ita isti erant propinqui morti æternæ. Ideo erant in vmbra mortis: & lux prædicationis Christi abstulit eis istam ymbram, & liberauit eos de morte propinqua.

Ad intelligentiam istius literæ considerandum, quòd ista prophetia,quæ habetur Isai.9.exponitur aliter à Iudæis,& a quibusdam aliis. Nam dicitur: primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & Nephtali: & hoc exponunt de captiuitate decem tribuum. Fuerunt enim captiuate primò tempore Phacee filij Romeliæ Regis Israel per Theglatphalasar Regem Assyriorum. Nam captiuauit duas tribus vltra Iordanem, scilicet, ad orientem eius, & transiens ad occidentem Iordanis captiuauit de Zabulon, & de Nephtali, & de Galilæa multas 4.Regum 15. Et exponunt istam primam partem, scilicet. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & Nephtali, scilicet, quia ca-

A ptiuatis malis hominibus alleuiata est terra illa a ponderibus peccatorum. Postea autem reliqui,qui remanserant de illis decem tribubus captiuati fuerunt per Salmanasar regem Assyriorum tempore Oseæ filij Ela regis Israel. 4.Regum 17. Et de hac captiuatione exponunt secundam partem,scilicet,nouissimè aggrauata est via maris, ideſt, posteriori tempore captiuati fuerunt reliqui Israelitæ. Sed dicendum,quòd ista expositio non stat, quia necesse est intelligi de prædicatione Christi in sensu literali sicut Matth. allegat,quia ita Matthæ. per Spiritum sanctum scribens, intelligebat istam prophætiam, sicut Isaias per eundem Spiritum sanctum illam primò proferens,& apud Christianos non poterat de hoc esse aliquod dubium: cùm B Matthæus sic exponat, etiam si nulla ratio ad hoc appareret. Et tamen,quia Iudæus non attendet ad Matthæum, poterit conuinci ipsa auctoritate, quòd non posset sic exponi. Primò,quia isti implicant contrārietatem quandam irrationabilem in modo loquendi, quia primam captiuitatem vocant alleuiationem, & secundam vocāt grauamen: & tamen vtraque deberet dici agrauatio propter angustiam captiuatorum: quia aggrauare est quandocumque imponuntur multa onera super aliquos. Et,quia captiuati sustinent pessimam conditionem seruitutis,dicuntur aggrauari. Si autem vellent primam captiuitatem esse alleuationē: quia tota terra alleuiata est a ponderibus peccatorū, deberet etiam vocari captiuitas secunda alleuiatio: C quia etiam aliqui tunc, qui captiuati sunt,erant peccatores valde,quos scriptura nimis accusat.4.Reg.17.nō ergo est conueniens modus loquendi. Secundò,quia si loqueretur de captiuitate reliquorum, cùm dicitur, aggrauata est via maris,nominaretur ibi tota terra, in qua habitabant istæ decem tribus: vel saltem id quod esset principale in ea, scilicet, Samaria,quæ erat caput regni Israel. Et tamen non fuit nominata nisi Galilęa, cùm dicatur,via maris trans Iordanem Galilææ gentium. Ergo non intelligitur de illa captiuitate. Tertiò, quia non possunt intelligi duæ captiuitates ex illa littera, etiam si exponenda esset de captiuitate,quia idem populus est,qui significatur vtrobique. Nam cùm dicitur: Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & D
Nephtali: est idem terra Zabulon,quod via maris: & populus Galilææ gentium. Nā Zabulon, & Nephtali contingunt se in Galilæa in extremitatibus suis, sicut apparet hic,dum dicitur quòd secessit in Galilæam,& habitauit in Capharnaum,in finibus Zabulon, & Nephtali. Et sic fines Zabulon,& Nephtali sunt in Galilęa,& ipsa via maris etiam est in terra Zabulon,& Nephtali. Nam illa transit per ciuitatem Cedar, quæ distat tribus leucis ab vrbe Capharnaum. vt supra dictum est. Et tamen Capharnaum est in finibus Zabulon,& Nephtali, vt hic dicitur. Ergo etiam via maris est in finibus Zabulon,& Nephtali. Et sic non potest vllatenus litera ista exponi de illis duabus captiuitatibus,nec de aliqua earum. Dicendum igitur,quòd in- E
telligitur de Christo. Primò patet: quia Matthæ. qui est tantæ auctoritatis, sicut Isaias,immo maioris, exposuit istam auctoritatem de Christo. Secundò patet ex continuatione literæ: quia inquantum possumus, debemus facere,quòd in litera continuata non sit sententia discontinua, si scriptura hoc tolerare potest. & tamen Isai.9. vbi ponitur quasi immediate paruulus natus est nobis, quòd necessariè est intelligi de Christo, & etiam ipsi Iudæi de Messia istud exponunt: ergo conuenientius est, quòd etiam ista auctoritas,scilicet,primo tempore alleuiata est: & etiam intelligatur de Messia,si non sit aliquid, quod obstat. Secundò patet,quia tota illa litera intelligitur valde conuenienter de tempore prædicationis Christi, & non reperietur aliquid,

Conuincuntur Iudæi auctoritate Isa.

Ista prophetia intelligitur de Christo.

aliquid, de quo ita conuenienter intelligatur. Ideo, debet de Christo exponi. Erat autem intentio Isaiæ dicere, ꝙ in principio prædicationis Christi, isti qui habitabant in terra Zabulon, & Nephtali alleuiati sunt a peccatis, & ignorantia per Christi prædicationem, scilicet, ciuitas Capharnaum, & Corozaim, & Bethsaida, & aliæ ciuitates propinquæ terræ Galilææ, quæ vocantur Zabulon, & Nephtali, ideſt, in finibus Zabulon, & Nephtali, ideſt, in confinibus Zabulon, & Nephtali. Isti tamen ad vltimum contempserunt verbum Christi, & non fecerunt pœnitentiam, licèt multa signa fecisset ibi Christus. Nam tunc ista terra aggrauata est, ideſt, peccata sua magis aggrauata fuerunt, quàm si nunquam audissent verbum Christi, vel fuerunt peccata eorum magis aggrauata, quàm peccata aliarum G
Vrbium, in quibus Christus non prædicauit. Et hoc Christus istis ciuitatibus annunciauit, & improperauit infra 11. scilicet. Tunc cepit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam. ſ. Vę tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro, & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in uobis: olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent. Verumtamen dico vobis, Tyro, & Sidoni remissius erit in die iudicij, quàm vobis. Et tu Capharnaum, nunquid vsque in cœlum exaltaberis? Vsque in infernum descendes. Quia si in Sodomis factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in te, forsitam mansissent vsque in hanc diem. Verumtamen
dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in H
die iudicij, quàm tibi. Istam aggrauationem magnam peccatorum istarum ciuitatum expressit Isaias, cùm dixit: nouissimè aggrauata est via maris, ideſt, ipsa terra Galilææ, quæ est terra Zabulon, & Nephtali, & vocatur uia maris propter causam dictam. Et potuisset planius dicere Isaias, scilicet, primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & Nephtali, quia eadem terra erat, & tamen propter pulchritudinem locutionis appellauit eam alio nomine, scilicet, via maris, cùm utrumq; nomen ei competat. Et hoc multum uulgatum est apud Isaiam, qui sæpe easdem sententias per diuersa verba duplicat. Et sic dicitur 2. Regum 20. & 3. Reg. 12. Quæ nobis pars in Dauid: aut quæ hæreditas in filio Isai? Et est unica sententia, quia pars, & hæreditas I
idem sunt, & Dauid, & filius Isai, idem sunt, quia Dauid erat filius Isai. 1. Regum 16. Sic exponit Hiero. super Isaiam, dicens: primo tempore alleuiatam esse ab onere peccatorum, quia in regionibus duarũ tribuũ, primum Saluator Euangelium prædicauit: nouissimo autem tempore aggrauata est fides eorum plurimis Iudæorum in errore permanentibus. Etiam exponens ibi recitat Hiero. opiniones, quas non tenet, dicens: Vel secundum Hebræos in Christum credentes, Hæ duę tribus Zabulon, & Nephtali ab Assyrijs captę sunt in Galilæa deserta, quàm propheta dicit esse alleuiatã, eo quòd peccata populi sustineret, sed postea reliquæ tribus, quæ habitabant trans Iordanem, ductæ sunt in captiuitatem. Ista est expositio, quàm supra reprobauimus. Tangit ibi etiam aliam dicens, uel secundùm
Nazaræos adueniente Christo, primo terra Nephtali, K
& Zabulõ est liberata ab erroribus Phariseorũ. Postea autem per prædicationem Apostoli Pauli ingrauata est, ideſt, multiplicata prædicatio in terminos Gentiũ. Ista expositio concordat cum nostra, quantum ad primam partem, sed quantum ad secundam discordat. Quia cum dicitur, nouissimè aggrauata est uiã maris, intelligunt de prædicatione Pauli, quæ extensa est ad omnes Gentes pergendo ad eas per uia maris. Sed nõ potest sic intelligi, cùm dicatur, nouissimè aggrauata est uia maris trans Iordanem Galilæę Gentium. Et sic ista uia maris erat in Galilęa Gentium, & sic non potest exponi conuenienter litera, nisi sicut supra exposuimus. *Exinde cępit Iesus prædicare.* Ideſt, in ipsa ciuitate Capharnaum cœpit Christus prędicare. Vel dicitur exinde, ideſt, postquam uenit, uel ex quo uenit ad ipsam cępit prędicare. Magna ergo fuit laus ciuitatis Capharnaum, quòd in ea prędicatio Christi exordium sumpserit. *Et dicere, pœnitentiam agite.* Istud fuit, quia Christus prędicabat admonendo homines, ut pœnitentiam agerent recedendo a peccatis pręteritis. Et sic prędicauit Christus id, quod prędicauit Ioannes. Nam initium prędicationis Ioannis fuit in his uerbis, scilicet, pœnitentiam agite, & appropinquabit regnum cœlorum, supra 3. *Appropinquabit enim regnum cęlorum.* Quædam litera habet de futuro, scilicet, appropinquabit, & est sensus, pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum, ideſt, si pœnitentiam egeritis regnum cęlorum appropinquabit ad uos, quia poteritis ingredi in illud, & alias non ingrediemini. Alia litera habet de pręterito, scilicet, appropinquauit regnum cęlorum. Et est sensus. Tempus est, quod agatis pœnitentiam, quia regnum cęlorum, ideſt, status noui testamenti appropinquauit, ideſt, iam est propè nos, quia nũc incipiet, & ad suscipiendum illum dignè, oportet quòd pœnitentiam agatis, quia non poteſt nouam uitam inchoare, quem ueteris non pœnituit. Nam alias quando status noui testamenti uocatur regnum cęlorum, sicut dicit Gregor. in Homilia uirginum, & regnum cęlorum præsentis temporis Ecclesia dicitur.

An ista litera sit bene continuata cum præcedenti.
Quæst. LXXVIII.

QVAERITVR, an ista litera sit continuata ad præcedentem. Aliqui putant, quòd sic, ꝙ postquam Christus ieiunauit uenit immediatè in Galilæam, & prædicauit in Capharnaum, sicut hic dicitur: cùm Mat. nihil interponat, & idem Marcus, & Lucas faciunt.

Dicendum, quòd non est ista litera continuata, sed necesse est multa fuisse omissa, quæ fuerunt inter Christi ieiunium, & ea, quæ dicuntur hic. Vnde conuenienter dicitur apud Doctores, & habetur in historia scholastica, & per Aug. quòd tres Euangelistæ primi omiserunt omnia gesta primi anni Christi postquam baptizatus est, & scripserunt solùm ea, quæ fuerunt postquam Ioannes positus est in carcere. Vnde Aug. dicit, quòd scilicet Ioannes Euangelista priusquam iret Iudæam in Galilæam, dicit de Petro, & Andrea, & Nathanaele, & de miraculo in Chana Galilææ, quæ omnia cæteri Euangelistæ prætermiserunt id, contexentibus suis narrationibus, ꝙ Ioan. reuersus fit in Galilæam. Vnde intelligitur fuisse interpositos aliquos dies, quibus illa de discipulis gesta sunt, quæ interponuntur à Ioanne.

Ad sciendum ergo continuationem gestorũ Christi, considerandum est, quòd Christus, antequam baptizaretur semper mansit in Nazareth, & erat ibi subditus Ioseph, & Mariæ. Luc. 2. Mansit autem ibi usque ad tempus, quo Ioannes cępit baptizare, ut colligitur supra 2. & ibi declaratum est. Tunc Christus iuit de Galilæa, scilicet, de Nazareth ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo. præcedenti. c. & erat Christus ipsa die annorum 29. completorum & 13. dierum insuper. Vnde dicebatur incipiens quasi annorum triginta, quando baptizatus est. Luc. 3. Et ipsa die qua baptizatus est, uel sequenti Christus iuit in desertum, & incepit ieiunium quadraginta dierum, ut colligitur præcedenti. c. in fi. & in principio huius, & Mar. 1. & declaratum fuit præcedenti. c. Postquam uerò ieiunauit, oportet dicere quòd Christus reuersus fuerit ad Iudæam ad locũ, vbi

vbi erat Ioannes baptizans, & nondum habebat aliquos discipulos. Sed quadam die dum transiret Christus coram Ioanne, & duobus discipulis eius, dixit Ioannes de Christo. Ecce agnus Dei. Et audientes hoc illi duo discipuli Ioan. secuti sunt Christum. Et ille conuersus, & videns eos sequentes se, dixit: Quid quæritis? Illi autem dixerunt. Rabbi, vbi habitas? Ille dixit, venite, & videte. Et venerunt ad locum, & manserunt ibi die illo. Erat autem unus istorũ duorum Andreas frater Petri, qui prius fuerat discipulus, & auditor Ioannis. De his Ioan. 1. Necesse est ergo dici, quòd ista fuerint, postquam Christus ieiunauit quadraginta diebus, quia ante ieiunium discipulos nullos habebat, quia nullus dubitat Christum non habuisse discipulos ante baptismum, & tamen die, qua baptizatus est iuit ad desertum, & cœpit ieiunare, ut dictum est: ergo non habuit discipulos ante ieiunium: maxime quia nõ erat decens, quòd illos haberet, Quia cùm Christus quadraginta diebus ieiunij manserit solus in deserto, scandalizarentur discipuli sui nescientes, vbi ille esset, vel quid faceret, & maxime si hoc contingeret in principio discipulatus. Non ergo habuit discipulos ante ieiunium. Et tamen in eis, quæ habentur Ioan. 1. apparet, quòd incipiebat iam habere discipulos, ideo post ieiunium fuit illud. Et sic dicendum est, quòd aliqua eorũ, quæ habentur Ioan. 1. facta sunt ante baptismũ Christi, & ieiunium, alia uerò post. Quia tamen alii Euangelistæ dixerant de Christi baptismo, & ieiunio. Ioan. subticuit illa, & scripsit ea, quæ facta sunt post ieiuniũ, licèt ipse non exprimat, quòd fuerint ante ieiunium, vel post. Et sic totum, quod habetur à medio capituli primi Ioannis, vsque ad finem quarti, quasi fuit inter ieiunium Christi, & eius reditum in Galilæam, & omnia illa subticuerunt alij tres Euangelistæ. Vnde quando uenit Andreas frater Petri ad Christum, vt dictum est, mansit cum eo die ipso. Deinde reuersus, inuenit fratrem suum Simonem, & dixit ei. Tu vocaberis Cephas. Sequenti autem die uoluit Christus ire de Iudea in Galilæam, & inuenit Philippum, & dixit ei, Sequere me. Erat autem iste Philippus de Bethsaida, de qua erat Andreas, & ipse Philippus adduxit Nathanael ad Christum. Et sic habuit tunc Christus istos discipulos Petrum, & Andream, Philippum, & Nathanael, qui cum illo iuerunt in Galilæam. De his omnibus Ioa. 1. Die autem tertio postquam Nathanael uenit ad Christum, factæ sunt nuptiæ in Cana Galilææ, ideſt, quòd Cana erat quædam villa parua in Galilæa: & ad illas nuptias uocatus est Iesus, & discipuli eius, ubi conuertit aquam in uinum. Et fuit istud primum miraculũ, quod fecit. De his Ioa. 2. Post hæc descendit Christus, & Mater eius, & discipuli eius cum eo de Cana Galilææ in Capharnaum, quæ etiam erat in Galilæa, & mansit ibi paucis diebus. Ioan. 2. Hoc autem fuit, quia erat pascha proximum, & oportebat ascendere in Iudæam in Ierusalem. eod. c. Istud fuit Pascha anni tricesimi Christi, & sic omnia quæ enarrata sunt, facta fuerũt inter diem tertiũ decimum anni tricesimi Christi, qui erat dies sextus Ianuarij, scilicet, dies Epiphanię, & diem Paschæ Iudæorum, quod Pascha solet accidere circa finem Marcij, uel principiũ Aprilis, & sic essent ad plus tres menses ad complendum omnia ista. Nam Christus baptizatus est die Epiphaniæ, ut tenet tota Ecclesia, & patet in quadã Antiphona eiusdem diei, quæ incipit Tribus miraculis, & in alia, quę incipit Hodie cœlesti sponso. Et sequenti die Christus iuit in desertum, & inchoauit ieiunium suum, computando ergo quadraginta dies à die Epiphaniæ perueniet uersus ad 18. vel 15. diem Februarij. Tempus ergo, quod manet, ideſt, à 15. die Februarij vsq; ad principiũ Aprilis, vel quasi, quo tempore solet accidere Pascha

A Iudæorum fuit, in quo accesserunt ad Christum discipuli supra positi, & redijt de Iudæa in Galilæam, & fuit in Chana Galilææ in nuptijs, descenditque in Capharnaum, & mansit ibi diebus paucis propter propinquum Pascha. Istud est dicendum necessariò fuisse Pascha anni 31. Christi. quod hic non probabitur propter longam deductionem qua indiget, sed probatum est planè in libro nostro defensorio trium Concionum in. quæst. tertia. In isto Pascha Christus iuit in Ierusalem, & ibi euertit Cathedras vendentiũ columbas, & effudit pecuniam nummulariorum in ipso festo Paschæ. Ioan. 2. Et tunc fecit multa alia miracula in festiuitate, & multi crediderunt in eum propter illa miracula. eo. cap. Tunc credidit in Christum homo
B Pharisæus nomine Nicodemus princeps Iudæorum, & venit ad Christum occultus per noctem, & disputauit cum eo de baptismo, quomodo oportet hominem nasci denuo. Ioan. 3. Hoc toto tempore Ioannes Baptista adhuc prædicabat, & baptizabat, quia nondum fuerat missus in carcerem, & baptizabat in Aenon iuxta Salim, quia erant ibi aquæ multæ. Ioann. 3. Tunc autem Christus manebat in Iudæa, & discipuli eius baptizabant multos venientes ad Christum inchoantes baptismum noui testamẽti. Et tunc quidam de discipulis Ioannis dixerunt ei, ꝙ Christus baptizaret: etiam Ioannes tunc dixit eis multa de laude Christi. Ioan. 3. vsque ad finem capituli. Dum hæc fierent incipiebat crescere quędam inuidia ex discipulis Ioannis, & Pharisæis, quia maior turba sequebatur Iesum, C
quàm Ioannem, & quòd plures baptizaret, quã Ioannes. Christus autem, vt non daret locum inuidiæ recessit tunc in Iudæa, & venit secunda vice in Galilæã. Ioan. 4. in principio: Hæc autem fecit, vt Ioannes solus maneret baptizans in Iudæa, & ipse esset elongatus ab eo in Galilæa, & sic non posset simultas, & inuidia locum habere. Tunc autem, cùm Christus recedebat de Iudæa in Galilæam, oportebat, quòd transiret per quandam Ciuitatem Samarię nomine Sirach. Et ibi, cùm sederet ad fontem, habuit longum colloquium cum Samaritana: mansitque in Ciuitate ipsa diebus duobus. Ioann. 4. & dicitur, quòd immediatè recedens inde iuit in Galilæam, & receperũt eum Galilæi, qui uiderant miracula, quæ fecerat in Ierusalem
D in die Paschæ. eo. cap. Et hac vice qua Christus venit in Galilæam, iuit in Nazareth, & in Capharnaum, sicut hic dicitur. Ista autẽ omnia omiserunt tres Euangelistæ, & suppleuit ea Ioãnes ad preces Asianorum, cũ illi omisissent gesta vnius anni Christi, & amplius. Nam illi solùm narrant ea, quæ Christus fecit ex tempore, quo Ioannes incarceratus est, & tamen ipse incarceratus fuit in tempore azymorum anni 31. Christi, & Pascha anni 31. eiusdem omiserunt tres Euangelistæ, & est plusquam vnus annus. De hoc dicitur in ecclesiastica historia, scilicet, Ioannem enim tradunt vsque ad vltimum penè vitæ suæ tempus, absque vllius Scripturæ inditijs Euangelium prædicasse. Sed
E cùm trium Euangeliorum ad ipsum notitia peruenisset, probasse quidem dicitur veritatem dictorum: deesse tamen vidit aliqua, & maximè quæ primo prædicationis suæ tempore dominus gesserat. Certum est enim, quòd in alijs tribus Euangelijs, hæc videntur sola contineri, quæ in eo gesta sunt anno, quo Ioannes Baptista, vel inclusus est in carcerem, vel punitus: Matthęus enim post tentationem Christi continuò subijecit: Audiens autem, quòd Ioãnes traditus esset, &c. & Marcus similiter. Lucas verò priusquam aliquid de actibus Christi referret, dicit quòd Herodes conclusit Ioannem in carcere. Rogatus est ergo Ioannes Apostolus, vt ea quæ prætermiserãt priores, ante traditionem Ioannis Saluatoris gesta scriberet, & ideo dicit in

Euan-

Euangelio suo. Hoc fecit initium signorum Iesus. Dicetur, quare tres Euangelistæ vniformiter omiserunt omnia hæc. Dicendum, quòd illi voluerunt scribere gesta præcipua Christi, & doctrinam eius. Ista autem fuerunt à principio prædicationis eius. Et quia Christus post Ioannis incarcerationem cœpit prædicare, vt infra dicetur, gesta prioris temporis omiserunt.

Quare Christus audita traditione Ioannis secessit in Galilæam.
Quæst. LXXIX.

QVAERITVR, quare dicitur hic, cùm audisset Iesus, quòd Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam. Dicendum vno modo, quòd Matthæus omittebat hic multa inter tentationem, quæ supra posita erat, & ista quæ sequuntur, & voluit accipere principium dicendorum à tempore incarcerationis Ioannis. Ideo dixit, cùm audisset Iesus: quasi sit hoc quidam articulus distinguens inter præcedentem narrationem. Sic etiam dicitur Mar. 1. Quia posito Christi ieiunio sequitur: postquã autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæam. Secundò fuit hoc, vt volunt aliqui ad innuendum, quòd Christus non prædicauit vsque ad incarcerationem Ioãnis. Postea verò, quàm in carcere decollatus est Ioannes, Christus cœpit prædicare. Et sic innuit Nicolaus.

An Christus prædicauit Ioanne prædicante.
Quæst. LXXX.

QVAERITVR, an Christus prædicauit Ioanne prædicante, vel cœpit postquam ipse incarceratus est. Quidam dicunt, q̃ antequam incarceraretur Ioannes, prædicabat Christus, quia prædicatio erat quædam ostensio eius. Sed Ioanne prædicante Christus se ostendere incipiebat, quia iam baptizabat: ergo etiam prædicabat, cùm per vtrumque se ostenderet. Patet, quia Ioanne baptizante in Aenon antequam incarceraretur, dixerunt ei discipuli sui, quòd Christus baptizaret. Ioann. 3. scilicet, Rabbi, ille, qui erat tecum trans Iordanẽ, cui testimonium perhibuisti, ecce baptizat. Secundò patet, quia Ioann. 4. dicitur, quòd Pharisæi dicebant, quòd Christus faciebat plures discipulos, quàm Ioannes, & baptizabat plures, & tamen discipulus non fit nisi per doctrinam: ergo Ioanne docente, & baptizante Christus docebat, & baptizabat. Et sic baptizabat, quia doctrina sua non erat nisi verbum prædicationis. Tertiò patet, quia Christus in Pascha primo, quo fuit in Ierusalem, cùm eiceret ementes, & vendentes de templo, docebat, quòd domus Dei deberet esse domus orationis, & alia multa. Ioan. 2. Quartò patet, quia ipse multa prędicauit de baptismo ipsi Nicodemo, Ioan. tertio. Quintò patet, quia prædicauit Mulieri Samaritanæ: cum sederet ad fontem, Ionan. quarto. Sextò patet, quia intrauit tunc in Ciuitatem Samaritanorum nomine Sirach, & prædicauit ibi duobus diebus, & multi crediderunt propter sermone eius, ita ut dicerent. Iste est verè saluator mundi. Ioan. 4.

Dicendum, quòd Christus non prædicauit Ioanne prædicante, sed solùm postquam incarceratus est. Primò patet, quia dicitur hic: cùm traditus esset Ioãnes, secessit Iesus in Galilæam, & iuit tunc ad prædicandum, sicut dicitur Mar. primo, scilicet. Postquam traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæam prædicans Euangelium. Et sic videtur, quòd ante non prædicabat, quasi dicat, quòd traditio, & incarceratio Ioannis fuit ei causa ad incipiendum prædicare. Secundò patet expressius, quia Matthæus vult hic applicare auctoritatem illam Isaiæ ad prędicationem, quam Christus fecit in Capharnaum: cùm dicatur, quòd factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam, & reuiata est terra Zabulon, ideſt, quòd illa alleuiata est prius, & illuminata per prædicationem Christi, cùm dicatur, populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Istud tamen fuit post Ioannis incarcerationem: ergo non cęperat prius prædicare, sed in Capharnaum inchoauit. Tertiò patet, & clarius, quia dicitur in litera. Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere, pœnitentiam agite, scilicet, ex Ciuitate Capharnaum. Ergo antequam esset ibi non prædicauerat. Hoc tamen fuit post Ioannis incarcerationem. Idem dicit Chrysostomus super Matthæum, scilicet. Exindicit Chrysostomus super Matthæum, scilicet. Exinde cœpit prædicare, ideſt, ex quo traditus est Ioannes, Fuit autem conueniens, quòd non prædicaret Christus prædicante Ioanne. Primò, quia tunc prædicatio Ioannis redderetur contemptibilis, quia tanta esset excellentia prędicationis Christi, quòd ad Ioãnem nemo aduerteret. Secundò, quia tunc videretur prædicatio Ioannis superflua. Nam Ioannes non erat nisi præcursor Christi, infra undecimo, & Luc. primo, Non debebat concurrere præcursor, & ille cuius erat præcursor, sicut figura, & veritas, & prænosticum, & res prænosticata. Ideo oportebat, q̃ incipiente Christo prædicare Ioannes cessaret à prædicatione, vel q̃ Christus non inciperet. Et quia non erat honestum, nec poterat fieri decenter, quòd Ioannes qui erat tam venerandus, & tantæ reputationis apud Iudæos arceretur à prædicatione interdicendo sibi hoc officium: decuit ergo, quòd Christus sustineret quousque Ioannes moreretur, vel omnino impediretur ab actu prædicandi: sicut factum est cùm incarceratus est. Ideo non incœpit prædicare vsque post incarcerationem Ioannis. Hæc duo tangit Chrysostomus super Matthæum, dicens, quòd si prædicante Ioanne, cœpisset Iesus prædicare, vilem reddidisset Ioannem, & inueniretur prædicatio Ioannis esse superflua quantum ad istius doctrinam, sicut si vno tempore sol cum lucifero oriatur, gratiam luciferi cęlat. Tertiò fuit hoc ad tollendam inuidiam, & simultates. Nam si Christus prædicasset Ioanne prædicante, sequerentur multi uiderent valde, & murmurarent. Quod patet, quia baptizantibus discipulis Christi, cùm multi conuenirent ad eos, orta est æmulatio. Nam dicebant discipuli Ioannis, & Pharisæi, quòd Christus plures discipulos facit, quàm Ioannes. Christus autem audiens hæc, vt non daret locum inuidiæ causandæ, recessit de Iudea. Ioann. quarto. Sed fieret hoc à fortiori, si prædicaret, quia magis ibi appareret excellentia Christi super Ioannem, quàm in baptizando. Ideo non debuit prædicare Ioanne prædicante. Sic etiam dicit Chrysostomus in quadam homilia, scilicet. Ideo etiam non prædicauit donec in carcerem mitteretur: ne ex hoc multitudo scinderetur. Propter quod etiam Ioannes nullum signum fecit, vt per miracula omnes traherentur ad Christum. Non ergo prædicauit Christus ante incarcerationem Ioannis, saltem publicè, vel qualis habens officium prædicandi: licèt aliqua pauca doctrinæ verba interdum diceret, sed non propriè in forma prædicandi.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd non tenet propter duo. Primò, quia præsupponitur falsum: nam Ioanne prædicante Christus nunquam baptizauit, immo non inuenitur de Christo, quòd aliquem unquam baptizauit. Et licèt discipuli Ioannis dixerunt, quòd baptizabat, & omnes veniebant ad eum, non baptizabat ipse, sed solùm discipuli eius, vt patet Ioan. octauo. Sed quia illi baptizabant, putabant aliqui, quòd Christus baptizaret. Secundò tenet, quia dato quòd Christus baptizaret Ioanne baptizãte, non prædicaret eo prædicante, quia non appareret excellentia aliqua Christi super Ioannem in baptizando, cùm vterque baptismus esset in aqua: licèt in Christi baptismo Christi daretur gratia, illa tamen erat inuisibilis. Si tamen Christus prædicaret, appareret manifestè excellentia eius super Ioannem, & populus scinderetur in diuersas opiniones, & simultates, quibusdam laudantibus Christum, & alijs Ioannem. Quod erat inconueniens. Vel si omnes laudarent Christum, redderetur Ioannes contemptibilis, & etiam esset inconueniens: ideo non debuit prædicare eo prædicante.

Ad secundum dicendum, quòd Christus faciebat multos discipulos, non quidem per doctrinam prædicationis, sed per imitationem baptismi, quia baptizabantur iam plures à discipulis eius, quàm à Ioanne: vel faciebat plures discipulos, quia licèt non prædicaret, tamẽ faciebat aliqua miracula. Et propter ista plures sequebantur Christum, quàm propter doctrinam. Etiam eo tempore, quo prædicabat. Ioan. sexto, scilicet, sequebatur eum multitudo magna, quia videbãt signa, quę faciebat super his, qui infirmabantur. Et sic nunc etiam, si non prædicaret multi ad eum concurrerent propter miracula.

Ad tertium dicendum, quòd Christus licèt eiecit ementes, & vendentes de templo, non prædicauit, sed solum fecit miraculum. Nam multa miracula fecit antequam publicè prædicare inciperet. Et cùm obijcitur, quòd dixit, quòd domus mea domus orationis vocabitur: non dixit hoc tanquam prædicans, sed fuerunt quædam miracula, seu verba necessaria ad miraculum, cum vellet eijcere de templo ementes, & vendentes in potestate quadam diuina: necesse erat, quòd aliquid eis diceret, vt scirent quomodo, & quare eos eijceret.

Ad quartum dicendum, quòd sermo Christi cum Nicodemo super baptismo non fuit prædicatio, sed magis fuit quasi quædam responsio super baptismo ad dubia Nicodemi.

Aliter potest dici, quòd etiam si ista vocaretur prædicatio: fuit tamen in secreto, quia per noctem venit Nicodemus ad Christum. Ioann. tertio. Nunc autem loquimur de prędicatione publica facta inter Iudęos. Et hanc Christus non fecit antequam incarceraretur Ioannes.

Ad quintum dicendum, q̃ sermo Christi cum Samaritana non fuit prædicatio, sed dialogus, quia Christus loquebatur, & Samaritana similiter. Ioan. quarto. Aliter etiam posset dici, quòd etiam si non fuisset dialogus, sed Christus solus loquutus esset: fuit tamen priuatè factũ, quia Christus solus sedebat ad fontem loquens cum ea. Ioan. 4. Hic autem loquimur de prædicatione publica, quæ fiebat ad plebem.

Ad sextum dicendum, q̃ hic magis propriè Christus prædicauit, quia loquutus est omnibus viris de ciuitate Sirach, & multi in eum crediderunt. Ioan. quarto. Dicendum tamen, quòd hic loquimur de prædicatione Christi publica facta inter Iudæos. Ista autem ciuitas non erant Iudæi, sed Samaritani, quia ciuitas illa erat Samaritanorum. Ioann. quarto, & mulier illa, quæ viros vocauit ad Christum erat Samaritana, eodem capitulo, Samaritani autem non erant Iudei omnino, licèt multa haberent Iudæis similia. Vnde Iudæi nolebant conuersari cum Samaritanis. Ioann. quarto. Et propter hoc dixit illa mulier Samaritana. Tu cùm Iudæus sis, quomodo petis à me bibere? quarto capitulo. Et sic Christus antequam Ioannes traderetur, nunquam publicè prædicauit inter Iudæos, quasi assumens sibi officium prædicandi: priuatè tamen sæpe multa dixit, quæ ad prædicationis doctrinam poterant pertinere. Et hoc fiebat propter Ioannem, quia dum ipse prædicaret, noluit Christus prædicandi officium assumere propter causas suprapositas.

Quare Christus fecit miracula æntequam prædicaret.
Quæst. LXXXI.

QVAERITVR, quare Christus fecit miracula antequam prædicaret. Nam videtur, q̃ facere non debebat, quia Christus prædicare noluit Ioanne prædicante, ne eum contemptibilem redderet, & ne per hoc, q̃ ipse se ostenderet, populus diuideretur in diuersas opiniones, & simultates. Et tamen Christus faciens miracula, magis per hoc se ostenderet, quàm per prędicationem, quia prædicare quilibet potest, etiam si malus sit: miracula autem facere non potest quisquam, nisi Deus specialiter ei gratiam contulerit, scilicet, quòd velit per eum ista facere, sicut dixit Nicodemus Christo: Nemo potest ista facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Ioann. tertio. Magis ergo se ostendebat per miracula, quàm per prędicationem: non ergo debuit tunc facere miracula. Item magis excedebat Christus Ioannem faciendo miracula, quàm si concurreret cum eo in prædicando, etiam si multũ famosius quàm ille prædicaret. Et sic non debuit facere miracula tunc, ne maiorem se Ioanne ostenderet.

Dicendum, q̃ Christus fecit miracula aliqua antequam prædicare publicè inciperet. Nam conuertit aquam in vinum, quod fuit primum miraculum. Ioan. secundo. eiecit etiam ementes, & vendentes de templo in quadam diuina potestate, ita ut illi plurimi existentes fugerent ab eo, qui solus, & inermis erat, & non ausi sunt ei respondere, cùm pecunias eorum per terram effunderet, eod. capitu. Multa quoque alia signa fecit in die Paschæ, & festo ipso coram Iudæis, quando eiecit vendentes, & ementes de templo, eod. cap. scilicet. Cùm autem esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius, quæ faciebat, & tunc dixit ei Nicodemus. Nemo potest facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Ioan. tertio. Dicitur etiam, quòd Galilæi receperunt eum, cùm vidissent omnia, quæ fecerat Ierosolymis in die festo. Ioann. quarto. Multa ergo fuerunt miracula, quæ Christus fecit Ioanne nondum incarcerato: licèt illa Ioannes subticuerit, solùm asserens, quòd fuerunt multa. Et hæc Christus voluit facere ante prædicationem suam, vt per hęc sibi quandam opinionem in plebe faceret, vt sibi crederetur, quando prædicaret. Nam si incepisset prædicare nullis præcedentibus miraculis: fortè sermo eius nullius haberetur auctoritatis propter excellentiam prædicationis Ioannis, qui ante hoc prædicaret. Et sic, licèt non prædicaret, miracula tamen facere voluit. Fuit etiam hoc necessarium propter discipulos vocãdos, quia nondum habebat discipulos, & nollent ad eum venire, nisi aliquid in eo excellens viderent. Sed non erat hoc in prædicatione, quia nondum prædicabat, nec in exteriori vita, & habitu, quia non austerus, sicut Ioannes, sed erat mediocris vitæ: vnde Ioannes in hoc valde eum excedebat. Debuit ergo habere excellentiam in operatione miraculorum. Et sic ipsa vocatio Apostolorum fuit miracula, quia mox, vt uocauit eos, relictis omnibus secuti sunt eum, vt patet de Petro, & Andrea, Iacobo, & Ioanne infra in litera, & de Matthæo infra. Hoc tamen fieri non potuisset,

nisi sermo ille Christi aliquid diuinum latens habuisset, de quo infra dicetur in quadam quæstione.

Ad primum dicendum, quòd Christus non refugit se ostendere Ioanne prædicante, sed nolebat prædicare eo prædicante. Et ratio est, quia Ioannes miraculum nullum fecit. Ioan.10. quòd autem Christus miracula faceret, non erat concurrere cum Ioanne, ideo facere voluit. Secus autem si prædicaret, quia tunc concurreret cum eo, & eum contemptibilem redderet: videreturque prædicatio Ioannis superflua, & diuideretur plebs in contraria vota, & non sequebatur ex operatione miraculorum. Quia cùm Ioannes miraculum nullum faceret; omnes præferrent Christum Ioanni in miraculis: & quia Christus nondum prædicabat, omnes Ioannem in prædicatione præferrent, & in hoc eum sequerentur. Ad secundum dicendum, quòd Christus non refugit videri maior Ioanne, cùm ipse dixerit expresse: ego habeo testimonium maius Ioanne. Ioan.5. & ipse Ioannes testatus fuerat Christũ esse maiorem se dicens, qui post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare, vel corrigiam calciamenti soluere præcedenti cap. Marc.1. & Luc.3. Ioannes tamen ostendit posteà Iesum esse istum Messiam, de quo loquutus fuerat dicens, Medius vestrum stetit, quem vos nescitis: ipse est, qui post me venturus est &c. Ioan.1. & iterum ostendit eum populo dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: hic est de quo dixi vobis: post me veniet &c. Christus ergo non refugit videri maior Ioanne, & sic non debuit cessare a miraculis Ioanne prædicante, sed satis est, quòd non prædicauerit eo prædicante, propter causam dictam.

Quare Christus non abstinuit à prædicatione Ioanne manente in carcere. Quæstio. LXXXII.

QVAERITVR, cùm Christus abstinuerit a prædicatione Ioanne prædicante: quare non abstinuit eo manente in carcere: quia sequebatur idem inconueniens, scilicet, quòd Ioannem contemptibilem redderet prædicando ipso viuente.

Dicendum, quòd Christus prædicauit Ioanne viuente, & manente in carcere longo tempore, & quasi per annum. Nam asseritur, quòd Ioannes in festo azimorum incarceratus fuerit: & sequenti anno in festo azimorum fuit decolatus, & toto hoc tempore Christus prædicauit. Vnde Christo prædicante, Ioannes manens in vinculis, misit ad eum discipulos suos dicens. Tu es, qui venturus es? infra 11. Et dicendum, ꝙ non debuit Christus abstinere a prædicatione Ioanne incarcerato, sicut Ioan. viuente, & prædicante propter multa. Primò, quia non erat eadem causa. Nam si Ioanne prædicante Christus prædicare vellet; videretur hoc velle facere, vt se exaltaret, & Ioannem contemptibilem redderet. Nunc verò Ioanne non prædicante non erat eadem causa. Secundò, quia si prædicaret Christus viuente Ioanne, videretur altera ipsarum prædicationum superflua esse, cùm ambo eadem, vel quasi eadem ptædicaturi essent. Quia sicut Ioannes prædicauit dicens, pœnitentiam agite, præcedenti capi. ita Christus prædicauit, pœnitentiam agite. supra in litera. Ioanne autem incarcerato non erat hoc, quia non esset aliqua prædicatio superflua, cùm Ioannes non prædicaret, & sic videretur prædicatio Christi incepisse magis ex necessitate, scilicet, ne populus maneret sine doctore, quàm ex intentione se præferendi Ioanni. Et tunc eo prædicante incipere debuisset: quia sic positis iuxta se oppositis euidentius eorum communia, & excessus apparent: & maximè, quia si Christus hanc gloriam popularem vellet, Ioanne prædicante incipere debebat, & non eo incarcerato: vt non videretur sic timuisse ei comparari prædicanti, Tertio, quia non sequeretur inconueniens de diuisione populi in varia studia, siue vota: quia istud fit, quando sunt duo, aut plures competitores in eadem re. Ioanne autem incarcerato Christus solus manebat. Vnde non erat alius, quem populus sequi posset. Quartò erat conueniens propter Ioannem, quia ipse Christus prædicēs in multis laudauit Ioannem approbando vitam suam, & prædicationem. Quod facere non potuisset, si non cæpisset prædicare Ioanne viuente. Patet hoc de prædicatione, quia id quod Ioannes prædicauerat, scilicet, pœnitentiam agite &c. Christus prædicauit in principio sermonum suorum: vt patet in litera. Laudauit etiam Ioannem in vita, quia quando discipuli Ioannis venerunt ad Christum prædicantem, dixit Christus ad turbas de Ioanne: Quid existis videre in desertum? &c. infra 11. Et ibi dixit Ioannem esse Prophetam, & plus quàm Prophetam, & concluſit in maxima laude eius, scilicet, ꝙ inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Expediebat ergo Ioanni, quòd Christus prædicaret eo viuente, & incarcerato. Quinto, quia si Christus non prædicasset Ioanne viuente, & incarcerato multum tempus ei inutiliter abiret. Nam postquam Christus a populo agnitus est testimonio Ioannis, quòd esset Messias, non supererat nisi, vt operari inciperet. Ioannes tamen manſit in carcere per annum, vt asseritur. Quod autem Christus per totum illum annum nihil agens a prædicatione se abstineret, inconueniens erat. Vnde debuit Ioanne incarcerato prædicare, cùm ex hoc Ioanni non preiudicaretur. Sed obijcietur, quòd Ioanne incarcerato populus non posset diuidi in varias opiniones, quia Christus solus prædicaret, tamen si Ioannes solueretur postea de vinculis, oporteret, quòd cessaret a prædicatione, vel esset sermo suus contemptibilis propter excellentiam prædicationis, & operationis Christi.

Dicendum, quòd Christus sciebat Ioannem non soluendum esse de vinculis, sed ibi decollandum, ideo eo incarcerato, ita potuit sine eius præiuditio, & tumore competitionis incipere prædicare, sicut eo mortuo. Ante verò quàm incarceraretur, hoc esse non potuit, ideo prædicare non debuit nisi Ioanne incarcerato, quia tunc non sequebatur aliquod inconueniens. Dicunt tamen causam mysticam in hoc Hieronymus libro per Matthæum dicens: Mysticè autem Ioanne tradito Christus incipit prædicare, quia defluente lege, consequenter oritur Euangelium. Sextò fuit hoc, quia si Christus deberet abstinere vsque ad mortem Ioannis à prædicatione, ne eum contemptibilem redderet: ita etiam debuisset post mortem eius abstinere. Quia etiam tunc poterat reddi contemptibilis ejus memoria hominum manebant. Et tamen illud est absurdum, quia tunc Christus nunquam prædicasset, cùm pauco tempore uixerit super Ioannem: ideo nec debuit abstinere a prædicatione eo incarcerato, cùm iam ille prædicare non posset, cùm nunquam futurus esset suus competitor.

Quomodo hic dicitur, quòd Christus iuit in Galilæam post Ioannis incarcerationem, cùm prius iuerit. Quæst. LXXXIII.

QVAERITVR, quomodo dicitur hic, quòd cùm audiuisset Christus Ioannẽ esse traditum, secessit

secessit in Galilęam: nam antequam Ioannes traderetur, Christus iuit in Galilæam. Patet hoc, quia Christus iuit in Galilæam postquam baptizatus est à Ioannes, & ieiunauit, & incepit vocare discipulos. De quo Ioan. primo, scilicet. In crastinum autem voluit exire in Galilæam, & tunc iuit illuc cum discipulis suis, & in Cana Galileæ conuertit aquam in vinum. Ioan. secundo, & post hæc redijt in Iudęam in Ierusalem ad diem festum, eod. capit. & mansit aliquanto tempore in Iudæa, & discipuli eius baptizabant. Ioan. tertio. Erat autem tunc Ioannes baptizans, & nondum traditus fuerat, eod. cap. Et sic multo antequam audiret Christus Ioānem traditum, iuit in Galilęam. Respondet ad hoc Remigius, quòd Christus iuit bis in Galilæam, scilicet, prima vice de qua dictum est, & tunc dicit, quòd nondum erat Ioannes traditus. Alia vice, posteaquam traditus fuit, postea in Galilæam iuit. Et allegat Ioan. quarto, scilicet. Reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæam, & de hac vice dicit intelligi, quòd secessit in Galilæam audiens Ioannem traditum.

Dicendum verum esse, ꝙ Christus bis iuit in Galilæam, quia audiuit Ioānem traditum, quia antequam recederet tunc de Galilæa non erat Ioannes traditus, sed potius ipse voluit ire in Galilæam, quia Ioannes baptizabat, & nondum erat traditus. Nam dicitur Ioan. quarto, quòd ut cognouit Iesus, quòd audierant Pharisæi, ꝙ Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quàm Ioānes, reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilęam. Si tamen Ioannes traditus esset, non oportebat, ꝙ Iesus recederet de Iudæa, sed potius maneret, quia nunc recedebat, vt non esset competitor Ioannis. Si autem Ioannes incarceratus esset, non esset eius competitor: sicut nunc eo incarcerato prædicare cępit. Ideo Christus non iuit tunc in Galilæam, quia Ioannes incarceratus erat, sed potius, quia incarceratus non erat. Item patet hoc, quia si Ioannes incarceratus esset, non dicerent Pharisæi, quòd Christus baptizaret plures, quàm Ioannes, & ꝙ faceret plures discipulos, quia ista erat quædam inuidia competitionis, quæ non est nisi inter viuentes eodem tempore: maximè, quia sicut patet Ioan. 3. discipuli Ioannis dixerunt ei: Rabbi, ille, qui erat tecum trans Iordanem baptizat, & omnes sequũtur eum. Erat autem tunc Ioannes baptizans, & nondum incarceratus, eod. cap. Ista tamen sunt verba, quæ audierunt Pharisæi, propter quæ Christus recessit de Iudæa in Galilæam, scilicet, quòd Iesus plures discipulos faceret, & baptizaret quàm Ioannes. Ioan. 4. ideo Ioannes non erat tunc incarceratus, & sic Christus non iuit in Galilæam quia audiuisset Ioannem traditum. Dicendum ergo, quòd Iesus iuit in Galilæam, quando audiuit Ioānem traditum: non tamen hac vice secunda recessit de Iudæa, vt iret in Galilæam propter Ioannem traditum, sed quando fuerit hoc, dicetur sequenti quæstione.

Vbi erat Christus, quando recessit in Galilæam. Quæst. LXXXIIII.

QVAERITVR, vbi erat Christus, quando recessit in Galilæam, & audiuit Ioānem traditum. Quidam dicunt, quòd erat in Iudæa, & voluit id quod Remigius, scilicet, ꝙ bis venerit in Galilæam, & ista secunda vice venerit propter Ioannem traditum. Dicendum, quòd non stat, vt dicit est præcedenti quæstione: sed potest dici, quòd Christus pluries ibat, & redibat de Iudęa in Galilæam, & sic fuit hoc tertia, vel quarta vice, quia rediret de Iudæa in Galilæam: cùm Scriptura non referat omnia, quæ Christus fecit: sicut apparet de istis tribus Euangelistis, qui omiserunt multa, quę Ioannes supplenit, scilicet, omnia gesta Christi in anno primo suo, post baptismum. Etiam ipse Ioannes multa omisit, vt dicitur Ioan. 20. scilicet. Multa quidem, & alia fecit Iesus, quæ in hoc libro scripta non sunt. Secundò potest dici, quòd Christus nunc recessit in Galilæam, non de Iudæa, sed de Samaria, vel de alia prouincia. Sic uoluerunt quidam dicentes, quòd Christus non venerat nisi bis de Iudæa in Galilęam, quia litera Ioannis solùm hoc exprimit. Et tamen dicunt, quòd nunc vadens de Iudæa in Galilęam introiuit in terram Samariæ, quia per illam oportebat eum necessariò transire. Ioann. quarto, & ibi maneret prædicando aliquanto tempore, & interim incarceraretur Ioannes. Et hoc Christus audiens iret in Galilęam, & patet, quia in hac via Christus prædicauit in vrbe Sierhat, quę erat ciuitas Samaritanorum. Ioan. quarto. Ita ergo in alijs fortè ciuitatibus Samaritanorum aliquanto tempore prædicauit.

Dicendum, quòd non stat, quia Christus prædicauit in vrbe Sierhat, quasi occasionaliter. Nam non videbatur intentio eius prædicandi, sed cùm petiuisset aquam à muliere Samaritana, fuit ei occasio loquendi ex eis, quæ mulier petiuit ab eo. Illa verò vadens in ciuitatem dixit ciuibus. Et illi exeuntes, rogauerunt Christum intrare in vrbem. Et intrauit, & prędicauit, & tamen non prędicauit ibi diuturnè: nec etiam in alijs ciuitatibus Samaritanorum, quia dicitur Ioann. quarto, quòd mansit ibi, & post duos dies exijt inde, & abijt in Galilęam. Item patet, quia Christus nollet prędicare per ciuitates Samaritanorum aliquãto tempore, quia ipse dicturus erat in mandatis discipulis suis, scilicet, in viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum non introieritis, sed potius ite ad oues, quę perierunt domus Israel, infra decimo. Non ergo debebat ipse facere contra id, quod alios docturus erat, quia ipse cępit prius facere, quàm docere, infra decimo. Item si Christus prædicasset Samaritanis, fuisset suspectus valde Iudæis, quia Iudæi non conuersabantur cum Samaritanis. Ioann. quarto, sed repellebant eos tanquam hęreticos, aut schismaticos. Si igitur Christus illis prędicaret, fortassis Iudęi nollent eum recipere prędicantem: potissimè si prędicaret Samaritanis prius, quàm Iudęis, quia ad Samaritanos eum missum fuisse putarent. Vnde quidam obiecerunt Christo dicẽtes, Samaritanus es, & dęmonium habes. Ioann. nono A. fortiori ergo, si prędicaret eis, obijcerent sibi istud Iudęi. Christus ergo nequaquam prędicaret apud Samaritanos, manens apud eos aliquanto tempore. Vnde licèt Christus transiret post hęc sępe per ciuitates Samaritanorum, nolebat prędicare in eis. Ideo quadam vice misit discipulos ad quandam ciuitatem Samaritanorum, vt peterent cibos: Samaritani autem dare noluerunt, sed clauserunt portas, quia Christus nolebat intrare ad prędicandum. Luc. nono, nunc autem fuit speciale, quòd Christus prędicaret Samaritanis in vrbe Sierhat, propter causam supra positam: Non potest ergo dici, quòd cùm maneret prædicando in vrbibus Samaritanorum audiuit Ioannem traditum, & recessit in Galilęam, sed potest dici, quòd Christus in itinere illo moratus est aliquantulum, licèt non prędicaret Samaritanis: & interim audiuit Ioannem traditum, & tunc properauit ire in Galilęam: & tamen quando recessit de Iudęa, nondum erat Ioannes captus, nec propter hoc recessit. Tertiò potest dici, quòd quando nunc Christus secunda vice iuit de Iudęa in Galilęam, non erat Ioannes traditus, etiam quãdo peruenit in Galilęam: sed mansit Christus aliquanto tempore in Galilęa, & postea declinauit ad ciuitates aliquas de terra Israel,

quæ non erant de terra Galilæorum: nec etiam vocabantur Iudæa, & in illis mansit quousque audiuit Ioannē traditum esse. Et tunc reuersus est in Galilæam. Et hoc satis potest stare, quia Matthęus, & Marcus, qui hoc scribunt, non exprimunt, quòd Christus recesserit de Iudæa, sed solùm, quòd iuerit in Galilæam, vt patet hic in litera, & Mar. primo dicitur: postquam traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæam. Dicendum tamen, quòd uerisimilius est, quòd Christus in hac secunda vice, qua venit de Iudæa audiuit Ioannem traditum, & recessit in Galilæam: non quidem, quòd hoc audiret, antequam recederet de Iudæa, sed postquam recedere incepit, & in itinere hoc audiuit. Et dicitur, quòd recessit tunc in Galilæam, ideſt, continuauit recessum, quem inchoauerat. Sic patet Ioannis quarto, vbi ponitur iste secundus recessus Christi de Iudæa in Galilæam, qui fuit antequam Ioannes traderetur. Et dicitur quarto capit. continuata narratione istius recessus, quòd cùm venisset in Galilæam, receperunt eum Galilæi, cùm vidissent omnia, quæ fecerat Hierosolymis in die festo. Et sic patet, quòd post illum diem festum non venerat Christus de Iudæa in Galilæam, quia aliàs iam eum prius honorassent propter ea, quæ viderant eum facientem in Ierusalem in die festo. Et sic fuit iste primus aduentus eius in Galilæam post diem festum, & iste fuit secundus recessus, quem Christus fecit de Iudæa in Galilæam. Ioannis quarto. Necesse est tamen illum esse eundem recessum in Galilæam, quem hic Matthæus narrat, quia ibi dicitur, quomodo Christus incepit facere signa in Capharnaum, & hic dicitur etiam, quòd cùm venit in Galilæam, relicta Nazareth habitauit in Capharnaum: ideo videtur esse idem aduentus in Galilæam, qui habetur hic, & Ioannis quarto. Et sic in illa vice qua recessit de Iudæa Ioanne adhuc baptizante, in itinere audiuit Ioannem traditum, & tunc iuit in Galilæam. Si quis tamen velit tenere tertiam positionem, dicet, quòd ille aduentus in Galilæam de quo. Ioann. quarto, non est iste de quo hic Matthęus loquitur. Et licèt dicatur, quòd ibi fecit signa in Capharnaum: necesse est dici, quòd fuerit Christus plures in Capharnaum. Et sic non apparebit de qua vice illarum intelligatur. Et sic non est in hoc contrarietas magna, vel difficultas.

Quare Christus recessit de Iudæa in Galilæam.
Quæst. LXXXV.

QVAERITVR, quare Christus recessit de Iudæa in Galilęam. Dicunt quidam, quòd hoc fuit propter multa. Primò, vt non daret locum volentibus ei nocere, sed passionem suam conuenienti tempore reseruaret. Secundò, quia tunc Ioannes traditus fuerat, quia prædicabat, & nolebat ipse tradi, sed fugere cum locus esset. Tertiò, vt daretur nobis exemplum fugiendi pericula, quando non est necesse illa sustinere; sicut quando sine iniuria diuini honoris, & debiti nostri fugere possumus, infra decimo, scilicet. Si persecuti fuerint vos in vna ciuitate, fugite ad aliam. De hoc dicit Sanctus Thomas in opere suo continuo super Euangelia, scilicet, Fugit de Iudæa in Galilæam, vt passionem suam oportuno tempori reseruaret. Deinde, vt nobis fugiendi periculum daret exemplum. De hoc Chrysostomus super Matthæum dicit. Non enim accusabile est non proijcere seipsum in periculum, sed incidentem non stare viriliter. Recedit etiam de Iudæa, vt Iudaicam inuidiam mitigans, simul quidem Prophetiam complens, & magistros orbis terrarum piscari intendens. Attende etiam qualiter ad Gentes iturus à Iudæis cepit causam. Etenim cùm Præcursorem in vincula imisissent: Iesum compellunt transire ad Galilæam Gentium. Quartò dicunt aliqui factum esse ad significationē futurorum, scilicet, quia Apostoli, qui post Christum in Iudæa fidem prædicauerunt, inde recessuri erant propter obstinationem Iudæorum, & quia persequebantur prædicantes. Act. quarto, & decimo tertio. Hoc Christus nunc significauit, cùm propter persecutionem Ioannis incarcerati, ipse recessit de Iudæa in Galilæam, quæ vocatur Galilæa Gentium. Sic innuitur verbis Chrysostomi supra positis.

Dicendum, quòd omnia ista præsupponunt Christum recessisse nunc de Iudæa, quando iuit in Galilæam, & quòd recessit audito, quòd Ioannes esset incarceratus. Et tunc oportet dici, quòd non fuerit recessus eius in Galilæam ille secundus, de quo Ioannis quarto, sed tertius, vel quartus, aut aliquis alius, de quo in Scriptura non habetur, cùm in illa secunda vice Ioannes nondum esset traditus, nec per hoc Christus recedebat, sed ad tollendum inuidiam quorundam, si esset competitor Ioannis in baptizando, & sic tenebitur prima positio præcedentis quæstionis. Sed adhuc dato hoc, non videtur multum militare, vel esse ad propositum, quòd recederet Christus de Iudæa, vt tunc non pateretur, quia non videbatur aliquod odium tunc suscitatum inter Iudęos còtra Christum, nec fuit vsque ad vltimum annum prędicationis Christi, vt innuitur Ioannis septimo. Nam tunc iam Christus cœpit timere, & non audebat ire in Iudæam, quia quærebant eum, eod. capit. Nunc autem non. Nam postquam Christus nunc iuit in Galilæam rediit in Iudæam, & prædicauit ibi longo tempore, & nondum persequebantur eum. Item non multum mouet, scilicet, quòd Christus videns Ioannem incarceratum ex hoc timeret, & recederet in Galilæam, quia Ioannes prædicabat, & propter hoc incarceratus est. Christus autem nondum prædicabat. Secundò, quia dato quòd prædicaret, non erat ei causa timendi, quia Ioannes incarceratus fuerat ab Herode, quia increpabat eum propter Herodiadem vxorē fratris sui, quam ei viuenti abstulerat. infra decimoquarto, Christus autem nihil prædicabat contra Herodem: ideo non habebat eandem causam timoris. Tertiò, quia si Christus timeret propter Ioannem incarceratum, non esset ei conueniens refugium in Galilæam, quia Galilæa pertinebat ad dominium istius Herodis, qui incarcerauerat Ioannem. Nam ipse vocatur tetrarcha Galileæ, Luc. tertio. Ideo non recessit Christus de Iudæa in Galilæam propter hoc. Quod autem dicitur fugiendi se eum, vt nobis daret exemplum fugiendi: etiam non satis tenet, cùm non appareat Christum fugisse propter timorem. Dicendum ergo sine præiudicio aliorum, quòd Christus non iuit nunc in Galilæam fugiens, aut timens. Quia cùm magis teneatur, & sit verisimilius Christum iuisse nunc in Galilæam illo aduentu, de quo Ioannis quarto, quàm alio aduentu: ille recessus non fuit propter timorem, sed vt non esset locus inuidiæ. Ioannis quarto. Ideo non recessit propter timorem. Si autem dicatur, quòd Christus multis vicibus ibat de Iudæa in Galilæam, & è contra, & quòd iste recessus non fuerit ferus, sed aliquis alius post. Dicendum erit, quòd non fuit propter timorem, cùm non haberet Christus aliquam causam timendi propter incarcerationem Ioannis, aut aliàs, vt supra ostensum est. Ideo dicetur, quòd sit, quia Christus volebat prædicare in Galilæam, vel propter alias causas de quibus dicetur sequenti quæst.

Quare

Quare primò Christus prędicauit in Galilęa, quàm in Iudęa. Quæst. LXXXVI.

QVAERITVR, quare Christus iuit primò ad prædicandum in Galilæam, quàm in Iudęā: vel in alias partes terræ Israel. Dicēdum, quòd Christus ante hoc non prædicabat publicè, quia Ioannes nondum fuerat incarceratus, vt ostēsum est supra in quadam quæst. de hoc. Nunc vero incarcerato Ioanne debuit incipere officium prædicationis Christi, & voluit prædicationem incipere in Galilæa propter multa. Primò, quia illa erat terra natalis, & voluit Christus illis prius benefacere, quàm alijs, sic dicit Theophilus, quòd nos docemur prius proprios beneficiare, & docere, & deinde ad reliquos amicitiā spargere: Galilæa autem erat patria natalis Christi, idest nutritionis, quia licèt natus est in Bethlehem, tota vita sua fuerat nutritus, & conuersatus in Nazareth, vsque ad annum tricesimum, quo baptizatus est. Et ob hoc vocabatur Nazarenus, & non Bethlehemites, supra cap. 2. Erat autem Nazareth in Galilæa: ideo Galilæis prius voluit prædicare. Sed obijcietur, quòd non debuit propter hoc prædicare prius Galilæis, quàm alijs: sed potius è contrario. Nam sic fuit in operatione miraculorum: nam plura faciebat in Capharnaum, & alijs vrbibus, quàm Nazareth, in qua erat nutritus. Et ipse Christus arguit nomine Nazarenorum contra se dicens. Vtique dicetis mihi, quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Luc. 4. Et dixit ibi Christus aliquas similitudines, propter quas plura miracula facienda erant alibi, quàm ibi. Ita ergo nunc in prædicatione prius alijs, quàm Galilæis prędicare debebat. Dicendum, quòd fuit æquum prius Galilæis, quàm alijs prædicare propter causam dictam. Cum autem obijcitur de prædictis, dici potest vno modo, quòd Christus plura miracula facturus erat in patria sua, scilicet Nazareth, quàm in alijs locis, nisi propter eorum culpam, quia non solùm non laudabant Deum de miraculis, quæ per Christum fiebant, sed ēt scandalizabantur ex eis. Mat. 6. scilicet. Et multi audiēs admirabantur in doctrina eius dicentes. Vnde huic hæc omnia, & quæ est sapientia, quæ data est illi, & virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur? Nonne iste est fabri filius, & Mariæ? Et sequitur: Et scandalizabantur in eo, ideſt, ex operibus eius. Et dicitur ibi: Et non poterat ibi virtutem vllam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Et hoc erat in Nazareth, vt patet eod. cap. Et sic Christus alibi faciebat plura miracula, non quasi hoc volens, sed quia compatriotæ sui demerebantur fieri miracula apud eos. Et tamen saltem inciperet aliquid apud eos facere, & cùm constaret illos esse indignos, cessaret, & plura in alijs vrbibus faceret. Idem esset in prædicatione, quia ibi prædicare forte inciperet: si tamen videret eos non proficere, sed scandalizari ex verbo suo, cessaret, & prædicaret abundantius in alijs vrbibus: licet verum sit, quòd prædicatio publica Christi cępit in Capharnaum, & non in Nazareth. Erat autem Capharnaum satis propinqua Nazareth. Aliter posset dici: quòd secus erat de prædicatione, quàm de miraculis, quia prędicatio est magis necessaria secundùm essentiam, miracula non sunt, nisi ad confirmandam prædicationem. In eo ergo, quòd erat magis necessarium, prouideret potius Christus compatriotis suis, quàm alijs. Miracula autem eius, quia forte à compatriotis minus venerarentur, quàm ab alijs, quia acciperent illa ad curiositatem, & non ad confirmationē verbi debuerunt magis fieri apud alias vrbes, quàm in patria. Secunda causa, & magis efficax videtur,

Alph. Tost. in Matth. Comm.

quòd Christus volebat habere discipulos, qui essent testes totius prædicationis suæ. Et ad hoc debuerunt assumi antequam ipse inciperet prædicare, vel à principio prædicationis, & tamen Apostoli fuerunt de Galilæa quasi omnes, sicut dicitur Actu. 2. scilicet. Nonne omnes hi, qui loquuntur Galilæi sunt? Et accipitur ibi de Apostolis, & discipulis, super quos descenderat spiritus sanctus, & loquebantur varijs linguis. Patet etiam hic de quatuor apostolis, Petro, & Andrea, Iacobo, & Ioanne, quos in Galilæa piscantes in mari Christus vocauit, vt patet infra in litera: ideo Christus debuit prædicare prius in Galilæa, quàm alibi. Tertia causa, quia Christus fortè voluit prædicare prius inter eos, qui rudes erant, & pauperes, vt inde fama sua perueniret ad viros doctos, & potentes, & cùm apud eos inciperet prædicare, iam haberetur in veneratione, quia audissent prius de eo magnalia. Galilæi autem erant viri indocti, & magis pauperes: Iudæi autem, & maximè, qui habitabant in Ierusalem, erant viri docti, & potentiores: ideo decuit, quòd prius prædicaret in Galilæa, & inde peruenire fama eius in Iudæam, & tunc iret ipse ad prædicandum illuc, & sic factum est, quia Christus prædicauit magno tempore in Galilæa, & faciebat ibi miracula, & cognati eius dixerunt ei, quòd iret in Iudæam, vt ibi apparerent opera sua. Ioan. 7. scilicet. Transi hinc, & vade in Iudæam, vt discipuli tui videant opera, quæ tu facis. Nemo quippè in occulto aliquid facit, & quærit in palam esse. Si hoc facis, manifesta te ipsum mundo. Et sic innuebant, quòd prædicādo, & miracula faciendo in Galilæa erat quasi ignotus, & prædicando in Iudæa manifestabat se mundo. Quarta causa esse poterat, quia Christus intendebat incipere prædicare post Ioannis incarcerationem, & quia ipse audiuit eum incarceratum, quando erat fortè apud Galilæam, incepit prædicare in Galilæa. Quinta, & efficacior causa erat, ut impleretur prophetia, quia Isaias prænunciauerat prædicationem Christi primò faciendam in Galilæa, cùm dixit. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & Nephtali, ideſt, alleuiata fuit ab ignorantia. Et dicitur, quòd populus, qui habitabat in tenebris, vidit lucem magnam, scilicet, per illuminationem doctrinæ Christi. Oportuit ergo, quòd in Galilæa Gentium inciperet Christus prædicare. Et ista est præcipua causa. Vnde hanc inducit Mat. in litera, dicens, quòd Christus prædicauit in vrbe Capharnaum, quæ est in finibus Zabulon, & Nephtali, vt impleretur, quod dictum est per Isaiam, vt supra expositum est.

An Christus prius venit in Nazareth, quàm in Capharnaum. Quæst. LXXXVII.

QVAERITVR, an Christus prius uenit in Nazareth, quàm in Capharnaum, vel è contrario. Dicunt quidam quod in hoc non est dubitandum, sed quòd prius venerit in Nazareth, quia dicitur hic, quòd relicta Nazareth iuit in Capharnaum. Idem patet Lucæ quarto, vbi postquam dixit Lucas de ieiunio Christi, dixit, quòd regressus est in Galilæam, & venit in Nazareth, vbi erat nutritus, & postea dicitur, quòd inde iuit in Capharnaum. Idem tenet Theophilus super hoc dicens, quòd in hoc docet nos Christus prius proprios beneficiare, & docere: deinde ad reliquos amicitiam spargere. Dicendum, quòd necesse est dici Christum venisse in Capharnaum. Nam conuertit aquam in vinum in Cana Galilææ: descendit inde in Capharnaum, & mansit ibi diebus paucis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.2. Et hoc fuit prima vice, qua Christus redijt de Iudæa in Galilæam. Et fuit antequam Ioannes incarceraretur, vt supra ostensum est. Et colligitur Ioan.2. & 3. Nam postquam Christus fuit in Capharnaum, iuit ad Iudæam in festo Paschæ. Ioan.2. & postea manente Christo in Iudæa baptizabant ibi discipuli eius, & Ioannes etiam baptizabat, quia nondum traditus fuerat. Ioan.3. Iterum autem venit Christus in Capharnaum, scilicet, postquam incarceratus est Ioan. Et de hoc loquitur hic Matthæus, quòd cùm audisset Christus, quòd Ioannes traditus erat, secessit in Galilæam: & relicta Nazareth, venit in Capharnaum de Nazareth. Dicendum, quòd non apparet, an Christus illuc semel tantùm, aut pluries venerit. Si semel tantùm: dicendum erit, quòd prius iuit in Capharnaum, quã in Nazareth. Si autem pluries, poterit dici, quòd prius iuit in Nazareth, quàm in Capharnaum. Potest autem intelligi sic, quòd Christus steterat in Nazareth quasi tota vita sua vsque ad principium anni xxx. sui. Tunc autem incipiente Ioanne baptizare iuit Christus ad eum, vt baptizaretur. Et postquam baptizatus est, non est reuersus in Galilæam in Nazareth, sed confestim iuit in desertum ad ieiunandum quadraginta diebus. Mar.2. vt ostensum est præcedenti cap. in fine. Finito ieiunio redijt ad Ioannem in Iudæam, & ibi aggregauit sibi Petrum, & Andream, Philippum, & Nathanael: & cum eis iuit in Galilæam, vt colligitur Ioan.1. & declaratum est supra in quæstione de continuatione huius literæ. Et tunc licèt non dicatur, Ioan.1. & 2. quòd iuerit in Nazareth, sed quòd iuerit in Chana Galileæ, & inde descenderit in Capharnaũ, credendum est tamen, quòd iuerit in Nazareth ante quam iret in Capharnaum. Et patet hoc, quia Ioan.2. dicitur, quòd de Cana Galilææ descenderunt in Capharnaum Iesus, & Mater eius, & discipuli sui. Et tamen Mater Christi morabatur in Nazareth, & non iuerat cum Christo in Iudæam ad baptismum: nec ad ieiunium, & tamen quando redijt in Galilæam iuit ipsa cum eo in Capharnaum. Ioan.2. Ergo quando ipse redijt in Galilæam, venit prius in Nazareth, quàm in Capharnaum. Et inde Mater eius iuit cum eo in Cana Galilææ ad nuptias, & inde descendit cum ipso in Capharnaum. Scriptura tamen non curauit aliquid exprimere hac prima vice de Nazareth, quia verisimile erat, quòd Christus rediens in Galilæam, rediret prius in Nazareth, quàm in alium locum saltem propter matrem suam viduam, quæ ibi manebat. Et hoc modo prius Christus iuit in Nazareth, quàm in Capharnaum. Si tamen intelligatur de hac vice, qua venit in Nazareth, postquam Ioannes traditus est, prius venit in Capharnaum, quàm in Nazareth: scilicet, quia iam iterum venerat in Capharnaum. Sic patet Luc.4. vbi dicitur, quòd venit Christus in Nazareth, & ex nomine Nazarenorum ipse dixit contra se, quanta audiuimus à te facta in Capharnaum, fac nunc, & in patria tua. Et sic innuitur, quòd prius steterat in Capharnaum, quàm in Nazareth. Et tamen loquendo solùm de hoc secundo reditu in Galilæam, qui fuit post Ioannis incarcerationem, prius stetit in Nazareth, quã in Capharnaum. Et sic dicitur in litera, quòd relicta Nazareth, descendit in Capharnaum.

Quare Christus nunc reliquit Nazareth.
Quæst. LXXXVIII.

QVAERITVR, quare Christus nunc reliquit Nazareth. Dicendum quòd fecit hoc propter persecutionem, quia Christus stetit in Nazareth, & cùm diceretur ei quare non faciebat miracula ibi, sicut in Capharnaum, dedit aliquas causas, quare non faciebat. Et tunc irati Nazareni eiecerunt illum de vrbe, & voluerunt præcipitare de monte, Christus autem transiuit per medium illorum, & descendit in Capharnaum. Luc.4. Nam sicut ipse dixerat discipulis, quòd cùm persequerentur eos in vna ciuitate, fugerent ad reliquam, infra x. ita ipse fecit, cùm nondum esset tempus opportunum passionis suæ. Istam causam allegat Glo. & patet hoc totum Luc.4. Alij dicunt, quòd Christus fecit hoc, quia non intendebat manere semper in Nazareth, sed oportebat prædicare per omnia loca, & quia prædicauerat aliquanto tempore in Nazareth descendit ad prædicandum in Capharnaum. Sic enim quibusdam videntibus tenere Christum, vt apud eos maneret, dixit, alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ad hoc missus sum. Luc.4. Dicendum, quòd non stat, cùm præsupponitur hic, quòd Christus prædicauerit prius in Nazareth, quàm in Capharnaum. Principium tamen prædicationis Christi fuit in Capharnaum, vt innuitur hic in litera, ideo prima causa tenenda est, maxime quia Luc.4. vbi ponitur quomodo steterit Christus in Nazareth, non dicitur, quòd ibi prædicauerit, sed solùm, quòd aperuit librum Isaiæ, & legit, ideo illa causa prima vera est.

Quare præcisè Matthæus non allegauit hic illam auctoritatem Isaiæ, sicut ipse Isaias eam ponit.
Quæst. LXXXIX.

QVAERITVR, quare Matthæus non allegauit hic auctoritatem Isaiæ, sicut ponit ipse Isaias. Nam plura ponit Isaias, scilicet, primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephtali via maris trans Iordanem Galilææ gentium. Hic autem dicitur, terra Nephtali, & nouissimè aggrauata est via maris trans Iordanem Galilææ gentium. Hic autem dicitur, terra Zabulon, & terra Nephtali via maris trans Iordanem Galilææ gentium: & non ponuntur aliqua verba, quæ faciunt clausulas, & complent sententias. Dicunt quidam, quòd Matthæus allegauit more solito, quia ipse, & cæteri Euangelistæ allegant auctoritates scripturæ quantum ad sensum non curantes de tenore literæ: sic patet supra 1. & 2. vbi allegat Matthæus auctoritates quasdam Ieremiæ, & Isaiæ, & Oseæ ad sensum, & non ad literam, vt ibi ostensum est. Dicendum, quòd non stat, quòd hic non allegatur auctoritas Isaiæ, etiam quantum ad totum sensum. Nam deficiunt verba, quæ sententias faciunt. Ideo dicendum, quòd ex industria Matthæus decurtauit auctoritatem Isaiæ, quia non induxit illam quantum ad totum quod intendebat Isaias: Nam Isaias intendebat duo signare in hac prophecia, scilicet, quòd viri Galilæi, & maxime de vrbe Capharnaum fuerunt illi, quibus primò lux doctrinæ Christi apparitura erat. Secundum erat, quòd ipsi postea obstinarentur, & excæcarentur, non agentes pænitentiam ad Christi doctrinam. Primum innuitur, cum dicitur, primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & Nephtali, scilicet, per lucem doctrinæ Christi alleuiata est à tenebris ignorantiæ. Secundum est, cùm dicitur, & nouissime aggrauata est via maris, vt supra fuit expositum, fuit aggrauata nouissime, scilicet, per peccata sua, quia redierunt ad malum, non agentes pœnitentiam ex Christi prædicatione. Matthæus autem intendebat hic solùm significare, quòd ista terra Galilææ fuerit primò illuminata doctrina Christi. De aggrauatione autem eius per obstinationem hic nolebat dicere, sed dicit infra 6. vbi Christus improperauit ciuitatibus illis, in quibus prædicauit, & non egerunt pœnitentiam ad p̃dicationem eius, iò non introduxit

introduxit Matthæ. hic totam auctoritatem, sed solum illud, quod erat ad propositum suum. s. quòd ipsa terra Galilææ, quæ erat populus habitans in tenebris, vidit lucem magnam. Subintelligendum tamen est hic principium istius prophetiæ, scilicet. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon. Nam ex hoc significatur, quòd Christus prædicauerit hic priusquam in alijs ciuitatibus Iudæorum.

Quare Christus prædicauit id, quod Ioannes prædicauerat, scilicet, pœnitentiam agite. Quæst. XC.

QVAERITVR, quare Christus prædicauit hic id, quod Ioannes prædicauerat, scilicet, pœnitentiam agite. Nam istud fuit, qđ Ioãnes prædicare cœpit, vt patet præcedenti c. Istud ẽt fuit initium prædicationis Christi, vt patet hic. Dicendum, quòd fecit hoc Christus propter multa. Primò quia conueniebat intentioni eius annunciare regnum cœlorum, & prædicare pœnitentiam: per quam ad illud venitur, ut infra dicetur. Secundò fuit hoc ad exẽplum, vt per hoc innuat, quòd nemo debeat dedignari sectari doctrinam minorum, & assumere verba illorũ. Sic dicit Rabbanus, scilicet: In hoc etiam docet, ne qs ab inferiori persona sermonem contemnat. Nam, si Christus dignatus est sequi doctrinam Ioannis: nemo inde poterit dedignari doctrinam cuiusque minoris, dum tamen illa vera sit. Tertiò fuit hoc ad confirmationem doctrinæ Ioannis. Erat enim Ioannes præcursor Christi. Luc.1. & infra 11. Et ipse testimonium perhibuerat de Christo. Ioan.1. Et quia testimonium illud esset efficacius, quanto Ioannes esset maioris veneretionis, intererat Christi, quòd Ioannes haberetur in magna veneratione. Ideo ipse laudauit eum valde. Et quia Ioannes in duobus se ostenderat apud Iudæos, scilicet, in vita, & in doctrina: in utroque eum Christus laudauit. De vita patet infra 11. & Luc. 7. vbi vocauit eum prophetam, & plus quam prophetam, & dixit, quòd inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Et ista laus profuit valde ad honorem Ioannis, quia hoc audito totus populus baptizatus est baptismo Ioannis. Doctrina autem Ioannis erat in duobus, scilicet, in verbis, quæ prædicabat, & in baptismo, quem conferebat. De baptismo Ioannis patet laus Christi infra vigesimoprimo, & Marci.11. vbi Christus arguit contra Principes Sacerdotum, & legis peritos, quare non susceperunt baptismum Ioannis. De doctrina eius in verbis patet hic, quia non poterat esse maior approbatio doctrinæ, quàm quòd Christus prædicaret ea, quæ Ioannes prædicauerat. Et maximè, quia ab istis inciperet prædicationem suam: ac si fuisset discipulus Ioannis. Decuit ergo, quòd Christus sic prædicaret, vt Ioannes per omnia approbaretur. Quartò fuit propter honorem Ioan ab Herode incarceratus, & vulgares hoĩes, & ignari ad excusandum eum. Quia Ioannes fuerat nunc putant, quòd quando quis aliquid mali patitur, merito illud pati, & quòd si qua crimina ei obijciuntur, illa vera sint: sicut dicit Boetius. 1. de Conso. prosa. 4. scilicet, ultimam esse aduersæ fortunæ sarcinam, q̃ dũ aliquid miseris ad crimen affigitur, quæ perferunt meruisse credantur. Et quia hoc derogaret valde vitæ Ioannis, & perfectioni eius, qui erat vir valde bonus, voluit Christus eum laudare doctrinam eius sequendo. Eadem ratione vitam illius laudauit, ut sic populum confirmaret in bona opinione de Ioanne. Quintò fuit ad tollendum calumniam, quam aliqui possent Christo imponere dicentes, quòd ipse nunc volebat prædicare, quasi in dedecus Ioannis, volendo sibi vsurpare famam, & officium Ioannis. Et ad tollendum hoc voluit eum valde honorare sequendo doctrinam illius, ut per hoc ostenderet, quòd non ex inuidia Ioannis prædicaret, cùm magis in hoc quasi eius discipulum se ostenderet. Nam solent periti viri, quibus virtus non inest, ex inuidia in alterutrum doctrinas suas lacerare, Christus autem noluit confutare doctrinam Ioannis, sed magis illam approbauit. Sic ait Chrysostomus super Matthæum, scilicet. Sapienter autem inde prædicationis suæ sumpsit initium, non ut conculcet Ioannes doctrinam, sed ut magis confirmet, & testem eum uerum fuisse demonstraret. Sextò fuit ad ostendendum, quòd ad eundem pertinebat, scilicet, quòd Ioannes erat propheta Dei, & Christus erat filius Dei: sic dicit Hieronymus super Matthæũ, scilicet. In quo etiam se ostendit eiusdem Dei esse filium, cuius ille fuerat propheta. Et ideo dicit. Pœnitentiam agite. Septimò fuit ad captandam auctoritatem, quia Christus in principio prædicationis suæ nõdum habebat auctoritatem apud Iudæos: Ioannes autem fuerat maximę auctoritatis. Ideo uoluit à principio prædicare dicta Ioan. ut si non ex se, saltem ex uerbis Ioannis auctoritatem sequeretur. Sic dicit Chryso. in quadam Homilia, scilicet. Considerandum etiã, quòd in hac prædicatione nihil de ipso manifestè prędicabat, quòd interim conueniens erat, quia nondum de eo docente opinionem habebat.

Quare Christus in principio prędicationis pœnitentiam annunciauit. Quæst. XCI.

QVAERITVR, quare Christus in principio prędicationis annunciauit pœnitentiam. Dicendum, quòd propter multa. Primò, quia Christus uoluit sequi doctrinam Ioãnis in principio suæ prædicationis propter causas positas præcedenti quæstione. Ioannes tamen dixit, pœnitentiam agite: ideo Christus pœnitentiam annunciare debuit. Secundò quia Christus uenit, ut reformator omnium deformatorum, cùm ipse missus esset ut redemptor, & ut legislator plenissimus: & quia omnia deformata reformantur per pœnitentiam, quæ est secunda tabula post naufragium, ut ait Hieronymus: ideo Christus ad pœnitentiam inuitabat. Tertiò, quia istud erat officium Christi, scilicet, uocare homines ad pœnitentiam. infra 9. scilicet. Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Et ob hoc Christus non conqueritur de locis illis in quibus prædicauit, & miracula fecit, nisi, quòd non egerint pœnitentiam. Sic patet infra 11. ubi exprobat ciuitati Capharnaum, & Corozaim, & Bethsaidæ, & alijs in quibus prædicauit, multæ uirtutes factæ fuerant, & pœnitentiam non egerant. Quartò prædicauit Christus pœnitentiam, quia omnibus necessaria erat. Nemo enim erat, qui in aliquo nõ peccasset, omnes ergo indigebant pœnitentia. Quintò, quia Christus ueniebat ad nunciandum regnum cœlorum, illud autem non datur nisi bonis, ideo oportuit homines disponi ad illud. Et quia semel malus non potest bonus effici, nisi per pœnitentiam, oportuit pœnitentiam annunciari. Sic dicit Chrysostomus super Matthæum, scilicet, quis ergo ausus est dicere, uolo bonus esse, & non possum pœnitentia enim correptio est uoluntatis. Sextò, prædicauit Christus pœnitentiam, quia ipse inchoabat statum noui testamenti: cùm esset nouus legislator: & tamen ille est status perfectus: ideo oportebat disponi homines imperfectos ad illum. Hoc autem erat per pœnitentiam, quę omnia præterita mala lauat, & ipsa propriè est ad inchoãdum uitam nouam, quia non potest aliquis, ut ait August. nouam uitam inchoare, quem ueteris non pœnituit.

Fuit autem conueniens, quòd prædicaretur à Christo pœnitentia potius, quàm iustitia. Primò, quia iustitia prædicãda est pro illis, qui in ea manent. Sed qui extra eam sunt, non possunt eam immediate appræhendere: quia necessariũ est per pœnitentiam transire, cùm non sit alia via ad delenda peccata præterita. Et quia ferè omnes homines in aliquo peccauerunt: ideo omnibus necessaria erat pœnitentia, antequàm appræhenderent iustitiam. Secundò, quia Christus venerat ad redimendum nos per sanguinem suum, & delicta tollendum: & non ex operibus iustitiæ, quæ nos fecerамus, vel facturi eramus: sed secundùm misericordiam suam saluaturus erat nos. ad Titum. 3. Et quia, si Christus prædicaret iustitiam, putarent homines, quòd quilibet saluari deberet ex proprijs operibus: ideo Christus prædicauit pœnitentiam, vt non putaretur, quòd homo per opera sua non saluaretur, sed per Dei misericordiam, & mortem redemptoris, dum tamen conuertentur homo ad ipsum redemptorem per pœnitentiam de præteritis malis. Et tunc sine vllis operibus iustitiæ, quæ esset ex nobis poteramus saluari. Tertiò conueniebat hoc, quia Christus volebat introducere legem nouam, quę non consisteret in operibus, sed in fide: lex autem Moysi consistebat tota in operibus, quæ erant quædam iustificationes exteriores, ideſt, cæremoniales: & quia si Christus prędicaret iustitiam, putarent Iudæi, quòd adhuc manendum erat in illa lege, quæ erat de iustificationibus operum, prædicauit pœnitentiam, vt appareret, quòd iam non erat necessaria operatio legalis, sed solùm pœnitentia de præteritis malis; & fides de mediatore, per quem saluandi eramus. Ista duo prædicauit Christus, sicut dicitur Marc. 1. scilicet: Pœnitemini, & credite Euangelio. Credere autem Euangelio erat habere fidem de ipso mediatore: & de illis, quæ ipse prædicabat. Hoc etiam modo prædicabant Apostoli sui. Sic enim prædicauit Petrus in sua prima prædicatione die Pentecostes, scilicet, pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi. Act. 2. Et in secunda prædicatione eius dicitur, pœnitemini, & conuertimini: vt deleantur vestra peccata. Act. 3. Christus igitur voluit inchoare istam formam, quàm tenere debebãt discipuli postea prædicantes.

Quare Christus dixit: Appropinquabit regnum cœlorum. Quæst. XCII.

QVAERITVR, quare Christus dixit: Appropinquabit regnum cœlorum. Dicendum, quòd Christus voluit annunciare regnum cęlorum de propinquo, propter multa. Primò, quia ipse voluit tenere verba Ioannis in principio prędicationis. Et, quia Ioānes dixerat, appropinquabit regnum cœlorum, etiam dixit illud Christus. Secundò, quia istud maxime conueniebat Christo, quia nullus erat, per quem esset introitus in regnum cœlorũ, nisi per ipsum, scilicet, per sanguinem eius. Et quia ipse nunc venerat ad dandum nobis istum introitum dicebat, appropinquabit regnum cœlorum. Tertiò, quia Christus dixerat, pœnitentiam agite, & quia pœnitentia in se dura est, & non inclinatur homo ad aspera, nisi sub spe aliquorum bonorum: promisit Christus regnum cęlorum, vt propter illud nemo piger esset ad pœnitentiam faciendum. Sic dicit Chrysost. super Matth. 2. Et si vos non terrent mala, vt pœnitentiã agatis: saltem bona delectent. Quartò, quia Christus voluit in hoc ostendere differentiam legis suæ a lege Moysi: quia in lege Moysi non promittebantur expresse nisi bona temporalia: & quia lex ista futura erat perfectior: voluit Christus in ea promittere bona æterna, scilicet, regnum cœlorum. Quintò fuit conueniens ad ostendendam differentiam status istius præsentis a præterito, qui fuerat sub lege. Nam toto tempore præterito, quantumcumque aliquis iustus esset, qui moreretur, non ibat ad vitam æternam: sed tenebantur animæ iustorum in quodã receptaculo, quod vocabatur sinus Abrahæ. Nunc autem per mortem Christi aperienda erat ianua vitæ æternæ, ita vt cuilibet disposito morienti pateret illico vita æterna. Ideo nunc potuit conuenienter regnum cœlorum annunciari, & promitti, & non sub lege Moysi: quia longe tunc erat, & nulli dabatur, vsque ad mortem redemptoris. Sexto fuit hoc, quia regnum cęlorum accipitur etiam pro statu noui testamenti: vt ait Gregorius in homilia virginum: quia per Christum introducẽdum erat nouum testamentum, debuit ipse dicere, quòd appropinquauit regnum cælorum, ideſt, iam nunc incipit status noui testamenti, ideo omnes se disponant ad illum, & ista dispositio erat per pœnitentiam. Magis tamen accipi potest pro vita æterna: ita quòd Christus in principio prędicationis suę promittat illa bona, quę habituri sunt obseruatores bonorum eius. Sic dicit Remigius, scilicet: Notandum, quòd non dicit appropinquauit regnum Chananæorum, aut Iebusæorum: sed regnum cęlorum: Lex enim promittebat bona temporalia, sed Dominus regna cęlestia. Sed dicetur, quomodo regnum cęlorum appropinquabat tempore, quàm alio, cùm ab homine per mortem, & non aliter habendum sit, maximè quia regnum cęlorum datur homini per gratiam iustificantem: sed omni tempore Deus gratiam hominibus contulit, qui ad eum appropinquare voluerunt, & tam illi, qui moretui sunt ante Christum, quàm qui post consequi potuerunt regnum cęlorum. Dicendum, quòd regnum cœlorum per solam Christi mortem datur, & per illam appropinquat. Primum patet, quia non poterat quis ire ad vitam æternam nisi remissis delictis suis ex gratia Dei. Nam remissio non potest fieri ex operibus nostris, nec etiam ex contritione quantacumque illa sit, ita quòd per eam esset nobis debitum regnum cęlorum, quasi per quandam æquiualentiam, & iustitiam: sed solùm est remissio ex gratia: quia solus Deus libere vult remittere, licèt ipse non remitteret nisi eis, qui dolent de peccatis: gratia autem ista remissionis, non est nisi propter Christi mortem: quia si Christus non fuisset pro nobis mortuus ad placandum nobis Deum, nunquam ille fuisset placatus, nec voluisset nobis reconciliari. Et quia Christus mortuus est, Deus placatus est nobis: & abundanter gratiam confert eis, qui conuertuntur ad eum. Et sic remissio tota peccatorum pendet immediate ex gratia. Ipsa autem gratia est propter Christi mortem. Nam per solam mortem Christi dicitur facta remissio peccatorum. Quia nihil fuit, quòd mereretur Deum reconciliari nobis, nisi Christi mors. Et sic quandocunque remittuntur peccata homini, fit illa remissio per mortem Christi: cùm remissio illa fiat per hoc, quòd Deus homini donat gratiam reconciliando eum sibi, qui erat prius in ira eius. Et hoc Deus non faceret, etiam si homo semper plangeret, & se affligeret pro peccatis, nisi Christus pro nobis mortuus esset, quia actiones nostrę non sufficiunt ad placandum Deum. Ideo quandocunque fuit remissio peccatorum, & quorumcumque peccatorum per Christi mortem fuit illa remissio: & ficut est hoc quantum ad illos, qui sunt post mortem Christi: ita etiam mors Christi profuit illis, qui fuerunt a principio sæculi: quia Deus disposuerat à sæculis Christum pro nobis moriturum, ideo, licèt nondum mortuus esset, quia tamen aliquando moriturus erat, accepta-

bat nos Deus ad gratiam suam, propter illam mortem, per quam sibi ad integrum satisfieret. Et sic regnum cœlorum nunquam datum est, nisi per Christi mortem. Etiam appropinquauit regnum cœlorum per mortem Christi, quia antequam Christus mortuus esset, licèt acceptaret Deus homines ad gratiam suam, & reconciliationem, tamen eis moriẽtibus non dabat regnum cœlorum quousque Christus realiter moreretur. Nunc autem Christo mortuo confestim morientibus patere potest regnum cœlorum. Ideo quanto fuerunt homines magis propinqui principio sæculi: tanto fuerunt magis elongati à regno cœlorũ. Et sic per successiones temporum. Cùm autem Christus prædicare cœpit, erat propinqua passio sua, per quam aperiretur regnum cœlorum, nunquam claudendum. Ideo conuenienter dixit, quòd appropinquauit iam regnum cœlorum, ideſt, prope est in ianuis, & ob hoc Christus præcepit hoc Apostolis prædicare, infra 10. scilicet. Euntes prædicate dicentes, quòd appropinquauit regnum cœlorum.

Quomodo concordat dictum Matthæi, & Marci, Pœnitentiam agite, &c. Quæst. XCIII.

QVAERITVR, quomodo dicitur hic, quòd Christus dicebat: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum, quia Mar. primo, dicitur, quòd Christus prædicabat, dicens: Pœnitemini, & credite Euangelio. Dicendum q̃ vtrumque Christus dixit. Nam pœnitentiam ante omnia annunciauit, & hoc etiam Marcus dicit, scilicet, pœnitemini: postea annunciauit regnum cœlorum, quod pœnitentibus dandum erat. Prædicauit etiam, quòd crederetur Euangelio, ideſt, prædicationi suæ. Matthæus autem expressit duo istorum, scilicet, pœnitentiam, & regnum cœlorum, & subticuit de fide Euangelij: Marcus autem expressit duo, scilicet, pœnitentiam, & fidem Euangelij, & subticuit de regno cœlorum, sed posuit illud ante hoc, dicens, quòd Iesus venit in Galilęam prędicans, & dicens, quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnũ Dei: pœnitemini, & credite Euangelio. Et sic Marcus potuit omnia tria: sed non sub eisdem verbis: Matthæus vero duo tantum. Et quia Marcus fuit posterior, fortè supplere voluit quod deerat Matthæo. Et hoc modo euitantur multæ diuersitates apparentes inter Euangelistas per hoc, quòd quidam expresserunt ea, quæ alij tacuerunt.

An Christus semper prædicauerit pœnitentiam agite, an aliquo tempore. Quæst. XCIIII.

QVAERITVR, an Christus semper prædicauit hoc, scilicet, pœnitentiam agite, vel solùm aliquo tempore. Quidam dicunt, q̃ Christus solùm dixit hoc in principio prædicationis suæ, vt per hoc doctrinam Ioānis confirmaret, qui ipse auctoritatem acciperet à populo propter verba Ioannis. Cùm autem ad hoc sufficeret prædicasse ista in principio, dicunt, quòd postea non prædicauit illa, sed de proprijs loquebatur. Dicendum, q̃ Christus semper hoc prędicauit, quia istud pertinebat ad officium suum: cùm ipse dixerit infra, quòd non venit vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Et tanquam officium suum semper fuit idem vsque ad mortem: ergo semper pœnitentiam prædicauit. Secundò patet, quia post multa tempora Christus exprobauit ciuitatibus, in quibus egerat miracula, & prædicauerat, & non egerant pœnitentiam, infra 11. ergo videtur quòd adhuc pœnitentiam prædicabat. Sic etiam Luc. 13. Christus sæpe dixit nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Ergo Christus semper illam prædicabat, & laudabat dicens, quòd maius gaudium est in cœlo coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Luc. 3. Tertiò patet, quia non solùm Christus, sed etiam Apostoli pœnitentiam prædicabant, quia Petrus in duabus primis prædicationibus suis dixit, pœnitemini, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Et iterum, pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque. Act. 2. & 3. Si tamen Christus non prædicasset illam semper, non prædicassent eam Apostoli post ipsum. Ideo semper eam ipse prędicauit. Quartò patet, quia hic dicitur de appropinquatione regni cœlestis. Et istud proprissimè competebat Christo, quia per eum appropinquabat regnum cœlorum, vt supra expositum est: ergo istud saltem semper prædicaret, quia istud nunquam fuerat completum, nisi in tempore suo: sicut dicitur Mar. primo, quòd Christus prædicabat Euangelium regni Dei, dicens impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei, pœnitemini, & credite Euangelio. Quintò, quia cùm Christus incepisset semel prædicare pœnitentiam, nunquam cessaret eam prædicare, nisi cessaret tempus illius, vel completum esset. Et tamen semper est locus pœnitentiæ, & Christo prædicante semper erant aliqui, qui vncari possent ad pœnitentiam: ergo Christus semper illam prædicauit. Cùm autem obijcitur, q̃ fuit hoc ad confirmandam doctrinam Ioannis, & accipiendam auctoritatem ex verbis eius: ideo quòd non oportuit semper prædicari hoc. Dicendum, quòd si istæ solæ fuissent causæ, sufficisset aliquo tempore hoc prędicari, quia tamẽ fuerũt aliæ causæ perpetuæ, vt dictum est nunc, & supra in quadam quęstione de hoc, ideo Christus semper hoc prædicauit.

An Christus hoc solum prædicabat. Quæst. XCV.

QVAERITVR, an Christus hoc solum prædicabat. Aliqui putant, quòd sic, cùm hic non dicatur aliquid aliud, quod prædicaret. Dicendum, quòd Christus multa prædicauit præter hæc: sicut apparet ex processu omnium Euangelistarum, qui plurima asserunt eum dixisse. Et etiam infra in litera dicitur, quòd prædicabat Euangelium regni Dei, multa ergo præter hæc prædicabat. Item, quia ridiculum esset: si hæc sola diceret, quia prædicatio sua esset in vnico verbo. Sed dicitur, quòd prædicabat hoc, quia istud erat præcipuum, quod prædicabat. Sicut est in operationibus, quia omnes sunt propter finem. Et quia solus finis intenditur propter se, licèt plurima propter illum finem homo faciat: dicetur facere hoc solum, scilicet, pertingere ad illum finem: cùm omnia ordinentur solùm ad pertingẽdum finem, vel quandocũque includũtur plura in aliquo, dicendo illa solùm videtur dici propter id, in quo includuntur. Sicut patet in themate prædicantiũ, quod in paucis verbis consistit. Quia tamen omnia, quæ ipsi dicunt includuntur in illo, vel recluduntur ad illud, sciiicet, quia sunt ad expositionem eius, dicitur prædicator solum thema prædicare. Ita est de his, quia his paucis uerbis, scilicet, pœnitentiam agite & cętera, continebatur tota intentio Christi, quia ipse solùm intendebat deducere nos ad regnum cęlorum. Et ad hoc erant omnia, quæ ipse faciebat, & dicebat. Ideo cùm omnia dicta sua reducerentur ad hunc finem, quòd homo per pœnitentiam peruenire: vel disponeret se ad regnum cęlorũ: dicebatur istud solum prædicare, vel erat ei istud quasi thema, & postea prosequę-

ſequebatur omnia alia, quæ volebat, quæ pertinebant aliquo modo ad pęnitentiam, ad regnum cęlorum: ſicut oſtendendo pęnas eorum, qui non pęnitebant. Sicut Luc.13.ſcilicet: Niſi pęnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. Et induxit ibi duo exempla de ſublatis morte ſubitanea, & acerrima, quia pęnitentiam non agebant. Aliquando exprobrabat nō facientibus pęnitentiam, vt infra 11. & aliquando laudabat pęnitentiam dicendo eam placere Angelis Dei. Luc.15. & ſic de multis alijs, quæ poterant induci: ſimiliter faciebat quantum ad regnum cælorum: de quo multa dicere poterat, & dicebat. Nemo tamen putet, quòd Chriſtus vſus fuerit hoc modo prædicandi, quo nos vtimur, ſcilicet, quòd ſumpto themate ad propoſitū eius omnia proſequamur. Nam etiam apud antiquos doctores ſacræ ſcripturæ, non fuit iſte modus: ſed vtebantur oratione ſoluta, ſcilicet: Dicentes quicquid vellent, ſiue per modum expoſitionis, ſicut in homilijs: ſiue per modum orationis, ſicut patet in ſermonibus ſanctorum. Si tamen Chriſtus vſus fuiſſet modo prædicandi per thematis ſumptionem, nemo fuiſſet de antiquis patribus, qui illum modum non tenuiſſet: vt Chriſtum inquantum poterant imitarentur. Sed non tenuit Chriſtus illum modum, immo non conueniebat ei, quia oportebat eum plura dicere, cùm eſſet legiſlator nouiter introducens quæ inter ſe non tantum conuenirent, quòd poſſent ad vnum proximum thema reduci, ideo magis prædicabat per modum exortationis, & interdum per modum narrationis annunciando diuerſa, & præcepta ponendo: ſic ēt Apoſtoli prædicabant, vt plurimum enarrando res geſtas Chriſti, & præcepta ab eo tradita, vel aliqua quæ fuerant in veteri teſtamento: ſicut patet de p̄dicatione Petri Actu.2. & 3. ſic etiam de prædicatione Pauli, Act.13. non ergo putet quis quòd aſſumeret Chriſtus iſta verba tanquam thema, ſcilicet, pænitentiam agite &c. & proſequeretur illa, ſicut nos facimus, ſed dicimus, quòd Chriſtus ſemper prædicauit iſtud, quia in omnibus locis vocat homines ad pænitentiam, licèt per diuerſos modos loquendi.

Ambulans autem Ieſus iuxta mare Galilæę, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare: erant enim piſcatores: & ait illis: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. At illi continuo relictis retibus, ſecuti ſunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres Iacobum Zebedęi, & Ioannem fratrem eius in naui cum Zebedęo patre eorum reficientes retia ſua. Et vocauit eos. Illi autem ſtatim relictis retibus, & patre, ſecuti ſunt eum.

Ambulans Ieſus. Deſcripta in generali Chriſti prædicatione, hic ponitur aggregatio populi ad ipſum. Et diuiditur in duo. Quia primò ponitur aggregatio quarundam perſonarum ſpiritualium ad ipſum, ſcilicet Apoſtolorum. Secundò aggregatio aliorum non familiarium, ſcilicet turbarum, vel populorum ibi. *& circuibat Ieſus.* Circa primum dicitur. *Ambulans Ieſus iuxta mare Galilęę.* Ibi enim Chriſtus erat, quando primos Apoſtolos vocauit. Et dicitur quòd ambulabat iuxta mare, quaſi dicat: Solus ambulabat, eo quòd diſcipulos non habebat, ſed nunc eos aggregare ſibi cæpit. Et hoc erat iuxta mare Galilææ, quia in Galilęa, & de ipſa Galilęa, quaſi omnes diſcipulos vocauit. Iſta

F enim fuit vna de cauſis, quare Chriſtus prædicationē ſuam in Galilæa inchoauit, ſcilicet, quia ibi diſcipulos aggregarurus ſibi erat. Et vocatur iſtud mare Galilææ quidam lacus magnus, qui erat in Galilæa habens in longitudine centum ſtadia, & in latitudine quadraginta, & tranſit per medium illius Iordanis, & ab ipſo illa multitudo aquarum cauſatur, vt dicit Hieronymus. Et vocatur mare ſecundùm conſuetudinem Hebræorum, qui omnem congregationem magnam aquarum mare vocant, vt ſupra diximus. Et quia non eſt verum mare, non vocatur abſolute mare, ſed mare Galilææ. Et aliquando dicitur ſtagnum Geneſareth, & vocatur mare Cenereth cōiter in veteri teſtamento, ſicut Numer.34. *Vidit duos fratres Simonem qui vocatur*
G *Petrus.* Iſti duo fuerunt primi, qui ad Apoſtolatum vocati ſunt, nomen autem Petri erat prius Simon, ſed Chriſtus mutauit nomen eius infra 10. Et ita prædixit ei a principio quando eum primò vidit, ſcilicet: Tu es Simon filius Ioanna, tu vocaberis Cephas, quod eſt interpretatum Petrus. Ioan.1. de cauſa autem mutationis nominis dicetur infra 10. Et dicitur Simonem, qui vocatur Petrus, ideſt, nunc vocatur Petrus, & tamen prius nō vocabatur Petrus, ſed Simon. *Et Andream fratrem eius.* Ambo erant piſcantes ſimul, quia fratres erant, tamen viri deuoti. Nam Andreas diſcipulus Ioannis Baptiſtæ erat. Ioan.18. Et ipſe Andreas primus omnium ſecutus eſt Ieſum propter ſermonem Ioann. Et induxit Petrum fratrem ſuum ad Ieſum dicens ei. Inue-
H nimus Meſſiam. Ioan.1. *Mittentes rete in mare.* Erant enim in actu piſcandi, quia piſcatores erant, vt dicitur in litera, & in loco piſcandi Chriſtus illos quærebat. Sic dicit Glo. ſcilicet, Decēter autem per piſcatoria vadit loca piſcator piſcaturus. *Erant enim piſcatores.* Hic redditur cauſa præcedentis dicti, ſcilicet, quomodo Petrus, & Andreas mittebant rete in mare. Et dicitur, quòd hoc erat quia erant piſcatores. Iſti enim habitabant iuxta illud mare Galilææ, ſcilicet, in vrbe Bethſaida. Nam Andreas erat de Bethſaida. Ioan.10. Et quia Petrus erat frater eius, etiam eſſet de Bethſaida. Et quia locus ille erat apud mare, erat eis opportunitas ad hoc, quòd piſcatores eſſent, maximè quia pauperes erant, & in hac arte vitam ducebant. *Et ait illis. Venite*
I *poſt me.* ideſt, relinquite piſcationem iſtam, & ſequimini me ad aliam piſcationem. *Faciam vos fieri piſcatores hominum.* Sicut nunc piſces capitis, ita de cætero homines capietis: ſic dicitur Luc.5. quòd Chriſtus dixit ad Simonem: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens. Et ſic vocabat Chriſtus illos ad officium nobilius, vt meritò relinquere poſſent officium capiendi piſces. *Et illi continuo relictis retibus ſequuti ſunt eum.* Hoc dicitur in laudem Petri, & Andreæ. Nam licèt occupati eſſent circa piſcationem, non curauerunt amplius de illa, ſed retia, & puppim, & ſi quid aliquid habebant reliquerunt, ut Chriſto iubenti obedirent. *Et procedens inde vidit alios duos fratres.* Ambulabat enim Chriſtus in littore, & cùm iam vocaſſet iſtos duos, proceſſit per littus, & inuenit alios duos fratres, quos etiam vocauit, & modicum diſtabant iſti a loco vbi
K vocauerat Petrum, & Andream, vt patet Mar.1. ſcilicet: Et progreſſus puſillum vidit Iacobum Zebedæi, & Nam erant ſocij in piſcatione Petrus, & Andreas, & Iacobus, & Ioannes, licèt in duabus nauibus piſcarentur: ideo cùm iubente Chriſto Petrus concluſiſſet magnam multitudinem piſcium, ita vt non poſſet ad terram trahere, vocauit ſocios de alia naui, ſcilicet, Iacobum, & Ioannem, vt innuitur Luc.6. *Iacobum Zebedęi, & Ioannem fratrem eius in naui.* ideſt uidit iſtos duos in naui: vocatur Iacobus Zebedæi, ideſt, Iacobus filius Zebedæi. Nam pater eius uocatur Zebedæus, vt patet hic. Ioannes frater eius eſt Ioannes, qui fuit Euangeliſta. Et iſte erat iunior cæteris Apoſtolis, ambo cognati Chriſti, quia Zebedęus acceperat in vxorem unam ſororem Virginis Matris Chriſti. *Cum Zebedęo patre eorum.* Erant enim filij cum patre, quia ad eius imperium piſcabantur, & conſolabatur pater ex eorum pęnitentia, ſic dicit Chryſoſtomus in quadam homilia, ſcilicet, Non parua hic demonſtratio virtutis, inopiam facile ferre, ex iuſtis nutriri laboribus, colligari inuicem amoris virtute, patrem habere ſecum, & curare. Sic etiam dicit idem Chryſoſtomus ſuper Matthæum, ſcilicet, ꝙ ad maiorem pietatem eorum pertinet, quòd in tanta paupertate ſic patri ſuo ſuccurrebant, vt ſecum eum baiularent in naui, nō ut ille iſtos adiuuaret in opere, ſed ut iſti illum conſolarentur ſua præſentia, *reficientes retia ſua,* ideſt, reparantes illa, quia fortè vetera erant, & rumpebantur. Reficere enim pertinet ad vetera, quæ aliquo modo deſtruuntur. Et ſic Marc.primo, dicitur, componentes retia ſua, ſcilicet, quia vetera reducebant in ſtatum bonum, *& vocauit eos,* ſcilicet, vt dimitterent omnia, & ſequerētur, ſicut dixerat Petro, & Andreæ, Marc.primo. Dicitur quòd ſtatim vocauit eos, ſcilicet, mox vt uidit eos in naui, vocauit ipſos nihil moratus, in quo oſtēdebat ſe ex imperio facere. *Illi autem ſtatim.* Non fuerunt pigri in reſpondendo Chriſto, ſed ſtatim ad vocationē eius omnia reliquerunt, *relictis retibus, & patre, ſecuti ſunt eum.* Magna laus eſt in hoc Iacobi, & Ioannis, quos nec rerum poſſeſſarum deſiderium, nec paterna pietas tenuit, quin ſtatim vocantem Dominum ſequerētur. Mar.primo, dicitur. Relicto patre Zebedęo in naui, cum mercenarijs. Nam nauicula patris ipſorū erat, & ad opus piſcandi cōduxerat mercenarios, qui manſerunt cum eo in naui recedentibus filijs.

Quomodo concordat iſta Apoſtolorum vocatio, & illa, quæ habetur Ioannis primo capi. Quęſt. XCVI.

QVAERITVR circa narrationem iſtam Apoſtolorum Petri, & Andreæ, quomodo dicitur hic, quòd vocati fuerunt apud mare Galilææ, quia videtur, quòd multo ante hoc, & in alio loco vocati fuerūt à Chriſto, & aggregati ſunt ei. Patet, quia iſtud quod hic dicitur, fuit in Galilæa apud mare, poſtquam Ioannes traditus erat. Et tamen Ioanne baptizante, & manente in Iudęa cùm ibi Chriſtus eſſet, vocauit Andream, & Petrum, & ſecuti ſunt eum. Nam cùm ſemel tranſeunte Chriſto coram Ioanne dixiſſet Ioannes, ecce agnus Dei: duo diſcipuli qui cum eo erant, ſcilicet, Andreas, & alius, cuius nomen tacetur, ſecuti ſunt Chriſtum. Ioann.1. Et tunc Andreas duxit Petrum ad Ieſum, & dixit ei, tu vocaberis Cephas. Et tunc etiam vocauit Philippum, & cum illis iuit de Iudęa in Galilæam, eo.c. & cum eis etiam deſcendit poſtea in Capharnaum. Ioann.2. Ergo non potuerunt nunc vocari, quia iſtud fuit multo tempore poſt illud. Dicendum, quòd Chriſtus vocauit ad ſe Andream, & Petrum, & quoſdam alios in Iudæam, & ſecuti ſunt eum, ambulantes cum eo aliquanto tempore, & tunc iuerunt cum eo in Galilęam prima vice, qua Chriſtus redijt de Iudęa in Galilæam, & iuerunt cum eo in Cana Galilęæ ad nuptias Ioannis ſecundo, ſcilicet, vocatus eſt Ieſus, & diſcipuli eius ad nuptias, & ibi coram eis conuertit aquam in vinum, & crediderunt in eum diſcipuli eius, eo. c. Poſtea etiam deſcenderunt cum eo de Cana Galilęæ in Capharnaum, eo.cap. Iſti tamen non manſerunt ſemper cum Chriſto ex hac vocatione, ſed redierunt poſtea ad officium ſuum piſcandi, & ſic potuerunt iterum à Chriſto vocari. Nunc autē vocati ſunt ad manendum ſemper cum eo. Ita vt nunquam redirent Chriſto viuente
A ad alias occupationes ſeculares, ſed ſemper cum Chriſto manerent. Iſta autem fuit vocatio præcipua Apoſtolorū, quia per iſtam ad Apoſtolatum vocati ſunt, & firmiter cum Chriſto manſerunt: per priorem autem vocationem ſolùm fuerunt vocati ad quandam familiaritatem Chriſti. Patet hoc eſſe veriſimile, quia etiam ſi à Chriſto vocati eſſent ſemel adhuc redire poterāt ad officia ſua, licèt eſſent diſcipuli eius. Sic enim patet de diſcipulis Ioannis. Nam Andreas diſcipulus Ioānis erat: nam audiebat eum, & ſequebatur ipſum. Ioan.primo. Et tamen non ſemper manebat cum Ioanne, ſed aliquando redibat ad piſcandum, ſicut nunc patet, cùm Chriſtus inuenit eos piſcantes. Ita ergo ſe habebant quantum ad Chriſtum, ꝙ licèt ſemel voca-
B ti eſſent ab eo, & effecti diſcipuli eius, tamen redierunt ad piſcandum. Et quia Chriſtus volebat eos habere ſemper ſecum, quia ita opus erat, voluit eos nunc vocare ad ſemper cum ipſo manendum. Et quia iſta vocatio erat præcipua, vt dictum eſt, ſolùm fit mentio hic, & Marc.primo, & Luc.quinto, de hac vocatione quaſi non fuiſſet alia. Ioannes autem, qui ſupplere voluit omiſſa per alios, dixit de illa vocatione. De hoc dicit Auguſtinus libro de concordia Euang. ſcilicet. Sanè mouere poteſt, quomodo Ioānes dicat non in Galilæa, ſed iuxta Iordanem Andream ſecutum eſſe Dominum cū alio, cuius nomen tacetur: deinde Petrum ab illo nomen accepiſſe: cæteri autem tres Euangeliſtæ de piſcatione eos eſſe vocatos dicunt: reſponden-
C dum ſecundùm quòd de Ioanne dicamus diligenter conſiderandum eſt, cùm & locorum plurimum interſit, & temporis, & ipſius vocationis. Sed intelligendum eſt Petrum, & Andream non ſic vidiſſe Dominum iuxta Iordanem, vt ei iam inſeparabiliter inhærerent, ſed tantum cognouiſſe quis eſſet, & eum miratos ad propria remeaſſe.

Quomodo intelligatur diuerſitas Matthæi, & Lucæ de retibus Apoſtolorum vocatorum. Quæſt. XCVII.

QVAERITVR, quomodo poteſt ſtare id quod dicitur hic de vocatione Petri, & Andreæ, quia Luc.quinto, ponitur multum diuerſa ſententia. Nam hic ponitur, quòd mit-
D tebant retia in mare, & Luc. quinto, dicitur quòd piſcatores deſcenderant, & lauabant retia. Item, quia Luc. quinto, dicitur, quòd Chriſtus dixerat Petro, ꝙ mitteret rete in mare, & concluſit multitudinem magnam piſcium, ita ut rumperetur rete, & implete ſunt nauiculæ piſcibus, ita ut mergerentur. Tunc Petrus procidens ad genua Ieſu, dixit: Exi à me, quia homo peccator ſum: cui Chriſtus dixit: Noli timere: ex hoc iam eris homines capiens. Et tunc dicitur, quòd ipſe Petrus, & Iacobus, & Ioannes relictis omnibus, ſecuti ſunt eum.

Dicendum, quòd in hic ſunt duæ opiniones. Quidam dicunt fuiſſe duas vocationes. Vnam quam ponit Lucas, & aliam quam ponunt Matthæus, & Mar-
E cus. Alij dicunt eandem eſſe vocationem, quam Matthæus, & Marcus ſcribunt, cum illa, quam ponit Lucas. Prima eſt Nicolai, & multorum. Dicit enim, ꝙ Andreas, & Petrus ter à Chriſto vocati ſunt. Prima vocatio fuit immediatè poſt baptiſmum Chriſti. Ioannis primo, quando duo diſcipuli Ioannis audierunt ipſum dicentem de Chriſto: ecce agnus Dei, & ſecuti ſunt Ieſum. Et ibidem dicitur, quòd Andreas frater Simonis erat vnus ex duobus, qui ſecuti fuerant Chriſtum. Et ibi dicitur, quomodo vocauit fratrem ſuum Simeonem ad Ieſum. Secunda vocatio fuit in captura piſcium Luc.quinto, vbi Chriſtus propter turbas irruentes aſcendit in nauem Petri ad prædicandum.

Et

Et expleta prædicatione, iussit laxari rete in capturam piscium, & concluſa eſt multitudo piſcium. Videns autem Petrus, quòd hoc non poterat fieri virtute humana, procidit ad genua Ieſu, & dixit, quòd iſtæ duæ vocationes primæ non fuerunt propriæ ad Apoſtolatum, ſed ad quandam familiaritatem. Tertia vocatio fuit iſta, quàm deſcribit hic Matthæus, quando relictis omnibus ſequuti ſunt Ieſum non amplius reuerſuri ad prædicta negocia, ſed intendentes doctrinæ Chriſti. Hęc Nicolaus. Alia poſitio erat, quòd fuerit eadem vocatio, quàm deſcribunt Matthæus, Marcus, & Lucas, & tamen ſubticent Matthæus, & Marcus aliquid, quod Lucas expreſſit: & econtrario. Et tunc dicetur, quòd veritas eſt, quòd antequam fieret iſta vocatio, erat Chriſtus apud mare, & volens prædicare propter turbas irruentes, introiuit in nauem Petri: & capta eſt multitudo piſcium. Et dixit ſoli Petro, ex hoc iam eris homines capiens. Et tunc Chriſtus exiuit de naui, & ambulans iterum forte eodem die, vel pauco tempore poſt per littus eiuſdem maris vocauit Petrũ, & Andream, & poſtea Iacobum, & Ioannem. Et licèt ad veritatem iſti ſint duo actus, tamen videtur vna vocatio, quia totum includitur in eo, quòd Lucas ſcribit, cùm ipſe dicat omnia hæc facta eſſe, & poſtea ſubdit, quòd ſubductis nauibus ad terram relictis omnibus ſequuti ſunt eum: & tamen vocatio, quam deſcribunt Matthæus, & Marcus finitur in hoc, quòd iſti vocati relictis naui, & retibus ſequuti ſunt Chriſtum. Ideo eadem vocatio videtur deſcribi per iſtos tres. Sed id quod ſubticuerunt Matthęus, & Marcus, expreſſit Lucas, & quod Matthæus, & Marcus expreſſerunt Lucas ſubticuit. Et hoc facit videri eſſe duas vocationes. Iſtas duas opiniones tangit Auguſt. in lib. de concord. Euangel. dicens Matthæus, & Marcus breuiter hoc perſtringunt, quemadmodum factum ſit, quod Lucas apertius explicuit. Hoc tamen videtur diſtare, quod tantùm Petro a Domino dictum commemorat, ex hoc eris iam homines capiens, quòd illi ambobus fratribus dictum eſſe narrauerunt: ſed potuit vtiq; poſt hoc Petro dici, cùm de capta ingenti multitudine piſcium miraretur: quod Lucas inſinuauit, & ambobus poſtea, quòd illi duo commemorauerunt: vel intelligendum eſt hoc primò factum fuiſſe, quod Lucas inſinuat, nec eos tunc a Domino vocatos, ſed tantum fuiſſe prædictum Petro, quòd homines eſſet capturus. Vnde datur intelligi eos ad capturam piſcium remeaſſe, vt poſtea fieret, quod Matthæus, & Marcus narrant, tunc non ſubductis ad terram nauibus tanquam cura redeundi, ſed ita eum ſequuti ſunt, tanquã vocantem, aut iubentem. De his duabus poſitionibus videtur Auguſtinus magis tenere, quòd vocatio ſcripta a Luca non ſit eadem cum illa, quam Matthæus, & Marcus ſcribunt, & tunc dicemus Petrum, & Andream ter fuiſſe vocatos a Chriſto, ſicut Nicolaus dicit. Hæc poſitio ſatis ſtaret, ſed videtur obſtare, quia Auguſtinus, & Nicolaus dicunt, quòd in illa vocatione, quam Lucas ſcribit, adhuc redierunt illi poſtea ad piſcandum, & poſt vocationem, quam Matthæus, & Marcus ſcribunt, quòd non redierint. Et tamen Lucas dicit eadem verba, quæ Matthæus, ſcilicet, quòd relictis omnibus ſequuti ſunt eum. Ideo non videtur, q̃ poſtea redierint ad capturam piſcium, quia eadem ratione dici poſſet, quòd poſt vocationem illam quam Matthęus, & Marcus ſcribunt, redierint ad piſcationẽ, cùm ibi nihil amplius dicatur, niſi quòd relictis retibus ſequuti ſunt eum. Et tamen nemo dicit, quòd poſt iſtã uocationem redierint ad piſcationem, ergo nec dici poteſt, quòd poſt uocationem, quàm Lucas ſcribit redierint ad piſcandum: immo facilius dici poſſet, quòd redierint ad piſcandum poſt illam vocationem, quam Matthæus, & Marcus deſcribunt: quàm poſt illam, quam deſcribit Lucas: cùm Matthæus, & Marcus dicant, quòd relictis retibus ſequuti ſunt eum: Lucas verò dicit, quòd relictis omnibus ſequuti ſunt eum. Et ſic ex his poſſet teneri magis, quòd eandem vocationem ſcripſerunt iſti tres Euangeliſtæ: licèt Lucas exprimat quædam, quæ Matthæus, & Marcus tacuerunt: & econtrario vt ſupra dictum eſt. Dici tamen poteſt conuenientius, quòd teneatur alia media via inter iſtas duas poſitiones, ſcilicet, quòd Petrus, & Andreas vocati fuerunt ter à Domino: & Iacobus, & Ioannes bis, & tamen vocatio, quam deſcribit Lucas nõ diſtinguitur omnino ab ea, quam Matthæus, & Marcus deſcribunt, niſi per modum ſuperadditionis, ſcilicet, quia Matthæus, & Marcus ſcribunt vnicam vocationem, ſcilicet, tertiam: Lucas verò deſcribit duas, licèt implicite, ſcilicet, ſecundam, & tertiam. Et tunc dicetur, quòd Chriſtus vocauit ſemel Petrum, & Andream, quando compræhenderunt multitudinem piſcium, & tunc ſequuti ſunt eum: ſed non reliquerunt omnia. Iterum autem vocauit eos, cùm iam redijſſent ad piſcationem, & tunc relictis retibus ſequuti ſunt eum. Et ſic de iſta ultima vocatione Lucas nihil dixit, niſi, quòd relictis omnibus ſequuti ſunt eum. Cætera verò omiſit, quia illa Matthæus, & Marcus deſcripſerunt. Quod autem Auguſtinus obijciebat: ſcilicet, q̃ per hoc, quod dicitur, ſubductis ad terram nauibus, ut detur q̃ redierint ad piſcationem non multum vrget: quia non ſubduxerunt naues ad terram quaſi haberẽt curam conſeruandi illas ad priſtinum officium, ſed quia erant in mari, & non poterant conuenienter exire niſi appulſis nauibus ad littus. Maxime, quia ibi dicitur, quòd ſubductis nauibus ad terram relictis omnibus ſequuti ſunt eum. Nihil tamen poteſt manifeſtius dici ad oſtendendum, quòd poſtea non redierint in priſtinum officium. Iſte modus videtur veriſimilior, & magis conuenire literæ. Nam non eſt poſſibile quòd totaliter vocatio, quam deſcribit Lucas ſit diſtincta ab illa, quam deſcribunt Matthæus, & Marcus propter cauſas dictas.

Quare Chriſtus voluit vocare Apoſtolos à principio ſuæ prædicationis. Quæſtio. XCVII.

QVAERITVR, quare Chriſtus uocare uoluit Apoſtolos a principio prædicationis ſuæ. Dicendum, q̃ propter multa. Primò, quia Apoſtoli futuri erãt teſtes omnium, quæ Chriſtus geſſerat. Et tamen non poterant eſſe teſtes, niſi omnia uidiſſent, ideo debuerant a principio prædicationis, & actuum Chriſti eſſe cum eo: patet, quia Chriſtus eligebat eos in teſtes. Act. 1. ſcilicet: Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & uſque ad ultimum terræ. Et ob hoc ipſi etiam Apoſtoli intellexerunt, q̃ oportebat eos fuiſſe cum Chriſto a principio. Patet in electione Matthiæ ex uerbis Petri Act. 1. ſcilicet: Oportet ex his uiris, qui nobiſcum congregati ſunt in omni tempore, quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Ieſus incipiens a baptiſmate Ioannis, uſque in diem, qua aſſumptus eſt à nobis, teſtem reſurrectionis nobiſcum fieri unum ex iſtis. Et ſic dixit Petrus, q̃ erat neceſſe, q̃ ille, qui in Apoſtolatum ſubſtitueretur, vidiſſet omnia geſta Chriſti a principio incipiendo a baptiſmo Ioannis, vbi fuit principium actuum Chriſti. Sed obijcietur quòd hoc modo nullus erat conuenienter Apoſtolus: cùm ab illo tempore nullus Apoſtolorum fuerit cum Chriſto.

Dicendum, q̃ non fuerunt omnes Apoſtoli cum Chriſto ab ipſo tempore, fuerunt tamen aliqui, ſcilicet, Petrus, & Andreas, & Philippus. Chriſtus

Chriſtus ad ſe recepit quando Ioannes oſtendit Chriſtum dicens: Ecce agnus Dei, ut patet Ioan. 1. Et tunc uocatur baptiſmus Ioannis, quia tunc baptizabat adhuc Ioannes populum.

Aliter poteſt accipi, ſcilicet, a baptiſmo Ioan. 1. à tẽpore, quo Chriſtus baptizatus eſt à Ioan. Et hoc modo Chriſtus non habebat tunc aliquos diſcipulos, & tamẽ aliqui de his, quos poſtea habuit in diſcipulos, poterãt eſſe teſtes iſtorum, ſicut Andreas, qui fuerat diſcipulus Ioannis, & erat cũ eo, quando Ioannes oſtendit Chriſtum digito dicens: Ecce agnus Dei. Et ſic poterat Andreas eſſe teſtis baptiſmi Chriſti, & aliqui alij, quia forte Petrus etiam erat ibi, & etiam Philippus. Nam quando Chriſtus uocauit eos prima uice, erant cum Ioanne in Iudęa, & Chriſtus reduxit eos ſecum in Galilęam, ut colligitur Ioan. 1. Secunda cauſa fuit, ut apoſtoli ſcirent omnia, quæ Chriſtus prędicabat. Nam ſi non fuiſſent cum eo aliqui a principio prędicationis, non ſolum nemo poſſet teſtari de his, quę Chriſtus dicebat, & faciebat, ſed etiam nemo illa ſciret. Ideo neceſſe erat, q̃ ſaltem aliqui de Apoſtolis uocarentur a principio actuum Chriſti, licèt alij poſtea uocarẽtur. Et ſic factum eſt, quia Petrus, Andreas, & Philippus uocati fuerunt a principio actuum Chriſti, ſcilicet, a tempore baptiſmi. Ioan. 1. Iacobus, & Ioannes, licèt non fuerunt uocati ſimpliciter a principio actuũ Chriſti, fuerunt tamen uocati a principio prędicationis eius, ſcilicet, quando Chriſtus uenit in Galilęam iam incarcerato Ioanne. Alij uerò fuerunt uocati procedẽte tempore, & iam inchoata prędicatione, ſicut Matthęus, ut patet infra 9. Iſti tamen, qui uocati fuerunt a principio potuerunt teſtificari, & docere alios de his, quę ipſi uiderant, & audierant a Chriſto. Tertia cauſa fuit propter doctrinam moralem in ipſis apoſtolis, quia ad compoſitionem morum non ſufficit ſola uerbalis inſtructio, ſed magis requiritur aſſuefacio cũ eo, qui eſt Magiſter morum. Et quia Apoſtoli futuri erant Doctores orbis terrarum non ſolùm quantum ad doctrinam prædicationis, ſed etiam in compoſitione morum, & totius vitæ honeſtate: ideo debuerunt inſtrui per longam conuerſationem cum Chriſto, qui erat regula morum. Et ipſe ſæpe arguebat defectus eorum, & ordinabat eos quantum ad aliquas deordinationes morum, quæ in ipns interdum apparebant, arguendo eos de ſuperbia, vel contentione, uel de infidelitate, & ſimilibus multis, ut patet infra 6. & 17. & 18. & in alijs locis. Quarta cauſa fuit ad oſtendendam honeſtatem uitæ Chriſti, & tollendam calumniam, & ſuſpitionem, quàm aliqui contra eum habere poterant. Nam ipſe nunquam fuerat eruditus, & predicabat magnalia, & faciebat mirabilia. Vnde ſcandalizabantur in eo multi. Mar. 6. Et alij putabant, q̃ in poteſtate dæmonum iſta faceret, dicentes in Beelzebub principe dęmoniorum dęmonia eijcit. infra 12. & Luc. 11. Si autem nunc ſolus ambularet, uel uiueret, potuti poſſet, q̃ cum dęmonibus conuerſaretur, a quibus illa acciperet. Nunc uerò cùm haberet tot ſocios, diſcipulos honeſtos uiros, qui ſemper cum eo manebant, non eſſet huic præſumptioni locus. Quia ſi aliquid ipſe cum dæmonibus faceret, iſti ſcire poſſent. Si autem dicatur, q̃ fortè tempore præcedenti habuerat conuerſationem iſtorum cum dęmonibus. Dicendum, q̃ non habet locum præſumptio iſta: eo q̃ ipſe cum Ioſeph maritus Virginis, & cognoſcebant eum omnes Nazareni uirum occupatũ ſemper circa iſtos labores corporales, & non deditum alijs ſpeculationibus, uel occupationibus, in quibus cum dæmonibus poſſet conuerſari, & ſic etiam propter ipſum Chriſto uitalde conueniens, q̃ haberet apoſtolos a principio actuum ſuorum. De primo dicit Chryſoſtomus ſuper Matthęum, ſcilicet, Antequam Chriſtus aliquid dicat, uel faciat, uocat Apoſtolos, ut nihil eos lateat, nec uerborum Chriſti, nec operum: ut poſtmodum fiducialiter dicere poſſint. Non poſſumus, quæ uidimus, & audiuimus non loqui.

Quomodo Chriſtus facere volebat Apoſtolos piſcatores hominum. Quæſt. XCVIII.

QVAERITVR, quomodo Chriſtus faceret iſtos piſcatores hominum. Dicendum, quòd eſt metaphora, quia ſicut piſces de mari capiũtur, & extrahuntur hamo: ita prædicatores Verbi Dei educunt homines de amaritudinibus iniquitatum huius ſæculi, quod uocatur mare propter multitudinem fluctuum, & pericula multiplicia ex amaritudine aquarum, quæ omnia ſunt in rebus ſęculi. Vnde Chriſtus ſemper comparauit homines piſcibus, ſicut infra 13. ſcilicet, Simile eſt regnum cœlorũ, ideſt, ſtatus præſentis Eccleſiæ, ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti, ſcilicet, quia nunc in Eccleſia congregantur boni, & mali: & tamẽ in conſumatione ſæculi boni colligentur in uaſa Eccleſiæ: mali autem foras mittentur, ſcilicet, in tenebras exteriores. Etiam ſicut piſcator capit piſcem ſallens eum prætenſo cibo: ita prædicator hominem mouet promittendo æternam beatitudinem. Et multæ aliæ comparationes ſunt: ſic dicit Chryſoſt. ſuper Matth. ſcilicet, faciam uos fieri piſcatores hominum, ideſt, Doctores, ut cum rete Verbi Dei compræhendatis homines de mundo tempeſtuoſo, & periculoſo, ubi homines non ambulant, ſed feruntur, quia diabolus cum delectatione compellit eos in malo: vbi homines alterutrum ſe comedunt, ſicut piſces fortiores deuorant minores, ut tranſlati uiuant in terra, membra corporis Chriſti facti. Et ſic ſcriptura ſolet dicere, quòd homines piſcantur. Sic dicit per Ierem. ut ait Remigius, ſcilicet, Dominus dicit de his piſcatoribus, mittã in uos piſcatores meos, & piſcabuntur uos. Hoc etiam conuenit ualde prædicatoribus propter conditionem piſcandi, quia ſicut piſcando piſcator neſcit, quem piſcem capiet, ſed ſolùm mittit rete, & qui adhæſerit tenetur: ita prædicator dicit Verbum, & neſcit, cui proficiet, ſed illum capit, quem Deus uoluerit tenere. Sic dicit Chryſo. ſuper Matthæum, ſcilicet, Futuræ dignitatis gratiam artificij opere prophetabant. Nam ſicut qui retia iactat in aqua neſcit, quos piſces compræhenſurus eſt, ſic doctor, quando diuini ſermonis retia ſuper populum iactat, neſcit qui ſint acceſſuri ad Deũ: ſed quoſcunque Deus excitauerit, illi adhærent eius doctrinæ. Hoc modo omnes prædicatores, & Doctores ſacræ ſcripturæ, & exortatores ad bonum, piſcatores hominum ſunt in hoc Deo miniſtrantes. Apoſtoli tamen fuerunt præcipui piſcatores, qui fuerunt primordia fidei, & columnæ Eccleſiæ.

Quomodo Petrus, & Andreas crediderunt, quòd deberent eſſici piſcatores hominum. Quæſt. XCIX.

QVAERITVR, quomodo Petrus, & Andreas crediderunt, q̃ Chriſtus efficeret eos piſcatores hominum. Dicendum, q̃ ipſi intellexerunt, q̃ faceret eos prædicatores ad piſcandum homines per Verbum Dei. Sed dicere quomodo ipſi potuerunt credere, cùm ipſi eſſent uiri indocti, & ſine literis. Nam Act. 4. dicitur, q̃ Petrus, & Ioannes erant homines idiotæ, & ſine literis, & tamen ad docendum oportebat omnes eſſe peritos legis. Dicendum, q̃ fortè uiderant Chriſtum feciſſe aliqua miracula:

Universidad de Deusto
Biblioteca

racula: immo uerè uiderant, ut dicetur sequenti. q. & ex hoc crediderunt, ꝙ sic etiam posset facere eos Doctores legis, sine aliqua longa exercitatione in literis. Aliter potest dici, ꝙ isti senserant in se aliquid diuinū, quando Christus eos uocauit: ita ut necesse esset quasi eos venire. Ita ergo crediderunt, quòd sicut ipse ceperat voluntates eorum, ita poterat eis dare virtutem capiendi voluntates aliorum. Et hoc erat piscari eos. Sic dicit Chrysost. in quadam Homilia, scilicet. Ergo tantæ promissioni crediderunt, & per sermones, quibus sunt capti crediderunt se alios posse piscari. Tertiò potest dici, quòd isti crediderunt quòd Christus poterat eis dare subito cognitionem sufficiētem ad hoc, quòd prædicarent, quia ex operibus suis uidebāt eum esse prophetam, vel prophetis maiorem: interdum tamen vnus propheta faciebat alium prophetam: sicut Elias vnxit Elisæum in prophetam. 3. Regum. 19. & postea impetrauit, quòd spiritus suus duplicaretur in Elisæo. 4. Regum. 2. Ita poterit istam credere de Christo, quòd poterat eos subito facere prophetas, vel prædicatores, ut possent homines piscari.

Quomodo ad vnicam vocem Petrus, & Andreas, & alij secuti sunt Dominum. Quæst. C.

QVAERITVR, quomodo Petrus, & Andreas, Iacobus, & Ioannes ad vnicam Domini vocem, relictis omnibus secuti sunt eum, quia hoc videbatur valde difficilè. Dicunt quidam, quòd hoc fecerunt incitati magnitudine promissorum.

Sed dicendum, quòd non stat, quia Christus non promisit eis quicquam, vnde adhuc ipsi erant dubij, quid pro hoc eis daretur. Nam infra 19. dixit Petrus Christo. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Si tamen Christus iam promisisset istis aliquid, vt venirent ad eum: non peterent nunc quid dandum eis erat, quia reliquerant omnia. Item patet, quia Christus respondit eis quid pro hoc habituri essent dicens: Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Si tamen Christus iam aliquid eis de præmio fuisset locutus, non responderet nunc quasi de nouo. Item, quia in istis verbis Christi non habetur promissio alicuius præmij, sed magis hortatio quædam ad laborem, cùm dixit. Faciam vos fieri piscatores hominum. Et tamen hoc erat labor, & difficultas, & non est aliquid, quod detur in præmium, cùm præmium sit aliquod bonum secundùm se desiderabile, nullum in se laborem, aut molestiam continens. Et sic non erat istud præmium, sed potius aliquid pro quo præmium promitti deberet. Quia ita nunc fit, cùm dicamus, qudd doctoribns sacræ scripturæ, qui sunt piscatores hominum, debeatur in præmium aureola, quæ virginibus, & martyribus confertur.

Item patet, quia Grego. in quadam Homilia dicit: Nulla autem Petrus, & Andreas Christum miracula facere viderant, nihil ab eo de præmio æternæ retributionis audierant, & tamen ad vnum Domini præceptum, hoc quòd possidere videbantur, obliti sunt. Et sic non secuti sunt Christum propter præmia, quæ eis promiserit. Aliter ergo dicendum est, & primò potest dici, quòd isti secuti sunt Dominum, non propter retributionem, sed propter desiderium bonorum operum, quia uidebant valde bonum esse, & Deo acceptū id, quod facere iubebantur, scilicet, piscari animas. Et sic obtulerunt se promptos. Sic dicit Chrysostomus super Matthæum, scilicet, non autem prædicti discipuli secuti sunt Christum doctoris cupientes honorē, sed operis lucrum. Sciebant enim quam præciosa est anima hominis, & quam grata est apud Deum salus ipsius. Secundò dicunt quidam quòd fecerunt sōlùm, vt obedirent præcepto. Nam Christus iubebat, ideo sine mora obedire uoluerunt. Hoc innuitur in uerbis Gregor. supra allegatis, scilicet. Nulla miracula Petrus, & Andreas Christum facere viderant: nihil de præmio æternæ retributionis audierant, & tamen ad vnum Domini præceptum, hoc quòd possiderè videbantur obliti sunt. Istud verum est, & nulla causa hic tangitur. Nam isti secuti sunt Christum præcipientē, & tamen causa quare tam promptè obedierunt, oportet aliunde quæri. Nam non obedierunt ex eo solo, ꝙ præceptum erat, quia tunc omni præcepto, & à quocunque dato æqualiter obedirent, quod falsum est: nam non esset hoc laudabile non distinguere de præcipiente, & de causa præcepti, & de eo quod præcipitur, quia saltem oportet de præcipiente distinguere, quia aliàs obediemus æqualiter habenti potestatem, & nullam habenti. Oportet ergo aliquam specialem fuisse causam, quare isti tam promptè obedierunt. Tertiò dicitur secūdum quosdam, quòd hoc factum est secundùm magnam virtutem istorum, & sic laudamus eos tanquam excellentes in uirtute obedientiç, qui ex paucis verbis ad res altissimas persuasi sunt. Sic dicit Chrysost. ſ. Considera autem eorum fidem, & obedientiam, habentes enim opus præ manibus & appetibilis piscationis, cùm audissent mandantem, nō distulerunt, sed relictis omnibus sequebantur. Talem enim obedientiam requirit à nobis Christus, vt eam non prętermittamus, etiam si aliquid valde necessarium vrgeat. Istud etiam verum est, quòd magna obedientia fuit, maximè cùm isti essent homines rudes, qui pauciora de spiritualibus cognoscunt, & magis reputant felicitatem esse in rebus possessis. Magnum ergo erat ꝙ vellent dimittere omnia ad mandatum alicuius, & tamen hoc non fuit ex sola uirtute obedientiæ ipsorum, sed oportet, quòd aliquid spirituale eos impulerit, cùm in cęteris mandatis non se exhiberent tam promptos, si quilibet alius mandaret: maximè si res nō grauis mandaretur. Quartò dici potest, quòd hoc fuit, quia Deus mutauit uoluntatem eorum ad prompte obediendum, inclinando eam ualde ad hoc, ita ut quasi necesse esset eis sic facere. Istud enim specialiter Deus potest. ſ. inclinare voluntatem nostram ad quācunq; rem, ut promptè feramur ad illam, sicut si esset maximum bonum nostrum ex eo, ꝙ cor hominis est in potestate Dei. Prouer. 21. ſ. sicut diuisiones aquarū, ita cor regis in manu Domini, & quocunq; voluerit, inclinabit illud. i. quamcunque rem, uel ad quamcūq; passionem. Vnde aliquando Deus mouet cor hoīs ad timorem, aliquando ad desiderium, aliqñ ad clementiam, aliquando ad iram, & odium, & quascunq; passiones. De timore patet, quia quādo occisis Sichimitis Chananei uoluerunt congregari, & irruere super Iacob, & familiam eius, vt delerent eos, quos facile poterant delere: posuit Deus timorem in cordibus Chananęorum. Gen. 35. ſ. Cū profecti essent, terror Dñi fuit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi fugientes. Sic etiam fuit de inimicis Dauid, quibus Deus timorem incussit, ne auderent eum inquietare. 1. Paralip. 14. scilicet. Diuulgatum est nomen Dauid in uniuersis regionibus, & Dominus dedit pauorem eius super omnes gentes. Istum pauorem vocat de admirabilem incutiebat Deus Iudęis, quando precabant nimis ꝯ ipsum, & ducebantur in regiones hostium, & ibi erant ita timidi, ꝙ ipsi se ipsos affligebant. Leui. 26. scilicet. Et qui de uobis remanserint, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient, quasi gladium: cadent nullo persequente, & corruent singuli super fratres suos, quasi bella fugientes: nemo uestrum inimicis audebit resistere. De hoc etiam Deuteronomij uigesimo octauo, scilicet: Dabit tibi Dominus cor pauidum, & deficientes oculos, & animam mœrore consumptam. Et erit vita tua quasi pendens ante te: timebis die, ac nocte, & non credes vitæ tuæ. Mane dices, quis det vesperum? & vespere dices, quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem, De timore etiam isto patet Ioa. 2. vbi Christus flagellis de funiculis eiecit ementes, & vendentes de templo, & effudit pecuniam numulariorum. Erant tamen illi multi, & Christus solus, & inermis. Nemo tamen illorum illi restitit: nec saltem loqui ausus est, scilicet, quia magnum terrorem incusserat illis. De clementia patet, quia Deus interdum homines iratos, & crudeles conuertit in benignitatem. Sic patet Hester 15. quando intrauit ad Regem non vocata: & oportebat, quòd occideretur propter legem vetantem accedere non vocatum: Nam dicitur, quòd erat rex terribilis aspectu: conuertitque Deus spiritum regis in mansuetudinem, & festinus, ac metuens exiliuit de solio. Sic etiam Deus conuertit cor Aegyptiorum ad quandam benignitatem erga Iudæos, vt darent eis quicquid petebant: licèt possent iuste suspicari, quòd possent perdere ea, quæ dabant. Exod. 3. scilicet. Dabo gratiam populo huic coram Aegyptijs. De odio, vel ira patet: quia Deus dicitur suscitare interdum aliquem in hostem alteri, & tamen hostilitas propriè fit ex odio: sic dicitur 3. Reg. 11. quòd Deus suscitauit aduersarium Salomoni: sic etiam potest esse de alijs passionibus: & ita in præsenti Deus moueret cor istorum vocatorum ad tantum desiderium obediendi, quòd nullo modo possent subsistere, quin illico obedirent: & faceret eis apparere melius esse illud obedire, quàm omnia, quæ habere poterant. Ideo nihil se facere putabant, quòd relinquerent nauem, & retia, & omnia quæ habebant, vt Christum vocantem sequerentur. Et ista est positio valde rationabilis, & verisimilis: & istam innuit Chrysost. in quadam homilia dicēs. Tantę ergo promissioni crediderunt, & per sermones quibus capti sunt crediderunt se alios posse piscari. Et sic innuitur, quòd illi viderent latere vim aliquam in sermonibus illis, & se per illos capi. Hoc etiam tenet Nicolaus dicens, quòd in Christo erat virtus diuinitatis. Et ideo sicut poterat exterius vocare per vocem: ita poterat interius attrahere pro voluntate sua per inspirationem. Quinto dici potest, quòd isti vocati moti sunt ad obediendum Christo prompte: quia viderant eum miracula facientem. Et sic crediderunt, quòd peccatum esset ei non respondere, & obedire subito. Sed objicietur, quòd non viderant miracula aliqua, quia dicit Gregorius in homilia quadam. Nulla audierant, & tamen ad vnum Domini præceptum hoc, quòd possidere videbanrur obliti sunt. Dicendum, quòd non stat, quia necesse est poni, quòd Petrus, & Andreas viderant Christum facientem aliqua miracula ante istam vocationem: nam Christus accepit Andream, & Petrum, & Philippum in discipulos, stando erat in Iudæa cum Ioanne, & cum eis redijt in Galilæam. Ioan. 1. & tunc iuit in Capharnaum, & in Cana Galilææ post tres dies, quam venissent in Galilæam. Nam vocatus fuerat ad nuptias ipse, & discipuli eius: & ibi coram eis conuertit aquam in vinum. Et dicitur, quòd hoc fecit initium signorum Iesus coram discipulis suis, & crediderūt in eum discipuli eius. Ioan. 2. & tamen saltem necesse erat Petrum, & Andream, & Philippum ibi interfuisse, quia istos pro tūc legimus fuisse Christi discipulos. Itē patet, ꝙa ante istā vocationem fecit Christus magnum miraculum coram Petro, Iacobo, & Ioanne, & Andrea quando iussit laxare retia in capturam, & concluſa est multitudo piscium. Luc. 5. Et Petrus tunc cognouit uirtutem Christi, & procidens ad genua eius dixit: Exi a me Domine, quia homo peccator sum. Et Christus dixit: noli timere: ex hoc iam eris homines capiens. Et ibi dicitur, ꝙ subductis nauibus ad terram, relictis omnibus secuuti sunt eum. Sic ergo necesse est, ꝙ miraculum aliquod Petrus, & alij vocati viderint ante vocationē, de qua hic dicitur, cū illa vocatio, quæ habetur Luc. 5. vbi istud miraculum ponitur, fuerit necessariò ante istam vocationem, quam hic Matthæus describit: vel saltem fuit eadem, vt supra ostensum est in quadam quæstione de hoc: & sic necesse est, ꝙ ante istam vocationem viderint aliqua miracula. Item patet per August. lib. 1. de concord. Euangel. vbi cùm velit concordare istas uocationes Apostolorum dicit, ꝙ uocatio, & miraculum, quod Lucas scribit, fuerit ante vocationem, quam hic scribit Matthęus. Et ꝙ post illam redierint ad piscandum, & post istam non. Et sic Aug. uult, ꝙ uiderint isti Apostoli illud miraculum de captura piscium, antequam nunc uocarentur. Item patet hoc, quia cùm esset Christus in Galilæa, iuit in domum Petri. Et dicitur, quòd socrus eius magnis tenebatur febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et ipse imperauit febri, & dimisit illam. Luc. 4. Et sic istud miraculum Petrus videret, uel saltem sciret, cùm in domo eius fieret. Et istud fuit ante quàm uocaretur a Christo. Quia quasi immediate post hoc Luc. 5. in principio ponitur uocatio istorum a Christo, & miraculum factum ibi, Ergo multa miracula Christi uiderant Petrus, & Andreas antequam nunc a Christo uocarentur. Et sic per ista miracula mouerentur ad obediendum ei prompte. Ad dictum Gregorij dicendum, ꝙ non potest stare, nisi intelligatur, ꝙ nulla miracula eum facere uiderant, idest, nulla miracula describit Matthæus Christum fecisse ante istam vocationem, quæ possent uidere Petrus, & Andreas. Describunt tamen illa Lucas, & Ioannes, & hoc sufficit ad hoc, ꝙ illi obedirent propter præcedentia miracula. Sextò fortè obedierunt, quia non erat nouum nunc, ꝙ vocarentur isti a Christo, nec oportebat multis verbis vti apud eos, quia iam ipsi iterum fuerant a Christo vocati, & uenerant. Nam de Petro, & Andrea ponuntur tres uocationes, quarum ista fuit ultima, & in duabus primis venerant ad Christum, & habitauerāt cum eo in Iudæa, in Galilæa, & iuerunt in Cana Galilææ, & uiderunt miraculum eius de conuersione aquæ in uinum. Et inde descenderunt cum eo in Capharnaum. Ioan. 1. & 2. in secunda uice forte haberent etiam aliquam familiaritatem cum eo, & sic nunc, cùm tertiò uocaret, non erat mirum, si ad primum uerbum eius relinquebant omnia, quia iam eum nouerant ex familiaritatibus præcedentibus. Septimò potest dici, ꝙ uenerunt ad unicum uerbum eius, quia cognoscebant quis ille esset, scilicet: Quia sciebant eum esse Messiam. Patet hoc, quia quando Christus fuit semel coram Ioanne, ostendit eum Ioannes digito dicens. Ecce Agnus Dei. Ioan. 1. Et tunc duo discipuli Ioannis, qui erant cum eo sequuti sunt Iesum. Et erat unus eorum Andreas frater Petri. eod. cap. Et ibi dicitur, quòd Andreas tunc uenit ad Petrum, & dixit ei. Inuenimus Messiam, & duxit illum ad Iesum. Et tunc ambo iuerunt cum eo in Galilæam. eodem cap. Et sic Petrus, & Andreas ergo sciebant Iesum esse Messiam. Cum ergo ista uocatio quam ponit hic Matthæus fnerit multo tempore post illud, non erat admirandum, quòd ad unicam eius uocem sequerentur ipsum, credentes esse Messiam.

An

Universidad de Deusto
Biblioteca

An isti vocati à Christo tenebantur ad eum venire promptè.
Quæst. CI.

QVAERITVR, an isti vocati à Christo obligabantur venire ad ipsum promptè, sicut ipse iubebat. Dicendum, quòd hic non est speciale dubium, an obligarentur venire promptè relinquendo omnia, vel post aliquantum interuallum temporis dispositis prius rebus suis. Nam si obligabantur aliquo modo sequi Christum, obligabantur prompte obedire, & dimittere omnia, quandocunque ille iuberet, vel sicut iuberet: ideo solum est dubium, an sequi tenebantur vocantem. Est autem dicendum, q̃ aut credebant eum esse Deum, sicut verè erat, aut nō. Si crederent non est dubium, quin obligarentur simpliciter ad omnia, quæ mandaret quantumcunq; grauia illa essent. Si autem non, aut credebant eum esse Messiam, vel non. Si crederent esse Messiam, tenebantur ei totaliter obedire, quia ille erat salus mundi, & ita ab omnibus Iudæis expectabatur. Si autem nō credebant illum esse Messiam: aut putabant esse prophetam, aut non. Si putabant, tenebantur sequi illum, quia prophetæ mittuntur à Deo, & loquuntur, quæ Deus iubet. Nam standum est mandato eorum, ac si à Deo iubeatur. Vnde dicitur Deuter. 18. quòd illi, qui non obedirent mandatis prophetæ à Deo punirentur, scilicet, quòd ipse vltor existeret. Si autem non putarent eum prophetam, sed hominem priuatum, etiam si esset tanctæ vitæ non tenebantur sequi eum vocantem. Aliter dici potest, quòd aut isti moti sunt propter honestatem rei, quæ mandabatur, scilicet, quòd fierēt piscatores hominum, vel propter aliquod, quod promitteretur, aut quia ipse immutabat mentem eorum, aut quia miracula eum facere viderant, vel quia agnoscebant eum esse Messiam. Si propter primum non tenerentur, quia quantumcunque sit bonum id, q̃d iubetur, non tenetur homo ad faciendum, nisi iubens sit talis, qui possit obligare, & quòd res, quæ nobis præcipitur, vel annunciatur sit valde bona, non facit nos obligare, quia tunc tenetur homo ad maximam perfectionem. Et tamen potius est è contra: quia quanto aliquid opus est maioris perfectionis, tanto minus tenemur ad illud. Si secundum erat, non obligabantur solùm, sed magis trahebantur sentientes in se virtutē Dei, quæ trahebat eos. Et si conarentur resistere huic motui, quia à Deo fiebat, peccarēt: quia istud erat manifeste Deo repugnare. Si secundum erat, tenebantur: quia, q̃ miracula faceret ex imperio attestabatur in eo diuinam virtutem, cui obediendum est. Si erat quartum, tenebantur obedire, quia si quis non obediret Messiæ, peccaret. Dici ergo potest, quòd tenebantur obedire à Christo vocati, quia agnoscebant Christum esse Messiam. Ioan. 1. & quia eum viderant facere miracula sæpe, vt præcedenti. q. ostensum est. Vnde apparebat in eo aliquam diuinam virtutem, propter quā sibi obediendum esset. Et hoc Petrus manifeste cognouerat, quia quando ad eius imperium laxatis retibus conclusa est multitudo piscum, procidens Petrus ad genua eius dixit. Exi a me Domine, quia homo peccator sum. Luc. 5. De Iacobo, & Ioanne non erat tanta causa, vel tam manifesta, quòd obedire deberent, quia de Petro, & Andrea constat, quòd agnoscebant eum esse Messiam. Ioan. 1. de Iacobo, aut Ioanne non constat hoc, quia non fuerunt tunc ipsi vocati. Viderant tamen Christum miracula facientem, quia quando conclusa est multitudo piscium, ipsi venerunt ad adiuuandum Petrum ad trahendum rete, & tam nauicula Petri, quàm nauicula ipsorum impletæ fuerunt piscibus, ita ut mergerentur. Luc. 5. Et ibi dicitur, quòd omnes isti secuti sunt eum. Et sic propter miracula, quæ viderant tenebantur parere vocanti.

Quare Christus vocauerit istos Apostolos binos.
Quæst. CII.

QVAERITVR, quare Christus vocauit istos Apostolos binos: nam prius vocauit Petrum, & Andream simul, deinde Iacobum, & Ioannem simul. Dicendum, quòd istud fuit quasi ab accidenti. Nam non erat aliquid speciale propter quod Christus deberet eos potius vocare binos, quàm singulos, idest, sigillatim manentes. Nam quando vocauit Matthæum, ipsum solum vocauit, infra 9. Etiam quādo vocauit Philippum, solus ipse erat, quia dicitur Ioan. 1. quòd cùm Christus vellet exire de Iudæa in Galilæam, inuenit Philippum, & dixit ei: sequere me. Sic etiam Paulus ad apostolatum vocatus est. Et tamen solus vocatus est. Act. 9. sic quoque apostoli solum Matthiam in Apostolum elegerunt. Nō erat ergo aliqua causa, propter quam Christus specialiter attendere deberet, quòd vocati essent potius bini, quàm singuli, sed fuit quasi ab accidenti: quia Christus præelegerat Apostolos, quos ipse uoluerat, & antequam vocaret eos, electi erāt ab ipso. Si ergo accidisset, quòd inuenisset eos sigillatim quando vocare voluisset, vocasset singulos per se. Quia tamen inuenit istos quatuor esse binos, quos iam elegerat, vocauit eos binos, sicut inuenit. Et patet, quòd fuerit factum ab accidenti, quia aliàs semper vocasset binos quoscunque vocasset, & potuisset conuenienter fieri, cùm duodecim fuerint isti vocati ab eo. Et tamen præter istos quatuor nō legimus alios vocatos fuisse binos, sed magis sigillatim, vt supra dictum est: ergo quòd bini, vel singuli vocarentur, nihil differebat in re, sed erat quasi ex accidenti. Aliter potest dici, quòd licèt Christus non vocauerit omnes Apostolos binos, voluit tamen istos quatuor binos vocare ad significandum ordinem ipsorum. Nam ita mittebat eos Christus ad prædicandum Luc. 10. s. Misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum, quò erat ipse venturus. Istam causam assignat Sanctus Thomas in opere continuo super Euan. dicens. s. Nota, quòd vocat binos, & binos, sicut alibi legitur, quod misit ilios binos, & binos ad prædicādum. Tertiò potest dici, quòd cùm facta Christi essent omnia institutiones quædam nostræ, ex ita vocatione non solùm voluit vocatos ad se trahere, vt prædicarent, sed etiam in vocatione cōditionem prædicatoris ostendere. Binos enim uocat, quia charitas non est propriè nisi inter duos, & qui charitatem non habet ad prædicandum mitti non debet. Etiam quia præcepta charitatis duo sunt, scilicet, ad Deum, & proximum. Qui autem utrunque non seruat rectè, prædicare non potest. Cùm prædicator prius debeat facere, quàm docere: sicut Christus, qui cepit facere, & docere. Act. 1. Et hoc ne cùm alijs prædcauerit, ipse reprobus efficiatur, vel appareat. 1. Corin. 9. Sic dicit Greg. in quadam Homilia, scilicet, quatenus hic nobis factus innuat, quòd qui charitatem erga alterum nō habet, prædicationis officium suscipere nullatenus debet. Duo enim sunt præcepta charitatis, & minus quā inter duos charitas haberi non potest.

Quare Christus hos duos fratres elegit. Quæst. CIII.

QVAERITVR, quare Christus elegit istos utrosq; fratres, & uocauit. Dicendum, q̃ Christus uocauit istos fratres, quia elegerat, & uocatio fuit quædam manifestatio electionis. Cur autem electi fuerint, causa dari non potest, quia ad hoc merita nulla præcedunt, sed sola Dei liberalitas, & voluntas, scilicet, ideo Deus elegit istum, vel illum, quia placet ei, & non est alia causa, nec assignari potest. Sic ostendit Apostolus ad Rom. 9. Et quia elegerat istos ex eo, quòd sibi placuerat, non differebat, q̃ essent fratres, vel non. Nam elegerat Deus Petrum, & Andream, Iacobum, & Ioannem ad apostolatum. Siue ergo Andreas esset frater Petri, siue non: & idem de Iacobo, & Ioanne nihil refert ad istam electionem. Et patet, quia aliàs fecisset, quòd omnes Apostoli haberent inter se fraternitatem, scilicet, bini, & bini: vel terni, & terni: & tamen non factum est, quia alij non erant inter se fratres sicut isti quatuor: fuit igitur accidentale ad istam electionem, & vocationem, & Petrus & Andreas, quòd essent fratres, & quòd Iacobus & Ioannes essent fratres. Aliter potest dici, quòd licèt ad intentionem principalem electionis, & vocationis ipsorum esset accidentale esse fratres: Christus tamen voluit, quòd essent fratres ad ostendendam magnitudinem charitatis, quæ esse debet in prædicatoribus. Quia sicut præcedenti. q. dictum est, quòd isti uocati sint bini propter charitatem, quæ est inter duos, & competit prædicatori, ita ad ostendendum maximam charitatem, quæ est à Deo ipsa propinquitas sanguinis auget quendam gradum amoris, quod manifestè apparet. Et quia charitas debet esse feruentior in doctoribus sacræ scripturæ, quàm in alijs, fuit conueniens in vocatis ad apostolatum esse fraternitatem secundum quandam significationem: sed non fuit necesse, quòd inter Apostolos esset fraternitas, sed sufficiebat, quòd esset inter aliquos, quia illud erat satis ad significandum. Sic dicit Chrysosto. super Matthæum, scilicet. Super charitatem etiam fraternitatis Ecclesiæ posuit fundamenta, vt ex radicibus charitas exuberās quasi humor ascendat in ramis. Et hoc super naturam ipsa charitas firmior habeatur. Tertiò potest dici, quòd hoc factum est ad imitationem veteris testamenti. Nam istud Dominus fundauit in duobus fratribus, scilicet, Aaron, & Moyse. Nam Aaron fuit summus Sacerdos, & ab eo descenderunt omnes Sacerdotes veteris testamenti. Et erat iste status excellentior illius legis: Moyses autem fuit principaliter totius populi, tam in his, quæ ad Deum pertinebant, quàm in sæcularibus. Exo. decimooctauo, & Deuteronom. quarto, & quinto, & Exodi. 20. Nam populus timuit audire legem a Deo, & ipsa lex uocatur lex Moysi. Malac. 4. Ita nunc Christus uolens fundare Ecclesiam noui testamenti incepit in duobus fratribus, scilicet, Petro, & Andrea. Et quia status noui testamenti est longè excellentior statu ueteris testamenti, fundauit Deus nouum testamentum super duas fraternitates continentes quatuor fratres. Vetus autem testamentum super vnam fraternitatem duorum fratrum fundatum est. Sic dicit Chrysostomus super Matthæum, vnde dicit, fratres. Sic enim fecit Deus in veteri testamento super Moysen, & Aaron fratres populum ædificauit super vnam fraternitatem, hunc autem super duas.

Quare Christus elegit ad apostolatum viros simplices, & idiotas. Quæst. CIIII.

QVAERITVR, quare Deus elegit uiros simplices ad apostolatum, & discipulatum. Nam

isti simplices erant, & sine literis de Petro, & Ioanne patet Actu. 4. Vbi dicitur, quod erant idiotæ, & sine literis. De Andrea, & Iacobo idem putandum est, quia omnes erant pauperes, & piscatores, non potentes vacare studijs literarum, vt ex opere manuum inopem defenderent uitam.

Dicendum est, quòd Christus elegit simplices ad apostolatum, & officium prædicationis. Primò ad tollendum calumniam. Nam cùm lex Christi, quę à principio nulla fuerat, per totum orbem nunc diuulgata sit, poterant aliqui calumniari, quòd per fauorem, vel potentiam introducta fuisset, vel quia fuerunt uiri peritissimi introducentes eam, qui possent cæteris quod vellent facile persuadere, vt ergo non esset locus huic calūniæ, Christus uoluit eligere uiros simplicissimos, vt cùm illi totum mundum conuerterent, & uiros quosque peritissimos ad se traherent, euidens esset, quòd à solo Deo ista res fieret. Sic innuit Apostolus primæ Corin. primo, scilicet. Placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes, idest, per prædicatores simplices, qui stulti reputarentur, placuit Deo conuertere mundum. Et dicitur ibi: videte vestram uocationem fratres. Quia non multi sapientes secundùm carnem, sed quę sunt stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientes. & ista eadem fuit causa quare Christus non elegit uiros potētes ad prædicationem istius legis. Nam hoc facile sibi fuerat, quia sicut per prædicatores suos conuertit postea principes mundi: ita potuisset & a fortiori per seipsum conuertere aliquos principes, qui hoc prædicarent, uel isti legi fauerent. Et tamen non curauit hoc facere, nec uoluit habere aliquos fauores principum sęcularium, nec habere amicitiam Romanorum, qui erant Domini mundi. Quod faciliter ipse habuisset, si uoluisset inter eos facere aliqua miracula, qualia faciebat inter Iudæos. Nam illi coegissent totum orbem ad tenendum legem ipsius, & colendum ipsum, vt Deum. Hoc tamen noluit, ut ait August. primo libro de Concord. Euangel. ne diceretur, quòd lex Christi per potentiam Romanorum fuerat introducta, & non per Dei uirtutem. Ideo non solùm Christus noluit habere Romanos in amicos, sed potius uoluit eos habere quasi hostes legis suæ, & cultus sui. Vnde in nullo loco, uel natione, tantam aduersitatem sensit fides Christi, sicut in Vrbe Romæ, & per totum imperium, iubentibus imperatoribus persecutiones fieri Christianis. Et tunc quanto plures occidebantur per Romanos, tanto plures ad Christum conuertebantur, cùm etiam ipsi Imperatores cogerentur uidere uirtutem Christi, quàm oderant, cùm coram eis fierent innumerabilia miracula. Et ita inuitis Romanis, & toto imperio, cultus Christi, & lex introducta sunt, & coacti sunt Romani confiteri Christum esse Deum, & uera esse, quæ de illo prædicabantur. Et tandem ipsa Roma caput mundi Christo caput suum humiliauit, recipiens eum in Deum suum. Et sic fuit iste modus ualde conueniens ad introducendum legem Christi. Et non fuisset sine calumnia, si aliqui potentes in orbe à Christo electi fuissent, qui istam legem introducerent, vel prædicarent. Et hoc etiam tangit Apostolus Corin. primo, scilicet. Videte uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes secundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ sunt stulta mundi elegit Deus, ut confundat fortia: & ignobilia, & contemptibilia mundi eligit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. Et sic pauperes, & indocti, & ignobiles electi sunt à Christo ad prædicandum. Sic dicit Augustinus in quo-

dam sermone de Kalendis Ianuarij, scilicet. Nõ enim elegit Reges, aut Senatores, aut Philosophos, aut Oratores: immo elegit plebeios pauperes, indoctos piscatores. Secunda causa fuit propter ipsos ministros prædicationis. Quia si elegisset sapientes, aut potentes, & per eos susciperetur lex Christi, posset aliquis eorum superbire, quòd propter ipsum introducta fuerat lex, quasi ipse aliquod bonum Christo fecisset: Christus autem vult ostendere homini, quòd ipse nihil est, & tollere sibi occasionem gloriandi. Ideo voluit, quòd prædicatores essent simplices, & pauperes, vt sic non possent gloriari, q̃ per ipsos aliquid factum esset, sed totum Deo attribueretur. Sic dicitur 1. Corint. in. 1. Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes, vt non glorietur omnis caro in cõspectu eius: idest, vt homo non posset coram Deo gloriari, quasi ipse in aliquo Deo profecisset. Sic dicit Augustinus super Ioannem, scilicet. Si enim doctum eligeret, fortasse, ideo se diceret electum, quia doctrina eius eligi meruit. Dominus autem Iesus volens superborum frangere ceruices: non quæsiuit per oratorem piscatorem, sed de piscatore lucratus est Imperatorem. Magnus, idest, Cyprianus orator, sed primus Petrus piscator. Considerandum tamen, quòd Christus non elegit solùm simplices, sed etiam aliquos peritos. Nam Nicodemus fuit de discipulis Christi, licèt occultus propter metum Iudæorum. Ioann. 3. Ipse tamen erat peritus, quia Christus dixit ei: tu es Magister in Israel, & hæc ignoras? Et fuit Nathanael vir peritus, & ita aliquos alios peritos elegit. Et fuit conueniens, quia si solos simplices elegisset, putaretur, quòd ex ignorantia fuerant decepti sequendo Christum: prædicatores tamen præcipui Euangelij fuerant simplices propter causas supra positas,

Quare dicitur, quòd Iacobus, & Ioannes erant in naui reficientes retia. Quæst. CV.

QVAERITVR, quare dicitur, q̃ Iacobus, & Ioannes erant in naui reficientes retia. Dicunt quidam, q̃ hoc dicitur ad significandum eorum paupertatem, scilicet, tam pauperes enim erant, q̃ retia noua emere non poterant, ideo vetera reficiebant. Sic dicit Chrysostomus super Matthæum, quòd hoc est maximę paupertatis indicium: vetera enim reficiebant, qui noua vnde emerent non habebant. Et quòd ad maiorem eorum pietatem pertinet in tanta paupertate sic patri suo succurrebant, vt eum baiularent in naui. Aliter potest dici, quòd non fiebat hoc ex paupertate nimia, quia tunc potius dicere tur hoc de Petro, & Andrea. Nam Zebedæus pater Iacobo, & Ioannis omnino pauper nõ erat, cùm mercenarios secum ad piscandi opus in naui haberet, vt patet Marc. primo. Petrus autem, & Andreas non leguntur habuisse mercenarios. Maximè, quia nõ oportet, quòd accipiatur hic reficere pro reparare, quod ad vetera pertinet, sed dicetur, quòd reficiebant retia, sicut faciunt piscatores cùm piscari desierint, vel cùm retia præparant ad mittendum in aquam. Sic accipitur Marc. primo. Nam dicitur, quòd Iacobus, & Ioannes erant in naui componentes retia, idest, disponentes illa, & istud non est indicium paupertatis, quia quilibet piscator hoc facit. Aliter potest dici, quòd isti reficiebant retia, idest, aliquid ruptum consolidabant assuendo reliquis partibus, quia hoc etiam in nouis retibus accidit, quæ sæpe rumpi contingit, & maximè sicut in piscatione illa, quæ fuerat facta, quando vocauerat ante hoc Christus Petrum. Nam concluſa multitudine piscium rumpebatur rete. Luc. quinto Et tunc oportet illud refici: nec erat hoc signum paupertatis. Et tamen concedendum est, quòd isti pauperes fuerint, quia omnes illos pauperes solemus vocare, qui non habent vnde viuant, nisi de labore manuũ, & huiusmodi erant isti.

Quare de Petro, & Andrea dicitur, quòd mittebant rete in mari, alij verò duo dicuntur reficere retia. Quæst. CVI.

QVAERITVR, quare de primis, scilicet, Petro, & Andrea dicitur, quòd mittebant rete in mare: & de secundis, scilicet, Iacobo, & Ioanne dicitur, quòd reficiebant retia. Dicendum, quòd hoc fuit primò, quia scriptura voluit ostendere quid isti faciebant, quando Christus vocauit eos, vt ostendatur, quòd non erant otiosi: quia ille, qui eligitur ad dispensandum verbũ Dei, ad aliquid magnum negotium eligitur, & non est sibi otio vacandũ. Ideo illi, qui consueuerant in otio delectari, ad prædicationis officium assumi non debent, quia esset eis postea difficile huius officij laboriosas occupationes tollerare. Et sic Christus voluit ostendere, quòd isti quos elegit, occupati erant, quando vocati sunt, & sic de negotio ad negotium transirent. Et ad hoc Scriptura voluit indicare actus, in quibus erant occupati in illis actibus diuersis, scilicet, quidam mittebant rete in mare, & alij retia reficiebant, sic scriptum fuit. Secundò fuit hoc, quia Scriptura voluit ostendere istos omnes fuisse piscatores, quia istud conueniebat officio, ad quod sumebantur, scilicet, quia facti sunt piscatores hominum. Et quia isti duo erant actus piscatorum, scilicet, retia reficere, & rete in aquam mittere, scriptum est, quòd quidam retia reficiebant, alij verò in mare mittebant. Alias duas causas assignant quidam. Prima est, quia reficere retia antequam mittantur in aquam, ad signandum, quòd promptiores fuerunt in obediendo Petrus, & Andreas. Iacobus autem, & Ioannes pigriores. Dicitur quòd Petrus, & Andreas mittebant rete, quasi velociter egissent. Iacobus verò, & Ioannes reficiebant, quasi non ita velociter se diposuissent ad mittendum ea in mare. Secũdum est, quia per refectionem retium significatur compositio seruorum, per missionem retium in mare, q̃ est vitæ monum, per missionem retium in mare, q̃ est vitæ sermonis compositi. Et quia Petrus, & Andreas Euangelia non scripserunt, sed prædicauerunt dicuntur mittere retia in mare. Ioannes autem Euangelium scripsit: ideo retia reficere dicitur. Istas duas causas ponit Chrysostomus super Matthæum, dicens: Eximiare autem possumus primos velociores ad prædicandum, quòd retia mittebant: istos autem quasi pigriores, quia retia adhuc componebant: sed hoc auli dicere non sumus, quia eorum differentiam cognoscere solius est Christi: fortè ergo illi propter Petrum dicti sunt mittentes retia, qui prædicauit Euangelium, & non composuit. Dicendum tamen, q̃ istæ duæ causæ sunt magis mysticæ: primæ autem duæ literales.

Quare Christus eodem tempore, & sub ista vocatione vocauit hos quatuor. Quæst. CVII.

QVAERITVR, quare Christus eodem tempore, & quasi sub ista vocatione vocauit istos quatuor. Dicendum, quòd sicut electio Dei de personis Apostolorum fuit propter eius voluntatem suam, scilicet, quia ita voluit, ita etiam

tempora uocationum. Nam non omnes fuerunt uocati eodem tempore, sed isti quatuor ante cæteros præter Philippum, qui ante hoc uocatus fuerat. Ioan. 1. Et sic, quòd uocaret istos immediatè post illos, uel interiecto aliquanto tempore, ex eius uoluntate pendebat, potest tamen dici, quòd fuit rationabiliter factum, quia Christus elegerat istos, & uocare illos constituerat, & quia quasi simul erant, uocauit eos simul: patet Mar. 1. quia cùm dictum est de uocatione Petri, & Andreæ subditur. Et progressus inde pusillum uidit Iacobum Zebedæi, & Ioannem. Et sic parum loco distabant. Idem patet Luc. 5. Nam eum iubente Christo concluſit Petrus magnam multitudinem piscium, ita ut rete trahere non possent, rogauerunt Iacobum, & Ioannem, qui erant in alia nauicula, quòd adiuuarent eos: erant enim socij in piscatione. Ideo decuit, quòd sub eodem tempore uocarentur: patet Lucæ 5. ubi socij uocantur. Sic dicit Sanctus Thomas in opere continuo, scilicet: Erant enim habitatione simul, dilectione concordes, artificio pares, fraternitatis pietate coniuncti: Ideo simul uocauit, ne tot bonis coniunctos dissimilis uocatio separaret. Aliæ causæ possent poni mysticæ. Prima est, quia isti assumebantur ad officium prædicandi, & quia de omnibus quatuor partibus mundi prædicatores uocandi erant, fuerunt isti quatuor uocati, sic dicit Glo. s. Ideo ad quatuor tantùm uocatio ponitur, per quos prædicatores de quatuor mũdi partibus uocandos esse signetur. Secundum est ad significandum Euangelium, quod isti prædicaturi erant. Nam prædicatores Euangelium Christi prædicare debent, & non fabulas, cùm Apostolus hoc increpat dicens, quòd erit tempus, quando sanam doctrinam non sũstinebunt, & ueritate quidàm auditum auertente, ad fabulas autem conuertentur. 2. Timoth. 4. Et quia Euangelia erant quatuor, idest, quatuor libri Euangeliorum, uel quatuor scribentes Euangelia, uocati fuerunt nunc solùm quatuor. Sic dicit Hilarius. In hoc enim futurorum Euangelistarum numerus designatur. Tertium est ad designandum quatuor uirtutes Cardinales, scilicet, Prudentiam, Fortitudinem, Iustitiam, Temperantiam: quibus, qui caruerit, ad prædicationis officium non debet assumi. Nam per Petrum designatur Prudentia, & singulæ aliæ per alios tres. Sic dicit Remigius, scilicet: Per hoc etiam quatuor uirtutes principales, Prudentia enim refertur ad Petrum propter diuinam cognitionem: Iustitia ad Andream propter operum uirilitatem: Fortitudo ad Iacobum propter diaboli supplantationem: Temperantia ad Ioannem propter diuinę gratiæ effectum.

Quare Christus Petro, & Andreæ aliquid promisit, Iacobo vero, & Ioanni nihil. Quæst. CVIII.

QVAERITVR, quare promisit Christus aliquid primis duobus uocatis, scilicet, Petro, & Andreæ, & nihil promisit Iacobo, & Ioanni. Aliqui dicunt propter duo, primò quia sufficit aliquid promisisse prioribus, ut uenirent: secundis autem nihil erat necesse promittere, quia obedientia primorum sufficeret ad mouendum eos, scilicet, cum Ioannes, & Iacobus uiderent, quòd Petrus, & Andreas socij eorum a Christo uocati sequerentur eum relictis omnibus, non dubitarent ipsi omnia relinquere, & Christum sequi. Secundò dicunt hoc fuisse, quia Petro, & Andreæ fuit necesse aliquid promitti, ut uenire uellent: Iacobo autem, & Ioanni non erat necesse promitti quicquam, quia isti erant cognati, scilicet, filij sororis Matris Christi, & sic non erat opus inuitari per præmium, quia propter cognationem, & affectum sequerentur eum. Istas duas causas ponit Chrysostomus in quadam homilia dicens: uocando autem nihil eis promisit sicut prioribus. Obedientia enim eorum, qui præuenerant, uiam præparauerat: sed, & multa de ipso audierant, scilicet, tamquam familiares, & consanguinitate coniuncti. Aliter dici potest, quòd ista quæstio de nullo fuit: immo falsum præsupponit, scilicet, quòd aliquid promissum fuerit hic Petro, & Andreæ. Et falsum est, quia si aliquid fuisset promissum eis, propter quod omnia relinquerent, non peteret postea Petrus a Christo dicens, ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? infra 19. Item Christus respondit eis dicens. Vos, qui reliquistis omnia &c. sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim Tribus Israel. eodem capitulo. Si tamen iam promisisset eis aliquod præmium pro eis quæ reliquerunt, non responderet eis quasi de nouo. Item, quia si Christus nihil dixit Petro, & Andreæ nisi, uenite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. hic tamẽ non promittitur præmium, sed magis iniungitur officium laboriosum, ideo non est uerum, quòd eis nunc aliquid promiserit. Aliter potest dici, quòd si quis uelit accipere istud pro promissione, Dicendum est, quòd etiam Iacobo, & Ioanni istud promissum fuerit, quia istud non erat nisi indicare eis officium, ad quod ipsos assumebat. Erat ergo uerisimile: quòd cum uocaret Iacobum, & Ioannem, diceret eis, ad quid uocabat ipsos. Et istud erat, quòd faceret eos piscatores hominum. Subticuit tamen istud scriptura, quia uerisimile erat, quòd diceret eis id, quod dixerat prioribus. Et patet hoc, quia etiam forma uocationis non ponitur in secundis: nam in primis dicitur, quòd Christus dixit, uenite post me, in secundis autem solùm dicitur, & uocauit eos sicut præcedentes, supple, uenite post me, & faciam uos ri piscatores hominum.

Quare dicitur, quòd isti relictis retibus secuti sunt eum. Quæst. CIX.

QVAERITVR, qnare dicitur, quòd isti relictis retibus secuti sunt eum. Dicendum, quòd istud ponitur ad ostendendum obedientiam quàm habuerunt ad Christum. Nam ipse dixit eis: uenite post me: & quia non poterant ire post ipsum tenendo nauem, & retia, reliquerunt illa, ut ipsum sequerentur. Secundò dicitur hoc ad ostendendum eorum affectum laudabilem ad Christum, quia omnia contempserunt, ut ipsum solum sequerentur. Vnde putabant se fecisse aliquid ex hoc. Et sic dixit Petrus Christo: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? infra 19. Tertio dicitur hoc ad instructionem nostram: ut sciamus, quia omnia relinquenda sunt, si Christus mandauerit. Et etiam, quòd non potest aliquis perfectè Christum sequi, nisi hęc omnia deseruerit: sic dicit Chrysostomus super Matthæum, s. secuti sunt eum, omnibus relictis: in quo nos docuerunt, quia nemo potest terrena possidere, & perfectè ad cęlestia peruenire: sic etiam dicit Glos. scilicet: In his datum est exemplum illis, qui censum deserunt pro Christi amore. Quartò factum est hoc specialiter ad ostendendum, quæ sunt illa, quæ pro Christo relinquenda sunt. Et sunt tria, scilicet, diuitiæ, deliciæ, & parentes, quæ significantur hic per nauem, & retia, & Zebedæum patrem Iacobi, & Ioannis. Sic dicit Chrysostomus super Matthæum, scilicet: Tria sunt quæ relinquere debet, qui uenit ad Christum, scilicet, actus carnales, quia per retia piscationis significatur:

subiecta mundalis per nauem: parentes per patrem F
reliquerunt ergo nauem, vt fierent ecclesiasticæ na-
nis gubernatores, reliquerunt retia, vt non pisces affer
rent ad ciuitatem terrenam, sed homines ad cœlestē:
reliquerunt vnum patrem: vt spirituales patres om-
nium fierent, sic etiam dicit Hilarius, scilicet. Eis igitur
artem, & patriam, domum relinquentibus docemur
Christum sequuturi sæcularis vitæ solicitudine, & pa-
ternæ domus consuetudine non teneri.

Quare Iacobus vocatur Zebedæi. Quæst. CX.

QVAERITVR, quare Iacobus uocatur Ze-
bedæi, sicut dicitur hic. Dici potest primò, q
Iacobus erat maior Ioanne, ideo ipse hæredi- G
tabat nomen paternum. Quia sicut quili-
bet primogenitus habebat duplum de hæreditate pa-
terna, quàm quilibet aliorum filiorum. Deuteron. 21.
ita succedebat in nomine, vt nomen patris esset sibi
prænomen, & diceretur Iacobus Zebedæi. Secundò
potest dici, quòd licèt quilibet filiorum posset sibi ac-
cipere nomen patris, aliqui tamen accipiunt, & alij ac-
cipere nolunt, & sic Iacobus voluit istud accipere, &
vocatus est Iacobus Zebedæi; Ioannes autem non
accepit illud, & ideo vocatus est Ioannes simpliciter.
Tertiò potest dici, & melius, quòd istud prænomen,
scilicet, Zebedæi non fuit impositum Iacobo ante-
quam vocaretur ad apostolatum: sed prius vocaba-
tur Iacobus absolutè, cùm autem factus est Aposto- H
lus, fuit hoc sibi appositum propter differentiam,
quia Christus habebat duos Apostolos, qui vocaban-
tur Iacobus Zebedæi, quia erat filius Zebedæi, & alius
vocatus est Iacobus Alphæi, ideſt, filius Alphæi. Et ita
vocatur vbicunque nomina exponuntur eorum, vt
infra 10. & Marc. 3. & Luc. 6. Inter Apostolos Christi
vnicus erat Ioannes, quia ille cum nullo habebat co-
incidentiam, non fuit appositum sibi aliquod prænō-
men ad ostendendam differentiam.

An reliquerunt retia, & nauem in littore, & non reduxerunt in domum. Quæst. CXI.

QVAERITVR, cùm dicatur hic, q̄ isti reli- I
ctis retibus sequuti sunt Christum, an reliqué
runt nauem, & retia in littore, ita vt non redi-
rent in domos suas, nec disponerent de re-
bus suis, vel si redierunt, & disposuerunt de omnibus
quæ habebant. Dicunt aliqui, quòd de omnibus dispo
suerunt ordinantes domos suas, quia videbatur valde
irrationabile, quòd relinquerent ea, quæ possidebant
in littore, vt perirent. Secundo quia isti poterant obe-
dire vocationi Christi, & disponere de rebus suis. Et
dicentur tunc reliquisse omnia, sicut illi, qui ingre-
diuntur religionem disponunt de omnibus, quæ ha-
bent in sæculo, & tamen dicuntur relinquere omnia
cùm ingrediuntur, quia ea, quæ poterant ipsi possidere,
& gaudere in eis relinquunt alijs possidenda, abdi-
cantes à se omne dominium rerum, & omnem fru-
ctum, & iucunditatem, quæ in possidendo esse potest.
Ita ergo de istis verisimilius esset credere, quòd ita fe-
cerint, cùm ista faciendo obedirent vocationi Chri-
sti. Tertiò patet, quia quando aliquis vocatur ad statū
religionis, vel se ad illum transferre cupit prohibetur
in eo diuturna rerum suarum dispositio, vt scilicet, si
longo tempore manere vult in sæculo, vt melius ven-
dat res suas, & maiora præcia inde habeantur paupe-
ribus eroganda, quàm si subito vendendo multum
de rerum valore minui oporteat. Dispositio tamen,
quæ pauco tempore fieri potest, non prohibetur, nec
dissuadetur, ut ait Hieronymus in Epistola ad Paulam
in fine, scilicet: Festina quæso te, & hærentis in salo
nauiculæ funem magis præscinde, quàm solue. Ne-
mo renunciaturus sæculo bene potest vendere quæ
contempsit, vt uenderet, & infra dicitur: Si habes in
potestate rem tuam vende, si non habes proijce. Et
sic isti poterant facere aliquam dispositionem de re-
bus suis in breui redeundo in domos suas, & illa non
impediebat vocationem Christi. Sed dicendum est
aliter, videlicet, quòd verisimile est, quòd isti mox, vt
a Christo vocati sunt, sequuti fuerunt Christum, &
non redierunt in domos suas, vt loquerentur uxori-
bus, aut filijs, aut ne de eis, quæ possidebant dispone-
rent, sed de eis, quę in domibus erant non curauerunt:
ea vero, quæ ante oculos erant proiecerunt relinquen
tes. Primo patet, quia obligabantur sic facere. Nam vt
supra ostensum est in quadam quęstione, Apostoli isti
vocati obligabantur obedire vocanti, & obligabantur
obedire modo vocationis. Quia sicut Christus potuit
eos obligare, vt venirent per solum præceptum, ita po
terat eos obligare de tempore, & modo, scilicet, quod
uenirent, & quomodo uenirent. Et quia Christus nō
solùm uocauit eos, vt aliquando ad se uenirent, sed di-
xit, uenite post me, obligabantur ipsi immediate ire,
quia aliàs non ibant post ipsum, & sic non poterant
disponere de rebus suis, nec redire in domos. Secun-
dò patet, quia dicitur in litera: At illi continuò reli-
ctis retibus sequuti sunt eum. Et sic nullam moram
fecerunt: Quod factum esset, si deberent disponere
de naui, & retibus, & redire in domum. Sed & Mar. 1.
dicitur: Et protinus relictis retibus sequuti sunt eum.
Hoc autem de Petro, & Andrea dicitur: de Iacobo
autem, & Ioanne dicitur supra in litera. Illi autem sta-
tim relictis retibus, & patre sequuti sunt eum. Tertiò
quia in hoc est magna laus obedientiæ, & affectus A-
postolorum ad Christum, quia si aliquanto tempore
mansissent disponendo de rebus suis, non tantum fe-
cisse uiderentur. Sed quia omnibus contemptis, &
proiectis sequuti sunt immediate Christum, laudan-
tur. Sic dicit Gregorius in quadam homilia: Nulla
autem Petrus, & Andreas facere eum, scilicet, Chri-
stum miracula uiderunt, nihil ab eo de præmio æter-
næ retributionis audierant, & tamen ad unum Domi-
ni præceptum, hoc quòd possidere uidebantur obliti
sunt. Obliuisci autem est omnino relinquere, ac si ne-
scirent se habere, qui autem de rebus suis disponit, nō
obliuiscitur, licèt relinquat. Quarto patet, quia ali-
qualiter erat culpabile, quia Christo uocante istos ad
Apostolatum, ipsi uellent manere ad disponendum
de rebus suis, uel saltem uellent redire in domum, ut
loquerentur uxoribus, & filijs, & relinquerent eos,
Sic patet 3. Regum 19. quando Elias ex mandato Dei
uolens ungere Elisęum in Propheram, posuit pallium
suum super eum, quod erat quasi dicere ei, sequa-
re me, & ille statim relictis bobus cucurrit post Eliam,
Et ait: Osculer oro te patrem meum, & sic sequere
te. Et dixit Elias: Vade, & reuertere, quod meum
enim erat feci tibi, quasi dicat. Si uis reuerti, reuertere:
& iam non erit culpa mea, quia id quod ego facere
obligabar feci. Et sic uidebatur, quòd deberet eum
sequi immediatè, & tamen ex quadam permissione
fuit, quòd reuerteretur imponendo sibi onus, si forte
ex ista reuersione impediretur. Si tamen non reuer-
tur sequi eum immediatè, non dixisset Elias, quod
meum est tibi feci: maximę quia Elisæus non audis
est ire ad osculandum patrem, & matrem, nisi ex li-
centia Eliæ. Vocatio tamen ista apostolorum in no-
uo testamento magis urgebat ad prompte obedien-
dum. Primò pp uocantē, quia istos uocabat Christus,
Elisæū uerò uocabat Elias, qui in infimū minor erat.
Secdò pp officiū, siue dignitatem, ad quā uocabantur,

quia Elisæus vocabatur ad statum prophetalem; cùm A
uctus fuerit in prophetam. eod. cap. isti autem voca-
bantur ad apostolatum, qui est status valde maior, quā
prophetalis. Nā inter omnes status apostolicus status
est maior. infra Corint. 12. ſ. Et quosdā posuit in Eccle
sia Apostolos 2. Prophetas 3. Doctores, & ad Ephe.
4. dicitur: Ipse dedit quosdam Apostolos, quosdā autē
Prophetas, alios verbo Euangelistas. Promptius ergo
obedire debebant: quia prompta obedientia pertinet
ad perfectionem, & tamen quanto aliquis est in statu
altiori ecclesiastico, tāto maior perfectio ei incumbit.
Tertio propter statum, vel tempus in quo fiebat vo-
catio. Nam Elisæus vocatus est in statu, vel tempore
veteris testamenti: Apostoli autem vocati fuerunt
suscipiente nouo testamento. Et tamen omnia in no- B
uo testamento debent esse perfectiora, quàm in vete-
ri, quia lex Moysi fuit sicut status paruulorum, ideo
vocatur pedagogus, quod ad pueros pertinet: lex au-
tem Christi est tempus perfectionis, & plenitudinis:
vbi iam non est homo sub pedagogo: ad Gal. 3. & 4.
Ideo debuerunt promptius obedire isti vocati, quàm
Elisæus: ita vt non peterent redire in domum ad lo-
quendum vxoribus, nec filijs, nec ad disponendum
de rebus suis. Quintò principaliter patet, quòd Chri-
stus vocans quosdam increpabat eos si illico non se-
querentur: Patet Luc. 9. vbi Christus dixit cuidam:
Sequere me. Et ille dixit: Domine permitte me pri-
mum ire, & sepelire patrem meum. Dixit autem ei
Iesus: sine, vt mortui sepeliant mortuos suos. Et sic C
non licebat etiam propter affectionem paternam ali-
quantulum morari, sed illico vocanti obediendum e-
rat, & veniendum. Sextò patet, quia etiam leuem di-
spositionem rerum possessarum Christus fieri prohi-
buit a vocato. Nam quidam dixit Christo: Domine
sequar te: sed primum permitte mihi renunciare ijs,
qui domi sunt. Christus autem dixit: Nemo mittens
manum in aratro, & aspiciens retro, aptus est regno
cœlorum. Luc. 9. Et sic etiam redire in domum non
licebat vocato, si vocaretur in agro, quia volendo redi-
re in domum, respiciebat retro. Et hoc dicebat Chri-
stus esse illicitum. Dicendum ergo, quòd isti vocati à
Christo non morati sunt ad disponendum de rebus
suis, sed illas reliquerunt. Et patet magis, quia de Ia- D
cobo, & Ioanne dicitur, quòd relicto patre in naui
cum mercenarijs; sequuti sunt Christum, Marc. 1. Et
sic apparet, quòd non redierunt in domum, nec dispo
suerunt aliquid de rebus suis, cùm ex ipsa naui sequu-
ti sunt Christum, cùm dicatur, relicto patre in naui. Si
tamen aliquanto tempore mansissent ad disponendū
de rebus, non dicerentur reliquisse patrem quousque
de rebus disposuissent, & tunc recederent. Dicendum
tamen, quòd ob hoc res istorum non perierunt, quia
erat aliquis, cui committerentur, vel qui posset habe-
re illas. De Iacobo, & Ioanne patet, quia ipsi erant pi-
scantes cum Zebedæo patre suo. Et sic manebant om
nia, quæ illi tunc habebant patri: quia Mar. 1. dicitur.
Relicto Patre in naui cum mercenarijs. De retibus, & E
naui Petri, & Andreæ non apparet tam manifestè. Et
tamen credendum, quòd ibi erat qui poterat conser-
uare illa, ne perirent, & relinquere illis, ad quos perti-
nebant. Nam Petrus, & Andreas in piscando erant so-
cij Iacobi, & Ioannis, & patris sui Zebedæi. Luc. 5. Et
tamen manebat adhuc Zebedæus piscando. Ideo ei
poterant relinqui, & commendari retia: & nauis Pe-
tri, & Andreæ, & illi darent eis ad quos pertinebant,
scilicet, vxoribus, vel filijs eorum.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd non
erat irrationabile, quod isti reliquerint omnia non
facendo dispositionem aliquam: quia Christo perso-
naliter uocante, ad nihil nisi ad ipsum attendendum
est: sicut patet de illo, quem Christus prohibuit redi-
re ad disponendum de his, quæ domi habebat. Et non
quidem ad disponendum, sed nec ad renunciandum
illis, quod minus erat. Luc. 9. Ita nunc etiam si retia, &
nauis Petri perirent in littore, & ad quoscunque alios
peruenirent, non erat irrationabiliter, cùm magis vr-
geret Christi vocatio, quàm istarum rerum solicitu-
do: maximè cùm intentio eius esset, quòd illico sibi
vocanti obediretur, quia aliàs esset mittere manum
ad aratrum, & respicere retro. Luc. 9. Nec tamen pro-
pter hæc res istorum perirent, quia erant ad quos per-
uenerint, & illas habere possent, vt supra dictum est.
Ad secundum dicendum, quòd etiam si isti redijs-
sent in domum ad disponendum de rebus, & postea
sequerentur Christum, dicerentur relinquere omnia.
quia proprietates, & vsum à se abdicabant: sicut dici-
tur de intrantibus religionem. Isti tamen non possent
obedire Christo vocanti si aliqualiter morarentur ad
disponendum de rebus, quia Christus dixit, quòd ve-
nirent post eum: & tamen si non irent immediatè,
non obediebant iuxta formam mandati, quia non
veniebant post ipsum: maximè cùm ista esset inten-
tio sua, quòd illico illum sequerentur, & non diuerte-
rent ad aliquid aliud. Luc. 9. De intrantibus religio-
nem secus est, qui possunt de rebus suis disponere ad
nutum, quia illi non obligantur intrare, sed liberè
agunt, isti autem uocati a Christo obligabantur veni-
re, vt supra ostensum est. Si autem dicatur, quòd isti
ingredientes religionem à Deo per interiorem vo-
cantur vocationem, ideo etiam debent obedire. Di-
cendum, quòd de istis non constat, an vocātur a Deo,
licèt realiter vocentur: quia nemo potest cognosce-
re perfectè motum interiorem propter sui spirituali-
tatem. Vnde aliquando putat quis se vocari a Deo, &
non vocatur: sed leuitas sua eum mouet, vel fortè dia-
bolus tentat, vt lædat, quia mille viæ sunt nocendi dia-
bolo, dicente Apostolo: An ignoratis altitudinem
Satanæ. Ideo sicut quosdam tentat, ad malum eos
incitando; ita & alios fallit, eos ad arduum proposi-
tum strictioris vitæ incitando, in quo postea deficiant,
& desperent. Et esset laqueus iste magnus, nisi Christi
pietas contereret laqueos, & liberaret confidenres in
se. Et tamen propter hoc cautè respicere debet quis-
que, cum putet se ad talia vocari, vt seipsum probet,
& tentet spiritum vocationis illius vnde sit, sicut mo-
net Ioan. 1. Ioan. 4. scilicet, Nolite adhuc credere omni
spiritui, sed probate spiritus an ex Deo sint. & propter
ista dubia non tenetur homo respondere vocationi
interiori, sicut in exteriori, quæ manifesta est. Item
dato, quòd constaret alicui se vocari à Deo ad statum
religionis, illa vocatio non est tam deteminata sicut
vocatio exterior: cùm exterius per verba determinatè
significari possit res, & tempus, & modus in vocatio-
ne, & sic tenebitur homo ad illa strictissimè seruan-
da, cùm de illis non possit dubitare. Vocatio autem
interior est solùm quidam pulsus in anima, secun-
dùm quem ad aliquam rem incitamur: & tamen non
ita aperte, vt innuatur nobis quibus temporibus, &
quibus modis illa res fieri debeat. Et sic liberum est
ipsi vocato de rebus suis disponere. Secus autem de
istis vocatis nunc a Christo exteriori vocatione, quia
ex forma vocandi, & alijs circunstantijs apparebat,
quòd Christus vellet, quòd immediatè sequerentur
eum, vt supra ostensum est, ideo sic facere tenebātur.
Ad tertiū dicendū, q̄ introeuntes religionem possunt
de rebus suis disponere, & nō solùm dispositione leui
temporis fieri potest, sed etiā dispositione longissima,
quia cùm ipsi non obligentur mutare illum statum:

Universidad de Deusto Biblioteca

possunt quamdiu voluerint manere in illo, siue disponendo se, siue non. Et quamdiu voluerint, poterunt illum mutare. Isti autem à Christo vocati, non erant iam iuris sui, vt supra ostensum est. Ideo non habebat locum in eis dispositio rerum breuis, vel longa, sed illico tenebantur sequi iuxta formam mandati, & intentionem vocantis ei cognitam. De dispositione autem rerum permutātibus statum, considerandum, ꝙ sicut dictum est, non obligantur breuiter, vel prolixè disponere, cùm non obligentur ad statum mutandum. Quod verò Hieron. dicit de longa, & breui dispositione, consilium est: scilicet, quòd si quis aliquid semel disposuit, aut disponit mutare statum, non est ei securum longo tempore manere in rerum dispositione, quia in longo tempore multa impedimenta incidere possunt, & illa incidere verisimile est, cùm diabolus inuideat tendentibus ad alta, & procuret eis impedimenta. Et tunc homo erit sibimet in culpa, cùm per longam dispositionem sibi præstiterit ista impedimenta, cùm sciret verisimile esse talia accidere: maximè qa ille, qui vult relinquere seculum, & diu manere in dispositione rerum, hoc ideo facit, vt maiora precia possint pauperibus erogari de rebus suis. Hoc tamen non est tantæ necessitatis, nec tam desiderabile, ut per istud debeat homo retardari aliquanto tempore a proposito perfectionis. Sic dicit Hieron. in eadem epistola ad Paulinum, scilicet. Si habes in potestate rem tuam, vende: si non habes, proijce. Tollenti tunicam, & pallium relinquendum est, scilicet, nisi tu semper recrastinans, & de die in diē trahens caute, & pedetentim tuas possessiunculas vendideris, non habet Christus vnde pauperes alat suos: quasi dicat. Etiam si tu non manseris longo tempore disponendo, vt caute vendendo magna precia pauperibus eroges, habet Christus multa alia, vnde pauperes alat: Ideo non est curandum propter hoc diuturnam facere dispositionem: ideo dicebat Hiero. quòd si aliquæ res non possunt disponi, nisi cum difficultate, debemus illas dimittere, vt pereant. Vtpotè si alicui volenti intrare religionem debentur aliqua, quæ recuperari non possunt, nisi litigando, consultius sibi est dimittere, vt pereat res, & non litigare, quàm diuturnè fortassis litigare, & postea rem per iudicium acquisitam pauperibus erogare. Sic dicit Hieron. ibidem, scilicet. Si habes in potestate rem tuam, vende: si non habes, proijce. idest, permitte illam perdi. Et subdit ibi causam, scilicet, tollenti tunicam pallium relinquendum est, scilicet, si quis habet tale propositum perfectionis, non solùm non debet litigare pro his, quæ iam debita sibi sunt, sed etiam si de nouo auferantur, debet dimittere, vt non litiget: nec ob hoc esset minoris meriti dans pauca pauperibus, quia celeriter non dedit, quàm dans magna precia, quæ per longam venditionem accepit. Quia illa, quæ pereunt, etiam Deo damus, cùm propter illum perire illa permittamus. Quomodocunq; ergo det, qui religionem intrat, se & omnia Deo dat: maximè quia qui celeriter vendidit, citius intrat perfectionem, vel perfectionis viam, quàm qui vendendo moratus est, & in hoc recompensantur precia maiora, quæ alius pauperibus erogauerat.

An Iacobus, & Ioannes malum faciebant dimittendo patrem. Quæst. CXII.

QVAERITVR, an Iacobus, & Ioannes malū faciebat dimittendo patrem solum. Aliquis dicet, quòd sic, quia isti erant pauperes, ut ait Chrysost. super Matth. Et dicit, quòd magna pietas erat istorum filiorum, ꝙ in tanta paupertate patri succurrere tenebantur: ergo non dimittere eum, vt ei in paupertate sua necessaria ministrarent. Item homo ex necessitate præcepti tenetur honorare patrem. Exod. 20. iste autem honor non consistit in solo verbo, & exterioribus cæremonijs reuerentiæ, sed maximè consistit in prouisione circa necessaria, scilicet, in alimentis. Sic Christus asserit increpans Pharisæos, & legis peritos dicens, quòd transgrediebantur legem Dei facientes, quòd filij solùm honorarent parentes verbo, & nihil aliud eis impenderent. Vnde ipse uoluit honorem paternum esse in hoc, quòd sibi prouideatur. Sic dicit Aristo. 10. Ethic. ponens, quòd circa alimenta magis debet prouidere filius patri, quàm sibi ipsi: & tamen ab isto præcepto Dei nemo absolutus est, ergo non poterant isti dimittere patrem.

Item sicut dicit Aristo. 8. Ethic. in fine, quòd filio nunquam licet abnegare patrem, nec relinquere, quia semper est debitor, & debitori nunquam licet abnegare creditorem: ideo dicit, quòd filio non licet relinquere patrem, nisi efficiatur incurabilis in malitia. Patri autem licet abnegare, vel relinquere filium: ideo non licebat istis relinquere patrem in tempore senectutis.

Item, quia dicit Chrysostomus super Matthæum, quòd ad magnam pietatem Iacobi, & Ioannis pertinebat, quòd sicut patri in tanta paupertate succurrebant, vt eum secum in naui baiularent, non vt ille istos adiuuaret in opere, sed vt ipsi eum consolarentur sua præsentia. Et sic cùm iste senex haberet filios tāquam solatium senectutis suæ, non liceret eis relinquere patrem, quia per hoc affligeretur pater. Item isti, vel saltem aliqui eorum filios habebant, & illos etiam relinquere non liceret, si paruuli essent. Item aliqui eorum habebant uxores, quas relinquere non poterant, quia vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier: & mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir. 1. Corin. 7.

Dicendum, quòd istis licuit relinquere patrē. Nam vt supra dictum est, isti vocati obligabantur sequi Christum vocantem, & hoc non poterant nisi patrem relinquerent, ideo non solùm licebat patrem relinquere, sed etiam obligabantur relinquere. Et sic fecerunt, quia dicitur. Illi autem relictis retibus, & patre secuti sunt eum. Hoc autem Christus uolebat, quòd homo propter ipsum relinqueret patrem, & matrem, & omnia quæ haberet, & qui non relinqueret non perfectè diligebat eum, & relinquentibus patrem, & matrem, & cognatos, magna promittebat. s. ꝙ qui reliquerit domum, fratres, sorores, patrem, matrem, vxorem, aut filios, acciperet uitam æternam. infra 19. & Mar. 10. & ad hoc Christus dixit se uenisse, scilicet. Non veni mittere pacem in terram, sed gladium: Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & mulierem aduersus matrem suam. infra 10. Licitum ergo erat separationes istas fieri, cùm ad eas Christus uenisset faciendas, Christus etiam non promisisset pro his centuplum, & insuper vitam æternam, nisi ista facere bonum esset. Vnde aliquando Christus expresse iubebat quibusdam patres relinquere, sicut patet Luc. 9. de illo, cui dixit, sequere me. Et ille ait: Domine permitte me primum ire, & sepelire patrem meum. Et Christus dixit: Sine, vt mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade, & annuncia regnum Dei. Ad primum dicendum, quòd filij tenentur patribus prouidere in necessarijs, inquantum possunt honeste facere, non tamen ob hoc obligantur cessare ab alijs actibus bonis, vt solùm studeant in prouisione patrum. Vnde licet eis dimittere patres, vt ad altiorem viuendi viam tendant. Quod verum credo, nisi patres essent quasi in extrema necessitate, nec aliter eis prouideri posset, nisi per filiorum ministrationem: quia tunc contra omnē charitatis viam esset illos deserere. Sed quando possunt aliqualiter sustentari, etiam si sint in paupertate satis arcta, non tenentur filij cessare à proposito vitæ excellentioris, si illud conceperunt, vt patribus ad nutritionem semper assistant. Istud autem verum est de illis, qui spontè ad religionem transeunt, vel ad aliquā excellentem vitam, secus de illis, qui vocantur à Christo exteriori vocatione. Nam ibi nihil oportet distinguere, quòd etiam si sint patres in extrema necessitate: immo in ipso mortis articulo, & Christus vocaret, omnia dimittenda essent, quia ipse scit necessitates, quas nos patimur, vel statum, in quo sumus, & si velimus etiam manere, quàm eum vocantem sequi non vocaret. Sed adhuc dicendum de Zebedæo patre Iacobi, & Ioannis, quòd non solùm ab eis Christo vocante deseri potuisset, sed etiam si ipsi concepissent propositum alicuius excellētis vitæ, quia ille non erat omnino pauper, ita vt sine filiorum ope viuere non posset. Nam habebat nauem, & mercenarios, qui cum eo piscabantur. Quia Marc. 1. dicitur, & relicto patre suo Zebedæo in naui, cum mercenarijs secuti sunt eum. Et sic poterat iste viuere sine filijs: vnde illi libere poterāt ire, quò vellent propter desiderium excellentioris vitæ. Ad secundum dicendum, sicut supra quòd tenetur homo honorare patrem, non solùm verbo, sed maximè impendendo necessaria, & tamen non tenetur ob hoc non prosequi propositum excellentius, si aliquod conceperit. Eo autem tempore quo manserit apud patrem, tenebitur ei iuxta vires decenter prouidere. Et cùm dicitur, quòd non est quis absolutus ab obseruatione istius mandati, concedendum, quòd etiam filius manens in religione inquantum non repugnat voto suo, nec puritati religionis, tenetur patri subuenire in necessarijs. Ideo si accidit, quòd aliquid possit, tenebitur ad illud. Non est tamen sensus, quòd propter hoc filius debeat manere semper eo modo, quo melius possit patri prouidere. Istud autem militaret contra charitatem, scilicet, quòd impediretur homo à maiori bono ex necessitate propter minus bonum: maximè cùm vtrumque sit compatibile, quia etiam si filius non prouideat patri, non peribit pater in casu dato, cùm possit aliter sustentari: licèt in grauiori paupertate, & maiori difficultate. Et tamen adhuc ab obligatione præcepti filius, poterat quis totaliter absolui in casu isto, cùm Christus expresse iuberet dimitti omnia, & sequi ipsum. Ad tertium dicendum, quòd filio nunquam licet abnegare patrem, ita vt dicat se ei nihil debere, quia semper debet, cùm non sit possibile, quòd ei æqualia reddere possumus. 8. Ethicor. Ideo necesse est, quòd semper obligati maneamus. Potest tamen filius dimittere patrem, idest, recedere ab eo, vt alterius vitæ excellentioris vsum teneat. Et tamen ibi non potest adhuc patrem abnegare dicendo nihil se illi teneri, quia tenetur semper, & si occurrerit, quòd non faciendo contra puritatem religionis suæ possit in aliquo patri agenti ministrare tenetur, vt dictum est. Ad quartum dicendum, quòd licèt sit magna consolatio patribus in senectute filios habere, parentes tamen si inopia non vrgeat, in qua filij prouidere debeant, pro causa satis leui possunt filij patres deserere. Si autem inopia vrgeat dicendum est, sicut supra. Ad quintum dicendum, quòd si filij erant iam aliqualiter adulti, poterant viuere sine patrum ope, & sic licebat eos relinquere. Si autem paruuli apud matres alendi erant, Ideo hoc non obstabat, maximè quia etiam

si essent paruuli infra triennium, & matres non haberent: Christo tamen vocante, necesse erat eos relinqui: cùm etiam mortem subire necesse sit, si Christus iubeat. Ad sextum dicendum, quòd hic multæ difficultates occurrunt, scilicet, an per vocationem Christi soluebatur matrimonium, vel an poterant uxores reuocare viros à Christo vocatos: & an tenebantur reddere debitum vxoribus, si ille vellent sequi illos euntes cum Christo: & an Apostoli uxores secum duxerint, & multa alia dubia circa hoc, de quibus, & de toto apostolorum statu dicetur. infra 10.

An Iacobus, & Ioannes tenerentur sequi Christum, si eorum pater hoc prohibuisset. Quæst. CXIII.

QVAERITVR, si Zebedæus pater Iacobi & Ioannis dixisset eis, quòd non sequerentur Christum, quando vocati sunt, an deberent cessare. Aliquis dicet, quòd tenebantur manere, & obedire patri iubenti. Pertinet autem ad mandatum de honorando patrem, à quo nunquam filius absoluitur: ideo tenebantur isti semper obedire. Item, quia secundùm legem Moysi erat posita maior obligatio, & adiecta pœna, scilicet, quòd filij non obedientes patribus lapidarentur. Deuteronom. 21. scilicet. Si genuerit homo filium contumacem, & superbum, & proteruum, qui non audiat patris atque matris imperium, & coercitus obedire contempserit, appræhendent eum, & ducent ad seniores ciuitates illius: Et ibi sequitur, quòd populus ciuitatis lapidibus obruet eum. Et sic isti tenebantur ad obediendum patri.

Dicendum, quòd etiam si Zebedæus vetuisset Iacobo, & Ioanni sequi Christum, tenebantur eum sequi, quia nullum præceptum potest obligare contra Deum, cùm ipse sit supremus. Isti autem cognoscebant Iesum esse Deum, vel saltem Messiam, & in illo esse diuinam virtutem propter miracula, quæ eum facere viderant, ideo tenebantur ei obedire. Item, quia non solùm in vocatione exteriori, quæ est expressa, sed etiam in interiori, quæ non est tam determinata, vel etiam si nulla uocatio esset, dum tamen quis concipiat propositum melioris vitæ, pater non potest eum prohibere, & si prohibuerit, non est obediendum. Et hoc Christus satis apertè voluit dicens, quòd venerat separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, &cæt. Istud tamen non est, nisi quando aliud vult pater, & aliud vult filius. Ergo Deus vult, quòd interdum filius non obediat patri, nec filia matri, & sic maxime, quando Deus expresse aliquid iubet. In hoc casu tamen Christus vetuit istam contradictionem, quia cùm ipse vocauit Iacobum, & Ioannem Zebedæus pater eorum non repugnauit, sed mansit in pace in naui cum mercenarijs suis. Marc. 1. Ad primum dicendum, quòd obligatur homo obedire patri, & tamen si constet mandatum suum esse contra Dei mandatum non obligat: vel si aliquo modo militat contra charitatem, tollendo viam ad maius bonum. Ad secundum dicendum, quòd istud non tenet, si filius semel esset inobediens patri, sed si esset assuetus ad obedientiam, & monitus non desisteret, & insuper vacaret commessationibus, & luxuriæ, vt ibidem: istud autem non conueniebat in proposito, maximè, quia nulla inobedientia erat hic, quia inobedientia non est, nisi quando contemnitur præceptum, quod obligat. Et tamen hic non poterat præceptum patris obligare istos contra præceptum Dei: ideo non poterant esse inobedientes.

Et circuibat Iesus totam Galilæam docens in Synagogis eorum: & prędicans Euangelium regni, & sanans omnem langorem, & omnem infirmitatem in populo. Et abijt opinio eius in totam Syriam. Et obtulerunt ei omnes male habentes varijs langoribus, & tormentis comprehensos: & qui dęmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Et secutę sunt eum turbę multę de Galilęa, & Decapoli, & de Ierosolymis, & de Iudęa, & de trans Iordane.

Et circuibat Iesus. Hic ponitur coadunatio populi ad Christum quantum ad multitudinem populorum, & turbarum. Et dicitur, quòd circuibat Iesus totam Galilæam, ideſt discurrebat per singula loca Galileę prædicando in illis: hoc dicitur, quia prædicatio Christi inchoata fuit in Galilęa in vrbe Capharnaum, vt patet supra in littera, & non manebat Christus semper in eodem loco, sed discurrebat prędicādo per omnia loca. *Docens in Synagogis eorum.* Synagoga eorum erat locus, ad quē Iudæi conueniebant ad orationem, & ibi Christus prędicabat multitudini congregatæ. *Prędicans Euangelium regni*, ideſt annunciabat regnum cœlorum istis, quibus prædicabat. Nam Marc. 1. dicitur: venit Iesus in Galilęā prędicans Euangelium regni Dei. Potest aūt duplicitèr accipi regnum Dei hic. Vno modo pro regno cœlorum. Et tunc est sensus, quòd prædicabat regnum Dei, ideſt quòd annunciabat hominibus, quòd peruenirent ad regnum cœlorum, & in promptu erat illuc peruenire. Alio modo accipitur regnum Dei pro statu noui testamenti, & in vtroq; modo Euāgelium dicitur esse regni Dei. Nam regnum cœlorū, siue vitam æternam habet Euangelium, ideſt denunciatur in Euangelio. Quia nihil est, per quod homines clarè intellexerūt se posse peruenire ad vitam æternā, nisi per Euangeliū: quia in lege veteri non promittebatur expressè vita æterna, sed bona temporalia: accipiendo etiam pro statu noui testamenti, verum est, ꝙ status noui testamenti Euangelium habet, cùm Euangelium Christi non fuerit nisi in statu noui testamēti, & per istud dirigitur totus status iste. Primo tamā modo accipitur hic, s. ꝙ prædicaret Euangelium regni, id est euangelizaret, vel annunciaret, ꝙ regnum cœlorū appropinquabat, sic dicitur supra, ꝙ Christus prædicabat dicens: Pœnitentiam agite, appropinquat regnū cœlorum. *Et sanans omnem languorē, & omnem infirmitatem in populo*, i. non solùm prædicabat, sed etiam in oībus illis populis, in quibus erat, curabat infirmos. Vocatur hic languor infirmitas grauissima, sicut sunt maximæ infirmitates incurabiles, & oēs illas Christus curabat: quia in illis magis virtus sua ostendebatur. Infirmitas vocatur leuis ęgritudo, vt febres, & quidā dolores, vel passiones cōes. Dicit in Chrysost. super Mat. ꝙ infirmitas est corporum, & languor est animarum. Vel dicit, ꝙ per languorē intelligimus aliquam passionem animæ, vt auaritiam, libidinem, & huiusmodi: per infirmitatem aūt, infidelitatem, per quam quis infirmatur in fide. Vel per languores intelliguntur grauiores corporis passiones, per infirmitatem autem leuiores. Ista expositio vltima Chrysost. est melior, quia hic loquitur Matt. de illis curationibus, quas Christus faciebat per quas potestatem suam ostēdebat, & sequebatur eum populus: curādo tñ aliquas passiones animę, nihil ostē debat de virtute sua, quia illæ passiones non sunt manifestę, vel saltem curationes earum non videbantur. Id tamen per quod aliquid probatur, debet esse manifestum. Ideo Matt. solùm loquitur de passionibus, quę erant in corpore. *Et abijt opinio eius in totam Syriam.* Faciebat Christus curationes mirabiles, quales nūquam a sæculis auditæ fuerant, ideo diuulgarum est nomen suum, non solùm in Galilęa, & Iudęa, sed etiam in alijs regnis vicinis, vbi Gentiles morabātur, & ita est de Syria, quę apud Iudæam est, de qua infra dicetur. *Et obtulerunt ei omnes male habentes.* i. offerebant ei, quia nō poterant in aliquo tēpore simul omnes infirmos Christus curauit oēs male habentes, quos obtulerunt ei. ꝙ in quocunq; loco pradicabat, offerebāt ei infirmos, qui erant in loco ipso, & curabat eos. Aliquos ēt infirmos portabāt de exterioribus regionibus, sicut de Syria, & alijs partibus, de quibus multi conueniebant ad Christum: & tunc quidam Rex Syriæ noīe Abagarus misit ad Christum literas, vt eum sanaret, de quo dicetur infra in quadā quæst. *Varijs langoribus, & tormentis comprehensos.* Langor est infirmitas non multum dolorosa. Tormentum est grauis infirmitas dolorem inferens. Sic dicit Remigius, s. Per langores, & tormēta varias vult intelligi infirmitates, sed leuiores, cùm dicit varijs langoribus. Glo. dicit, ꝙ lāguor est morbus diuturnus: tormentum est morbus acutus, vt dolor lateris, & hmōi. Omnia autem genera infirmitatum Christus curabat, vt videretur, ꝙ non virtute naturæ, sed diuina operaretur, quia virtus naturæ valet ad curādum quosdam morbos, sed non omnes. *Et qui dæmonia habebant.* Multos curauit Christus habentes dæmonia: ita vt Iudæi mirarentur, & quidam dicebant, ꝙ in testate dæmonum eijciebat dæmonia, s. in Beelzebub principe dæmoniorū dæmonia eijcit 7. 12. & Luc. 11. inter Iudæos quoque erant aliqui, qui dæmonia eijciebant, de quibus Christus dixit infra 12. Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vestri in quo eijciunt? q. d. Eiiciunt dæmonia sicut ego: sed vos non confitemini, ꝙ ipsi eijciant illa in potestate dæmonum, ideo nec debetis dicere, ꝙ eijciam illa in potestate Beelzebub. *Et lunaticos.* Isti sunt, qui patiuntur ægritudinem quandā in capite, secundum diuersa tempora cursus lunæ, de quibus dicetur infra in quadam quæstio. *Et paraliticos.* Dicuntur paralitici illi, qui habent aliquam partem corporis, quam mouere non possunt, ad arbitrium suum, sed sunt membra illa quasi separata a reliquis membris, quæ mouentur per arbitrium nostrum. Vnde paraliticus idem est quòd dissolutus, sic dicit Rabanus, paralitici sunt corpore dissoluti. Paralisis enim Græcè, Latinè dicitur dissolutio. *Et curauit eos.* Et curabat, quia non solùm fecit Christus hoc semel, sed in consuetudinem ei erat sanare infirmos, quandocunque offerrentur, nisi forte eorum infidelitas hoc impediret. *Et secutę sunt eum turbę multæ.* Videntes miracula, quæ Christus faciebat, & doctrinam suam confluebant ad eum, & desiderabant valde accedere ad ipsum, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Luc. 6. *De Galilæa.* Duplex est Galilæa, scilicet, quædam Iudæorum, & quædam Gentium, vt ait Hieron. super Matth. de quo supra declaratum est, & de vtraque Galilæa veniebant ad Christum: & posuit hic Matthæus ante cæteras prouincias de quibus veniebant ad Christum, quia Galilæa fuit prima, in qua Christus prædicauit. Ibi enim incæpit prædicare, vt patet supra in litera, & Marc. 1. Et fuit hoc in ciuitate Capharnaum supra in litera. Ideo de hac conuenerunt ad Christum multi prius, quàm de alijs prouincijs. *Et Decapoli.* Est Decapolis nomen prouinciæ, & significat decem ciuitates, & est nomen ciuitatis Græcum, & dicitur à decas, quod est decem, & polis, quòd est ciuitas, quia decem continet ciuitates. Nomina autem istarum sunt, quæ infra dicuntur, scilicet, Thieriās, Saphet, Cedis, Nephtali, Asor, Cæsarea, Capharnaū, Iocapata, Bethsaida, Corozaim, Bethsaīn: & vocatur tota ista regio Cabul, & Iturea, & Roob Galilæa Gentium, & extendit se vsque ad Beritū, quæ est ciuitas in littore maris Mediterranei, & distat per 20. Leucas à Sidone, quæ erat olim ciuitas famosissima. *Et de Ierosolymis.* Ideſt, de ciuitate Ierusalem, & de locis propinquis, quia tam ipsa ciuitas, quàm loca ei adiacentia Ierosolyma vocatur. *Et de Iudęa.* Prouincia est nominata à Iudæis, quæ aliquando variè accipitur, ut dicetur infra in quadam quæst. *Et de trans Iordanem.* Iordanis est fluuius in terra Chanaan, in qua Iudæi habitabant, & ad partem orientalem illius fluuij habitabant duæ tribus, & dimidia, scilicet, Ruben, & Gad, & medietas tribus Manassæ: ad occidentalem verò partem Iordanis habitabant reliquæ nouem tribus, & dimidia: unde aliquando illi, qui habitabant ad orientalem partem Iordanis dicebantur esse trans Iordanem, & aliquando dicebatur hoc de illis, qui habitabant ad occidentalem partem Iordanis. Et tamen communiter in scriptura dicuntur esse trans Iordanem illi, qui sunt ad orientalem partem. Ista autem prouincia, quæ dicitur, scilicet, illa in qua habitabant duæ tribus, & dimidia, vt dictum est, quia etiam de illa multi nūc conueniebant ad Christum.

gente, qui facit iustitiam acceptus est illi. Actu. 12. Non ergo solùm prædicauit Christus in Nazareth, sed in tota Galilæa, & non solùm in Galilæa, sed etiam per alias prouincias discurrebat. Sic dicit Remigius, scilicet. Vt autem non sint acceptores personarum, docentur prædicatores per hoc, quòd subiungitur, circuibat totam Galilæam: ut autem uacui non discurrant docentur per hoc, quòd subditur, docens. Quartò fuit hoc propter necessitatem Verbi Dei, quia Christus uenerat ad annunciandam ueritatem Verbi Dei, sicut ipse dixit Pilato. Ioa. 18. scilicet. In hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeā ueritati: & tamen ista ueritas erat necessaria omnibus, ideo Christus uoluit omnibus quibus poterat prædicare. Et propter hoc, quando in aliqua ciuitate rogabatur longo tempore manere, nolebat, sed dicebat. Alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum, Lucæ. 4. Quintò faciebat Christus hoc, quia aliàs non poterat prædicatio sua esse: quia à principio prædicationis suæ ipse erat quasi incognitus. Et propter hoc rari uenire uellent ad audiendum eum. Postquam uerò miracula sua cognoscerentur, omnes uellent ad eum confluere. Et quia si in uno loco Galilææ solùm prædicaret, esset cognitus apud paucos, etiam si faceret aliqua miracula. Vt ergo in breui tēpore à toto populo cognosci posset, non solùm in terra Iudæorum, sed etiam in propinquis regionibus uoluit discurrere per diuersa loca, & sic in breui ab omnibus cognitus est. Postquam autem fuit cognitus, non erat necesse ipsum discurrere per diuersa loca, quia Gētes de diuersis locis, & prouincijs confluebant ad eum, & sequebantur ipsum ubicumque esset. Ideo etiam si aliquando se occultare uellet, quærebant eum: Sic dicitur Ioan. septimo, quòd cùm Christus non iuisset in Ierusalem ad Pascha, Iudæi quærebant eum in die festo, & dicebant: Vbi est ille? Sic etiam iterum instante passione eius, cùm non auderet publicè ambulare in Iudæa, fuit trās Iordanem, & ibi manebat, & illuc multi confluebant ad eum. Et interdum tanta multitudo conueniebat, quòd non permittebat ipsum cibum sumere. De his patet Ioan. 10. & Marc. 3. A principio tamen prædicationis Christus maximè discurrebat, quia nondum erat cognitus, & ista fuit causa potissima, quare discurreret per diuersa loca.

Quòd dicitur hic, quòd Christus circuibat totam Galilæam prædicando. *Quæst.* CXIIII.

QVAERITVR, quare hic dicitur, ꝙ Christus circuibat totam Galilæam prędicando. Dicendum, quòd propter multa. Primò, quia ut quidam dicunt, voluit in hoc prædicatoribus exemplum dare. s. ne semper maneant in eadē ciuitate, uel loco, sed discurrant per diuersa, ut omnibus annuncient uerbum Dei. Sicut dixit Paul. qui erat prędicator. ad Ro. 1. Sapientibus, & insipientibus debitor sum, ita & quantum in me est promptum est his, q Romæ sunt prædicare. Sicut ergo Paulus debebat se debitorem omnibus ad annunciandum illis Euangelium: ita, & prędicator nō debet semper in eodem loco prędicare. Sic dicit Remigius: In hoc doctorum uita instruitur. Vt enim non sint pigri docentur per hoc, ꝙ dicitur circuibat Iesus. Secundò quia Christus erat medicus animarum, & quia sicut uadit medicus ad ęgrum, quando ęger non potest ire ad medicū, ita Christus nunc ibat ad prædicandum per omnia loca. In quo etiam Ecclesiæ pastores instruit: sicut dicit Chryso. super Matth. Quia enim illi, ut debiles ad medicum uenire non poterant, ipse sicut studiosus medicus circuibat grauiter ægrotantes. Et Dominus quidē gonis pastores considerando debent circuire singulas populi passiones, ut ad remedium passionis eorum ali quod medicamentum in Ecclesia proferatur. Tertiò Christus circuibat, ut non se ostenderet fauorabilem, solùm forte prędicaret in terra sua, in qua inceperat. Nazareth, & in Galilæam prædicare cępit, ut patet supra de Galilæa Christus oriundus erat. s. de ciuitate Nazareth, quæ erat ciuitas sua, uel in locis propinquis, ubi erat fauorabilior esse illis Gentibus, quàm cętera. Et tamen circa ea, quæ ad eum pertinent fauor nullus non accipiat personarum haberi debet, cùm ipse Deus aut acceptio personarum

Alph. Tost. in Matth. Comm.

Quare Christus discurrebat per diuersa loca prędicando, cùm tamen Ioannes Baptista hoc non fecisset. *Quæst.* CXV.

QVAERITVR, quare Christus discurrebat per diuersa loca, cùm Ioannes Baptista, qui etiam prædicator erat, non discurreret, sed manebat ipse apud Iordanem prædicans, & illuc confluebat populus ad eum de tota terra Iudæorum, ut patet præced. c. & Mar. 1. & Luc. 3.

Dicendum, quòd Ioannes Baptista non debuit discurrere in prædicando, quia non erat ei conueniens: Christo autem fuit conueniens discurrere: non conueniebat enim Ioanni propter multa discurrere. Primò, quia repugnabat intentioni Ioannis, quia ipse missus fuit tanquam præcursor Christi. Lucæ 1. & hoc uidelicet baptizando, ut dum Christus ad eius baptismi ueniisset, baptizaret eū Ioā. & cognosceret eum, & ostenderet toti populo, & ista fuit causa baptismi Ioannis, vt patet Ioan. 1. scilicet: Ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israel, propterea ego veni in aqua baptizans, ideſt: Ad hoc fuit baptismus meus in aqua a Deo institutus, vt Christus manifestetur in Israel, ideſt, cognoscatur ab omnibus, quòd sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Messias, & ita factum est, quia cùm quadam die Christus esset coram Ioanne, presente populo Iudæorum Ioannes ostendit Christum digito dicens: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Ioan. 1. & istud erat dicere, quòd ipse erat Messias, & Deus: cùm posset tollere peccata. Ad istam autem ostensionem faciendum de Christo, oportebat, quòd totus populus Iudæorum, vel magna pars eius præsens esset. Et quia si Ioannes discurreret per diuersa loca, non confluerent ad eum tot populi, scientes, quòd Ioannes ad loca ipsorum iturus esset, & sic non posset in aliquo loco fieri conuenienter ostensio de Christo. Nunc autem, cùm scirent Iudæi, ꝙ Ioannes non discurreret per diuersa loca, concurrebant omnes ad locum in quo ipse erat, & ibi poterat Christus conuenienter ostendi, & sic non conueniebat Ioannem discurrere per diuersa loca. Secundò erat hoc, quia Ioannes habebat principaliter officium baptizandi, & confluebat totus populus ad baptismum. Ideo debebat Ioannes manere in loco vbi essent aquæ multæ, vt ibi conuenienter populus baptizari posset: Sic dicitur Ioan. 3. quòd Ioannes erat in Aenon iuxta Salim, quia ibi erant aquę multę: & ob hoc, quia non erat aliquis locus conueniens ad baptizandum sicut Iordanis, quia in ipso flumine erāt aquæ multæ, prædicabat Ioannes apud Iordanem, & ibi baptizabat. præced. cap. & Mar. 1. & Luc. 3. Et quia non esset in singulis locis copia sufficiens aquarum ad baptismum totius populi, erat conueniens, ꝙ Ioan. maneret apud Iordanem semper baptizans, quàm ꝙ discurreret p diuersa loca. Tertiò fuit hoc, quia si Ioā. deberet discurrere, hoc maximè esset, vt ipse famam acquireret, & postea omnes ad eum confluerent, & tamen Ioannes sufficientem famam habebat apud Iudæos, etiam si non discurreret. Et hoc propter illa quæ apparuerant in natiuitate, & conceptione eius: quæ fuerunt manifesta toti Israel. Et omnes qui audiebant admirabantur, & dicebant, quis putas puer iste erit coram Domino? Luc. 1. Ideo quando prædicare inciperet iam cognitus esset. Item, quia Ioannes erat maximæ sanctitatis propter vitam valde austeram, qualem nullus vnquam ante ipsum habuerat, & propter hoc erat apud Iudæos notissimus, vnde discurrere non erat ei necessarium ad hoc, ꝙ cognosceretur. Secus autem fuit de Christo, quia ipse nolebat facere aliquam ostensionem, propter quam oporteret totum populum coniunctum esse, ideo conueniens ei erat discurrere per loca diuersa, vt sic facilius, & magis in breui cognitus esset, & sermo suus peruenire ad omnes. Secundum etiam, qđ erat in Ioanne, non conueniebat Christo, quia ipse non habebat officium baptizandi, sicut Ioannes, sed officium prædicandi. Et dato, ꝙ baptismum instituerit, non baptizabat ipse aliquos, sed discipuli sui illos baptizabant. Ioā. 4. Ideo nō oportebat, ꝙ Christus maneret in aliquo loco speciali sicut Ioannes apud Iordanem propter copiam aquarum, sed erat ei conueniens discurrere. Tertium quod erat in Ioanne non conueniebat Christo, quia Ioannes erat cognitus, quando prædicare incępit: sicut dictum est. Christus autem non erat cognitus sicut Ioannes Baptista. Quia licèt in natiuitate Christi apparuerant aliqua miracula, de quibus supra 2. & Luc. 2. tamen illa non fuerunt manifestata omnibus Iudæis, & maximè, quia ipsa persona Christi fuit occultata: quia licèt aliqui viderent miracula, quæ fiebant propter ipsum, sicut in apparitione stellæ, & in aduentu Magorum: non tamen cognoscebant determinatè Iudæi quis erat ille, propter quem miracula ista fierent: & hoc, quia Christus noluit esse tunc incognitus propter Herodem, qui eum persequebatur. supra 2. Item non erat Christus ante hoc cognitus propter sanctitatem vitæ, sicut Ioannes: quia licèt Christus esset sanctissimus omnium hominum, immo ipse omnes sanctificat: tamen non habuit austeritatem vitæ, in qua Iudæi putabant esse sanctitatem. Ioannes enim in hoc fuit valde excellens, quia nulla ante eum fuerat in aliquo homine maior austeritas: Christus autem non habuit vitam austeram, sed mediocrem in cibo, & potu: sicut cæteri homines temperati: & interdum Iudæi increpabant eum, quasi manducantem cibum, & potum dicentes: Hic est vorax, & potator vini, & publicanorum amicus. infra 11. & Luc. 7. Non ergo erat Christus cognitus apud Iudęos, sicut Ioannes in principio prædicationis suæ: ideo oportebat, quòd ipse discurreret prædicando per diuersa loca, vt cognosceretur: licèt Ioannes non discurrerit.

Quare dicitur, quòd Christus prędicabat in synagogis.
Quæst. CXVI.

QVAERITVR, quare dicitur, quòd Christus prædicabat in Synagogis. Dicendum, quòd faciebat hoc propter plura. Primò ad tollendum suspitionem, quæ poterat esse contra doctrinam suam. Nam ille, qui malum agit lucem odit, & vult, quòd non ueniant opera sua in manifestum. Et propter hoc de iure sunt prohibita conuenticula secreta, & maximè fieri prædicationes in occulto. extra de hæreti. cap. ex iniuncto. Et magis est hoc in prædicationibus, quàm in alijs actibus: quia nullus error potest esse periculosior, quàm ille, qui est in fide: cùm fides sit fundamentum totius ędificij spiritualis. Fides autem maxime in prędicationibus debet dici, ideo prędicatio debet esse publica, ne quis possit seminare falsam doctrinam. Nam si in publico erraverit, ab omnibus arguetur. Propter hęc ergo Christus publice prædicauit, scilicet, in Synagogis, vbi omnes Iudęi conueniunt: vt appareret, quòd non intendebat aliquem errorem seminare, nec esset aliqua suspitio contra ipsum, sicut patet Ioan. 18. quando Caiphas quæsiuit a Christo de doctrina sua, & dixit: Ego palam loquutus sum mundo, ego semper docui in Synagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt. In occulto autem locutus sum nihil, quasi dicat. Non potes suspicari aliquē errorem in doctrina mea, quia non docui aliquid in occulto, sed semper in publico, vbi non possem mentiri. Et conueniebat hoc Christo maximè propter duo. Primò, quia doctrina sua erat noua: Nam non prædicabat id quod erat in lege Moysic, sed alia multum differentia, sequenti cap. Vnde Iudæi mirabantur dicentes: Quæ nam doctrina hæc nouа est? Marc. 1. In nouitatibus autem est maior cautela suspicandi, quàm contra vetera, quę iam probata sunt. Secundò propter personam docentem, nam Christus cognoscebatur a Iudæis maximè a Nazarenis, ꝙ esset vir simplex, qui nunquam literas didicisset, Io. 7. scilicet: Et mirabantur Iudęi dicentes, quomodo hic literas scit, cùm non didicerit? & Mar. 6. dicitur, quod viri Nazareth scandalizabantur in doctrina Christi dicentes: Vnde huic hęc omnia, & virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur? Nonne iste est filius fabri, & Mariæ? Et sic Iudæi, cum scirent, quòd Christus nunquam didicerat, & nunc subitò dicebat ista admiranda, suspicabantur, quòd forte hoc a dæmone proueniret. Vnde sicut dixerunt ei, ꝙ in Beelzebub principe dæmoniorum ejiceret dæmonia, infra 12. & Luc. 11. Ita dicere possent, quòd doctrina eius esset a dæmonibus. Et quia dæmon semper intendit fallere hominem, & inducere aliquod malum, esset magna suspitio contra Christum in doctrina sua, an aliqua falsa, & erronea

contineret. Si autem in occulto aliquid prædicaret, esset confirmata suspitio contra eum. Ideo nihil debuit in occulto prædicare: ita ipse dixit Ioannis decimooctauo. Ego palam locutus sum mundo, in occulto autem locutus sum nihil. Secundò, quantum ad principale debuit prædicatio Christi esse in Synagogis, quia erat locus publicus, vt uideretur omnibus velle annunciare veritatem, & non per fauorem quibusdam in occulto. Sic dicit Remigius: Docentur prædicatores non esse acceptores personarum, pro eo quod videtur discurrebat, vel circuibat totam Galilæam. Vt autem non paucis, sed multis prodesse studeant, monentur per hoc, quòd dicitur, In Synagogis. Tertiò fuit hoc, vt Christus teneret consuetudinem Iudęorum. Nam ipsi consueti erant conuenire in Synagogam ad orandum, & audiēdum verbum Dei. Et hoc maximè diebus festiuis, vt sabbathorum. Nam tunc congregatis omnibus legebantur ibi libri Prophetarum, & tunc si esset aliquis, qui prædicare sciret, prædicabat populo. Et sic patet de Paulo. Actu. 13. scilicet. Et ingressi Synagogam die sabbathorum, sederunt: post lectionem autem legis, & Prophetarum miserunt principes Synagogę ad eos dicentes: Viri fratres, si quis est in vobis sermo exortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus, & manu silentium indicens, prædicare cępit. Consummata autem prædicatione dicitur, quod principes rogabant Paulum, quòd sequenti sabbatho eadem verba eis diceret. Istam consuetudinem Christus tenebat. Nam quolibet sabbatho intrabat in Synagogam ad prædicandum, vel ad orandum. Luc. quarto, scilicet. Et uenit in Nazareth, vbi erat nutritus, & intrauit secūdùm consuetudinem suam die sabbathi in Synagogam, & surrexit legere. Quartò, quia Christus volebat annunciare veritatem omnibus, & tamen nullus locus erat, in quo Christus posset plures inuenire quibus annunciaret, quàm in Synagoga ad quam concurrebant omnes Iudæi: ideo ibi prædicabat: pro hoc dicitur Ioan. 18. scilicet, ego semper docui in Synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt.

Considerandum autem, quòd hoc Christus faciebat à principio prædicationis suæ: sicut dicitur Luc. quarto, scilicet, erat prædicans in Synagogis Galileæ, & ramen postquam Christus cognitus fuit à Iudæis, & alijs Gentibus, iam non poterat prædicare in Synagogis, sed oportebat, quòd exiret in desertum, vt ibi prædicaret, quia multitudo illa iam in nullo loco capi poterat, nisi in deserto, & ibi prædicabat, vt innuitur Luc. quarto, & Marc. tertio. Et si aliquando Christus intrabat in aliquam domum, circundabatur ab omnibus, ita ut non posset ipse sumere cibum. Marc. tertio. Et etiam nemo poterat ad ipsum accedere. Vnde alii qui portantes infirmos ad ipsum, & non potentes accedere præ turba, accedebant super tectum domus, & nudantes domum, subijciebant infirmum in grato per funes. Sic patet Marc. secundo, & Luc. quinto. Ideo prædicare in Synagogis fuit Christo consuetudo à principio: postea tamen in deserto etiam sæpissimè prædicabat, nisi cùm iret in Ierusalem, quia tunc prædicabat in templo, vt patet Ioann. octauo, & 10. & 18.

Quare dicitur, quòd Christus prædicabat Euangelium regni.
Quæst. CXVII.

QVAERITVR, quare dicitur, ꝙ Christus prædicabat Euangelium regni. Dicendum, ꝙ hoc faciebat, quia solùm prædicanda sunt ea, quę necessaria, & vtilia sunt. Sic autem erat de Euangelio, quia ipsum est de necessitate salutis: cùm in eo sit virtus Dei. ad Roman. primo, scilicet. Non erubesco Euangelium: virtus enim Dei est omni credenti ad salutem. Et ex hoc instruuntur prædicatores, vt supra dictum est, quòd non prædicent fabulas, vel id quod est inutile ad salutem, sed ipsum Euangelium, quod Christus prædicauit: in quo est tota salus: & sic Apostolus increpat illos, qui nolunt audire in prædicationibus, nisi fabulas, & res curiosas, secundæ ad Timot. quarto, scilicet. Erit enim tempus cùm sanam doctrinam non sustinebunt. Et sequitur: Et à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Sed quæritur, quod Euangelium erat istud, quod Christus prædicauit: nam nullum Euangelium tunc erat scriptum, sed omnia quatuor post mortem eius scripta sunt, vt ostendimus supra super prologum illum Matthæi, qui incipit, Matthæus cum primum. Dicunt quidam, quòd Christus non prædicauit Euangelium aliquod scriptum ad aliquo de Euangelistis, sed prędicauit id, quod ipsi postea scripserunt, & sic dicebatur Euangelium prædicasse.

Videtur inconuenienter dictum, quòd Christus prædicauerit Euangelium, cùm multa, quę sunt in Euangelio non prædicauit. *Quæst. CXVIII.*

SED dicetur, quòd non stat, quia Euangelistæ scripserunt gesta Christi, & miracula, & passionem: Christus tamen non prædicauit aliquod istorum, sed solùm faciebat illa. Dicendum, ꝙ non prædicauit Christus omnia illa, quæ Euangelistæ scripserunt: licèt dixerit omnia, quæ ipse eum dixisse asseruerunt, sed dicebatur prædicare Euangelium, ideſt, annunciare veritatem, quia Euangelium nihil est nisi annunciatio, & qui prædicat dicitur Euangelizare: sicut dicitur. Dominus dabit verbum euangelizantibus in virtute multa, ideſt, dabit verbum prædicatoribus ad prædicandum. Psal. 57. Et sic annunciare, & euangelizare sunt idem, quia sicut dicitur hic de Christo, quòd prædicabat Euangelium regni, ita dicitur Luc. nono, tu autem annuncia regnum Dei. Quomodo autem dicatur Euangelium regni Dei, vel regni cœlorum, supra ostensum est.

Quare dicitur, quòd Christus prædicabat, & docebat, cum alterum dixisse sufficeret. *Quæst. CXIX.*

QVAERITVR, quare dicitur hic de Christo, ꝙ circuibat totam Galilæam prædicans, & docens: cùm sufficeret alterum eorum. Quidam dicunt, quòd docere est quantum ad pœnitentiā, prædicare verò quantum ad futura, quia prædicare est quasi prædicere, ideſt, ostendere rem antequam sit. Vtrumque autem faciebat Christus. Nam aliqua præsentia dicebat, scilicet, de correctione morum, & aliqua futura prænunciabat: sicut erat de vita ęterna. Sic dicit Remigius, quia distat inter docens, & prædicans. Docens enim de præsentibus mandatis: prædicans autem de futuris promissis. Secundò potest dici, quòd docere sit quantum ad ea, quæ sunt naturaliter iusta, sicut sunt præcepta decalogi, quę etiam nullo docente naturaliter ad obseruandum ipsa nos obligant: prædicare autem erat quantum ad ea, quæ nisi dicantur, non intelligentur: sicut est de resurrectione mortuorum, & de fœlicitate æterna. Vtraque autem Christus ostendebat. Nam aliquando prędicabat præcepta legis naturalis, sicut cùm dixit cuidam: Si vis vitam ingredi, serua mandata, infra nono. Et intelligitur de mandatis decalogi, vt apparet ibi in litera. De alijs patet, sicut infra uigesimosecundo, quando dixit de statu resurgentium, scilicet. In regno cœlorum,

rum, nec nubent, nec nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei. De his dicit Chrysostom. super Matthæm, scilicet. Docebat iustitias naturales, quas, scilicet, ratio docet naturalis, vt castitatem, & humilitatem, & huiusmodi, quas per seipsos omnes boni esse intelligunt, de quibus necessaria est doctrina, non tãtum propter manifestationem, quantum propter exercitationem cordis. Prævalentibus enim delectationibus carnalibus, scientia iustitiæ naturalis quasi in obliuionem deducta obdormit. Cum ergo ceperit doctor reprehendere carnalia mala: eius doctrina non nouam scientiam interducit, sed oblitos commonere facit. Prædicabat autem Euangelium annunciando bona, quę antiqui manifestè non audierant, vt beatitudinem cœlestem, & resurrectionem mortuorum, & huiusmodi. Tertiò potest dici, quòd docere sit quantum ad expositiones aliquas Scripturæ: quas faciebat, prædicare autem quantum ad bona futura, quæ annunciari poterant. De primo patet, quia sæpe Christus exponebat aliquam scripturam, quam Iudæi non intrellige bant. Dicit Luc. quarto, quando aperuit librum Isaiæ, & legit: Spiritus Domini super me: Et postea dixit: Hodie impleta est Scripturta hæc in oculis vestris: Per quod innuebat, ꝙ de ipso intelligebatur. Et ita, quando sæpe allegabat auctoritates aliquas, per hoc ostendebat in quo sensu intelligi deberent. De secundo supra diximus. De hoc dicit Chrysostomus super Matthæum, scilicet. Vel docebat interpretando prophetias de ipso Euangelio, aut prædicabat in se bona futura. Quartò dici potest, ꝙ hic docens, & prædicans non ponuntur tanquam diuersa, sed tanquam genus, & species, quia docere est quomodocunque notificare alteri id quod ignorat: prædicare autem est docere per modum declarationis ad populum. Et ideo vnum ponitur tanquam determinatiuum alterius, scilicet, quòd Christus docebat, inquantum veritatẽ aliquam ignotam notificabat eis quibus loquebatur. Dicebatur autem prædicare, inquantum illam proponebat publicè, & declamatoriè populo, quia alij modi non dicuntur prædicatio.

Quare Christus hic faciebat ista miracula. Quæst. CXX.

QVAERITVR, quare Christus faciebat hic ista miracula. Aliqui dicunt, quòd Christus non debuit facere miracula, quia Ioannes Baptista prędicauit, & tamen miraculum nullum fecit, vt patet Ioan. decimo, scilicet, Ioannes quidem signum nullum fecit. Et tamen credebatur Ioanni sufficienter: ergo non oportebat, quòd Christus miracula faceret. Dicendum, quòd de miraculis Christi dicetur magis latè Ioan. octauo, & tamen pro nunc dicendum, ꝙ fuit conueniens, imo necessarium, ꝙ Christus miracula faceret. Primò ad cõfirmationem doctrinæ suæ, quia aliter non poterat esse certa. Quia ad hoc, quòd aliqua propositio sit certa, ita quòd de ea nemo dubitet, vel dubitare possit: est necesse, quòd illa propositio sit per se nota. Vocatur autem per se nota, quãdo cognoscitur à principio cognoscẽdi. Est autem duplex principium cognoscendi, scilicet, intellectus, & sensus. Dicuntur aliqua esse per se nota quantum ad sensum, quando immediatè per sensum apprehenduntur: sicut id quod videtur, vel auditur. Dicitur autem per se notum quãtum ad intellectum id, quod cùm offeratur intellectui, immediatè cognoscit veritatem illius, sine aliquo discursu: nec oportet, quòd reducat veritatem illius rei in aliquid aliud. Et talia dicuntur per intellectum videri. Et ista sunt prima principia, quæ immediatè cognoscuntur lumine intellectus speculatiui, uel practici, nec resoluuntur in aliquid aliud. Si autem aliquid sit, quòd istis modis nõ cognoscatur, non uocatur per se notum: nec potest haberi certitudo de illo nisi reducatur vsque ad per se nota per quẽdam discursum rationis, quem vocamus resolutionem: sicut in speculatiuis reducimus conclusionem in principia resoluendo, & ita conclusio, quæ prius non erat nota efficitur nota, & certa per hoc, ꝙ reducitur in principia, quæ sunt per se nota, & de quibus nullus dubitare posset. Lex autem Christi, & omnia quæ ipse asserebat, non erant aliqua per se nota ad sensum, quia non videbantur, sicut resurrectio mortuorum, & vita æterna, & pœnę inferni. Ista etiam nõ erant per se nota quantum ad intellectum, quia non sunt talia de quibus intellectus immediatè sit certus: immo continẽt in se magnum dubium. Amplius autem ista non possunt reduci per resolutionem ad prima principia intellectus speculatiui, quia non pertinẽt ad res naturales, sed excedunt lumen intellectus nostri, cùm sint de eis, quę ad fidem pertinent. Ideo talia non possunt aliquo modo notificari nisi per diuinam auctoritatem, scilicet, quòd licèt per intellectum nostrum non possit uideri veritas, vel falsitas istorũ, credimus tamen Deo asserenti talia esse uera, quia scimus, quòd Deus mentiri non potest. Cùm ergo constiterit nobis, quòd Deus aliquid dixit, manifestum est, quòd verum sit, cùm ipse nunquam mentiatur. Ad hoc ergo, ꝙ Christus daret plenam probationem de veritate istorum, quæ asserebat: oportebat, quòd probaret illa a Deo esse dicta: & quia Deus non auditur loquens, non poterat probare Christus hoc, nisi per miraculum. Nam si qñ aliquid assereret, postea faceret miraculum ad confirmationem illius, manifestum est, quòd istud erat uerum, quia miraculum non potest fieri, nisi per Deum: cùm fiat per virtutem infinitam, Deus tamen non potest esse testis falsitatis, cùm ipse sit veritas. Ioan. 14. & tamen ipse non potest negare seipsum: ideo quando innocamus ad testimonium alicuius rei miraculum, necesse est illam rem esse veram. Ad hoc ergo, quòd Christus confirmaret veritatem doctrinæ suæ, oportebat ꝙ miracula faceret. Istum modum cognoscendi ueritatem rerum occultarum Deus posuit in ueteri testamento, scilicet, quod quando aliquis propheta prædiceret aliquid futurum, scilicet, aliquod miraculum ostenderet ad confirmationem illius, ꝙ crederetur: sinautem, ꝙ non obligaretur credere. Patet Deuteronom. 13. Christus ergo voluit modum probandi tenere, quem ibi tenebant prophetæ. Sic etiã Christus fecit discipulis suis, quos misit ad prædicandum, quia dedit potestatem faciendi miracula ad confirmationem doctrinæ, infra 10. & Luc. 9. & 1. Sic etiam dicitur Mar. 16. ꝙ profecti sunt discipuli, & prædicauerunt ubique Domino cooperante, & sermone confirmante, sequentibus signis. Secundò fecit hoc Christus quasi ex necessitate, quia cùm Iudæi à principio non cognoscerent de Christo quis esset, non tenebantur credere ei, nec faciebant illi iniuriam, si peterent ab eo certitudinem, quam Deus permittebat peti a prophetis, nisi miracula ostenderet: Deuteronom. 13. Ergo nec obligabantur Christo credere sine miraculo. Tertiò fuit conueniens Christum facere miracula, quia nũc incipiebat prædicare legem nouam. Et tamen Deus in principio cuiusque legis ponit aliqua miracula. Ideo nunc fuit conueniens per Christum miracula fieri. Sic dicit Chrysostomus in quadam homilia, scilicet. Considerandum autem, ꝙ vbicunque legis alicuius introductio fit, Deus miracula facere consueuit, pignora suæ virtutis legẽ tribuens suscepturis. Hominem enim facturus, hominem creauit, & tunc illi legem in Paradiso proposuit, & quando Noe legem daturus erat magna signa ostendit, & similiter Iudæis legem laturus magna prodigia ostendit, & tunc legem dedit. Ita, & tunc legem illam sublimem introducturus, miraculorum demonstratione certificat, quæ dicuntur. Quoniam enim regnũ, quod prædicabatur non apparebat, apparentibus signis ipsum manifestauit. Ad argumentum autem de Ioanne dicendum, ꝙ non est simile, quia non fuit conueniẽs Ioannem Baptistam miracula facere. Primò, quia vita sua erat tam excellens, quòd sine miraculis ei credebatur. Nam putabãt Iudæi eum esse Messiam Luc. secundo, & Actu. 13. De Christo autem non erat sic, quia non apparebat ita eius sanctitas exterior, sicut Ioannis, vt supra dictum est. Ideo indiguit miraculis ad confirmationem doctrinæ. Secundò, quia licèt Ioanni aliquam auctoritatem præstitissent miracula: si illa fecisset, Deus tamen non concessit ei aliquod miraculum facere, ne Christo æqualis videretur, vt declaratum fuit præcedenti capitu. in quadam quæstio. de hoc: Christus autem miracula facere debuit, quia propter ipso propriè miracula seruabantur. Tertiò, quia Ioannes non dixit res, in quibus esset tantum periculum si negarentur, sicut erat in rebus, quas Christus dixit, quia Ioãnes solùm venit ad ostendendum Christum, & disponendũ aliqualiter populum ad suscipiendum eum. Christus autem dedit legem, & annunciauit fidem in qua est tota salus. Ideo debuit firmius Christus probare ea, quæ dixit, quàm Ioannes. Et ad hoc erant necessaria miracula. Nam Christus voluit in omnibus facere maiorem certitudinem, quàm Ioannes fecerat. Vnde ipse dixit Ioan. quinto. Ego habeo maius testimonium Ioanne, ideſt, probatio quam ego facio de veritate dictorum meorum, est firmior, quàm testimonium, vel probatio, ex dicto Ioannis. Ista autem probatio erat in miraculis. Nam dicitur ibidem: opera, quæ dedit mihi pater, vt perficiam illa, & opera quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me. Et ista erant miracula, quæ Christus faciebat in virtute deitatis. Fuit ergo conueniens valde, quòd Christus faceret miracula, licèt Ioannes nulla fecerit: quia aliàs leuiter poterat negari quidquid ipse diceret.

Quare dicitur, quòd Christus prædicabat, & postea sanabat infirmitates. Quæst. CXXI.

QVAERITVR, quare dicitur, hic quòd Christus prædicabat, & postea sanabat infirmitates, & non è contrario. Dicendum, ꝙ istud erat secundum quosdam ad denotandum ordinem maioris vtilitatis, quia prædicatio est magis vtilis: eo quòd per eam erudimur de fide, & operatione, quæ sunt necessaria ad salutem. Miracula autem possunt pertinere aliquando magis ad curiositatẽ, & non instruimur per ea nisi referantur ad prædicationem. Secundò, & principaliter, quia miracula non erant introducta, nisi ad confirmationem eorum, quæ dicebantur: ideo prius debebat doctrina prædicari, & postea miracula fieri, vt uideretur quid erat illud, quod per miracula cõfirmabatur. De his duobus dicit Chrysostomus super Matthæum, quòd primò docet, & postea sanat propter duo. Primò, quia præmittit quod magis necessarium est: verba enim pietatis ædificant animam, & non miracula: deinde, quia verba miracu-
lis commendantur, & non è contrario. Secundò, & præcipuè dicendum, ꝙ erat necesse doctrinam præcedere ad miracula, & non subsequi, quia verba miraculis cõmendantur. Et si præcederent miracula, & sequeretur doctrina, poterat esse error mixta confirma-
tione. Si autem præcedat doctrina, non poterit esse error. Ratio huius est, quia quando aliquis aliquid dixit, & postea in testimoniũ illius aliquod miraculum fit, manifestum est, quòd Deus vult confirmare istud, cùm inuocatus in testem illius rei faciat miraculum. Si autem miraculo facto sequatur doctrina: poterit ille dicere quidquid voluerit, & non apparet an ad confirmationem istorum, quæ sequuntur Deus voluerit facere miraculum, cùm illam illud transierit. Et sic potest mentiri, etiam si miracula iam præcesserint. Patet de vtraque Deuter. 13. vbi dicitur, quòd ad hoc, quòd alicui Prophetæ credatur, debet ostendere aliquod signum in confirmationem eius, quod dixit. idem Deuteron. 18. Si tamen non faceret hoc fidem plenariam, non daret Deus istum modum cognoscẽdi veritatem Prophetiæ alicuius. De secundo patet, quia Deutero. 13. dicitur, quòd si aliquis Prophèta surrexerit, & prænunciauerit aliquod signum, & istud euenerit, & postea dixerit, eamus, & colamus Deos alienos, non debebat credi illi Prophetiæ, sed debebat occidi. Et sic apparet, quòd facto miraculo poterat quis postea falsum dicere: ideo si præcederet miraculum, & sequeretur doctrina non confirmabatur per miraculum. Si autẽ præcederet doctrina, & miraculum sequeretur, quòd confirmabatur sufficienter doctrina: ideo Christus prius prædicabat, quàm miracula faceret.

Quæ regio sit Syria. Quæst. CXXII.

QVAERITVR vlterius, quòd dicitur hic de Syria, quæ regio sit ista. Dicendum, quòd propter ignorantiam significati huius nominis multi errant sæpe circa intellectum Scripturæ, eo quòd sæpe mentio fit de Syria in veteri, & in nouo testamento. Et quia aliquando accipitur generaliter, & aliquãdo specialiter pro diuersis partibus eius. Pro quo sciendum, quòd terra promissionis in qua Iudæi habitauerunt est in Syria, & ipsa vocatur etiam nunc Syria. Accipitur autem Syria aliquando generaliter, & sic compræhendit totam terram, quæ est à flumine Tigri vsque ad Aegyptum, ab oriẽte habens Tigrim, à meridie sinum Arabicum, ab occasu mare Mediterraneum, ab Aquilone Armeniam, & Cappadociam. Et est ista magna regio, habens sub se multas prouincias: hoc modo accipit Rabanus dicẽs, ꝙ Syria est omnis regio ab Euphrate vsque ad mare magnum, & à Cappadocia vsque ad Aegyptum, in qua est prouincia Palæsthinæ in qua Iudæi habitant. Hoc modo non accipitur hic Syria, quia tunc non distingueretur contra Galilæam, & Iudæam, quia Galilæa, & Iudæa, & tota terra, in qua habitauerunt Israelitæ est pars Syriæ, vt ait Rabanus. Aliquando autem accipitur Syria specialiter pro aliqua parte istius magnæ Syriæ. Nam ipsa habet in se plures partes, & diuiditur in decem Syrias, quarum quælibet solet aliquando in Scriptura Syria vocari. Et propter istam æquiuocationem decipiuntur plurimi putantes semper esse eandem Syriam, de qua Scriptura loquatur: & incipit diuisio istarum Syriarum ab Aquilone, ita quòd prima sit magis Aquilonaris, quàm secunda in totum, vel in partem, & sic consequenter de alijs quousque veniatur ad vltimam, quæ est maximè meridiana, & propinquat Aegypto. Prima Syria est, quæ inter fluuium Tygrim, & Septentrionem, & Euphratem à meridie protenditur in longum à Septentrione in Meridiem, ideſt, à monte Thauro, vsque ad Sinum Arabicum, & vocatur Mesopotamia. In ista Syria est ciuitas Edessa, quæ vulgariter dicitur Roasse: & in libro Tobiæ vocatur Rages, & est quatuordecim leucis vltra Euphratem versus Aquilonem inter mõtem Thaurum, & Caucasum. Et huic parti Aquilonari appropriatur nomen totius. Et vocatur strictè loquendo Mesopotamia Syriæ. Ista autem Syria prima diuiditur

ditur in tres prouincias, ſcilicet, Mediam, Chaldęam, & Perſidem: vocatur autem in Græco Meſopotamia, ideſt, in medio aquarum, ſcilicet, duorum fluuium, ſcilicet, inter Tigrim, & Euphratem, & in Hebræo vocatur Haram Nacharaim, ideſt, Syria fluuiorum, ideſt, inter duos fluuios prænominatos. In iſta autem Syria, vt diximus eſt ciuitas Edeſſa, in qua fuit Rex Abagarus, qui audita fama Chriſti de miraculis, quæ faciebat: cùm teneretur quodam morbo naturaliter incurabili, per Epiſtolam Chriſtum rogauit, vt ad eum veniret, & ſanaret ipſum: promittens ei, quòd ciuitas illa regni ſui ambobus eſſet ad vſum, quia ſufficere poterat. Chriſtus autem miſit ei vnum de diſcipulis, qui vocatur Thadæus, & alio nomine Iudas frater Iacobi, qui literam Chriſti manu ſcriptā detulit ei: in qua ſignificabatur, quòd ipſe ire non poſſet, & quòd ad præſens eius curatio differretur, ſed nō poſt longum tempus ipſe ei mitteret, qui eum curaret, quod poſt Chriſti aſcenſionem factum eſt. De his patet in Hiſtoria Eccleſiaſtica, & per Hieronymum in li de Illuſtribus viris, cap. de Iuda. Secunda Syria dicitur Syria coles, à fluuio Euphrate incipiens ab Aquilone, & Thauro monte, & porrigitur contra meridiem vſque ad fluuium Abana, qui eſt unus de fluuijs Damaſci, ſcilicet, Abana, & Pharphar, quorū aquas laudauit Naaman Syrus, quarto Reg. quinto. Et uocatur nunc iſte fluuius Abana communi nomine Vallania, & apud vrbem Valaniæ ſub caſtro Margith intrat mare fluuius iſte. In iſta Syria ſecunda eſt ciuitas præcipua, & Metropolis ipſa Antiochia, de qua Actu. 15. Et iſta Syria cęles vocatur cęleſyria in libro Machabęorum, & etiā apud fluuium Valaniam, & diſtat per vnam leucam à caſtro Margath, & eſt ſedes epiſcopalis ſub Antiochia metropoli, cum Apamia, & Laodicea, & alijs ſuffraganeis. Tertia Syria eſt Phœnicis, quæ extenditur, & incipit à flumine Valaniæ ab Aquilone, vbi terminabatur Syria ſecunda, & tendit contra auſtrum vſque ad petram inciſam, quam diſtrictum vocant ſub monte Carmeli. Et nunc vocatur caſtrum peregrinorum vulgariter, quia peregrini Chriſtianorum ibi fortalitium conſtruxerunt poſt captam Terram Sanctam, & extenditur contra orientem vſque ad introitum Emath, & ſunt in ea vrbes Capharnaum, Margath, Antherradum, Tripolis, Beritum, Sydon, Tyrus, Achon: metropolis eius eſt Tyrus, quia ipſa eſt ciuitas præcipua: iſta vocatur Syria Phœnicis, à Fenice Agenoris filio fratre Gathan, qui Tyrum inſtaurauit, & Metropolim huius terræ inſtituit. Quarta Syria eſt Damaſci, ſiue Damaſcena: quia in ea eſt Metropolis ciuitas Damaſcus. Hæc enim Syria quarta eſt magis orientalis, quàm tertia Syria ſupra poſita, & finis quartæ Syriæ ab occidente eſt principium orientale tertiæ Syrię. Dicitur enim iſta quarta Syria Libanica, quia in ea eſt mons Libani, qui eſt mons valde famoſus, & iſta ſolet uocari in ſacra ſcriptura Syria abſolutè, quaſi non eſſet alia Syria. Et de hac dicitur Iſai. 7. caput Syriæ Damaſcus, & tamen Damaſcus non eſt caput omnium Syriarum, ſed ſolùm iſtius quartæ Syriæ, quæ vocatur Damaſcena. De hoc etiam dicitur Iſai. 9. ſcilicet. Eleuabit Dominus hoſtes Raſim ſuper eum, Syriam ab oriente, & Philiſtijm ab occidente. Et ſic ponitur ibi Syria ad orientem terrę Iſrael, in qua regnabat Raſim Iſa. 7. & 4. Regum. 15. & hoc conuenit Syrię Damaſcenę, quæ eſt ad orientem tertię Syrię, vt nunc diximus, & iſta Syria quarta Damaſcena, eſt illa, quæ uocatur Syria quaſi ſemper in 3. & 4. Regum & 2. Paralipom. Dicuntur etiam eſſe aliæ tres Syriæ, quas alio nomine uocamus tres Palęſtinas. Nam Palæſtina pars Syriæ eſt, & omnis Palęſtina eſt Syria, ſed non ę contrario. Quinta Syria, quę eſt prima Palęſtina eſt

F illa, cuius Metropolis eſt Ieruſalem, cum omnibus terris, & montanis, uſque ad mare mortuum ab oriente, quod alio nomine vocatur mare falſiſſimum, vel mare Sodomorum, quia ibi fuerunt Sodoma, & Gomorrha Ciuitates, quæ ſubuerſæ ſunt, & eſt hodie lacus magnus, vel dicitur mare Salinarum, & extenditur etiam vſque ad deſertum Cadesbarnæ. Iſta Paleſtina, ſiue Syria ſtrictè Iudæa appellatur: attribuendo parti nomen totius. Sexta Syria, quæ eſt ſecunda Palæſtina, eſt illa terra, quæ propriè Philiſthiim nominatur, cuius Metropolis eſt Cæſarea. Non quidem Cæſarea Philippi, de qua infra 16. quia illa pertinet ad tertiam, uel quartā Syria: ſed vocatur Cæſarea Palæſtinæ, a qua nominatur Euſębius Cæſariēſis, qui fecit

G canones Euangeliorū, & ſæpe loquitur de illo Hieronimo in prologis Bibliæ, & ponit eum inter uiros illuſtres in libro illu. virorum. Iſte fuit Epiſcopus huius Cęſareæ Palæſtinę. Iſta Palæſtina, ſiue Syria incipit à parte aquilonis a caſtro peregrinorum, in quo finiebatur tertia Syria, & tendit verſus meridiem, ſupra mare Mediterraneum contra auſtrum, uſque ad Gazam ciuitatem. Et iſta ſexta Syria eſt magis occidentalis, quàm quinta, quia ubi finitur quarta ab occidente eſt oriens, quæ tota eſt iuxta littus maris Mediterranei. Septima Syria eſt tertia Palęſtina, cuius Metropolis eſt ciuitas Bethſan ſita ſub monte Gelu iuxta Iordanem, quæ ciuitas quondam Scitopolis dicebatur, & prius Bethſan uocatur Galilæa, vel campus magnus Eſdrelō, de quo fit

H mentio in lib. Iudith: dicuntur etiam eſſe in Syria tres Arabiæ, quæ ſunt tres Syriæ, & iſtæ ſunt ultimæ Syriæ. Octaua enim Syria eſt prima Arabia, cuius Metropolis eſt ciuitas Beſtion, quæ olim Vſus dicebatur: nunc vero dicitur Buſereth. Huic Syrię coniungitur regio Trachonitidis, & Ithurea ab occidēte, & ab aquilone, quaſi tota terra Damaſci. Et propter hanc in vicinitatem iſta prima Arabia uocatur Syria Damaſci; ſicut Damaſcus uocatur Syria. Vnde à Retha rex Arabię dicitur, qui ſecundùm ueritatem erat rex Damaſci, 2. Corin. 12. Nona Syria eſt ſecunda Arabia, cuius Metropolis eſt ciuitas, quę Petra dicitur, & olim uocabatur Rabath filiorum Amon, de qua 2. Re. 11. & 1. Paralipom. vocatur etiam ciuitas Ar. de qua Deutero. 2.

I ſcilicet, Moabitę, qui morantur in Ar. Et etiam uocatur Artopolis, & eſt ſita ſuper torrentem Arnon, de qua Numeri. 21. & Deuteronom. 2. & in confinio regię Ammonitarum, & Moabitarum. Iſta Arabia ſecunda erat terra filiorum Amon: licèt ciuitas Ar fuerit quondam de regno Moabitarum, & erat tota terra regis Ieon, qui erat Rex Eſebon, & includebat regnū Og, Regis Baſan, & montem Galaath, etiam continuitur iſta Ara primæ Arabiæ à latere auſtrali, quæ eſt magis auſtralis iſta, quàm prima. Decima Syria eſt tertia Arabia, cùius Metropolis eſt ciuitas, quæ dicitur Mons regalis, & alio nomine dicitur Aathrolim, vocatur Petra deſerti, licèt aliqui putant Petram deſerti fuiſſe in alia Arabia, de quo ſupra diximus, & eſt ſita

K iſta terra iuxta mare mortuum, & continet ſub ſe terram Moab, quæ propriè dicitur Syria Sabal, de qua ſecundo Reg. 8. & 1. Paralip. igitur, & continet totam terram iuxta mare mortuum vſque ad Cadesbarne, & uſque ad aquas contradictionis, & uſque ad Alion-gaber. Et iſta extenditur verſus mare rubrum per ultimas ſolitudines, & uſque ad Euphratem. Hæc eſt Arabia magna, & prima dicitur, & uocatur Ademona, ideſt, Sacra, & in iſta Arabia ſepultus eſt, & colitur à Sarracenis turpiſſimus Mahometus. Hoc modo tolluntur difficultates in modo accipiendi Arabiam, & Syriam. Nam ſic patet, quomodo Syria eſt aliquando ab oriente terra Iudæorum, & ab aquilone, & interdum à meridie. Et etiam aliquando ipſa terra Iudæorum

dæorum Syria dicitur: Modus tamen communis accipiendi Syriam in Sacra Scriptura eſt pro quarta Syria, ſcilicet, Damaſcena, quia de alijs non ita fit mentio ſub hoc nomine.

Quomodo Chriſtus ſanabat omnes ad ſe adductos.
Quæſt. CXXIII.

QVAERITVR, quomodo Chriſtus ſanauit nunc omnes, qui adducti ſunt ad eum. Nam alijs temporibus non ſanabat, ſicut Ioann. 5. licèt Chriſtus ambulabat ibi inter multos, & infirmos, nō ſanauit niſi vnum, & in Nazareth non ſanauit niſi paucos infirmos. Mar. 6. Vnde, licèt Nazareni dicerent Chriſto, quòd faceret miracula ibi, ſicut

B in Capharnaum, & non fecit. Et propter quod voluerunt eum præcipitare. Luc. 6. Dicunt quidam, q̄ Chriſtus fecit nunc iſtud ſpecialiter, licèt aliàs non faceret, & hoc, vt famam acquireret, quia nunc incipiebat miracula facere, ſicut dicit Chryſoſtom. in quadam homilia. Sed cùm in quibuſdam locis dicatur, quòd Chriſtus multos curauit: hic ſimpliciter dicitur, & curauit eos, ſignans, q̄ omnes curauit: ſicut, & nouitius medicus intrans omnes ad ſe venientes curat propter ſuam opinionem cōmendanda m. Aliter poteſt dici, q̄ Chriſtus curabat omnes infirmos quotquot eſſent obſeruatis tribus conditionibus. Prima erat, quòd non eſſent de Gentilibus, vel de Samaritanis, ſed de Iudæis.

C Nam inter Gentiles, & Samaritanos prædicare nolebat: nec etiam miracula facere, dicens. Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. infra 15. Et ita mandauit Apoſtolis, & diſcipulis, quòd non prædicarent Gentilibus, nec Samaritanis, infra 10. ſcilicet, in uiam Gentium ne abieritis, ſed potius ite ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. Ideo quādo mulier Chananæa petebat à Chriſto, quòd ſanaret filiam eius, dixit: Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & dare canibus. Et iterum: non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael, infra 15. Iſtud verum erat, niſi forte propter magnas præces aliquorum Iſraelitarum

D petentium, vel propter fidem magnam ipſorum petentium: ſicut patet de prædicta muliere Chananæa. Nam licèt Chriſtus à principio eam repelleret: ipſa tamen ex magna fide clamabat: Fili Dauid miſerere mei. Et tunc Apoſtoli rogauerunt Chriſtum dicentes: Dimitte eam, quia clamat poſt nos, ideſt, Da ei quod petit, & iube, quod recedat, ne clamet poſt nos. Et tunc dixit ei Chriſtus. Mulier magna eſt fides tua. Et ſanata eſt filia eius, eod. cap. Sic etiam fuit de quodam gentili Centurione, cuius ſeruus infirmabatur, &

E Iudæi ſeniores rogauerunt Chriſtum pro illo, vt ſanaret ſeruum eius dicentes: Dignus eſt, vt hoc ei præſtes. Diligit enim Gentem noſtram, & Synagogam ipſe nobis ædificauit. Luc. 7. Et ad preces iſtorum Chriſtus ſanauit ſeruum illius, & maximè propter fidem maiorem Centurionis, quam Chriſtus laudauit dicens: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſrael. Ex aliquibus etiam ſpecialibus cauſis aliquando rariſſimè prædicauit, & aliqua miracula fecit inter Samaritanos: ſicut quando locutus eſt cum Samaritana ad fontem, & prędicauit duobus diebus in ciuitate Sicar, quæ erat Samaritanorum. Ioann. 4. Et etiam in quodam caſtello Samaritanorum ſanauit ſemel decem le

F proſos, & unus eorum erat Samaritanus. Luc. 17. Regulariter tamen, nec prædicabat, nec faciebat miracula inter iſtos. Secunda conditio erat, quòd peteretur ab eo ſanitas per infirmum, vel per alios nomine eius: de infirmo patet, vt de illo leproſo, qui rogauit Chriſtum, quòd mundaret eum à lepra, infra 8. De alijs patet, vt de ſocru Petri, pro qua rogauerūt alij Chriſtum,

A vt eam ſanaret. infra 8. & Luc. 4. & de paralitico ſubmiſſo per funes. Marc. 2. & Luc. 5. pro eis autem, pro quibus non rogabatur Chriſtus, non ſanabat eos, quia aliàs non maneret aliquis infirmus in tota terra Iſrael. ſed ſanabat illos, pro quibus rogabatur. Ratio erat, quia beneficium huiuſmodi non confertur niſi petenti, quia aliàs poſſet conferri inuito ſibi: etiam quia non peteret, vel aliquis pro eo. Nam quòd aliquis infirmus tempore Chriſti non peteret ab eo curari, videbatur eſſe quaſi ex defectu fidei, quia non crederet, q̄ Chriſtus hoc ſibi præſtare poſſet. Eis tamen, qui fidem non habent, talia præſtanda non ſunt. Ideo non conferrebatur ſanitas niſi petenti, & cum magno deſiderio. Hoc verum erat generaliter, & tamen interdum ex miſericordia Chriſtus mouebatur ad ſanandum aliquos non petentes: ſicut patet de illo, qui triginta octo annis fuerat in ægritudine. Et Chriſtus dixit ei, vis ſanus fieri? Et ſanauit eum. Ioan. 5. Ille autem nihil petebat. Hoc tamen erat, quia non cognoſcebat de Chriſto, quis eſſet, eo. cap. ſcilicet. Is autem, qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet Chriſtus. Poſtea autē inuenit eum, & cognouit. Si autē homo iſte Chriſtum cognouiſſet, & nollet ab eo petere ſanitatem: nunquam ille eum ſanaſſet, quia defectus fidei ibi eſſet. Sic etiam interdum ex miſericordia Chriſtus præſtabat aliqua beneficia non petentibus: ſicut fuit de turbis, quas ſaciauit in deſerto, infra 15. ſcilicet, Miſereor turbæ, quia iam triduo perſeuerant mecum, & non habent quid manducent. Et tunc eis non petentibus Chriſtus dedit cibos miraculosè, eo. cap. Et ita alia vice, cùm ſaturauit quinque millia virorū, de quinque panibus: non petentibus illis factum eſt, infra 14. & Ioann. 6. Et tamen fuit hic cauſa ſpecialis, quia Chriſto quodam modo incumbebat ex quadam vrbanitate, & æquitate, q̄ non dimitteret eos ieiunos: cùm propter eum uenieſſent, & per aliquot dies ſecuti fuiſſent eum. Et hoc ipſe innuit, quando dixerunt diſcipuli Chriſto, quòd dimitteret iſtas turbas ad loca proxima, vt cibos quærerent. Et ille ait: Non habent neceſſe ire. Date illis vos manducare, & non eſt æquum, quòd mittatis eos ieiunos per loca. Alia etiam cauſa erat, quia illæ turbę erubeſcant à Chriſto petere cibos,

B ſi etiam eſſent in neceſſitate: & tamen nemo erubeſcebat petere ab eo ſanitatem. Ideo ſanitas nulli erat danda, niſi petenti: cibus autem dandus erat etiā non petentibus. Nam ſatis petere videbantur, cùm eſurirent, & tamen præ verecundia non peterent. Ideo vtraque vice turbis non petentibus Chriſtus cibos dedit. Tertia conditio erat, quòd fidem haberent petentes, quia aliàs nihil daretur eis. Iacob. 1. Poſtulet autem in fide, nihil hæſitans. Qui autem hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur. Non ergo extimet homo ille, quòd accipiat aliquid. Et iſta eſt maxima cauſa, quare multi petētes à Chriſto ſanitatem, vel alia miracula, non obtinebant, quia non habebant fidem, ſicut patet de Nazarenis. Mar. 6. Nam illi ſcandalizabantur in doctrina Chriſti, & mirabantur quomodo ille poſſet facere iſta miracula, & doctrinam talem habere. Et ideo dicitur ibi, quòd non potuit ibi multas virtutes facere, ſed paucos infirmos impoſitis manibus curauit. Erat enim non ſolùm ibi defectus fidei quantum ad opera Chriſti, ſed ſolum ſuſpitio mala, & ſcandalum de illis. Ideo dicitur, quòd non potuit Chriſtus ibi multas virtutes facere, ideſt, multa miracula: non quidem, quòd ipſe non poſſet facere ibi, ſicut & alibi, ſed quia infidelitas illorum demerebatur illa ibi fieri, dicitur, quòd non poterat ibi facere virtutes, ideſt, eorum infidelitas non poterat illas recipere iuſtè: licèt Chriſti poteſtas illas facere poſſet. Sic etiam Mar. 9. Quidam petiuit à Chriſto, quòd ſanaret filium

eius

eius dicens: si quid potes adiuua nos, misertus nostri. Et quia ista verba non ostendebant plenam fidem, dixit illi Christus, si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et tunc ille cum lachrymis dixit: Credo Domine: adiuua incredulitatem meam, & sic iste nihil recepit de petito quamdiu dubitauit: cùm verò dixit se credere cum lachrymis, impetrauit quod voluit: & sic stantibus istis tribus conditionibus Christus omnes infirmos sanabat. Ad argumentum de illis, qui erant in porticu, & non sanauit Christus nisi vnum: dicendum, quòd multi erant, & tamen nemo eorum petebat à Christo sanari. Ideo nullum debebat Christus sanare. Vnum tamen etiam eorum nō petentem sanauit propter causam supra dictam. Ad aliud argumentum de Nazareth dicendum, quòd ibi Christus non faciebat miracula, sicut in Capharnaum, propter incredulitatem Nazarenorum, qui erant compatriotæ sui, & non reputabant eum alicuius honoris. Vnde dixit eis: Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. Luc.4. & Mar.6. & sic fidem non habebant, cùm eum in nullo honore tenerent. Ideo ibi miracula non faciebat, nisi pauca sanando paucos infirmos.

Quare ab istis, quos sanauit Christus, non petijt fidem.
Quæst. CXXIIII.

QVAERITVR, quare Christus ab istis, quos nunc sanauit, non petijt fidem aliquam, sicut aliàs petere solitus erat, sicut patet Marc.9. de illo, cui dixit, si potes credere, omnia possibilia sunt credenti, & Mar.2. de illo, qui per funes submissus est, Christus dixit, confide fili, remittuntur tibi peccata tua, idest, Habe fidem, & remittuntur peccata, & infra 15. dixit mulieri Chananææ, Mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti, & Luc.5. dixit Christus Magdalenæ, fides tua te saluam fecit, vade in pace: & sic quasi regulariter Christus petebat fidem, vel laudabat in ipsis petentibus aliquid ab eo. Dicendum, q̄ Christus semper volebat fidem esse in eis, qui aliquid petebant, scilicet, q̄ crederent, q̄ Christus hoc posset facere: sicut dixit leprosus occurrens Christo apud Capharnaum. Domine si vis potes me mundare, & Christus dixit, volo, mundare. Non tamen semper petebat istam fidem exterius: ita quòd diceret, an crederent eum posse facere, quod petebant. Sed hoc Christus petebat, quando videbat aliquos dubitantes, sicut Mar.9. de illo, qui dixit Christo: Domine, si quid potes adiuua nos, misertus nostri: Christus autem videns eum dubitare dixit, si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Quando tamen apparebat fides petentium pro se, vel pro alijs, Christus non petebat ab eis fidem, sed sanabat illos. Fiebat autem hoc interdum propter fidem eius, qui infirmus erat, & sanari petebat: sicut patet de leproso, infra 8. & interdum per fidem ipsorum, qui portabant infirmum, sanabatur, sicut Mar.2. & Luc.5. patet de paralitico submisso per funes. Nam dicitur, q̄ cùm Christus vidit fidem illorum, qui submiserunt eum, dixit paralitico: confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Circa istos autem, quos Christus nunc curauit, potest dici vno modo, q̄ Christus non petiuit ab eis fidē, quia nondū ipse oftenderat se talia posse. Nam postquā Christus per multa opera miraculorum ostenderat se posse omnia ista facere, si quis dubitaret, indignus erat recipere, quod petebat. Ideo ab illis iustum erat fidem peti: à principio tamen, quando nōdum constabat de Christo per opera sua saltem apud multos, quid posset: etiam si aliqui peterent ab eo sanari nondum habentes plenam fidē, erant excusabiles: nec oportebat ab eis fidem peti: ita poterat esse in istis, qui incipiente Christo prædicare ad ipsum venerunt, cùm nondum omnino ostendisset potentiam suam, saltem apud omnes, & ideo non erat necesse fidem ab eis peti. Secundò dici potest, q̄ non petiuit Christus fidem, quia de illa cōstabat, quòd ex hoc, quòd venerant ad eum de lōginquis partibus, vt sanarentur, apparebat, quòd spem haberent posse sanari per ipsum: & non oportebat aliam fidem peti, quia maior est fides, quæ in rebus ostenditur, quā quæ in verbis, eo quòd in rebus non potest esse falsitas, in verbis autem sæpe est, sic patet Mar.2. & Luc.5. de Paralitico submisso per funes, eo quòd portantes eū naluerunt tectum, & submiserunt eum per tegulas: apparebat fides illorum, quia hoc nō facerent, nisi crederent ad aliquid proficere: & tunc dicitur, quòd Christus videns eorum fidem, sanauit Paraliticum: sic etiā fuit de Centurione Gentili. Nam, cùm Christus vellet ire ad domum eius ad sanandum seruum illius, dixit: Domine nō sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus: Luc.7. & Christus ibi laudauit fidem istius, dicens: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel, & tamen Christus non petiuerat ab eo fidem, nec etiam ipse diuerat se credere. Sed etiam ex hoc maxime ostendit fidem, non uolens quòd Christus iret in domum suā, dicens, q̄ non erat necesse, quòd etiam non veniens illuc poterat sanare seruum. De his duobus modis dicit Chryso. super Matth. s. A nullo eorum fidem exquisiuit, quia nondum virtuti suę demonstrationem dederat, & adueniendo, & ferendo de longe, non paruam ostenderant fidem. Tertiò modo posset dici, q̄ Christus ab istis fidem petiuit, & tamen non scriptum est, quia non scribuntur omnia à Christo facta. Ioan.20. scilicet. Multa quidem, & alia fecit Iesus, quæ in hoc libro scripta non sunt: secundus tamen modus prædens melior est.

Quid patiebantur lunatici, quos Christus sanauit.
Quæst. CXXV.

QVAERITVR, quid patiebantur isti lunatici, quos Christus, dicitur hic curasse. Dicendū, quòd lunaticus, à luna dicitur. Et est ille, qui patitur aliquam ægritudinem ex aliqua ipsius aliquis, cùm luna decrescit, eo quòd paruus est, ciali operatione, vel influentia lunæ, siue qui in aliquibus temporibus cursus lunæ pati consueuit. Pro quo sciēdum, quòd luna est mater omnium humidorum, sicut omnes sapientes asserunt, scilicet, quia per motū eius, & operationem reguntur omnia humida, & patet manifestè in fluxu, & refluxu maris. Nam quotidie fit bis fluxus, & bis refluxus. Et hoc est per quatuor quartas circuli lunæ, quia luna quotidie complet totū circulum, sicut sol motu raptus, secundùm quatuor puncta cœli, a quibus incipiunt quatuor quartæ incipiunt fluxus, & refluxus, & sunt duæ quartæ fluxus, & duæ refluxus, nec est aliqua res, in qua manifestior appareat operatio lunæ, quàm ibi, cùm quotidie fiat. Et etiam non fit quolibet die eisdem horis, sed variatur, secundùm quòd diuersis horis luna peruenit ad principia istarum quartarum cœli. Apparet etiam hoc in omnibus alijs rebus humidis, quia quamdiu luna crescit in lumine, illa crescunt, & quando decrescit, minuitur humiditas eorū, sic patet in triacha ad serpentum, quia vasa, in quibus est, etiam si nō habeant de humore, nisi vsque ad medium, luna crescente impletur, luna vero decrescente diminuitur. Ita etiam est in capitibus piscium, quos si quis ceperit cum luna est in augmento inueniet capita eorum plena humiditatibus: si autem luna decrescente capiantur, apparebunt capita interius humore, & medullio vacua, vel parum de his habe-

habebunt, scilicet minus, quàm aliàs habere soleant. In capitibus autem humanis ita etiam est, quia cerebrum hominis est substantia valde humida, cū sit medulla quædam: Ideo cum luna est in augmento, magis est de humore in quolibet cerebro: cùm uero ipsa decrescit minuitur humor, & tamen in hominibus, qui habent caput suum temperatum, non sentitur defectus aliquis, cùm luna decrescit, eo quòd paruus est, respectu multitudinis humiditatis existētis in cerebro. In hominibus autem, qui aliqualiter habent capita deficeata, vel exinanita ex aliqua infirmitate naturali, vel ex aliquo accidenti, apparet iste defectus. Nam luna existenti in augmento, bene se habent, cùm vero decrescit decrescunt quoque humiditates in capitibus ipsorum, & tunc incipiunt insanire. Isti autem rectè vocantur lunatici, quia tempora lunæ sequuntur ad quietem, & ad insaniam. Sic enim dicit Remigius. Lunatici enim dicti sunt a luna, quæ dum mestruis temporibus crescit, & decrescit, ipsi vexantur. Hoc etiā modo, si sint aliæ infirmitates præter insaniā, quæ augeantur, vel minuantur secundùm tempora lunæ, dicentur illi, qui patiuntur has ægritudines, lunatici. Cōsiderandum tamen, q̄ hoc modo lunaticus ægritudinem patitur naturalem: solent tamen vocari lunatici ipsi arrepticij, qui à dæmonibus obsidentur. Sicut patet infra 17. de quodam, qui accessit ad Iesum dicens, miserere filio meo, quia lunaticus est, & malè patitur. Nam sæpe cadit in ignem, & crebro in aquā. Et dicitur ibi: Et increpauit illum Iesus, & exiuit ab eo dæmonium, & curatus est puer. Et sic iste, qui vocatur lunaticus erat dæmoniacus: ita etiam de istis, qui uocantur hic lunatici, tenet Hierony. super Matthæum, quòd fuerint dæmoniaci. Dicendum tamen, quòd vocantur isti dæmoniaci interdum lunatici propter duo. Vnum est, quia interdum homines vexant aliquos homines solum certis temporibus secundùm cursum lunæ, scilicet, vel in augmento, vel in diminutione. Et quia illis certis temporibus lunæ fit: videntur pati à luna, & vocantur lunatici: non est tamen putandum, q̄ luna conferat aliquid ad hoc, quòd dæmones possint homines arripere, & vexare: nec etiam dæmones possunt creare aliquid in luna, secūdùm quòd ipsa vexat homines temporibus certis, quia luna creatura Dei, ei solum ad nutum seruiens; dæmones autem nihil possunt in ea, sed dæmones propter inuidiam volentes Deum infamare, temporibus lunæ vexant interdum homines, vt uideatur illud malum à luna venire, vt per hoc Deus infametur, qui creaturam tam pestiferam creauerit. Sic dicit Hieronym. super Matthęum, scilicet, Dęmones enim obseruantes lunaria tempora creaturam infamare cupiebant, vt in creatorem blasphemiæ redundarent. Secundum est, quia dæmones interdum hoc faciebant ad fallendum, vt homines mirari putarent, q̄ luna poterat eis tales vexationes facere, & alleuiare eos, vt per hoc eam colerent tanquam Dominam potentem facere bonum, & malum. Et in hoc maximè Deum offenderent. Sic enim erat de Iudęis tempore Hieremiæ, quando faciebāt sacrificium lunæ, vocantes eam Reginam cœli, & mulieres offerebant ei placentas: putantes, quòd per hoc euenirent eis omnia prospera, scilicet, requies opulenta: de quo Hiere.44. Nam cùm ipse increparet Israelitas de hoc, respōderunt mulieres, dicentes: Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine Domini non audiemus, sed faciemus omne verbum, quod egreditur de ore nostro, vt sacrificemus Reginæ nostrę cęli, & libemus ei libamina sicut fecimus nos, & patres nostri, & principes nostri in vrbibus Iuda, & plateis Ierusalem, & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malum q̄ non vidimus. Ex eo autem tempore, quo cessauimus sacrificare Reginæ cœli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio, & famę consumpti sumus. Hoc autem valde diabolus desiderabat, vt omnes putarent lunam esse deam, & reginam cœli: ideo fallebat isto modo. Tertiò fiebat hoc, quia dæmonibus est interdum per accidens maior aptitudo ad vexandum hominem certis temporibus lunæ, quàm alijs. Vtpote, si aliquis dæmon ex concessione Dei posset vexare aliquem hominem, non datur ei, q̄ vexet illum ad arbitrium suum, sed cōcedit ei certum modum, in quo possit vexare, vel determinatam pęnam, quam posset inferre. Dæmon tamen cupiens magis nocere, infert illam interdum tempore, quo homo est magis dispositus ad patiendum, & quia ut supra dictum est, multi homines sunt naturaliter dispositi ad insaniam luna decrescente, & etiam ad alias passiones, & non alijs temporibus: ideo diabolus poterit tunc magis nocere, quàm alio tempore: etiam si non maiorem pęnam inferat, quàm alio tempore inferret: sicut aliquo tempore est homo magis dispositus ad ebrietatem ex pauco vino, quàm alio tempore ex multo, vel saltem ex æquali quantitate. Et sic dęmones ingredientur interdum certis temporibus lunæ, & uocabuntur homines lunatici, qui tamen dæmoniaci sunt. Duo autem præcedentes modi sunt verisimiliores, quàm tertius. Magis tamen est credendum de istis lunaticis, quòd sint dæmoniaci quandocunque Euangelistæ eos lunaticos vocant, quàm quòd patiantur aliquas ægritudines naturales.

Quare turba copiosa veniebat ad Iesum.
Quæst. CXXVI.

QVAERITVR, de ista turba copiosa, quæ veniebat ad Christum, quare ueniebat. Dicendum, quòd non ueniebant omnes eadem intentione. Quidam. n. ueniebant ad Christū solùm desiderio audiendi doctrinam eius, & sic erant aliqui viri deuoti, qui consolabantur in verbis Christi, & audire volebant, quia per illa putabant sibi esse salutem. Et istud erat quantum ad plurimos: sicut dicitur Luc.15. scilicet. Erant autem appropinquantes ei publicani, & peccatores, vt audirent illum. Alij veniebāt ad audiendum Christum, solùm vt viderent, si possent eum in aliquo repræhendere. Sic erant Pharisæi, & legis periti, qui inuidebant ei & desiderabant eum perdere Mar.6. Et tamen multi de his sequebantur eum, & audiebant ipsum. eod. c. Erant autem obseruantes ad os eius, si aliquod verbum erroneum diceret. Luc.14. scilicet. Intrauit Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbatho manducare panem, & ipsi obseruabant eum, scilicet, quid faceret, aut diceret. Et non solùm obseruabant, sed etiam interdum consilia faciebant, quomodo possent enm capere in sermone: sicut quando petiuerunt, an liceret dari censum Cęsari infra 22. & quando præsentauerunt ei mulierem depræhensam in adulterio. Io.8. Nam dicitur ibi: hoc autem dicebant, tentantes eum, ut possent accusare ipsum. Alij veniebant ad Christum, quia uocabantur: sic fuit de Apostolis, & discipulis, quos Christus vocauit, vt patet supra de Petro, & Andrea, Iacobo, & Ioanne. Nam isti obligabantur venire, vt supra ostensum est in quadam. q. Alij veniebant, ut à Christo panibus saturarentur. Nam Christus bis saturauerat turbas miraculosè infra 14. & 15. Et hoc videntes aliqui volebant ipsum sequi, vt semper eos sic saturaret. Et ita Christus dixit turbis illis, quæ sequebantur eum, quia de panibus eius comederant. Ioan.6. s. Amen dico uobis, quęritis me: non quia vidistis signa, sed quia manducastis panem, & saturati estis. Et Christus increpat eos, quòd non

non sequantur eum propter istum finem, quia nõ est honestum dicens: Operamini non cibum, qui perijt, sed qui permanet in uitam æternam. q. d. Non sequamini me propter istum cibum temporalem, quem vobis dedi, quia iste perit: sed propter verbũ Dei, quod permanet in vitam æternam. Alij sequebantur Christum propter curationes ægritudinum, quia sanabat omnes male habentes, & offerebantur ad eum omnes infirmi: sicut dicitur Ioan. 6. s. sequebatur eum multitudo magna, quia uidebant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur. Et quia ipse curabat eos gratis, veniebant omnes ad ipsum. Luc. 4. s. Cùm sol occidisset, oẽs qui habebant infirmos varijs languoribus ducebant illos ad eum, at ille manus singulis imponens curabat eos. Alij autem sequebantur Christum, tam vt audirent verbum eius, quàm vt sanarentur a lãguoribus. Luc. 6. s. Stetit multitudo copiosa plebis, quæ venerant, ut audirent eum, & sanarentur a languoribus suis. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. Alij veniebant ad audiendum verbum Christi, vel desiderabant illum videre solùm propter curiositatem, quia audiebant magna de illo, & cupiebant videre, quomodo illa faceret. Sic Herodes desiderabat Christum uidere. Luc. 23. scilicet. Herodes autem uiso Iesu gauisus est nimis. Erat enim ex multo tempore cupiens uidere eum, eo quòd audierat multa de illo, & sperabat signum aliquod uidere. Et quia Christus noluit ei ostẽdere, spreuit eum Herodes, & exercitus suus, & illusit eum, indutum ueste alba, & remisit ad Pilatum. De his dicit Rabanus ponens solùm quatuor modos istorum, scilicet, secutæ sunt eum multæ turbæ, quę quadripartitę sunt. Alij propter cęleste magisterium, ut discipuli. Alij ob curationem infirmitatum. Alij sola fama, & curiositate, volentes experiri an uerum esset quod diceretur de eo. Alij propter inuidiam, uolentes eum capere in aliquo, & accusare.

FINIS COMMENTARIORVM
Alphonsi Tostati in primam Partem Euang. Matth.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll.

Omnes sunt Quaterniones, præter Ll, quæ est Quinternio.

VENETIIS,

Ex Typographia Altobelli Salicati.
MDXCVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll.

Omnes sunt Quaterniones, præter Ll. quæ est Quinternio.

VENETIIS,

Ex Typographia Aldi Romani.

MDXCVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca